

PROSPERI

FARINACII

I. C. ROMANI

RESPONSORVM CRIMINALIVM

LIBER SECVNDVS.

QVI VLTRA LXII. RESOLVTIONES CRIMINALES HIERONYMI DE FEDERICIS

Accesserunt SACRAE ROTAE ROMANAE *Decisiones* CCCLXXII. *criminum & probationum materiam respicientes.*

Cum Summariis & argumentis vnicuique Consilio & Decisioni adiectis, ac Indice rerum, verborum, ac sententiarum locupletissimo.





LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.
M. DCXVI.



PAVLO V.


PONT. MAX.

PROSPER FARINACIVS.



Onſiliorum meorum volumen alterum ad eam ætatem & confidentiam iam peruenit: vt domi contineri nolit, in publicum exire geſtiat. Exeat. Nihil moror. At cuius auſpicio? Principis. In cuius Patroni clientelam? Parentis omnium. Quo nomine? Iuſtiſſimæ ſeruitutis. Qua dignitatis nota? Tua Beatiſſime Pater: mearum litterarum, & auctor, & arbiter, & illuſtrator, & vindex. Primum omnium illud ſatis conſtat ad vo-ritatis & felicitatis Antiſtitem quæcumque numerentur in aliquo doctrinæ cenſu tanquam ad caput rectiſſimè redhiberi. Siue quòd naturæ ſponte res omnes nemini facilius quàm optimo ſubiiciantur: ſiue quòd conſtantiſſima diuinæ Prouidentiæ lege nihil ſolitarium, aut vagum, nihil extra certi generis ordinem ipſa Mundi ratio fluctuare patitur. Hæc profitendi nominis cauſa communis: illa porrò propriè ſpectat ad me. Quod in antiquiſſimo iure Quiritum eſt, in Domini titulum ire quidquid ſobolescit è ſuo. Equidem ex quo litterarum amorem, & tenuiſſimam hanc ingenij ſpeciem accepi: ſemper ære tuo fui B. P. Quod autem ſciam, nemo me cupidè ſeruientem in libertatem hactenus adſeruit; recuſaturum etiam in poſterum, adſerere ſi quis velit. Optimis enim ſeruire poſſe pulcherrimum eſt. Nunc hæ noſtræ lucubrationes ſequuntur ſanè conditionem patris: & quaſi vernulæ genitoris ſui ſeruiant ſeruitutem, adeam potiùs agnoſcant, & ament fœlicitatem: quod in optimi maximique Domini peculio numerari poſſe tua potius humanitate quàm ſua virtute meruerunt. Romæ Kal. Aprilis 1615.





S C I P I O N I
B V R G H E S I O
CARDINALI AMPLISSIMO
PROSPER FARINACIVS.



VLLVM mihi, Scipio Cardinalis Amplissime, neque notius, neque sanctius esse debuit, quàm vestræ clementiæ limen illud aliis paratissimum, mihi frequentissimum. Illud publicæ salutis commune perfugium, memoriæ meæ priuatum domicilium, & natale quodammodo cubile iam appello litterarum mearum. Inde primam, & ingenii lucem aspeximus: & immortalitatis auram hausimus: & spem nonnullam ad posteros commendationis expressimus, ne cui sit mirum si toties ad hæc ipsa iam felicitatis limina, mei nominis incunabula reuertor. Nam & auiculæ cùm e peregrino Cœlo superstitandæ sobolis gratia nos reuisunt, eum ipsum nidulum post tanto memores repetunt, quem fuerant implumes, ex quo volucres euolarant. Quidam quoque nobilium exulum in vltima senectute postliminio rediisse memorantur non tam ad vitæ diuturnitatem, quàm ad solatium senectutis, & sepulchri gentile monumentum. Viget adeò sensus hic pietatis in omnibus, vt constantissimi retineant memoriam generis quam olim iucundissimè perceperunt: & perennet in senibus quod amare cœpit in pueris. Equidem à vestro limine ne si cupiam quidem aberrare possim: pes ipse redit ad vos. Et vt est in prouerbio, Cæcus viciniæ suæ viam iterat nusquam offenso pede. Perinde nos ergo facimus cùm sarcinulam hanc consiliorum meorum, & criminalem hunc fœtum effœtæ senectutis domi tuæ nunc deponimus; vbi tyrocinia posuimus criminalistatis: Et litteræ nostræ supremam vocem in tuis ædibus effundant: in quibus primum vt ita dicam vagire cœperunt. Romæ Kal. Aprilis. 1615.

BARTHOLOMÆI ZVCCHI
MODOETIENSIS I. V. D.

DISTICHON IN AVTOREM.

SIC tua scripta manu docta voluentur; inerti
Vt tua voluuntur nomina sæpe manu.

F. FRANCISCI RVGINII
COTONIENSIS CAPVCCINI I.V.D.

IN AVCTOREM ANAGRAMMATA.

Prosper Farinaceus: Prius responsa facere.

HÆC prius ante obitum Prosper responsa dedisti,
Ante obitum solio te super astra locant.

Prosper Farinaceus: Spero superna fari.

Numina quod nobis scripsit suprema dederunt
Huius tam clari mens operosa viri.

Prosper Farinaceus: Sic profana respuere.

Respuit hic solers sacris miscere profana
Qui cœli numen, nomen & omen habet.

Prosper Farinaceus: Cor spe fugiens parua.

Vilia ament viles, terreni terrea quærant,
Hic RO S E Regni terrea parua fugit.

AD D. PROSPERVM FARINACIVM
IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTISSIMVM,
PETRI ANTONII VENETIANI
Epigramma.

VIVE diu: studio disponis cuncta salubri,
Consulis & famæ, consulis & Patriæ.
Namque hæc iuridico dum dogmata fundis ab ore
Quisque potest quid fas discere, quidve nefas.
Hunc adeò dubiis scitare Vrbs Romula rebus,
Namque hoc consulto viuere tuta potes.

EIVSDEM DE EODEM.

Fare acrius omne Rei verissime Iudex,
Nempe hoc te docuit farier Alma Themis.
Quare agè qui ignoti vis nosse repagula iuris,
Vtile consilium Iudicis huius ades.



INDEX
ARGVMENTORVM
QVÆ IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM CRIMINALIVM CONTINENTVR.


Consilii centesimiquinti Argumentum.

qua

Quartò

vis

FINIS.



CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM CRIMINALIVM PROSPERI FARINACII I. C. ROMANI

Liber Secundus.

ARGVMENTVM.

Hæreditas alicui relicta an, & quando ab hærede auferatur, fiscóqoe applicetur ex eo quòd testator illum indignum declarauerit. Quando etiam donatarius non seruans pacta & conditiones in donatione contentas cadat ab ipsa donatione, illáq; fisco applicetur. Et quando etiam prohibitus alienare, obligare, seu pignorare sub pœna contrauemendo pœnam incurrat.

SVMMARIVM.

Hæreditas in testamento data adimi non potest verbis directis per epistolam, vel codicillos, ante numerum primum vers. & iis, & num. 1.

Hæreditas fisco applicatur, quando testator declarauit hæredem indignum, & non mereri suam voluntatem, ante numerum primum vers. & iis.

Hæreditas fisco non applicatur ex eo quòd testator dixerit se nolle hærede aliquid habere de bonis suis, licèt etiam dicat ipsum indignum, aut malè meritum, num. 1.

Indignus quis non dicitur, nisi in casibus à iure expressis, num. 2.

Donatarius non obseruans pacta, seu cōditiones in donatione appositas, donatore volente, & declarante cadit à iure donationis, n. 3. vbi quòd isto casu res donata non applicatur fisco.

Hæres testatoris voluntati contrauemiens priuatur lucro ex ea proueniente, n. 4. vbi tamē quòd hoc lucrū non applicatur fisco tanquam ab indigno ablatum.

Hæres contrauemendo voluntati testatoris non efficitur indignus hæreditatis sibi relictæ, sed incurrit pœnam priuationis à testatore impositam, n. 5.

Declaratio indigni facta à testatore valet etiam quòd in declaratione causam non adiiciat, n. 6. Declara non procedere in donatione, in qua donans non potest donatarium indignum declarare causa non expressa, n. 7.

Donatarius non obseruans conditiones donationis dicitur ingratus, n. 8. Vbi tamen quòd non est propriè ingratus, num 9.

Hæres ingratus non efficitur indignus hæreditate sibi relicta. num. 8.

Ingratitudo quando priuat ab aliquo lucro nō hæreditario, tunc ingratus non dicitur indignus, nec lucrum applicatur fisco, sed venientibus ab intestato, n. 9. Præsertim quando ingratitudo est commissa in vita testatoris, seu donatoris, n. 10.

Declaratio indigni non operatur effectum suum, nisi fiat per codicillos, vel per epistolam, & quomodo isto casu intelligatur per epistolam, n. 11. & seq. & n. 73. & n. 90. & seq

Epistolæ mentio vbi fit in materia vltimæ voluntatis, quomodo intelligatur, & de qua epistola, n. 12.

Testamentum, vt reuocatum dicatur non sufficit testatorem habuisse animum illud reuocandi, nisi cum effectu reuocauerit, n. 13.

Donatarius non obseruās pacta & conditiones donationis cadit ipso iure ab ipsa donatione, n. 14.

Fiscus non aufert ab indigno, quando nihil auferendum inuenit, n. 14.

Hæres indignitatis causam committens ante mortem testatoris non efficitur indignus, nec ab eo aufertur hæreditas tāquam ab indigno, nec fisco applicatur, num. 15.

Declaratio indigni facta à testatore non operatur suū effectum indignitatis ad fisci fauorem, quando idē

testator in declaratione disposuit ad quem bona superuenire volebat, n. 16.

Indignitas commissa in vna re, vel scriptura, non priuat in alia, n. 17. Declara nisi in vtraq; re, vel scriptura adsit eadem ratio, num. 18. Subdeclara declarationem, n. 19. & 10 & n. 28.

Alienare prohibitus sub pœna, quando alienãdo pœnam incurrat, n. 22. Et an vltra pœnam expressam cadat à iure donationis, n. 23.

Prohibitus alienare, & obligare sub pœna, non incurrit pœnam accipiendo pecunias ad societatem officij super officio alienare prohibito, n. 4.

Prohibitus alienare, obligare, seu pignorare sub pœna, non incurrit pœnam nisi sequuta effectuali traditione, & distractione, n. 25. 28. & n 30. Vbi ampliatur etiam quòd in prohibitione adsit clausula, quia sibi sic facere placuit.

Prohibitio alienandi facta à testatore sub pœna non comprehendit nisi eam alienationẽ quæ cum effectu voluntatem prohibentis euertit, n. 26. 44. & seq.

Coniectura vbi sunt inter se contrariæ attenditur distinctio Bart. in l. vbi pactum, C. de transactionib. n. 41. & sequent.

Prohibitus alienare sub pœna, alienando pœnam non incurrit, nisi in casu, in quo pœna expressè apposita est, n. 33. & seqq. vbi de materia.

Pœnalia non extenduntur de casu ad casum ex identitate rationis, n. 34. & seqq. vbi de materia.

Extensio ex idẽtitate rationis conceditur etiam in pœnalibus, quando ratio non nisi vnica afferri potest, n. 35. & seqq. vbi de materia.

Prohibitus alienare in vno casu an & quando censeatur prohibitus in alio, in quo adest eadem ratio prohibitionis, n. 34. & seqq.

Bona prohibita alienari si alienentur, possunt recuperari, n. 38.

Alienare prohibitus nunquid possit alienare impetrata alienandi licentia à Papa, n. 38.

Bona alienari prohibita si fuerint alienata non possunt recuperari, nisi fuerit probatum, quòd illa fuerint in bonis prohibentis, n. 39.

Pœna priuationis hæreditatis apposita à testatore propter alienationem in vno casu non extenditur ad alium, n. 40. & seq.

Pœna priuationis hæreditatis propter alienationem nõ habet locum, nisi fuerit expressa, n. 41.

Dictio etiam, est implicatiuo præcedentium, num. 42. vbi declaratur.

Pœna vt excludatur, omnis interpretatio facienda, num. 43.

Verba generalia restringũtur à subiecta materia, n. 46.

Testatoris mens ex verbis colligitur, num. 47.

Præcedentia verba declarantur ex verbis subsequentibus, n. 48.

Verba subsequentia referenda tantùm sunt ad proximè præcedentia, n. 48.

Declara vt num. 49.

Singula singulis referenda sunt, n. 49.

Donatio perfecta reuocari non potest à donatore etiam ex rescripto Principis, nisi ex causis in iure expressis, n. 54. & 83. & 84.

Donatio reuocari non potest ob pacta non seruata, nisi sic fuerit in donatione expressum, & non seruatum pactum fuerit finalis causa donationis, n. 54.

Donatio facta sub certo modo, vel conditione, modo seu conditione nõ seruata quando reuocari possit, n. 54.

Oneri adiectum tempus nõ incipit dubio euentu, n. 58.

Pœna adiecta à testatore non incurritur ab hærede nisi effectu sequuto, n. 66.

Prohibitus alienare, obligare, seu pignorare sub pœna, non incurrit pœnam ex eo, quòd accipiat pecunias ad societatem officij super aliquo officio, n. 64. & seqq & n. 85. & seqq.

Prohibitus alienare sub pœna non incurrit pœnam imponendo censum super fructibus, secus si imposuerit censum super re prohibita alienari, n. 68.

Indignitas non inducitur nisi expressè lex dicat, quem indignum, n. 70.

Lex habens plures intellectus nõ potest allegari ad decisionem causarum, n. 70.

Indignum quem non esse in dubio iudicandum est, num. 70.

Indignitatis declaratio non operatur, nisi expressa fuerit, nec sufficit, quòd testator dicat se nolle hæredem aliquid habere de bonis suis, num 72.

Indignitatis declaratio fieri non potest, nisi in vltima voluntate saltim cum quinque testibus, n. 73.

Donatarius non seruando pacta donationis, nõ per hoc efficitur dictæ donationis indignus, n. 74. & 76.

Testamẽti incisio, seu cancellatio operatur scripti hæredis indignitatem, n. 77. & 78. & seq.

Testatoris voluntas seruanda est, n 81.

Acquisitio quando pẽdet à futuro euentu, tunc interim nihil acquiritur, n. 86

Pœna caducitatis ob prohibitionem alienationis non habet locum, nisi in casu à iure expresso, n. 87.

Errans consentire non dicitur, n. 88.

Testamentum factum reuocari non potest per instrumentum factum coram duobus testibus, n. 92.

Fiscus non aufert ab indigno, nisi res quas auferre prætendit penes indignum reperiantur, n. 91.

Fiscus non aufert ab indigno hæreditatem, cuius hæres est incapax, n. 92. Secus quando non est incapax, sed potest adire, n. 93.

Indignus quis non dicitur per declarationem testatoris, nisi expressè indignus fuerit declaratus, n. 94.

Donationis pacta non seruans dicitur ingratus, n. 95.

Indignus succedere non potest, ingratus autẽ sic. n. 95.

Ingratus si quis est, non propterea dicitur indignus, n. 95.

Donatio reuocatur ob ingratitudinem, & reuocata reuertitur ad donantem, n. 95. & ad fiscum, n. 96.

Hæres contrauenien voluntati testatoris non dicitur hæreditatis indignus, n. 96.

Indignus nemo censetur nisi in casibus à iure expressis, n. 97.

Culpa non est in obliuione, n. 98.

Declaratus indignus rei donatæ nõ censetur declaratus indignus hæreditatis in testamento relictæ, n. 99.

Fiscus nunquam aufert ab indigno quando testator declarauit alios velle succedere, n. 100.

Confiscatio bonorum non habet locum quando testator sic expressè eam prohibuit, n. 101.

Indignus ex vna re, vel scriptura, non censetur indignus ex alia, n. 102. etiam quòd in vtraq; adsit eadem ratio, n. 104.

CONSI

CONSILIVM CV.

DE anno 1598. Iulius Aluarus condidit testamentum, in quo suum vniuersalem hæredem instituit Fabritium Vallatum.

De anno 1601. idem Iulius eidem Fabritio, eiúsque filiis, nepotibus, pronepotibus, & aliis descendentibus masculis in infinitum, irreuocabiliter, & inter viuos donauit scuta 36. mill. in tot cẽsibus, & officiũ notariatus ciuilis Gubernatoris Vrbis, reseruato sibi vita durãte, vsufructu bonorum donatorum, ac etiam facultate disponendi de scutis 6000. ac de officio prædicto, & insuper sub expressa prohibitione, quòd ex quauis causa, quantumuis pia, & priuilegiata, ipse donatarius, & successores prædicti, non possint bona donata, vel illorum partem diminuere, alienare, aut obligare, & si contrafactum fuerit, soluant Ecclesiæ S. Mariæ de Monserrato de Vrbe, pro qualibet obligatione scuta quingenta absque alia declaratione, quia donator vult, & desiderat, quòd dictæ res donatæ, vnà cum tot vsufructu, & augmẽto, sint & esse debeant in honorificam sustentationem dictæ familiæ procedentis ex Fabritio Vallato Aluaro, vt suprà, sub pœna, vt quilibet etiam de omnium quorum interest consensu, talia faciens, vel vt facere liceat, gratiam Principis etiã motu proprio per seipsum, vel per alios impetrans, vel impetrata, seu concessa vtẽs, cadat ab omni successione locum successori relinquens, perinde ac si talis contrauenient morte naturali defecisset, vltrà quòd alienatio, & quæcunque obligatio dictorum bonorum donatorum, & augmenti, irritæ sint & nullæ, & nullius roboris & momenti. Hæc enim sunt præcisa donationis verba.

Successiuè idem Fabritius prohibitionem prædictã, & omnia contenta in donatione adimplere & obseruare promisit, etiam medio iuramento, tactis, &c.

Accidit, quòd (prout prætenditur) dictus Fabritius de anno 1602. & 1603. contraueniendo supradictæ prohibitioni, & promissioni per ipsum respectiuè factæ, contraxit aliquod æs alienum, & præcipuè quandam pecuniarum quantitatem accepit, super officio donato, ad societatem.

Hinc de mense Augusti proximè præteriti Iulius donator habita de præmissis notitia, coram publico Notario, & duobus testibus prætendens ob prædictam prætensam contrauentionem Fabritium donatarium cecidisse ab omni commodo donationis, ne de eius voluntate dubitare contingeret, & ne posset dici, quòd per eius taciturnitatem & tolerantiam hanc caducitatem remiserit pro se suísque hæredibus, & successoribus quibuscumque dictæ donationis caducitatem, & ius sibi propterea quæsitum acceptauit, & declarauit ipsi Fabritio nullum amplius ius in dictis bonis donatis competere, & vlterius se de bonis in dicta donatione sibi, vt præfertur, reseruatis, & aliis quibuscumque velle omnino disponere, & quatenus aliter non disponat, nunc de illis expresè disponit, & dispositum esse vult, & intẽdit ad fauorẽ illius, vel illorũ, quos suos vniuersales hæredes, vel ab intestato, vel ex testamento esse contigerit. Hanc autem acceptationem, seu declarationem fecit, & facit, non solũ ex supradictis, sed ex aliis quibuscumque causis sibi competẽtibus, & magis proficuis, & quæ de iure, seu alio quouis modo sibi competunt, & aliàs competere possunt ad suum & suorum hæredum & successorum præfatorum quorumcunq; fauorem, & commodum omni meliori modo, &c. Et hæc pariter sunt verba præcisa declarationis, seu acceptationis prædictæ.

Ex præmissis Illust. D. Cameræ Commissarius prætendit primo loco per contrauentionem pactorum donationis, Fabritium ab eius commodo cecidisse, iuréq; potuisse Iulium donatorem illius caducitatem declarare, & acceptare.

Prætendit secundò, eundem donatorem in præmissa acceptatione declarasse Fabritium indignum tam bonorum donatorum, quàm etiam totius hæreditatis.

Et iis sic præsuppositis prætendit tertio loco omnia bona ab eodem Fabritio, tamquam ab indigno auferri debere, & fisco applicari, per text. *in l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* Quo cauetur in substantia, quòd licèt hæreditas in testamento data non possit verbis directis per epistolam, vel codicillos adimi; quando tamen testator hæredem suam voluntatem non mereri declarauerit, poterit ipsa hæreditas fisco applicari.

Sed quòd imò legis prædictæ dispositio non possit casui nostro applicari, scribentes in iure, facili, vt creditur, negotio demonstrabunt.

IVRIS.

PAter sancte. Quòd dispositio *l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* non possit casui nostro applicari; moueor 1
primò, quia ad hoc vt illa lex locum habeat, necesse est, quòd testator expresè declaret hæredem indignum suæ voluntatis, in tantum, quòd non sufficiat, si dixerit, se nolle hæredem aliquid habere de bonis suis, nisi etiam dicat ipsum indignum, aut malè meritum; sic enim communiter tradunt Doct. *in eadem l. hæreditas*, ac præcipuè Cyn. *num. 1. in 2. opposit. & num. 2. colum. fin. versic. si processit ad verba Bart. ante num. 1. versic. Dico ergo, & in versic. Tu dic.* Paul. de Castr. *num. 2. & num. 3. versic. in glos. 2. & vers. Dic ergo*, vbi clarè loquitur Iacob. de S. Georg. *num. 2. n. & 3. versic. primum contrarium, & vers. quid si non adiecit illa verba*, & Ias. *num. 1.* Idem Bart. *in l. cùm quidam. vers. sed dices, ff. eodem*, & est glos. *in l. milites codicillis, in verbo, mansisse, versic. sed nònne, ff. de mil. test.*

Quòd autem hîc nulla adsit donatoris declaratio prætensæ indignitatis, colligitur ex verbis assertæ reuocationis donationis, in qua ipse donator aliud non facit nec dicit in substantia, nisi quòd acceptat caducitatem donationis, eò quia donator pacta in ea apposita non seruauit, illíque contrauenit. Ex hac autem inobseruantia pactorum donationis, quamuis donatio reuocetur, attamen, quòd ex ea donatarius dici possit indignus, ad effectum, vt ab eo donata bona auferantur, & fisco applicentur, iure cautum non reperitur, ideo intrat regula, quòd indignus quis non dicitur, nisi in casibus à iure expressis, de qua per Bal. *in l. 1. n. 25. vers. sed contrarium, C. de hæred. instit.* Alex. *in l. non oportet. ante finem vers. non mirum, C. de his, quib. vt indign.* Roman. *cons. 185. in 4. dub. num. 7.* vbi facit bonam illationem Ruyn. *consil. 125. num. 6. lib. 4.* Barba. *consil. 8. num. 7. versic. capio num secundum, lib. 3.* Curt. Iun. *cons. 182. num. 7.* 2

Sed quòd imò ex contrauentione prædicta nulla resultet indignitas ad fauorem fisci, videtur text. in terminis *in l. fin. C. de reuoc. donat.* vbi quòd donatore nõ obseruante donationis pacta, bona donata, donatore volente, & declarante (prout punctualiter voluit, & declarauit d. Iulius Aluarus) ad ipsum, & eius hæredes reuertuntur, non autem in ea lege dicitur, quòd à donatario, tanquam ab indigno auferantur, & fisco applicentur, sicut prætendit dominus Commissarius. 3

Idem & in eo, qui non implendo, & contrauenien- 4
do voluntati testatoris, priuatur lucro ab eo prouenientè, quòd nõ dicatur indignus, nec illud fisco applicetur, tamquam ab indigno ablatum, sed aliis enumeratis *in auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* scripserunt *in ead. l. hæreditas* Alex. *n. 4. versic. alius est casus*, Ang. *n. 4. col. fin. in prin. vers. & primò de hærede indigno*, & Iacob de S. Georg. *n. 6.* Bellap. *in l. non oportet, in fin. vers. & sic habes hic. C. eodem.*

Idem & in pœna priuationis ab homine imposita in 5
casu contrauentionis, quòd contraueniens non dicatur indignus, ita quòd ab eo ablata hæreditas fisco deferatur, sed bene venientibus ab intestato, voluit Bart. *in l. paterfamilias, num. 7. ff. de hæred. instit.* Ias. *in fin. num. 30. vers. quod autem esset, ff. si cert. petat.* vbi de communi refert hos, & sequitur Clar. *in §. testamentum, q. 69. num. 3. versic: sed pone, testator.*

6 Nec obstat quòd mihi dicebatur, in casu *d. l. hæreditas* non esse necessariam expressionem causæ indignitatis, prout *in eadem l.* adnotarunt Odofred. *colum. fin. post num. 7.* Bald. *post num. 1. in vers. Nec est necesse*, Alex. *num. 2. colum. 2. vers. Item nota quod dicatur*, Corn. *num. 1.* Iacobin. de S. Georg. *num. 3.* Salyc. *num. 1. in tertio notab.* & Ias. *num. 2. versic. nota diligenter* (quicquid forsan secus dixerit ibidem Alberic. *num. 1. & num. 3. col. fin. ad finem*) Nam licèt non sit specificanda causa, seu qualitas indignitatis particularis, est in genere declarandus, nominandus hæres indignus, vt supra dicunt prææallegati Doctores: sed sic est, quòd declaratio Iulij donatoris nihil indigni in se continet; ergo, &c.

7 Vltrà quòd præmissa conclusio Doctorum volentium indignitatis causas non esse exprimendas, procedit secundùm terminos *dictæ l. hæreditas*; videlicet, quando testator scriptum hæredem in testamento indignum declarat, ideo non debet extendi ad declarationē, quam facit donator de indigno donatario. Ratio differentiæ est in promptu, quia, vt considerauit Bald. *in d. l. hæreditas, in eod. versic. nec est necesse*; hoc ideo non est necessaria expressio, & probatio causarum indignitatis in testatore, quia is hoc potest ex animi sui motu indicare, cùm in re propria quisque sit moderator, & arbiter (hęc sūt verba Baldi;) quæ ratio nō militat in donatione inter viuos irreuocabili, in qua postquam fuit perfecta, donator non amplius remanet moderator, & arbiter, *l. perfecta. C. de donat.* nec ex omni causa, nisi ex ea, quæ à lege approbata est, & plenè per donatorem in iudicio probata, aliter quàm per eius assertionem reuocari potest; idcirco sic arguendo à cessante ratione tex. *in d. leg. hæreditas*, quæ de donatione non loquitur, non videtur ad ipsam donationem extendenda.

8 Nec etiam obstet si dicatur, quòd satis donatarius fuit declaratus indignus, ex quo fuit declaratus contrauentor pactorum donationis, cùm & is ingratus dicatur *in d. l. fin.* & ibi Rip. *q. 28 num. 101. C. de reuoc. don.* post Bald. *in consil. 18. in princ. lib. 1.* Nam vltra quòd pacta donationis non seruans propriè non dicitur ingratus, secundùm eundē Bald. *in d. leg. fin. in fin.* & Abb. *in c. fin. versic. quintus casus, extr. de donat.* adhuc admissa prima opinione, non sequitur, Seius dixit Caium ingratum, ergo dixit indignum: nam sola ingratitudo tantum abest vt faciat quem indignum ad effectum de quo agitur, vt imò nec etiam faciat quem priuari successione, tam ab intestato, secundùm Bart. *in l. fratres, n. 6.* & ibi etiam Ang. *num. 6.* & Iason *num. 9. C. de inoff. test.* Paul. de Castr. *in leg. fratres, num. 7. C. eod.* quàm etiam ex testamento, Bald. *in d. leg. fratres, num. 11. versic. si vt non potest.* & in hoc retorquetur text. *in d. leg. fin.* vbi ingratus reputatur donatarius qui pacta donationis non obseruat, & tamen non reputatur indignus ad effectum vt ab eo ablata donata bona fisco applicentur.

9 Et facit, quia quando in aliquo casu ingratitudo priuat ab aliquo lucro non hæreditario, tunc ingratus non dicitur indignus, nec ab eo tanquam indigno illud lucrum ablatum fisco defertur, sed venientibus ab intestato, prout est tex. *in §. ingratitudinem, in auth. de nupt.* Quem sic procedere declarant *in d. leg. fratres* Bart. *num. 6. in fin. versic. non obstat, §. ingratitudinem*, & Bald. *d. num. 11. versicul. in contrarium facit.*

10 Præsertim quando ingratitudo est commissa viuo testatore, seu donatore (prout prætenditur in casu nostro) & bene declarat Bart. *in l. 1. num. 1. ff. de his quib. vt indig.* Nero. *cons. 32. n. 22. lib. 2.* Natt. *consil. 462. n. 28.*

11 Moueor secūdò, quia dato, quòd Fabritius fuisset verè indignus, & quòd pro indigno fuisset declaratus (prout nō fuit) adhuc vt talis declaratio operetur effectū, de quo agitur (si inniti velimus dispositioni *d. leg. hæreditas*) ea vtique fieri debet per codicillos, vel per epistolā, prout tex. expressè disponit: sed hîc nō interuenit epistola, minúsve interuenerunt codicilli; ergo, &c. Nec facit (prout mihi dictū fuit) quòd si hæc declaratio potest fieri per simplicem epistolā, & sic sine testibus, multo magis fieri potuit per publicum instrumentū cum testibus: nam *in eo tex.* nō accipitur epistola pro litera missiua sine testibus, sed pro codicillis factis per modū epistolæ, prout bene declarat ibi Bal. *in princ.* in figuratione casus, *& n. 1.* refert eum Alexand. *num. 1. in primo not.* & propterea quinque testes debere in ea interuenire expressè in eadem declarat Odofr. *ante num. 1. colum. 1. versic. quadam domina, & colum. 2 versic. dicens ergo, & num. 2. versic. sed dic mihi, & colum. 3 in princ. versic. vnde exponentis, & col. fin. num. 7.*

Et huius interpretationis ea est ratio, quia quando iura mentionem faciunt de epistola in materia vltimæ voluntatis, prout *in leg. Titia, §. 1. ff. de leg. 2. & in leg. cùm miles ff. e. d.* vtique sic intelligunt de ea, quæ quinque testibus ad instar codicillorum munita est, vt declarat glos. *in d. l. miles in ver. epistolā*, & facit generalis cōclusio, quòd in omni vltima voluntate, excepto testamento, quinque testes requiruntur *l. fin. C. de codicill.* & ibi gl. *in verb. voluntate.* Paris. *cons. 32. n. 39. lib. 2.* 12

Et quidem hæc interpretatio eo magis recipienda est, quia si aliter diceremus, esset facilis adinuēta via tollendi testamenta solemnia, contra text. *in §. ex eo. Instit. quib. mod. test. infir.* & contra magistraliter scripta per magni nominis Iurisconsultum Sylu. Aldobrand. *in cons. 2. n. 1. & seq.* vbi etiam multum bene docet minimè attendendum, quòd testator habuerit animum reuocandi testamentum, si illud perfectè non reuocauit, per text. præcipuè *in l. ex parte ff. de adim. leg.* qui loquitur etiam quòd testator propter superuenientes inimicitias cum hærede, & sic propter illius indignitatem aliud testam. facere instituisset, & antequam illud perficere potuisset obiit; ergo magis in casu nostro, in quo Iulius nullum vnquam signum mutandi testamentū fecit, & in infirmitate ad id à pluribus persuasus semper tenuit; tunc enim quòd in priori testamento decedere voluerit, dubitandum non est, ad planè scripta per Tiraq. *de reuocanda donat. in verb. susceperit liberos, n. 211. & seq.* 13

Moueor tertiò, quia etiam dato, quòd prætensa indignitatis declaratio fuerit formaliter facta, est insuper cōsiderandum, quòd ob prætensam inobseruantiam pactorum, Fabritius donatarius cecidit (prout prætenditur) ab ipsa donatione ipso iure, tum propter illud verbum *cadat* quod respicit partem, & non iudicem, ex allegatis per Tiraq. *de reuoc. donat. in verb. reuertatur, n. 61. & seq.* tum etiam propter alia verba subsequentia, videlicet, perinde ac si contraueniens morti naturali decessisset. Quo casu voluit idē donator, quòd donatio sit nullius roboris, vel momenti, nullúmq; sortiatur iuris & facti effectū perinde ac si nunquā facta fuisset, remaneatque ipse donator in eodē statu, & terminis, in quibus reperiebatur ante donationē. Ex quibus verbis pariter, & hanc prætensam caducitatē ipso iure incursam, dubitandum non est, ex allegatis per Rol. *cons. 62. n. 14. & seqq. lib. 2.* Si igitur Fabritius per contrauētionem, cecidit ipso iure à donatione, & sic non solùm dictæ donationis propter prædictam contrauentionē fuit effectus incapax, sed & statim eo ipso omne ius ad donatorē reuersum fuit, frustrà intendit fiscus ab eo tanquā ab indigno donata bona quę non habet, auferre, cùm nihil auferendū inueniat, prout in his terminis scripserunt Bald. *in d. l. hæreditas, n. 6.* & ibi etiam Ang. *col. fin. vers. quandoque non aufertur*, Corn. *col. 3. ante fin. vers. item secundum, & in cons. 141. n. 4. & consil. 222. etiam n. 4. lib. 4.* Afflict. *in tit. q. a sint regal. in verb. & q. sit, n. 7.* Boss. *in tit. de indig. n. 3. & n. 5.* 14

Et in simili dicunt Doctores, quòd quādo hæres scriptus in testamento committit causam indignitatis ante mortem testatoris, fiscus hæreditatem ab eo non aufert tanquā ab indigno, quia tunc nullū ius habet in ea, prout videtur tex. *in l. fi. §. 1.* & ibi glos. *in verb. apud Scæuolā*, & Goffr. *n. 1.* & Bart. *post n. 1. in 2. oppos. & n. 11. col. fin. vers. tertium tempus, ff. de his, quib. vt indign.* sic & in proposito cum Fabritius viuo donatore propter prætensam 15

contra

contrauentionē habitus sit pro mortuo, nullo iure sibi remanente super donatione, fiscus nihil ab eo tanquam ab indigno capere potest, ex præallegatis.

16 Moueor quartò, & omnibus prædictis cessantibus, quia dispositio *d. l. hæreditas*, non procedit quãdo testator, qui suum hæredē indignum declarauit, vlterius disposuit, vel in testaméto, vel in ipsa declaratione, ad quē volebat sua bona peruenire. Tunc enim fiscus omnino excluditur, & declarantis voluntas attenditur; sic enim expresè leg. illã ibidē declararunt Iacob. Butrig. *in princ. in 1. oppos.* Cyn. *n. 1. in fine in 4. oppos.* Bar. *ante n. 1. vers. item oppono*, suprà Paul. de Castr. *n. 3. in princ. & d. n. 3. vers. in seq. glos.* & Corn. *n. 1. vers. si autem appares.* sed sic est, quòd in donatione donator in primis expresè disposuit, quòd in casu cõtrauētionis, contrauentēs cadat ab omni successione locum successori relinquēs, perinde ac si morte naturali obiisset, quo casu donata bona ad donatorē reuertuntur, prout in eadē donatione expressè legitur, & rursus expressè etiã disposuit, quòd eadē bona nunquã fisco acquirãtur ob delictum donatarij, sine alia quacunq; causa, & demum in acceptatione prætētæ caducitatis, non immemor testamenti iam facti, expresè etiã de dictis bonis disposuit ad fauorem illius, vel illorum, quos suos hæredes vniuersales ab intestato, vel ex testamento esse contigerit; ergo successio ex capite indignitatis prorsus cessat ex clara donatoris voluntate, & prouisione.

17 Moueor quintò, quia indignitas, quæ prætēditur, dicitur commissa in cõtrauentione donationis, ideo non potest extendi ad causã testamenti, iã per plures annos antea facti, ex qua hodie Fabritius intēdit succedere, & in qua nihil indigni egit; per regulam quòd indignitas cõmissa in vna re, vel scriptura, nõ priuat in alia, de qua *in l. hæredi*, & ibi glos. *in verbo, nõ aufertur, & in verbo, inter hæredes*, ac ibi etiã Odofred. & Abb. *ff. de his quib. vt indig. & in l. post legatum, §. qui mortis*, & ibi glos. *in figuratione casus*. Goffr. *n. 2. & n. 41. ff. eodem.* Albertc. *in rub. eod. tit. n. 6. & n. 7.* Old. *cons. 16. n. 4. vers. sed illa iura loquuntur.* Et optimè facit rex. *in l. ex facto, §. si. ff. de vulg. & pupill.* & ibi præsertim Bar. & Alex. *in summario*, & Ias. *n. 4. ff. de vulg. & pupill.* per illũ tex. notãt quòd hæres, cui hæreditas fuit ablata tanquã ab indigno, nõ prohibetur vigore substitutionis succedere, sic & Fabritius dato quòd reputatus fuerit indignus tanquam donatarius, non est reputandus talis tanquam hæres testamentarius.

18 Nec obstat quòd mihi in hoc respõdeatur, quòd præmissa regula non procedit quãdo ratio indignitatis militans in vna causa successionis habet etiã locũ in alia, prout videntur termini *d. l. hæreditas*, in qua hæres in testamento scriptus & in codicillis declaratus indignus à testatore, hoc ideo prohibetur succedere ex testamēto, quia non est verisimile, quòd testator ipsum declarãdo indignum successione testamentaria voluerit admittere ab intestato, secundùm intellectum glossæ *in d. l. hæreditas, in glos. magna, vers. item contra.* Et ibi hoc etiã aduertũt Corn. *col. 3. ante med. vers. quod procedit*, & Salyc. *col. 2. sub n. 4.* sic & in proposito, cùm donator declarauerit Fabritiũ indignum donatione propter prætensam cõtrauentionem in obligando officium, & bona donata, verisimile etiam est, quòd nec eum succedere voluerit ex testamento iam facto; cùm sic succedēdo peiora primis committere potuisset.

19 Pater sancte. Hæc consideratio tollitur, quia secundùm eam, præsuppositis terminis *d. l. hæreditas*, in quibus loquuntur glos. Cor. & Salyc. *in locis præcitatis*; præsupponenda autem sunt alia ad eandē l. requisita, & necessaria, & sicut suprà probaui, præsupponēdum est primo loco quòd indignitatis declaratio sit facta à testatore circa hæreditatem relictam, in qua est absolutus moderator, & arbiter, non autem circa donationem, in qua pœnitentię locus non est. Secundò præsupponendũ est, quòd re vera, siue testator, siue donator hæredē, aut donatariũ expresè declarauerit indignũ, aut malè meritũ. Tertiò vt per declarationem prædictam ab hærede, seu donatario non sit sublatũ ius hæreditatis, seu donationis ipso iure. Quartò, quòd eadem declaratio fuerit facta in præsentia quinque testium per epistolam, vel per codicillos. Quintò, quòd declarans non vlterius disposuerit ad fauorē aliorũ. Quæ omnia requisita, cùm cessent in casu, de quo agitur, vt suprà probaui, ideo cessat omnino eiusdem legis dispositio, *iuribus vulgaribus*.

Vltra quòd glos. Salyc. & Corn. *in locis præallegatis* loquuntur, quãdo hæres fuit declaratus indignus hæreditatis in testamento delatę, tũc enim dicũt nõ esse verisimile, quòd testator voluerit ab intestato admittere illũ, quē ex testamēto scriptũ hæredē indignum declarauit, vnde secus si non fuit declaratus indignus hæreditatis prædictæ, *ex præallegatis*, & præsertim quia absurdũ videtur, quòd ex verisimili testatoris volũtate contrario testamēto, illud sit reuocatũ, cũ nec reuocatũ dicatur ex expressa cõtraria volũtate, *l. militis codicillis, §. veteranus, ff. de milit. testam.* Aldobrand. *d. cons. 2. n. 1. & seq. lib. 1.* & in materia indignitatis nõ fit extensio de vna causa ad aliã, ex verisimili mente testatoris, aut alia, *dicta l. ex facto, §. si. ff. de vulg. & pupill.* cum aliis suprà allegatis. 20

Moueor sextò, & vltimò, quia omnia præmissa procedunt cum præsupposito, quòd Fabritius ceciderit à donatione præmissa, & quòd Iulius potuerit declarare, & acceptare caducitatem: sed supplicatur aduerti, quòd hoc præsuppositũ non sustinetur in facto, ideo declaratio Iulij per errorem fundata in contrauẽtione, quæ nõ adest, nullam inducit ademtionem bonorũ donatorum, Bart. *in l. duo, n. 2. ff. de adim. leg.* 21

Et quòd non sustineatur colligitur, primò ex verbis donationis, quæ bene perpensa distinguunt duos casus. Primum, quando donatarius simpliciter alienauit, seu obligauit bona donata: secũdũ, quãdo talia fecit de cõsensu successorum, & habentiũ interesse etiã impetrata venia à Principe, sic faciendi. Primo casu, in quo versamur, imponit pœnã scutorum 500. pro qualibet vice locis piis applicãdorũ: secũdo casu (in quo nõ sumus) imposuit pœnam caducitatis; extendere autē pœnã caducitatis in secundo casu impositã ad primũ, videtur absurdũ, tũ quia prima pœna scutorũ 500. esset superflua, & inutilis, si secunda priuationis omniũ bonorũ locũ haberet; tũ quia donator incontinenti cõtraria dixisset; tũ & tertiò quia pro vno & eodē excessu duplex pœna regulariter imponi nequit; tũ & quartò, quia notabilis est diuersitatis ratio inter primũ & secũdũ casum, prout latè fuit resolutũ corã R. P. D. Litta in vna Romana de Theodolis, Mercurij 21. Maij 1597. 22

Colligitur secũdò, quia donator æquè imposuit pro ludo qualibet vice pœnam scutorũ 500. sicut imposuit pro qualibet obligatione, & postea iã circa ludũ, quàm circa obligationem reseruauit sibi facultatē delendi in totũ, aut minuēdi in parte dictam pœnã, donatione nihilominus semper in suo robore remansura. Ex quibus vltimis verbis non videtur posse dubitari, quòd in casu obligationis, & ludi voluit donator solui tantam pœnã, nõ autē donationē annullari, & cũ hęc verba clara sint, disputatione & argumentatione non est opus, *l. continuus. ff. de verb. oblig.* 23

Tertiò, etiã dato, quòd pro simplici obligatione esset imposita pœna caducitatis (prout non fuit) adhuc est cõsiderandũ, quòd donator non simpliciter prohibuit donatario obligationē, sed cũ qualitate, videlicet, quæ bona donata afficiat, aut quouis modo comprehendat. Sumere autē pecunias ad societatē super officio, aliud nõ est, quã facere sociũ, & participē eum, qui dat pecunias de rata fructuũ ipsius officij, & sic ex hoc nõ inducitur obligatio, officiũ afficiēs, sed tãtũ inducitur obligatio personalis, prout in societate inita super fructib. officij. Roman. *in cons. 309. n. 3.* & per totũ Alex. *in l. filiusfamilias, §. si vir, n. 17. in fin. ff. solut. matrim.* prout nec etiam sub generali obligatione omniũ bonorũ cõprehēditur officiũ alienari prohibitũ. Corset. post gl. & Ang. quos 24

allegat in *sing. in verb. obligatio*, vbi præsertim quando fic obligando, obligans incideret in aliquã pœnam, Natt. *cons.* 474. *n.* 22 *lib.* 2. Ideo cessante qualitate, quæ pœnam inducit, cessat etiam & pœna propter illam qualitatem inducta, *l.* 2. §. *docere. ff. de vi bonor. raptor.*

25 Quartò, & in omnem euentum dicitur, quòd ex quo officium non fuit nec distractũ, nec traditũ, idcirco pœna imposita cõtra illũ hypothecantẽ, & obligantem, seu pignorantẽ, non sequuta effectuali traditione, ac distractione prædicta per solam verbalẽ obligationẽ minimè incurritur, ex allegatis per Negus. *in tract. pign.* & ita fuit decisum in eadẽ Romana de Theodolis coram Illustr. Card. Blanchetto 12. Februarij 1596. *in vers. non obstant deducta*, & illius decisionis casus erat magis dubitabilis, cùm in illo testamento non solùm erat prohibita obligatio, hypothecatio, & pignoratio, sed etiã testator iusserat eius voluntatem ad vnguem seruari, & tamen adhuc Rota resoluit, non sequuta traditione rei hypothecatæ pœnam prohibitioni adiectam minimè incurri.

26 Et vlterius in proposito non est omittẽda ratio quòd donator prohibuit Fabritio alienationẽ, & obligationẽ, vt scilicet donata bona perpetuò in familia conseruentur, & paulo infrà, ve deseruiãt in honorificam eius familiæ sustentationẽ. Quo fit vt ex verisimili donatoris mente non omnis contrauentio caducitatem inducere debeat, sed tantùm ea quæ cum effectu voluntatem donatoris euertit; prout bene considerauit eadem Rota coram R. P. D. Litta *in dicta decisio. in ver. Non obstant illa verba, &c. & in ver. sed &c.* vbi, quòd multo minus inducitur caducitas quando alienatio, seu obligatio est ex testatoris expressa voluntate ipso iure nulla, prout in casu nostro) cùm tunc nullum operetur effectum.

27 Hæc quæ scripsi, Pater sanctè, non quo debui (vt ad purgatissimas eius aures perueniret) sed quo potui studio genuflexus sanctissimo suo iudicio submitto; hoc vnum addens, quòd Fabritius Vallatus non valens cum Camera Apost. litigare, exemplari eius integritati & sapientiæ seipsum, omniaque sua iura pariter, & genuflexus commendat & committit.

ILLVSTR. D. CARD. BLANCHETTO.

Romana de Theodolis. Lunæ 12. Februar. 1596.

28 FVit resolutum testatorem non intellexisse de nudo facto absque traditione ad effectum pœnæ, in testamento enim non legitur expressa prohibitio attentationis alienationis, sed alienationis tantùm, quæ non intelligitur sequuta, nisi mediante traditione, Bald. *in c. 1. aut libellario, n.* 4. *quib. mod. feud. amit.* Paul. de Castr. *in l. peto, §. fratre, n.* 2. *ff. de legat.* 2. Iason *in l. filiusfamilias, §. diui, in 2. lectura, n.* 53. *&* 26. *ff. de leg.* 2. & ibi Ambros. de Opizo *n.* 66. cum alijs allegatis.

29 Non obstant deducta pro D. Ioanne: nam dum ponderatur prohibitio hypothecæ, & pignoris, intelligitur de ea hypotheca & pignore, per quod fuerit deuentum ad traditionem, Bald. *in c.* 1. *n.* 1. *in princ. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ibi Aluar. *col.* 1. non autem in simplici obligatione, vt ibidem Camer. *fol. vlt. n.* 25. *vers. animaduerte tamen*, Neg. *de pignor. in* 3. *memb.* 2. *par. n.* 78.

30 Nec refragatur *vers. quia sic sibi fecere placuit*, & quòd eius voluntas debeat ad vnguem obseruari, quia cùm non prohibuerit attentationem, dummodo non deueniatur ad traditionem, ad vnguem eius voluntas obseruatur.

31 Quo verò ad coniecturas desumtas ex alijs testamenti partibus, aliqui ex Dominis dixerunt, quòd in illis casibus, in quibus testator respexit attentationem, adest ratio diuersitatis ab attentatione alienationis, & de vno ad aliud non inferendum: præterea dixerunt, quòd si est locus coniecturis, tunc cùm materia sit dubia, est locus distinctioni Bal. & aliorum *in l. vbi pactum, C. de transact. & in l. ea quidem, C. si mancip. ita venierit.* & Ruyn. *consil.* 123. *num.* 15. *lib.* 2.

An autem prætensæ alienationes factæ per D. Theodolum sint tales, vt incidetur in pœnas prohibitionis alienationis, vel ab eis excusetur, erit particulariter videndum. 32

R. P. D. LITTA.

Romana de Theodolis. Mercurij 12. Maij 1597.

DOmini concorditer tenuerunt pœnam caducitatis non fuisse impositam alienanti in casu de quo agitur, non ea ratione, quia ex lectura testamẽti constat testatorem noluisse apponere dictam pœnam, nisi in casu non confectionis inuentarij infra duos mẽses, in casu impetrationis licentiæ de alienando per ipsum primogenitum, item vbi consenserit simili impetrationi, aut ea quouis modo concessa vtatur, vnde cùm simpliciter alienanti talis pœna non fuerit expressè imposita, meritò illa intrare non debet, ad tex. *in §. cùm igitur, in auth. de non elign. secund. nub. in cap. nouimus* 16. *q. vlt.* Bald. *in auth. ex testamento, num.* 13. *vers. modo ueta prædicta, C. de secund. nupt.* Dec. *cons.* 381. *n.* 10. Curt. Iun. *cons.* 119. *num.* 9. *& seq.* latè Rumin. sen. *cons.* 775. *num.* 4. & Rumin. Iun. *consil.* 235. *num.* 94. *& seq.* 33

Maximè cùm in pœnalibus ex identitate rationis nõ debet fieri extensio de casu ad casum, gl. *in Clem.* 2. *vers. sanctionem, de vit. & honest. cler.* Dec. *cons.* 414. *n.* 8. ni obat tex. *in l. pater Seuerinam, in prin.* vbi Bart. hoc notat, *ff. de cond. & demonst.* latè Roland. *cons.* 59. *n.* 5 *2 lib.* 3. 34

Nec dicatur quòd propter identitatem rationis censeri debet imposita eadẽ pœna priuationis, etiam in casu simplicis alienationis, si non vi extensionis, saltem vi comprehensionis, iuxta text. *in l. illa l, ff. ad leg. Aquil.* & not. per glos. *in Clem.* 1. *in verb. sepultura, de sepulturis.* 35

Vnde cùm non alia ratione prohibuerit testator impetrationẽ licentiæ de alienando, consensum impetrationi, & vsum illius sub pœna caducitatis, nisi vt bona ipsa integrè conseruentur in familia, & in ipsa primogenitura, quæ tamo pariter viget in alienatione, imino maior videtur, cùm plus sit alienare, quàm impetrare licentiã de alienando, vt omnibus notum est. Ideo, &c. 36

Nam stante clara dispositione testatoris, qui voluit in casu alienationis, alienationẽ ipsã esse nullã ipso iure, nõ potest dici adesse eadẽ rationẽ in isto casu, quæ viget in supradictis casibus, siquidem, quia data nullitate alienationis nullum infertur primogenituræ præiudicium, nec mens testatoris, quæ fuit perpetuò conseruãdi bona in familia, nec aliquo cũ effectu offẽditur, cùm sic bona de facto alienata non exeant dominiũ primogeniti alienãtis, seu primogenituræ, Cũ. *cons.* 28. quẽ sequitur Ias. *in l. filius familias, §. diui, in prima lectura, n.* 88. *ff. de leg.* 1. 37

Imò possint quãdoq; recuperari, vt tradunt communiter Doctores *in d. §. diui, & in l. peto, §. fratres, ff. de leg.* 2. Bald. *in l. quoties, la* 1. *n.* 10. *C. de fideicom.* 38

At per impetrationem licentiæ de alienando, & vsum illius, considerabile damnum paratur primogenituræ, & dispositioni testatoris, cùm sic aperiatur via per quã bona cum effectu exeãt, seu liberè extra possint de ipsa primogenitura, sicque per consequens voluntas & dispositio ipsius testatoris euertitur, cui malo, cùm non posset testator prouidere mediãte pœna nullitatis actus, vt in casu simplicis alienationis, & cùm Principi legem imponere non valeat testator, ne licentiam concedat de alienando bona primogenituræ, aut strictissimo fideicommisso subiecta ad not. per Rom. *cons.* 403. *n.* 14. & per Dec. *cons.* 357. *n.* 5. Non mirũ si in casibus impetrationis, scilicet licentiæ de alienãdo consensus, & vsus appositam pœnam hanc priuationis, vt hac per terrorem hæredes viam illam non audeant aggredi, per quam cum effectu elusoria, & inanis reddi posset ipsius testatoris voluntas, & dispositio, ad tex. *in l. fin. C. de his, quæ pœn. nomin.* 39

Quam

40 Quam pœnam pati ratione apposuit testator in casu non confectionis inuentarij, cùm ob non confectionem inuentarij de facili occultari, & obliuioni tradi possent bona primogenituræ subiecta, & cùm non ita de facili recuperari possint à succedente in primogenitura defectu probationis illius requisiti, quòd illa fuerant in bonis testatoris; de quo requisito loquitur Alb. *cons.6.n.6.* Alexand. *cons.82.n.18.cons.139.n.3.lib.2.* & Dec. *cons.76.n.2.lib.3.*

41 Et propterea stante hac diuersitate rationis, non debet pœna priuationis hæreditatis his in casibus apposita censeri repetita in superiori casu simplicis alienationis, cui sufficienter prouisum fuit, mediante pœna annullationis actus ipso iure, & facto, ita Bart. *in l. talis scriptura, n.3. ff. de leg.1.* Bal. *in l.1.n.5.C. de legit. hæred.* Dec. *in c. secundò requiris, n.3. de appell.* Ruyn. *cons.38.n.13.lib.5.* Decius *cons.437.n.4.* Soc. sen. *cons. 259.n.5.* Natt. *cons.678.n.38.lib. 4.* prout fuit dictum in illa Romana Vineæ de Arcis Octobris 1589. coram R.P.D. Pegna.

42 Nun obstat ponderatio illorum verborũ, *prohibens etiam, &c.* quæ videntur esse implicatiua orationis præcedentis, & redditiua nouę dispositionis, ad tex. *in l. etiã, ff. solut. matrim.* cũ vulgar. quia dixerunt Domini illa implicare quidé respectu prohibitionis, nouámq; cóncipere dispositionem respectu nouæ prohibitionis, & pœnæ priuationis, sed non importare repetitionem eiusdem pœnæ priuationis respectu casus supradicti.

43 Qood cóprobatur ex eo, quòd inter prædictos aliqua métio non fit de simpliciter alienantibus, quòd exclusi omnino videantur, ad tex. *in l. cùm prætor, ff. de iudic.* maximè ad effectũ pœnæ priuationis, pro cuius exclusione omnis interpretatio fieri debet, ad tex. *in l. apud Labeonem, § si communem, ff. de in rem verso & in l. si quis seruum, in fine, ff. de seru. corrupto,* cum simil.

44 Non etiam obstant illa verba, *& hæc locum habeãt toties quoties fuerit contrauentum,* quia licèt sint apta cóprehédere etiã simpliciter alienantes, cùm & ipsi videãtur contrauenire voluntati testatoris alienando contra expressam illius prohibitioné, verè tamé non sunt intelligenda de omni córrauétione, sed de ea dũtaxat, per quã volũtas ipsius testatoris cũ effectu euertitur, ad tex. *in l. pen. § loquere ff. ne quis eũ, qui in ius voc. vi exim. in l. nomẽ filiarũ, § si ff. de verb. sig. & in l.1. § hæc verba, ff. ne vis fiat ei.*

45 Vnde cùm nó subuertatur dispositio, & volũtas testatoris, cum effectu ex simplici alienatione, quæ nulla est ipso iure, & facto ex speciali dispositione eiusdé testatoris, & quæ per consequens nullũ potest producere effectũ respectu translationis dominij bonorum subiectorum ipsi primogenituræ extra familiam, vt iã dictũ fuit; ideo, &c.

46 Vltrà quòd nó est cóueniens, quòd verba quantũuis generalia, restringãtur, ita postuláte subiecta materia, & volũtate proferétis, ad tex. *in l. si vno, ff. locati.* iũcto tex. *in cap. humana aures 22. q.5.* sed subiecta materia pœnæ priuationis non patitur, vt lata fuit interpretatio, seu vt fiat extensio, aut repetito illius de casu ad casum, ad reg. *in pœnis, de reg. iur. in 6.* cum aliis, de quibus suprà.

47 Mens etiam testatoris, quæ ex verbis elici potest, iuxta tex. *in l. Labeo, ff. de supellect. leg. & in l. Gallus, § 1.* ibi, *quẽ ex verbis concipi possit, ff. de lib. & posth.* nó videtur esse, vt per simplicé alienationé etiã committatur pœna priuationis, quod patet, quia dum opponit dictã pœnã impetrãti licentiã de alienãdo cósentienti, & vtenti, nec non & non cófitenti inuentarium infra tempus præfixum, vtitur semper illa dictione, *tales,* quæ, vt dictum est, restringit dispositionem illam ad illas duntaxat personas nominatas, non nominatas excludendo; ideo, &c.

48 Et quòd dicta verba debeãt solùm intelligi respectu prohibitionis impetrationis licentiæ de alienãdo: consensus & vsus illius clarissimè etiã demonstratur ex subsequẽtibus verbis, ad tex. *in l. si seruum plurium, § fin. & ff. de legat. 1.* cũ vulgar. subdit enim, *quia prohibitionem supradictã ad vnguẽ in perpetuũ, & in infinitum inuiolabiliter obseruari mãdauit, &c.* Vnde cùm hæc verba ita in singulari numero prolata non possint vtramq; prohibitioné cóprehendere, vt omnibus notum est, ideo ad proximã præcedentem tantùm sunt referenda, glos. *in l. prima, ff. de leg. præst.* Corn. *cons.97.n.7.lib.1. cons.90.n.40.lib.3.* Aug. *cons. 330. ad fin.* Aym. *cons.147.n.8.* quod maximè tenendũ est, quia ex supradictis patet eandem rationé nó subesse in vtroq; casu, ad notat. per Rom. *cons.212.n.3. & seq.*

49 Vltra quòd prædicta verba si essét referenda ad omnia supradicta, essent tantùm referenda hoc pacto; & non aliter, quòd scillcet vbi contrauentum sit simpliciter alienando, alienatio ipsa sit nulla ipso iure, & facto: vbi autem sit contrauentum obtinendo à summo Pótifice licentiã de alienãdo, aut impetranti consentiẽdo, vel ea vtendo, eo ipso pœna priuationis hæreditatis incurratur, & ita singula singulis essent referenda, iuxta tex. *in l. Plautius, ff. de aur. & argen. leg. in l. Iulius, § Phœbus, ff. ad Trebell.* cũ aliis per Dec. *cons.384.n.6.* & ita votando ad fauorem D. Theodoli, qui solus informauit, nimiam contumaciã aduersarij accusãndo concorditer per Dominos resolutum fuit, &c.

In eadem causa responsum Francisci Franchini Iurisconsulti Senensis.

50 NVlla actio competere videtur Reuerendæ Cameræ ad bona comprehensa in donatione, nec etiã ad reliqua quæ remanserunt in hæreditate D. Iulij Aluari donatoris & testatoris, non obstante reuocatione donationis, & prætensa indignitate domini Fabritij donatarij, & hæredis ex testamento.

51 Primò namq; apparere videtur, donatoré non potuisse reuocare donationem sub prætextu obligationis officij comprehensi in donatione.

52 Secundò ex reuocatione nullam posse colligi indignitatem D. Fabritij quoad testamentum.

53 Tertiò deniq; nullam viam patere fisco ad hæc bona, vtcumque lapis iste voluatur.

54 Quod enim attinet ad primum, constat donationẽ perfectam libero consensu donatoris non posse reuocari, nisi ob certas causas in iure expressas; neq; etiam rescripto Principis, *l.2.3.4. & 5. C. de reuoc. donat.* Quinimo nec etiam ob pacta non seruata reuocari potest, nisi donator in donatione id expresserit, quod pactũ, cuius vigore reuocatur, nó fuit causa finalis, quæ mouit donatorem ad donandum, *cap. verum, in fin. de donat.* secundùm intellectum receptiorem, vbi glos. prima, *in fine.* dicit donationem non posse reuocari ob modum non seruatum, nisi expressè dictũ fuerit. vbi Zabarel. *in prin.* & Abb. *n.2. in fine,* explicãt si donetur Ecclesiæ sub modo, quòd causa finalis donãdi est salus animę, quę principaliter mouit donatorem, non autem modus ipse, & ibi latiùs Card. Alex. *ma. sub n. 6. vers. tertiò est contrà, & vers. quintus,* & facit doct. Bar. *in l.2. § vlt. sub n.2. de don.* vbi etiam concludit causam finalem esse, quãdo modus respicit vtilitatem etiam alterius, quàm donatarij.

55 Itaque in proposito casu causa finalis, quæ mouit donatorem ad donandum, non fuit ne bona alienarentur, sed vt donatarius assumeret nomẽ, & arma donatoris, & conseruaretur dignitas familiæ Aluaræ in descendentes masculos donatarij: prohibitio autem alienationis non fuit finis, sed ad finem, vt manifestè deprehenditur in compluribus locis donationis. Quo fit strictè agendum esse in hac materia reuocationis ob alienationem; ita vt in casibus tantùm expressis à donatore liceat reuocare, eò maximè quòd donatio est contractus stricti iuris.

56 Multa autem conuincere videntur donationem nó potuisse reuocari.

57 Primò quidẽ, quia onera imposita donatorio non habuerũt vigorẽ in vita donatoris, sed inceperunt obligare post illius mortẽ duntaxat; & per cósequens societates illæ contractæ superstite donatore non præstiterunt iustam causam reuocandi.

58 Siquidem donator reseruauit sibi non modò vsumfructum omnium rerum donatarum, verumetiam liberam dispositionem sex millium ex quibuscumq; bonis donatis, scilicet ex officio de quo agitur, & ex cēsibus ibi descriptis, ac etiam reseruato iure extinguēdi census, & edendi, vnde officium istud, in quo fundatæ dicūtur societates, nō poterat dici donatū absolutè, quia pendebat à futuro euentu si donator non disposuisset, vnde oneta imposita incipere debuerunt: tunc demum cùm donatio esset certa, quia quādo actus pendet à futuro euentu, vel à facto alterius, tunc tempus adiectū oneri implendo, nō intelligitur incipere pēdente dubio euentu, Marian. Sen. *cons. 76. n. 7. vol. 1.* Tiraq. *de retract. consang. §. 1. glos. 10. n. 50.*

59 Quod etiam manifestè deprehenditur *ex vers. pacto tamen, & conditione*: ibi, dictus donatarius, & deinde omnes & singuli successores in rebus donatis se nominari & cognominari iurent de familia Vallata Aluara post ipsius donatoris mortem.

60 Et *in vers. præterea*, qui immediatè sequitur, dixit donator nolle, vt detraharur falcidia, aut Trebellianica.

61 Quæ quidem prohibitio, quāuis parum cōueniat illi actui, tamen insinuat tempus, quo deberet incipere obligatio, nēpe post mortē donatoris. & paulo infrà subdit pœnā alienātis, quia donator vult, & desiderat, quòd dictæ res donatæ vnà cum toto vsufructu & augmento sint & esse debeant in honorificā sustentationē familię, &c. ex quo significatur tempus mortis donatoris: nā eo superstite durabat vsusfructus apud eum, nō autē apud donatarium, & verificari non poterat tale votum. Et paulo mox ibi, & huiusmodi conditionē, & pœnam, tam circa ludum, quàm circa obligationē idem donator sibi reseruauit facultatem cassandi, diminuendi, vel aliter eius arbitrio delendi, & variandi, prout sibi placuerit, &c. Quo demonstratur illam pœnam nō habuisse suum robur in vita: sed expectabat vltimum vitæ spiritum.

62 Quod euidenter colligitur *ex vers. declarauit tamen*, ibi: *Quod præsens donatio, & omnia, & singula in instrumento contenta, ita demum habeant locum, & effectum, quatenus ipse dominus donatarius, seu eius filij superuixerint ipsi domino donatori, &c.* Pœna igitur stabat in suspenso quousque appareret quisnam superuiueret.

63 Et hæc sola ratio videtur funditus euertere reuocationem donationis.

64 Secundò, quia casus iste societatum contractarum per D. Fabritium non est comprehensus in casibus quibus locus esse posset reuocationi donationis.

65 Siquidem donator *in vers. præterea, vt donans*, vbi agit de pœna alienātis distinguit duos casus penitus separatos, vnus est quando quis cōtrafecerit per se solùm, quo casu irrogat pœnam scutorum 500 pro singulis obligationibus, obligatio tamē remaneret nulla ob alias clausulas superiùs generaliter appositas. Aliter autem est, quando quis alienasset de cōsensu aliorum vocatorum, & iam ex gratia Principis, & tunc disposuit, vt talis persona habeatur pro mortua, ita vt careat omnibus bonis non facta repetitione pœnæ 500. scutorum, & est maxima differentia inter hos casus.

66 Quia primo casu alienator nō fecit quicquid potuit, vt alienatio sortiretur effectū, ideóq; potuisset reuocari à proximioribus ipsa res alienata, vnde donator fuit cōtētus illa pœna scutorū 500. At in secūdo casu alienator totis virib. contendit reddere alienationē irreuocabilē: vnde dignus est grauiore mulcta, vt in pœnis irrogandis propter conatū, & propter delictū sequutū, cum effectu distinguunt Doct. vt colligit Menoch. *de arbitr. cas. 360.* per totū, pra sertim *n. 20.* Nos autem versamur in priore casu, quia D. Fabritius solus cōtraxit societatē sine cōsēsu cuiusquā. Quādo namq; testator cōminatur pœnam certā, si hæres non paruerit præcepto testatoris, tunc fit trāsfusio legati in pœnā, qua sola fuit cōtentus testator; ideóq; pro cautela datur, vt hæres curet aliquā leuē pœnā apponi in testamēto ad finē, vt non sit locus caducitati, vt probat Dur. *de arte test. t. 6. de l. caut. 41.* & ex cōiunctione duorū casuū colligitur hāc fuisse mētē donatoris.

67 Tertiò, quia D. Fabritius nō cōtrauenit præcepto donatoris, etiāsi cetera supradicta nō extarent. Vetuit nāq; donator diminutionē, & alienationē bonorū donatorū, etiā latissimè sūpto vocabulo alienationis, & obligationis, scilicet quæ dicta bona donata (inquit) afficiat, aut quouis modo comprehendat. Hactenus in donatione.

68 Sed accipere pecuniā ad societatem officij, non est alienare officium aliquo modo, nec illud obligare: officia nāq; sunt iuris publici, & officiali permittitur assumere socios in fructibus, nō autē in officium, vbi nullo modo cōmunicatur: vt euidēter patet nō modò ex formula instrumentorum, sed etiam ex ipsis instrumētis, quæ producuntur; talia enim officia respuūt omnem obligationem, fructus autē admittunt, tenetúrq; officialis actione personali ad solutionē fructuum pro rata conuenta. Quo fit, vt grauatus, & iussus non alienare sub pœna caducitatis, non incidat in pœnam, si imposuerit censum super fructibus, secus si super re, vt resoluit Rota *decisio. 480. p. 1. diuers.* in illa Romana Vineæ de Maximis 4. Februarij 1577. coram Decano. Idem dicitur etiam de emphyteuta, & Rectore Ecclesiæ, & similibus, vt probat Redoan *de rs. Eccles. alien. q. 17. n. 21. cum seq.* nouissimè Corbul. *tract. de cas. priuat. ob alienat. in 49. amplia. in princ.* quod est summopere obseruandum.

69 Quoad secundum de indignitate procedente ex reuocatione donationis, resoluendum est nullam extare indignitatem domini Fabritij, nec eam fuisse aliquo modo agnitam à donatore, eodémque testatore.

70 Quod vt manifestè pateat supplicamus aduerti, quòd indignitas non est inducenda, nisi expresè lex talē casū indignitatis induxerit, vt optimè concludit Bald. *in l. 1. n. 50. C. de hæred. inst.* & in notabili casu Rom. *cons. 185. n. 7.* Ruin. *cons. 124. n. 5. cum seq. vol. 4.* Vnde necesse habet fiscus proferre casum legis, vt possit auferre hanc hæreditatem domino Fabritio tamquam indigno. Lex autem habens plures intellectus non potest allegari ad decis. huius causę, vt not. Alex. *in leg. diem functo, sub n. 12. de offic. assess.* Ias. *in leg. admonendi, in 1. sec. n. 67. cum seq. ff. de iu. iur.* ita vt in dubio iudicandum sit contra fiscum pro non indignitate, vt dicit Rom. *d. cons. 185. n. 8.*

71 Ex quibus colligitur non obstare textum *in l. hæreditas, C. de his quib. vt indig.* cum ibi not. per Salyc. & Corn. vbi sufficit testatorem dixisse hæredem indignum.

72 Quando enim tractatur de auferenda hæreditate ab instituto in testam. solēni, duo necessariò requiruntur, vnū quidē vt testator expresè dixerit illū esse indignū, adeò vt non sufficiat dicere, nolo hæredē institutū habere hęreditatē, vt declarat Paul. de Castr. *in d. l. hæreditas n. 2. & in fi. leges*, post Bart. *ibi in prin. in fin. in ime opp.* Alex. *n. 2. in fi.* & ibi Corn. *n. 3.* & Ias. *n. 1.* viden. Non enim sufficit sola volūtas contraria etiam clara, *l. milites codicillis, §. veteranus ff. de test. milit.* secundùm eos, quod etiā dixerat Alber. *ibi sub n. 3. vers. si ad verba*, melius Saly. *n. 6. in fi.*

73 Alterum autem est, vt hæreditas adimatur per aliquā vltimam voluntatē: quamuis enim hæreditas non possit directè dari nec adimi in codicillis, nec in epistola habēte quinq; testes, tamē si testator in talibus codicillis, vel epistola cū quinq; testibus dixerit expresè hæredē esse indignū, sufficiet, eritq; locus fisco; est tamen necessaria dispositio vltimæ volūtatis cum quinq; testibus, quamuis non sit dispositio solēnis, vt est testamentū, vt optimè omnium declarat Odofr. *in sa l. hæreditas, in princ. & n. 1.* viden. & ibi Bald. *in prin. & n. 1.* post Iacob. Butr. *in 1. oppos.* Sal. Fulg. & Alex. & alij passim, in summa enim institutio vniuersalis non tollitur, nisi certis modis pertinentib. ad vltimas voluntates declaratis à legib. nec sufficit volūtas contraria testatoris, *Inst. quib. mo. test. infir. per tot.* præsertim *in §. vlt.* Vnde sicut per codicillos, & epistolā cum quinq; testibus datur hæreditas per fideicom. *l. & in epistola*, & ibi glos. & Doct. *C. de fideic.* sic per eodē actus tolletur si testator dixerit indignum hæredem, vt est text. *in d. leg. hæreditas*, vnde esset contra principia, si

quis

quis dixerit per actum inter viuos cum duobus testibus tollitur institutionem testamentariã: hæreditas enim non datur, nec adimitur per actus inter viuos, iuxta notata *in l. licet, C. de pact.* cum simil.

74 Vtrumq; autẽ abest à proposito casu, quia donator nõ dixit D. Fabritiũ indignum, quãdo reuocauit donationem, legatur totũ instrumentũ, & planũ fiet reuocationẽ fuisse fundatã in sola inobseruãntia conditionis de nõ alienãdo quæ quidẽ inobseruãtia nullo modo significat indignitatẽ; quãdo enim donator reuocat donationẽ ob pacta nõ seruata, id facit permittẽte lege, & pacto, sed nõ propterea donatarius dicendus erit ingratus, vt declarat optimè Bal. *in l. vltima, n. 2. inf.* & ibi Salyc. *n. 4. C. de reuoc. donat.* inferentes ob id reuocationẽ ex tali capite transire ad hæredes, sed nõ ex capite ingratitudinis, optimè Abb. *in cap. vltim. n. 2. in fi.* & ibi Innocen. *sub n. 50. & 15. de donat.* post Zab. *ibidem sub n. 3.*

75 Desuit præterea alterum substãtiale, quia reuocatio testamẽti ex capite etiã indignitatis faciẽda est per vltimam voluntatem.

76 Præterea indignitas nõ potest hoc casu considerari, quia donator remisit in instrumẽto reuocationẽ ex capite ingratitudinis cũ iuramẽto, ideóque apparet eũ nõ habuisse rationem indignitatis.

77 Ex his colligitur formalis respõsio ad Salyc. *in d. l. hæreditas, n. 14.* & ibi Corn. *sub n. 8. vers. quod præcedit, C. de his quib. vt indign.* ex aduerso allegatos; loquũtur enim quãdo testatrix incidit testamẽtũ, vel cãcellauit, in quo erãt instituti proximiores: nõ enim verisimile est ipsum voluisse, vt sublato testamẽto iidem succederẽt ab intestato; sed nos versamur in casu cõtrario, quia reuocata donatione infertur ad successionẽ ex testamento, quæ est absurda illatio; nã stãte donatione, donator est ligatus, nec poterat reluctari, si donatarius legẽ donationis seruauisset, sed reuocata donatione, remanet testamẽtum reuocabile, & remanet donator dominus absolutus, & ob id parũ interest donatoris, an ille sit indignus; vnde si pater donaret filio, quo casu potest reuocari donatio, si reuocaretur, nõ ob id posset inferri, vt filius esset iudicatus indignus successione paterna, quæ nihil cõmune habet cum donatione, talis enim casus non comprehenditur *in §. causas, in auth. vt cum de appel. cog.*

78 Præterea doctrina Sal. & Cor. fundata est in gl. illa reprobata, de qua omnes trufãtur, vt ibi dicũt Paul. Alex. & Ias. post alios, quia quãdo testator incidit testamẽtũ, intelligitur id fecisse, vt ei succederetur ab intestato, secus verò si deleuisset nomẽ vnius hæredis, vel omnium, remanẽtibus reliquis partibus, vt post alios communiter probat Alex. *in l. nostram, n. 3.* & ibi Ias. *n. 2. C. de testam.* & hoc secundo casu sustinentur Salyc. & Corn.

79 Nec obstat verisimilitudo allegata per Corn. quia ea nõ habet locũ ad tollendũ institutionẽ, sed legata duntaxat tex. in specie *in l. si inimicitiæ, ff. de his quib. vt indign.* iuncta *l. ex parte ff. de adim. legat.* & colligunt omnes *in d. l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.*

80 Sed tollitur omnis difficultas, quia nõ sumus in casu lacerationis testamẽti, sed reuocationis donationis, in qua nulla mentio facta fuit de institutione: clarum est autem, quòd indignitas commissa in vno actu, aut scriptura, nõ extẽditur ad alium actum, aut scripturã etiam eiusdẽ testamenti: text. not. *in l. ex facto, §. vltim. ff. de vulg.* vbi optimè Ias. *n. 4.* post Alex. tex. *in l. hæredẽ, & l. Papinianus, ff. de his quib. vt indign.* qua de re etiã si dominus Fabritius fuisset indignus donatione, nihil tamen ei nocebat quoad testamentũ. rationẽ adducit I.C. *in dicto §. vltimo:* ibi, *satis enim punitus est, in eo, in quo fecit contra legem.* in summa fiscus tenetur proferre legẽ, qua caueatur, vt ex reuocatione donationis ob pacta nõ seruata inducatur indignitas quoad testamentũ respectu fisci; quia requiritur lex expressa, vt dixi, Salyc. enim, & Corn. fuerũt legistæ, & non legislatores.

81 Tertiũ caput deniq; videtur esse vrgẽtissimũ, donator nãq; in instrumẽto donationis, *ver. & quia inuẽto,* expressè disposuit ne bona illa possẽt incorporari fisco occasione delicti, siue alia quacunq; via. Vnde videtur exclusisse fiscũ etiã ex causa indignitatis; quod facere potuit, tũ quia volũtas testatoris totũ facit, *l. in cõditionibus, de cõd. & demõst.* Tũ quia indignitas tollitur à testatore, vt colligitur *ex not. in d. l. hæreditas, C. de his, quib. vt indig.* vbi Bal. *n. 5. in fine,* & omnino Paul. Castr. *n. 3* quod facere potest secundùm eos, &c.

In eadem causa responsum Iulij Phei Aduocati consistorialis.

PRo resolutione istius articuli, an fiscus possit auferre bona, de quibus agitur, à D. Fabritio tãquam ab indigno, ex dispositione tex. *in l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* firmãdũ est primò, an D. Iulius potuerit reuocare, vt reuocauit donationẽ, postquã ab ista reuocatione fiscus arguit ad indignitatẽ, qua reuocatione cessãte, & nulla existente, cessat etiam declaratio indignitatis. 82

Et quòd nõ potuerit reuocare, sufficit dicere, quòd est donatio inter viuos irreuocabilis, *l. 5. cũ plurib. seqq. & tot. tit. C. de reuocan. donat.* 83

Dum ergo fiscus vult istam regulam limitare in casu *dicta l. hæreditas,* sub prætextu quòd ista reuocatio potuerit fieri ex ea, dictus Fabritius sit declaratus indignus, tenetur probare cõcludẽter contrauẽtionem esse talẽ, ex qua causa legitima oriatur ad reuocãdũ, de quibus *in l. fin. C. de reuoc. donat.* & ex qua incurratur illa pœna, Bald. *in cap. 1. n. 50. qualiter domin. propr. feud. priuet.* Alex. *cons. 53. n. 1. lib. 2,* Dec. *cons. 380 n. 5.* 84

Et hinc fiscus nullo modo probat, imò constat de cõtrario, quia reuocatio est fundata super causa certa cõtrauẽtionis, cò quia cõtra prohibitionẽ obligauerit officium, & eius fructus pro societatibus officiorum. Quæ quidẽ causa est falsa, quia in donatione non legitur ista prohibitio de nõ obligãdo officio, & fructibus eius, sed solùm prohibetur facere alienationes, & obligationes, quæ ipsa bona donata afficiãt, & diminuant: sed in isto casu dictus Fabritius per contractũ societatis officij nõ fecit obligationẽ quæ afficiat officium, seu eius fructus, quia dictus Iulius in hoc sibi expressè prouidit, reseruãdo omnes fructus, ac omnẽ dispositionẽ, tã per vltimam volũtatẽ, quàm inter viuos & voluit omnes obligationes esse nullas, & nullius roboris, per quas reseruationes vnà cum nullitate obligationũ, non poterãt officiũ, aut fructus affici, & diminui, nec potest dici affectũ, & stãte nullitate obligationis, nulla cadit affectio, & nullũ fieri potest præiudiciũ reseruatario, & ita fuit dictũ in illa Romana de Theodolis. 21 Maij 1597. coràm D Litta. 85

Et stãte reseruatione disponẽdi de officio, & fructibus, dictus Fabritius nihil habebat super illo officio, seu fructibus, nisi mortuo Iulio, quatenus nõ disposuisset, quia quãdo acquisitio pẽdet à futuro euẽtu, interim nihil acquiritur, Soc. *cons. 76. n. 7. lib. 1.* Tir. *de retract. §. 1. glos. 10. n. 50* 86

Prout etiã dictus Iulius ex falsa causa ductus acceptauit caducitatẽ, & ex ea deuenit ad reuocationẽ, quia dictus Fabritius nullo modo inciderat in eã, nõ solùm, quia non contrauenit vt suprà, sed etiã quia in donatione non erat imposita pœna caducitatis in simplici alienatione, seu obligatione, sed solum erat imposita quãdo alienatio & obligatio fieret cum consensu omniũ, quorum interest, vel ex gratia, & licẽtia Principis. Nã primo loco in alienatione, & obligatione simplici imposuit pœnam scutorum 500. Deinde dicit, quòd vult, & desiderat, quòd dictæ res donatæ cum toto vsufructu, & augmẽto, sint in honorificã sustentationẽ familiæ, & imponit pœnam, vt quilibet talia faciẽs cũ consensu omniũ, quorũ interest, vel vt facere liceat gratiã Principis impetrãs, &c. cadat ab omni successione, locũ successori relinquẽs, &c. vt nihilominus irritæ & nullæ sint, &c. Et hãc pœnarũ differẽtiã cõsiderãdam esse, ratio dictat; quia in simplici alienatione & obligatione ipsemet donator prouidere potuit, & prouidit illas prohibendo, & declarãdo, quòd essẽt nullæ, quo casu nullũ præiudiciũ poterat donatarius solus ei inferre, sed quia donatarij 87

poterant

poterant inuenire viam alienandi, & obligandi, ita vt essent validæ, vel habendo consensum omnium interesse habentium, vel habendo licentiam, & gratiam Principis, cùm nõ possit donator istis vijs per se prouidere, imposuit talia facientibus pœnam caducitatis, vt hæc omnia fuerũt bene cõsiderata per Rotã in dicta resolutione corã Litta in dicta causa Romana de Theodolis.

88 Stante autem erronea causa acceptandi caducitatẽ, super qua dictus Iulius fundauit acceptationem, & reuocationem, cessat etiam reuocatio, & quæcunque declaratio & intentio dicti Iulij arguendo a destructione antecedentis, de quo per Euerard. *loco legali 96.* quia qui errat non consentit, *l. si per errorẽ, ff. de iur. om. iud.* Curt. Iun. *cons. 96. n. 7.* Ruyn. *cons. 127. n. 13. & 20. lib. 3.* & sine consensu actus, nihil operatur, *Inst. de oblig. ex consensu, in pr.*

89 Et hæc sufficere deberent in hac causa, sed ad abundantiorem cautelam, dico etiam, quòd per huiusmodi reuocationẽ non potest inferri, quòd sit locus dispositioni *l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* ad fauorem fisci.

90 Primò, quia illa lex loquitur in vltimis voluntatibus, vt ibi legitur, non autẽ in donationibus, quæ valde differunt: nã in vltimis voluntatibus licet testatori ad sui libitũ reuocare, & dicere, quòd hæres scriptus sit indignus, & nõ mereatur, & facere quòd fiscus ab eo auferat, vt per Cyn. *in dicta l. hæreditas, ante fin.* & Alber. *n. 1. in fin.* Secus autem est in donatione irreuocabili, quæ non potest reuocari, nisi ex causis à iure expressis, *l. final. C. de reuocan. donat.* aliàs si *dicta l. hæreditas* procederet etiam in donatione inter viuos irreuocabili, vt donator simpliciter dicẽdo, quòd donatarius est indignus, & non mereatur, posset illam reuocare, omnes leges dicentes non posse reuocari, nisi ex causis expressis, & legitimis, essent frustratoriæ, & non reperirentur amplius donationes irreuocabiles.

91 Præterea per instrumentum reuocationis donationis factum coram duobus testibus non potest dici sublatum esse testamentum priùs validè cõditum, etiamsi in tali instrumento dixisset se cassare, & irritare omne testamentum, doctr. Bart. communiter approbata *in l. si iure, de leg. 3. n. 3* de comm. Ruyn. *cons. 6. in princ. lib. 2.* Dec. *cons. 581. n. 1.* latè Alex. *cons. 30. n. 3. & plur. seqq. lib. 3.* Soc. Iun. *in l. si quis, in prin. de leg. 3. n. 48. & seq. & in rubr. de acq. poss. n. 126. & seq.* Clar. *§. testamentum, q. 91. vers. sed quæro,* latè Mant. *de coniect. lib. 2. tit. 15. n. 19.* multo magis ergo in casu nostro, vbi nulla est facta mentio de testamẽto.

92 Secundò nõ potest fiscus auferre *ex d. l. hæreditas,* quia ad hoc vt illa lex intret necesse est, quòd bona tempore mortis testatoris, seu donatoris reperiantur penes illum qui est declaratus indignus, quia aliàs impossibile est, quòd fiscus ab eo auferat bona, & ideo leges, & toto tit. *ff. & C. de his, quib. vt indign.* semper dicũt, quòd fiscus aufert ab indigno; sed in casu nostro si donatio potuit reuocari, bona donata ad donatorẽ fuerũt ipso iure reuersa, & nihil penes indignum remansit merito, &c. vt per Corn. *cons. 141. n. 4. lib. 4.* prout etiam quando institutus est penitus incapax, fiscus non intrat per eandem rationem, quia penes incapacem & indignum nihil fiscus reperit, quod possit auferre. Boss. *in tit. de his quib. vt indign. bona aufer. & ad fiscum non pertin. n. 3. & 5.* & latè declarat Dec. *in l. 1. n. 10. circa fin. C. de secund. nupt.* & alia similia exempla referri possent.

93 Econtrà verò, quando est indignus, quia potest adire, & ab eo auferri, tunc intrat fiscus, *ex d. l. hæreditas,* vt Bal. Ang. Cor. & ibi notant omnes, *in princ.*

94 Tertiò non intrat *dicta l. hæreditas,* quia ad hoc vt intret, requiritur quòd expresse sit dictũ, quòd est indignus, vel non meretur, vt post Bart. Castr. & alios dicit esse communem Corn. *cons. 161. n. 7.* etiamsi testator dixerit quòd nolebat ipsum quicquam habere de sua hæreditate, vt per Castr. *in d. l. n. 2.* per tex. *in l. miles cod. cil. his, §. veteranus, ff. de milit. test.* & ibi etiam glos. & *in d. l. hæreditas* omnes notant, vt per Ias. *n. 1.* Cyn. Iac. *n. 2. & seq.*

95 Et licèt non seruãs pacta donationis possit dici ingratus, Bald. *cons. 18. in princ. lib. 1.* & propter ingratitudinem reuocari possit, *l. fi. C. de reu. donat.* tamẽ ingratus nõ dicitur indignus, quia indignus non potest succedere, & tamen ingratus succedere potest, tam ex testamento, quã ab intestato, Bart. *in l. fratres, n. 6. C. de inoff. test.* & ibi Ias. *n. 9.* Bal. *sub n. 10.* Castr. *in l. fratres, eod. tit. n. 7* & tãto magis in casu nostro, in quo donans renunciauit reuocationi ex causa ingratitudinis: sed quid plura, si ob ingratitudinem reuocatur donatio, & reuertitur ad donantem, vt *in d. l. fi. C. de reuocan. donat.* ergo nõ aufertur à fisco.

96 Et quòd propter contrauentionẽ nõ succedat fiscus, est tex. *auth. hoc amplius, C. de fideicom.* & tradunt Doct. *in dicta l. hæreditas,* vbi Alex. *sub n. 4* Ang. *n. 4.* ergo non est indignus, & hoc procedit etiam quando contrauenienti est imposita pœna pri[·]tionis, quia etiam tunc contrauenies nõ dicitur indignus, ita vt succedat fiscus, Clar. *§. testamentum, q. 70. vers. sed pone, testator.*

97 Et generaliter facit, quia indignus nemo censetur, nisi in casibus à iure expressis, Bal. *in l. 1. n. 25. vers. sed contrarium, C. de hered. inst.* Curt. Iun. *cons. 187. n. 7.* Ruyn. *cõs. 123. n. 6. lib. 4.* Rom. *cons. 185. n. 7. vers. contrarium tamen.* Et tamen abest quòd dictus Iulius in illa reuocatione dixerit aliqua verba, per quæ voluerit eum declarare indignum, vt imò totum contrarium appareat.

98 Nam inprimis noluit dicere quòd contrauenisset ob contemptum, vel aliquod malefactum, sed eum excusando dixit hæc verba, cùmque ad notitiam dicti D. Iulij nuper venerit ipsum D. Fabritium immemorem prohibitionis in dicta donatione contentæ, & promissionis, & obligationis etiam iuramento, & camerali obligatione vallatæ, ac pœnarum præfatarum contrauenisse conditionibus in dicta donatione contentis, & inter alia contraxisse societates, &c. vnde cùm omnes contrauentiones attribuerit obliuioni dicti Fabritij, qui fuisset immemor conditionum, &c. non potest aliquo modo dici quòd voluerit declarare indignum, quia in obliuione non est culpa, Bald. *in l. Presbyteri, in fine. C. de Epis. & cleric.*

99 Quinimo vnum est notandum, quòd si dictus Iulius voluisset dictum Fabritium esse indignum sub hæreditate, vtique sicut reuocauit donationem, reuocasset etiã testamentum eodem tempore; & tamen non solùm illud non reuocauit, sed dixit, quòd de bonis suis disponebat pro illis, qui ex testamento, vel ab intestato contingeret succedere, & cũ testamẽto iam facto, perseuerauit post reuocationẽ donationis vsq; ad mortem per tot menses, ac in eadem domo simul viuendo, & à dicto Fabritio seruitia recipiendo, vsq; ad vltimũ vitæ spiritũ, ideo dicitur voluisse decedere cũ eodẽ testamẽto, & eadẽ voluntate, & remisisse omne odiũ, & indignatẽ, vt in terminis tradũt Alex. *cons. 159. n. 10. & 11. lib. 7.* & per Tiraq. latè *de reuoc. don. in ver. susceperit, num. 211. & seq.* & Card. Mant. *in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 13.*

100 Hinc etiã & quartò resultat quòd non intret fiscus, quoniã testator in reuocatione declarat velle alios succedere, vt hîc declarauit velle succedere suos hæredes ex testamento, vel ab intestato, & cõmuniter notãt *in d. l. hæreditas,* Cyn. Butr. Bar. Corn. omnes *in princ. & n. 1.* Castr. *n. 3.* Alb. *n. 3.* imò est cautela ad excludendum fiscũ quãdo dubitatur quòd institutus sit indignus vt fiãt ei substitutiones, Rimin. sen. *cons. 232. n. 9. lib. 2.* Barb. *cõs. 46. n. 1. lib. 1.* Peregr. *de iure fisci, lib. 3. tit. 19. n. 13.*

101 Sed quid plura, si habemus verba clara donationis, in quo donator voluit expresse quòd per quodcũq; delictũ donatarij nunquã posset fiscus confiscare, nec sequestrare; sed semper esse exclusũ: Quæ prohibitio fieri potest, ita vt penitus excludatur fiscus, Ruy. *cons. 129. lib. 2. n. 4. vers. & eo magis,* Rol. *cons. 56. lib. 1. n. 11. vers. item, & in alio, & n. 12. & seq.* Gabr. *113. n. 12. & cons. 140. n. 39. lib. 1. cum simil.* Vnde si voluerit excludi fiscum per quodlibet delictum, multo magis vbi non est delictum.

102 Deniq; dato, sed nõ cõcesso, quòd dictus Fabritius fuisset indignus donatione, nõ propterea sequitur, quòd dictus

ctus Iulius non posset remittere omnem indignitatẽ,& facere eũ dignũ ex testamento,quia indignus ex vna re, vel scriptura,non fit indignus ex alia re,& alia scriptura. *l.hereditas,l.Papinianus,l.rescriptum,C.de his,quib. vt indign.* ibi glos.Alber.*in rubr.eod.tit.n.6.& seq.*Peregr.*de iure fisci, lib.2.tit.2.de indign.n.*19.quia pœna militans in vno,non extenditur ad aliud,vt latè fuit dictũ in dicta decisione de Theodolis;quando n.quis priuatur vna re, quia circa illã rem non seruauit voluntatẽ,nõ extẽditur illa priuatio ad aliam causam,vt bene per Oldrad.*cons.16.sub n.4.*

103 Non obstat quòd dictus Fabritius sit eadem persona, quia in eadem persona loquuntur supradicti Doctores.

104 Non obstat quòd sit eadem indignitatis ratio in vna causa successionis, quæ in alia, quia hoc negamus, & dato quòd esset eadem ratio, illa operaretur, vt dictus Iulius posset reuocare etiam testamentum, non autem facit quòd sit reuocatum, quia pro reuocatione ex capite indignitatis,requiritur expressa declaratio indignitatis,vt suprà,& requiritur, quòd testator vlterius non dixit,quòd velit ad alios, quàm ad fiscum,peruenire,& alia de quibus in præmissis, &c.

ARGVMENTVM.

De pœna non reuelãtis fabricatores falsę monetæ, & eam expendentis, quando locum habeat. De tortura minori inferenda, quæ & qualis esse debeat, & quando dicatur excessiua,vt inde extorta confessio confitenti non noceat.Quando cõfessio dicatur erronea, & quando impossibilis, vt pariter confitenti non noceat.

SVMMARIVM.

Minor excusatur in totum à dolo,seu delicto cõsistente in omittendo non solùm præsumto,sed etiam vero,& absq; vlla prorsus restitutione,num.1.

Reuelare delictum nemo tenetur,quando illud probari non potest,quod an verum sit,& quando,n.2.

Ignorantia iuris controuersi excusat nedum minorem, sed etiam maiorem,n.3.

Criminaliter procedi non potest contra errãtem in iure controuerso etiam quòd potuerit peritiores consulere,& non consuluit,n.3.

Statuta pœnalia derogant pœnis à iure communi impositis,n.4.

Confessio extorta per excessiuam torturam cõfitenti nõ nocet,n.5.

Tortura pro vlteriori veritate,seu ad habendum complices debet esse leuis,& moderata,n.6.

Minores 14.annorum torqueri non possunt, maiores verò 14.possunt torqueri,sed leuiter,n.7.

Torturæ gradus cõnumeratur etiam in stricta manuum ligatione,n.8.& 9.

Confessio dicitur extorta metu tormentorum per solam manuum ligaturam,n.9.

Tortura pro habẽdis complicibus,seu pro vlteriori veritate,nõ debet dari, nisi cõstet quòd torquẽdus erat confessus,vel conuictus de principali delicto, n.10.

Confessio erronea falsa,seu impossibilis confitenti non nocet,n.11.& 13.

Confessionis error censetur probatus, probando rem aliter se habere,n.11.

Euẽtus rei,vel delicti impossibilitas nõ excusat delinquẽtẽ,si se delinquere credebat,n.12.declara,vt n.13.

Error cõfessionis in parte probatus, reddit confessionem in totum erroneam,n.13.

Monetas falsas expẽdentes de iure communi puniũtur pœna falsi, sed hodie perpetuo exilio afficiũtur, n.14.& n.20.

Expendentes monetam falsam,nõ stanneam, vel plũbeam,sed aream,argenteam,vel auream, quomodo puniantur,n.15.& 16.

Monetas falsas expẽdentes præcedente tractatu, & sciẽtia fabricationis falsæ monetæ puniuntur eadem pœna,qua puniri debent fabricatores falsarum monetarum,n.17.& seqq.

Monetas falsas expẽdentes non præcedente sciẽtia fabricationis,aut tractatu puniuntur tamquam auxiliatores post delictum, ideo mitiori pœna puniũtur, quàm puniri debent ipsi fabricatores,n.18.

Auxilium præstantes post commissum delictum præcedente scientia & tractatu,puniuntur eadem pœna, qua puniri debet principalis delinquens,n.18.

Furtum receptans præcedente tractatu, & scientia, tenetur pœna furti.secus si nulla præcesserit scientia, vel tractatus,n.19.

Minor etiam in crimine falsæ monetæ,mitiùs punitur, num.21.

Spontè confessus mitiùs punitur,n.22.

Monetam falsam modicæ quantitatis expendẽs mitiùs punitur,n.23

Minor ætas facit minuere pœnam nõ solùm legalem sed etiam statutariam,n.24.

CONSILIVM CVI.

SI in hac Eugubina falsæ monetæ doctissimas,& magistraliter expilatas dubitationes Ill.admodum,& excel.D.Pierotis Eugubij,enucleatásq; & luculentas responsiones dictis dubitationibus datas ab Excell.D.Carceratorum defensore,perstringere,nedũ singulariter reassumere vellẽ, non vtiq; simplex respõsum, vt mei moris est,sed aliũ de falsa moneta tractatũ conficere opus esset. Vt igitur breuitati quãtum possum,& veritati studeam & pro veritate meum profectã iudiciũ, & inprimis quoad personã Gåboccij,qui primò de non reuelatione fabricatorum falsæ monetę:secundò de earum expẽsione:tertiò de auxilio in fabricatione pręstito imputatur.Omissis prætẽsis nullitatibus processus,crederem eundem Gaboccium esse in casu absolutionis,in omnibus prædictis tribus imputationibus.Et quod attinet ad caput nõ reuelationis,duplici ratione ad sic dicendum moueor.Prima est,quia cùm vix pubes factus sit,& minor annorũ 16.intrat conclusio,quòd in totum excusatur à dolo,& delicto in omittẽdo consistente nõ solùm præsumto,sed etiam vero,etiã absq; vlla prorsus restitutione in integrum,secundùm Aret.*in §.in sum.n.1. in fin. Inst.de oblig.quæ ex delicto nascunt.*Cagnol.*in l.ferè in omnib.n.1.ad fi.ff.de reg.iur.*Ant.Gomez *de delict.c.1.n.59.* Thes.*decis.Ped.16 sub n.3.*cum aliis allegatis per alterũ dñm scribentẽ,qui testantur de cõmuni Doctorũ sent. 1

Altera est ratio,quia nemo tenetur reuelare delictũ quod probare non potest,ex pariter allegatis ab eodem domino scribente,qui testãtur de veriori & magis cõmuni Doctorũ sententia,& licèt non ignorẽ alios nonnullos non medicris scientiæ autores contrarium voluisse, & in hac contrarietate aliquo distinctionis fœdere opiniones concordare nixi fuerint,vt prima scilicet procedat quoad iudicialem denunciationẽ,& accusationem:secunda autem quoad extraiudicialem delationem, et vide est apud Cagnol.*in l.culpa caret,n.12. vers.ego autem,vers.si necessariam,ff.de reg.iur.*Rol.*cons.88.n.12.lib.2.*Clar.*lib.7.c.34.n.16.in fine & c.44.n.27.* Baiard.ad Clar.*§.læsæ maiest.tit.n.2.vers.3.committitur,* Andr.Fachin.*controuers.iuris,lib.9.c.86.* 2

Negari

3 Negari tamen non potest ex præmissis, quin simus in iure controuerso, in quo minores excusari ignorantia iuris dubitandum non est, cùm certissimum sit etiam maiorem excusari, ex allegatis per Tiraquell. *de pœn. temp. cons. 51. num. 6.* Barbol. Tægium *in pract. crim. part. 4. num. 6.* Crot. *cons. crim. diuers. 131. num. 6. & num. 11. & 12. lib. 1.* Osasch. *consil. 64. num. 52. in fine, & seq.* Plot. *de in lit. iur. §. sexto, num. 52.* vbi quòd contra errantem in iure controuerso non potest criminaliter procedi. Stephan. Lamberteng. *de contract. eorum, glos. 1. num. 139. & seqq. & num. 170. & seq.* vbi ampliat etiam quòd quis potuerit peritiores consulere, & non consuluerit, & etiam, quòd errans, seu ignorans sit iurisperitus

4 Quod verò attinet ad expensionem falsæ monetæ, sufficeret dicere, quòd omnibus cessantibus vigore decreti ducalis expendentem falsam monetam non excedentem valorem vnius floreni non posse puniri, nisi pœna minima pecuniaria, pœna videlicet 100. solidorum, etiam quòd scienter & fraudulenter expenderet. Cuius quidem verbi decreta, cùm clara sint, interpretatione non indigent, nec etiam dubitandum est, quin omnem aliam iuris communis pœnam grauiorem reuocauerunt, ad trad. per Bald. *in leg. data vt era, num. 13. C. qui accus. non poss.* Cuius opinionem reprobato Bart. contrarium tenente indistinctè esse sequendam dixit Alex. *in addit. ad eundem Bart. in l. 1. num. 1. ls era C, ff. de vi bonor. rapt.* de communi seruata opinione testatur Clar. *in pract. §. fin. q. 83. n. 5. vers. debet etiam Iudex.* Andr. Fach. *controuers. iur. lib. 9. cap. 1. vers. quarta conclusio*, vbi pariter testatur de magis communi.

5 Verùm quia etiam in isto capite, vt prędixi, Gamboccium esse absoluendum omnino existimo, omnino pariter posse dici arbitrarer hanc eius confessionem circa expensionem monetæ in excessiua tortura fuisse extortam, & per consequens vti metu tormentorum indebitè extortam minimè illi nocere, etiam quòd fuerit millies ratificata. Marsil. *cons. 59. num. 47. & seqq.* Gribald. *in reg. crim. versic. confessio metu tormentorum, inter commun. opinion. parte prima, fol. mihi 347. colum. 2.* Hieron. Lauren. *decis. Auenion. 50. num. 17. & alibi passim,* & communiter Doctores, quos hic referre longum esset. Vulgatum enim est in iure, quòd confessio in tortura emanata nunquam supplet iniustitiam ipsius torturæ ex quocumque capite indebitè illata fuerit, vt pluribus comprobat Anton. Gomez *de delict. capit. 13. rubr. de tortura reorum, num 25*

6 Quòd autem tortura illata Gamboccio fuerit excessiua, præmitto infrascriptas cõclusiones, quarum prima est, quòd tortura pro vlteriori veritate, seu ad habendum complices, debet esse leuis, & moderata, Clar. *in pract. §. fin. q. 74. versic. veritas est, in fin* Vulpell. *consil. 4. n. 14. vers. illud insuper non omitto.* Francic. Personal. *in tract. de indic. & tortura, num. 9. in fine, & num. 10. & num. 101.* & iam hæc omnia bene sciens prudens Iudex Floriano ad eundem effectum nõnisi quartam partem vnius horæ inflixit tormentum stangherræ, quo tormenti genere ab omnibus paruipendi cùm leuissimum sit, & in eo paucissimi confiteantur, & omnes sciunt, & ego testari possum, nunquam vidisse, aut audiuisse aliquem confessum.

7 Secunda sit conclusio, quòd in præmisso casu eo leuior tortura inferri debebat, quo erat tenellæ ætatis, & vix xv. vt mihi præsupponitur, excesserat annum, quo casu licèt bene sciam maiores 14 posse torqueri: non tamen dubium est, quin leuiter torqueri debeat, ex traditis per Anton. Gomez *de delict. cap. 1. n. 57. vers. adulmi tamẽ,* & sic in casu de quo agitur tortura debebat esse leuis duplici respectu, tum ratione personæ, tum ratione causæ, ex prææallegatis.

8 Tertia sit conclusio quòd inter grauis torturæ cõnumeratur stricta manuum ligatio retro terga, vt per Clar. *in pract. §. final. quæst. 64. versic. nunc de gradibus, post med.* Francisc. Personal. *tract. de indic. num. 16.* Bonacoss. *in commun. crim. p. 2. vers. tortura est triplex, fol. 82.* Et quando ligatura est stricta, tunc talis ligatura æquiparatur, quãdo reus in fune eleuatur, & quòd plures reperti fuerint, qui in ea plus doloris patiantur, quã alij in tortura, idẽ Clar. *vbi suprà,* pro veritate testatur, & quotidie in practica experientia docet.

Quare his præmissis, vt ad rem redeam, dum Gamboccius stetit in tortura eleuatus per vnũ miserere trãseat, & sum cum D Iudice quòd tortura non fuit grauis etiam habito respectu ad eius ætatem, & ad finem, pro quo torquebatur; verùm adhuc ipsum detinere, prout detentus fuit, cum manibus retrò terga strictè ligatis per horam cum dimidia, non possum nisi liberè dicere, fuisse isto casu in tortura excessum, & apud nos rãdiu etiã maiores, & etiã in atrocissimis delictis post debitã illatã torturam reos tamdiu detineri nunquã vidi. Quapropter confessionem in hac excessiua tortura habitã nullam & inualidam esse, nullus credo dubitationi locus sit, cùm sola ligatura indebita inflicta, confessionem metu tormentorum extortam, nullam & inualidam faciat, secundùm Bart. *in l. 1. §. diuus Seuerus, num. 2. ff. de quæst.* Bero *in c. etsi clerici, num. 55. vers. timore etiam tormentorum, extrà de indic.* Marian. *in c. qualiter & quando il 2. n. 1017. in fine, extrà de accusat.* Boss. *in tit. de tortura, n. 4.* & est communis, teste Francisco Personal. *in tract. de indic. & tortur.* 9

Videtur etiam prædicta tortura Gamboccio indebitè illata ex alio capite, nempe quia torquetur pro vlteriori veritate, & complicibus, tamquam confessus, & conuictus, & sine præiudicio confessatorum, & conuictorum, & tamen in processu non apparet, quòd ante torturam esset confessus de aliquo prætenso delicto, nisi tantùm quòd non reuelauerit, quod sibi Mengaccius de falsæ monetæ fabricatione communicauerat, quæ quidem non reuelatio, vt suprà probaui, in ipso Gamboccio non erat delictum, vnde cùm de aliquo delicto non esset, neque confessus, neque conuictus, non poterat vti talis, pro prætensis complicibus, & vlteriori veritate torqueri, ad tex. *in l. qui vltimo, ff. de pæ.* cum alijs per Ludouic Peguer. *decis. crim. 5. n. 29. vers. scias tamen.* 10

Et demum quod attinet ad prætensum auxilium prçstitum fabricatori falsæ monetæ, confessio Gamboccij etiam super hoc capite subiacet defectibus indebitæ tortura, de quibus suprà mox dixi quoad monetæ expensionem, & vlterius est confessio prorsus falsa & impossibilis, cùm dicat, *che aiutò circa vn hora a soffiare nel fuoco, con li mantici di casa, mentre il Mengaccio voleua cauare vn poco d'argento di certa terra gialla, che haueua posta in vn crocciolo con il soffico dentro, & che ne cauaro da due, ò tre granelli dicendo voler sene seruire per fare dette monete false.* Hæc enim confessio iunctis alijs, de quibus in processu, omisso quòd est inuerisimilis, non verificata, & in pluribus partibus non vera, satis mihi est fuisse detectam falsam peritorum iudicio ex impossibilitate facti in eo quod dicit, *che col soffiare nel fuoco con li mantici di casa per vn hora in circa hauessi cauato due, ò tre granelli d'argento dalla terra gialla messa in vn crocciolo.* Quid amplius est dubitandum, quòd ob torturæ timorem & dolorem respectiuè hæc sibi falsa confinxit, vt sic iudici credens satisfacere ab ea se liberaret, ideo subintrant iuris conclusiones quòd erronea, falsa, seu impossibilis confessio confitenti non nocet, & quod satis de errore dicitur probatum, probando rem se aliter habere, eò quòd reus falsus est, Angel. *de malef. in verb. comparuerunt, in termino defensionis produxerunt, n. 1. ad fin.* Foller. *in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, p. 1. n. 54. fol. 302* Claud. ad Bertaz. *cons. 103. litera L, vers. error poterit, lib. 1.* Honded. *consil. 66. n. 69. & cons. 102. n. 44. lib. 1.* 11

Nec facit quòd dicatur delicti nullitatem, seu impossibilitatem non tollere pœnam illud confitenti, vt per Baiard. & Gaspar. Thesaur. post Boss. in locis in dubitationibus allegatis. Non enim ad defensionem Gãboccij dicitur non esse possibile, quòd ex illo argento 12

per

per illum confessato, moneta falsa fabricari nō poterat, quo casu cessarent scripta per præallegatos Doctores, & quidem optima ratione, quia in delictis nō attenditur rei euentus, seu delicti impossibilitas, sed animus eius, qui se delinquere credebat, & ad delinquendum præparabat, *l. Diuus Adrianus*, vbi gloss. & Doct. *ad l. Cornel. de sicar. l. verū, §. sciendum, ff. de minorib. l. fraudis interpretatio, ff. de reg. iur.* cum aliis per Tiraquell. *de pœnis temp. caus. 51. n. 7. & n. 9.*

13 Sed dicitur, quòd per ipsam confessata non sunt vera, quòd scilicet ex illa terra crocei coloris fuerit extractum argentum, quo casu dicitur confessionem esse erroneā, & illi non præiudicare vti falsam, & probato errore in parte præsumi etiā erroneam in totum. Socin. *cons. 82. n. 2. vers. Confirmo, lib. 3.* Dec. *cons. 336. n. 10.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 21. n. 3.* Herculan. *de negatiua, n. 198. in 17. fallen.* cum aliis per Mascard. *de probation. lib. 1. conclus. 284. n. 2.* vbi aliis relatis testatur de cōmuni, & isti termini sunt valde diuersi ab ea conclusione in contrarium allegata, quòd delicto confessato, & præcogitato, non excuset illius nullitas, inefficacia, seu impossibilitas.

Et hæc quoad Gamboccium.

14 Quo verò ad Florianum, contra quem pariter prætenditur quòd sit culpabilis ob nō reuelationem fabricatoris falsæ monetæ, & etiam quòd eam expenderit. Quoad non reuelationem, crederem ab omni pœna eum immunem, ex rationibus deductis pro Gāboccio, quas hîc repetere superfluum est. Et quòd falsas expenderit monetas non potest in facto negari, sed qua pœna puniendus sit. Videndum primo loco quid de iure cōmuni, secundū quod licèt sic falsas monetas scienter expendentes puniendi videātur pœna falsi, iuxta text. *in l. lege Cornelia, §. eadem lege, ff. ad leg. Cornel. de fals.* quæ falsi pœna sit deportationis cum publicatione bonorum. Hodie tamen cùm bona nō publicentur, pœna solùm deportationis locum habebit, cuius loco bonum perpetuum successit, sicut in terminis voluit Bonifac. de Vitalinis *de pœna falsifican. monet. num. 4.*

15 Et quia textus *in d. §. eadem lege*, loquitur in expendente falsas monetas stāneas, vel plumbeas, nō autem in expendēte monetas falsas æreas, argenteas, vel aureas, prout accidit in casu nostro, idcirco hoc vltimo casu, nō pœnam falsi, sed aliam mitiorem, & extra ordinem stellionatus, nempe pœnā infligendā esse, magis cōmuniter à Doctoribus receptum est vt videre est apud Clar. *in pract. §. falsum, vers. expēdens autē*, & ibi Baiard. *in addit. n. 313.* Dec. *in tract. crim. lib. 7. cap. 23. n. 10. post med. & cap. 25. n. 4. & 5. & cap. 28. n. 18.* Ludou. Pegner. *decis. crim. 46. n. 14.* Bonifac. *de furtis, §. 4. n. 62.* Petr. Caball. *resol. crim. tom. 1. cas. 199. n. 1. & seqq.*

16 Quicquid fecerit post Salycet. *in l. 2. n. 5. C. de falsa moneta*, senserit Marsilius *in l. qui falsa, n. 64. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Cū quibus conuenire etiā videatur Iacob. Nouell. *in pract. crim. in form. inquisitionis cōtra monetarios, n. 15.* vbi dixit contra scienter expendentes falsas monetas imponēdā esse pœnā, aut pecuniariam, aut aliam extraordinariā, arbitrio iudicantis.

17 Nec obstant per me scripta *in tit. de crimin. læs. maiest. q. 115. n. 127.* vbi dixi scienter recipientes à fabricatoribus falsæ monetæ, monetas falsas, & eas expendentes, eadem pœna puniri, qua ipsi fabricatores. Sic enim per me scripta sunt intelligenda, vt procedant quando ex præcedēte conuentione, sic pactum esset, vt fabricatores fabricarent, & receptores erogarēt falsas monetas, ita vt nisi vt fabricatores expenditorē habuissent, illā falsam monetā nō cudissent. Hæc sunt pūctualia verba per me scripta in loco præallegato. Quod nō cōtigit in casu nostro in quo Florianus licèt à fabricatore falsas monetas receperit, & eas expēderit, nō tamen sic cum eo cōuenerat, vt is fabricaret falsas monetas, & ipse eas expenderet, & sic cessāte hoc præcedente tractatu nō intrant per me scripta vbi suprà, nec expendens potest dici particeps fabricationis, prout dixi requiri, vt pœna mortis expendens puniatur.

18 Et hæc responsio, sicut est in iure verissima, ita nec etiā rationibus, & Doctorū autoritatibus destituta est; expēdens enim falsā monetā, & sciēter, nō præcedēte tractatu cum fabricatore de sic eā expendendo, dicitur præstare auxilium nō in delicto, sed post delictū, & ideo nō eadē pœna qua principalis delinquens, sed alia mitiori puniēdus est; secùs si præcedente tractatu & conuentione sic post delictum auxilium præstiterit, quia tunc dicitur delicti particeps, & eadē plectitur pœna, fuit distinctio Bar. *in l. in furti, § ope. n. 6. vers. prædicta verò, ff. de furt.* quā sequuti sunt August. ad Ang. *de malefic. in verb. & Andreā Auxiliatorem, n. 5. vers. limita tamē*, Ant. Gomes. *de delict. cap. 3. rub. de homicid. n. 50. vers. Quod tamē intellige*, Petr. à Placa *in epit. delict. lib. 1. cap. 16. n. 5. ante fin. vers. nisi & inter eos præcessisset tractatus, fol. mihi 257.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 349. n. 23. & seqq.*

Sic & scienter receptans furtum, postquā est cōmissū, cùm ex hac receptatione non dicatur furi opem præstitisse, nisi post delictum, non tenetur pœna furti; secùs si inter furem, & receptatorem, præcesserit conuētio de sic receptando rem furatā post cōmissum furtum; tunc enim vti particeps furti eadem pœna qua fur plectendus est, ex traditis per Rim. senior. *in cons. 86. n. 4.* & per Bonif. *in tract. de furt. §. cōtrectatio, n. 78. vers. si tamē ante furtū*. sed sic est, quòd Florianus nullo præcedente tractatu, nullave præcedente pactione cū Mengaccio de expendendo falsas monetas ab ipso fabricandas, expendit illā paruā quātitatem monetarum, de quibus in processu; ergo eadem pœna teneri non debet. 19

Quare firma remanēte cōclusione, quòd de iure communi expendens scienter falsam monetam extra ordinem arbitrio iudicis puniri debeat, & sic aut exilij, aut pecuniaria, aut alia simili iudicis arbitrio, secundū Bonif. de Vitalin. & Iacob. Nouell. *in locis præallegatis*, in proposita facti specie eo minor pœna imponenda venit. 20

Primò, quia minor 16. annorum, qui propterea nedū in expensione falsæ monetæ, sed etiā in fabricatione mitiùs puniri debet, secundùm Caccialup. *in consil. crim. diuers. 95. n. 3. in fin. & seq. lib. 1.* Roland. *cōs. 77. n.. lib. 3.* Hipp. Rim. *cons. 245. n. 24. lib. 3.* Attenditur enim isto casu, non tempus infligendæ pœnæ, sed cōmissi delicti, ex allegat. per Tiraquel. *de pœn. temp. caus. 7. n. 8. in fin.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 6. n. vers. sed nunquid maior*, Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. in addition. ad casum 329. num. 30.* 21

Secundò, quia sponte confessus, *c. nō dicatis, 12. quæst. 1. c. qui admisit, 15. quæst. 8. cum simil.* imò spōtè cōfessus, quòd sine dolo deliquisse præsumatur, bene consuluit Franc. Becc. *cons. 96. n. 15* Bertazz. *cons. 193. n. 14.* Bursat. *cons. 152. num. 33.* 22

Tertiò, quia nō magnā, sed modicā pecuniarum quātitatem falsarum monetarum nō excedentem scuta quatuor expendit, ad trad. per Marsil. *in cōs. 47. n. 1. vers. quoniā dicta summa, & in cons. 71. in princ. & n. 8. & 9.* Iul. Scarlat. *consi. crim. diuers. 115. n. 11. lib. 1.* 23

Et quidem si in hac imponenda pœna attendendum est decretum ducale, prout, cur attēdi non debeat, nescio videre rationem, non poterit esse nisi leuissima pecuniaria, cùm ex eo sic scienter falsas monetas expendentibus non nisi 200. librarū pęna pecuniaria inflicta sit, quę eo minor esse debebit, quo ex prædictis & grauātibus qualitatibus iudex ad eam minorandā suaderi debet, & præsertim ratione minoris ætatis, quæ minorem leuius punite facit non solùm in pœnis legalibus, sed etiam statutariis. Alex. *cons. 160. n. 8. lib. 7.* Zuccard. *in rubr. C. qui admitti, n. 23.* Bonacoss. *in comm. opin. crim. p. 1. vers. minor non debet puniri statuto, fol. 114. col. 3. in princ.* 24

Non possum summopere laudare solertiam D. Prætoris in inuestigando tam enorme scelus, eiúsque autores, & complices, quos propterea cùm bene compererit non solùm cōfido, sed pro certo scio eum benignissimè actutum cum isto Floriano, ipsum leuissima pecuniaria pœna cōdemnando, & Gāmboccium absoluendo, quod eo magis sic fieri debere non dubito, cùm casus euenerit in statu Principis, qui non nisi iustitiam colit, & veneratur. 25

Et ita vt suprà pro veritate respondi ego Prosper Farinacius I.C. Romanus, saluo semper meliori iudicio, &c.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Officialis cui debetur pars pœnarum, & compositionum, si aliquem condemnauit, & successor exegit pœnam, an debeat dictæ pœnæ suam partem accipere, an verò successor, & quid si reus condemnatus, fuit factus debitor in libro communitatis, eidémque facta dilatio ad soluendum.

SVMMARIVM.

Procuratores fiscales status ecclesiastici, & officiales, capiunt eorum partem compositionum, & pœnarum ipsis debitam de manu thesaurarij, n. 1.

Fisci Vrbis Procurator vigesimam exigit non de corpore compositionis, sed vltra eam à parte, quæ composuit, num. 1.

Fisci Vrbis Procurator non potest capere suam vigesimam, nisi de incameratis cum effectu; declara nisi reus fuerit condemnatus, & incameratio non potuerit fieri propter dilationem ipsi factam, n. 2. & seqq. & num. 9. & seqq.

Pœna habetur pro exacta quando per officialem nõ stat quin non exigatur, num. 4. & 10.

Officiali debetur pars pœnarum, seu compositionum in remuneratione laborum, num. 5.

Pœnarum, seu compositionum pars soluẽda officiali propter suum laborem debetur primo officiali, qui condemnauit, & non secundo, qui eam exegit, num 8.

Fiscalis Vrbis ex communi stylo & obseruantia debet habere suam vigesimam tempore factæ dilationis, & non postea, num. 12. & seqq.

Consuetudo, seu obseruantia notoria vbi est, potest Iudex extraiudicialiter se de ea informare, num. 12.

CONSILIVM CVII.

1 CONSTITVTIO Sixti quinti 37. p. 2. *vers. distinctè verò, & in versic. distinctè verò, ad fin.* non loquitur de Procuratore fisci Vrbis, sed de Procuratore fisci, & aliis officialibus status ecclesiastici, vt ex eius lectura clarè dignoscitur, idque clariùs apparet, quia vult quòd dicti fisci Procuratores, & officiales capiant partẽ cõpositionum ipsis debitã de manu thesaurarij, seu depositarij extrahen. ex sũma, in qua fuit facta cõpositio. Quod nullo modo potest applicari Procuratori fisci Vrbis, qui vigesimam exigit nõ de corpore cõpositionis, sed vltra eam, & propterea non à depositario, in cuius manu nõ intrat, nisi sũma compositionis, sed à parte vigesimã recipit, & in Vrbe est immemorabilis & notorius stylus.

2 Chirographum Clementis Octaui posset forsan dici, quòd nõ afficit, quia nõ publicatum, & in multis nõ seruatur. Sed vtcumq; sit illius vigore, licèt fiscalis nõ posset recipere suã vigesimã, nisi de incameratis, & non priùs, vbi tamen reus fuit condemnatus, & pœna non potuit incamerari, quia illi fuerit facta dilatio, tunc habetur, ac si esset incamerata ad effectũ, vt officialis possit habere suã partẽ, ex doctrina Angeli *in l. si possessor, §. redacta, ff. de petit. hæred.* vbi inferi ad statutum deponẽs, quòd potestas debeat habere quartam pœnarũ, quas redigi fecit in cõmune, inquit ibi Ang. sufficit vt potestas habeat suã quartã, actiones esse redactas, licèt pœnæ incorporatæ non sint. Et hanc Angeli doctrinã sequuti sunt Dec. *in auth. Si quis in aliquo, n. 5. vers. & declarando,* & ibi etiã Alciat. *n. 6. vers. attenditur ergo, C. de edendo.* item Dec. *cons. 492. n. 5. & consil. 654. in fin.* Soc. *in cons. 70. n. 10. lib. 4.* Roland. *cons. 77. n. 9. lib. 4.* Hippol Riminal. *cons. 58. n. 12. lib. 1.* Bertazzol. *cons. 155. n. 4.* & hæc eadem Angeli doctrina fuit aliàs canonizata in Rota *in vna Burgen. expensarum, part. 1. diuers. decis. 777.* Mastril *decis. Regni Siciliæ 12. n. 13. vers. immo ad tempus, p. 1.*

3 Et in fortioribus terminis videatur consilium Socin. 151. *per totum, lib. 1.* quem pariter sequuti sunt Dec. Alciat. Bertazz. & Rota *in locis preallegatis*, in quo præsupponitur medietatẽ pœnæ officiali deberi, *quando idẽ officialis coegerit reum, seu contrauentorem eiusdam reformationi, de qua ibi ad soluendum pœnam cum effectu, & in pecunia numerata, ita quòd dictam pœnam exegerit, & posuerit ad introitum Cameræ integre, & non priùs,* & tamen concludit ibi Socinus etiã quòd pœna nõ fuerit cum effectu exacta, & incamerata adhuc si officialis reos illos seu contrauentores debitores declarauerit, & vti debitores Cameræ describi fecerit, officialẽ omnino debere habere medietatẽ pœnarũ: at in casu nostro procurator fiscalis nõ solũ procurauit reos, de quibus agitur, fuisse condemnatos, & sic à iudice declaratos debitores Cameræ, vt in casu Socini, sed etiam fecit, quòd ipsi in actis pœnam, seu compositionem acceptarunt, illã soluere promiserunt, & de soluẽdo fideiussores dederũt.

4 Ratio præmissorũ fuit duplex, vna scilicet, quia quando per officialem non stat, quin pœna exigatur, habetur pro exacta ad effectum, de quo agitur, ita Ang. *in d. §. redacta*, per illum tex. Rom. *cons. 434. n. 5. in 3. dubio, & cons. 85. in princ.* & in additionibus Socin. *in d. cons. 151. n. 8. vers. si igitur fecerunt quantum in eis est, & latius n. 12.* Dec. *cons. 70. n. 2.* Rim. *cons. 263. n. 2. in fine libr. 1.* Bertazzol. *consil. 155. n. 3. in fine, & n. 4. & ibi in addit. versic. itaque si Camera.*

5 Altera est ratio, & quidem ni fallor multum rationabilis, quia talis vigesima fiscali conceditur pro laboribus quos impendit non exigendo pecuniam, quam reus sub camerali obligatione soluere promisit, prout in casu nostro (hoc enim vnica citatione ad soluendum iuxta formam suæ obligationis expeditur) sed in prosequutione & expeditione causarum, in quibus opus & labor est, & quandoque contingit tres ferri sententias, & propterea si vellemus officiali, qui vnica citatione pecuniam exigit, dare mercedem laborum, quos alter officialis fecit in prosequutione & expeditione causæ, sequeretur absurdum, quòd labor & odium fuisset primi officialis, commodum verò & lucrum successoris, prout sic considerauit Socin. *d. cons. 151. n. 14.*

6 Et ex præmissis rationibus in hac eadem differentia inter q. D. Molellam, & me, Illustriss. D. Ala tunc Gubernator, cui de partium consensu fuit remissa, noluit quòd idem Molella mihi restitueret illas vigesimas pœnarum, & compositionum nondum incameratarum, in quibus erat facta dilatio: sed solùm mandauit mihi restitui scuta 20. pro vigesima per ipsum recepta in compositione confiscationis bonorum Piccinardi nondum incorporatorum, in qua nulla prorsus erat facta dilatio, prout hæc apparent ex dubio tunc dato, & mandato relaxato, quorum copia datur, & magis apparebit ex actis, quorum copia petitur.

In eadem secundum responsum.

7 PRo responsione earum, quæ per viam discursus deducta fuerunt: & quòd vigesima pœnarum, seu compositionum non exactarum, in quibus ad soluendum facta est dilatio, præsertim de ordine Sanctissimi debeatur fiscali, cuius tempore facta fuit dilatio, & non successori exigenti post factam dilationem, ex infrascriptis quatuor conclusionibus satis clarè apparere creditur.

8 Prima sit conclusio quòd de iure communi vigesima spectat ad primum officialem, qui condemnauit, & non * ad secundum, qui exegit, secundùm communem, de qua testati sunt Boer. *decis. 5. num. 17. in fin.* Villalob. *in communit. opin. in verbo pœna, n. 61.* * Peregr. *de iure fisci, lib. 6. tit. 5. n. 44.* Bertazz. *cons. 450. n. 10. & seq.* & de magis communi ac in iudiciis seruata, & practica opinione, aliis pluribus idem testantibus relatis testatur Mastrill. *in decis. Regni Siciliæ* * 12. *par. 1.* vbi propterea quòd contrarium tenentium opinio communiter reprobatur, & sic de iure communi res videtur expedita.

9 Secunda sit cõclusio (& nunc ingredior cõstitutionẽ Clementis

Clementis Septimi, & chirographum Clemẽtis Octaui) quòd stãte statuto, quòd officialis debeat habere quartã partem pœnarum quæ rediguntur in Cameram, si delinquenti facta fuit dilatio ad soluendum pœnã, & interim contingat remotio officialis, debetur dicta quarta pars primo, & non secũdo officiali, quia ad hunc effectum paria sunt pœnam esse incorporatam, vel actiones ad eam quęsitas, hæc est doctrina Angeli *in l. si possessor, §. redacte, ff. de petit. hered.* nõ solùm communiter approbata, & in Rota canonizata, ex allegatis in prima informatione, sed etiam nullum, quem viderim, habet contradictorem.

10 Tertia sit conclusio præcedentis cõclusionis ampliatiua, quòd stãte statuto, quòd pars officiali debita soluatur ex pœna exacta, & cum effectu soluta in pecunia numerata, & nõ priùs. Adhuc tamen dicta pars officiali debetur eo ipso quòd delinquẽtem debitorẽ in certa pœna declarauit, illúmque inter alios debitores Cameræ posuit etiam quòd ante exactionem contigerit ipsum ab officio remoueri, ad plenè tradita per Socin. *iu. cons.* 151. cũ subscriptionibus aliorum Doctorum, quem in prima informatione allegati referendo sequuti sunt.

11 Et ex hac doctrina Angeli iuncto hoc consilio Socini tollitur constitutio Clementis Septimi, & chirographũ Clemẽtis Octaui, cùm Angelus in terminis loquatur, vbi est facta dilatio, & pars officiali debetur ex pœna in Cametã redacta. Et Socin. non solùm loquitur quando pœna est exacta, & soluta cum effectu, & non priùs, sed etiã quãdo est exacta, & soluta in pecunia numerata, vt apparet in themate illius consilij, & tamen vult partem pœnę deberi officiali qui delinquentem declarauit, & fecit debitorẽ, etiam quod postea ob discessum ab officio fuerit impeditus, pœnã exigere, prout contigit in casu nostro.

12 Quarta sit cõclusio, quòd vigesima, de qua agitur, debetur fiscali tempore factę dilationis ex stylo & obseruãtia subsequuta. quem quidẽ stylum & obseruantiã tribus modis deduco. Primò in toto statu ecclesiastico, in quo, vt aliàs ex aduerso considerabatur, decimæ, & vigesimæ officialibus vigore Bullæ Sixti quinti non debentur, nisi postquam pœnæ fuerint incorporatæ, cùm illas de manu Thesaurarij capere deberent. Et tamẽ facta dictarũ pœnarum, seu compositionum dilatione eo ipso, quòd rei se obligant pœnam soluere in fine dilationis, statim non expectato tempore dilationis officiali soluuntur regaliæ, & cùm iste stylus sit notorius, poterint domini de eo ab Illustrissimis DD. Legatis, DD. Gubernatoribus, & Thesaurariis se extraiudicialiter informare. Grat. *responso* 78. *n.* 1. *par.* 2. Vant. *de nullit. ex defectu processus, & solemnitatis sententia, n.* 86. Rol. *cons.* 44. *n.* 36. *libr.* 1. Mascard. *concl.* 1338. *n.* 6. Et in hoc amplius considero quòd Thesaurarius in casu dilationis factæ reis, qui ad tempus soluere promiserunt, facit Cameram creditricem non simpliciter, sed ad tempus factæ dilationis, & tamen, vt dixi, statim officialibus soluit regalias.

13 Secundò hic idem stylus fuit etiam ante tempus fiscalatus D. Molellæ, cùm tunc idem Molella, vt se ab eadẽ prætensione, quam ego secũ habebam, liberaret, ostendit dictũ stylum suorũ antecessorum, vt apparet ex informatione D. Albertonij, qui huic stylo aliud in substãtia non respõdet, nisi quòd à tẽpore chirographi Clemẽtis vsq; in illum diem non erant lapsi decem anni, & sic stylus non erat pręscriptus, quæ respõsio hodie cessat in casu nostro.

14 Tertiò idem stylus deducitur ex eo, quòd fuit seruatũ ab Illustr. D. Gubernatore Alę in eadem differentia inter Molellam, & me, in qua cùm prætenderem vigesimã ab eo habitam quarumdam compositionũ nondum ab ipso exactarũ, in quibus erat facta dilatio, & super hoc fuerit hinc inde latè discussim dictum, & scriptum, & etiã pro veritate consultus D. Scottus, vt ex informationibus tũc factis appatet. Non potui aliquid ex huiusmodi vigesima consequi: habui solùm scuta 200. pro vigesima ab ipso habita in causa compositionis Piccinardi antequã compositionem exigeret, in qua nec à Sanctissimo, nec ab aliquo vlla prorsus erat facta dilatio.

15 Quarta tum de iure cõmuni, tum vigore constitutionis Clemẽtis Septimi, & chirographi Clementis Octaui, tum etiam vigore styli & obseruãtiæ sequutæ vigesimam de qua agitur, nullo pacto successori meo deberi creditur.

Non obstant igitur constitutio Clemẽtis Septimi, & chirographum Clementis Octaui, quia ex præallegatis satis creditur illis responsum. 16

Nec etiam obstet, quòd si fiscali deberetur vigesima ante tẽpus dilationis factæ, sequeretur quòd haberet plus vigesima saltim in tempore. Hoc enim tollitur quatuor modis. Primò ex stylo, & obseruantia subsequuta prædicta. Secundò, quia istud plus ratione temporis habito respectu ad vigesimam est quid minimum, & non attendendũ. Tertiò, quia non est plus respectu Cameræ, sed respectu partis, quæ hodie nihil dicit. Quartò, quia iuxta doctrinã Angeli, & Socini, si velimus admittere quòd vigesima sit soluẽda secũdo officiali, qui postea illã debeat restituere primo; aliud nõ est quã dare inutilẽ circuitum. 17

Non obstat prætensa obseruãtia in cõtrariũ ex resolutione Cameræ, in causa Parisiani, quia si non video resolutionem, nec etiam scio quid respondere debeam, vltra quòd non credo illũ casum posse applicari casui nostro. 18

Minus obstat cautela, qua vtuntur Camerales assignãdo compositionem, in qua fuit facta dilatio alicui creditori Camerę, & faciendo Camerã creditricem percontãti. Ex hac enim cautela non sequitur de necessitate, quòd extra hunc casum, & vbi compositio non assignatur creditori Cameræ, non debeatur statim vigesima officiali.

Nec demum obstat quòd durum non videatur quòd vnus faciat labores, & alter capiat fructũ, eò quia sic ego possim agere contra hæredes Molellæ ad restituendum vigesimas occasione prædicta solutas. Respõsio enim est facilis: quia iam egi contra ipsum viuentem, & Iudex illum condemnare noluit, debeo hodie esse peioris conditionis, quàm fuit meus antecessor. 19

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Plures falsitatis præsumtiones in hoc consilio proponuntur & discutiuntur, indéq; disputatur, an præsumtiones falsitatis sufficiant ad condemnandum criminaliter, & in quam pœnam. Et quando ex illis fides instrumento tollatur. Quales debeant esse præsumtiones falsitatis sufficientes ad condemnãdum tam ciuiliter, quàm criminaliter. Discutitur etiam, an, & quando indubitata indicia ad condemnandum sufficiant, & quæ dicantur indicia indubitata. De pœna falsitatis magnæ, an sit pœna mortis, & an quãdo absolutus semel possit iterum inquiri, & molestari.

SVMMARIVM.

Falsitatis præsumtiones plures enumerantur, n. 1. & n. 105. de quibus discutitur per totũ consiliũ in discursu.

Indubitata indicia sunt illa, quæ animum iudicis stringunt ad sic credendum, & non aliter, n. 2. contrà n. 67. & seqq. Verùm pro primo vide n. 84. & seqq. vbi respondetur contrariis.

Indicia indubitata sufficiunt ad condemnandum, n. 3. non solùm in pœnam extraordinariam pecuniariã, sed etiam in corporalem, & ordinariam, n. 4. contrà n. 68. & seqq. & num. 85. & seqq. vbi respondetur contrariis, & n. 93. & seqq.

Præsumtiones falsitatis quando sunt vehementes, tendentésque ad eumdem rei finem, & visibiles sufficiunt ad condemnandum criminaliter, n. 5. aliter secus, n. 111. vbi vide declarationem.

Pœna falsi de iure communi in libero homine est deportatio,cum publicatione bonorum;in seruo autem vltimi supplicij. Hodie autem est arbitraria,n.6.vbi etiam potest imponi pœna extremium,n.6.

Falsitatis magna pœna est vltimi supplicij,n.6.& n.10

Falsitas consummata, & animo nocendi facta,si apta erat nocere,licèt non nocuerit, ordinaria pœna punitur,num.7.

Administrator in libro administrationis falsas partitas describens,non solùm pœna falsi,sed etiam furti tenetur,& contra ipsum iuratur in litem,n.7.

Falsitatis sola suspicio sufficit ad tollendum fidem instrumento,n.8.& 9.vbi isto casu declaratur, qualis debeat esse ista suspicio, & n.27.in fine,non autem sufficit ad condemnandum criminaliter,n.82

Suspicio minor est præsumtione, coniectura, & indicio, num.9.

Falsitatis præsumtiones nedum iuris,sed etiam hominis sufficiunt ad tollendum fidem scripturæ,n.10.vbi etiam quòd duæ præsumtiones sufficiunt, n. 11. & n.112.vbi quòd sufficiant etiam ad condemnandum criminaliter.

Falsus semel,præsumitur semper falsus,n.11.

Falsitatis præsumtio oritur contra eum, qui aliàs commisit falsitates,n.11.& 12.

Liber priuatus præsumitur verus, & probat si in eo aliquarum partitarum veritas apparet ita, & è contra præsumitur falsus,& non probat si in eo aliquæ reperiantur falsæ partitæ n.14.

Præsumtiones falsitatis tolluntur per contrarias probationes,num.16.

Falsitas non præsumitur,sed concludenter,& per legitimas probationes probari debet,n.16.& n 25.versic. Confirmatur, & n 28.& seqq.& n.33.contrà num. 106.& seqq.

Absolutus semel amplius inquiri non potest, n. 17.vbi hoc ampliatur etiam quòd quis fuerit absolutus ob non probatum crimen.

Absolutus semel ab obseruatione iudicij amplius inquiri non potest, nisi noua superueniant à primis differentia,& grauiora,num.18. & 19.& infra triginta dies,n.18.& 19.& 32.

Res iudicata pro veritate habetur,eiúsque indicatæ exceptio repellit agentem à limine iudicij,n.20.

Falsitas in dubio non præsumitur,n.21.

Præsumtiones falsitatis leues & imaginariæ falsitatem non probant,n.21.

Donatio verisimilis,tam ex parte donantis, quàm ex parte donatarij excludit omnem falsitatis præsumtionem,n.22.& n.34.vbi præsertim quando est facta à donante nobili,& n.35.& 57.

Testes pro informatione Curiæ examinati plenè probant contra Curiam,n 23.

Petri examinati parte non citata, nihil probant,n. 24. & n.64.in fine.

Periti plures quàm duo requiruntur in loco vbi adest copia peritorum,n.24.

Periti nihil probant quando contra eorum iudicium adest contraria probatio testium,n.24.

Confessio confitenti non præiudicat, quando contra confessionem fuerit iudicatum,n.25.

Falsitatis præsumtiones falsitatem non probant, quando patiuntur exceptiones, & replicationes, habéntque contrarias præsumtiones,num.26.

Falsitas vt excludatur, interpretatio omnis facienda est,num.27.

Falsitatis præsumtiones sufficiunt ad capturam, & inquisitionem,n.29.

Falsitatis indicium finitum coram iudice ciuili, non potest amplius proponi coram iudice criminali n.31.

Falsitatis suspicio,seu præsumtio resultans ex capricio hominis,non sufficit ad condemnandum,n 36.

Comparatio litterarum non probat quando non fuerit iuratum non extare alias probationes. Quando non fuerit seruata forma à iure requisita. Quando fuerit facta parte non citata,& in omni casu est fallax, & periculosa,n.37.

Solitum ex vno actu,vel ex bino actu inducitur, n.38.

Falsitatis suspicionem qualibet causa excludit,n.38.

Identitas rei non præsumitur ad exclusionem delicti,sed probanda est per fiscum,n.40.

Delictum non præsumitur nisi probetur,n.43.

Singula si non prosunt,simul iuncta iuuant, non procedit in criminalibus, nec etiam procedit, nisi singula de per se sint perfectè probata,n.44.& n.81.vbi alio modo declaratur.

Subscribens censetur approbare omnia contenta in scriptura subscripta, non aliter, ac si omnia sua manu scripsisset,n.47.

Testes in crimine falsitatis debent esse integri, & omni exceptione maiores,n.54.

Falsitas vera & considerabilis est, vbi proponitur rem aliter esse,n.55.

Falsitatis præsumtiones visibiles transeunt in præsumtione iuris, & sufficiunt ad condemnandum non in pœnam ordinariam,sed extraordinariam,n.55.

Falsitatis præsumtiones non iuris, sed hominis sufficiūt ad tollendum fidem scripturæ,de cuius falsitate agitur,non autem ad cōdemnandū criminaliter, n.56.

Comparatio litterarum facta à peritis non sufficit ad condemnandum criminaliter,n.56.

Peritorum iudicium non sufficit ad condemnandum, n. 64.in fine.

Indicia plura dubitata faciunt vnum indicium indubitatum,n.90.& seqq.vbi respondetur contrariis.

Multitudo indiciorum producit veritatem delicti ante oculos mentis iudicis, sicut clara lux ostendit veritatem ante oculos corporis,n.90.& seqq.

Indicium vnicum indubitatum ex pluribus dubitatis indiciis productum sufficit ad condemnādum,n.94.

Præsumtiones vrgentissimæ ad imponēdam pœnam ordinariam quātumcumq; maximam sufficiūt, n.96.

Præsumtiones violentæ quandoque sufficiunt ad imponēdum pœnam corporalem,n.98.& seqq.& n.102. vbi quid si præsumtio est violentissima,& n.106.& seqq.vbi de materia.

Testis vnus de visu iunctis adminiculis, nunquid sufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariam, n. 103.& 104.

Falsi suspicio transfert onus probandi contrarium in aduersarium,n.107.

Producens scripturā suspectam de falso, punitur vt falsarius,num.108.

Falsitatis præsumtiones sufficiunt ad condemnandum personam suspectam, & non multum bonæ famæ, num. 109.

Præsumtiones hominis sufficiunt ad condemnandum, quando agitur de crimine,in qua iura admittūt præsumtiuam

sumtiuam probationem, n. 112. Dummodo tantùm sint præsumtiones graues, & vrgentes, nō autem leues, friuolæ, aut temerariæ, n. 113.

Præsumtiones leues, friuolæ, aut temerariæ, quæ dicantur, iudicis arbitrio remissũ est. Vbi etiã quomodo isto casu iudex arbitriũ regulare debeat, n. 113. & seqq.

Præsumtiones falsitatis si fuerint duæ, tunc poterit iudex ex illis declarare non esse adhibendã fidem scripturæ, n. 114. Si verò fuerint plures quàm duæ, tunc poterit iudex criminaliter condemnare, n. 115.

Falsitatis præsumtio maxima est illa quæ ex inuerisimilitudine contractus oritur, & ista sola sufficit ad tollendum fidem instrumento, n. 116.

CONSILIVM CVIII.

ADMITTIT defensor carcerati in processu extare tot indicia, vt ex illis possit idem carceratus torqueri; igitur quoad torturam non insisto. Restat solum videre nũquid in eodẽ processu adsint tot indicia, & præsumtiones, vt ex illis possit in aliquã pœnã condẽnari, & in quam? Et quidem quòd possit condemnari in pœnam ordinariam, moueor ex multitudine indiciorum, & præsumtionum contra ipsum laborantium.

1 Et primò. Ex immoderata quantitate pecuniaria in donatarum.

Secũdò. Familiari, qui tãtũ per annos duos inseruiuit.

Tertiò. Ex scriptura à principio larga, & postmodum stricta.

Quartò. Ex vltima linea tangente subscriptionem.

Quintò. Ex corpore donationis scripto à tertia persona incerta, & non nominata.

Sextò. Ex ea in loco insolito subscriptionis posita.

Septimò. Ex diuersitate attamẽti, quę oculis inspicitur.

Octauò. Ex corpore donationis scripto eadem manu, qua scripta est epistola, in qua inclusa erat donatio.

Nonò. Ex eiusdem epistolæ minuta manu N. conscripta, & eius domi reperta.

Decimò. Ex commoditate fabricandi falsitatem propter albos folios, quos habebat.

Vndecimò. Ex commoditate sigilli, quod pariter penes se habebat.

Duodecimò. Ex diligentia fratris de reperiendo testes qui se donationi subscriberent.

Decimotertiò. Ex iudicio peritorum.

Decimoquartò. Accedunt mendacia, variationes, & inuerisimiles responsiones N.

2 Hæc, inquam, omnia si lapides loqui scirent vndique falsitatem huius donationis exclamarent. Ideo negari nõ potest, quin etiam cogant animum iudicis ad non aliter credẽdum, quo casu indubitatum oriri indicium, voluit Paul. de Castr. *in l. final. n. 5. C. de probat.* cum aliis per Boër. *decis. 164. n. 3. & 4.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 7. n. 16.* Plura enim dubitata indicia faciunt vnum indicium indubitatum. Bald. *in d. l. fin. n. 2. vers. Sed quando, & vers. Item pono. & n. 3. vers. Patet ergo*, & ibi etiam Salycet. *n. 2. C. de probat.* Igneus *in leg. excipiuntur, num. 30. & sequentibus, ff. ad Syllan.* Boss. *in tit. de conuict. n. 26.* ergo quatuordecim præmissa indicia faciunt plura indubitata indicia.

3 Et ex indiciis indubitatis posse quem condemnari dubitandũ non est, per tex. *in d. l. final. C. de probat.* vbi æquiparatur, quem esse conuictum idoneis testibus, instrumentis, aut indiciis indubitatis, & ibi hoc notant Bart. *in 2. oppos.* Bal. *n. 2.* Alber. *in summario, & n. 1. ver. Item quòd per indicia indubitata, & in prima oppositione.* Bald. *in l. milites, n. 5. vers. aut indicia sunt indubitata, C. de quæstionib.* Roman. *in d. l. excipiuntur, n. 3. vers. Et debes scire, ff. ad* Syllanian. Immo ad condemnandum vnicum tantùm sufficit indubitatũ indicium, Aretin. *in cap. tertio loco, n. 17. 18. de probationib.* Boss. qui alios refert, *in tit. de conuict. num. 27.* ergo multò magis vbi sunt plura.

4 Ad condemnandum dico non solùm in pœnam extraordinariam pecuniariam, sed etiam in corporalem, & ordinariam, quando præsertim multa sunt indubitata indicia, secundùm gloss. *in d. l. final. in verbo, vel indiciis*, quæ loquitur expressè quando de vita hominis agitur, Abb. *in c. afferte, n. 6. in princ. iuncto vers. Aut agitur criminaliter*, Felyn. *num. 10. vers. Quartò limita*, & Imol. *n. 3. & 4. extrà de præsumt.* Grammat. *decis. 42. per totam, & decis. 96.* vbi testatur in magna Curia Vicariæ passim reos indubitatis indiciis grauatos transmitti ad triremes, Clar. *in pract. §. fin. quæst. 20. vers. Scias tamen, in fine.* vbi quòd hoc nullam habet difficultatem, quando sumus in delictis occultis, & difficilis probationis, Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 97. n. 38.* vbi reprobato Gandino contrarium tenente dixit isto casu posse etiã imponi pœnam ordinariã; Ludouic. Peguer. *decis. criminal. 17. num. 41. & seqq.* vbi testatur apud eum aliàs fuisse impositam pœnam vltimi supplicij, & ordinariam, & nouissimè addo Petr. Barbos. *in repet. l. 2. in princip. par. 1. n. 80. & seqq. 87. & seqq. & num. 90. in fine, & n. 91. ff. solut. matrimon.* vbi testatur de veriori opinione, concordantes allegat, & contrarium tenentes refert, & reprobat, & loquitur nedum ad pœnam corporalem, sed etiam ad pœnam ordinariam, quando sumus in delictis occultis, & difficilis probationis.

5 Ex quibus cessare videtur illa difficultas à Doctoribus controuersa, nunquid scilicet ad condemnandũ in crimine falsi sufficiant præsumtiones, quia, vt præfertur, hic non sumus in præsumtionibus, sed in indiciis indubitatis, & tamen quãdo falsitatis præsumtiones sunt vehementes, tẽdũtq; ad eundẽ rei finem, tunc etiã ad cõdemnandũ sufficiunt, Capuaq. *decis. 4. n. 1. par. 2.* Præsertim quãdo sunt visibiles, prout in casu nostro *l. iubemus*, & ibi gloss. Bald. Paul. de Castr. Angel. Salycet. & alij, *C. de probat.* Natt. *cõs. 633. n. 3. & seqq. lib. 3.* Mandell. *cõs. 99. n. 10.* vbi sic distinguẽdo inter vitiũ visibile, & inuisibile concordat contrarias Doctorum opiniones, vt scilicet primo casu falsitatis suspicio habeatur pro concludẽti probatione, secundo autem casu non.

6 Pœna autem falsi quæ sit, omnes concordant hodie esse arbitrariã, licèt de iure communi in homine libero esse pœnam deportationis cum publicatione bonorũ, in seruo autẽ, vltimi supplicij. Clar. *in §. falsum, n. 31. vers. Sed quæ hodie sit pœna, & quæst. 67. vers. deportatio.* vbi propterea dixit isto casu iudicem posse imponere pœnam triremium in perpetuum, vel ad tempus. Et quãdo falsitas est magna, & tunc pœna arbitraria potest extendi vsque ad mortem inclusiuè, Angel. *in l. vlt. in fine, C. de fals.* Ioseph. Ludou. *decis. Lucen. 15. n. 7. & seqq. part. 1.* Et memini alias tempore Gregorij XIII. fuisse fustigatum, & postea ad perpetuas triremes trãsmissum quendã nomine Iosephũ Fium, qui falsificauerat manum q. Octauiani Vestrij in quadã apocha donationis scutorum duorum millium, & alium medicum, qui falsò fabricauit quoddam testamẽtum, cum fideicommisso, ad fauorem illorum de Anguillaria fuisse morti traditum.

7 Nec facit quòd N. hac falsa donatione vsus non fuerit, & sic non nocuerit: nam falsitas, quę iam est consummata, & animo nocendi facta, & erat apta nocere, prout hæc de qua agitur, licèt nõ nocuerit, pœna ordinaria puniēnda est, Caputaquen. *decis. 5. part. 2.* Gabriel *lib. 7. concl. 5. n. 18.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 306. n. 33.* Verùm non hanc solùm falsitatem commisit N. sed etiam alias plures in cõputis suæ administrationis, in quibus se fecit creditorem de pluribus partitis, solutis tamẽ de pecuniis Roduphi, & de his est plenè in processu conuictus, vt in informatione facti, & sic non solùm falsi pœna tenetur, *l. 1. §. qui in rationibus, ff. de fals.* iuncto tex. *in l. si qui ex argẽtariis, §. rationẽ, ff. de eden.* Menoch. *d. cas. 306. n. 32.* Sed etiam furti, Aymon. *consil. 286. n. 1. vers. Secundò respondeo.* Paris. *cons. 89. n. 20. & seqq. lib. 2.* Decian. *cons. 11. n. 100. lib. 1.* Surd. *decis. Mantuan. 204. n. 14.* Et propterea contra ipsum defertur iuramentũ in litem super aliis partitis, & fraudibus quæ nõ apparent, Plot. *de in lit. iuran. §. 5. n. 12. & 14. & §. 50. n. 31.* Rolãd. *cons. 49. n. 54. & seqq. n. 68. in fine, lib. 1.*

In eadem causa secundum responsum.

8 DE pœna criminaliter N. inferenda propter falsitates ab eo cõmissas in donatione, & cõputis, de quibus

agitur in alia informatione, satis supérq; dixi. Restat solũ videre quid agendum de ciuili interesse Illustrissimæ, & Excellẽtissimæ D. Mariæ. Et quidẽ quòd eius respectu, & donatio, & computa nullá fidem faciãt, nec vllá mereátur exequutionem, res apud me omni dubitatione caret, quia quicquid disputant Doctores, quando agitur ad criminaliter puniendum, an sola falsitatis suspicio habeatur pro falsitate; vbi tamen agitur de tollendo fidẽ scripturę, omnes cócordant solá suspicionem sufficere, Boss. *in tit. de fals. n. 14. & n. 137.* Natt. *cons. 633. n. 8. & seqq.* Clar. *in §. falsum, vers. Trita est conclusio.* Cephal. *consil. 287. n. 5. & seq. & cons. 338. n. 21. & seq.* Deciá. *cons. 100. n. 9. & n. 11. lib. 2.* Osasc. *decis. Pedẽ. 117. n. 7.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 99. & num. 19. in fin.*

9 Et in hoc supplicatur aduerti quòd Doctores, vt præfertur, nõ solùm dicũt isto casu admitti præsumtiones, seu cõiecturas, sed solam suspicionem. Suspicio autẽ minor est, quàm præsumtio, quàm coniectura, & quàm indiciũ, Bar. *in l. admonendi, n. 25. ff. de iureiur.* Clar. *in pract. §. final. quæ. 20. post princ. vers. Et huiusmodi indicia,* Menoch. *de præsumt. libr. 1. q. 7. n. 41. & seqq.* & sicut scriptura tãquam de falso suspecta probationẽ non facit, sufficit suspicionem oriri ex actu, ex quo nec coniectura, nec præsumtio oriatur, dummodo ipsa scriptura suspecta sit, prout in terminis in libro rationum post Salycet. & Ias. *in locis per eum relatis,* voluit Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 91. n. 20.*

10 Et propterea communiter receptum est, ad tollendũ fidem instrumentis, & scripturis, sufficere nedum præsumtiones iuris, sed etiam hominis, Mandell. *cons. 99. n. 6. in fine,* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 740. n. 41.* vbi de cõmuni Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 58. n. 20. & seqq. & q. 97. n. 16.* Et duas tantùm præsumtiones ad effectu prædictum falsitatis suspicionẽ inducere, pariter & cõmuniter Doctores admittũt, Aym. *cons. 134. n. 39.* Ceph. *cõs. 287. n. 4. lib. 2.* Gabriel *lib. 7. conclus. 6. n. 5.* Bertaz. *cons. 90. n. 32.*

11 In donatione, de qua agitur, iam aliàs quatuordecim validissimas præsumtiones, immo & probationes numeraui, quæ etiam computorum falsitatem arguere possunt. Non est enim miraculum quòd semel falsus, &c. Boss. *in tit. de fals. n. 8.* Cephal. *cons. 287. n. 29. & seq.* Decian. *cons. 100. n. 4. lib. 2.*

12 His addẽdum est alia apocha scutorum 1700. auri in auro, aliàs de anno 1601. coram Auditore Cameræ producta, & per Reuerendissimum D. Lapium tunc Locumtenẽtẽ cassata, & annullata, quia manifestè falsa detecta fuit, & sic intrat alia regula quòd pluries falsus, non est mirum si iterum & semel falsitatem cõmittat, arguendo à cõsuetudine delinquendi, de qua *in l. si cui. §. 1. ff. de accusat. in l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re militar.* Blanc. *de indic. n. 241. & seqq.* Natt. *cons. 362. n. 8.*

13 Paupertas N. & fratrum aliud in bonis nõ habentium quàm reditum ducatorum 300. prout ipse in suis constitutis fatetur, apertissimè etiã arguit falsitatem cõputorũ cõtinẽtiũ traditionẽ tã notabilis quãtitatis pecuniarũ.

14 Et demũ partitæ eorundem cõputorum iam falsæ detectæ prout in informatione facti concludũt etiã in aliis falsitatem inesse saltim præsumtiuè, & ad effectũ, vt illis aliis nulla adhibeatur fides, ex cõmuni conclusione Doctorum volentium, quòd sicut liber rationum priuatus præsumatur verus in omnibus partitis, si aliquarũ partitatum veritas apparet, nisi contrarium probetur; ita & è contra si idem computorum & rationum liber cõtineat aliquas partitas, quæ falsæ detegantur in aliis in quibus non est detecta falsitas, nisi earum veritas aliunde probetur, eãdem falsitatis præsumtionem operatur, vt illis fides non adhibeatur, Roland. *cons. 92. n. 6. & n. 15. lib. 3.* Natta *cons. 59. n. 17.* Paris. *cõs. 90. n. 24. & seq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 19. n. 20.*

15 Quare nihil superesse video, quod vltra criminalem condemnationẽ iure impedire valeat in præmissis falsitatibus ciuilem cõdemnationem, videlicet donationem & computa tanquam de falso suspectas nullam facere fidẽ in iudicio, & extrà, nullámque mereri exequutionẽ, prout quotidie in similibus scripturarũ falsitatibus pronuntiare videmus.

In eadem causa primum responsum contra fiscum.

SI sola inani enumeratione præsumtionum & conie- 16
cturarum hominis non etiam legis dirimendæ essent controuersiæ tam ciuiles, quàm criminales, neque profectò D. N. principalis meus cõtra tot præsumtionum ex aduerso propositarum instructam phalangem, aut solus, aut inermis prodiret, & sisteret. Verùm cùm probationes ipsę in causis diffiniendis primò obtineant, vt post Arist. & Cicer. dixit Menoch. *de præsumt. in præfation. n. 5.* magisque certa dicatur, & præualeat fides à probatione proueniens, Roman. *consil. 56. n. 4.* Paris. *consil. 29. n. 85. vol. 2.* Socin. sen. *consil. 270. column. 2. volum. 2. & consi. 167. n. 2. volum. 3.* Quinimo quòd probationibus constat, adeò dicatur esse veritas ipsa, vt prosternat, & cessare faciat omnes aduersas coniecturas, & præsumtiones, *l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus, §. cùm ita, ff. de verb. obligat.* Menoch. *de præsumt. quæst. 31. n. 5. lib. 1.* meritò friuolis cõfictisque præsumtionibus neglectis causam hanc optimi & ingenui viri solidarum probationum pondere tueri opportunum erit, cùm præsertim in ore omnium sit, ad incurrẽdam in similibus pœnam, probationes legitimas, quæ de necessitate concludant, requiri, & esse communẽ opinionẽ, testatur Socin. Iun. *cons. 39. n. 44. & n. 77. & cons. 61. num. 9. vol. 2.* cùmque sequutus est Clar. *§. falsum, n. 30. vers. Trita est.*

Et quoniã priori loco in facto præsupponitur ipsum 17
D. N. sub colore ac prætextu solidationis computorũ ac partitarum dati, & accepti immutationis, apud Tribunal D. Gubernatoris Vrbis antea fuisse criminaliter impetitum, & vexatum, réq; plenè cognita, querelæ cassationẽ & abolitionẽ in ampla satis forma obtinuisse, cũ ita vim diffinitiuę habere supponatur, eũ amplius molestari non posse, aut debere dicendum est, *l. penult. ff. naut. caup. stabul. l. si cui, §. iisdẽ,* vbi Bar. *ff. de accusat. l. vlt. C. de custod. reo. cap. de his,* vbi Canon. *de accusat.* Mant. *cons. 25. vol. 1.* Io. de Amic. *cons. 32. n. 5. & cons. 37. in 1. reg.* Couar. *var. resol. lib. 2. c. 10. in prin.* Gom. *var. resol. t. de delict. c. 1. n. 26.* Cephal. *cõs. 39. n. 14. vol. 1. & consil. 192. n. 12. vol. 2.* post Ang. *de malefic.* Boss. Clar. & quã plures alios de more congestos ab eximio criminaliũ disceptationũ Cõpilatore Domino meo Farinacio *tit. de inquisit. q. 1. n. 55.* vbi testatur communem, & magis ex professo, ac fusiùs in tota quęstione quarta, pręsertimque in eis initio. Et quæ sanè conclusio procedere etiam debet, vbi cassatio & absolutio sequuta fuisset ob nõ probatum delictũ, eũ nec eo casu valeat amplius vexari, vt reprobata Clar. distinctè quæstione decimaseptima, in principio obseruauit Bertazzol. *cons. 36. n. 4. vol. 1.* quo loci plures adducit concordes, & præcipuè Butr. *in dict. c. de his, de accusat.* præmissos casus parificãtem, vt retulit quoque Baiard. ad Clar. *dict. quæst. 57. n. 5.*

Quamuis etiam, vbi prætendi posset eiusmodi cassa- 18
tionem querelæ non aliud importare quàm simplicem ab obseruatione iudicij absolutionem, non adhuc posset D. N. ex iisdem indiciis denuo molestari, nisi noua resurrexissent indicia, & non aliàs, vt censuit Bartol. & Alexand. *in l. penult. ff. de quæst.* Follec. *in fragment. pract. criminal. num. 251.* tradítque D. Farinac. *tit. de inquisit. dict. quæ. 4. sub n. 25.*

Quinimo adhuc etiã, vt simpliciter absolutus ab ob- 19
seruatione iudicij, iterùm molestari queat, non sufficeret nouorum indiciorũ recessus, nisi & ea noua, hoc est, quæ à prioribus & substantia differrẽt, Guid. de Luzar. *de ind. & tortur. n. 57. ver. sed pene.* Brun. *in eodem tract. quæstione 5. n. 63. versi. sed cùm hic fiat mentio, parte 2.* simúlque grauiora essent, & quod magis est ad quæstionem etiã adhibẽdam per se sola sufficientia, Boss. *in tit. de sentent. n. 61.* attestans ita obseruari, Tob. Non. *consi. 103. n. 5.* Clar. *quæstione 46. vers. pariter etiam.* D. Farinac. *sub eod. n. 25. in fine, subdens postea eadẽ quæst. n. 29. & n. 33.* per text. *in libellorũ. §. vltimo, in fine, ff. de accusat.* nec eo casu esse locũ nouæ molestiæ, nisi accusatione intra triginta dies prosequẽte, vt ibi per eũ, quẽ sequutus est nouissimè Caball. *in eius resolutio. crim. cas. 93. n. 30.* Ad quæ tamẽ remedia vix nobis cõfugiẽdũ videtur, cùm, vt dictũ fuit, quoad hoc virtualis diffinitiua

potius

potiri prætendamus, lapso insuper biennio, quo criminalis causæ durat instantia, per *l. primam, C. vt intra certum tempus*, Caball. *ibid. num. 3 1. & seq.*

20 Præterea obstare quoque dicitur res iudicata, qua tutus redditur D. N. *leg. 1. in fine, C. de re iudic. & vlt. de except. in 6.* & quæ pro veritate habetur *l. ingenuum ff. de stat. hominum, l. res iudicata*, vbi Cagnol. *n. 3. ff. de reg. iur.* Bal. *in c. nosti, de elect. & in cap. in præsentia, de renunc.* Curt. Iun. *consil. 36. n. 6.* quando est eadem causa, in qua latum est iudicium, *l. cùm quæritur ff. de except. rei iudicata*, Abb. *conf. 50. num. 2. vol. 1.* Dec. *consil. 96. colum. 2. in princ.* Roman. *conf. 41. n. 4.*

21 Nihilominus vt clarior etiam elucescat ipsius innocentia ad merita transeundo adhuc insistendum est, de nullo quod constet hic agi delicto: nam cùm falsitas, & quem falsarium esse in dubio non præsumatur, vt voluit Marsil. *consil. 5 1. n. 33.* Paris. *69. num. 58. volum. 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 309. ad finem.* & ad probandam falsitatem, vt initio dicebatur, exigantur probationes legitimæ, ac de necessitate concludentes, ex traditis per Clar. & Socin. Iun. *vbi suprà.* Neque hac in causa contra D. N. quicquam aliud in medium afferatur, & depromatur præter nonnullas imaginatas generales præsumtiones, & coniecturas, partim nullius momenti, & admodum leues, vt in quibus parua satis extorqueatur imaginatio mali, & valde insurgat magna boni, & quas ob id post Alexandr. & exempla ibi allata, leues appellat Menoch. *quæstio. 2. n. 8. & seq. lib. 1.* partim verò nixæ variis præsuppositis in facto, quæ cùm non appareant, ortum præsumtionis impediunt, vt dixit Marius Salomon *in leg. Gallus, §. quidam rectè, num. 33. ff. de liber. & posthum.* post Anchar. *consil. 302.* quem probat Crauet. *consil. 102. num. 9. & consil. 319. num. 13. versic. 19. per l. quod seruus, ff. de condict. ob caus. & l. an lege, ff. de contrahend. emt.* Menoch. qui præmissos refert, *de præsum. quæst. 23. num. 2. lib. 1.* necessariò consequitur ipsum ab hac indebita molestia, omni magis expedito & fauorabili remedio pro debito iustitiæ, post tot tantáque dispendia, ac diuturnam carcerationem tandem eximendum esse.

22 Etenim, vt vnico verbo omnis auferatur amaritudo, fundata est eius intentio super donatione inter viuos certæ summæ pecuniæ, omni ex parte de iure valida, & efficaci, siue personam donantis, cui multo plura bona remansisse constat, respiciamus, ad tradita per Clar. §. *donatio, quæst. 19. vers. Sed pone*, cui adstipulatur alios pleno cornu auocans, Roland. *consil. 39. sub n. 3.* siue personam donatarij intueamur, in quem ex causis in donatione ipsa expressis validè conferri potuit, vt obseruat Clar. *eod. §. donatio, q. 3.* iunctis quæ in eamdem rem scripsit Rimin. Iun. *Instit. de donation. in princ. num. 83. 90. & 18.* & post alios Menoch. *cas. 134.* quæ sanè singula vt suprà præmissa licèt conferant congruè applicata, aliorum capitum, scripturas, sigilla, & alia sub eiusdem criminis titulo concernentium, quibus omnibus dici etiam posset ex seriosa & diligenti informatione facti abundè satisfactum fuisse, libet tamen ex abundanti aliquas obiectiones magis fucatas peculiari responsione prosternere.

23 Non itaque quicquam suffragatur fisco, & illius adhæreo, quod dicitur de scripturæ donationis lineis à principio latis, quod contrarium est in facto, mox verò arctioribus præterquam huic inani obiectioni satis apta in facto affertur replicatio, quasi non sit mos omnibus scribentibus ingenitus, vt ex descensu, & ad imum folij manus & characteres pro minori folij ipsius spatio exemplendo magis cohibeatur, patet alia vrgentior in iure satisfactio resultans ex depositione testium pro Curia examinatorum, qui dum hanc donationem verè à donatario in ea nominato celebratam fuisse ore rotundo protestantur, & affirmant, adeò pleuè contra Curiam probare dicuntur, vt ad donationis validitatem nihil vltra sit quærendum. text. est *in l. si quis testibus, C. de testibus.* Paris. *consil. 50. num. 12. vol. 3.* Socin. Iun. *consil. 69. num. 11. vol. 1.* Riminald. *consil. 61. num. 1. & consil. 86. num. 1.* Bursat. *consil. 175. num. 19. volum. 2.* Ex quo vnico capite omnes calumniosi conatus eneruantur.

24 Neque aliquod faciunt negocium asserti periti super eorum iudicio circa subscriptionem, sed mansionem donatarij inducti. Primò, quia nullam affirmant se habuisse notitiam, & practicã consuetæ illius subscriptionis. Secundò, quia examinati fuerunt nulliter parte non citata, & non datis interrogatoriis, quo casu nullam in criminalibus probationem, aut etiam indicium præstant, vt relatis opinionibus scitè admodum resoluit D. Farina. *contra examin. test. q. 72. cap. 2. num. 78. & seq.* Tertiò, quia non sufficit dictum duorum, quando sumus in loco, vbi alij plures periti haberi potuerunt, vt post Bartol. Butr. & Imol. declarat Socin. *reg. 362. Perito, fall. prima, & tertia.* Quartò, quoties agitur de graui præiudicio, déque ardua ad damnum alterius, vt hoc in casu debeant examinari tanquam testes, & plures adhiberi adeundo partes vicinas si non reperiuntur in loco, vt ibidem Socin. *fall. 2. per not. in cap. præterea, de restit. in integr. cap. Prasul. 2. q. 5. & c. constitutus, de fideiuss.* Quintò, & vltimò quod magis stringit, quoniam si eis adhiberetur fides, aduersarentur supradictis aliis Curiæ testibus de vera existentia donationis attestantibus, quo etiam casu tanquam ab eadem pat te producti nullus eorum probationem aliquam faciet. Ioan. Andr. & alij *in cap. in nostra, de testib.* Marsil. qui de communi *sing. 488. Dignitas.* Grammat. *consil. 16. & num. 21. & consil. 38. num. 88.* quos accersit, & simul probat in proposito Bertazzol. *consil. 334. n. 3. vol. 2.*

Minus etiam obest allegata assertio quòd donans solitus esset tradere folia alba subscripta, quæ nec probatur, nec ab aliis iudicibus fuit obtenta, sed immo, vt supponitur, omnino reiecta ipso donante condemnato, & eo casu vbi etiam emanasset ab ore ipsiusmet donatarij in hoc iudicio, quod expressè illi officere nõ potest, cùm aduersus eum fuerit iudicatum, Innocent. *in cap. nouerint, de iureiur.* gloss. *in auth. Item possessor, C. qui pot. in pign. hab.* Surd. *consil. 135. n. 119.* Idem *conf. 414. n. 49. & conf. 423. n. 32. vol. 3.* vbi ait licere vnicuique propriam confessionem contra quam iudicatum fuit reuocare, vt ibi per eum. 25

Confirmantur præmissa, quandoquidem in confesso est, falsitatẽ non præsumi nisi quando probationes ipsam necessariò concludunt, Castren. *conf. 371. colum. 2. in prin. volum. 1.* Bossiat. *de falsis. num. 45.* Stratic. *consil. 17. num. 14. inter criminal. diuers. tom. 1.* Sed ita concludunt, vt aliter veritas se habere non possit, gloss. & Doct. ac in specie Bald. *in l. iuris gentium, §. quod fere, ff. de pact.* Alexand. *consil. 30. num. 2. & inter criminal. diuers. tom. 1.* non enim ita facile coniecturari debet falsitas tanquam crimen grauissimum, *cap. accedens, de accusat. & illud, de præsumt. c. ad falsariorum, de crim. falsi.* gloss. *in l. 1. C. de fid. instrumen.* Caualcan. *consil. 119. num. 9. inter criminal. diuers. tom. 1.* Cùm dolus & falsitas non ex leuissimis fundamentis, sed perspicuis coniecturis conuincenda, Anchar. *consil. 285. num. secundo, allegans textum in l. dolum, ff. de dol. & l. vbi, C. de falsis.* refertque ibidem Scarlat. *n. 4.* 25

Ex quibus protsus cessare videtur artificiosa ac subtilis cumulatio asserturum præsumtionum quæ sibi non vindicant locum quando patiuntur replicationes, & oppositiones, *Butr. c. cùm contingat, not. 3. de rescript.* Dec. *consil. 474. num. 3.* Riminald. Iun. *consil. 69. num. 25.* Osasch. *decis. 129. num. 7.* Caualcan. *decis. 46. num. 196.* maximè concurrentibus longè pluribus & validioribus nedum præsumtionibus, sed probationibus etiam obiecta quæuis delicta excludentibus, prout eo casu ea sumi debet interpretatio, quæ delicta exterminet, & procul arceat. Rom. *consil. 68. n. 8.* vbi Mandos. Grammat. *consil. ciuil. 7. in fine, & cons. 19. num. 31. & consil. crimin. 31. num. 12.* Quod procedit data etiam hinc inde præsumtionum paritate, cùm nihilominus reo debeatur absolutio, Dec. *cons. 469. num. 11.* Carret. *in pract. §. 6. num. 137. in fin.* Claud. *in lect. l. vt vim, num. 61. & in repet. num. 69. & num. 116. ff. de iust. & iur.* 26

Quod sanè nobis sperandum est, tum ex præmissis, tum etiam quia generale est, omnem interpretationem faciendam esse, vt excludatur turpe & ignominiosum falsitatis crimen. Grammat. *consil. 47. num. 10. & sequent.* Socin. iun. *consil. 38. n. 13. & consil. 62. n. 9. vol. 2.* Afin. *cons. 113. n. 13.* & Merend. *conf. 91. n. 8. vterque crim. diuer. tom. 2.* 27

Bertazzol.consil.521.num.15.vbi.a Foller.in pract.crimin.in verb.,item quòd commisit falsitatem.num.14.omnémque ingenij aciem eò dirigendam, vt tollatur, & sileat falsitas, l.vltima.vbi Bald.C.de fid.instrum.Foller.vbi mox num.23.& seq.& cons.ons 78.n.1.inter crimin.diuers.tom.1.& Bertazzol.d.cons.521,num.16. maximè verò cùm simul agatur de hominis ingenui & legalis existimatione, & retractatione causæ, tot vigilijs & laboribus per plures annos & vices in sacro Rotæ Auditorio ciuiliter ventilata, ac decisa, & id quidem iuxta ciuilium cognitionum terminos, in quibus palàm est, solam falsitatis suspicionem
* pro veritate haberi, vt per Clar. testantem de communi post ibi adduct. in præallegat.§.falsum.num.30.versic. trita est, in fine, quibus adden. Abb.consil.99.& Riminald. Iun.consil.58.volum.1,& hæc in quæstione perspicua sint satis cæteris leuioribus in facto existentibus ex connexa informatione facti egregiè sublatis.

Ioannes Baptista Rotelius Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum contra fiscum.

28 ANtequam ad resolutionem dubitationum contra apocham donationis excitatarum deueniam, iuxta ordinem facti infrascriptas conclusiones in iure communi proponendas esse duxi. Et primò in causa falsitatis criminaliter mota, probationes debere per necesse, non autem per possibile concludere, cap.in præsentia, de probat. extra. glos.& ibi Bald. in l.iuris gentium,§.quod fere,in verbo, contrarium. ff. de pact. quam opinionem Baldi sequuti sunt Cepoll.cons.criminal.21.sub num.18.vers. Et ideo cùm in casu nostro.Dec.in cap.porrecta, sub num.1.vers. Sed aduertendum est, de confirmat.vtil. vel inutil.idem consil.175.sub n.4.ad fin.vers. Quibus tamen non obstantibus Grammat. cons.criminal.30.n.2.& seq.Conrad.de offic.prætor.in caus.criminal.in tit.de falsar.is sub n.36.ad finem, & hanc esse communem opinionē attestatur Io.Iacobus de Leonard. inter cons.Socin.Iun.cons.39.n.44.vers.Ex quibus iustificari videtur, & idem Socin.Iun.cons.61.num 8.vers.Nec huic conclusioni obstant, & numeris seqq.lib.1.Clar. in §.falsum,vers. trita est, ad medium, Cab.tit.7.conclus.6.criminal.num.2.vers. Sed quod istud, Mazzol.cons.32.n.20.Surd decis.282.num.4.Io.Aloys.Cathalan.in suo tractat.criminal.de absolut.& indultu, cap.39.limit.12.num 27.vers. Primò quod quis, fol.mihi 325. Et ista probatio debet ita de necessitate concludere, vt res aliter se habere non possit, vt post Cephal Paulum, Merendam, Betium, Butsat. & alios Bertazzol.cons.criminal.61.num.41.& seqq.& cons.140.num.10.& cons.194.num. eodem.lib.1.& cons.398.n.3.lib.2.

29 Secundo loco est præmittendum, suspiciones & præsumtiones in causa falsitatis criminaliter introducta non sufficere ad condemnationem, licèt ad capturam & inquiren. sufficere possint. Alexand.cons.205.ponderatis his, ad fin.lib.6. Sequitur Dec.dict.consil.175.sub num 5.vers. unde non obstat primò,& num.seq.& in cons.189.datatis, sub n.1.vers.Respondetur tripliciter, & num.seq.& in dict.cap.porrecta, sub num.1.versic. Et dictum Archidiaconi,& Dominici intelligitur quantum ad capturam.Io.Iacobus de Leonardis dict.consil.39.num.77.vers. Non obstat quòd suspicio, vbi
* de communi opinione attestatur cōtra Archidiaconum dict.lib.2.consiliorum Socin. Iun. Conrad. in dict. titulo de falsarijs, sub num.35.in fine, Higer.in cap.Regni,in tit.de pœna infligenda fals.sub num.20.vers. Pro ista parte faciunt, fol.mihi 89.Alban.consil.485.num.6.versic. Et quamuis.Mazzol.d.consil 32.n.20.versic. Alterum tollitur. Bertazzol. dict.consil.398.num.15.& communem esse opinionem attestatur Sfort.Odd.consil.62.num.5.& seq.vers. Et quod ab aliquibus dicitur.Trausan.decis.4.num.16.vers. Sola verò suspicio, lib.2.causarum criminal.

30 Et quòd suspiciones & præsumtiones in causa falsitatis criminaliter mota non sufficiant ad condemnādum, vltra suprà nominatos tenuere Cepoll. dict.consil.criminal.21,n.5.vers.Et profundamento, Bolognin. in addit.ad consil. Anan.49.ad finem, versic. Nec obstat vnum quod allegatur per d.consulentem, Grammat. dict.consil. criminal.30.num.5.versic. Et ideo non est simpliciter verum, Socin. Iun. d.consil.61.num 9.versic. Ex iis auctoritatibus, vbi attestatur de magis communi opinione d.lib.2.Conrad.in dict.tit.de falsar.sub num.35.versic. Ideo ad præmissa, fol.mihi 40.Alban.consil.99.versic. Rodigen.lib.1.Clar.dict.§.falsum, dict. versic. Trita est conclusio, & ibi Baiard. in addit. in versic. Aut loquitur in his libris, ad fin num.239.Cab.dict.conclus.6.num.11.versic.
Secunda declaratio, & hanc esse communem opinionem *
attestantur Stracc.in addit.Crauett.consil.28.n.1.& Claud.
Bertazzol. in addit.ad consil.sui patris 411 litera A.in verbo, Et hæc est recepta distinctio, lib.2.in criminal. addentes ad Albanum consil.255.litera M.in verbo, falsitate, ad fin.lib.2.& d.consil.485.litera A. in verbo, suspitio falsitatis, lib.3.& Ioan. Aloysius Cathalan.in d.tract.crimin.cap.36.limit.9.à num.33.vsque ad 40.versicul. 5.speciale, fol.mihi 298.& fundamentum huiusmodi opinionis est, quia in criminalibus debent probationes esse claræ, & in materia falsi concludentes per necesse, ita quòd res aliter se haberi non possit.

Tertio loco præmittendum est non posse refricari in 31
dubium respectu suspicionum, iudicium falsitatis semel discussum & cognitum in causa ciuili, in causa criminali, l.final.versic. Sed nimiam plenissimum finem, & ibi gloss.in verbo, sopita, ad fin.C.de fid.instrumen. gloss.in cap.licet,& in verb.opponi, in princ.extr.de probation. Castr.& ibi Alexand. in l.diuus Pius, sub num.1.vers.Interdum alter, num.4.versic. Successiuè, ff.de re iud. & communem esse opinionem, post alios attestatur Sfortia Odd.in consil 78.n.51.vers. Quartò principaliter dico, & bene faciunt ad propositum trad. per Decian.in suo tractat.criminal.lib.3.cap.30.n.14.versic. Item dicas.tom.1.fol.mihi 107.

Item quarto loco præmittendum est non posse de iu- 32
re procedi contra accusatum semel absolutum ab obseruantia iudicij, nisi superueniant noua indicia, quę specie & substantia sint diuersa à primis indicijs, vt in terminis post multos quos allegat, tenet Caball. in suis resolut.criminal.resolu.93.num.43.versic. Noua autem indicia, & numeris sequent.fol.mihi 178. quod dictum est intelligi debet, procedere si infra tempus triginta dierū à die latæ sententiæ non fuerit querela instituta post latam dictam sententiam absolutoriam, vt ante d. Caball.aduertit Decian.in d.cap.30.num.27.versic. Sextò fallit, & num.seq.fol.mihi 107.fac.2.

Ex quibus quatuor conclusionibus suprà præsuppo- 33
sitis, licet resultare possit resolutio dubitationum, & suspicionum excitatarum contra scripturam donationis scutorum 1720. de qua nunc agitur, & præcipuè est regula communiter approbata falsitatem non præsumi, & illam concludenter debere probari, vt post gloss.& Doctor. aduertit Bertazz. consil.crimin.127.n.14.lib.2.ea ratione, data possibili veritate in esse posita, nulla necessariò datur facultas, & bene aduertit idem Bertazz. consil. criminal.555.num 21.eodem lib.2.cum vulg. Tamen vt satisfaciam Reuerendissimo Domino meo, ad resolutionem cuiuslibet suspicionis & præsumtionis deueniendum esse iudicaui.

Prima enim suspicio in ordine adducta ex qualitate 34
donantis, & quantitate rei donatæ tollitur, ex tex. in cap. 1.ibi: Hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se, quod sponte tribuit, existimet, & nisi beneficijs creuerit, nihil se præstitisse putet, de donation. extra. quem text.aureis litteris esse scribendum inquit Tiraquell.tractat.de nobilitat.cap.37.à num.34.vsque ad numerum 54. versic. Nobilitatis propria est, & peculiaris liberias. Primum est nobilium donare, & num.41.versic.ex in autem, dicit in persona nobili donationem præsumi, & num.44.attestatur quòd nobiles magna donando, parua ac modica concedere putant. Ideo cùm de iure Ciuili donationes non reperiantur prohibitæ, immo permissæ, l.pertionem, ibi, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre, l.in extraneos, ibi, donationem collatam valere receptum est, ff.de donat. & facit l.affectionis, ff.eodem titulo, minùsque donare prohibitum sit, immo donatio permissa, dict.c.1.de donation.extra.

& in

& in nobili semper donatio presumatur, ad latè trad. per Tiraquell. *ubi suprà*, donatióque, de qua agitur, fit facta à persona nobilissima, & Principe, vt constat ex scripturis publicis per D. Scribentem in facto deductis, concludendum est suspicionem prædictam vti contra ius Ciuile, ac Canonicum, ac tot autoritates per Tiraquel. citatas, in omnibus & per omnia sublatam esse.

35 Et secunda suspicio adducta circa benemerita donatarij non est habenda in cõsideratione data nobilitate donãtis, ac expressione facta in donatione de fidelitate donatarij, ex quibus tollitur dicta suspicio cum ipsa insluat in primam, quæ fuit sublata ex deductis.

36 Tertia suspicio, quòd in scriptura donationis in principio ipsius lineæ videantur largæ, & in fine dictæ scripturæ strictæ, dicitur non meruisse allegari, eò, quia ex visione dictæ scripturæ donationis dignoscitur aliter se habere scripturã, & lineas, quàm in suspicione deductũ; cùm lineæ vltimæ rescriptæ sint scriptæ super lineis in principio scripturæ donationis scriptis, ita quòd nulla adest diuersitas latitudinis inter primas lineas donationis, ac vltimas illius super illis à tergo scriptas, & propterea non erat necesse istam suspicionem opponere. Tanto magis, quia huiusmodi suspicio nec in iure, minusque alia autoritate fulcitur, & cùm sit suspicio resultans ex capricio hominis non est sufficiens in causa criminali ad condemnandum, Gomes. *in tractat. de delict. cap. 12. sub n. 26. vers. Si verò præsumtiones, vel indicia*, Calef. *inter cons. criminal. Ziletti cons. 86. sub n. 31. vers. Est probabilis, lib. 2.* quem sequitur Bertazzol. *consil. criminal. 251. n. 52. lib. 2.*

37 Quarta suspicio de peritorum iudicio, seu comparatione litterarum non est habenda in consideratione. Tũ quia per fiscum & accusatorem non extitit tutatum nõ habere aliam probationem, quàm istam peritorum, & comparationis litterarum: tum etiam, quia non fuit seruata forma in similibus seruanda, prout latè tractauere D. meus Menoch. *de arbitr. iud. cas. 114. à n. 26. vsq; ad finẽ.* & Vulpell. *respons. 135. per tot.* & ista probatio periculosa ac fallax, vt aduertit Menoch. *dict. cas. 114. n. 14. & seq.* dicitur etiam quòd N. erat citandus, attento quòd tractatur de illius graui præiudicio, iuxt. *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* cum vulg. ita quòd huiusmodi suspicio euanescit ex prædictis.

38 Et quinta suspicio de cifara facta sub illo verbo, *de Sauoia*, nõ operatur, vt illud verbum *Sauoia*, sit finis subscriptionis scribentis, quia vt bene deducitur in facto, & ex aliis subscriptionibus per Piũ in aliis scripturis factis, patet post illud verbũ *Sauoia*, subiunxisse alia verba quod nulli dubiũ est solitum scribentis fuisse probatum ex dictis subscriptionibus, cùm ad d. solitum probandum aliqui voluerint vnicum actum sufficere, vt post Alexand. Dec. & alios trad. Alban. *in cons. 119. n. 29. vers. Nam etiam ex vnico actu, lib. 1.* Alij verò duos actus sufficere attestãtur. Afflict. *decis. 305. n. 11. vers. Non obstante in contrarium*, Grammat. *decis. 76. n. 2. & seqq.* & hanc esse communẽ opinionẽ attestatur Claud. Bertazz. *in addit. ad cons. sui patris 213. littera D. vers. Sed quod saltem in duobus actibus. lib. 1. in crimin.* & ideo cùm ad excludendum suspicionẽ falsitatis quælibet causa sufficiat, vt post alios tradit Bertazz. *cons. criminal. 140. n. 7. & seqq. lib. 1.* dicendum est suspicionem huiusmodi nullo pacto intrare in casu de quo agitur.

39 Sexta suspicio allegata circa prætẽsam minutã manu N. scriptam, in qua videtur asseri transmitti donationem ipsi N. Respõdetur huiusmodi suspicionẽ non refragari eò, quia nullibi apparet fuisse, & esse minutam. immo ex inscriptione & cõfessione ipsius N. dignoscitur esse scripturæ capricium, vt videre liber *in processu iuriũ fol. 159. & 160. & in construtto process. fol. 192. fac. 2.* Immo dicitur quòd dicta scriptura nõ potest reputari copia, nec etiã minuta ad effectũ, vt ex illa inferri possit ad probationẽ falsitatis litterarum à N. ipsi N. scriptarũ tempore transmissionis: idque patet, quia dicta scriptura in suspicione allegata, non solùm in verbis, verumetiam & in substantia in multis est diuersa à litteris scriptis per N. tempore transmissionis donationis, quo in casu non potest de iure fieri illatio, *l. Papinianus exul. ff. de mino.* cũ vulg. eò maximè quia copiæ & minutæ à communiter accidentibus solent in omnibus concordare cum originalibus, eò magis quãdo vna dicitur ab alia extracta fuisse, cùm sit discordantia inter ipsas scripturas, & in verbis, & in substantia, & contra d. suspicionem intrat de directo regula, non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc, C. vnde legit.* cum vulg.

Septima suspicio assertæ commoditatis fabricãdi falsitatem sub prætextu quòd penes N. adessẽt folia alba, nõ merebatur allegari, eò quia inter fiscum, & adhærentẽ ex vna, & D. N. partibus ex altera, sẽper adfuit controuersia, an esset probatum penes d. D. N. fuisse dicta folia alba, & contra adhærentẽ fisco fuit per tres vices in Rota resolutum non probari huiusmodi prætensionem, & tamen in Rota aderant depositiones DD. Petri N. & Petri N. quibus nunc fiscus & adhærẽtes vtuntur, ita quòd stantibus huiusmodi resolutionibus ista suspicio vti plenè cognita in Rota, & reiecta amplius allegari non debet, ex latiùs deductis superiùs in tertia presupposita cõclusione. Quibus accedit quòd fiscus & adhærentes non solùm tenebãtur probare penes D. N. extitisse folia alba per N. subscripta, verũetiam concludenter probare quòd super dictis foliis albis fuerint fabricatæ donatio, ac literæ, & cùm ista idẽtitas non fuerit legitimè probata, immo nec articulata. & versamur in delicto probando, prætẽsæ falsitatis idẽtitas non præsumitur. Rosell. de Rosell. *inter cõs. crimin. Ziletti cons. 46. n. 1. lib. 2.* latè Crauett. *cons. 244. n. 2. & seq.* & post ipsum, & alios Bertazzol. *d. cons. 251. n. 39. lib. 2.* lure ioerito ista suspicio ex prædictis euanescit. 40

Et octaua suspicio, in qua asseritur N. dixisse in litteris per ipsũ Marchionissæ Proceni scriptis Rodulphum N. fuisse solitũ Clauistis suis folia alba subscripta reliquere, vt habetur *in vlt. constit. fol. 33. fac. 2.* licèt sit colorata, tamẽ vltra responsionẽ datã ab ipso N. de qua constat *in d. constituto vltim. fol. 34.* videlicet quòd dictus Rodulphus ipsi ordinauerit, vt ita diceret, & propterea ita dixisse, & scripsisse, sed ipsum prædicta ignorasse confiteatur. Dicitur quòd suspicio allegata non cõcludit, ex quo nõ sequitur, N. dedit Capitaneo Leonardo, ac suis tũc temporis folia alba subscripta; ergo etiam folia alba subscripta tradidit N. & cùm, vt dixi, regula sit in cõtrariũ, quòd nõ probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, dicendum est istã suspicionem non intrare, cùm probatio, vt superiùs dixi, in prima cõclusione, premissa in causa falsitatis criminaliter mota debeat esse clara, & de necessitate concludere, qua probatione deficiente suspicio nullo pacto releuat. 41

Nona suspicio, in qua asseritur testes deponere penes N. extitisse duo sigilla Pij, & ab N. prędicta negari, & tamẽ in litteris per N. scriptis apparere sigillũ Pij, non releuat. Quia ista suspicio fũdatur super depositionibus Petri N. & Petri N. coram Auditore Cameræ pro informatione Curiæ factis: quibus respondetur istas depositiones esse falsas, quorũ falsitas manifestè probatur; nã in Rota Petrus N. in eius testificatione facta nullũ verbũ de sigillis: Petrus autem N. de vno tantùm sigillo in anulo existẽte audet deponere, ideo nõ est verisimile, quòd sicut isti testes in Rota testificauere de foliis albis, & vnus de vno sigillo, quòd huiusmodi duplicationẽ sigillorũ tacuisset, & propterea nõ solũ propter huiusmodi varietatẽ, verũ etiã & alias varietates, ex depositionibus dictorũ testiũ bis factas resultãtes colligitur manifestè falsitas depositionũ, quo in casu nulla est adhibenda fides. *l. qui falsò, vel variè, ff. de testib.* cũ vulg. Ideo cũ sigillũ, de quo fit mentio in dicta *9.* suspicione, super literis ab N. scriptis positũ sit sigillũ magnũ, & diuersũ ab illo per Petrũ N. in depositione corã Rota facta allegatũ, concludendũ est huiusmodi suspicionẽ euanescere; eò maximè, quia ex litteris scriptis per eundem Pium diuersis personis in actis existentibus probatur dictum sigillũ paruum eodem tempore, quo N. testis deponit, fuisse penes N. illud fuisse penes Pium, ita quòd verisimiliter eodem tempore à duobus d. sigillum paruum possideri non poterat. 42

Decima suspicio, in qua asseritur testes qui fuere præsentes tẽpore confectionis donationis, & illi subscripsere, fuisse postmodũ ab N. procuratore ad effectũ, vt subscribe 43

fcriberẽt prætẽſo folio albo,perquiſitos non merebatur allegari,ex quo in litteris per Dominicum N.ſcriptis,de quibus fit mentio in dicta decima ſuſpicione,& haberur in pſoceſſu iuriũ *fol.* 119. nõ colligitur id quod in ſuſpicione allegatur,ideo cùm N.vellet facere recognoſcere à teſtibus eorũdẽ ſuſpicionẽ, & manũ in donatione exiſtentẽ,neceſſariò erat illas perquirere ad effectũ vt accederent ad illã recognoſcẽdã,& hæc perquiſitio teſtiũ nõ habet in ſe vllũ principiũ delicti, nec à fiſco,& adhęrẽtibus hoc in iure probatur, propterea cùm ad fauorẽ N. ſtet regula,quòd delictũ non præſumatur, niſi probetur. *l.merito,ff.pro ſocio.*Crauett.*conſ.* 151.*n.* 18. Bertazzol.*conſ. crimin.* 408. *n.* 14.*& ſeq. lib.* 2. concludendum eſt huiuſmodi ſuſpicionem nullius eſſe momenti.

44 Nec refragatur quòd licèt huiuſmodi ſuſpiciones & præſumtiones de per ſe ſolæ nõ ſufficiãt, tamẽ ſimul iũctę prodeſſe poſſint ad condẽnãdũ, quia reſpõdetur cõtrariũ eſſe de iure verius,videlicet vigore illarũ ad cõdẽnationem in cauſa criminali deuenire nõ poſſe,ex latiùs traditis in ſecũda & tertia cõcluſione, in principio præmiſſis.Et illa regula, quę ſingula nõ proſunt,ſimul iũcta iuuant,nõ procedit in criminalibus,maximè ad cõdemnationẽ.Cepol.*conſ.crim.*32.*n.*16.*verſ.nec obſtat alia regula.* Gabriel *cõcluſ.*1.*n.*12.*verſ.tertiò limita,& ſub n.*23.*verſ. Primò limita,& n.*16.Bertazzol.*conſ.cri.* 215.*n.*56.*& ſeq.& cõſ.* 293.*n.*4.*& ſeq.lib.*2.ea ratione, quia in criminalibus probationes debẽt eſſe luce meridiana clariores.Dicitur etiã quòd ſuſpicio de per ſe nõ eſt perfecta in ſuo genere,nec facit ſemplenã probationẽ, quo in caſu in criminalibus nõ coniũgitur, vt de cõmuni atteſtatur Pariſ.*conſ.* 153.*n* 37.*verſ.nam ob eiſto procederet,lib.*4.

45 Quare cùm aliæ ſoſpiciones & præſũtiones reſpiciẽtes ſoſidationẽ cõputorũ in moriuis allegatæ,reperiãtur ſublatæ,ex latiùs deductis in tertia & quatta cõcluſione in principio informationis:nõ videtur de iure ſuper illis amplius inſiſtendũ,ex quo reſolutiones Rotales,& ſẽtẽtiæ inde ſequutæ,tã in cauſa ciuili,quàm criminali,inſeruirẽt de vẽto;iure meritò d.ſuſpiciones vti reiectę nõ ſũt amplius in conſideratione habendæ,ex prædictis,

Flaminius Amaducius, &c.

In eadem cauſa tertium reſponſum contra fiſcum.

46 VIſa ſentẽtia die ſeptima Ianuarij 1608.lara per multũ Illuſtrẽ,& Reuerendiſſimũ D.Patrẽ Cæſarẽ Fidelẽ Iudicẽ delegatũ cõdẽnatoria D.N,per quinquenniũ in triremibus ex cauſa,vt aſſeritur, falſitatis cõmiſiſſe in apocha donationis,ſeu prouiſionis factæ, & conſtitutæ per tũc Illuſtriſſimũ D.Rodulphũ de Sabaudia de ſcutis 60.menſtruis,& 1000. annuis in perſonã d.D.N.pro ſe, hæredibus,ſucceſſoribúsq;ſuis in perpetuũ diei 9.Septẽbris 1600.ſubſcriptæ,vt vidi,per Illuſtriſſimũ D.Piũ per D.Frãciſcũ Bertonũ Doctorẽ, & per D.Vitalianũ de Vitalianis teſtes adhibitos,ac viſis ſummariis actorũ principaliũ,cũ allegationibus præclariſſimorũ Iuriſconſultorũ tã pro parte D.N.ad eius defenſã,quã pro parte fiſci,necnon & Illuſtr. & Excell. D. Mariæ filiæ, & hæredis dicti olim Illuſtriſſimi D.Rodulphi mihi ex vrbe Romæ trãſmiſſis,percũctato toto negotio animaduerti vim cauſæ cõtrouerſæ totã pẽdere à veritate dictę ſcripturę.Quia ſi fuit ſubſcripta per D.Rodulphũ,poſtquã aliena manu fuerat cõſcripta ad præſentiã illorũ duorũ teſtiũ ſubnotatorum, iniuſtiſſimè fuit condemnatus.

47 Cũ autẽ in cõfeſſo ſit,ſubſcriptionẽ illã I.Ridolfo Pio di di Sauoia cõfermo quãto di ſopra; verè eſſe manũ D. Rodulphi,& ſubſcriptionis tãta ſit vis quoad cõfirmationẽ cõtẽtorũ in ſcriptura,ac ſi tota ſubſcribẽtis manu cõſcripta fuiſſet, ad not.per Alex. & Iaſ.poſt alios *in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus,ff.de verb.oblig.& in l.cũ antiquitas, C.de teſtamẽtis.*Proinde tota vis falſitatis ex aduerſo obiectæ reducitur ad hoc, nẽpe fiſcus cũ D. Maria proponit D.N.de N.familiarẽ,& Mãdatariũ generalẽ D.Rodulphi habuiſſe penes ſe duo ſolia in albis ſubſcripta per D.Rodulphũ,& in vno ex iſtis manu incognita formatã fuiſſe ſcripturã illã donationis ſubſcriptã per duos illos teſtes ſubnotatos, & ſuper hac ſpecie obiectæ falſitatis fundatur accuſatio,ac proceſſus totus.

48 Ego autẽ aduerto,accuſationẽ hãc præſupponere quatuor falſarios,& vnũ contingẽs extra negociorũ ordinẽ & ſine vlla neceſſitate Hæc autem non eſſe præſumibilia quiſq; mediocris ingenij ſatis videt : falſarios nãq; oporteret fuiſſe N. de N. vti auctorẽ falſitatis illius ſcripturæ ſibi admodũ proficuæ,cui ſcriptura prodeſt; ſcriptorem, qui ſcripſit ſcripturã illã,Frãciſcũ N.Doctorẽ,& Vitalianũ de N. ambos teſtes ſubſcriptos,aſſerẽtes fuiſſe *à quanto di ſopra ſe è ſcritto.*Difficile autẽ eſt in ſenſũ ſenſati cadere quòd N.ſubuerterit tres cũ eo cõſpirãtes in vnã adeò grauem falſitatem ad ſolam N.vtilitatem.

49 Rurſus cõſtringẽs illud de aſſertis duobus foliis in albo ſubſcriptis per D.Rodulphũ, & dimiſſis in manib. D.N. de N.allegatũ,& ex aduerſo deductũ eſt pręter ordinem rerum,& negociorum, vt omnes ſciunt,& propterea eſt circa aliquã causã , aut occaſionẽ legitimã quæ mouere potuerit D.Rodulphum ad dimittendũ duo folia in manib⁹ D. N.in albis ſubſcripta per eũ confirmatoria quãtum ſuprà ſcriptũ eſt.Nõ enim vt faciliùs D.N.poſſet negocia D.Rodulphi expedire : nã ad ea habebat amplissima & generaliſſima inſtrumẽta mãdatorũ in forma probãti,ſub quorũ fide cõtrahẽtes contraxiſſent,nõ ſub fide vnius ſolij albi muniti ſola ſubſcriptione D. Rodulphi, cuius litterã,& litterarum charactetẽ cõtrahẽs potuiſſet ignorare.

50 Prætetea aduerto D.N.ſub die x.Nouẽbris 1601.iudicialiter proteſtatum fuiſſe in vrbe Romę citato Procuratore D.Rodulphi de ſolutione dictarum prouiſionum, cum proteſtatione de intereſſe reſpectu lucri ceſſantis.

51 Quare his in facto cõſiſtẽtibus nõ potuit animus conquieſcere,vt probarem ſententiam illam cõdẽnatoriam: cùm autem Venetias me cõtuliſſem Reipublicæ cauſa, volui colloquium habera cum magnifico D. Vitaliano de N.nobile Patauino amico meo multorum annorum domicilium habẽte in ciuitate Venetiarum,à quo ſinceram relationem de ſcripturæ veritate habui,& poſt eum à domino Doctore Bertone eamdem habui reſponſionem,dicentibus amborum ſcripturam illam fuiſſe conſcriptam manu cuiuſdam familiaris D. Rodulphi veſte longa induti. Teſtis ſit mihi in his Deus meus & conſcientia mea.Quamobrem confirmatus in veritate iam dictæ ſcripturæ alacriter negocium aggredior,& firmiter teneo D.N.iniuſtè damnatum,his breuibus, ſed indiſſolubilibus rationibus.

52 Namq; ſtat ſubſcriptio manu D.Rodulphi,quæ nõ negatur manu eius ſubſcripta,quæ ſola ſi ſcienter ab eo facta fuit poſt ſcripturam manu familiaris ſui conſcriptã robotat & confirmat ſcripturam illam ac ſi tota eius manu conſcripta fuiſſet,vt dixi,& eſt veriſſima propoſitio. Quòd autem ſcienter ab eo poſt ſcriptionem illius ſcripturæ adhibita fuerit ſubſcriptio,probãt,& verba,& ſitus ſabſcriptionis, & ſubſcriptiones illorum teſtium aſſerentium, præſentes fuiſſe *à quanto di ſopra ſe è ſcritto.* Concurrit etiam præſumtio legalis,quæ ſtat,vt in dubio falſitas non præſumatur.

53 Secundò principaliter aduerto,quòd ſitus ſubſcriptionis D. Rodupbi, & teſtium, qui eſt ſuper in medio ſolij in ſecunda facie à tergo , deſtruit obiectum principale fiſci:nam repugnat veriſimilitudo,& omnium communis vſus;quia aliquando ſolent dari folia alba ſubſcripta, veluti in compromiſſis,& in compoſitionibus;dum partes ſe remittunt arbitrio alicuius in cõtractibus dotium, in contractu pacis. nam folia alba ſemper ſubſcribuntur in fine,numquam autem in medio , & nullum huius rei demonſtrabitor exemplum de ſubſcriptione in medio primi ſolij à tergo;hæc quippe eſt res inaudita, & numquam practicata.

54 His autem ſic propoſitis, vidaamus modò de fundamentis ſuper quibus fiſcus cum adherẽntibus ſiſtit falſitatis accuſationem.Principale autem fiſci robur verſatur ſuper dictis duorum teſtium Petri N. Doctoris olim familiaris,& Secretarij D.Rodulphi,Petri Belli de Perrobellis ſubditi eius domini,pauperis & vilis conditionis, vt fertur,qui quidẽ examinari pro fundanda inquiſitione de anoo 1606. 7. Auguſti in terra Bagnacaualli teſtati

stati sunt vidisse ea folia penes D.N. subscripta manu D. Rudulphi. Super assertione ergo istorum fundata fuit inquisitio, fundataq; fuit sętētia cōdēnatoria. Verùm dicta istorum testium nō debebāt mouere D. Delegatum. Primò enim duo isti testes nō possūt saluari à falsitatis vitio, & in processu mihi trāsmisso sunt duæ scripturæ informatiuæ in facto; altera fol. 46. incipien. Petrus Gabassus: altera fol. 52. quæ incipit, Summario. Quo quidem punctualiter versamur super falsitatem amborum istorū testium, quæ adeò detecta, & ad oculum demonstrata legitur, vt nullo subterfugio excusari possint. ibi autem dicta & scripta non repero hîc, quia videri possint, adeò vt super dictis horum duorū testiū nō potuerit D. Delegatus fundare suā diffinitiuā. Nēpe in crimine falsitatis, prout in alijs criminibus, testes integri omni exceptione maiores desiderātur. Dec. *cōs. 189. col. 4. sub n. 7. &* 8 Socin. Iun. *cons. 67. n. 15. lib. 11.* pulcrè hîc Salicet. *in l. fi. C. de prob. sub n. 3.*

55 Reiectis ergo testibus illis, videndū est de indicijs compluribus cumulatis ab Ill. D. Farinacio fisci Aduocato, & defensore; pro quorū solutione, primò Aduerto speciem hàc non versari, quia fiscus prætēdat falsitatē verè cōmissam: vera nāq; falsitas tūc cōsiderabilis est, vbi proponitur rē aliter esse. Gand. *in tr. de falsit, col. 2. in fin.* vbi plenè. Secundò non etiā in falsi suspicione quæ deducatur ex vitio visibili extrinseco, & apparēte ex scriptura ipsa, veluti in loco suspecto rasura; cōcellatio, additio, apostilla, vituperatio scripturæ, diuersitas manus scribentis, & huiusmodi. Hę autē suspiciones visibiliter apparētes transeunt aliquando in iuris præsumtiones quæ sufficiūt ad condēnationē. ad text. *in c. olim ex literis, de rescriptis, & in c. inter dilectos, 9. inst um. quoq; de fid. instr.* Inn. *in c. 1 col. pen. eo. tit.* Specul. *in tit. de instr. edit. § breuiter, sub n. 13 vers. & nota quod tabellio,* nō tamen, vt pœna falsi ordinaria puniatur, sed extraordinaria. Paul. de Castr. *in l. fin. C. de probat.*

56 Versamur ergo in suspicionib. extrinsecis nō visibilibus per considerationes hominis prudentis deductis ex varijs circūstātijs facti, & istæ quidē possunt, vt si ciuiliter petat ille ex vi scripturæ, seu instrumēti suspecti de falso repellatur ab agendo ex eo, vt scripturæ illi suspectæ de falso nō sit dāda fides, nō autem vt ob istas suspiciones, quę sūt hominis pręsūtiones, debeat ille criminaliter puniri, quoniā in crimine falsi, prout in alijs criminibus, requirūtur probationes claræ, & necessariò cōcludētes, sicuti post Bald. Anchar. Fulgos. Alex. & alios ex cōmuni diffinierūt Dec. *in c. vt nostrum, de confir. vtil. in 3. not. & in suis cōs. 175. cons. 5. vers. solū superest.* vbi reiectis septē suspicionib⁹, seu hominū pręsūtionibus cōcludit reū à falsitate criminaliter obiecta absoluendū esse, & præclarè idē Dec. *cōs. 189. col. 2. & per totum.* & iterum *cons. 602. sub n. 9. & repet. cons. 615. col. 1. & 2.* Vbi, quòd per cōparationē literarum factam per iudicium peritorum nō conuincitur reus de crimine falsi, vt criminaliter puniatur, quia fallax est peritorum iudiciū. Curt. Iun. *cons. 64. n. 5.* præclarè, & latissimè Socin. Iun. *cons. 61. n. 8. & in fin. lib. 2.* plures alios referēs, & *cons. 45. lib. 3.* Crau. *cons. 28. per tot.* vbi in ciuilibus, & criminalibus non sufficere hominū præsumtiones, *cons. 34. n. 26.* & pulcrè Mandell. de Alb. *cons. 99.* vbi tres suprà relatos suspicionū, seu præsumtionum gradus distinguit.

57 Capiēdo itaq; præsumtiones, seu suspiciones cōsideratas ab Illustr. D. Farinacio mihi in processu trāsmisso *fol. 33.* prima & secūda de immoderata pecuniæ quātitate donata, & personæ familiari duorū annorū tantū. Hæ siquidē extrinsecæ cōsiderationes, quæ in iudicio ciuili proponi possent ad impugnandum & debilitandum fidē scripturæ sub inuerisimilitudinis prætextu in criminali iudicio ad condemnandum adduci nequeunt, quia sunt extrinsecæ, & possibiles cōcordari cū veritate; sæpe enim homines donāt omnia sua etiā futura, & homines magnificos & illustres magna decet. Nec nouum est in isto hominum genere, quòd breui tēpore incalescat maxima versùs aliquem affectio, quæ etiam breui temporis curriculo distrahitur, & dilabitur.

58 Tertia cōiectura de scriptura à principio larga, postmodū stricta, nullius est effectus, etiam quòd scriptura sic se haberet; sed immo retorquetur. Nā ex hoc attēdūtur nō industria, & ad hoc conscripta, sed currente calamo.

59 Quarta de vltima linea tāgēte subscriptionem contrà retorquetur. Nā si scriptura dolo cōposita fuisset in folio albo, obstrinxisset scriptor tāgere verba subscriptionis D. Rodulphi. Sed quia D. Rodulphus scripturā factā subscripsit, fecit quod facere solēt prudētes subscribētes: nā adiciunt subscriptionem coniunctā adeò scripturæ præcedenti, vt nihil aliud de medio interferri possit.

60 Quinta, quòd persona scribētis nō fuerit nominata, nullū negotiū facit. Nam de necessitate nō id requiritur, & infinitæ sunt apochæ alia manu cōscriptæ, roboratæ sola subscriptione principalis, & testium, nimirum quia subscriptio principalis facit suam scripturam totam.

61 Sexta ex cifra in loco insolito subscriptionis posita nihil releuat: nā si subscriptio illa est manu D. Rodulphi, quid attinet quærere an cifra sit posita in loco solito, vel insolito; quinimo si sępe cōsueuit facere D. Rodulphus, vt ostensum fuit in processu.

62 Septima ex diuersitate attramēti, quæ, vt dicitur, oculis cernitur, non est magni facienda: nā cōstat eadē manu conscripta, attramentum autem in scribendo sæpe additur in attramentario.

63 Octaua deducta ex corpore donationis scripto eadē manu, qua scripta est epistola, quia clausa erat donatio, mihi non solùm nō præbet falsitatis argumentū, sed veritatis magis: nā familiaris D. Rodulphi, qui donationē cōscripsit, literā quoq; missiuā scripsit, prout moris est apud personas diuites, & potentes, qualis erat D. Rodulphus, de qua donationis scriptura, & littera missiua nominatim meminit D.N. in scriptura protestationis factæ D. Rodulpho 10. Nouembris 1601.

64 Nona sumta ex minuta illius epistolæ manu, vt dicitur, D.N. scripta, negatur absolutè, quòd sit minuta, sed copia est illius litteræ, & intitulata copia.

Decima, ex cōmoditate fabricandi illā scripturā, quia N. in manibus suis habebat folia alba, per negationem diluitur, reiectis falsarijs illis Petro N. & Petro de N.

Vndecima, deducta à commoditate sigilli, simili eadémque responsione tollitur. addo quòd ex copia mihi ostensa illius scripturæ, non video eam sigillo D. Rodulphi roboratam.

Duodecima, de diligentia fratris D.N. in repetiendo testes qui se donationi subscriberent, penitus negatur, & in facto non est verum, vt in processu.

Decimatertia, ex iudicio peritorum resoluitur, tū quia assumti fuerūt à iudice suspecto absq; cōsensu D.N. vt in processu, tum etiam, quia iudicium peritorum non operatur ad cōdemnationem de falso. Dec. *d. cons. 615. col. 11.*

65 Decimaquarta, mendacia, variationes, & inuerisimiles N. responsione tollitur, quia vt in informationibus relatum fuit, nō insunt mendacia, variationes, & inuerisimilitudines in eius responsionibus cōsiderabiles, ex quibus maximè deueniri possit ad condemnandum.

66 Ex his autē, vt suprà, patet non versari speciē istā in indicijs indubitatis, ex quibus in iudicio criminaliter intētato procedi possit ad cōdemnationem in persona. Nam indicia hæc sunt intrinseca, non apparentia ex scriptura, & quæ contrà commodissimè retorquentur, vt suprà. Et quamuis D. Farin. fisci & partis Aduocatus contrà tātopere laborauerit allegādo plures autoritates Doctorum, operę pretium necessarium quidem pro salute D.N. diligenter insistere, & ostendere contrarias doctorum autoritates non obstare.

67 Primò enim Paul. Castr. *in l. fin. C. de prob.* ab eo pro antesignano adductis, formaliter dicit indicia indubitata illa esse quæ trahunt mentem iudicis, quòd omnino credat, vt nō possit animus iudicis inclinari; exemplum dat in eo, qui per testes visus fuit nō occidere, sed exire cum ense sāguinolento de domo inimici sui occisi, & in eiusmodi specie dicit esse indubitata, si nō ad pœnā ordinariā, saltem ad extraordinariā. post Gādin. *in suo tract. de iud. ter theor.* & exemplum istud Paul Castr. nihil pertinet ad rem præsentem, & ego contrà pōdero in terminis Paul. *ibidē sub n. 4.* Pone, inquit, Notarius accusatur de falso instrumēto, an sufficiat probare, quòd alia falsa instrumēta

fecerit

fecerit pro quibus fuerit condemnatus, vt & pro isto accusatus condemneretur; & respondet, quòd non, quia, vt inquit, potest esse, quòd istud sit verũ, suspectus tamẽ erit, inquit ipse, sicut in iudicio ciuili poterit repelli instrumentum illud, ad quod inducit tex. *in c. afferte. de præsumt.* adeò vt Paul. doctrina obstet vt non seruiat D. Farinacio.

68 Alb. *ibi sub n. 8.* allegando tex. *in c. afferte*, notat quòd ex violento iudicio Salomon condemnauit mulierem illam ciuiliter ad filij restitutionem, non autem criminaliter de plagio, vnde stat pro N.

69 Bald. autẽ *in ea lege, sub n. 2.* post Nicol. Mattar. indicia indubitata appellat ea quæ à lege sunt approbata, vt in casu *l. si qui, C. de adult.* idem quando sunt plura indicia cõmissa Religioni iudicantis, quæ simul collecta inducunt indubitabiliter veritatẽ; exẽplũ reddit in cõfessione rei facta in tormentis laborãte fama cõtra eũ, vel verisimilitudine facti, aut aliis adminiculis proximis; nã hæc sufficerent ad condẽnationẽ, etiam quòd reus reuocaret confessionẽ factã in tormentis laborante fama contra eũ, vel verisimilitudine facti, aut aliis adminiculis proximis, nã hæc sufficerent ad condemnationẽ, etiã quòd reus reuocaret confessionem factã in tormentis, secundũ Bald. itẽ secundũ Bald. & Nicol. indicia indubitata sunt vbicunq; ex qualitate, & multitudine indiciorum indicatur oculis mentis iudicis, sicut clara lux ostẽdit veritatẽ oculis corporis. exẽplũ dat in eo, qui intrauit domũ mulieris, audit' fuit mulieris clamor, visus fuit ille qui intrauerat exire cũ gladio sanguinolento, visa est mulier in facie vulnerata; ex istis indiciis facto proximis, & in facto intrinsecis, quoniã natura repugnat, vt præsumatur mulierem seipsã vulnerasse, reus illaqueari poterit, & ex his secundùm Bald. patet, quæ sint indicia indubita, damnabitur secundùm Bald. in fine non pœna ordinaria.

70 Salicet autẽ per omnia sequitur Bald. & Nicol. Theoricã, præterquã in reo, qui reuocauit cõfessionẽ suã metu tormentorum factã. Nam hũc non esse condemnandum ait, etiam quòd alia aduersùs eum laborarent indicia, nisi de per se essent sufficientia ad illius cõdemnationem, & ita resident præfati autores *in d. l. final.* allegati per D. Farinac. sed parcat mihi, forsan non in fronte, & in se bene considerati.

71 Bald. verò *in l. milites, sub n. 6 ff. de qq.* formaliter inquit, *aut indic. sunt dubitata, etsi sũt verisimilia, & ex his potest procedi ad torturã, non autẽ ad cõdẽnationẽ.* ex hoc modo intelligit text. illũ in illis verbis, *sed argumẽtis primũ verisimilib. probabilibusq; vti. Et si his velutì certis indiciis deducti inuestigãda veritatis gratia ad tormẽta putauerint esse veniendũ, id facere debeãt si conditio personæ patiatur.* est ergo ibi text. expressus indicia verisimilia & probabilia nõ sufficere ad cõdẽnationẽ. Quæ autẽ sint indubitata, exposuit Bal. ipse *in d. l. fi.*

72 Ioan. And. ad Specul. *in tit. de prob. §. fin. in add. ferant.* post Tho. de Piperata ponit tria exẽpla de indiciis indubitatis, iuxta suprà posita, ex quibus adhuc deueniri non potest ad cõdẽnationẽ ordinariã, sed extraordinariã, pro aliis verò verisimilib. & probabilibus quasi certis deueniri posse ad torturam, & in his concordat eum tex. *in d. l. milites.*

73 Abb. ab eo adductus *in c. afferte. sub num. 6. de præsumt.* distinguit, quòd vbi agitur criminaliter, & præsumtiones non sunt vrgentissimæ, attamen violentæ, ex quibus ciuiliter potest ferre sententiam contra reum, & hæc nõ sufficiunt ad cõdemnationem corporalem. *d. c. afferte.* aut sunt vrgentissimæ, & sufficiant ad condemnationẽ. Quæ autem sint vrgentissimæ, remittit se Abb. ad dicta per eũ *in c. tertio loco, n. 9. & infrà*, vbi expressè approbat exempla Io. And. & eas indubitatas profitetur esse præsumtiones vrgentissimas ad condemnationem: vbi autem indicia, seu præsumtiones sunt dubitatæ, non sufficere ad condemnationem; sed ad torturã, alia est consideratio, vnde Abb. doctrina stat contra D. Farinac.

74 Franc. Aret. *in c. tertio loco, sub n. 16. & in fin. de prob.* nõ discordat, sed concordat cum præmissis, sub *n. 17.* formaliter inquit, iudex potest cõdẽnare ex indiciis indubitatis quãdo sunt talia, quę induxerũt quasi notoriũ, vel manifestũ posuerũt factũ ante oculos iudicis, vt in tribus exẽplis Io. And. subiũgẽs, *in dubio autẽ quãtũcũq; indicia sint verisimilia, & vrgentia, non sufficiũt ad cõdẽnationẽ in criminalib. grauib. posset tamen esse vnũ solũ indiciũ adeò indubitatũ, quòd ex eo solo posset sequi cõdẽnatio.* sed hoc secũdũ rarò cõtingere potest.

75 Foller. quoq; ab eo adductus *ibid. n. 22.* formaliter inquit quòd iudex ex violẽtissimis præsumtionibus moueri potest ad condemnandũ, iuxta exempla Io. Andreæ, & hoc modo dicit Doctores intelligere *l. fin. C. de prob.* & ibi relin. latiùs prosequitur exempla illa Io. Andreæ.

76 Boer. *in decis. 164.* per eumdem allegat. per longã Doctorũ altercationem concludit reũ criminaliter cõdemnari debere ex indiciis indubitatis, & vehementissimis luce clarioribus, ad tex. *in d. cap. final.* quo tamen casu dicit pœnam esse minuendam, & temperandam.

77 Grammat. *in decis. 42.* ab eodem adductus insistit in eadẽ distinctione, an indicia sint indubitata, violentissima, & certa ex facti circumstãtiis, vt reus possit condemnari, non tamen pœna ordinaria, & ibi, secus autẽ vbi indicia non sunt talia, licèt probabilia, & violenta. *d. c. afferte*, & idem Grammaticus *decis. 96.* & illæ decisiones cum supradicta distinctione pro N. lõgè absunt à casu subiecto.

78 Boss. autem *in titulo de coniecturis, num. 26.* Igne. *in l. excipiuntur, num. 30. ff. ad Syllan.* ab eo allegati dicunt quòd etiam ex indubitatis indiciis, & luce meridiana clarioribus, reus damnari possit, per *dictam l. final. C. de probat.* Vnde eorum dicta debent accipi iuxta prædictas præfatorum Patrum declarationes.

79 Clar. *in §. final. q. 20. vers. Scias tamen, n. 6.* & ipse præsupposito quòd ex indiciis violentissimis, & indubitatis procedi possit ad condemnationem, temperatam tamen ad pœnam ordinariam, & sic quoque Menoch.

Et quamuis Peguer. *in qq. crimin. decis. 17. num. 41. & seq.* recesserit ab opinione magis communiter recepta, vt etiam ad pœnam ordinariam procedi possit, loquitur tamen in indiciis violentissimis, & indubitatis.

80 Demum D. Farinacius adducit pro decisione huius casus Mandell. de Alba. *cons. 99. num. 10.* cuius dicta tantũ abest quòd contrafaciant, quia immo decidunt pro N. vt condemnari non debuerit: concludit nãque, sicut suprà retuli, quòd vbi vitia non sunt visibilia, & apparentia ex scriptura ipsa, & instrumento, sed extrinseca, quæ non de necessitate probant scripturã falsam, quamuis suspectã reddant, iudex quidem in iudicio ciuili ob suspiciones possit reiicere instrumentum, & illi non præstare fidem, non tamẽ debeat pronũciare falsam, & multo minus reũ de falso punire, & hic est casus noster decisus à Mãdello. Nã in scriptura hac non insũt vitia visibilia à Doctorib. considerata, vt suprà aduerti, & vitia illa, quæ cõsiderantur à D. Farinacio, contrà retorquentur pro ingenuitate scripturæ, vt quisque prudens aduertere potest; quæ verò extrinsecus adducerentur, quamuis viderentur probabilia, & violenta, etiam non sufficiunt, nec sufficere possunt ad condemnationem criminalem, *dict. cap. afferte.*

81 Et si adhuc diceretur quòd ex multis indiciis licet in in multis criminalibus deuenire ad condemnationem, Glos. & Bart. *in l. excipiuntur, ff. ad Syllanian.* Responsio patens est. nam textus ille cum glossa loquitur in indiciis extrinsecis certis, & indubitatis, nempe seruus ille erat proximus pubertati, cubuerat in cobiculo domini, necem domini subticuerat, ex his demonstratum fuit, eum fuisse necis participem, & ita illum textum ad terminos *l. fi. C. de prob.* intellexit Rom. ibi sequuti sunt Fel. *in dict. c. afferte, n. 10.* Grammat. *dict. decis. 42. num. 4.*

82 Nouissimè, & vltimò pro fine: nã latiùs præter morem meũ scripsi, addo decisionẽ in terminis nostris multum specialẽ Marci Antonij Nattæ *cons. 683. n.* allegati à D. Farinac. vbi probãdo d. decis. suprà relata, quòd suspicio falsitatis in criminalibus non habetur pro falsitate ad cõdẽnandũ, subiungit quòd *lex fin. C. de prob.* non loquitur generaliter, sed in producẽtibus scripturã, cuius falsitatis vitiũ sit patens, & apertũ, vt quia scriptura sit cãcellata, aut abrasa, alio modo vituperata, prout ibi intelligunt gloss. & Doct. quos Imperator ibi pro falsariis, nisi producẽtes fidẽ adhibuerint illi scripturæ per alias probationes, quoniã ex vitio patente cõstat de falsitate cõmissa, & *sub n. 6.* inquit quòd propter alias suspiciones hominum non ex

scriptu

scriptura apparente, instrumentum non est pronunciandum falsum, & producens non est criminaliter puniendus, quamuis statim subiungitur, *sub n. 7.* in ciuili iudicio, instrumentum ob falsi suspicionem non faciat fidē, iuxta Dec. & alios suprà relatos. Ex quibus omnibus vltrà adductos per Excellent. DD. Rotellium, & Amadaeum defensores D. N. de iniquitate iam dictæ condemnatoriæ satis parere arbitror.

Marcus Antonius Peregrinus I. C. Eques, & Consultor à Secretis Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum ex Primariis Paduæ Professoribus.

In eadem causa tertium responsum pro fisco.

83 PRo responsione eorum quæ in hac causa falsæ donationis ab Excell. D. Peregrino ad fauorem N. de N. adducūtur, inspectiones tres mihi discutiēdas propono. Prima erit inspectio, nunquid, & in quā pœnā possit quis ex indubitatis indiciis condemnari, & quæ dicantur indicia indubitata. Secunda an in casu de quo agitur adsint tot coniecturæ, & præsumtiones falsitatis, vt ex illis inferatur indubitatum indiciū ad condemnādum sufficiens. Tertia dato quòd nō adsint indubitata indicia, an saltim ex præsumtionibus, de quibus in processu, etsi non indubitatis, potuerit ipse N. in pœnam triremiū condemnari.

84 Et quod attinet ad primam inspectionem reassumendo conclusiones aliàs per me firmatas: dico illa in iure &
* à Doctoribus communiter reputari indubitata indicia, quæ iudicis animum ad sic, & non aliter eredendum inducunt, & pro hac conclusione aliàs allegaui Paul. de Castr. *in l. final. n. 5. C. de probat.* vbi dixit quòd indicia indubitata dicuntur illa quæ artant mentem iudicis, vt omnino credat, nec possit in contrarium inclinari, & sic bene probat propositam conclusionem. Nec obstat quòd exemplum postea positum à Paulo de Castro ibi de eo, qui visus est exire cum gladio euaginato, & sanguinolēto (vt ex aduerso consideratur) non pertineat ad casum nostrum. Quia non propterea hoc exemplum restringit generalitatem nostræ conclusionis.

85 Nec etiam obstat quòd idem Paul. de Castro, *num. 4.* dicat (prout pariter ex aduerso considetatur) quòd notarius non possit de falso instrumento criminaliter condemnari ex eo solo, quòd alia falsa instrumenta confecerit. Nā non mirum: quia est vnica tantùm præsumtio, & generalis, sumta ex qualitate personę. Non sic in casu nostro, vbi vltra malam qualitatem personæ N. concurrunt plura alia specialia falsitatis, de qua agitur, indicia, vt infrà dicam. Et nihilominus dictum Pauli de Castro in loco præcitato declaratur, vt non possit isto casu Notarius criminaliter puniri pœna ordinaria, non autem extraordinaria, in terminis Natta *consil. 633. n. 12.*

86 Ad idem allegaui Boërium *decis. 164. num. 3. & seq.* qui apertissimè eamdem meam conclusionem probat, dum dixit, ea esse indicia indubitata, & luce clariora, quæ faciunt vt iudex probabiliter non possit de contrario persuaderi, vel suspicari. Et licèt (vt ex aduerso consideratur) subdat ex indubitatis iudiciis non posse ordinariam delicti pœnam imponi. hoc nihil est, quia, vt infrà demōstrabo, pœna imposita N. non fuit ordinaria pœna falsitatis, de qua agitur, sed extraordinaria.

87 Ad idem etiam allegaui Menoch. *de præsumt. lib. 1 quæst. 7. n. 16.* vbi post Bald. *in l. ea quidem, sub n. 8. C. de accusat.* dixit indicium plenum, seu indubitatum esse demonstrationem rei per signa differentia, per quæ animus iudicis in aliquo tanquam existente quiescit, & sic adhuc probat meam cōclusionem, quòd scilicet illud dicatur indicium indubitatum, per quod iudex ad sic pro certo, & non aliter credendum inducatur.

88 Addo nunc ad præmissa Angel. *de malefic. in verbo, quod fama publica, num. 9. versic. Indicium verò plenum,* Carer. *in pract. in a. tractat. de indic. & tortur. §. indicium autem indubitatum, num. 1.* Bron. *de indic. & tortur. quæst. 1. num. 3. versic. Indicium verò plenum, part. 1.* Grill. *de quæst. ad tortur. quæst. 1. num. 2.* Pract. Conrad. *rubr. de negat. criminis.*

Farinac. Consil. crim. lib. 2.

min. & torm. num. 48. fol. mihi 305. Mascard. *de probat. lib. 1. q. 15. n. 11.* quos omnes retuli in mea pract. *par. 1. de indic. & tortur. quæst. 36. num. 37.*

89 Verissima est ergo mea cōclusio, quòd indicia indubitata sint illa quæ trahūt iudicē ad firmiter credendū delictū, & in hoc aduertatur, quòd licèt ista iudicis credulitas non sit talis, quin res potuerit forsan aliter esse: non tamē per hoc sequitur, quin ex illa credulitate possit idē iudex reum quando agitur de delicto difficilis probationis, non solùm in pœnam pecuniariam, sed etiam corporalem condemnare, prout hæc omnia bene docet eruditissimus Petrus Barbos. omnino videndus *in repet. l. 2. in princip. par. 1. numero 81. vers. non em respondendum est, & numero 8. vers. Denique in præd. & numero 87. per totum discursu, & numero 89. vers. Et nihil aduertendum, & numero 90. ff. solut. matrim.* Verùm quando, & ex quibus iudex ad sic firmiter credendum induci debeat, dicam in sequenti conclusione.

90 Secundam firmaui conclusionem, quòd plura dubitata indicia faciunt vnum indicium indubitatum (& sic firma iudicis credulitas, quòd quis deliquerit, de qua dixi in præcedenti conclusione, ex pluribus ac diuersis indiciis & coniecturis nascitur) & ad hoc allegaui in primis Bald. *in l. final. numero 2. vers. Sed quando, C. de prob.* vbi ferè ad literam dicit, quòd indicia, quæ non sunt approbata a lege, sed iudicis Religioni commissa, si sunt plura, tunc simul collecta inducunt indubitabiliter veritatem, *& dict. numero 2. in fine vers. Item pono,* dicit quòd multitudo indiciorum producit veritatem ante oculos mentis iudicis, sicut clara lux ostendit veritatem ante oculos corporis. & *numero 3. vers. Patet ergo,* dicit quòd indicia indubitata sunt, vel ea quæ a lege approbantur, vel quæ plura insimul collecta & in vna consonantia tēdentia indubitabiliter delicti veritatem indicant. Non potuit Baldus clarioribus verbis nos docere indicium indubitatum esse illud, quod ex pluribus ac diuersis indiciis & coniecturis ad delictum inferentibus nascitur. Et hanc Baldi doctrinam refert Salycet. *in eadem l. final. numero 2.* Bene ergo, & ad propositum allegaui Bald. & Salycet. *in dict. l. final.* Nec propterea video quomodo potuerim à domino ex aduerso scribente redargui, quòd eos in fonte non viderim. Nec facit prout ex aduerso ponderatur, quòd exempla à Baldo ibidem posita sint diuersa à casu nostro, quia, vt suprà iterum dixi, exempla non restringunt regulam. Prout nec etiam facit quòd isto casu dicat Baldus non posse imponi pœnam delicti ordinariam quia, vt pariter dixi, & infra probabo, pœna imposita N. fuit extraordinaria, & non ordinaria.

91 Allegaui ad idem Ignetum *in l. excipiuntur, numero 30. 31. & 32 ff. ad Syllan.* & Boss. *in tit. de conuict. numer. 23. vers. Tot enim, & numero 25. vers. Conclusio est, & numero 26.* qui & ipsi aperto ore hanc eamdē firmant conclusionem. In hoc aduertatur quòd prædictos Doctores allegaui non ad probandum, quòd ex indiciis indubitatis possit quis criminaliter condemnari, prout credidit dominus ex aduerso scribens (quia de hoc mox dicam in sequenti conclusione) sed ad probandum, quòd plura indicia dubitata faciant vnum indubitatum indicium. Et hoc sine dubio firmant præallegati Doctores.

92 Quibus addo Guid de Suzar. *in tractat. de indic. & tort. numer. 100. & 102.* & ibi Ludouic. Bolognin. *in addit.* Gandin. *in tit. de præsumt. & indic. indubitat. num. 12.* Brun. *de indic. & tortur. par. 1. quæst. 4. numero 5.* Pract. Conrad. *tit. de negat. crimin. & tormen. numero 5. in 10. & 11. exemplo, fol. mihi 305. col. 1. in fin.* Hippoly. Riminal. *cons. 88. n. 19. lib. 1.* Quos omnes retuli in mea pract. *in tit. de indic. & tortur. quæst. 36. num. 41.*

93 Aliam, & tertiam firmaui conclusionem, quòd ex indiciis indubitatis, criminalis condemnatio sequi potest, & hæc conclusio indubitabilis est, per text. clarum, & apertum *in dict. l. final. C. de probat.* & ibi hoc notant Bart. *in 2. oppositione,* Bald. *num. 2.* Alberic. *in summar. & n. 1. vers. Idem quod per indicia indubitata, & in prima oppositione,* Bal. *in l. milites, numero 5. vers. Aut indicia sunt indubitata, C. de quæstionibus.* Roman. *in d. l. excipiuntur, numero 3. versicul.*

Et debet scire, ff. ad Syllan. Et pro hac conclusione facit alia communis conclusio Doctorum volentium conuictum de crimine dici illum qui indubitatis indiciis grauatus reperitur, *in l. 2.* ibi argumentis conuictus, *C. quorum appellat.* Dec. *in c. & si clerici, n. 12.* & ibi etiam Bero. *n. 2. vers. Necnon 4.* & Mantua. *num. 1. in fin. versicul. vltimo violenta præsumtio, extrà de iudic.* Et hæc conclusio à domino ex aduerso scribente non negatur, licèt bene contendat ex Bald. & Io: And. per eum allegatis non posse isto casu imponi pœnam extraordinariam, de qua, vt sæpius dixi, non curamus.

94 Et procedit præmissa conclusio etiam in vnico indicio indubitato inducto præsertim ex pluribus dubitatis indiciis, sicut post Aretin. *in cap. tertio loco, num. 17. de probat.* declarat Boss. *in tit. de conuict. num. 27.* & licèt Aretini verba referantur à domino ex aduerso scribẽte: non tamen ab eo negatur, quin ex vnico indubitato indicio possit sequi condemnatio, quando dictum indubitatum indicium ponit ante oculos iudicis rem manifestam. Quod, vt dixi suprà in secunda conclusione, erit quando contra reum vigent plures ac diuersæ delicti præsumtiones.

95 Quartam & vltimam firmaui conclusionem, quòd ex indiciis indubitatis potest reus condemnari, si non in pœnam mortis, & ordinariam, saltim in extraordinariã mitiorem, etiam corporalem. Primò per Gloss. *in l. finali in verbo, vel in dicijs, C. de prob.* quæ expresè declarat textum illum loqui, quando agitur de vita hominis, & huic glossæ nihil ex aduerso respondetur.

96 Secundò allegabam Abb. *in c. afferte, num. 6. versic. Aut agitur criminaliter, extrà de præsumt.* vbi expresè dicit, quòd præsumtiones vrgentissimæ sufficiunt ad infligendam pœnam ordinariam quantumcumque maximam, licèt non sic sufficiant violentæ præsumtiones: vrgentissimas autem præsumtiones esse indicia indubitata, fatetur d. ex aduerso scribens ex eodem Abb. *in cap. tertio loco, num. 9 extrà de probat.* Nec refert quòd *in cap. tertio loco* idem Abbas dicat, præsumtiones dubitatas non sufficere ad condemnationem, quia nos non loquimur de dubitatis, sed de indubitatis præsumtionibus, & sic doctrina Abbatis, quidquid ex aduerso dicatur, optimè probat id ad quod eum allegaui.

97 Tertiò allegabam Felin. *in d. c. afferte, n. 10. vers. Quartò limita.* qui pariter expresè dicit quòd ex indiciis indubitatis iuxta textum *in l. fin. C. de probat.* potest imponi pœna corporalis, & ordinaria. Nec refert quòd ponat exempla Ioan. Andreæ de eo qui fugit cum gladio euaginato, ac etiam de eo, qui minatus fuit mortem illi, qui nõ longo tempore post minas fuit repertus mortuus, quia ista exempla, vt sæpius dictum fuit, non restringunt regulam, nec præterea recedit à generali conclusione, quòd scilicet ex indiciis indubitatis possit deueniri ad condemnationem in pœnam corporalem.

98 Quartò allegabam Imol. *in d. c. afferte, n. 3. & seq.* vbi *d. n. 3.* dicit quòd ex violenta præsumtione (quæ est minus quàm indicium indubitatum) non faciliter quis condemnatur ad pœnam corporalem. Ergo ex ea quandoque ad d. pœnam deueniri potest, licèt non sic faciliter, *d. n. 4. in fine,* expresè firmat, ex indiciis indubitatis posse ad hanc condemnationem deueniri, & huic dicto Imolæ nihil ex aduerso respondetur.

99 Quintò allegabam Grammat. *decis. 42. & 96.* in quibus disputata quæstione, an ex pluribus indiciis simul iunctis possit quis in pœnam corporalem condemnari, testatur in duobus casibus in magna Curia Vicariæ fuisse condemnatos reos sic pluribus indiciis grauatos ad triremes. Et aduertatur quòd licèt sicut ex aduerso respondetur, dictæ decisiones ponunt casum diuersum à casu nostro, si tamen rectè intueantur, loquuntur in casu fortiori, tum quia in homicidio commisso de die, in via publica: nos autem sumus in crimine falsi, & sic difficilioris probationis, in quo leuiora sufficiunt indicia, tum etiam quia in casu illarum decisionum reus per torturam purgauerat indicia, hic autem super crimine falsi nulla fuit N. inflicta tortura.

Ad idem potuissem allegare eundem Grammaticum *decis. 8. in princ. num. 4. versic. Aduertendum, & num. 8. & in fine decisionis, & voto 12. in fine.* Caret. *in pract. in 3. tract. de indic. & tortur. §. viso igitur de indiciis qualitatem ipsa indicia purgentur, num. 31. in fin.* Boss. *in tit. de inquisit. num. 30.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 64. versicul. illata verò tortura.* Fab. à Monteleon. *in pract. arbit. fol. mihi 332. num. 29.* Anchar. Regien. *quæst. 22. num. 18.* Franc. Personal. *in tract. de indic. & tortur. num. 4.* Flamm. Cartar. *in tract. de exequut. sentent. cap. 2. sub num. 62. & num. 65.* Baiard. ad Clar. *quæst. 64. num. 119. versic. Accedat aliud argumentum, & num. 120.* Qui omnes, quicquid in iure controuertant Doctores, testantur communiter in practica seruari, quòd reus pluribus & vrgentissimis indiciis grauatus, si sæpius tortus in tortura perstiterit, adhuc in extraordinariam pœnam corporalem, & triremium damnatur. 100 *

Sextò allegabam Clar. *in §. final. quæst. 20. num. 6. versic. Scias tamen, in fine,* vbi ad litteram dixit, quòd ex indiciis & præsumtionibus quotidie rei condemnantur non in pœnam mortis ordinariam, sed in alias pœnas, etiam corporales, & triremium, & ita plures seruatum fuisse testatur, & huic attestationi Clari nihil ex aduerso respondetur. 101

Septimò allegabam Menoch. *de præsumt. libr. 1. quæst. 97. num. 38.* vbi pariter ad litteram dicit quòd ex præsumtione violentissima, & etiam quòd non sit indubitata, potest imponi pœna ordinaria, nedum corporalis, reprobato Gandino contrarium tenente, & sic forsan D. ex aduerso scribens non vidit in fonte Menoch. dum dicit Menochium ipsum non loqui pœna ordinaria. 102

Et demum allegabam Ludouic. Pegner. *decisio. crimin. 17. num. 41. & seqq.* vbi testatur ex depositione vnius testis de visu, iunctis aliis sæpius apud eum fuisse impositam pœnam vltimi supplicij. 103

Et licèt, quoad pœnam mortis ordinariam, iuxta hanc decisionem Ludouici Pegner. sentiam cum D. ex aduerso scribente, communem scilicet Doctorum opinionem esse contrariam: attamen quoad pœnam extraordinariam, & mitiorem, quamuis corporalem, magis omnino seruatam sentẽtiam, quam suprà retuli, facile, & pro veritate testari possum, prout & idem testantur plures alij per me relati *in pract. tit. de pœn. semper q. 86. n. 114.* Quibus addo Petr. Barbos. omnino viden. *in repet. l. 2. in princ. part. 1. n. 90 ad fin. versic. ad eius complementum, & n. 91. ff. solut. matrimon.* vbi testantur de veriori opinione, concordantes allegat, contrarium tenentes refert, & reprobat, & loquitur etiam in pœna corporali graui, quando præsumtiones sunt vrgentes. 104

Et hæc quoad primam inspectionem. Quod verò attinet ad secundam inspectionem, nunquid scilicet in casu, de quo agitur, adsint tot præsumtiones, & coniecturæ falsitatis, ex quibus oriatur indubitatum indicium ad effectum de quo agitur. 105

Primò mala qualitas Antonij.

II. Inuerisimilitudo resultans ex litteris vltimo loco penes ipsum repertis, vt fingitur à domino Pio conscriptis, dum dicitur, *che l'amico, che ha scritto la perpetuita della donatione si fusse ritirato su la gelosia à scriuerla à lume di luna.*

III. Inuerisimilitudo, quòd pro dicta scriptura prætensæ perpetuitatis conficienda eo sero, & eo die non reperiretur Notarius in ciuitate Venetiarum.

IV. Diligentia facta, & festinantia in transmittendo dictam scripturam ad Vrbem in apoeha priuata, cùm posset expectari sequens tabellarius, & ipsam interim conficere manu publici Notarij, cùm nulla necessitas vrgeret.

V. Prouisio menstrua, ad tempus tamen, donec scilicet N. Venetias repeteret, & per octo dies post reditum fuit, constituta pro recuperatione status Carpi, & aliorum, quod seruitium ab N. non fuit factum, vnde inuerisimile, quòd fecerit dictam prouisionem perpetuam.

VI. Immo

VI Immoderata quantitas donata.

VII. Modicitas temporis seruitij, nempe per biẽnium.

VIII. Pro vnico seruitio duplex non debet salarium, prout esset in casu nostro, habito respectu ad prouisionem menstruam, de qua in instrumento, & habito respectu ad apocham, de qua quæritur.

IX. Salaria debent esse moderata.

X. Iudicium factum ab N. pro salario vigore mandati de anno 1601. & non vigore apochæ.

XI. Aliàs N. fecit recognoscere statim litteras, & manũ domini Pij, etiam in rebus minimis, & in re tam graui distulisset facere recognoscere manum per sexennium.

XII. Aliàs D. Pius disponens ad fauorem de N. in rebus minimis disposuit per instrumenta publica.

XIII. Ignotus scriba dum dominus Pius habebat Secretarium.

XIV. Commoditas alborum foliorum.

XV. Commoditas sigilli.

XVI. Mendacia plura N circa folia, & sigillum.

XVII. Amicitia N cum N. teste subscripto.

XVIII. Mendacium N. circa dictam amicitiam.

XIX. Diuersitas styli apochæ à stylo D. Rodulphi.

XX. Vniformitas styli apochæ cum stylo N. & N.

XXI Epistola Dominici circa procurationem testium pro subscriptione, quæ ad recognitionem subscriptionis nullo modo potest adaptari.

XXII. Ratificatio facta per N. de dicto tractatu, quia retinuit dictam epistolam, & non contradixit.

XXIII. Pallor, de quo in dicta epistola, siue sit pallor ipsius N. siue ipsius N. testis requisiet.

XXIV. Minutæ penes ipsum N. repertæ.

XXV. Mẽdacia, & variationes N circa dictas minutas.

XXVI. Aliàs oppositio pro parte D. Rodulphi, quòd apocha per N. producta contra ipsum pro scutis 1700. auri non erat vera. Auditor Cameræ illam declarauit non veram, & cassari mandauit.

XXVII. Geminatio clausularũ, & cautela insolitarum.

XXVIII. Prohibitio insinuationis, siue stridationis in fraudem legis, & statutorum de materia disponentium ad falsitates effugiendum.

XXIX. Distantia inæqualis literarũ in dicta scriptura.

XXX. Conculcatio quam faciunt litteræ corporis scripturæ, super litteris subscriptionis.

XXXI. Varietas atramenti in subscriptionibus ipsorum testium, & Pij inter se.

XXXII. Varietas atramenti in subscriptione Pij in verbis illis, *Io. Ridolpho, & confermo quanto di sopra.*

XXXIII. Diuersitas manꝰ, & characteris in dictis verbis.

XXXIV. Appositio cifræ in loco insolito. Et licèt non ignorẽ ex aduerso præsũptionib. & coniecturis prædictis dari aliquas leues & friuolas responsiones. Negari tamen nõ potest quin saltim earũ maior pars firmiter subsistat.

106 Tertia, & vltima nunc cadit inspectio, dato quòd in proposita facti specie non adessent indicia indubitata, nunquid ex præallegatis præsumtionib. potuerit N. condẽnari in pœnã corporalẽ. Et quidẽ licèt Dec. *in c. porrecta, in 3. notab. extrà de confir. vtil.* & in plurib. aliis consiliis post alios quos refert antiquiores dixerit in crimine falsi, prout in aliis criminib. requiri probationes claras, & necessariò concludentes Non tamen ab re esse putaui si contrariũ tenentes referendo facile probauerim magis cõmunẽ Doctorũ opionẽ esse, quòd immo nedũ præsũtiones, sed suspiciones, quę minus sunt quã præsũtiones, sufficiũt in crimine falsi, quãdo proceditur criminaliter, & ad pœnã: fuit originalis & magistralis doctrina Archidiaconi *in c. in memoriã, n. 15.* & ibi communiter omnes Canonistæ, & præsertim Bellam. *eod. n. 15. dist. 19.* Goffred. *in sum. crim. in rub. de crim. falsi, n. 12.* Host. *in ead. summa, & eod. tit. n. 6. vers. Verum in quæst. falsi.* Iacob. Butrig. *in l. vbi falsi, in fin. C. ad leg. Cornel. de fals.* Anch. *cons. 163. n. 8.* Curt. sen. *cons. 55. num. 16.* Capic. *decis. 30. n. 4. & n. 8.* Monticell. *reg. crim. 15. n. 118. & 124.* *Farin. post n. 161. vers. Contrarium tenet Socin.* vbi licèt referat contrariũ tenentes, cõcludit tamẽ falsi suspicionẽ sufficere ad pœnã, quando reus non probat contrarium, Bertaz. *cons. 91. n. 34.* Menoch. *de præs. lib. 1. q. 99. n. 19. in fin.* Alba. *cons. 254. n. 12.* vbi testatur de magis comm. Baiard ad Clar. *in §. falsum n. 534.* vbi testatur de magis communi Card. Alban. *cons. 33. per totum,* vbi pariter de communi.

Et pro hac opinione facit alia conclusio Doctorũ vo- 107
lentium, quòd suspicio falsi transferat onus probãdi veritatẽ scripturæ in producentẽ, ad tex. *in l. fin. C. ad leg. Corneliam de fals.* & ibi glos. *in verbo, scripturam.* Bellaper. *in verbo, prabemus,* Cyn. *num. 1. in 5. notab.* Bald. *in summario.* Odofred. *n. 2.* Salyc. *n. 1. in prima opposit.* & Io. Fab. *in verbo, & incumbat item,* & tex. *in l. iubemus, C. de probat.* in illis verbis, *nisi ipsi adstrinxerint veritatẽ,* & ibi Iac. Butrig. *in summario, & in prima oppositio.* Bartol. etiam *in summario.* Bal. *in prin. vers. Alia lectura est.* Alb. *ante n. 1.* Odofred. etiam *in sum.* Ang. *n. 1.* Paul. de Cast. *n. 1.* & Sal. etiam *n. 1.* Gloss. *in c. licet, in verbo, falsitatis, vers. Item si instrumentum* & ibi Host. *n. 1. eod. vers. Item si instrumentum, extra de crim. fals.* Goffred. *in sum. rub. de crim. falsi, num. 12.* Host. *in eadem sum. eodem tit. n. 6. vers. Verùm in q. falsi.* Iac. Butrig. *in l. vbi falsi, in fin. C. de fals.* Innoc. *in c. inter dilectos, post n. 3.* & ibi etiam Io. And. *n. 8. in fin. vers. Sed hæc, & alia, extrà de fid. instr.* Bellamer. *in c. ex litteris n. 5. & 6. eod. tit.* Prępos. Mediolanen. *in c. in memoriam, n. 10. dist. 19.* Cyril. *in sum. crim. p. 2. rub. de publ. iudic. § 8. n. 11. versicul. Instrumentum verò de falso suspectum,* Afflict. *in const. qui litteras, n. 5. vers. Item suspicio.* Foll. *in pract. crim. in verb. Item, quòd commisit falsitatem n. 31.* Neuiz. *cons. 27. n. 13.* Alb. *cons. 224. n. 15.* vbi de com. Baiard. ad Clar. *in §. fals* vbi de com.

Et rursus ad comprobationem eiusdem conclusionis 108
adducitur tex. *in d. l. iubemus, C. de prob* per quem tex. ibi gl. & cõmuniter Doctores omnes notant, quòd producens scripturam de falso suspectã punitur vt falsarius, vt videre est apud gl. *in ead. l. iubemus, in figuratione casus in prin.* Iacob. Buti. *in sum.* Bart. etiã *in sum.* Bald. *in prin. vers. Alia lectura est.* Odofr. *in sum. in verbo, denuñtes.* Ang. *n. 1.* Paul. de Cast. *n. 1.* & Saly. *n. 1.* Albert. *in l. si falsos, n. 2. vers. Quid si instrumentũ. C. de falsis,* gl Rayn. & Bart. *in l. Dinus, ff. eod.* Bald. *cons. 92. n. 2. lib. 5.* Ferrant Gargiareus *cons. crim. diuers. 124. n. 27. & 58* vbi de communi, *& cons. 125. n. 15. in fin. & seq. & cons. 156. n. 67. & n. 81. & seq. lib. 1.* Bertaz. *cons. 91. post n. 16. & n. 19* Menoch. *præsum. lib. 1. q. 99. n. 5. vers. Et hæc quidẽ.* Alex. Sitatie. *in pract. crim. c. 55. n. 6.* Baiard. ad Clar. *in § fals. n. 112.* vbi etiam aliis relatis testatur de communi Si ergo sola suspicio productæ scripturę facit, vt producens condemnatur vt falsarius, multo magis ex eadem sola suspicione condemnari debet fabricans falsam scripturam, cum certum sit producẽtem scripturas falsas, semper mitius puniri, quàm earum fabricatorem. ad glos. & communiter omnes *in c. ad falsariorum. de crim. falsi.*

Apparet ergo ex præallegatis, & veriorem, & magis 109
communem Doctorum opinionem esse quòd in crimine falsi potest reus ex pręsumtionibus dãnari, quicquid cõtrariũ aliqui alij pauciores Doctores, & corũ maior pars consulentiõ, firmare ausi fuerint. Quorũ opinio quatenus tenenda sit, ea nẽpe cõmuniter ab omnibus Doctoribus declaratur, & hæc declaratio quotidie apud nos practicatur, vt non procedat quãdo agitur cõtra falsitatis fabricatorẽ, qui sit persona suspecta, non multõ bonę famæ, & non tractatur de pœna ordinaria imponenda, sed extraordinaria, Curt. sen. *cons. 55. n. 26.* Anan. *cons. 49. n. 2. vers. Est etiam multum ponderandũ,* Aym. *cons. 134. n. 34. & 39.* & *cõs. 178. col. 3. ante med. vers. Alib scribit Io. de Anania.* Capic. *decis. 30. n. 7.* Ferrans Gargiareus *cõs. crim. diuers. 153. n. 10. & cons. 156. n. 81. lib. 1.* Hier. Giaccar. *in addit. ad Clar. §. falsũ, littera X.* Viu. *op. 81. n. 8* Dec. *cõs. 99. n. 43. lib. 2.*

Quòd autem in præsenti casu fuerit imposita pœna 110
extraordinaria, non autem ordinaria, patet; quia falsitas, de qua agitur, non potest negari quin sit magna falsitas, & vbi falsitas est magna, imponi potest pœna mortis. *l. vbi falsi, in fin. C. ad leg. Cornel. de fals.* & ibi Angel. *n. 2.* Io. de Anan. *in c. falsariorũ, n. 11. vers. Fallit quando crimen est valde graue, extrà de crim. fals.* Capic. *decis. 130. sub n. 11. post vers. Sed aliter.* Afflict. *decis. 404. n. 17. vers. Secundo respondetur.* Dian. *in pract. crimin. canonica, c. 117. in verbo, falsarij, sub n. 1.* Boër. *decis. 85. post n. 8.* Petr. Greg. *Syntagm. iur. lib. 36. cap. 5. n. 2. in fin.* Ludouic. Peguet. *decis. crim. 80. n. 15.* Baiard. ad Clar. *in*

§.*falsum*, *n.*249. Petr. Caball. *resolut. crim. casu* 165. *n.*15. Ergo triremium pœna non ordinaria criminis, de quo agitur, reputanda est, sed mitior, & extraordinaria.

111 Et ex hac declaratione remouetur illud obiectum, in quo ex aduerso fit tam magnum fundamentum, vt scilicet non possit imponi pœna falsi, quando præsumtiones non sunt visibiles ex facie scripturæ, ad latè tradita per Alban. *conf.*99. & Natt. *conf.*633. Hoc, inquam, intelligendum est vt non possit imponi pœna falsi ordinaria, secus autẽ mitior, & extraordinaria, & prçsertim cõtra hominem non bonæ famæ: nam tunc etiam ex verisimilibus coniecturis etiam extra scripturam apparẽtibus potest sequi condemnatio contra reum, ex allegatis per Curt. sen. Anan. Aym. Gargiar. & alios præallegatos Doctores, vltrà quòd, prout dixi suprà in secũda inspectione, adsunt in casu nostro præsumtiones etenim etiam euidentes & patentes ex visione scripturæ, & sic cessat omnis difficultas.

112 Nec verum creditur, prout ex aduerso prætenditur, quòd ad probandum falsitatem non admittantur præsumtiones hominis, quoniam generale est, quòd vbi iura admittunt in aliquo crimine præsumtiuam probationẽ, tunc admissæ censentur non solùm præsumtiones iuris, sed etiam hominis. Abb. *in c. afferte.* *post n.*5. *extrà de præsumt.* Dec. *in c. te no loco, n.*57. *in fine, extrà de probat.* Marsil. *in l.*1. §. *item Cornelio, n.*4. *ad med. ff. de quæst.* Boss. *in tit. de coniectis, n.*20. *&* 21. Cephal. *conf.*45. *n.*10. *lib.*3. Ioseph. Lud. *concl.*45. *in* 5. *ampliatione.* Menoch. *de præsumt. l br.* 1. *quæst.* 58. *n.*20. *& seqq.* vbi huius conclusionis reddit irrefragabilem rationem. Nam si (inquit ipse) verum est, prout est necessarium, vt infrà probabo, quòd in casu, in quo præsumtiones ad id sufficientes & validæ de necessitate, hoc intelligendum est de præsumtionibus hominis, quia præsumtiones iuris non remittuntur arbitrio iudicis, & facit quod suprà probaui, indicium indubitatum dici non solùm illud quod à iure approbatum est, sed etiã illud quod ex pluribus hominis præsumtionibus insimul collectis nascitur.

113 Bene verum est, quòd istę hominis præsumtiones non debent esse leues, friuolæ, aut temerariæ, sed graues, & vrgentes. Caputaq. *decis.*207. *par.*1. *& decis.*4. *par.*2. Glos. & * communiter omnes *in c. final. de crim. fal.* vbi eam leuem, temerariam, seu non probabilem suspicionẽ dicunt, quæ non impellit animum sapientis ad sic credendum, Paris. *conf.*28. *n.*50. *lib.*2. Baiard. ad Clar. *in* §. *falsũ, n.*239. Claud. ad Bertazzol. *conf.*411. *littera B.* Quæ autem sint præsumtiones graues, & vrgẽtes, leues, aut temerariæ, iudicis arbitrio remissum est. Luc. de Penna *in l. quemadmodũ. n.*23. *C. de agric. & censit. lib.*11. Caccialup. *in repetit. l. admonendi, n.*207. *ff. de iureiur.* Menoch. *de arbit. qq. lib.*2. *casu* 499. *n.*3. *& de præsumt. lib.*1. *q.*44. *n.*1. *& seqq.* Ioseph. Ludouic. *cõclus.* 45. *vers. Si tamen, & vers. Quemadmodum.*

114 Iudicis autem arbitrium hoc in casu sic regulatum à Doctoribus, vt si contra scripturam, quæ de falso arguitur, adsunt duæ tãtùm præsumtiones, poterit tũc ex illis eidem scripturæ non esse adhibendam fidem declarare. Anan. *conf.*49. *n.*3. *vers. Nã duæ præsumtiones,* Aym. *conf.*134. *n.*39. Pract. Cõrad. *rub. de falsar. n.*38. Decis. Pedem. 117. *n.*52. *in fin.* Ant. Galeat. Maluatic. *conf.*... *n.*7. Cephal. *cõs.*187. *n.*40. Bertazzol. *conf.*91. *n.*32. *& conf.*411. *n.*2. *& num.*14. Hippolyt. Rim. *conf. crim. diuers.* 128. *num.*8. *libr.*1. Gabriel *lib.*7. *concl.*6. *n.*5. Ioseph Ludouic. *d. concl.*45. *in* 6. *ampliatione.* Viu. *decis.*81. *num.*10.

115 Si verò præsumtiones falsitatis fuerint plures quàm * duæ, & tunc non solùm sufficiunt ad tollendum fidem scripturæ, seu instrumento, sed etiam ad condemnandũ criminaliter, prout est de mente prçallegatorũ Doctorũ, quorũ plerique simpliciter dixerunt duas præsumtiones in crimine falsi haberi pro cõcludẽte probatiõe, & in specie sic voluit Dec. *cõs.*108. *n.*76. *lib.*1. *& cons.*99. *n.*11. *eod. lib.*2.

116 Immo quando instrumentum continet inuerisimilia, * prout donationẽ, de qua agitur, prorsus inuerisimile est propter illius excessum, negari non potest, quòd tũc hæc sola præsumtio ex inuerisimilitudine contentorũ in instrumento sufficiat ad tollendum illi fidem. Menoch. post Bald. & Natt. *in locis per eum relatis de præsumt. lib.*1. *quæst.* 99. *n.*17. & ante eum Soc. *conf.*28. *n.*9. *lib.*3. Albã. *conf.*224. *in fin. sub n.*6. *& seq.* & ibi Adden. *littera* D, *E, F, G, & L, in fin. & conf.*485. *n.*8. Natta *conf.*633. *n.*53. *& seq. & n.*18. *vers. Et prædicta faciunt, lib.*3. Aym. *cõs.*28. *n.*1. *& conf.*75. *n.*20. *& seq. & conf.*134. *n.*36.

117 Sed si sic est quòd in casu nostro, vltra instrumenti inuerisimilitudinẽ non duę, sed plures, non latentes solùm, sed etiã visibiles, non hominis solùm, sed etiam iuris, illa præsertim quæ nascitur ex excessu tam magnæ donationis, non leues, friuolæ, aut temerariæ, sed verisimiles, graues, & vrgentes, non contra personam bonę famę, sed suspectam vrgent præsumtiones. Nescio certè videre quomodo possit hodie prætendi reum hunc non bene fuisse condemnatũ ad triremes, ex præallegatis. Quibus addo, quòd licèt non ignorem potuisse etiam primum iudicem ex tot prçsumtionibus & indiciis ad grauem torturam deuenire: prudentissimè tamẽ fecit stante hominis robustitate, & quòd solet tormenta paruipendere, non torturæ, sed condemnationis viã eligere, vt in terminis aduerterunt Grammat. *d. decis.*42. *ante n.*1. Ioseph. Lud. *concl.*43. *vers. Solent etiã,* & ita quotidie apud nos seruari dubitãdũ non est, præsertim vbi agitur, prout verè nunc agitur, de tam graui præiudicio scutorũ 4000. in circa. Et ideo multominus creditur hodie in secũda instantia per dominos iudices ad eandẽ torturã deueniri posse, aut debere. Etsi aliter fieret, esset aperire viam malis hominibus cum brachiis alienas surripiendi facultates. Quæ omnia, & pro veritate, & pro mei officij debito dixisse volui; nisi enim officij necessitas ad sic scribendum me impulisset, non vtique contra reos prouinciam hanc accepissem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

* Primus huius causæ iudex condemnauit N. ad triremes, declarauitque nullam esse adhibendam fidem donationi, & computis, de quibus suprà. Secundæ autẽ instantiæ iudex de voto aliorum declarauit subscriptiones testium in donatione repertas falsas esse, falsamque etiam esse epistulam ad comprobationem donationis fabricatã, nullámque propterea dictis subscriptionibus testium esse adhibendam fidem, adiecta pœna scutorum duorum millium; quo verò ad donationem, & computa, quæ extendebantur falsa, ipsum absoluit, ex hactenus deductis, reseruato iure vtrique parti ciuiliter agendi, & excipiendi respectiuè coram suis competentibus iudicibus. Hodie, vt audiui, adhuc huiusmodi causa indecisa pendet in tertia instantia.

ARGVMENTVM.

Falsitatis præsumtiones, an & quando ad condemnandum sufficiant; quæ & quales esse debeant, quandóve propriè dicãtur prçsumtiones falsitatis patentes, & visibiles, & quãdo etiam reus pluribus grauatus indiciis & præsumtionibus falsitatis debeat torqueri, vel condemnari, & in quam pœnam, &c.

SVMMARIVM.

*Falsitatis præsumtiones sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, num.*1.

*Præsumtiones falsitatis visibiles sunt abrasio, cancellatio, vituperatio, incisio chartarum, mutatio atramẽti, diuersitas manus, & similia, num.*2.

Falsitatis præsumtiones resultantes ex vitio visibili sufficiunt ad condemnandum criminaliter, secus ex vitio non visibili, num 2.

*Præsumtiones falsitatis visibiles & patentes dicuntur omnes illæ, quæ ex facie & lectura instrumenti colliguntur, num.*3. *& num.*10.

*Falsitatis præsumtio dicitur euidens, & visibilis, & sufficit ad condemnandum illa quæ apparet ex non seruata forma, seu solemnitate instrumenti, n.*4. *& num.*11. *& num.*28.

Falsi

Falsitatis præsumtiones visibiles, & non visibiles, quæ sint, traditur regula, n. 5. vbi præcipuè ponitur inuerisimilitudo donationis cautela insolitæ, & omissio loci in instrumento.

Falsitatis præsumtiones etiam non visibiles sufficiunt ad tollẽdum fidem instrumẽto, quãdo inquisitus est malæ famæ, aliter secus, n. 6. Immo etiã sufficiũt ad condẽnãdũ in pœnã extraordinariã, n. 7 & n. 12 & 13.

Falsitatis præsumtiones visibiles, & patentes sufficiunt ad condemnandum criminaliter, num. 9.

Falsitatis præsumtiones etiam non visibiles sufficiũt ad condemnandum criminaliter quando sunt plures, n. 14. & num. 26.

Indicia plura dubitata faciũt vnũ indicium indubitatum ad condemnandum sufficiens, n. 14.

Iudicis arbitrio remissum est torquere, vel cõdẽnare in pœnam extraordinariã reum pluribus indiciis grauatum ex aliqua causa, n. 15. & n. 27. vbi ponuntur causæ quibus iudex isto casu debet condemnare, & non torquere.

Instrumentum carens loco, loci viribus caret, num. 17. Præsertim rogatum in ciuitate populosa, num. 18.

Instrumentum redditur suspectum de falso, si in eo non est expressus locus loci, num. 17. & seqq.

Instrumentum carens loco loci est nullum, non obstante quacunque consuetudine contraria, num. 20.

Sigilli deturpatio facit falsitatis præsumtionem, n. 21. & seqq.

Sigillum publicũ, vt probet, debent in eo literæ sculptæ, aut Principis imago apparere, num. 21.

Falsitatis præsumtio est illa, quæ oritur ex deturpatione, maculatione, seu vituperatione scripturæ, num. 22.

Falsitatis præsumtio est illa quæ oritur ex cancellatione, seu abrasione scripturæ quando illud quod cancellatum & abrasum est, legi non potest, num. 20.

Falsitatis præsumtio iuris est illa, quæ ab inuerisimilitudine donationis oritur, num 23 & 24.

Præsumtiones duæ falsitatis probant falsitatem, n. 25.

CONSILIVM CIX.

1 EX informationibus facti & iuris in hac Neapolitana falsæ donationis tã pro hæredibus quondam Marcelli Lopez, quàm contra eos mihi exhibitis, negari in facto minimè posse crediderim plures, & quidẽ vrgentissimas adesse falsitatis præsumtiones, prout nec in iure cõtrouerti posse existimauerim, quin illæ ad pœnam saltim extraordinariam imponendam, ad tollendum fidem instrumento sufficiat ex allegatis in dictis informationibus, quæ hîc repetere superfluum est.

2 Remanere solùm videtur difficultas ex quo præsumtiones prædictæ proueniũt, non ex vitio visibili & patẽti, prout est abrasio, cancellatio, vituperatio, incisio, mutatio atramenti, diuersitas manus, & similia; sed ex vitio inuisibili, & non patenti, vt bene declarat Mandell. *cons. 99. n. 2. lib. 1. & cons. 265 n. 20. lib. 2.* Nunquid ex illis possit & reus criminaliter cõdemnari, & instrumento fides tolli. Et pro negatiua valde vrget cõmunis Doctorũ distinctio, de qua per Innoc. *in ca. num. 8. de fid. instr.* vbi Hostien. Butr. Card. & Abb. Follet. *in pract. crim. in verb. item quod commisit falsitatem, n. 32.* Boss. *in tit. de fals. n. 6. & n. 15. & 14.* cum aliis per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 739. n. 6. & cõcl. 740. post n. 5. & seq.* Viu *decis. 81. n. 3.* vbi testatur ita aliàs apud eum iudicatum fuisse.

3 Re tamẽ maturiùs discussa hanc difficultatẽ minimè obstare in proposita facti specie facile demonstrari posse arbitror, si priùs dignoscamus quãdo præsũtiones falsitatis dicãtur prouenire ex vitio visibili & patẽte, & quãdo ex latente & inuisibili vitio. Qua in re aduertendum credo, quòd licèt Mandell. *in loco præallegato*, & alij plerique Doctores præsumtiones ex patẽte & visibili vitio resultãtes exẽplificent in abrasione, vituperatione, cancellatione, & similibus, de quibus suprà. Nõ tamẽ per hoc excludũt quin & alio modo dicãtur patẽtes, & euidẽtes, dũmodo ex facie, seu lectura instrumenti appareant, sic enim patens & visibile vitiũ illud esse, quòd ex facie, seu lectura instrumenti deprehenditur, scripserunt Paul. de Castro *in l. iubemus, n. 2. vers. Adde, quod dicit Innocentius, C. de probat.* Curt. Senior *in cons. 55. n. 26. post princ.* Natta *cons. 633. n. 8. in fine.* Claud. ad Bertaz *in cons. 411. littera A, vers. Quæ distinctio, & littera B, vers. Hæc habent locum.*

Comprobatur præmissa conclusio per id quod communiter tradunt Doctores, præsumtionem scilicet resultantem ob non habitam solitam formam, seu solẽnitatẽ reputari patentem, & visibilem, & propterea sufficere, & ad puniendum, & ad tollendũ fidem instromento, vt videre est apud Cynum *in l. iubemus, n. 1.* & ibi etiã Alberic. *in fine.* Angel. *n. 3. etiam in fine.* Paul. de Castro *sub n. 2. C. de probationib.* & voluit Innoc. *in eodem cap. 1. n. 8. de fide instr.* Boss. *in tit. de fals. n. 6. in fine. & n. 13. vers. Ex prædictis.* Et tamen defectus formæ, seu solẽnitatis non continetur sub rasura, sub cãcellatione, sub vituperatione, sub incisione, & aliis exemplis per Doctores positis. 4

Ex quibus, & secundùm veritatem ita crederem posse formari conclusionem, quòd quando præsumtio falsitatis deducitur aliunde, quàm ex lectura ipsius instrumẽti, de cuius falsitate agitur, vtputa per testes, vel alio modo. Et tunc locum habeat distinctio Innocentij, quòd instrumento credatur, donec contrarium probetur, ex quo suspicio non oriatur ex lectura, seu corpore instrumenti, secus si absque alia extrinseca probatione ex eodem instrumento falsitas deducitur, ex præallegatis. Et sic intelligẽdo suspiciones falsitatis visibiles in casu, de quo agitur, negari non potest, quia adsint quamplurimæ, vtputa inuerisimilitudo donationis, insolitæ cautelæ, & præsertim cameralis obligatio, omissio loci, in quo fuit celebratus contractus, mẽdacium Notarij circa subscriptionem testium, vltra alias quamplures præsumtiones non sic patentes, & visibiles, de quibus per alios informantes. 5

Et nihilominus quòd suspiciones prouenientes etiã ex vitio non visibili, & extrinseca probatione, vtputa mala fama producentis scripturas, sufficiant non solùm ad tollendum fidem instrumento, prout scripserunt latè Mandell. *cons. 99. per totum.* Natt. *cons. 633. n. 8. & seqq.* vbi *num. 9.* testatur de communi, & *num.* 10. Mascard. *de probat. libr. 2. conclus. 740. num. 4. & seq.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 99. num. 16. vers. Si verò is.* Sfort. Odd *cons. 78. n. 13. & 14. iunctis num. 87. & seq.* vbi etiam testatur de communi. 6

Sed etiam ad condemnandum criminaliter in aliquã extraordinariam pœnam voluerunt glos. *in l. iubemus, in verbo, suspectus*, & ibi Iacob. butrig. *in vers. sed quomodo intelligitur suspecta.* bald. *n. 6.* Alberic. *n. 1.* Odofred. *ante num. 5. C. de probat.* Curt. sen. *consi. 55. n. 26. vers Idem si sic latens.* Anan. *cons. 49. n. 2. vers. Est etiam multum põderandum.* Aym. *cons. 178. col. 2. in fine vers. Albi scribit io. de Anan.* Ferrans Garg. *cons. crim. diuers. 126. n. 84. lib. 1.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 99. num. 19. in fine.* 7

In eadem causa aliud responsum.

QVòd Donatus Lopez pro falsa donatione per eum in actis producta non torquendus, sed in aliquam extraordinariam pœnam condemnandus, donationisque fides auferenda sit, ex infrascriptis præmissis conclusionibus iure firmari posse non dubito. 8

Prima est quòd quando præsumtiones falsitatis sunt visibiles, & patentes, tunc absque dubio intrat criminalis condemnatio, ex allegatis per me *in tit. de falsi. ate, & simulatione, quæst. 152. num. 14.* quos hîc repetere superfluum est. 9

Secunda est conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd præsumtiones patentes & visibiles non 10

solum dicũtur illæ quæ ex vitiata scriptura, vtputa ex cãcellatione, abrasione, diuersitate manus, & atramenti, & similibus oriuntur, sed etiam omnes aliæ, quæ ex lectura scripturę de cuius falsitate agitur, colligũtur, prout alias probaui ex Paulo de Castro *in l. iubemus, n. 2. vers. Adde quod dicit Innocentius, C. de prob.* Curt. sen. *in cõs. 55. n. 26. post princ.* Natt. *cons. 633. n. 8. in fin.* Claud. ad Bertaz. *in cons. 411. littera A, vers. Quæ distinctio, & litt. a B. vers. Hæc habent locũ,* & hanc conclusionem veram fatetur, prout vera est, dominus ex aduerso scribens.

11 Tertia est cõclusio præcedẽtis ampliatiua, quòd præsumtio oriens ob non adhibitam solemnitatem, seu non seruatam formam contractus, & visibilis reputatur, & ad criminaliter condemnandum pariter sufficit, secundum communem Doctorum opinionẽ, de qua *in l. iubemus, C. de probat.* vt ibi videre est apud Cynum *n. 1.* Albertc. *in fin.* Angel. *n. 3. etiam in fine,* Paul. de Castr. *sub n. 2.* Innocẽtium *in cap. 1. n. 8. de fid. instr.* Boss. *in tit. de falsis. n. 6. in fine, & n. 13. vers. Ex prædictis,* & hanc conclusionem pariter admittit idem dominus ex aduerso scribens.

12 Quarta est conclusio, quòd quando pro falsitate non adsunt, nisi præsumtiones inuisibiles, & latentes, & tunc si inquisitus est homo malę famæ, etiam & istæ ad criminaliter condemnandum sufficiunt, sicut aliàs probaui ex Curt. Sen. *cons. 55. n. 26.* Idem si sit latẽs, Anan. *cons. 49. n. 2. vers. Est etiam multum ponderandum.* Aym. *cons. 178. col. 2. in fine, vers. Alibi scribit Io. de Anania.* Ferrãs Garg. *cons. crimin. diuers. 126. n. 81. lib. 1.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 99. n. 19. in fine* Et *in d. l. iubemus,* apertè voluit Gloss. *in verb. suspectum,* & ibi Iacob. Butrig. *in vers. Sed quomodo intelligitur suspecta,* Bald. *n. 6.* Alberic. *n. 1.* Odofred. *ante n. 1.*

13 Secus si inquisitus non fuerit malæ famæ, prout dixi *in d. quæst. 152 n. 41. & seq.* vbi per me scripta, ne sint contrarius Doctoribus allegatis *n. 17.* & iis, quæ ibi dixi, sic omnino intelligenda sunt.

14 Quinta est conclusio, quòd quãdo præsumtiones falsitatis non visibiles sunt plures, tunc etiam ad criminaliter condemnãdum sufficiunt ea inuincibili ratione, quia plura dubitata indicia faciunt vnũ indiciũ indubitatum ad condemnandũ sufficiens. Bald. *in l. fin. n. 2. vers. Sed quãdo, & vers. Item ponit. C. de probat.* Igneus *in l. excipiuntur, n. 30. & seq. ff. ad Syllan.* Et propterea non sine ratione Illustriss. D. Senator in simili causa Venetiarum falsæ donationis ex pluribus non visibilibus præsumtionibus falsas declarauit subscriptiones illius donationis, & donatarium etiam criminaliter damnauit.

15 Sexta, & vltima est conclusio, quòd quando, vt præfertur, contra inquisitum adsunt plura indicia propter quæ de iure veniat torquendus, stat in arbitrio iudicis, cõsiderata qualitate personę & indiciorum dimissa tortura eumdem inquisitũ in pœnam extraordinariam cõdemnare, secũdùm practicatam Doctorum opinionem, de qua testatur idem Illustriss. D. Senator in voto dato in eadem causa Venetiarũ falsæ donationis, *in vers. Ex quibus,* post Menoch. quem allegat *de præsumt. lib. 1. præsumt. 92. n. 1.* Ioseph Ludouic. *concl. 45. vers. solent etiam,* & in eadem causa ita fuit seruatum.

16 His præmissis in iure verissimis conclusionibus indubitanter concludendum videtur N. non torquendũ, sed criminaliter omnino condemnandũ esse; cùm contra eũ adsint plures visibiles & patẽtes falsitatis pręsumtiones, ex lectura scilicet donationis resultantes, iuxta primam, secundam, & tertiam conclusiones suprà firmatas.

17 Vna enim visibilis falsitatis præsũtio est quòd in donatione nõ exprimitur locus loci, quã quidem expressionem esse de forma & substantia instrumẽti, & sine ẽa instrumentum corruere, & vires non habere, communem testatur Gemin. *in c. Abbate sanè, §. final. n. 11. vers. In cõtrarium.* Rota *in antiquis, de fide instrument. decis. 5. incip. Nota quòd tabellio, & decis. 156. n. 2. lib. 3. in diuers.* Caputaquen. *decis. 98. par. 2.* Cæsar de Grass. *de dol. & contumac. decis. 45. n. 8.* cum aliis per Menoch. *de præsumt. lib. 2. præsumt. 84. n. 2.* vbi testatur de magis communi.

18 Præsertim quando instrumentum est rogatum in ciuitate magna, ampla & populosa, prout est ciuitas Neapolis, prout voluit Bald. *in l. optimam, n. 10. C. de contrahen. & committen. stipulat.* quem refert Cæs. de Grass. *d. decis. 35. num. 5.*

19 Immo omissionem loci certi & determinati nõ solũ reddere instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum, etiam in casu in quo locus loci non esset de substantia instrumenti, facit pulcra ratio considerata *in l. optimam, §. final. C. de contrahen. & committen. stipul.* quam refert Bald. *in l. contractus, num. 6. vers. Interdum est talis actus, C. de fid. instr.* dum dixit locum in instrumento debere taliter designari, vt aduersario licitum sit illius falsitatem probare, quòd scilicet eo tempore non fuerit in illo loco, in quo dicitur confectum instrumentum, quod & idem dixit Felin. *in cap. 1. n. 6. vers. Sed textus, de fid. instrum.* Cæs. de Grass. *d. decis. 45. num. 5.* Gemin. *in d. cap. Abbate, §. final. n. 11. in fin.* vbi in terminis dixit non expressionem certi & determinati loci in instrumento illud reddere suspectũ, nisi aliis testibus fuerit coadiuuatum, & loquitur etiam, quòd in instrumento fuerit apposita non solùm ciuitas, sed etiam ciuitatis quarterium, & Parochia.

20 Nec dicatur in ciuitate Neapolis adesse contrariam consuetudinem: nam vltra quòd talem consuetudinem minimè valere pluribus aliis relatis concordantibus dixerit Menoch. *de præsumt. lib. 2. præsumt. 84. n. 2. vers. Et hanc quidem sententiam,* negatur hæc asserta consuetudo, prout vera non est.

21 Altera falsitatis visibilis presumtio est quam non video adhuc consideratã, sed ni fallor aliis euidẽtior, sigilli scilicet, & legalitatis suppressio, seu deturpatio; quisquis enim illud vidẽs nõ poterit discernere, si quę, & quæ litteræ, seu imagines sint in eo sculptæ, & tamẽ vt publicum sigillum fidem faciat in eo, aut insculptę litteræ, aut ciuitatis, seu Principis imagines apparere debent, ex traditis per Innocen. Abbat. & alios quos allegat Menoch. *de præsumt. lib. 2. præsumt. 57. n. 3. & seqq.*

22 Vnde sequitur dicti sigilli falsitatis maxima præsumtio oriens, vt dixi, ex illius cõpressione & deturpatione, ad tradita in simili de deturpato maculo, seu vituperato instrumẽto per Bal. *cons. 401. n. 2. & n. 6. lib. 5.* cum aliis per me allegatis *quæst. 153. n. 185.* & sicut cancellatio, seu abrasio scripturæ facit presumere ipsam scripturam falsam, quãdo est talis, vt quid scriptum fuerit, intelligi nequeat, ex allegatis per Bertaz. *in cons. 411. n. 5* & per Sfort. Oddũ *in cons. 78. n. 17. in fine.* ita & multo magis præsumenda est falsitas ex prædicta suppressione sigilli operante, vt non possit in sigillo videri quidnam sculptũ fuerit, & sic ista pręsumtio non solùm erit visibilis, & patens, ex eo quòd sigillum careat sua debita forma, iuxta tertiam supra firmatam conclusionem, sed etiam, quia ocularitet inspicitur illius vitium & deturpatio.

23 Accedit tertia patens falsitatis præsumtio ex lectura instrumenti, & ex ipsamet donatione, nempe maxima inuerisimilitudo, quòd Marcellus homo non diues, immo inops & pauper, iuxta eius conditionem, & numero sex filiorum, quos habebat, voluerit tam notabilẽ pecuniarum summam fratri donare in præiudicium suorum filiorum. Accedit maior inuerisimilitudo, quòd Donatus bene aduertens donationis inuerisimilitudinem ad illã colorandam adiicere fecit duas falsas causas. Vnam scilicet communionis inter donãtem & donatarium spatio nonnullorum annorum. Aliam exactionis pensionis domus ipsius Donati. Quæ cùm falsa sint, prout in facto bene deducitur, intrat alia inuerisimilitudo, quòd scilicet non sit credendum Marcellum voluisse falsa asserere.

24 Hæc autem sola inuerisimilitudo donationem ipsam falsam præsumere facit. Aym. *cons. 28. n. 1. & cons. 75. n. 20. & seq.* Alban. *consil. 224. in fine, n. 6. & seq. iuncto num. 12.* vbi quòd sufficit etiam ad condemnandum. Natt. *cons. 633. num. 13. & seqq.* vbi hanc præsumtionem dicit esse probabilem, & à iure approbatam, & quod transfert onus probandi contrarium in aduersarium, *& num. 28. vers. sed vbi instrumentum,* vbi ęquiparat instrumentum vitiatum ratione scripturæ, vel ratione personæ, vel ratione inuerisimilitudinis, & latiùs dixi *d. quæstione 153. numer. 176. & seq.*

25 Ex quibus tribus patentibus, & ex lectura instrumenti resultantibus falsitatis præsumtionibus vltra alias ad condemnationem deueniri posse satis apparet ex præmissis prima, secunda, & tertia conclusione. Quibus addo aliam, & verissimam iuris conclusionem, quòd in omni crimine, nedum in crimine falsi, quando præsumtiua admittitur probatio, tunc duæ tantùm sufficiunt præsumtiones. Anan. *consil. 49. num. 3. vers. Nam duæ præsumtiones.* Gabr. *lib. 7. conclus. 6. num. 5.* Baiard. ad Clar. *in §. falsum. num. 233.* Decian. *consil. 108. num. 76. & consil. 99. num. 11. lib. 2.*

26 Verùm quod in præsenti causa omnem tollit difficultatem est quòd ex processu colliguntur aliæ plures falsitatis præsumtiones, licèt non sint patentes, & visibiles, prout sunt præallegatæ: concurrit nempe dissimulata notitia obitus Marcelli, notula nominum, & cognominum Iudicis, Notarij, & testium ab ipso Donato data communibus amicis hæredum Marcelli, vt se informarent de veritate assertæ donationis prorsus diuersa à nominibus, & cognominibus dictorum Iudicis, Notarij, & testium in Instrumento producto descriptorum; fuga Donati præsentientis, quòd hæredes Marcelli volebant ipsum criminaliter querelare; assertio Marcelli in extremis laborantis, quòd erat potius creditor, quàm debitor Donati; legatum factum Donato scutorum vigintiquinque, cum conditione, quòd amplius petere & prętendere non possit; acceptatio dicti legati facta à Donato instãte pro illius donatione; obligatio Cameralis insolita in regno apponi, & in medio instrumenti, & sic in loco insolito apposita; exquisita, & insolita cautela, quòd in casu recusationis solutionis scutorum 500. hæredes teneantur ad pœnam fabricæ sancti Petri applicandam; & quòd fabrica teneatur defendere Donatum; recognitio instrumenti non legitimè facta; variatio inter Donatum, & testes recognoscentes, quando fuerunt criminaliter examinati; asserti iudicis manus non recognita; qualitas personæ ipsius Donati soliti aliàs fraudes & deceptiones in Marcellum committere. Quæ omnia dubium non est quòd saltim simul iuncta in animum recti iudicis indubitatum faciunt falsitatis indicium ex iis, quæ dixi in quarta & quinta conclusione.

27 Concludo ergo Donatum non esse torquendum, sed extra ordinem condemnandum, fidémque donationis instrumento abrogandum; licèt enim, vt prædixi in vltima conclusione, sit in arbitrio iudicis ex præsumtionibus reum torquere, aut omissa tortura ad condemnationem deuenire: in proposita tamen facti specie non ad torturam, sed ad condemnationem deueniendum esse suadetur. Primò ex multitudine præsumtionum tam latentium, quàm patentium. Secundò ex mala ipsius personæ qualitate, & soliti ferè similia committere in damnum Marcelli. Tertiò ex corporis fortitudine; & quia, vt audio, hodie acriter instar expediti eum torqueri. Quartò, quia agitur de interesse pupillorum: nec propterea videtur ferendum quòd eorum pecuniæ cum fortitudine brachiorum surripiantur. Quintò vt tollatur malis hominibus commoditas fabricandi falsa instrumenta in aliorum præiudicium, prout in eadem ferè facti specie extat decisio Maceraten. per Gratian. *decis. 28.*

28 Demum, & ex abundanti in casu proposito maximè considerandum est, quòd hîc contra Donatum non solùm agitur de fabricatione falsæ donationis, sed etiam de illius vsu, cùm interrogatus iudicialiter declarauerit se ea velle vti pro bona, & legali: quo casu ad declarandam scripturam productam suspectam, & ad codemnandum producentem de falso vsu, iuxta text. *in l. iubemus. C. de prob.* sufficit scripturã carere debita forma, seu solẽnitate, ex iis quæ dicta sunt suprà in tertia conclusione, cui nihil video per dominũ ex aduerso scribentẽ responderi.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Nunquid accusatus possit cogi ad se examinãdum, possítque inter reos constitui, indiciis non præcedentibus, & quibus; multáque de testium fide, & probatione, præsertim ad reprobationem instrumenti inductorum, non iniucunda adiiciuntur.

SVMMARIVM.

Testis falsus in vno, redditur falsus in omnibus, n. 1.

Testis dicens se recordari de eo de quo verisimiliter non recordatur, est suspectus de falso, sicut econtra dicens se non recordari de tempore, de quo verisimiliter recordari debet, etiam de falso suspectus est, n. 2.

Testis familiaris, & salariatus accusatoris, repellitur à testimonio, num. 3.

Testis vilis, & pauper simul repellitur à testificando, num. 3.

Testis cortinatus, & retro ianuam positus ad instantiam partis, nullam facit fidem in criminalibus, n. 4.

Testis inuerisimilia deponens pro falso habetur, n. 5.

Testes instrumentum reprobantes debent esse omni exceptione maiores, etiam quòd sint instrumentarij, num. 6.

Tractatus præcedens inter partes ante instrumentum non afficit partem, n. 7.

Testis dicens se non recordari, & se referre ad instrumentum dicitur stare pro instrumento, n. 8.

Testis rogatus à partibus, dicens se non audiuisse aliquid probat, etiam quòd non dicat, quòd si dictum fuisset ipse audiuisset, n. 9.

Notarij bona fama & qualitas tollit omnem suspicionem falsitatis, n. 10.

Falsitas sine maximo lucro non præsumitur committi, num. 11.

Index ad examinandum aliquem vti reum deuenire nunquam debet, nisi legitima præcedant indicia, & aliter faciens peccat mortaliter, n. 12. & 13. vbi qualia debent esse ista indicia.

Reus accusatus, vt in reatu constituatur, & examinetur, requiruntur indicia perfecta, manifesta, & talia, vt illis nihil rationabile obiici possit, num. 12. & 12.

Falsi crimen magis hominis famam denigrat, quàm alia delicta, n. 11.

CONSILIVM CX.



AGITVR de examinando D. B. Notarium, & sic de constituendo cum inter reos in crimine falsi; sed vtinam falsitas non sit in testibus accusatoris instãtiam contra ipsum examinatis. Dicit enim primus instrumentarius, *Quest instrumento fu fatto nella casa doue habita Gregorio, mi recordo, che fu vn giorno di lunedi del mese di Maggio verso le 20. hore;* falsum, quia instrumentum non de mense Maij, sed 18. Aprilis fuit celebratum, & falsus in vno falsus redditur in omnibus. Bald. *in l. fin. num. 18. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* Salye. *in l. si ex falsis, num. 14 C. de transact.* & voluit Rota coram Pamphilio in vna Imolen. confidentiæ die lunæ 24. Februarij 1592. 1

Fuit bene præsens instrumento, quia est testis instrumentarius, sed vt dixi de mense Aprilis. Ideo sicut non recordatur de mense, de quo verisimiliter recordari poterat, multominus verisimile est quòd recordetur de particularibus in instrumento contentis, & præsertim circa Breuis expeditionem, & quòd instrumentum fuerit celebratum de die lunæ & hora 20. Hæc enim exquisita & nimia memoria in teste falsitatis depositionis arguit, Bertaz. *consil. 398. num. 9. & seq. libr. 1.* Boss. *in titul. de oppos.* 2

ARGVMENTVM.

Sententia in contumaciam condemnatoria, in qua de processu fit mentio, an, & quando contra condemnatum captum exequi possit sine processu, tam de iure communi, quàm constitutionis Marchiæ, præsertim quando talis sententia fuit lata in terris Ecclesię mediatè, & non immediatè subiectis. Agitur etiam de Notario in officio delinquente, an, & quando Notariatus officio priuetur, tam quoad exercitium, quàm quoad proprietatem. Plura adducuntur, quæ inquisitionis nullitatem respiciunt, cum responsionibus ad ea. Et plura etiam, de quibus in Sũmario.

SVMMARIVM.

Sententia contumacialis lapso anno facit delictum notoriũ, transitum in iudicatum, & facta recognitione personæ exequutioni mandatur contra condemnatum, num. 1.

Sententia, in qua fit mentio de processu, lapso anno potest exequutioni mandari etiam processu non producto, n. 1. & seq. & n. 15. & n. 21. & n. 23. & n. 25. & n. 27. & seqq.

Sententia quæ transitum fecit in iudicatum, habet præsumtionem pro se tam respectu rectitudinis processus, quàm respectu iustitiæ, n. 3. & n. 8.

Sententia etiam sine actis habet præsumtionem pro se, cùm omnia præsumantur ritè & rectè processisse, num. 3.

Sententia habet præsumtionem pro se, omniáque solemniter gesta fuisse præsumere facit, quando est antiqua, vtputa post lapsum decem annorum, n. 4. & n. 17. & num. 21.

Sententia contumacialis non potest dici nulla post lapsũ anni, n. 5. & n. 12. & n. 14. & n. 18.

Inquisitio in crimine falsi formata etiam sine loco, & tempore valet, num. 6.

Inquisitio generalis, & obscura nulla prorsus & inualida est, n. 7. vbi declaratur hoc non procedere quando non est tantùm obscura, quin reus se defendere possit.

Sententia contumacialis continens maiorem pœnam ea quam meretur delictum, pro quo contumax fuit condemnatus, exequi non potest, sed reducenda est ad condignam pœnam, num 9.

Falsitatis pœna quando est magna, vel quando quis cõmisit plures falsitates, potest esse mortis, num 10.

Bannitus in contumaciam potest condemnari absque alia notificatione banni, & citatione, n. 11.

Nullitate prohibita à statuto non censetur prohibitum dicere de nullitate notoria, & euidenti, declara vt num. 12.

Inquisitio, seu sententia non legitimis præcedentibus indiciis nulla & inualida est, num. 13. vbi declaratur quando hoc verum sit.

Appellare an & quando liceat à sententia contumaciali capitaliter lata, num. 15. & 16.

Constitutiones Marchiæ nunquid habeant locum in terris Ecclesiæ mediatè subiectis, prout sunt terræ Baronum, num. 19. & num. 26.

Etiam, *dictio implicat casum magis dubitabilem, & est dictio augmentatiua, & ampliatiua, importans idem, quod importat dictio* hoc amplius, *& dictio* vltra, *num. 19. in fine.*

Librorum laceratio censetur facta ab eo, vel ad eius instantiam, de cuius commodo agitur, n. 20. & 32. in fine.

Instrumenti, seu sententiæ transumtum non probat nisi illud fuerit factum parte citata, declara nisi illud fuerit factum à successore in officio, quia tunc reputatur idem Notarius, qui instrumentum rogauit, n. 22. Item declara nisi transumtum fuerit factum iussu iudicis, num. 29. & num. 30.

Scriptura reperta in archiuio publico, probat etiam quòd sit priuata, num. 22.

Bannitus, & condemnatus non potest à iudice absolui, etiam quòd innocens appareat nisi Principe consulto, num. 24.

Camera Principis est locus, in quo scripturæ ad publicum pertinentes reponuntur, num. 28.

Citationis defectus suppletur per præsentiam partis, n. 31.

Negatiua probatur ex inspectione actorum, n. 32. vbi declaratur.

Furta tria committens mortis pœna puniendus est, n. 34.

Plures falsitates simul iunctæ capitale producũt supplicium, num. 35.

Administrator, seu exactor non describendo fideliter exactas pecunias in libro administrationum, sed eas in proprios vsus conuertendo, falsi & furti pœna tenetur, n. 36.

Notarij delinquentes in eorum officio non solùm incurrunt pœnam priuationis officij, sed etiam alias grauiores arbitrio Papæ iuxta formam Bullæ Pij Quinti, n. 37.

Appellatio non datur à sententia data à Prætore contra suum ministrum, seu officialem, num. 38.

Delinquens in officio, officio priuatur, num. 39. tam de iure communi, quàm vigore Bullæ Pij Quinti, dicto num. 39.

Notarius delinquens in officio Notariatus an, & quando priuetur non solùm exercitio officij Notariatus, sed etiam illius proprietate, num. 40. & seqq.

Notarius infamis esse potest ad rogandam instrumenta, non tamen ad banchum iuris, num. 41.

CONSILIVM CXI.


PRÆSVPPOSITIS motibus propriis Pij 1
Quarti, & Quinti disponentibus, quòd iudices non possint, nec debeant bannitos captos infra annum, vel pòst, admittere ad eorum defensiones, sed quòd omnino debeant facta recognitione personæ sententias exequi, non obstantibus quibuscumque appellationibus, & nullitatum dictionibus, ex quo elapso anno, delictum efficitur notorium, & sententia transitum facit in rem iudicatam. De quibus motibus propriis mentionem facit Cartar. *de execut. sentent. cap. bann. cap. 1. num. 273. & cap. 3. num. 6. & seq. & cap. fin. sub num. 316.* & dixi *in mea pract. quæst. 11. num. 15. versicul. Et propterea.* Baiard. ad Clar. *quæst. 96. num. 4.* Et quòd in tantum exequi debeat sententia contra ipsos bannitos, vt sufficiat solam sententiam condemnatoriam producere absque processu, vt expressè cauetur ex constitut. Marchiæ *lib. 4. cap. 26.* disponentis, quòd quotiescumque sententia criminalis contra contumaces reperitur inter alias sententias faciens mentionem de processu, qui eam præcessit,

cessit, & à tali sententia non esset appellatum, vel de nullitate dictum intra annuo à tempore, quo lata est, quòd elapso d. anno præsumatur pro tali sententia, & fingatur eam præcessisse totum processum, de quo in ea fit mentio, & legitimum extitisse, sicut etiam in ipsa sententia recitatur, & quòd eo prætextu, quòd processus non reperitur, vel legi, aut haberi non possit, talis sententia annullari non valeat, vel nulla declarari, vel prætextu omissæ appellationis, aut querelæ retractari, vel aliqualiter impugnari, vel infringi non possit, eius executio aliquo modo impediri.

2 Dicendum est sententiam contra M. productam, debere omnino executioni demandari iuxta illius seriem & tenorem, non obstante, quòd de processu non appareat, & tanto magis præmissa procedunt in casu nostro, quia nedum post annum dictus M. de nullitate sententiæ dicere intendit, sed post biennium, quo casu circumscriptis etiam dictis motibus propriis, & constitutione, audiri non deberet, cùm certum sit, quòd de iure cõmuni bannitus captus elapso biennio à die cõdemnationis, à qua infra legitima tempora non fuit appellatum, nec reclamatum, sententia exequi potest absque vlla productione processus, vt per plura voluit Gramm. *decis. 24. per totam*, & signanter *num. 9.* ex Bald. *in l. 1. post num. 8. versic. vel contradicente, & lapsum est biennium, C. de lic. ter prou.* Baiard. *quæst. 96. num. 17.* Cart. *de execut. sentent. cap. fin. num. 57. & seq.*

3 Et ratio est, quia præsumitur pro sententia, quæ transitum fecit in rem iudicatam, tam respectu rectitudinis processus, quàm respectu iustitiæ, vt dicit Abb. *in cap. bona, num. 6. de elect.* subdens difficillimum esse semper omnia acta iudicij recensere, & ideo sufficit, quòd de sententia appareat, licèt de actis non constet, quia tunc omnia ritè & rectè præsumuntur gesta, vt *in cap. sicut, n. 6. in fin. & num. seq. de sent. & re iudic.* & ibidem Bald. *n. 3. in fin.* Vbi adeo omnia acta solemniter præcessisse præsumitur, vt locum habeant etiamsi iudex condemnans esset vnus ribaldus, & sequitur Alex. *consil. 136. num. 13. & seq. libr. 2.* qui extendit procedere etiamsi in sententia nulla sit facta particularis mentio de actis, vel si est facta, non fuit perfectè facta de omnibus actis, *& in consil. 105.*
* *num. 1. & seq. libr. 5.* vbi testatur de magis communi opinione, *& consil. 25. num. 1. & seq. lib. 6.* Grat. *consil. 123. num.*
* *1. & 2. & consil. 139. n. 28. libr. 1.* vbi de communi. Calcan. *consil. 16. num. 2.* Idem Abb. *cons. 73. num. 2. lib. 1.* dicens procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vbi etiam veniret imponenda pœna vltimi supplicij.

4 Et præsertim quia in casu nostro, nedum biennium, sed plusquam decem anni lapsi sunt à die latæ sententiæ, ad diem præsensæ dictionis nullitatis, & reclamationis, quo casu fortiùs præsumitur omnia acta ritè & rectè præcessisse, Alex. *d. cons. 105. n. 2. lib. 5.* Cart. *d. c. fin. n. 37.* Nam cùm isto casu sententia dicatur antiqua, præsumitur ob eius antiquitatem, omnia solennia interuenisse, dato quòd non iustificetur ex legitimo processu, Bart. *in l. admonendi, n. 44. ff. de iureiur.* Gramm. *cons. crim. 15. n. 5.* Dec. *cons. 376. n. 3.* Boer. *decis. 124. n. 17.* Calcan. *d. cons. 16. n. 1. in fine, & seq.* Socin. Sen. *cons. ciu. 158. n. 16. & pro fundamento, lib. 2.* vbi de magis communi. Idem Gramm. *cons. ciu. 115. n. 7. & seq.* vbi sententia dicitur antiqua post lapsum biennij, & ideo pro ea præsumitur etiam, quoad acta licèt de eis non appareant, *& d. dec. 24. n. 7. & 8.* vbi
* de verissima opinione testatur.

5 Quibus sic præmissis non obstant modò in contrariũ adducta, & primò quòd quãdo inquisitio est nulla, tunc omnia inde sequuta corruunt, non obstantibus motibus propriis, & constitutione Marchiæ, per iura ex aduerso adducta. Nam respondetur, quòd in casu nostro, inquisitio non potest nulla appellari ex quo omnia requisita interuenerunt, vt ad singula contraria respõdendo clariùs apparebit. Et dato etiam (sine veri præiudicio) quòd dicta sententia aliquo respectu fuisset nulla, non tamen ad præsens potest de eius nullitate dici, eo quia constitutio Marchiæ c. 25. in fin. lib. 4. & motus proprij Pij IV. & V. præcludit viam dicendi de nullitate post lapsum anni.

Secundò non obstat quòd cũ in inquisitione contra M. formata non fiat mentio de loco, & tempore commissæ falsitatis, sit nulla, quia respondetur communem esse opinionem, quòd inquisitio super crimine falsi (quicquid sit in aliis criminibus) non requirit expressionem loci & temporis. Monticell. *reg. crim. 15. n. 117.* Cephal. *cons. 304. n. 114. lib. ...* Garg. *cons. crim. diuers. 125. n. 1. & seq. com. 1.* Baiard. ad Clar. *q. 31. n. 41. & 43.* Farinac. *de communi, quæst. 1. num. 13.* 6

Nec pariter obstat, quòd cùm dicta inquisitio sit admodum generalis, & obscura, non debeat afficere, per ea, quæ voluit Boss. *in tit. de inquis. n. 76.* & alij in informatione citati. Nam primò respondetur, quòd licèt inquisitio generalis non afficiat, tamen si non est taliter obscura, & incerta, vt reus se defendere non possit, erit valida, & arctabit, vt declarat Follet. *in pract. crim. canon. vers. ant in inquisitione formata, num. 41. vers. dicerem tamen.* Secundò dicitur, quòd licèt hæc inquisitio esset generalis, & obscura, tamen si sententia super ea lata transitum fecit in rem iudicatam, non poterit contra eam quicquam opponi, per ea, quæ voluit Abb. *in cons. 73. n. 2. lib. 1.* vbi in casu suo libellus continebat, quòd quidem gentilis cessauerat, fugerat, fraudem, & dolum commiserat, & sic generalis, & obscurus erat, & tamen dicit, quòd contra ipsam inquisitionem opponi non poterat ex quo transitum fuerat in iudicatum, tanto minus opponi debet in casu nostro; in quo nedum adest res iudicata, sed expressè prohibetur à constitutionibus Summorum Pontificum, vt post annum de nullitate dici minimè possit. 7

Nec tertiò obstat, quòd in processu non constet de corpore falsitatum, de quibus M. imputatur, quo casu inquisitio sustineri non potest, ad tex. *in l. 1. §. item illud, ff. ad Senat. consult. Syllan.* Quia, vt suprà diximus, istud nõ procedit, quando processus & acta non reperiuntur, tunc enim tam de iure communi, quàm etiam vigore supradictæ constitutionis Marchiæ præsumũtur omnia interuenisse, quæ ad essentiam & solemnitatem ipsius inquisitionis requirebantur, vt suprà demonstrauimus. 8

Quartò non obstat, quòd inquisitio pariter sit nulla ob excessiuitatem pœnæ inflictæ, cùm pro vnica falsitate pœna mortis, & confiscationis bonorum non sit imponenda, & ideo sententia redditur nulla, nec exequi poterit, quia primò respondetur, quòd licèt admitteremus dictam sententiam in aliquo esse excessiuam, tamen non esset eius executio in totum suspendenda, sed deberet solùm mitigari, & reduci ad illam pœnam, quæ de iure imponi debebat. Ioan. Ant. de Hig. *super cap. reg. cap. 155. n. 25.* Baiard. ad Clar. *quæst. 96. num. 10.* Plot. *cons. crimin. diuers. 72. num. 36. tom. 2.* Farin. *quæst. 11. n. 62.* vbi attestatur fecisse commutare pœnam mortis ad pœnam triremium in personam cuiusdam, qui in rixa tam prouocatus iniuriis, quemdam Birroarium interfecerat. 9

Secundò dici etiam potest in casu nostro non fuisse excessum, quia cùm crimen falsi, de quo inculpatur M. sit valde graue, cùm prætendatur nonnullas falsas sententias ciuiles, & criminales protulisse, processus ac libros criminales falsificasse, ac alia de quibus in sententia, poterit contra ipsum imponi pœna mortis, tex. *in l. vbi falsum,* & ibi Bart. & Ang. *C. ad leg. Cornel. de fals.* Baiard. *in §. falsum, n. 249.* & maximè quia nõ vnã, sed plures falsitates & delicta cõmisisse prætenditur, quo casu ratione cõsuetudinis, & geminationis falsitatum posse quem ad mortem puniri voluit Socin. Sen. *cons. 63. n. 8. vers. sed vt exactem, lib. 1.* Monticell. *in reg. crim. 15. num. 160.* Plot. *de in lit. iuran. num. 715.* vbi contra committentem plures falsitates ad diuersum finem tendentes poterit pœna multiplicari, & bene cõfert illud quod voluit Abb. *in cap. & si clerici, sub n. 39. vers. simile & in illo, de iudic.* vbi clericus pro pluribus falsitatibus potest degradari, & sequitur August. ad Ang. *de malef. verb. & ibi caput à spatulis, n. 43. vers. & in quantum,* Foller. *in pract. crim. canon. verb. & si confessi, vel conuicti, num. 13. vers. septimo in eo, & in pract. ciu. verbo, audiantur excusat. n. 45. in fine*, cui accedant tradita 10

per

per Bart. & Ang. *in l.* 1. per illum tex. *C. de superexact. lib.* 10. vbi delictum nō capitale efficitur capitale ob eorum reiterationem, & sequitur Grammat. *conf.* 17. *n.* 16.

11 Quintò non obstat, quòd dicta inquisitio sit nulla ex defectu citationis, ex quo sententia fuit latà durante termino ad comparandum. Quia respondetur, quòd vigore constitutionis Marchiæ *lib.* 4. *c.* 10. *&* *c.* 26. potest contra positum in banno deueniri ad sententiam diffinitiuam, absque alia notificatione banni, & absque alia citatione, cùm statim positus in banno, & non comparens habeatur pro confesso, & conuicto, & verè contumace, vbi idem expressè habetur.

12 Sextò non obstat, quòd licèt bannitus captus nō possit vigore constitutionum dicere de nullitate sententiæ, non tamen per hoc censetur prohibitum dicere de nullitate euidenti, & apparenti ex eisdem actis, & processu, vt ex aduerso dicitur. Nā primò respondetur, nullibi apparere in processu de tali assetta nullitate apparenti; ergo &c. Secundò dato etiam (non tamen concesso) quòd de dicta apparente nullitate constaret ex eisdem actis, tamē adhuc in casu nostro opponi non posset cùm tunc notoria nullitas allegari posset, non obstante constitutione eam prohibente, quando ipsa constitutio simpliciter excluderet nullitatem, quia tunc non intelligeretur exclusa notoria nullitas, sed quando constitutio permittit dici de nullitate. sed in odium contumacis, & negligentis, præcipit, quòd debeat dici solùm vsque ad annum, tunc elapso anno amplius audiri non potest, etiam quòd nullitas notoria esset, & sibi imputet ille, qui sua culpa & negligētia se excludit, vt bene deducit, & pluribus exornat, Alex. *conf.* 105. *num.* 7. *lib.* 5. *&* *conf.* 225. *lib.* 6. Roland. *conf.* 83. *num.* 16. *vers. nec pariter, lib.* 1. vbi post alios quos allegat ita iudicatum fuisse per Senatum Montisferrati, subdit & sequitur Baiard. ad Clar. *q.* 94. *sub num.* 57. vbi de veriori opinione attestatur Plot. *conf.* 63. *num.* 3. vbi nedū
* hanc opinionem esse communem, sed etiam de cōsuetudine seruatam testatur. Et eo magis præmissa procedunt in casu nostro, quia dicti motus proprij non solùm prohibent bannitus admitti ad eorum defensiones post annum, sed vlterius procedendo disponit, quòd per lapsum dicti anni crimen efficiatur notorium, & sententia in rē iudicatam transitum fecisse dicatur, quòd esse non posset, si exceptio nullitatis admitteretur, quia vbi est nullitas, ibi res iudicata adesse non potest. *l.* 4. *§. condemnatū*, & ibi Doctor. *ff. de re iudic.* Baiard. *d. quæst.* 94. *num.* 60. vbi hanc opinionem pluribus iuribus corroborat, & ad contraria respondet.

13 Nec pariter obstat, quòd eædem constitutiones præsupponunt sententias debere esse iustificatas ex legitimis præcedentibus indiciis. Quia, vt suprà diximus, cùm simus in casu in quo processus non reperitur, & sententia sit antiqua, vtique præsumitur legitima præcessisse indicia, & omnia ritè & rectè interuenisse, tam vigore constitutionum Marchiç, quàm etiam de iure communi. Secundò respondetur, quòd licèt processus & inquisitio absque legitimis indiciis sit nulla; hoc tamen procedit, quādo inquisitus comparuit, & de nullitate opposuit ob defectum inquisitionis, secus si non fuit oppositum, quia tunc valida erit. Alex. *conf.* 120. *n.* 2. *lib.* 7. Ruyn. *conf.* 80. *n.* 3. *lib.* 4. Bece. *conf.* 70. *in fine*, Baiard. *q.* 64. *n.* 39. dixi *in q.* 1. *num.* 49. *vers. limita hanc*, & ista oppositio fieri debet intra annum per ea, quæ de nullitate notoria suprà diximus.

14 Septimò non obstat, quòd quando constat de inquisitione, & ex eius lectura euidenter etiam constat de nullitate inquisitionis, tunc subsequens sententia super eadem inquisitione formata perdit præsumtionem illam rectitudinis, & ritituddinis, quoniam primò respondetur negando, quòd ex lectura præfatæ inquisitionis constet de nullitate sententiæ, vt superiùs ad singula respondendo ostensum fuit. Secundò dicitur, quòd dato, non tamen concesso, quòd de aliqua nullitate appareret, tamen illa opponi debebat ante lapsum anni à constitutione præfixi ad comparendum, non tamen post lapsum ipsius anni, & multo minus decennium, quo casu tam de iure communi, quàm præfatæ constitutionis prohibita est omnis dictio nullitatis.

15 Minúsque obstat, quòd dicta decisio Grammat. 24. & constitutio Marchiæ fundet se propriè in eo, quòd pars condemnata non appellauit, nec de nullitate dixit, & sic præsupponunt, quòd contumax condemnatus possit appellare, aut de nullitate dicere, quod non contingit in casu nostro, in quo vigore Bullarum Summorum Pontificum contumaces non appellant, nec de nullitate dicunt, & sic cessante ratione principalis præsuppositi in illa decisione, & constitutione, cessare etiam debet eiusdem decisionis & constitutionis dispositio. Nam primò respōdetur verū non esse, quòd dicti motus proprij negent dictionem nullitatis, imò illas permittunt, dum volunt, vt banniti infra annum possint suas facere defensiones, & sic videtur concedere, vt infra dictum tempus possint etiam dicere de nullitate, quæ est mera defensio. Vant. *de null. in princ. num.* 7. & in terminis dicti motus proprij ita respondet Baiard. *quæst.* 94. *num.* 57. *vers. ego autem*, & expressè habetur in dicta constitutione Marchiæ *d. c.* 26. Cartar. *de execut. sen. c.* 1. *num.* 98. *&* 113. vbi banniti admittuntur ad appellandum vigore motus proprij Pij V. dummodo appellent infra annum, & in carceribus se constituant, & hoc procedit in omni casu, in quo bannitus admittitur ad appellandum, vt non audiatur, nisi personaliter compareat, & in carceribus se constituat, Baiard. *d. q.* 94. *num.* 4. *& seq.* & idem in foro iudicatum esse dicit Affl. *in constit. Regn. lib.* 2. *rubr.* 9. *const. pœna eorum, numero* 55. Foller. *in pract. criminal. verb. captus fo. iudicari, sub num.* 3. Cartar. *de exequut. sent. capit.* 3. *numero* 12. Et in tantum hoc est verum, vt bannitus appellans, vel petens restitutionem à Principe teneatur personaliter comparere, vt dicit Ant. Columb. *in controuer. criminal. articul.* 164. Mellen. *in pract. crimin. tit. de denun. form. numero* 93. *&* 94. *fol. mihi* 14. Bertaz. *conf.* 422. *numero* 13. & ita intelligenda est decisio Gram. & constitutio Marchiæ, dum dicit, quòd non reclamauit, vel de nullitate dixit, nempe comparendo, & in carceribus se constituendo, prout ita se declarat constitutio Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 10. *circa finem, ibi, si supplicauerit, & in carcerem se constituerit*, & in istis etiam terminis loquuntur motus proprij.

16 Præterea dicitur, quòd licèt appellatio quoad alios effectus prodesse non possit, proderit tamen si fuerit interposita intra annum, vel de nullitate actum, ne sententia exequatur si de processu postea non appareat, nec ille reperiatur, prout in terminis constitutionis Marchiæ, ita declarat, & in practica notandum dicit Cartar. *de execut. senten. capit. fin. numero* 38. *vt sic. Ex qua constitutione.* Et ideo cùm M. infra annum non comparuerit ad appellandum, & dicendum de nullitate, non potest ad præsens impedire exequutionem sententiæ contra ipsum latæ sub prætextu, quòd processus non reperiatur.

17 Nec obstat, si dicatur quòd constitutio Marchiæ procedit quando nullus repetitur processus, & sola sententia producitur, secus in casu nostro, in quo vltra sententiam repetitur processus, sed defectiuus, quo casu cessat præsumtio amissionis considerata à constitutione Marchiæ. Et intrat præsumtio, quòd non extent alia acta, nisi exhibeantur à fisco, Bart. *in l. si qui, numero* 4. *C. de appell.* Felin. *in cap. quoniam contra, de probat.* Aym. *de antiquitate temp. par.* 2. *num. &* 52. *seqq.* Quia respondetur primò, quòd hîc nullus reperitur processus criminalis contra M. fabricatus, sed tantùm reperiuntur quædam acta causæ ciuilis inter Clelium, & aduersarium. Ideo cessat absurdum. Secundò respondetur, quòd cùm M. fuerit condemnatus pro pluribus & diuersis delictis, vt ex sententia apparet, & vnicus tantùm processus fuerit productus, non debet hoc præiudicare, quoad alia delicta, de quibus processus non reperitur. Imò circa ea erit standum sententiæ contra eum productæ, quæ cùm sit antiqua, pro ea præsumitur, licèt non omnia acta fuerint producta, per ea, quæ suprà firmauimus ex mente Alex. *conf.* 136. *n.* 13. *lib.* 5. & aliorum, ibidem adductorum,

quamuis

quamuis si bene inspiciantur libri asportati à Castro Polimartij, apparebit illum M. esse conuictum de pluribus falsitatibus.

18 Tertiò animaduertendum est, quòd quatenus M. aliquas exceptiones opponere posset ad demonstrandum eius innocentiam, tamen nunquam opponere posset de defectibus processus, vt expressè cauetur *in d. c. 26. in fin. const. Marc. ibi, volumus, & ordinamus, quod in omnibus casibus supradictis, si condemnatus velit appellare, vel de nullitate agere post lapsum dictum annum in casibus, in quibus alias sibi liceret de iure, per prædictam non tollitur sibi ius appellationis, & nullitatis, & ostendendi aliis modis, quàm per prædictos processuum defectus, innocentiam, &c.* Vnde cùm per dictam constitutionem expressè prohibeatur, vt non possit opponi de defectibus processus, non est vlterius dubitandum.

19 Non obstat quòd constitutiones Marchiæ vigore bullæ Pauli III. in ordine 17. *f.* 381. non extendantur ad loca baronum S.R.E. mediatè subiecta, sed solùm ad loca eidem Ecclesiæ immediatè subiecta, vt videbitur colligi ex lectura dictæ bullæ, de qua etiã in principio ipsarum cõstitutionum, & tenuit Rota *diuer. decis.* 187. *n.* 2. & 3. Nam respondetur, quòd si bene inspiciantur illa verba bullæ, vtiq; apparebit illa extẽdi ad omnia loca mediatè & immediatè subiecta Ecclesiæ Romanæ, in quibus ipse Ægidius tunc fuit deputatus legatus, quod demonstratur ex illis verbis in Bulla insertis, videlicet, *Nec non Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis S. R. E. immediatè subiectis, & infra limites tunc expressos constitutis*. & inferiùs, *Quæ etiam ad Vrbem, Ciuitatem, Terras, & loca specialis commissionis*. & iterum, *Eásque tam in Vrbe, quàm Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis etiam specialis commissionis*. Ex quibus verbis satis supérq; apparet, quòd Pontifex confirmat dictas constitutiones, & eas obseruari mandat in omnibus locis, in quibus ipse Cardinalis Ægidius fuit legatus specialiter deputatus ab Innocentio VI. At certũ est, quòd dictus Cardinalis fuit deputatus Vicarius Generalis in Patrimonio B. Petri, Ducatu Spoletano, Marchia Anconæ, Romandiola, Campania, Maritima, Prouinciis, ac omnibus aliis Ciuitatibus, & Terris eidem Romanæ Ecclesiæ temporaliter mediatè, vel immediatè subiectis, existentibus tamen in Prouinciis infra terminos suæ legationis, vt expressè cauetur in breue dictæ legationis, de quo in eisdem constitutionibus *lib.* 1. *c.* 1. Et ideo cùm castrum Polimartij, in quo prætenduntur commissæ dictæ falsitates, sunt sub prouincia Patrimonij, in qua Cardinalis fuit legatus, debent in eo extendi dictæ constitutiones, dato quòd mediatè subiaceat Ecclesiæ Romanæ, ponderando maximè dictionem illam in Breue dictæ legationis positam, videlicet, *Etiam specialis commissionis*, cuius natura est implicare casum dubitabiliorem, Decian. *cons.* 64. *n.* 31. *lib.* 3. Paris. *cons.* 46. *n.* 30. *lib.* 4. & est augmentatiua, idémque operatur illa dictio, *etiam*, quod operatur illa dictio, *hoc amplius*, & dictio, *vltra*. Natt. *cons.* 476. *n.* 8. Honded *cons.* 40. *n.* 20. *lib.* 2. Rim. Iun. *cons.* 450. *num.* 58. *lib.* 4.

20 Quartò rursus animaduertendum est, quòd si inspiciantur libri confecti à M. tempore eius notariatus in castro Polimartij, apparebit illos in aliqua parte esse laceratos, vnde resultat præsumptio, quòd ab ipso, vel de eius ordine factum fuerit, cùm tenderet ad eius commodum, Bart. *in l. fin. n.* 5. *ff. de quæst.* Blanc. *de indic. n.* 255. & 422. Grat. *cons.* 59. *n.* 16. *lib.* 1. & *cons.* 151. *n.* 4. *lib.* 2. Garg. *cons. crim. diuers.* 122. *num.* 9. *lib.* 1. Præterea considerare debet dominus Iudex, quòd vltra sententiam capitalem contra M. latam fuit conuictus de pluribus falsitatibus, furtis, & extorsionibus commissis in officio A.C. ex quibus omnibus licèt iustè potuisset decapitari, tamen ex mera gratia Summi Pontificis fuit sibi mitigata pœna. Et demum in proposito omnis tollitur difficultas ex testibus examinatis, & cõfrontatis deponentibus de processu formato ante datam sententiam.

21 Non obstat, quòd constitutio loquitur de sententia reperta in Camera, quod verbum exponitur pro loco, vbi scripturæ ad publicum pertinentes reponuntur, vt not. gloss. *in rubr. C. de præpos. sacr. scrin.* & non nocet fiscô consiteri, quòd intelligatur pro Archiuio Romanæ Ecclesiæ, scilicet mediatè, cùm vt dictum est, dicta constitutio ad dicta loca etiam mediata extendatur, vltra quod absque dicta constitutione sententia ista probat de iure communi, cùm sit valde antiqua ex decis. Grammat. 24. & quòd dicta sententia sit reperta inter alias scripturas publicas de hoc non dubitatur.

Non obstat, quòd constitutio loquens de sententia, 22
non verificetur in transumpto parte non citata extracto, prout citari partem deberi notant communiter scribentes *in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Nell. *de Bann. in* 2. *par.* 2. *temp. quæst.* 9. *n.* 9. Cartar. *de exequut. sentent. cap. fin. n.* 38. *vers. Sed in tali.* loquuntur enim præallegati Doctores, quando exemplum extrahitur à Notario penitus extraneo, secus quando à successore in officio, quia non dicitur exemplum, sed originale, ex quo exemplans est subrogatus in locum notarij rogati, qui discessit functo eius officio, vnde sicut exemplum factum à Notario, qui scripsit originale, probat absque aliqua solemnitate, vt per Alex. qui de communi *in auth. si quis in aliquo, C. de edendo. num.* 5. Ita pariter, quando est extractum per eius successorem, Dec. *in d. auth. si quis in aliquo. C. de eden. n.* 26. ex Bart. *in l. si quis ex argentariis, §.* 1. & *in l. quedam, §. nihil, ff. de eden.* & est ratio, quia succedens in officio dicitur habere à lege auctoritatem exemplandi, & in casu nostro cessat omnis difficultas, cùm de ordine Potestatis fuerit exemplatum. Secundò dicitur obiectum non habere locum, quando talis scriptura fuit reperta in Archiuio publico, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 162. *n.* 10. vbi scriptura, quæ non sit publica, tamen reperta in Archiuio publico, probat quem esse bannitum. Tertiò in prima instantia nunquam fuit oppositum contra dictum exemplum.

Non obstat, quòd nondum lapsus sit annus quo 23
prætor Polimartij transmisit Gubernatoris Vrbis instrumentum sententiæ, quia non attenditur tempus transmissionis exempli, sed tempus à quo lata est sententia, vt videre est apud Gramm. *decis.* 24. nec non tempus, quod quis de nullitate dictæ sententiæ opponit, vt legitur in eadem constitutione Marchiæ.

Nec omittendum, quòd ex quo M. non fuit admissus 24
à Papa ad nouas defensiones, hoc ideo iudex non poterat ipsum absoluere à pœnis, in quibus erat condemnatus, Cartar. *de exequut. sentent. cap. bannit. cap. final. n.* 316. & *seq.* etiam, & quod plus est, si ipsi iudici de innocentia condemnati constitisset, & etiam quòd constaret sententiam esse notoriè iniustam, aut nullam, prout dixi *in mea pract. crim. q.* 11. *n.* 12. & *n.* 17. & *n.* 44. *in fine*, & *n.* 79. vbi propterea dixi, Principem esse consulendum, & de eius consilio reum aut absoluendum, aut torquendum, aut eidem pœnam commutandam, & cùm sic fuerit factum à Benaducio, qui M. condemnauit, consulto Clemente VIII. & de illius ordine, & mandato, non videtur propterea vlterius quærendum cur ita fecerit, cùm à sententia Papæ non detur appellatio.

In eadem causa secundum responsum.

SEntentia data à D. Locumtenente Illust. D. A.C. con- 25
tra M. non solùm venit confirmanda, sed etiam augenda ad pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, iuxta formam sententiæ contra ipsum latæ in terra Polimartij, quæ facta recognitione eius personæ poterat contra ipsum post annum realiter & personaliter executioni demandari, iuxta formam constitutionis Pij IV. & V. Nec releuat, quòd eadem sententia esset sine processu, quia cùm in ea processus enũcietur, & ipse non comparuerit, nec contradixerit infra annum iuxta formam dictæ constitutionis, delictum fecit notorium, & in rem iudicatam transiit, & consequenter etiam sine processu exequenda erat, tum de iure communi, iuxta decis. Gramm. 44. quam videri supplicatur, tum etiam vigore constitutionis Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 26. quam pariter supplicatur videri.

Et

26 Et dum primò opponitur, quòd constitutio Marchiæ non extenditur ad terras baronum, quia Ægidianæ fuerunt à Paulo III. *in sua constitutione* 17. solùm extensæ ad terras immediatè subiectas, prout videtur annuere Rota *decis.* 187. *numero* 2. *part.* 3. respondetur, quòd dicta constitutio Pauli tertij non extendit Ægidianas ad loca immediatè subiecta Ecclesiæ, sed simpliciter illas confirmat, & mandat eas seruari in omnibus locis, in quibus Ægidius erat legatus, & sic nedum in Ciuitatibus, Terris, & Castris sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis, sed etiam in aliis locis infra limites legationis expressis etiam specialis commissionis, vt in ea clarè legitur. Dubium autem non est, quòd in facultate ipsius legati, de qua in constitutionibus Marchiæ *lib.* 1. *cap.* 1. ipse Ægidius fuit deputatus legatus in toto statu ecclesiastico etiam immediatè subiecto; ergo, & in eo etiā Ægidianæ prædictæ seruandæ sunt vigore dictæ Bullæ Pauli III. prout voluit Rota *diu. decis.* 182. *numero* 4. *&* 5. *par.* 3. vltra quod certum est, quòd Ægidianæ seruandæ sunt in Vrbe, prout disponitur in eadem Bulla Pauli tertij, & hoc nobis sufficit cùm in proposito attendendus sit locus iudicij, & personarum litigantium immediatè subiectarum Ecclesiæ, prout aliàs eadem Rota resoluit coram Oradino teste Contard. super Ægidiana quæstione sexta, & plenè habetur *in dicta decisione* 182. *numero* 5. *& seqq. p.* 3.

27 Dum secundò opponitur, quòd à die latæ sententiæ in terra Polimartij, vsque ad diem publicationis illius non est elapsus annus iuxta formam constitutionis Marchiæ. Responsio est facilis, quia constitutio non dat annum ad publicandum, seu transumtandum sententiam, sed ad opponendum, appellandum, & dicendum de nullitate, & in casu nostro sunt lapsi plusquam decem anni, in quibus M. non comparuit, non contradixit, & semper fuit contumax. Ideo bene intrat decisio Gramm. & constitutio Marchiæ.

28 Dum tertiò opponitur, quòd hæc sententia non fuit reperta inter alias sententias in Camera Romanæ Ecclesiæ, aut Thesaurarij, prout requirit eadem Marchiæ constitutio; vellem scire à domino ex aduerso scribente, quænam hodie sit Camera Romanæ Ecclesiæ, vel Thesaurarij; in iure enim reperio Cameram Principis esse locum, in quo scripturæ ad publicum pertinentes reponuntur, prout not. glos. *in rub. C. de prapos. sacr. scrin.* & sic intelligendo Cameram, sententia, de qua agitur, fuit reperta in Cancellaria Curiæ Polimartij, & sic in loco, in quo similes scripturæ reponuntur.

29 Dum quartò opponitur M. nō fuisse citatum in trāsumptatione istius sententiæ. Est aduertendum in facto, quòd quando hæc sententia fuit transmissa ad Vrbem à Prætore Polimartij, M. non erat inquisitus, & sic nullum habebat interesse in causa, & ideo non erat citandus, præsertim cùm fuerit extracta iussu iudicis, prout voluerunt Host. Imol. Barbat. Felin. & Dec. *in locis relatis* per Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1388. *sub n.* 14. Quidquid ipse contrarium, dubitatiuè tamen tenere videatur, nihil pro sua opinione allegans.

30 Secundò est aduertendum, quòd hæc eadē sententia fuit extracta, & publicata, non à diuerso Notario, sed ab illius successore, qui reputatur idē Notarius, & sic nulla erat necessaria citatio in extractione dictæ sententiæ. Alex. *in auth. si quis in aliquo, n.* 5. *vers. facit etiam fidem*, & ibi Ias. *in* 10. *fallen.* & Dec. *n.* 26. *in* 9. *fallen. C. de edend.* & ita aliàs Rota resoluit corā Ludouisi 26. Iunij 1600. in vna Romana iuris patronatus, & huic responsioni nihil ex aduerso scribens replicat, quia nihil replicari potest.

31 Tertiò dicitur, & in omnem euentum, quòd omnis prorsus defectus citationis in transumtatione sententiæ est cōualidatus ex eo, quòd cùm illa pro parte fisci fuisset exhibita, & lecta, M. nihil prorsus opposuit, & sic ex * tacito consensu dicitur illi acquieuisse, secundùm magis communem opinionē Doctorum, quos refert Mascard. *d. conclus.* 1388. *n.* 10. *&* 11. licèt Bauer. & Socin. *in locis per eum relatis* contrarium dixerint, nec facit quòd M. non fuerit citatus addicendum contrà, quia satis est, quòd ipso præsente eadem sententia fuerit exhibita, & lecta. Aym. *cons.* 4. *numero* 25. Roland. *cons.* 9. *numero* 36. *lib.* 1.

Dum quintò opponitur, quòd præsumtio præcedentis processus oriens ex illius enunciatione in sententia, & ex lapsu temporis videatur sublata ex eo, quòd iam à prætore Polimartij vnà cum sententia fuit transmissus processus, & tamen in eo euidenter apparet non fuisse probata delicta, pro quibus M. fuit cōdemnatus, ad trad. per Aym. *de antiq. temp. p.* 2. *numero* 51. *& seqq.* cum aliis ex aduerso allegatis. Hæc, inquam, oppositio tollitur primò, quia non est verum, quòd processus trāsmissus cum sententia concernant causam, sed tantùm causam cuiusdam Cleriæ, prout ad literam loquitur in transmissione dicti processus. Tollitur secundò, quia delicta, pro quibus M. fuit inquisitus, erant plura, & processus transmissus non tractat, nisi de vnico delicto; ideo de eo non est inferendum ad alia delicta. Tollitur tertiò, quia per testes Curiæ & ad faciem M. confrontatos, videlicet prętorem, & Cancellarium Terræ Polimartis illius temporis, plenè constat, quòd tunc contra N. super omnibus delictis, pro quibus fuit condemnatus, fuerunt examinati testes, & factus processus. Tollitur quartò, quia iam pariter constat processus de illo tēpore cōfectos, fuisse in magna foliorū quantitate laceratos, quod nōnisi ad M. instātiā, cuius commodo laceratio succederet, factum esse iura præsumunt. Bart. *in l. fin. ff. de qq.* Alber. *in l.* 2. *§. si quis in suo, ff. ne quid in loco publico.* Franc. Becc. *cons.* 70. *n.* 21. cum aliis, per Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 831. *n.* 12. 32

Et dum vltimò opponitur non esse verum, quòd processus enunciatur in sententia, oppositio tollitur ex lectura sententiæ ibi visis testibus, &c. 33

Quare non est vllo pacto tractandum de reuocatione, seu reformatione sententiæ domini Benaducij, cùm, vt ex præmissis apparet, si voluisset, iure potuisset ipsum mortitradere, iuxta sententiam à Pretore Polimartij latam, & accedentibus tot extorsionibus, furtis & falsitatibus ab eo commissis in præiudicium litigantium connotariorum Aud. C. & Camerarij, & ad sui vtilitatem, de quibus in processu (etsi iudex eas obnubilare contendat) non est dubium quin si hodie præsens esset, posset etiam ad mortem condemnari; furta enim tria committens, mortis pœnam meretur, secundùm communem & practicatam opinionem, de qua per Couar. *variarum resolutionum, libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. Ant. Gomez *de delict. rubr. de furtis, numero* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 295. *numero.* 17. Vulpell. *cons.* 16. *numero.* 3. Ludou. Peguer. *decis. crim.* 26. *num.* 3. *& decis.* 29. *num.* 2. 34

Sic & plures falsitates insimul iunctæ capite producunt supplicium, licèt singulæ de se nonnisi pecuniariter puniri deberent. Gramm. *cons.* 17. *numero* 16. Marsil. *sing.* 388. *numero* 1. *& seqq.* Vulpell. *resp.* 16. *num.* 4. *lib.* 1. Mascar. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 838. *numer.* 2. *& seqq.* & est text. *in l.* 1. & ibi communiter omnes, *C. de superexact. lib.* 10. 35

Et quilibet exactor, seu administrator non describendo fideliter exactas pecunias, sed illas in proprium vsum cōuertendo, non solùm dicitur committere falsitatem. Text. *in l.* 1. *§. tutores, ff. de fals.* Gandin. *in tit. de falsar. numer.* 2. *in fine.* Bald. *in l. vbi exigitur, la prima, §. dolo, ff. de eden.* Rol. *cons.* 49. *num.* 25. *&* 29. *lib.* 1. sed etiam furtum, Aym. *cons.* 286. *numero* 1. *versicul. secundò respondeo.* Paris. *cons.* 89. *num.* 20. *& seqq. lib.* 1. Decian. *cons.* 11. *num.* 100. *lib.* 1. Surd. *decis. Mant.* 304. *num.* 14. 36

Non ingredior illam difficultatem, nunquid scilicet Notarius delinquens in officio priuandus sit solo officij exercitio, an verò etiam pretio, tum quia in hoc articulo remitto me ad scripta per dominum Aduocatum fisci, tum etiam quia ex tot tantisque criminibus à M. patratis poterat, & ad mortem, & ad confiscationem bonorum damnari, prout damnatus fuit in terra Polimartij. Et in hoc supplicatur aduerti, quòd omnis difficultas tollitur ex Bulla Pij V. in ordine 117. *ante finem, in vers. districtius inhibentes*, qua cauetur Notarios, sic in officio delinquentes, incurrere pœnam priuationis officij, & quoad exercitium, & quoad proprietatem, prout ad litteram legitur in sententia D. Benaducij, ideo frustrà idem M. in- 37

tendit hanc sententiam à iudice reuocari seu informari, cùm hoc Papæ arbitrium non possit, nisi ab eodem Papa vel successore reuocari.

38 Nec omittendum censui quòd cùm M. esset Notarius Auditor. Camer. & ab eodem Auditor. Camer. fuerit punitus pro criminibus in notariatu commissis, non poterat propterea ab eius sententia appellari, ad text. expressum *in l. nulli*, & ibi Glos. Bart. Odofred. Angel. Paul. de Castr. & Salyc. *C. quor. appellat.* Et de iure Canonico est etiam text. *in cap. ei qui. 6. nulli quoque, secunda quæst. 6.* vbi præsertim Bellam. *in vers. adde, &c.* Turrectem. *num. 2.* & Præpos. Alexandr. *n. 1. in fine in primo notab.* ergo multo minus audiri debet N. appellans, & reclamans ab arbitrio Sanctissimi.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa tertium responsum.

39 HAbemus regulam, quòd delinquens in officio, priuatur officio, & in specie de Notario text. est *in l. si aliquis C. de suscept. & arc. l. b.* 10. & de communi testatur Alexand. *in l. si quis ex argentariis, §. 1. n. 6.* & ibidem Ias. *num. 12. ff. de eden.* Franc. Marc. *decis. 299. n. 2.* & Clar. *in pract. crimin. q. 73. vers. Notarius condemnatus, &c.* vnde cùm M. deliquerit in officio Notariatus actuarij Auditoris Cameræ, iure merito dicto officio actuarij Auditor. Camer. priuatus fuit, & fisco incorporatum, vt etiam est de mente bullæ Pij Quinti 117. super reformatione Tribunalis Aud. Cam. *prope fin. vers. districtius inhibentes.*

40 Sed quia tota difficultas videtur fieri in decisione facta corā Cātuccio, quæ est in impressis 769. parte prima diuers. & in aliis ex aduerso deductis, ideo pro responsione est animaduertendum, quòd in istis Notariis tria concurrunt. Primò titulus notariatus, hoc est, ius rogādi instrumenta, quod est ius personale à Principe concessum, & in alium transferri non potest. Secundò exercitium ipsius notariatus, de quo *in dicta decisione 769.* Tertiò ius scribendi acta coram A.C. cùm non omnes notarij possint scribere acta iudiciaria coram iudice, sed illi tantùm, qui ad hoc munus sunt assumti ab ipso iudice, vel à Principe superiore, qui propterea dicuntur actuarii, vt per Felin. *in c. quoniam contrà, n. 4. in 2. notab. de probat.* & meliùs per Affl. *decis.* 101.

41 Et dicunt Doctores, quòd ad hoc munus scribendi acta non possunt eligi infames, licèt aliàs infamis non prohibeatur esse Notarius, illiúsque officium exercere, vt per Bart. *in l. eadem, §. 1. n. 2. vers. d co ergo, quòd infamis, &c. ff. ad leg. Iul. repetun.* Franc. Marc. *decis. 300. p. 2.* quando ergo Doctores disputant, an Notarius delinquens in officio priuetur officio, vel illius exercitio, loquuntur de officio notariatus simplici, vt in primo membro supradictæ distinctionis, & tunc bene intrat argumentum factum *in dicta decis. 769. in fine*, videlicet, quòd si potest extendere, & publicare instrumenta antea cōfecta, in necessarium antecedens sequitur, quòd remaneat notarius: sed isti nō sunt termini nostræ quæstionis.

42 Nos enim agimus de illo iure scribendi coram A. C. quod de sui natura est mutabile, & inspecto iure communi potest etiam sine delicto vni auferri, & alteri concedi, vt per Afflict. *in d. decis.* 101. & per Felin. *in d. c. quoniam contrà, in d. 2. notab.* licèt in Curia nemini sine causa auferatur, quia conceduntur soluto pretio in vim contractus, cui Princeps stare tenetur, *iuribus vulg.* istud igitur ius scribendi acta coram A. C. quod est venale, & vendi solet scutis 1000. & vltrà, sine dubio venit in confiscatione, quia cùm sit ius alienabile in extraneum per contractum, & quotidie vendatur, & resignetur vtique venit etiam in confiscatione, vt per Clar. *in pract. crim. q. 87. §. nunc videamus.*

43 Quinimo si verum est, vt etiam ex aduerso conceditur, quòd per hanc confiscationem Ludouicus fuerit priuatus exercitio notariatus, hoc etiam nobis sufficit, quia si non potest exercere notariatum in futurum, non potest etiam ampliùs scribere acta coram A. C. maximè cùm fuerit etiam effectus infamis, vt suprà dixi per Bart. *in l. eadem. ad leg. Iul. pecul.* & per Franc. Marc. *d. decis. 300. p. 2.* & consequenter per hanc confiscationem dictum ius accrescendi hoc officium vacat, cùm ipse illud amplius exercere non possit, & sic non obstat, quòd non possit extendere instrumenta antea rogata, quia hoc nobis nil refert, cùm satis sit nobis, quòd non possit amplius esse actuarius coram A.C.

Sicuti si exempli gratia confiscaretur officium alicuius scriptoris Apostolici, vel scriptoris breuium, nil refert, quòd non vitientur litteræ iam scriptæ, & quòd ille adhuc scribere possit, quia nō propterea sequitur quòd scribere literas Apostolicas in futurum possit, quòd est ius venale, & non omnibus concessum, & non video quomodo possibile sit, quòd isti Notarij actuarij possint per cōtractus huiusmodi officia transferre in quēlibet sibi beneuisum, & non possint illa transferri per delictum in fiscum, cùm hæc duo inuicem æquiparentur. Et idem dico de emolumentis, quæ percipiuntur ex scripturis iam factis, quia sicut dictæ scripturæ vendi, & alienari possunt, prout venduntur quotidie, & alienantur, & cum officio, & sine officio ad libitum, ita etiam potuerunt per delictum alienari in fiscum. 44

Et ex his patet responsio ad supradictam decisionem 769. tum quia in illa non bene explicatur, an ageretur de hoc iure scribendi acta coram iudicibus, quod est alienabile, tum quia ibi non fuerat facta confiscatio per sententiam, sed disputatur articulus in terminis iuris cōmunis, tum deniq; quia vnica ratio adducta in illa decisione, nihil concludit quoad officium actuarij, de quo nos agimus, licèt bene concludat quoad officium Notarij in genere, de quo dixi in primo membro supradictæ distinctionis. 45

Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus, &c.

Fuit hæc causa diu discussa in tribunali Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Card. Pamphilij tunc Vicarij Vrbis, & etiam Sanctissimo relata, & tandem iudex sententiam Locumtenentis Auditor. Camer. in qua iste Notarius erat condemnatus, & etiam transmissus ad triremes, & officij notariatus A.C. proprietate priuatus reuocauit, sibi solùm exilio iniuncto. A qua sententia licèt ex mei fiscalatus muneris debito appellassem, acquieui tamen quoad pœnam corporalē, cùm satis iam diu in triremibus passus fuerit, & quoad pœnam priuationis officij notariatus multum mihi obstare videbatur illa Rotæ decisio coram Cantuccio ad eius fauorem allegata.

ARGVMENTVM.

Agitur de extinctione census, quomodo probetur ad effectum, vt census extincto exigens fructus possit criminaliter inquiri, & de pluribus præsumtionibus arguentibus, & excludentibus dictam extinctionem, cuius occasione nonnulla etiam de præsumtione falsitatis ex diuersitate manus, seu atramenti oriente discutiuntur.

SVMMARIVM.

Solutio præsumtionibus probatur; fallit quando de debito constat per publicum instrumentum, n. 1. & 2. vbi amplius quòd isto casu, aut requiritur ad probationem solutionis similis scriptura, aut probatur per quinque testes, & num 3.

Extinctio census per scripturam celebrati non probatur nisi per aliud instrumentum, seu scripturam, n. 3.

Census hodie vigore Bullæ Pij Quinti non possunt celebrari nisi per publicum instrumentum, n. 3.

Census extinctio requirit certam formam traditam in Bulla Pij Quinti, qua non seruata census non dicitur extinctus, n. 5.

Census

Census sequitur rem consuetam quocunque vadat, n.7.

Præsumtio delicti exclusiua sumenda est potius quàm inclusiua, n.8.

Tractatus non præsumitur effectuatus, nisi effectuatio probetur, quia multa tractantur quæ postea non fiunt, num. 9.

Suum iactare nemo præsumitur, num. 10.

Accipere *verbum interpretatur pro* retinere, *&* *verbum* retinere *quandoque etiam interpretatur pro verbo* accipere. *Declara, vt n. 11.*

Verba quæ pluribus modis interpretari possunt, interpretanda sunt contra se fundantem in illu, n. 11.

Testes contrarij confessioni principalis dicuntur falsi, num. 12.

Testis dictum iudicialiter examinati, attenditur potius quàm extraiudiciale, n. 13.

Testis in articulo mortis asserens se falsum dixisse ad instantiam alicuius, nullum facit indicium, n. 13.

Testis falsi depositio dicentis sic falsum dixisse ad instantiam alicuius facit indicium, n. 14.

Confessio extraiudicialis probata per vnicum testem nullam facit præsumtionem, n. 15.

Clausula, vt supra, est repetitiua præcedentis claritatis, num. 16.

Accusatoris confessio in accusatione facta probat contra confitentem, n. 17.

Periti debent eligi de consensu partium, & aliter electi non probant, n. 19.

Diuersitas atramenti non probat additionem esse factam diuerso tempore, n. 20.

Verba sequentia intelliguntur secundùm præcedentia, num. 21.

Comparatio litterarum cōtra hominem bonæ famæ indicium non facit, n. 22.

Falsitas non probatur ex diuersitate manus, quia manus diuersitas pluribus ex causis accidere potest, n. 23.

Testes recognoscētes scripturam non probant, nisi dixerint fuisse præsentes, quando illa fuit scripta, n. 24.

Instrumenti copia, seu exemplum nunquam probat pro scribente, n. 25.

Scriptura falsa in parte in totum præsumitur falsa. num. 26.

Causa criminaliter introduci non potest, quando prius fuit incepta ciuiliter, num. 27

Criminalis causa non facit supersedere in ciuili, quando diu post ciuilem intentata fuit, n. 28.

CONSILIVM CXII.

DVBIVM.

CONTRA Peregrinum, quòd post extinctionem census exegerit illius fructus, vrgere videntur infrascripta.

Primò. Venditio fundi in eius domo.

Secundò. Litteræ Blasij transmissæ D. Peregrino die 16. Decembris 1598. vbi arguitur de asserto tractatu extinguendi censum saltim pro medietate, quæ medietas prætenditur vigore dd. literarum esse penes Peregrinū.

Tertiò. Depositio Notarij quòd pecuniæ remansetāt penes Peregrinum.

Quartò. Cōfessio extraiudicialis, & in articulo mortis Antonij, & Ascentij quòd deposuerat ad instantiam Peregrini, & quòd pecuniæ remanserant penes ipsum Peregrinum.

Quintò. Confessio extraiudicialis Fuluij Seindicbertæ, quòd deposuerat falsum pro Peregrino probata per vnum testem cum promissione pecuniarum, & adminiculata per dictum Caroli Monei.

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

Sextò. Solidatio facta inter Peregrinum, & Blasium, in qua Blasius remanebat debitor pro censu scutorum sex.

Septimò. Additio facta per dictum Peregrinum in quadam memoria penes ipsum retenta dictæ soldationis, cui addidit *per li frutti.*

Octauò. Diuersitas manus inter apochā quam Peregrinus asseruit fuisse factam à dicto Blasio super dicta solidatione, & litteram Blasij Luciolæ scripta dicto Peregrino.

Nonò. Taciturnitas per multos annos in petēdo fructus dicti census post prætensam extinctionem, & mortem Blasij.

Vltimò. Semifolium, vt prætenditur, scriptum manu Volpini de peconiis datis per ipsum dicto Peregrino pro asserta extinctione dicti census, &c.

Ex quibus omnibus saltim simul iunctis constare videtur de asserta extinctione census, & consequenter Peregrinum puniendum esse de exactione fructuum census iam extincti.

RESPONSIO IVRIS.

1 POssem vnica responsione omnes prædictas assertas solutionis census præsumtiones tollere; dicendo scilicet quòd licèt solutio præsumtionibus probetur *l. si chirographum, ff. de probat.* Hoc tamen non procedit, quando de debito constat per instrumentum. Nam tunc de solutione non per præsumtiones, sed per plenissimas probationes constare debet. Mandell. *cons.* 557. *n.* 18.

2 Immo quando de debito constat per scripturam, seu instrumentum, quòd illius solutio non possit testibus probari, sed quòd debeat probari, aut per similem scripturam, aut per quinque testes rogatos, qui fuerint præsentes solutioni, est textus apertus *in l. testium*, & ibi cōmuniter Doctores omnes, *C. de testibus*, Specul. *in tit. de testibus, § restat. num. 1. vers. Item cùm quis.* Nepos de Monte Albano *tractat. de testib. num. 84. & seq. & in eodem tractat.* Federic. Schenk *n.* 59. Nellus *n.* 84. Crot. *post n.* 226. Tiraq. *de legib. connubial. in verbo contract. gloss. 5. num. 13. in fine, vers. Et eodem modo debet probari solutio.* Decis. Pedemō. 53. *n.* 13.

3 Et in terminis de solutione & extinctione census per scripturam celebrati, quòd solutio sortis principalis, & sic illius extinctio non probetur nisi per aliud instrumentum, seu scripturam, aut per quinque testes, voluit Bald. *consil.* 220. *lib.* 1. Campeg. *reg.* 371. *in fine.* dicta decis. Pedemont. 57. *n.* 15. licèt quoad solutionem fructuum census dissentiat à Bald. *in loco preallegato.*

4 Quòd enim hodie post constitutionem Pij V. non possint census celebrari, nisi per publicum instrumentum, probat eadem Bulla Pij V. *in vers. rursus*, & aduertit Virgil. Boccac. *in tractat. de censibus, par. 1. n. 94. in fine, & par. 2. n. 189.*

5 Addo, & ex abundanti, quòd dato millies, quòd fuisset probatum in manibus Peregrini peruenisse tot pecunias Vulponi quot census fuit venditus, non per hoc tamē censetur dictus census extinctus; ita quòd non potuisset in futurum idem Peregrinus fructus percipere, quoniam vigore dictæ Bullæ Pij Quinti *versic. cùm verò*, est tradita certa forma seruanda in extinctione census, qua non seruata census non dicitur extinctus. Idem Boccac. *de censib. par. 1. n. 15. in fine, & num. 78.* Et propterea Rota coram Lancelloto *decis.* 587. *par. 1. diuers.* dixit non censeri extincta venditio. Quod & idem voluit eadem Rota in vna Romana Saluiani interdicti Veneris 23. Februarij 1601. coram Litta. Idem Boccac. *de censibus, par. 2. n. 58. & num.* 158.

6 Ex quibus licèt non esset vlterius progrediendum circa præsumtiones datas in dubiis, quibus fiscus prætendit in vna manu de anno 1598. peruenisse ad manus Peregrini scuta quinquagintaquinque, seu septuaginta, & residuum ad eiusdē manus peruenisse de anno 1602. cùm, vt ex præallegatis apparet, aut hoc non est legitimè probatum,

batum, aut si probatum, non inde dicitur probata extinctio census; quia ex omni parte Peregrinus est in casu absolutionis.

7 Ad primam præsumtionem, nempe quòd venditio fundi, in quo impositus est census, fuerit facta in domo Peregrini, nescio quod commune habeat cum solutione seu extinctione census, eo præsertim, quia Peregrinus nec præsens fuit, nedum consensit dictæ venditioni: & si etiam consensisset, in nihilo sibi præiudicasset, quia census sequitur rem censuatam quocunque vadat, Guid. Papæ *quæst. 41. & 417.* Afflict. *decis. 95. sub n. 2.* Aym. *cons. 217. num. 5.* Iacob. Venet. *in tractat. de annua præstatione, par. 2. quæst. 31. n. 6.*

8 Veritas est quòd hoc ideo Vulponus fecit instrumentum venditionis fundi in domo Peregrini, quia erat forensis, & in ciuitate Veculatum non habebat domicilium, & propterea accessit cum Notario, qui etiam erat vicinus eius domui ad domum Peregrini, & hæc præsumtio cùm sit magis verisimilis, & exclusiua delicti, capienda est potius, quàm quæcunque alia delictum arguens. Roman. *consil. 68. num. 8. vers. Cum enim.* Grammat. *decis. 18. num. 5.* Roland. *cons. 11. num. 35. & seqq. lib. 3.* Bertazzol. *cons. 80. num. 10.*

9 Ad secundam præsumtionem, videlicet litteras Vulponi scriptas Peregrino, in quibus enunciatur assertus tractatus extinguendi censum saltim pro medietate, quę prætenditur vigore dictarum litterarum esse penes Peregrinum. Non negatur in dictis litteris enunciari tractatum præcedentem de extinguendo censum. Ergo cēsus fuit extinctus, non valet consequentia, nec etiam præsumtiuè, quia multa tractantur, quæ postea non fiunt, Bald. *cons. 21. n. 3. lib. 4.* Vital. de Gambar. *in tract. de clausul. rubr. de simul. num. 12. vers. quandoq; probatur tractatus tantùm.* Port. Imolen. *cons. 69. num. 8.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 440. n. 7.*

10 Verùm quod ex iisdem litteris apparet censum non fuisse extinctū, nec etiam pro medietate, apparet expressè ex illis verbis, *V. S. si paghi il censo per il Quartiero passato, & per il Quartiero presente, che sara finito à Marzo prossimo, che verra piacendo.* Si enim census fuisset extinctus, nō obtulisset soluere fructus, quia nemo præsumitur velle iactare suum. *l. cùm de indebito. vers. qui eum soluit. ff. de probat. l. elegantèr, § qui reprobos, ff. de pignorat. action. l. si cùm aurum. ff. de solution.*

11 Rursus quòd ex iisdem litteris constet de non extinctione census, apparet ex aliis verbis, in quibus Vulponus excusat se, quòd non potuit adimplere promissa, & sic de extinguen. censum. Et propterea supplicat Peregrinum sub his aliis verbis, *Supplico V. S. si contentasse pratendolo si pigliasse cinquantacinque scudi, & il cinquantacinque altri corressero.* Ergo apparet quòd Peregrinus tempore scriptarum litterarum non habebat dicta scuta quinquagintaquinque. Si enim illa iam in manibus habuisset, non dixisset *si pigliasse*, sed dixisset, *si retenesse*, retinemus enim quod habemus, & accipimus quod non habemus. Et licèt quandoque verbum *accipere*, accipiatur *pro retinere*, & verbum *retinere* pro verbo *accipere*. secundùm Alberic. *in dictionario in ver. accipere, id est, retinere, & in ver. retinere*, dicitur: Hoc casu verbum *accipere*, debet intelligi secundum suam legitimam significationem, eo præsertim, quia verba quæ pluribus modis interpretari possunt, interpretanda sunt contra se fundantem in illis. *l. veteribus, ff. de pactis*, Gozadin. *cons. 60. n. 12. & cons. 74. num. 13.* Grat. *respons. 86. n. 15. & seq. lib. 1.* Cephal. *cons. 246. n. 18. lib. 2.*

12 Ad tertiam præsumtionem, videlicet depositionem Notarij, qui rogauit instrumentum venditionis fundi asserentis, quòd pecuniæ solutæ pro pretio dicti fundi remanserunt penes Peregrinum, omittamus pro nunc. Primò, quòd inimicus Peregrini ex causa, de qua in actis propter quā, nec insimul loquebantur, nec se salutabant. Secundò, quòd varius ab eo quod deposuit in processu ciuili, vbi solùm dixit partem pretij remansisse in manibus Peregrini, hic autem totum pretium. Tertiò, quòd de falso conuictus per testes ad instantiam Peregrini in causa ciuili examinatos dicentes pretium remansisse penes Vulponum, sufficiat dicere quòd contradicit querelæ accusationis, qui nonnisi partem pretij penes Peregrinum remansisse affirmat. Ideo falsus Anton. de Butr. *in cap. cùm tu, num. 4. vers. Item aduertendum*, & ibi etiam Abb. *num. 4. in fin. vers. Aduerte tamen*, Imol. *n. 4. vers. Item aduerte, extrà de testib.* Gabr. *libr. 1. tit. de testib. conclus. 4. numero 7.* vbi ampliat etiam quòd testes essent mille.

Ad quartam præsumtionem, nempe extraiudicialem assertionem Antonij testis examinati in causa ciuili, & dicentis in articulo mortis se falsum deposuisse in dicta causa ciuili; responsio est facilis, tum quia attenditur dictum testis iudicialiter, & medio iuramento examinati, non autem extraiudiciale, Bart. *in l. eam, num. 3. vers. Respondeo, & n. 4. vers. Et tunc aut primum testificatur*, & ibi Marsil. *numero 8. ff. de fals.* Abb. *in cap. cùm in tua, num. 9. ad fin. vers. Quandoque primum dictum*, & ibi etiam Felyn. *numero 6.* & communiter alij Canonistæ, *extrà de testib.* Gabriel *concl. 30. lib. 7. numero 1.* Andreas Gayl *obseruat. 104. num. 7. lib. 1.* Tum etiam, quia testis in articulo mortis sic falsum dixisse affirmans nullum prorsus facit indicium contra cū ad cuius instantiam falsum dixisse affirmat, *l. si quis in graui, §. si quis moritur*, & ibi Bartol, *in vers. Vel aliquis.* Bal. *in vers. Et sic argumentum*, Angel. *num. 2.* Romano. *post num. 1.* Igneus *num. 2. & 3. ff. ad Syllan.* facit textus *in l. generaliter, ad fin. C. de non numerat. pec.* & est communis, vt per Clar. *in pract. §. final. quæst. 53. vers. Secundus est casus.* 13

Et procedit præmissa conclusio non solùm quando testis sic in articulo mortis pro suæ conscientiæ exoneratione extraiudicialiter dicit se falsum dixisse, sed etiam si ita dicat iudicialiter examinatus, Ruyn. *cons. 15. numero 11. versicul. Quibus non obstantibus, libr. 5. conclus. 22. numero 4.* 14

Ad quintam præsumtionem, videlicet extraiudicialem confessionem Fuluij alterius testis sic dicentis, vt suprà, falsum deposuisse in causa ciuili. Respondetur, vt suprà fuit responsum præcedenti præsumtioni. Et vlterius quòd hæc asserta extraiudicialis confessio nonnisi per vnicum testem probata fuit. Ideo eo minus aliquam præsumtionem facit Cason. *de iudic. tractat. 8. cap. 3. num. 1.* Beto. *in cap. si clerici, numero 135. vers. Requiritur etiam, & num. 136. de iudic.* decis. Pedemont. *79. num. 29.* Vit. *opin. 138. num. 6.* 15

Ad sextam præsumtionem fundatam in solidatione facta inter Peregrinum, & Vulponum, in qua ipse Vulponus remanet debitor Peregrini in scutis sex pro censu: dicitur illud verbum pro censu esse intelligendum non de sorte principali, sed de fructibus census. Quod patet primò, quia hæc interpretatio sumenda est ad exclusionem delicti, ex suprà allegatis. Secundò, quia in præcedenti partita fit alia quietantia fructuum census, & ad illā præsens solidatio se refert, dicendo, *per causa di detto censo, come di sopra.* Quæ dictio, vt suprà, repetit eamdem fructuum qualitatem, de qua in præcedenti partita, *l. 1. §. hoc edicto, ff. de postul.* Cephal. *consil. 78. numero 1. & consil. 107. numero 3. & consil. 117. numero 3. lib. 1.* 16

Tertiò, & hoc tollit omnem difficultatem, adest confessio aduersarij in 5. articulo in causa ciuili dato per hæc verba, videlicet: *Che fatto il conto di tutti i frutti, che si doueua Biasio gli rimase scudi sei hauendo li altri pagati ogni semestre, come appare per le riceuute fatte da esso m. Peregrino, & suo figlio per suo ordine.* Ideo non est super hoc vlterius quærendum, cùm contra fiscum adsit confessio accusatoris facta in articulis, Dec. *cons. 445. numero 17.* Roman. *cons. 91. in fine*, Cephal. *cons. 349. num. 13.* Roland. *cons. 69. num. 53. lib. 3.* 17

Ad septimam præsumtionem de additione facta per Peregrinum in quadam sua memoria, cui, vt fiscus prætendit, diuerso tempore addidit illa verba, *per li frutti.* Respondetur enim, quòd si, vt ex aduerso prætenditur, fuissent dicta verba diuerso tempore à Peregrino addita, hæc tamen additio fuit licita, & secundùm veritatem, quam, vt mox dixi, Vulponus, seu eius hæredes in 6. articulo liberè fatētur. Et cùm hæc additio fuerit facta 18

in memoriam ipsius Peregrini, quæ pro ipso nihil probabit, nulla prorsus inde mala resultare potest præsumtio, & præsertim quòd, vt præfertur, fuerit facta secundùm veritatem.

19 Verùm, & ex abundanti, negatur dictam additionem fuisse factam à Peregrino diuerso tempore, neq; in hoc attendendum esse iudicium peritorum, tum quia non fuerunt electi de cõsensu inquisin, aut ipso citato, prout eligi debebant, Fulgos. *in l. comparationes, colum. final. C. de fid. instrum.* & ibi Salycet. *n. 18. ad fin.* Vulpell. *cons. 13. n. 2.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 114. sub n. 26.* Herculan. *de negatiua, sub n. 228. & seq.*

20 Tum etiam, quia ratio à peritis adducta, nempe diuersitas attramenti, non concludit additionem esse factã diuerso tempore, Socin. *consil. 94. n. 8. in fine versic. Circa tertium, lib. 1.* Patis. *consil. 28. n. 28. lib. 2.*

21 Vltra quòd illa præcedentia verba posita in eadem memoria *scudi doi per li frutti del censo*, declarant sequentia verba, *& scudi sei resta*, quòd pariter debeant intelligi de fructibus, sicut præcedentia intelliguntur, ex allegatis in decis. Pedemon. 68. *n. 8.* Cephal. *cons. 58. n. 12. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 64. n. 19. & 20.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1124. n. 3.*

22 Ad octauam præsumtioné, diuersitatem scilicet manus inter apocham, quam Peregrinus asseruit, fuisse factam à Vulpono super dicta solidarione, & inter litteras scriptas à Blasio Peregrino, quasi quòd prætẽdatur Peregrinum falsò fabricasse dictam apocham. Si de asserta manus diuersitate constaret per peritos legitimè electos (prout sic legitimè electi nõ fuerunt, vt suprà dixi) dicerem quòd hoc peritorum iudicium ex comparatione litterarum ab ipsis facta nullum prorsus facit indicium, nedum præsumtionem, præsertim cõtra hominem bonæ famæ, Franc. Curt. *in l. admonendi, num. 115. ff. de iureiurando*, & ibi etiam Purpur. *n. 187* Aym. *de antiq. tempor. part. 1. §. quæritur etiã in hac materia, n. 72.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 330. n. 27.*

23 Modò additur quòd etiam quòd plenè constaret de diuersitate characterum nõ per hoc sequitur scripturam non esse factam ab eodem Vulpono, quia characterum & manus diuersitas quandoque causatur ex diuersitate calami, ex diuersitate attramenti, & ex mutatione status personæ scribentis, secũdùm Doctores *in l. comparationes, C. de fid. instrum.* vt videre est apud Cynum *num. 13.* Alber. *colum. final. vers. Et ratio.* Odofred. *n. 10. in fin. versic. Certè videtur.* Hostien. *in cap. inter dilectos, num. 15. de fid. instrument.* Quæ conclusio maximè applicatur casui nostro, in quo Vulponus tempore quo fecit dictam apocham erat infirmus, & corpore languens.

Vltra qoòd, vt suprà dixi, apocha, quæ prætẽditur diuersæ manus, verificatur ex propria confessione querelantium in 6. articulo.

Ad nonam præsumtionem cùm præsupposito quòd Peregrinus per multos annos tacuerit petendo fructus census etiam expectãdo mortem Blasij, dicatur præsuppositum non verificari in processu, immo contrarium; ideo vlterius non insistam.

24 Ad vltimam præsumtionem resultantem ex semifolio scripto, vt prætenditur manu Vulponi de pecuniis datis per ipsum Peregrino pro prætensa extinctione cẽsus. Dicitur primò, non constare quòd fuerit scriptum manu ipsius Vulponi, quia testes recognoscentes illud non dicunt se fuisse præsentes, quando fuit scriptum, prout requiritur, præsertim in criminalibus, Alexand. *consil. 76. n. 4. lib. 3.* Dec. *cons. 615 sub n. 3.* Afflict. *decis. 181. n. 7.* Grammat. *decis. 106. n. 33.*

25 Dicitur secundò quòd illud semifolium vltrà quòd caret die, & consule, est quædam notula, quæ nunquam probabit pro scribente. *l. exemplo, C. de probation.* Bart. & communiter Doctores omnes *in l. admonendi, ff. de iureiuran.*

26 Dicitur tertiò quòd conuincitur de falso tam in partita scutorũ septuaginta, quàm in alia partita scutorum duodecim. Ideo in vno falsum in omnibus præsumitur falsum. ad gloss. *in cap. ad scripturam, in. 9. dist. in vltim. opinio-*

ne, & ibi Arcbid. & Dominic. Innoc. & Io. Andr. *in c. fraternitatis, de hæretic.* Speculat. *in tit. de instrum. edit. §. instrumentum. ver. Quòd si aliquod instrumentum.*

Quæ omnia suprà deducta aduersùs fisci prætensas præsumtiones sint ex abundanti dicta, cùm, vt suprà probaui, etiam qoòd plenissimè constaret pecunias, de quibus agitur, peruenisse ad manus Peregrini, non per hoc census diceretur extinctus. Et tamen cùm hæc causa per binas sententias fuerit ciuiliter tractata, non crederem hodie de ea criminaliter agi posse. *l. 1. C. de appellat. l. damus*, & ibi Salycet. *in summar. C. de fals.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 4. limitat. 23. & 24.* & voluit Rota in vna Romana de Stocchis coram Gipsio Lunæ 9. Martij 1598. 27

Et quatenus criminaliter agendum sit. Nec etiam crederem iudicem criminalem posse impedire ciuilem exequutionem, cùm criminalis causa fuerit intentata, nedum post relaxationem mandati, sed post duas sententias ad fauorem Peregrini latas, Felyn. *in cap. de cætero, n. 15. vers. Limita omnia prædicta, de sent. & re iudic.* Barbac. *cõsil. 43. n. 7. & seqq. lib. 1.* Angel. *de malefic. in verbo, inhibita, n. 2.* Afflict. *decis. 229. n. 2.* Capic. *decis. 15. n. 5.* 28

Fuit iste Peregrinus absolutus à d. Locumtenente Illustrissimi & Reuerendissimi D. A. C.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Bannitus, an, & quando possit impunè occidi extra territorium bannientis, præsertim si fuerit bannitus pro crimine læsæ maiestatis, vel pro falsa moneta, & an proditoriè, & per assassinum.

SVMMARIVM.

Bannitus non potest impunè occidi extra territorium bannientis, num. 1. fallit, nisi fuerit bannitus pro crimine læsæ maiestatis, n. 2. & seqq. vbi, quòd hæc conclusio procedit non solùm in bannito pro rebelle, sed etiam in bannito pro quocumque alio capite læsæ maiestatis.

Læsæ maiestatis reus impunè potest vbique locorum occidi, n. 3.

Læsæ maiestatis reus dicitur hostis principis, n. 4.

Falsæ monetæ reus dicitur etiam reus læsæ maiestatis, n. 5. Etiam quòd non sit falsæ monetæ cussor, seu fabricator, sed illam scienter expendens, & distribuens.

Falsam monetam expendens, & distribuens punitur pœna fabricatoris falsæ monetæ, n. 6.

Auxilium post delictum præcedente tractatu præstantes puniuntur eadem pœna, qua punitur principaliter delinquens, dicto num. 6.

Falsam monetam imperialem fabricans potest ab Imperatore puniri, etiam quòd illi non sit subditus, ratione originis, domicilij, aut delicti, n. 7.

Bannitus potest occidi impunè in eo loco in quo pro crimine condemnari potuisset, n. 8.

Banniri nemo potest ab aliquo iudice, vel magistratu, nisi à loco subdito. Declara, vt n. 9. & 10.

Bannitum nulliter occidens puniri non potest, n. 10.

Vagabundus bannitus potest vbique locorum occidi, n. 11. in fine.

Bannitus potest impunè occidi etiam præcedente tractatu, & proditoriè, n. 12.

Mandans potest inquiri in loco mandati etiam quòd alibi homicidium fuerit sequutum, n. 13. vbi etiam idem si in vno loco fuit factus tractatus, & in alio sequutum homicidium.

CONSILIVM CXIII.

SEMPRONIVS Angelus qui falsam argenteam monetam cum imagine Imperatoris in ciuitate Venetiarum introduxerat, & expenderat, processatus, & condemnatus fuit in contumaciam in pœnam capitis, ac promissa talea scutorum 2000. quicumque illum in quocunque loco, & in quacumque parte mundi occiderit.

Fuit extra statum Venetiarum in loco sub ditione Imperatoris, & sic in feudo Imperiali occisus proditoriè à quibusdam Ianuensibus.

Quæritur primò, an Sempronius prædictus posset impunè offendi, & occidi in quocumque loco, & præsertim in terris Imperij vigore dictæ sententiæ Venetiis latæ, an requiratur sententia, vel Imperatoris, vel alicuius iudicis, seu imperij, vel loci, vbi occidi debet, & sic imperatoria maiestas possit dici offensa à dicto Sempronio, ita vt posset impunè offendi absque alia sententia.

Secundò, cùm occisores Sempronij fuerint capti in loco commissi delicti, & præsupponatur eos in loco sui originis tractasse de hoc homicidio patrando; quæritur an possint processari, & condemnari per iudices originarios vigore prætensi tractatus, cùm Sempronius esset forensis, & an possit per iudices dicti loci originatij procedi per inquisitionem, & ex officio, an verò requiratur querela, vel accusatio.

1 Pro resolutione primi propositi dubij firmandæ sunt nonnullæ conclusiones. Quarum prima erit, quòd licèt bannitus, qui potest impunè occidi, non possit sic impunè occidi extra territorium illius Principis, à quo fuit bannitus, Nell. *in tractat. de bannit. in 2. part. 2. temporis, q. 56. in fin.* Boss. *in tit. de for. compet. num. 63.* Viu. *opin. 770. n. 21. & seqq.*

2 Hoc tamen non procedit, quando quis fuerit bannitus pro crimine læsæ maiestatis in terminis. Ioan. Ferret. *consil. 330. n. 5. & seq. lib 2.* refert eum, & sequitur Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, num. 274.* & ambos retuli *in mea pract. crim. q. 103. num. 214.*

3 Et hæc conclusio fundatur viua ratione, quia scilicet inspecto solùm iure communi quod vbique locorum seruari debet, bannitus pro crimine læsæ maiestatis impunè occidi potest. Carer. *in pract. crim. in tract. de homicid. §. quartò excusatur occidens, & §. seq.* Ruyn. *consil. 4. n. 15. ad fin. versic. & ratione confirmatur, lib. 5.* Boss. *in tit. de crimin. laes. maiestat. n. 119.* cum aliis per me allegatis *dict. quaest. 103. num. 13.*

4 Et rursus hæc eadem conclusio non solùm procedit in bannito pro rebelle, prout videtur loqui Bart. *in Extrauag. qui sint rebelles, in verb. rebellando, n. 21.* sed generaliter in quocumque bannito pro crimine læsæ maiestatis, eò quia dicitur Principis hostis, secundùm Boss. Carer. Ruyn. Ferret. & Baiard. *in locis preallegatis*, qui Ferrettus, & Baiardus ampliùs loquuntur in bannito pro quolibet alio grauissimo, seu atrocissimo delicto, ex Mars. *in cons. 121. n. 15. in fin. & n. 16. & 17.*

5 Secunda sit conclusio, quòd reus falsæ monetæ dicitur reus læsæ maiestatis, & illius pœna punitur, *l. 2.* & ibi Bald. *in summario, C. de falsa moneta*, Francis. Marcus *decis. 261. num. 5 part. 2.* Gig. *de crimin. laes. maiestat. lib. 1. titul. qualiter, & à quibus crimen laesae maiestatis committatur, quaest. 62. num. 1.* Viu. *opinion. 519. num. 1.* Decian. *libr. 7. cap. 23. num. 1 & seq.*

6 Et sub isto reatu læsæ maiestatis, non solùm comprehenditur falsæ monetæ cussor, seu fabricator, sed etiam illam expendens, & distribuens, quando sic scienter, & præcedente tractatu cum principalibus fabricatoribus, illam expendit, prout fecit Anglus occisus, secundùm Cuman. *in consil. 138. col. 2. versic. at verò, vt ad casum nostrum reuertamur.* Pract. Beluisi *libr. 1. capit. 8. in verbo, falsarium, num. 16.* & dixi *in mea pract. criminal. quaest. 115. num. 127. & seq.* Isti enim sic scienter distribuentes falsas monetas ab aliis cussas, dicuntur præstare auxilium dictis fabricatoribus. Et propterea non mirum si eadem pœna teneatur, prout de auxiliantibus post delictum, præcedente tractatu scripserunt Bart. *in l. furtu, §. ope, n. 6. vers. praedicta verò, ff. de furt.* August. ad Ang. *de malefic. in verbo, & Andream auxiliatorem, num. 5. vers. limita tamen.* Capra *concl. 80. n. 42.* Ant. Gomez *de delict. cap. 3. rub. de homicid. n. 50. vers. quòd tamen intellige.*

Tertia sit conclusio quòd particeps falsæ monetæ imperialis potest ab ipso Imperatore puniri etiã quòd nec ratione originis, nec ratione domicilij, nec ratione loci delicti illi subditus sit, quia sic falsam monetam sub imperiali imagine fabricans, Imperatoris personam offendisse dicitur, secundùm Afflict. *in tit. quae sint regalia, § moneta, num. 30.* Decian. *in tractat. crim. lib. 7. cap. 26. n. 1.* dixi *in meo cons. 48. n. 36. iuncto num. 26* vbi feci generalem conclusionẽ, quòd punitio criminis læsæ maiestatis spectat ad illum Principem, cuius maiestas læsa est, ex Gig. Dec. & aliis per me ibidem allegatis. 7

Et hinc sequitur, quòd in loco, in quo quis potest pro crimine ad mortem damnari, in eodem loco etiam potest impunè occidi, si aliàs bannitus, & condemnatus sic potuisset occidi, etiam delicto non probato, nedum non sequuta sententia, secundùm communem, de qua Bart. *in Extrauag. qui sint rebelles, in verb. rebellando, num. 22.* & Anchar. *consil. 177. n. 2. vers. pro hoc optime, & cons. 439. num. 3.* Ruyn. & Boss. *vbi suprà.* Gig. *de crim. laes. maiestat. rubr. qualiter, & à quibus crimen laesa maiestatis committatur, quaest. 5. num. 19. & 24.* Ioan. Bapt. Ferret. *consil. 31. num. 9. lib. 1.* Peregr. *de iure fisci, lib. 3. tit. 8. num. 5.* & dixi *dicta quaest. 103. n. 13. & 14.* Sufficit enim, prout dicunt præallegati Doctores, constare de delicto post mortem occisi. 8

Quarta sit conclusio, quòd licèt iudices & magistratus nõ possint bannire aliquem à loco ipsis non subdito, ad text. *in l. relegatorum, §. in insulam, §. seq. & §. interdicere, ff. de interd. & relegat.* Hoc tamen fallit quando locus non subditus iudici bannienti esset locus, aut originis, aut domicilij eiusdem delinquentis, aut etiam delicti. *d. l. relegatorum, §. interdicere, & seq.* Pract. Beluis. *rub. de fuga reorum, sub num. 30.* secundùm antiquam impressionem, & secundùm nouam *lib. 2. cap. 10. sub numer. 11. & seq.* & est communis, vt per Ant. Gomez *de delict. capit. 8. rubr. de exilio, & relegatione, n. 3. ad fin.* sequitur eum Baiard. ad Clar. *quaest. 71. num. 12.* 9

Et ad propositum dato quòd iudex, seu magistratus nulliter aliquem banniret à loco sibi non subdito, adhuc occidens nulliter bannitum puniri nequit, Bartol. *in leg. penult. ff. de adulter.* Alberic. *in 4. part. statut. quaest. 36.* Nell. *de bannitis in 1. par. 6. tempor. quaest. 2.* Mars. *cons. 10. num. 10.* vbi de communi, de qua etiam Menoch. *de arbitr. lib. 1. quaest. 90. n. 7. & seqq.* 10

Quare, vt ad rem redeam, cùm Sempronius Anglus fuerit condemnatus Venetiis pro participatione falsæ imperialis monetæ, illam scienter distribuendo, & sic pro crimine læsæ maiestatis in Imperatorem, & ob id fuerit bannitus à quocunque loco, & quacumque parte mundi, cum promissione taleæ scutorum duorum millium, non video qua ratione non potuerit impunè occidi in feudo imperiali, & sic in loco, vbi poterat puniri, & post occisionem, de banno, & sentẽtia doceri ex præmissis conclusionibus, quarum vnaquæque casui nostro applicatur, & addi potest quòd in loco, in quo fuit occisus iste Anglus, non habebat firmum domicilium, & propterea vti vagabundus poterat etiam ibi occidi, prout in his terminis considerat Marsil. *d. consil. 121. numero 14.* 11

Quod verò attinet ad secundam dubitationem, illius resolutio pendet in præmissis, quia si iste Anglus potuit impunè, vt præfertur, occidi, non est dubium quòd potuit occidi nedum præcedente tractatu, sed etiam proditoriè, & per assassinium, Clar. *in pract. §. homicidium, n. 5. versic. sed an licebit, in fine.* Baiard. *in addit. num. 237.* Gabriel *lib. 7. conclus. 1. n. 35.* Boss. *in tit. banniti quid amittant, numer. 1. versicul. secundò non videtur.* Vulpell. *consil. 59. numer. 2.* 12

Quòd

13 Quòd si dictus Anglus impunè occidi non potuisset, tunc pro prætenso tractatu in loco originis posse occisores inquiri, non crederem dubitãdum, per ea, quæ dixi *in mea pract. in tit. de inquisit. quæst. 7. n. 49.* etiam ex officio, & de generali consuetudine, de qua per Alberic. *in l. ea quidem, colum. 2. vers. de consuetudine tamen,* & ibi Bald. *n. 44. C. de accusat.* Alciat. *in cap. 1. n. 12. de offic. ordinar.* Boss. *in tit. de inquisit. n. 8.* Clar. *in pract. quæst. 3. vers. sed certè quicquid sit de iure.* Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 1. cap. 34.* Hieron. Cæuall. *in commun. opin. quæst. 430.*

Et ita, vt suprà, in vtraque dubitatione mihi proposita, pro veritate respondendum censui, ego Prosper Farinacius I.C. Romanus, saluo semper prudentiori iudicio.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Administrator dolosè se gerere in administratione quando dicatur, an, quando, & quomodo contra eum possit criminaliter agi, & quomodo puniatur, & quando eum excuset à pœna falsi. Primordium veritatis, vel quòd falsitas non erat nocibilis. multa de creditore petente, seu exigente debitum iam solutum, an criminaliter contra eum agi posit, & generaliter, an & quãdo dolus, qui actione ciuili ex contractu purgati potest, possit criminaliter puniri.

SVMMARIVM.

Voluntas, & conatus effectu non sequuto, non punitur in furto. n. 4. Declara vt num. 24. vt puniatur pœna extraordinaria.

Creditor petens debitum iam solutum non dicitur commisisse furtum sed crimen stellionatus, n. 5.

Temeritas etiam punibilis est pœna stellionatus, num. 10. & 64.

Criminaliter procedi nõ potest, vbi dolus purgari potest actione ciuili ex cõtractu, n. 10. & 11. vbi quòd isto casu, nec etiam iudex procedere potest ex officio.

Iudex procedere non potest per inquisitionem, vbi parti non competit accusatio criminalis, n. 11.

Temeritas appellari potest falsitas latè sumto vocabulo, num. 12.

Statutum de falso loquens non procedit in temeritate, n. 12. & n. 30. vbi declaratur.

Falsitas vera requirit tria substantialia, quòd veritas sit immutata, sit nocitura, & dolo facta, num. 12. & num. 36.

Falsitas commissa in scriptura non nocibili nulla pœna puniri potest, n. 12. & n. 29. vbi tamen, quòd potest puniri crimine stellionatus, n. 29. Declara vt n. 41. & vide etiam n. 43.

Primordium veritatis, vbi adest, falsitatis nomen cessat, n. 12. Declara quando primordium veritatis appareat in totum, non si in aliqua parte tantùm, n. 27. Item declara duobus aliis modis, vt n. 28.

Administrator librum administrationis non conficiens punitur pœna stellionatus, num. 13. & dicens se non confecisse librum, præsumitur occultasse, num. 31. vbi quòd non solùm mercatores, sed etiam omnes administratores, & negociorum gestores tenentur conficere hunc librum, contrà n. 39. vbi quòd Procurator particularis negotij non tenetur conficere librum rationum, & num. 53 sed pro prima opinione vide n. 57. & seqq.

Coniecturæ incertæ delictum præsumere non faciunt, num. 14.

Pœnitentia locus est in crimine stellionatus, num. 16. & num. 44.

Falsitas quando non est nocibilis dicitur falsitas impropriè, num. 16. econtrà num. 29. & seq. pro prima opinione, num. 37.

Actio de dolo excluditur quando illa purgari potest actione ex contractu, num. 17. quod an verum sit, & quando, n. 55. & omnibus seqq.

Causa iniusta excusat quando agitur de pœna corporali, secùs si agatur de pœna pecuniaria, n. 18.

Præsumtionem iuris habens contra se debet probare cõtrarium per liquidissimas probationes, n. 19.

Primordium veritatis non excusat, quando de eo nõ apparet, n. 19. in fine.

Ratificatio æquiparatur mandato, & plus est facto quã verbis ratificare, n. 20.

Dolus, & malus animus præsumitur ex falsa assertione, num. 20.

Dolus arguitur ex mendacio, n. 21.

Contrarietas, vbi est manifesta, ibi non est opus interpretatione, num. 21.

Negans depositum, furtum committit etiam quòd pecunia fuerit data numerata, n. 22. contrà n. 32. in fine, & num. 34 & 35.

Creditor falsus ab ignorante debitore, & bona fide soluente recipiens pecuniam, furtum committit, n. 22. declara, vt num. 35.

Creditor petens debitum iam solutum, & illud exigens potest criminaliter conueniri, & puniri, num. 25. & n. 59. Declara si petitio fuerit iudicialis, secùs si extraiudicialis, & si interuenit effectualis exactio; aliàs secùs, num. 44.

Testis falsus in parte, in totum dicitur falsus, & punitur, num. 27.

Instrumentum falsum in parte, facit punire Notarium de falso in ea parte in qua falsum commisit, n. 27.

Administrator dicitur furtum committere, quando retinet penes se pecunias, quas administrat animo non restituendi, n. 31.

Socius rem communem dolo contrectans furtum facere videtur, num. 33.

Legem verbis, & non rebus imponere prohibitum est à iure, num. 37.

Falsitas aliquando latissimè accipitur, aliquando latè, & aliquãdo strictè. Declara, & exemplifica, vt n. 38.

Præsumtiones non sunt multiplicandæ, nec de præsumtione præsumtio capienda est, n. 40.

Falsitas commissa in scriptura, quæ non nocuit, nec nocere poterat, nulla punitur pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria, n. 42. & quomodo scriptura dicatur apta nocere, n. 43.

Obliuio præsumitur ex lapsu triennij, n. 44. quandoque etiam ex lapsu biennij, verius est remitti arbitrio iudicis, dicto n. 44.

Scienti, & volenti dolus non infertur, n. 45.

Mutuum dicitur quando restituitur idem genus, cambium verò dicitur, quando fit permutatio de vno genere ad aliud, n. 47.

Assertioni iuratæ in his, quæ in animo consistunt, standum est, n. 48. in fine, & n. 50. in fine.

Possibili veritate in esse posita nulla falsitas sequitur, n. 48. in fine.

Fiscus probare tenetur ea quæ proponit contra inquisitum, num. 48.

Dolus plenè & concludenter probandus est, n. 49.

Procurator emens de pecunijs sui principalis nomine proprio eainam acquirit. n. 50.

Fur excusatur à furto, quãdo dominus rei furatæ illum excusat, n. 51.

Dolus non videtur malus, nec improbatus à iure, quando quis vult prospicere suæ indemnitati etiam in alterius præiudicium, n. 52.

Dolus excluditur, & non præsumitur ex qualitate personæ, & modicitate lucri, n. 54. & 55.

Dolus non transiens in delictum nominatum, nulla pœna ordinaria, nec extraordinaria puniri potest, quando actione ciuili ex contractu purgari potest, num. 55. Declara, vt n. 56. & omnibus seqq.

Dolus regulariter puniri potest criminaliter, & pœna stellionatus, n. 56.

Iuramentum in litem defertur contra administratorem, qui non confecit librum administrationis, n. 57. & 58.

Dolus præsumtus potest criminaliter puniri, mitiori tamen pœna, quàm verus n. 57.

Administrator non describens in libro administrationis data, & recepta, falsum committit, n. 60.

Dolus, ad hoc, vt criminaliter puniri non possit, quãdo actione ciuili ex contractu purgari potest, tria requiruntur. Primò quòd dolus non transeat in particulare nomen delicti. Secundò, quòd materia sit ordinata, potius ad nuliter contrahendum, quàm ad crimen committendum Tertiò, quòd ex contractu, is, qui dolum commisit, non fuerit factus locupletior cum damno alterius, n. 61.

Administrationis velamen furti actionem tollit, num. 62. vbi declaratur, hoc non procedere quando administrator interceptam domini pecuniam penes se retinet animo eam non restituendi, dicto n. 62.

CONSILIVM CXIV.

Dubia iudicis cum discursu contra fiscum.

1 QVATVOR fraudis capita complectitur sententia in tribunali Aud. C. contra D. I. lata super administratione pecuniarum D. S. eius patruelis. Primum, quòd confinxerit quoddam cambium scutorum mille cum mercatoribus de Solis. Secundum, quòd in quibusdam folijs computorum ad dictum S. transmissis, posuerit duo debita, iam soluta, vnum scutorum 148. Io. Antonio S. fratri mutuatorum, aliud scutorum centum ipsi I. per q. Michaelem, cuius ipse S. & fratres erant hæredes, relictorum. Tertiò, quòd in alio computorum folio fecerit se creditorem in summa scutorum 60. pro propina data iudici, cùm tamẽ tantam summam non dedisset. Quartum, quòd in similibus folijs fecerit etiam se creditorem in scutis 32. datis Bruto, & scutis 30. datis Vgolino Notarijs, quæ ipse nõ soluerat. Cumque huiusmodi causæ cognitio in gradu appellationis coram me pendeat, dubitaui ex quo iam fuerat cœptum ciuiliter agi in Rota, cùm introductum fuit hoc criminale iudiciũ corã A. C. in prima instantia, dubitaui, inquam, nunquid in casu isto potuerit procedi criminaliter, & puniri, cùm ex deductis non videatur resultare aliquod delictum nominatum, innominatum verò criminaliter non puniatur, cùm purgari possit dolus, vt est in casu isto actione ciuili, secundum receptas Doctorum traditiones. Fiscus hinc resultare duo delicta nominata prætendit, nempe furtũ, & falsum; videamus prius de furto, discurrendo per singula supradicta quatuor capita.

Quantum igitur attinet ad primum de cambio confecto, non videtur in hoc posse cadere furtum, & vt perpendam omnes circumstantias, quæ in dicto cambio interuenerunt. Primum quòd ipse I. scripserit S. se ad illũ transmissurum literas dicti cambij scutorum mille, ipsi remittendorum per dictos de Bolis in tunc proximis nundinis Bisuntinis, seu Placentinis, & ex hoc non videtur argui animus furandi, sed potiùs soluendi dictas pecunias. Quódque huiusmodi cambij literas non transmiserit ipse I. reddit rationem se ideo non fecisse, quia dicti de Bolis statim cesserunt foro, quæ videtur bona & iusta ratio, sed etiam si esset inepta, & iniusta, tamen sufficeret ad excusandum à dolo, prout est in iure vulgatum. Quòd autem verè ipse I. dicta scuta mille nomine proprio illis de Bolis mutuasset, neque hoc videtur ostẽdere animum furandi, sed quinimo primordium quoddam veritatis, & præuiam dispositionem ad dictum cãbium faciẽdum, licèt postea ex causa supradicta non sit sequutum: nã cũ dedisset mutuo ipsis de Bolis dicta scuta mille, ita poterat ab illis habere literas cambij, vt dicta scuta mille S. soluerentur in dictis nundinis, quod non potuisset, si pecunias eis non dedisset. Et si dictus S. quietantiam ipsi I. de dictis scutis mille fecit, nullibi tamen constat quòd dictus I. eam petierit, neque hoc idem S. in suis articulis ponit, sed tantùm, quòd sequutus fidem I. qui ita scripserat dictam quietantiam, ad ipsum transmisit. Vnde ex hac quietantia, quam non petijt, non videtur colligi machinatio I. tãto magis, quia ipse respondendo articulis illam confitetur, & sic videtur tolli omnis suspicio.

Nec videtur obstare, quòd postea in causa criminali 3 examinatus I. negauerit dictam quietantiam, quia non negauit ipsa scuta mille, imò illa expressè statim in primis constitutionis fassus fuit, & si negauit quietantiam, quæ nil releuat, dum expressè fateatur debitum super quo est confecta, & sic quantum ad animum furandi ex hoc non videtur deprehendi. Sed nihilominus ex abundanti videtur ista negatio quietantiæ facta in hoc iudicio criminali, concordari posse cum illa confessione facta in primo iudicio ciuili, etenim in hoc iudicio criminali dum negauit quietantiam videtur intellexisse de quietantia generali, & finali: nam ipse dicit se non fecisse huiusmodi quietantiam, cùm computa non essent solidata, & sic respicere videtur quietantiam finalem, quæ solet fieri soliditatis computis, dum verò respondit ad articulos respexit quietantiam illam particularem scutorum mille, quæ ponebantur in articulis Et hæc interpretatio satis quadrare videtur, præsertim cùm notissimi iuris sit quamlibet interpretationem sumi liberè ad euitandam contrarietatem. Quòd denique dictus I. dicta scuta mille negauerit in causa ciuili, respondendo positionibus, negatio illa fuit credulitatis, & qualificata, videlicet, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cùmque positiones haberent complicationem fructuũ, & interesse, ad quod prætendebat D. I. non teneri, licuit ipsi totam positionem negare, ad tradita per Couarr. *variarum resolutionum, cap. 2. num. 5. lib. 1.* Et quicquid sit, per negationem non committitur furtum, *l. inficiando, ff. de fur.* & per nonnullos alios Doctores qui in hoc proposito allegari possent, quos (ne purgatissimas aures dominorum in hac causa vtrinque scribentium tædio afficiam) recensere minimè curaui.

Verùm hic D. I. non negauit solùm, sed retinuit, & 4 distulit restitutionem dictorum scutorum mille: at neque ex hoc videtur commisisse furtum, quia sumus in pecunijs, quæ recipiunt functionem in genere suo, & à principio acceptæ à D. I. de voluntate domini, & ad numerum fuerunt effectæ ipsius I. ita vt non easdem, sed totidem alias in sua specie restituere teneretur; vnde in ipsis non cadit contrectatio rei alienæ, neque furtum. Ita declarat Alber. *in d. l. inficiando, ff. de furt. num. 3. & seq.*

Nec

Nec videtur dicendum sibi ipsi D. I. soluisse, quia non solidatis adhuc computis non potest dici, quòd verè sibi soluerit, sed forsan quòd voluerit sibi soluere, & voluntas ac conatus non punitur, vt signanter in furto dicit Bertazz. *consil.* 274 *n.* 8. *vol.* 2. Quamuis etiam non facilè credi possit ad fuisse istam voluntatem in D.I. diuite cõtra fratrem, & pro tam modica summa, vt sunt fructus dicti cambij, Crauett. *consil.* 56. *num.* 14. *lib.* 1. Nam quoad sortem ipsam principalem mille scutorum dubitari non potest, ex quo statim à principio ipse dominus I. scripsit S. quòd illa erat recuperaturus à Bolis, vt patet ex eius literis per fiscum productis sub datum die 16. Februarij 1595. Et sic potius credendum videtur, quòd ab initio eo animo mutauerit Bolis dicta scuta mille, vt ipsi illa cambiarent, & remitterent S. ad nundinas Bisuntinas, quódque propter illorum decoctionem sequutum non fuit, vt ipse deponit, etsi postea ea in folio computorum posuit ad debitum S. hoc fecerit, vt ad eius commodum exigerentur, non autem, vt illis priuaretur. Et quia hoc est verisimile, non solùm possibile, non est præsumenda fraus, vel falsitas, quæ debet probari per necesse, & nunquam præsumitur, quando aliter esse potest, Crauett. *conf.* 7. *n.* 2. *lib.* 1. Hæc de cambio.

5 Ad secundum caput, quòd fecerit se creditorẽ in aliis foliis computorum duarum partitarum iam antea solutarum, videtur dici posse non resultare ex hoc furtum aliquod, cùm petens debitum iam solutum non dicatur committere furtum, sed delictum innominatum stellionatus, vt dixit Rota in vna Interamen. pecuniaria coram R. P. D. Coccino.

6 Ad tertium caput, quòd fecerit similiter se creditorem in huiusmodi foliis in scutis 60. pro propina data iudici, non videtur adscribi posse ad furtum: nam licèt ipse confiteatur tantam summam non dedisse pro propina, dicit tamen se residuum reliquisse Notario pro strena, neque in hoc constat de contrario.

7 Quartum caput erat de scutis 60. circiter, in quibus ipse in foliis fecerat se creditorem pro mercede scripturarum, & instrumentorum rogatorum per Brutum, & Vgolinum Notarios Audit. Cam. quæ licèt appareat non esse soluta, tamen non apparet non esse debita, & proinde non videtur deprehendi in hoc furtum, aut animus fraudandi, præsertim cùm simus in parua summa, & homine diuite, vt suprà diximus.

8 Hactenus de furto. Nunc videamus de alio delicto nominato, nempe falsi, quod ex deductis resultare prætendit fiscus, sed in contrarium videtur posse considerari, quòd nullo modo hîc cadat falsi crimen. Nam manifesti iuris est quòd vbi adsunt primordia aliqua veritatis, ibi non datur falsitas & omnia capita supradicta habere videntur sua veritatis primordia. Inprimis cambium per ea, quæ suprà diximus. Secúndò debita iam soluta, ex quo aliquando fuerunt debita, & considerauit Rota in dicta Interamen. præallegata. Tertiò propinam constat in aliqua parte fuisse veram, nec in alia parte ostenditur falsitas. Quartò scutis 60. in circa pro mercede Notariorum sat habent primordia veritatis, ex quo constat scripturas pro dicto S. fuisse factas.

9 Præterea ex alio dici potest hîc non posse cadere falsitatem, quia hæc non committitur in scriptura, non apta nocere, prout erant ista folia diuersis vicibus transmissa, prout solet fieri hinc inde per mercatores, ante solidationem computorum pro illorum iustificatione, & sic in casu isto ad penis non videtur posse cadere, nisi temeritas, quæ non est delictum nominatum, sed extraordinarium, & sub stellionatu comprehensum.

10 Vrget hic fiscus, quòd etiamsi adsit sola temeritas, tamen temeritas est etiam punibilis, & passim pœna stellionatus puniri solet, & est verissimum, sed non in casu nostro, in quo habemus contractum præcedentem, cuius actione ciuili negociorum gestorum purgatur dolus: nam tũc non potest procedi criminaliter, vt per Ofasch. *decis.* 147. *n.* 16. & cæteros, qui in id allegantur.

11 Instat adhuc fiscus decisionem istam Ofasch. & communem Doctorũ opinionem procedere quoad partem, non quoad iudicem, qui quandocumque procedere potest ex officio, ne delicta remaneant impunita, sed hanc distinctionem Doctores non faciunt, & videtur carere fundamento, quia vbi parti non competit accusatio, nec iudex procedere potest per inquisitionem, Grat. *conf.* 71. *n.* 20. *vol.* 2.

12 Addit præterea fiscus temeritatem etiam appellari falsitatem, & verum est, sed latè & latissimè sumto vocabulo, ita vt in statuto de falso loquente non comprehendatur, nec puniatur. Bartol. *in leg. quid sit falsum, ff. ad leg. Cornel. de fals.* Nam vera falsitas requirit illa tria substantialia, quòd sit immutata veritas, sit nocitura, & dolo facta. Honded. *consil.* 109. *lib.* 1. *num.* 55. & in terminis, quòd huiusmodi temeritas cadat sub stellionatu tantùm, tradit post alios, quos allegat, Gabriel *consil.* 5. *num.* 21. *de crimin.* licèt quamplures teneant nulla pœna, neque stellionatus puniri scriptura non nocibili commissa, vt in casu nostro, Crauett. *consil.* 46. *num.* 1 *vol.* 1. Roland. *consil.* 38. *n.* 45. *libr.* 1. Quamuis etiam in casu isto fortasse dici posse videatur, neque temeritatem ipsam cadere: nam temeritas dicitur, cùm veritas, vel sine dolo, vel in aliqua scriptura nõ apta nocere mutatur; vt dicit Gabr. *consil.* 135. *n.* 19. *vol.* 2. Vbi autem adsunt primordia veritatis, vt est in casu nostro, ex supradictis, veritas non dicitur immutata, vt per eundem Gabriel. *consil.* 160. *n.* 14. *& seq. lib.* 1.

13 Addit fiscus satis deliquisse D. I. ex quo non confecit librum; sed ego non inueni, quòd administrator non conficiens librum puniatur alia pœna, nisi quòd contra ipsum iuratur in litem, idque fit ciuiliter agẽdo, & quicquid sit etiamsi puniretur non posset puniri, nisi stellionatu, cùm hoc etiam sit delictum innominatum.

14 Tandem fiscus dicit D. I. confecisse librum, sed illum dolosè celare, attamen quòd confecerit adhuc non probauit, nec vrgere videtur inuerisimilitudo allegata per fiscum, quòd non sit credendum ipsum non habere librum negociorum, quia D. I. non exercet aliquã mercaturam, neq; rationem bancharia͂, sed tantùm ne suas pecunias teneat otiosas, illas collocat in censibus, locis mõtium, societatibus officiorum, cambiis, & officiis, quę expediri possunt absque libris, & à multis expediuntur per memoralia quædam, & folia; vt ipse D. I. dicit se facere solitum. Quare ex istis incertis coniecturis præsumere delicta repugnat omnibus iuris regulis, per Rimin. Iun. *consil.* 88. *num.* 34. *lib.* 1. & alios, quos omitto, nolui enim in hoc discursu auctoritates cumulare.

15 Addo, & in specie, quoad partitam librorum de Bolis, quòd non potest considerari aliqua falsitas, quia verum est, quòd I. posuit in banco scuta mille, sub die tertia Februarij 1595. vt in partita libri legitur, falsitas ergo potest solùm considerari in literis, dum I. scribit dedisse illas pecunias ad cambium pro S. sed fiscus probare debet hanc falsitatem, quòd pecunias non dederit pro S. Neque falsitas probatur ex eo quòd partita cantet ad fauorem I. nec vllam mentionem faciat S. quia possunt hæc stare simul, quòd I. posuerit in banco pecunias proprias, sed cum intentione cambiandi pro S. vel post positas pecunias potuit deliberare, vel forsan cum Bolo conuenire, quòd dedictis pecuniis fieret cambium ad commodum S. Potest enim quis nomine suo contrahere, & alium factum facere, & tamen habere intentionem contrahendi pro alio. Et hanc eius intantionem declarauit I. in processu fol. 100. dum ait, *pensauo di stornare la partita di scudi mille, che cantaua à mio fauore, & rimetterli à S. & perche i Boli fallirno non hebbe effetto, questa remissione.* Potuit bene adesse dolus in hoc, quòd I. sciens Bolos proximè decoctur os voluerit quòd S. subiret periculum amissionis pecuniarum, & sic intraret actio de dolo, & crimen stellionatus, quod in hoc casu nostro ex duobus videtur excludi.

16 Primò, quia ante motum iudicium criminale I. pœnitendo fassus est, quòd cambiom non habuit effectum, & promisit soluere S. dicta scuta mille; clarum est enim quòd in crimine stellionatus est locus pœnitentię. *l.* 1. vbi gloss. Bald. & Salic. *C. de crim. stellionat.* Boss. *in tit. de crimin.*

crimin. stellionat. in fine. Et ad id quod replicabat Excellentissimus D. Fiscalis, nempe, quòd etiam, quando falsitas non est nocibilis, dicatur quis falsarius, & consequenter intret crimen falsi, non stellionatus, videtur posse respõderi. Primò quòd nõ adest hic falsitas, vt dixi. Secundò, quòd quando falsitas non est nocibilis, dicetur falsitas longè & impropriè, non propriè. ex doctr. Bart. *in l. quòd sit falsum, ff. ad leg. Cornel. de fals.* vbi quòd falsum strictè & propriè non dicitur nisi quando concurrit immutatio veritatis, dolus, & quòd sit apta nocere.

17 Secundò videtur excludi etiam actio de dolo, quia potest de dolo purgari, vel etiam fuit iã purgata actione ex contractu. *l. & eleganter, §. 1. ff. de dolo.*

Resolutio dubiorum.

18 DIscurrendo discursum mihi datum, conabor & pro veritate omnibus contra fiscum oppositis respondere. Præmittendo solùm vulgàrem regulam, quòd nihil in iure tã certum est, quin de eo quandoque dubitari possit. Sic, & non miror quòd ad fauorem I. considerentur deducta in discursu, licèt ipsius furandi animus falsitatibus admixtus sit clarus, & euidens. Dum enim primò quoad partitam illorum de Bolis dicitur in I. non argui animum furandi, ex eo quòd scripserit S. se ad illum transmissurum literas cambij scutorum mille medio illorum de Bolis, quòd postea dictas literas non transmiserit propter eorum decoctionem, quæ videtur bona & iusta ratio, sed etiam si esset inepta, & iniusta, sufficeret ad excusandum à dolo, vt vulgatum est in iure. Respondetur, quòd imò eius furandi animus, & dolus expressus ex mendacio, cùm non sit verum, quòd pecunias S. tradiderit Bolis, prout nec verum est, quòd illas dederit sub nomine cambij, sed bene sub nomine mutui, & de suis pecuniis, & veritas est, quòd videns I. se facilè amissurum scuta mille, sic vt suprà mutuata Bolis propter eorum decoctionem, voluit sic saltum scribendo S. vt dictæ pecuniæ amitterentur damno S. & non suo. Et hæc est realis, & non colorata ratio, & causa transmissionis dictarum literarum si veritatem fateri velimus. Quare cessat illud vulgatum, quòd causa etiam iniusta excusat à dolo. Vltrà quòd hæc conclusio procedit quando agitur de excusando quẽ à pœna corporali, secus si à pœna pecuniaria, de qua nunc agitur, Bart. *in l. iustè possidet. in fine, post num. 4.* & ibi etiam Alexan. *num. 32. ff. de acquir. possess.* Domin. Quirin. *consil. crimin. diuers. 26. num. 22. lib. 2.* Gabr. *lib. 7. conclus. 8. num. 3.* Honded. *cons. 35. n. 60. lib. 1.*

19 Dum secundò quæritur excusari I. ab animo furandi etiam quòd falsum scripserit, dedisse Bolis ad cambium pecunias S. cùm re vera mutuasset suas proprias pecunias ea eo, quòd adhuc in hoc detur primordium veritatis, quòd videlicet sic mutuauit suas pecunias Bolis, vt ab illis literas cambij S. trãsmittendas haberet. Respondetur, quis quæso dicit? Vbinam probatur quòd I. cum hac intentione suas pecunias Bolis mutuauerit? Quid opus erat dare pecunias Bolis sub nomine mutui, si illas volebat cambiare? Ad quid iste circuitus? Hinc necessariò sequitur in hac partita nullum prorsus dari primordium veritatis, quod cùm allegetur pro defensione, & excusatione I. illud vtique probari debet concludenter, & per certissimas probationes, cùm idem I. ex præmissis habeat contra se omnem iuris præsumtionem, ad trad. per Aym. *de antiq. temp. parte secunda, sect. Ex præmissis absolutam habemus, num. 46. & 47.* Herculan. *in tract. de negat. num. 4.* Cephal. *cons. 138. n. 18.* Menoch. *de præsump. lib. 1. qu. 31. n. 8. & 9.* Et quando Doctores dicunt primordium veritatis in aliqua parte excusare, semper præsupponunt illud concludenter probatum, & apparere, & non aliter.

20 Dum tertiò excusatur I. à receptione quietantiæ dictorum scutorum mille ex eo, quòd eam non petiit, & quòd postea ipsam liberè in ciuili iudicio fassus fuit, licèt deinceps criminaliter examinatus negauerit, ex quo eius negatio non videtur intelligenda de hac particulari quietantia scutorum mille, sed de generali, & finali, & quòd hæc interpretatio sit facienda ad saluandũ I. à contrarietate. Respondetur, quòd I. satis à S. petiit quietantiam, cùm transmissis computis falsò asseruerit Bolis decoctis pecunias ad cambium dedisse. Hæc enim significatio aliò non tendebat, nisi quod prætendebat liberari à solutione dictorum scutorum mille, & cùm postea transmissam quietantiam receperit, videtur vtique illam demandasse, ex generali regula, quòd ratificatio æquiparatur mandato. *l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armat. c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6.* iuncta alia regula, quòd plus est facto (& sic recipiendo quietantiam) quàm verbis ratificare, *l. Paulus respondit, ff. rem rat. hab. cap. dilecti filij il 2.* & ibi Dec. *in 2. notab. de appellat.* I. autem lucrandi & furandi saltim fructus malus præsumitur animus ex falsa assertione præmissa. *l. si quis affirmauerit, §. 1. ff. de dol.* Bart. *in l. dolum, num. 2.* & ibi etiam Fulgos. *n. 2. in fine, C. eodem.* Aym. *cons. 192. n. 12.*

21 Et dum in iudicio criminali adhuc obstinatè, & cõtra veritatem quietantiam negat, eo magis eius malus animus ea multiplicato mendacio arguitur, *l. quòd venditor, & l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dol. l. falsus, §. si quis, ff. de furt.* Roman. *cons. 8. num. 2.* Aym. *consil. 2. num. 13.* Nec valet interpretatio, & distinctio inter quietantiam particularem, & generalem, quoniam in suis constitutis I. in specie interrogatus de particulari hac quietantia illã negat, ideo non est opus interpretatione, & distinctione quietantiarum ad saluandum I. à contrarietate, vbi eius contrarietas est manifesta, Bald. *in l. sed si possessori, §. sed si rerum. ff. de inuentar.* Alexand. *in l. inter stipulantem, §. 1. colum. 3. in princip. ff. de verb. oblig.* Boss. *in tit. de publicatione processus, num. 35. vers. sed vbi est notoria contrarietas.*

22 Dum quartò, & in omnem euentum dicitur per negationem depositi non committi furtum, *l. infitiando, ff. de furt.* præsertim cùm pecuniæ fuerint datæ ad numerum, & sic effectæ ipsius recipientis, quo casu cessat cõtrectatio rei alienæ & furtum, Alber. *in l. infitiando, num. 3. & seqq. ff. de fur.* Respondetur quòd imò ea sola negatione animo intercipiendi eum, qui dedit, committit furtum, probat text. *in l. 1. §. sola, ff. de furt. l. hereditatem, in fin. ff. ad leg. falcid.* Aym. *cons. 286. num. 2. vers. negando enim depositum,* Boss. *in tit. de furt. num. 45.* vbi bene respondet ad text. *in d. l. infitiando.* Et licèt per vsum pecuniæ ad numerum datæ, non committatur furtum: si tamen vltra vsum interuenit cogitatio ad effectum non restituendi, & intercipiendi eum qui dedit, & tunc committitur furtum etiam in pecunia ad numerum data, prout declarat idem Alberic. ex aduerso allegatus *in l. infitiando. n. 4. vers. si vero depositarius.* Et propterea siue I. petierit quietantiã dictorum scutorũ, siue non, & siue eam negauerit, siue non, adhuc furtum commisisse dicitur, ex eo quòd faciẽs se creditorem in computis datis dictorum scutorum mille sub falsa assertione quòd nomine S. illa ad cambiũ dederit Bolis, & propterea de illis recipiens quietantiã ab ipso S. non est dubium, quòd tanquam falsus creditor prætensi debiti, solutionem receperit ab ignorante debitore, & bona fide soluente, & sic furti omnino tenetur, ad text. *in l. falsus creditor, ff. de furt. & in l. quoniam,* vbi Bart. Paul. de Castro, & Salicet. *ff. de condict. furt.* Et fuit dictum in illa Interamnens. pecuniaria, coram Coccino 23. Iunij 1603. *in vers. Non obstat.* impressa post hæc consilia.

23 Dum quintò dicitur I. non exegisse sortem principalem dictorum scutorum mille, imò nec habuisse animũ exigendi, cùm scripserit S. quòd illa erat recuperaturus à Bolis, & quoad fructus, licèt voluerit sibi soluere, non tamen soluit, & sic fuit solùm quædam volũtas, & conatus quæ non punitur in furto, Bertazzol. *cons. 274. n. 8. lib. 2.* Imò nec hanc volũtatem in I. adfuisse facilè credi potest, cùm agatur de modica summa, & contra fratrem, Aym. *cons. 56. num. 14. lib. 1.* Respondetur quòd imò I. exegit dicta scuta mille eo ipso quòd in transmissis primis literis se fecit de eis creditorem, falsò asserẽs illa dedisse ad cambium tanquam pecunias S. & inde propterea, vt

prædi

prædixi, quietantiam recipiens: & licèt postea videns, quod non obstante decoctione Bolorum facilè erat illa recuperaturus, & ob id sic etiam scripserit S. Non tamen per hoc desiuit quin ipse dicta scuta mille sibi ipsi soluerit, ac retinuerit. Stetit enim semper I. in falsitate, & mendacio, asserendo pecunias Bolis datas, fuisse S. & sic falsò eundem S. debitorem fecit, & seipsum creditorem malo animo, & intentione, quòd si pecunias nõ recuperaret à Bolis, cederet hoc damno S. & non suo.

24 Et nihilominus etiam quòd I. sibi non soluerit, sed solui voluerit, furti tenetur, si non pœna ordinaria propter non consummatum furtum, ad Bertazzol. *d. consil.* 274. *num.* 8. ex Claud. Seyssell, quem allegat *in l.* 3. §. *si rem, num.* 3. *ff. de acquir. possess.* per text. *in l. saccularij, in fine princip. ff. de extraord. crimin.* extraordinariam tamen; & tutiorem effugere non potest. *dict. leg. saccularij, in fine princip.* & ibi bene declarat Bart. *num.* 2. & Alexand. *in addit. ad Bart. litera B.* Marsil. *consil.* 83. *num.* 31. Conrad. *in pract. rubr. de furib. num.* 7. *in* 13. *ampliat.* Ant. Gomez *de delict. cap.* 5. *rubr. de furt. num.* 15. qui amplius dicunt, quòd in crimine furti in solo conatu potest imponi pœna corporalis, per text. *in d. l. saccularij.* Neque hîc recurrendum est ad præsumptionem, quòd in re modica non præsumitur I. voluisse decipere suum fratrem; nam vltra quòd, vt dixi, non de re modica, sed de summa scutorum mille, agitur, in claris non est opus coniecturis.

25 Dum sextò, quod attinet ad duas partitas pecuniarum iam I. solutarum, in quibus post solutionem iterum se creditorem fecit, & prætenditur ex hoc non resultare furtum, nec delictum aliquod innominatum, sed tantum stellionatum, prout voluit Rota in dicta Interamen. pecuniarum. Respondetur, quòd licet hæc vera sint, non tamen per hoc sequitur, quòd omissa ciuili actione, possit criminaliter agi, contra exigentem debitum iam solutum, nec Rota tenet contrarium, nisi quando ciuilis actio fuisset priùs intentata, prout in casu decisionis; dum enim Doctores dicunt non posse criminaliter, & ex stellionatu agi, quando agere volenti actione ciuili consultum est loquuntur quando illa ciuilis actio descendit ex contractu, sicut ponunt exemplum in actione negociorum gestorum, vel mandati: non sic in actione in factum, quæ ciuiliter datur contra petentem, vel exigentem debitum iam solutum, quæ ex nullo præcedente contractu oritur. Et quòd hoc sit verum testes adhibeo omnia tribunalia Vrbis, & præsertim illud Illustrissimi mei Senatoris, in quibus libri omnes criminales sunt repleri querelarum contra exigentes debitum iam solutum, non obstante, quòd hæc actio potuisset etiam ciuiliter proponi, & testes etiam sunt illi, qui ob talem fraudem criminaliter puniri fuerunt, & grauiter.

26 Dum septimò, quod attinet ad partitam scutorum 60. tradita pro propina iudici, cùm hãc summã non dedisset ex eo quòd I. dicat residuum reliquisse Notario pro strena, neque in hoc constet de contrario, & sic non posse hoc adscribi ad furtum. Respondetur, quòd in eo, in quo fecit se creditorem occasione propinæ, cùm non sit, decipiendo ignorantem debitorem, apertum, commisit furtum, iuribus suprà allegatis; & dum se excusando dicit, reliquum propinæ reliquisse Notorio pro eius strena, debet hoc probare, neque dicitur probatum, ex quo non constat de contrario. Quia sicut querelans querelam, ita & reus suam excusationem, & defensionem probare tenetur; quod & idem procedit in alia partita scutorum 60. in quibus falsò facit se creditorem pro mercede scripturarũ Notarijs debita, is enim, qui dicit dictas pecunias fuisse solutas, vel debitas, probare debet, ex suprà allegatis, & cùm non probauerit, animus furandi apertus deprehenditur.

27 Dum octauò ad excludendum crimen falsi allegatur primordium veritatis in omnibus quatuor partitis, qd tex. *in l. cum filius, §. heres, ff. de legat.* 2. cum aliis in præallegata decisione allegatis. Pro responsione aduertendum est non esse verum in facto, quòd prædictæ quatuor partitæ habeant suum veritatis primordium. Prima enim partita scutorum mille data ad cambium Bolis, nullam habet veritatis particulam, cùm plenè constet, quòd nullas S. pecunias tradiderit Bolis, nedum ad cambium, & latius supra dixi. Secunda partita pecuniarum iam solutarum, admittamus, quòd habeat aliquod primordium veritatis, prout considerauit Rota in decisione prędicta. Non tamen per hoc est quin possit criminaliter agi, vt pariter suprà dixi. Tertia partita propinam respiciens, etsi in aliqua parte vera sit, in eaque parte primordium veritatis habeat, non tamen sequitur, quòd in alia parte prorsus falsa non sit. Primordium enim veritatis à Doctoribus in hac materia consideratur, non quando in aliqua parte veritas detegitur, sed quando in totum. Quod patet per plura exempla, vt in testibus, qui si in aliqua parte falsum dicant, non per hoc falsi pœnam effugiunt, etsi in aliqua parte verum dixerint, Salycet. *in l. si ex falsis. num.* 14. *in princip. iuncto vers. sed veritas est, C. de transact.* Innoc. *in cap. fraternitas, sub num.* 1. *vers. dicimus tamen,* & ibi Io. Andr. *post princip.* Host. *num.* 6. Abb. *num.* 4. *vers. sicut dicimus.* Anan. *num.* 5. & Felyn. *num.* 21. *extrà de heret.* Boss. *in tit. de opposit. contr. test. num.* 23. *& in tit. de fals. num.* 147. fit, & instrumentum, si in parte falsum reperiatur, etiam, quòd in aliqua parte non sit falsum, non per hoc sequitur, quin instrumẽtum dicatur falsum, & quòd Notarius non possit de falso puniri pro ea parte, qua falsum scripsit. Et his similia plura afferri possent exempla, pro quibus facit etiam regula, quòd plus, & minus non faciant differre speciem. Quarta partita scutorum 60. pro mercede Notariorum falsò in computis descripta, nullum prorsus habet primordium veritatis; tũ quia non constat, quòd istæ scripturæ sint confectæ, & quòd pro illis aliquid debeatur, tum etiam quia si hoc constet, non constat de aliqua asserta solutione pro qua facit se creditorem. Tum & tertiò, quia non constat de tanta debita mercede, & sic intrant proximè allegata.

Verùm id, quod omnem tollit difficultatem, est: nam primordium veritatis non tollit falsitatem in totum, sed in aliqua parte, ea scilicet quæ veritatem continet, vt videre est in expressis verbis *in d. l. cum filius, §. heres, ff. de leg.* 2. vbi dicitur, nec in totum falsum videri, veritatis primordio adiuuaretur. Ex quo text. duo notabilia colligũtur. Primum quòd loquitur per verbum fictionis, scilicet videri. Secundum, quòd excludit falsitatem, sed non in totum, & ita etiam loquitur Cagnol. *in proœm. ff. n.* 108. Bart. *in d. l. §. heres, in summar. & post num.* 2. Albet. *etiam n.* 2. & Felyn. *in cap. super literis, num.* 30. *vers. pro quo facit, extrà de rescript.* Ergo in aliqua parte remanet falsũ id quod habet veritatis primordium, & pro ea parte posse de falso puniri nulla obstat iuris regula. 28

Dum nonò ad fauorem I. quæritur rursus excludere falsitatem ex eo quòd falsitas commissa fuerit in scriptura non apta nocere, quo casu nõ intrat falsitas, & temeritas, & stellionatus, & sic non crimen nominatum, creditur inprimis aduertendum, quòd falsitas per I. cõmissa im computis transmissis S. poterat omnino nocere si illius malam fidem sequi voluisset, & computis prædictis falsis credere voluisset. Præterea non sequitur, in crimine falsi quandoque non datur pœna ordinaria, sed stellionatus, aut extraordinaria, & mitior, arbitrio iudicis; ergo cessat crimen falsi: sæpissimè enim videmus in pluribus delictis nominatis, prout est homicidium, furtum, & alia, quandoque recedi à pœna ordinaria propter aliquã causam, in illisque imponi extraordinariam, vel vt alij dicunt stellionatus pœnam (confundunt enim in ista materia Doctores extraordinariam, & stellionatus pœnam) & tamen non per hoc desineret illud delictum esse nominatum, & in specie in hoc falsi crimine discurrantur scripta per Boss. *in tit. de fals. numer.* 81. *& seqq.* per Gabr. *lib.* 7. *conclus.* 6. & per Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cas.* 306. quibus in locis ponuntur plures casus, in quibus falsitas non nociua, pœna falsi non punitur, & tamen Doctores omnes communiter eam falsitatem vocant. 29

Et

30 Et magis in specie hoc expressè voluerunt Corn. *consil. 149. num. 5. in princip. iuncto versic. Ideo non videtur adscribendum, & in vers. respondetur quòd licèt falsitas, quæ nemini nocet, non puniatur, non tamen sequitur quin Notarius falsum commiserit*, Felyn. *in cap. tua nos, num. 4. extra de iureiuran.* dicens per illum tex. quòd licèt ex inualido iuraméto non contrahatur obligatio iuramenti, contrahitur tamen reatus periurij, *& num. 5.* vbi quòd falsificans literas aliàs nullas licèt mitiùs puniatur, incurrit tamen pœnam falsi. Afflict. *decis. vltim. num. 12. & 13.* vbi etiam expressè dixit, quòd falsificans scripturam priuatam, quæ scribenti non prodest, nec alteri nocet, non puniatur pœna l. Corn. de fals. sed arbitrariè committit falsum. Gabr. *lib. 7. l.c. concl. 5. num. 20. & 21.* vbi quòd licèt falsitas non præiudicialis non puniatur pœna falsi, sed pœna stellionatus; scriptura tamen dicitur falsa, & scribens falsarius. Cessant itaque ex aduerso considerata de temeritate, non enim ego dico intrare temeritatem, sed falsitatem, ex præallegatis. Et consequenter etiam cessat disputatio, an temeritas sit falsitas propriè, vel latissimè sumto vocabulo, vltrà quod Bart. in initiuis allegatur *in l. quid sit falsum, ff. ad leg. Cornel. de fals.* nullum verbum facit de temeritate.

31 Dum decimò, & vltimò ad excludendum pœnam falsi ex eo, quòd I. asserens retinuisse in scartafoliis computa S. præsumatur librum confecisse, & illum occultasse. Bald. *in consil. 152. ad euidentiam, col. 2. ad med. lib. 3.* & Natt. *consil. 134. num. 8. lib. 1. iuncta l. Paulus*, & ibi Bart. *ff. de fals.* Angel. *de malef. in verb. falsario, num. 9.* dicitur, quòd ipse non est mercator, & quòd propterea tenebatur facere librum administrationis. Respondetur, quòd non solùm mercatores, sed etiam non mercatores administrantes negocia aliena tenentur librum administrationis conficere, & hoc in iure est clarissimum, sed quòd I. hunc librum confecerit, ipsemet fatetur in computis transmissis S. in quibus facit se creditorem Iuliorum 24. pro pretio huiusmodi libri empti, & confecti. Quare quoad crimen falsi nulla videtur incidere dubitatio ex præmissis, & quoad furtum res est clara, cum appareat penes se retinuisse pecunias S. cuius negociorum gestor erat animo illas non restituendi, & eundem S. decipiendi, ad tex. *in l. 1. in tutela, & in l. actione.* & ibi gloss. *in verbo quod si furandi, ff. de tutel. & ration. distrahen.* Boss. *in tit. de furt. n. 45. & seqq. cum alijs allegatis.*

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

Alia dubia data à Iudice contra fiscum.

32 PRo faciliori huius causæ resolutione illã in tria capita distinguendam putaui, & primò inspici debere, an ex deductis in processu contra ipsum D. I. resultet delictum aliquod nominatum ordinarium. Secundò num ordinarium, an extraordinarium innominatum ex stellionatu. Tertiò si neque hoc, an saltim aliqua immutatio veritatis, aut dolus criminaliter puniteu. Quoad primum fiscus prætendit ex his insurgere contra D. I. duo delicta nominata, furtum scilicet, & falsum. Furtum, quia cùm in diuersis foliis computorum, quæ D. I. transmiserat ad S. eius patruelem, cuius negocia Romæ gerebat, continerentur partitæ, de quibus agitur, non veræ, vt prætenditur; cùmque postea illum iudicio ciuili conuenisset, super earum restitutione, vnà cum fructibus, & interesse, datis articulis D. I. respondit per verbum non credit, vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, & sic dolosè, & animo furandi dictas partitas negauit. Verùm quia negatio illa fuit credulitatis, & qualificata vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, & quia positiones habebant complicationem fructuum, & interesse ad quod prætendere de iure poterat D. I. non teneri, visum fuit ab ista negatione facilè ipsum excusari, per ea quæ tradit Couar. *variar. resolut. cap. 20. num. 5. lib. 1.* Et tamen quicquid sit dicebatur per negationem non committi furtum, *l. infitiando, ff. de furt.*

33 Verùm instat fiscus quòd D. I. non negauit solùm, sed retinuit, & distulit restitutionem pecuniarum in dictis partitis contentarum, & sic furtum commisit illas contrectando, & sibimet soluendo, allegat Aym. *consil. 286. n. 1. versic. secundò respondeo.* Paris. *consil. 89. n. 20. lib. 1.* Decian. *consil. 11. num. 100. lib. 1.* Surd. *decis. 304. num. 14.* Aym. *cons. 28. num. 2. versic. negando enim depositum,* Boss. *in tit. de furt. num. 45.* text. *in l. 1. §. sola, ff. de furt. l. hæreditatium, ff. ad leg. falcid. in fin. l. falsus creditor, de furt. l. quoniam,* vbi Bart. & cæteri, *ff. de condict. furt.* Et possent alij etiam complures iuris loci & Doct. auctoritates cumulari, in quibus passim habetur socium, qui dolosè communem, vt proprium contrectat, furtum facere, item commodatarium negotiorum gestorem, seruum etiam, & mandatarium, qui pecunias domini sibi appropriant, idémque in depositario, tutore, & falso creditore, qui per fallaciam exigit indebitum, falso etiam Procuratore, & alijs similibus, de quibus loquuntur præcitati Doctores.

Sed his omnibus, vna eadémque responsione facilè satisfieri posse visum fuit, ex doctrina scilicet Alberici *in d. l. infitiando, ff. de furt. num. 3. versic. Sed an non*, vbi vtitur hac distinctione, aut est data species, aut quantitas; si species, in hac committitur furtum, non restituendo, vel conuertendo in suos vsus, quia in hac cadit contrectatio. Si verò quantitas, vel data fuit, vel species, veluti pecunia in sacculo obsignata, & idem dicendum est, vel data fuit pecunia ad numerum, vt non eadem, sed tantummodo in specie sua reddatur, & tunc quia efficitur accipiens de voluntate domini, non cadit contrectatio rei alienæ, nec furtum, & hoc vltimum membrum applicatur casui nostro, cùm enim D. I. de mandato S. eius pecunias exegisset, non vt easdem, sed totidem restitueret in genere suo, vtique eas retinendo non commisit furtum, nec S. tenetur actione furtiua, sed alia via consultum est ad recuperanda damna & interesse si quæ sunt. 34

Responsio quam ad hoc accommodat dominus fisci Procurator ex ipsomet Alberico: quia non conuenit in casu nostro qualitas illa, quam Albericus requirit, & fiscus eam tacet, nempe reperiatur salua illa eadem pecunia accepta, tunc enim ait Alber. aliter dicendum esset fortè idem quod in pecunia in sacculo, vt species data, cùm sit eadem ratio. Contraria igitur suprà allegata procedunt omnia in casibus, in quibus non est translatum dominium, vel in rebus, & speciebus, in quibus cadit contrectatio, & quoad falsum creditorem exigentem indebitum, quòd in ipsum non transferatur dominium, signanter aduertit Salycet. *in l. quoniam*, in contrarium alleg. *num. 3. versic. & ratio, ff. de condict. furt.* & in falso Procuratore est text. in contrarium alleg. *in d. l. falsus creditor, §. 1. ff. de furt.* & in cæteris casibus omnibus supradictis non esse translatum dominium, præsupponunt omnes ex aduerso citati Doctores, si animaduertantur: longum esset percensere omnes sigillatim, sed videri possunt, & declarat hoc idem Ioan. Sichar. *in l. si is cui, num. 1. C. de furt. & seru. corrupt.* 35

De falso nunc agendum. Falsum asserit fiscus cómisisse dominum I. ex eo quia in supradictis foliis computorum transmissis ad S. partitas supradictas, seu aliquas ipsarum non veras descripsit; verùm quia folia prædicta diuersis vicibus fuerunt transmissa, prout solet fieri, hincinde inter mercatores ante solidationem computorum, & non erant aliquo modo nociua potentia, neque actu, visum fuit non resultare delictum falsi ordinarium nominatum, cùm ad illud formandum requirãtur illa tria essentialia, quòd sit immutata veritas, sit nociua, & dolo facta, vt tradunt passim Doctores, & nouissimè Houded. post alios *consil. 109. lib. 1. num. 55.* & est vulgatum in ore omnium, ideo auctoritates non cumulo. 36

Vrget hîc fiscus etiam istum immutantem veritatem in scriptura non nociua dici falsarium, vt per Gabriel. *ca. concl. 5. de crimin.* & Menoch. *de arbitr. cas. 306. lib. 2.* corroborat etiam hoc exemplo homicidij, & furti, quæ licèt quando non ordinaria sed extraordinaria pœna puniantur, non propterea desinunt esse homicidium, & furtum. Verùm exempla hæc non applicantur casui nostro, in exemplis enim istis præsupponitur interuenisse 37

omnia

omnia substãtialia requisita ad homicidium, & furtum, ita vt ex illis iam orta sit actio homicidij, & furti, sed ex aliqua causa extrinseca pœna mitigatur; secus verò in casu nostro, in quo non concurrunt tria illa substantialia requisita falsi de quibus suprà, & per consequens nõ est nata actio falsi, & si vellemus affirmare, ideo hic adesse falsum, quia sic nominatur, & non attendere, quòd falsi substantialia hic deficiunt, & falsi actio non nascitur, hoc certè esset imponere legem verbis, & non rebus, quod improbatum est à iure, *l. fin. C. de vsur. l. 2. C. commun. de leg.* cum simil. Non enim est vis facienda in nomine, vt dicit Specul. *de his qui alien. nom. in iud. inter. num.* 17.

38 Verissima namque est traditio Bart. *in l. quid sit falsum, ff. ad leg. Cornel. de fals.* quòd falsum sumitur aliquando latissimè, & continet omne id quod est veritati contrarium etiam absque dolo, & delicto vllo. Aliquando latè, & continet immutationem veritatis cum dolo, non tamen falsi accusatio nascitur, quia non concurrunt omnia requisita falsitatis. Aliquando strictè, cùm scilicet interueniant omnia requisita, & comprehendatur sub aliquo capite l. Corn. hoc est verum & ordinarium crimen, quod punitur pœna falsi, & de hoc intelligitur statutum de falso loquens, vt ait Bartol. præcitat. sequitur Paris. *cons. 151. n. 15. volum. 3.* & Bertazzol. *cons. 172. n. 7. volum. 1. criminal.* Attamen omnes supradicti dicuntur falsarij, licèt non omnes committant falsi crimen, quod animaduertit Io. Sichar. *in l. de tutela, C. de in integr. restit. n. 5.* Etenim plura sunt negotia, quàm vocabula, *l. natura, ff. de præscript. verb.* Sed vt hanc disputationem nominis relinquamus pertinacibus, iuxta gloss. *in l. 2. C. de constit. pecun.* admittit dominus fisci Patronus in casu nostro non cadere falsi pœnam ordinariam, & hoc sufficit, sed quòd extraordinaria ex stellionatu sit puniẽdus, de quo secundo capite despiciemus.

39 Ex alio etiam fiscus astruit falsi crimen in D. I. quòd scilicet occultet librum rationum suæ administrationis. De existentia autem libri, & quòd illum confecerit non probatur, nisi ex quadam partita computorum, in qua referuntur expensa S. scuta tria pro emtione, & scriptura cuiusdam libri, sed partita illa dicit expressè de libro, in quo debebant exemplari rationes administrationis q. Io. Augustini, quę fuerunt exhibitæ in iudicio, vt in processu *fol.* 271. & sic nihil ad rem nostram. Conatur præterea fiscus existentiam cuiusdam libri probare ex eo quia non sit pręsumendum ipsum I. computa, quę transmisit, extraxisse ex scartafoliis, allegat ad id Nattam *consil. 134. n. 8. lib. 1.* Verùm hæc præsumtio Nattæ non potest procedere in his, quæ non soliti sunt conficere huiusmodi libros, sed vtuntur scartafoliis, prout D. I. facere solebat, vt infrà dicetur, neque in his, qui non tenentur conficere istos libros, vt D. I. qui cùm non esset vniuersalis administrator bonorum S. sed procurator particularis negotij, non tenebatur librum conficere, vt aliàs tenuit Rota in vna Romana redditionis computorum 14. Maij, 1593. corã Litta. Et propterea nisi probatum fuerit huiusmodi librum confecisse ex allegata non exhibitione, dolus aliquis considerari non potest, vt eadem Rota coram Illustrissimo Pamphilio 30. Octobris 1595. in vna Meliten. reuisionis computorum in specie resoluit, hoc pacto declarando Doctores contrariam opinionem tenentes.

40 Præterea animaduertendum est, quòd fiscus in casu isto multiplicat præsumtiones. Primò enim vult præsumere ista computa non esse extracta ex scartafoliis, & proinde Secundò pręsumi debere D. I. confecisse librum. Tertiò præsumi etiam illum occultasse. Quartò ex hoc præsumendum esse celari probationem ipsarum rationum, sed istæ præsumtiones præsumtionum de iure non subsistunt, quemadmodum nec fictio fictionis, nec seruitus seruitutis, & alia huiusmodi, sunt enim istæ qualitates, quæ non possunt stare sine subiecto, vt dicit Bart. *in l. 1. in fine, ff. de vsufruct. legat.* & nihilominus in casu nostro ipsarum rationum probatio aliunde apparet manifestò, cùm in his computis omnia sint deducta, & nihil in eis deficiat, sed solùm disquiratur an D. I. deliquerit in his partitis de quibus controuertitur. Vnde crimen falsi propter subtractionem etiamsi de ea constaret, non intraret, ex quo veritas per computa, & confessionem ipsius D. I. notoriè apparet, tradit Hippol. Rimin. *consil. 550. lib. 5. num. 29.* Et propterea iure meritò caput istud occultationis libri fuit omissum in sententia Audit. C. quare de hoc in causa appellationis nunc non est tractandum, cùm non fuerit deuoluta per appellationem, nisi ea tantùm, quæ dicta sententia complectitur. Et ex his concluditur, neque falsum resultare ex deductis, & per consequens delictum nullum nominatum ordinaria pœna plectendum, quod multo magis, & sine vlla difficultate procederet, si non adesset aliqua immutatio veritatis, aut dolus, de quo tertio loco videbimus

Ad secundum caput nunc accedamus, in quo de stel- 41
lionatu despiciendum est. Stellionatus asserit fiscus hic resultat ex eo, quia, etsi in scriptura non nociua non incurritur pœna falsi ordinaria, tamen committitur stellionatus, pœna extraordinaria puniendum, allegat pro fisco Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 306.* vbi de communi Bos. *in tit. de fals. n. 85.* Clar. *in §. falsum, vers. Item excusatur, in fine.* Sed visum fuit animaduertendum ad dicta dictorum Doctorum, qui adducuntur pro parte fisci. Nam satis confusè loquuntur primùm Menoch. *de arbit. dict. cas. 306. lib. 2.* Generaliter tractat de omnibus scripturis, videlicet tam instrumentis publicis sine solemnitate confectis, quàm scripturis priuatis, videlicet libris rationum, & apochis nudis, sed saltem potentia aptis nocere, & in his omnibus in vniuersum pronunciat non incurri pœnam falsi, sed extraordinariam arbitrio iudicis puniri, & hanc esse communem opinionem affirmat *ibid. n. 22.* De scripturis verò priuatis, neque actu, neque potentia nociuis, & nullam omnino fidem facientibus, in quibus versatur casus noster. Menoch. *verb. nullam.* sed in his habemus aliam contrariam communem, & magis communem in specie, vt infrà ostendemus. Bossius autem allegatus pro fisco magis distinctè loquitur de scripturis priuatis. nam *in d. tit. de fals. n. 82. & 83.* imprimis agitur de schedula, neque actu, neque potentia nocibili, nec vllam fidem faciente, vt est casus noster, in qua si aliquis falsò scriptus fuerit debitor, firmiter asseuerat non posse considerari delictum aliquod, & esse communem Doctorum opinionem *in l. damus, C. de fals.* & repellit Angelum, quem ego tamen non inueni contrarium tenentem *in l. qui vel uti, C. de fals.* Aliter tamen determinat idem Boss. *d. numer. 83. & seq.* In libro priuato Rationum, qui saltem post mortem probat, & potest nocere, nec non in apocha subscripta testibus, sed aliis requisitis carente, quæ saltem per comparationem literarum probare, & nocere potest: nam in his dicit esse locum pœnæ extraordinariæ stellionatus. Item Clar. suprà in contrarium citatus *in §. falsum, vers. Item excusatur, non facta mentione de schedula huiusmodi nullam fidem faciente, & neque potentia nocibili*, loquitur tantùm in eisdem apochis, & libris rationum saltem potentia aptis nocere, & in his dicit esse locum pœnæ extraordinariæ, imò videtur hoc etiam restringere, vt non habeat locum, nisi concurrat vsus, purà, quòd falsificans illas etiam produxerit in iudicio, vt dicit *in vers. propterea.*

Sed quid plura in scriptura nullo pacto nocere apta, 42
vt est in casu nostro, nullam pœnam etiam extraordinariam cadere, tenuerunt in specie Cravetta *cons. n. 1.* vbi egregiè distinguit inter scripturam priuatam, nullam omnino fidem facientem, & probantem. Aliquid idem affirmat Rol. *cons. 38. n. 45. lib. 1.* Alexand. dicit communem *cons. 145. numer. 3. libr. 6.* & ibi additio cumulat multos alios idem tenentes, Natta idem affirmat *cons. 588. num. 3. lib. 3.* & post Castr. *cons. 130. lib. 1. num. 1. vers. his non obstantibus.* Ias. *cons. 153. numer. 4 vers. Ad idem, volum. 2.* & alios quos allegat, magis communem dicit Gabr. *de criminal. conclus. 5. ante numer. 6.* bene Vulpell. *consil. 29. per totum*, cui subscribit Petrus Antonius

E Petra

Petra viden. & Madia. ibidem subscribens, *numero 26.* & nouissimè Illustrissimus Cardinalis Tuschus, *practic. conclus. lib. 3. conclus. 49. numero 53.* vbi de communi, plenissimè Honded. *consil. 109. numero 49. libro primo.* vbi infinitos propè cumulat hanc receptissimam esse Doct. opinionem attestantes.

43 Nec visum est releuans, quod dicit fiscus, folia & schedulas computorum, de quibus agitur, satis potuisse nocere S. si ipse illis credere voluisset, quia potentiam & aptitudinem nocendi, non metimur ex isto euētu si quis velit credere, sed ex ipsa vi probandi, quam habet scriptura, ita vt tunc dicatur nō apta, nec potens ad nocendum, cùm nullam omnino fidem faciat, Salycet. & cęteri *in d. l. damus, C. de fals.* Bart. *in l. si quis legatum, ante num. 2. ff. de fals.* Crauet. *dict. consil. 46.* & Doctores omnes præcitati.

44 Præterea asserit fiscus resultare stellionatum, ex eo, quia D. I. petiit duo debita iam soluta, & propterea puniendus pœna extraordinaria, per Neuizzan. *numer. 11.* & alios allegatos, verùm in hoc casu ex duobus istis prætensis debitis solutis, vnum tantùm, vt diximus, verificatur legatum, scilicet scutorum centum, & in isto etiam nō visum fuit consummatum delictū stellionatus, cùm non interuenerit iudicialis petitio, quæ ad hoc requiritur, *l. 1. C. de plus petit.* Imò cùm non sufficiat sola iudicialis petitio, sed concurrere debeant etiam realis exactio, & noua cautio, Crauett. *consil. 325. ante numer. 2.* Alex. *consil. 83. num. 3. lib. 6.* Roland. qui communem dicit *consil. 71. numer. 39. lib. 1.* Quę quidem hic non concurrunt ex eo quòd computa non fuerunt solidata, nec in iudicio producta. Et tamen in casu isto D. I. excusari à dolo, ex eo quia cùm solutio esset facta per sex aut septem annos antè, ex tanto tempore præsumitur obliuio, quæ etiam ex lapsu triennij secundùm aliquos præsumitur, Gramm. *consil. crimin. 47. in causa honorab lium, numero 13.* Cephal. *consil. 19. in præsenti, num. 15.* licèt alij dicant de biennio. Marſ. *consil. 77. numero 15. lib. 1.* bene per addentes ad decis. Magon. Lucen. *42. in litera* B. qui loquuntur in terminis ferè nostris, ad effectum scilicet excusandi à falsitate, sed sequendo opinionem quam Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 26. numero 2.* dicit communem, nempe hoc totum arbitrio iudicis relinqui visum fuit, arbitrandum cursum istum sex aut septem annorum in D. I. multis negotiis implicito satis esse ad præbendam iustam causam excusationis à dolo, cùm leuissimæ etiam, & quæuis causæ soleant ad id sufficere, decis. Ianuen. *76. num. 10.* & passim omnes: vbi autem non est dolus, non cadit stellionatus, neque pœna aliqua extraordinaria. Bell. post alios *consil. 78. num. 16.* ex quo cessat profectò omnis difficultas, quæ certè satis iam cessat ex eo etiam, quia clarum in iure est in crimine stellionatus locum esse pœnitentiæ, Bald. *in l. 1. numero 1. C. de crimin. stellion.* Albert. *in l. si quis non dicam, C. de Episc. & cleric. numero 17.* Addentes ad cons. Bertazz. *81. crimin. in litera N. lib. 1.* vbi plenè, & in casu nostro iam fuerat ante sententiam S. satisfactum per concordiā cum eo initam, de qua in extractu *fol. 75.* Vnde ex omnibus istis visum est neque pœnæ alicui extraordinariæ ex stellionatu locum esse.

45 Nunc ad tertium caput, nempe an ex deductis resultet saltem immutatio aliqua veritatis, aut dolus verus, vel præsumptus punibilis, quòd vt diligenter inspiciatur, placuit partitas omnes supradictas, de quibus D. I. inquiritur, sigillatim examinare, & inprimis partitam scutorum mille de Bolis, in qua ex pluribus fiscus conatur ostendere dolum in D. I. Primò ex eo quia præsupponit ipsum scripsisse S. se ad illum transmissurum literas cambij dictorum scutorum mille, & non transmisisse; sed respondet in suis constitutis D. I. ideo hoc factum non esse, quia statim sequuta est decoctio ipsorum de Bolis, quòd cùm sit verissimum, fuit hæc visa iusta causa illum à dolo excusandi, qui etiam ex alio videbatur excludi in casu isto, nempe quia cùm certa iuris regula sit, scienti & volenti non fieri dolum, *l. cùm donationis, C. de transact.* Simon. de Præt. *consil. 15. numero 10.* Cúmque ad dictum S. huiusmodi literæ directæ essent, oportebat illum necessariò scire, quòd illas non receperat, & sic non poterat nisi scienti & volenti strui dolus.

46 Secundò prætendit fiscus adfuisse dolum in D. I. ex eo quia criminaliter examinatus negauit se habuisse quietantiam à S. super ista partita, quam quietantiam in iudicio ciuili respondendo positionibus confessus fuerat per verbum *credit*, sed neque ex hoc visum fuit argui dolum: nam etsi negat quietantiam, tamen debitum ipsum scutorum mille super quo dicebatur confecta ipsa quietantia in suis constitutis, & vbique semper fatetur, & neque huiusmodi quietantia visa fuit, nec ea D. I. vsus est vnquam in iudicio, aut extrà.

47 Tertiò asserit fiscus D. I. commisisse mendacium in eo, quòd pecuniæ istæ erant propriè ipsius, & fuerant mutuatæ, non datæ ad cambium Bolis: sed nos certè nescimus dignoscere vbinam consistat huiusmodi mendacium, non enim inuenimus vllibi dixisse D. I. pecunias istas esse alterius, quàm sui ipsius, nec verè poterat dicere esse D. S. cùm earum dominium iam esset in ipsum translatum, per ea, quæ suprà diximus ex Albetic. *in l. inficiando.* Quòd scripserit illas cambiasse, non mutuasse, neque in hoc agnoscimus mentitum esse, nisi ipsi quoque Boli, & Mangili contrahentes cum D. I. mētiti fuerunt, ex quo etiam ipsi vocarunt huiusmodi contractum cambium non mutuum in processu *fol. 36.* & verè est cambium, mutuum enim dicitur cùm restituitur idem genus. *l. mutuum, ff. si cert. pet.* Cambium verò, cùm sit permutatio de vno genere ad aliud. Nauar. *in manual. præcept. 17. num. 283.* in casu autem nostro fuit permutatum aurum ad argentum.

48 Quartò fiscus arguit dolum circa hanc partitam in D. I. ex eo, quia in literis dicitur tacuisse se dicta scuta mille nomine proprio, & non S. se dedisse Bolis, sed respondetur, quòd nullibi apparet quòd D. I. hoc tacuerit, siquidem hoc fiscus non probauit, vt tenebatur ad tradita *in l. qui accusare, C. de eden.* per Boss. *in tit. de inquisit. num. 822. & seq.* per Clar. *in quæst. 66. vers. sed quid si pro parte.* Non. *consil. 96. num. 1.* & alios vbique. Quinimo maxima insurgit præsumptio contra fiscum, ex quo occultantur illæ primæ literæ quibus fuerat certioratus S. de decoctione illorum de Bolis, & de existentia huiusmodi primarum literarum constat per secundas literas à fisco exhibitas in processu *fol. 40.* In quibus dicitur, *con l'ordinario passato, vi diedi raggnaglio delli mille scudi.* Ex occultatione igitur dictarum primarum literarum præsumendum est quòd in illis narrabatur res prout deponitur à D. I. videlicet quòd ipse dederat dicta scuta mille Bolis ad cambium de auro ad monetam argenteam statim restituendam, hócque eo animo fecisse, vt exinde acciperet literas cambij à dictis Bolis pro primis nundinis Bisuntinis, quod non potuit exequi, quia illico Boli decoxerunt; cúmque huiusmodi D. I. depositio sit omni ex parte verificata, nisi in eo, quod dicit se fecisse animo accipiendi literas Cambij à Bolis, quod cùm pendeat ab ipsius animo, statur eius assertioni iuratæ, vt proximè dicetur; cúmque id possibile sit, non est sumenda præsumptio doli, & falsitatis, contra omnes iuris regulas, Crauet. *consil. 7. numer. 2. libr. 1.* Gabr. *consil. 180. numer. 16. libr. 1.* Rim. Iun. *consil. 88. num. 34. lib. 1.* & alij passim: nam possibili veritate in esse posita nulla sequitur falsitas, Boss. *titul. de defension. reor. numero 3.*

49 Namque licèt constet de dicto mutuo nomine proprio facto, & fateatur D. I. se scripsisse S. velle remittere dicta scuta mille, non tamen sequitur, ergo constat in dictis litteris tacuisse mutuum nomine proprio factum, & ita propter decoctionem Bolorum habuisse animum fraudandi S. ex quo potuit esse quòd in eisdem literis rem totam eo modo, quo se habebat, narrauerit, vt diximus, & propterea nisi per exhibitionem earum conuincatur de hoc, quod fiscus præsupponit, non potest dici apparere de aliquo dolo, qui plenè & concludenter est probandus, Cur. Iun. *cons. 179. n. 8.* Alciat. *de præsum. præsumpt. 2. num. 8. reg. 3.* Mascard. *de probat. conclus.*

531.

531.*num.9 & in conclus.*814.*num.*1.*&* 2.Menoch. *de præsum.præsumt.*3.*num.*14.*lib.*5.

50 Quintò stringebatur fortiùs ad fauorem fisci satis iam constare de dolo D.I.ex quo ipse scripsit ad debitum S.dicta scuta mille,quæ nomine suo proprio, non S.dederat Bolis, veruntamen fuit consideratum quòd quando mandatarius gessit in animo acquirere mandatori,licèt nomine proprio non mandatoris fecerit actum,tunc ipsi mandatori non mandatario acquiritur. vt habetur *in l.*2. vbi Bald.*num.*1. *C.de his qui à non dom. manum.*Quare iure optimo potuit D.I.absque dolo, & mutatione aliqua veritatis scribere ad debitum S.dicta scuta mille,cùm medio iuramento examinatus affirmet se eo animo dicta scuta mille dedisse Bolis, vt ab ipsis postea remitterentur S. ad nundinas Briuntinas:nã cùm agatur de re in mente consistenti,eius assertioni iuratæ credendum est,Menoch.*cons.*385.*num.*14.*lib.* 4. post Socin.*consil.*28.*n.*3.*lib.*1.& alios passim.

51 Præsertim quia talis assertio est adiuuata optimo adminiculo,videlicet exculpatione ipsiusmet S.cum iuramento affirmantis in D.I. nullum adfuisse dolum, aut fraudem,vt in extractu *fol.* 16. quæ domini exculpatio, quando sumus inter consanguineos,vt hîc, excusat etiã ipsum verum furem,Bart.*in l.inter omnes,* §.*rectè,ff.de furt.* Clar.*in pra*[?]*.*§.*fu rtum, vers. Item excusatur.* Et generaliter in omni delicto, & persona, quòd exculpatio offensi tollat omnia indicia, & præsumtiones, quæ essent contra exculpatum,tradit Clar.*quæst.*51.*vers. potest etiam.*

52 Et sic in ista partita scutorum mille, non visum fuit inesse illum dolum, quem exegerat fiscus tanto magis, cùm nullum sequatur damnum,quoad sortem principalem dictorum scutorum mille, quæ Boli restituunt, & quoad fructus, cùm D.I.tractet de damno vitando, S. verò de lucro captando, ex quo prætendit interesse lucri cessantis, visum fuit magis fauendum D.I.ad Rom.*cons.* 179.*num.*17.præsertim ad excludendum doli præsumtionem, cuius quidem exclusioni semper iura fauent, vt notum est.

53 Dicebat etiam dominus fisci Patronus saltem ex eo quòd D.I.non fecit librum administrationis resultare dolum,quod etiam falsum esse facile conuincitur, cùm non sit generalis administrator, ex decisionibus suprà adductis, & ex eo, quia ipse tenetur tantùm adhibere eandem diligentiam in rebus alienis administrandis, quam in propriis adhibet, Decis. Iaouen. 1.*ante numer.* 39. Et vt ipse deponit negotiorum suorum non solitus est tenere librum,sed solummodo schedulas quasdam, & schizza, vt ipse vocat, factaque diligenti perquisitione per fiscum tam domi ipsius D. I. quàm alibi, nusquam liber eius aliquis inuentus fuerit. Vnde attenta maximè eius consuetudine, videtur à dicta confectione libri excusari, ad tradita per Plot. *de in lit.iuran.*§.9.*num.* 18. Tamen dato etiam sine præiudicio veritatis,quòd ex non confectione libri huiusmodi dolus aliquis resultaret, ex hoc locus esset delationi iuramenti in litem ciuiliter agendo, vt Doctores affirmant, sed quòd vlterius sit alia pœna in iudicio criminali irroganda,non fuit nobis compertum hucusque quòd aliquis ex Doctoribus affirmet,nec dominus fisci Patronus quemquam in hoc adducit.

54 Denique cessat omnis doli præsumtio, quia attenta qualitate & conditione personæ,& medicitate rei & lucri, quod ex huiusmodi imposturis consequi D. I. potuisset,omnis dolus excluditur; Abb. *in capit. accedens, num.*2.*de crimin.fals.*Mascard.*de probat. conclusio.*531.*num.* 3.Crauet.*consil.*56.*num.*14.*& consil.*75.*numer.*18.*& consil.* 319. *numer.* 13. Menoch. *præsumtion.* 3. *numer.* 20. *libr.* 5. Præsertim cùm agatur inter personas nobiles sanguine coniunctas, inter quas regulariter dolus non cadit.Menoch. *dict. præsumtion.* 3.*numer.* 21. Vnde si dolus omnis in dicto D. I. cessauit, & cessat, equidem sequitur quòd nec pœna stellionatus, nec aliqua pœna extraordinaria puniri possit, Marsil. *consil.* 77. *numer.* 3. Becc.*consil.*78.*num.*16.Bertazzol. *consil. crimin.* 38. *numero* 21 *libr.*1.

55 Verùm si mordicus eum fisco tenere velimus D. I. non caruisse omni prorsus dolo, cùm tamen talis dolus non transierit in aliquod delictum nominatum, nec etiam in stellionatu, vt diximus, non posset puniri pœna aliqua ordinaria, nec extraordinaria, seu pecuniaria, vt bene per informationes pro D. I. ex Crauet. & aliis, quos allegant, licèt contradicat fiscus asserens puniri debere aliqua pœna, sed mitiori, per Decian. & alios per eum adductos. Attamen dictum fuit hanc fisci assertionem posse aliis fortasse casibus habere aliquando locum, sed non in casu nostro, in quo cùm dolus purgari possit actione ciuili mandati, vel negotiorum gestorum, non potest criminaliter agi, neque pœna aliqua irrogari, Glos. Bart. & Doct. communiter *in l. & eleganter*, §. 1.*ff. de dol.* Bald.*consil.*15.*num.*1.*lib.*2. Osasch. *decis.*137.*num.*17. Crauet. *consil.*6.*num.*105.*lib.*1. & instar omnium ipsemet dominus fisci Patronus *in suis præstantissimis quæst. criminal. tit. de delict. & pæn. lib.*2. *quæst.* 19. *num.*37.

Alia fisci responsio ad particulare dubium.

CVm ea, quæ tam longo,eleganti,& doctissimo sermone fuerunt aduersus fiscum deducta, fuerint præcipuè ab Illustrissimo Domino meo,cui Sanctissim[9] causam hanc consulendã commisit, restricta ad hanc particularem difficultatem: nunquid scilicet prætensus dolus à D.I. commissus possit criminaliter puniri cum actione ciuili negotiorum gestorum,& mandati,purgari possit,ad text.*in l. & eleganter.*§.1.*ff.de dolo*, cum aliis allegatis,Dixi partem affirmatiuam veriorem.Primò per regulam, quòd dolus cùm sit delictum hoc ideo potest criminaliter stellionatus pœna puniri,*l.*1. *&* 3.vbi gloss. Bart.Alber. Ang.& communiter Doctores,*ff. de crimin. stellionat.* Ant.Gomez *de delict.rubr.de crim.stellionat.in fine,* Boss.*in tit.de crimin. stellionat.etiam in fine,* Menoch.*de præsum. lib.*5.*præsumt.*3.*num.*2.*in fine,vers. & dolum pœna plectis*,Decian.*in tract.criminal.par.*1.*lib.*1.*cap.*4.*num* 8. 56

57 Secundò,quia iam fatetur D.I. non confecisse librum administrationis prædictæ, prout tenebatur, & præsertim, quòd dictæ administrationis mercedem se consequuturum profitebatur,& ex hoc non potest effugere, quin sit in dolo saltim præsumto, ad plenè tradita per Plot.*de in lit.iuran. numer.* 44.secundùm antiquam impressionem.Ex quo non solùm datur parti iuramentum in litem, sed quòd etiam dolus iste præsumtus possit criminaliter puniri,licèt mitius quàm verus, voluerunt Tiraquell.*de pœn.temp.caus.*15.*numero* 2.Decian.*in tract. crim.par.*1.*lib.*1.*cap.*4.*numero* 17.Menoch.*de recuper.possess. remed.*15.*sub numero* 135. Cephal.*cons.*75.*numer.*15.Bursat. *cons.*77.*numero* 15. *&* 14.*& cons.*94.*numero* 8.*lib.*1. *& cons.* 130.*num.*6.Et in hoc supplicatur aduerti,quòd Doctores admittentes isto casu delationem iuramenti in litem, non negant, quin possit ex hoc præsumto dolo criminaliter agi.

58 Tertiò,quòd D.I.non confecerit aliquem librum suæ administrationis, nec credibile est propter qualitatem personæ,nec etiam possibile, quia transmissus calculus, non ex suo capite (prout in suis constitutis dicit) sed aliunde,& sic ex computis ab ipso confectus fuit: Administratori autem dicenti se non confecisse librum rationum asserenti quòd calculum non ex libro, sed ex scartafoliis extraxisset, prout pariter dicit D. I. sicut minimè credendum est, ita etiam præsumitur. sic dolosè asserere ad effectum dictum librum occultandi, Bald. *cons.* 152. *ad euidentiam*, *colum.* 2.*libr.* 3. Natt. *cons.* 134. *num.*8. *lib.*1. & ex occultatione falsi crimen statim producitur, *leg. Paulus*, vbi Bart. *ff.de fals.* Angel.*de malef.in verbo falsario,num.*9.

9 Quartò dum D.I. in calculo fecit se creditorem in pluribus partitis,de quibus iam erat satisfactus,& occasione dicti falsi creditori retinens apud se pecunias, quas administrabat, sibi ipsi bis soluisse, & sic intrat conclusio criminaliter puniri posse eum, qui debitum

iam solutum scienter petiit, & multo magis se exegit, Bald. in l. 1. numero 6 vers. secundò reuoco in dubium, C. de cond. indeb. Bart. in l. si fideiussor, §. in omnibus, numero 1. ff. mand. Neuiz. consil. 94. numero 11. Hieron. de Monte quæst. 29. numero 21.

60 Quintò sicut administrator si reddendo computum suæ administrationis non describit data, & recepta, falsum committit, Bart. in l. 1. §. tutores, ff. de fals. Gandin. in tit. de fals. numero 2. in fine, Bald. in l. vbi exigitur, in 1. §. dolo, de eden. Ias. cons. 4. col. in pen. in fine vers. ex quo, lib. 3. Socin. cons. 190. numero 2. vers. quod fortius, vers. confirmatur, lib. 2. Roland. cons. 49. num. 25. & 29. lib. ita, & multo magis falsi crimen incurrit, qui in eisdem computis, & rationibus falsas, & non veras describit partitas ex generali regula, quòd delictum in committendo grauius est, quàm in omittendo.

61 Quibus sic stantibus respondendo propositæ dubitationi non obstat dicere cessare hîc actionem de dolo criminalem, ex quo idem dolus potest actione ciuili, mandati scilicet, vel negotiorum gestorum purgari, hæc enim conclusio procedit tribus concurrentibus. Primò, quòd dolus non transeat in particulare nomen delicti. Secundò, quòd materia sit ordinata, potius ad ciuiliter contrahendum, quàm ad crimen committendum. Tertiò, quòd ex contractu is, qui dolum commisit, non fuerit factus locupletior cum damno alterius. ita enim colligitur ex Bald. in cons. 14. numero 15. lib. 1. Decis. Pedem. 137. numero 17. Hondedd. cons. 109. numero 59. in fine, lib. 1. Quæ omnia cessant in casu nostro.

62 Præterea, & magis in terminis considerandum est quòd licèt dici soleat quòd administrationis velamen temperet furtum ex quo cessare videatur tunc rei alienæ contrectatio, quæ ad furti essentiam requiritur, ad gloss. in l. tres tutores, in verb. contrectare, ff. de admin. tutor. Bar. in l. posthumo, §. continua, numero 30. ff. de tutel. & ratio. distrah. Alb. in l. inficiando, numero 5. ff. de furt. Vbi tamen constat, quòd administrator pecunias domini intercepit, seu penes se retinuit animo non restituendi, tunc quòd retinens huiusmodi pecunias dicatur in dolo vero, actionéque furti teneatur etiã, quòd cesset contrectatio prædicta, & quãuis etiam res habuerit originem à contractu, est text. in l. 1. §. in tutel. & in l. actione, & ibi gloss. in verbo, quod si furandi, ff. de tutel. & ratio. distrahen. & in l. tutor. ff. de furt. Declarat Bart. in d. l. posthumo, numero 3. versicul. in secundo casu, Alber. in d. l. inficiando, numero 4. in fine, Aym. cons. 287. numero 2. Boss. in tit. de furt. numero 45. & seqq. & probatur etiam in l. hæreditatum, §. fin. ff. ad leg. falcid. & in l. 1. §. sola, & in l. inficiando, ff. de furt. Et ita aliàs de anno 1604. in Tribunali Gubernatoris Vrbis fuit iudicatum in causa fraudolentę administrationis pro DD de Lantibus contra Bargadinum eorum magistrum Domus.

63 Nec etiam obstet si dicatur hanc falsitatem esse commissam in scriptura, & non apta nocere: nam & falsitatem sic commissam si nocendi animo commissa fuerit, criminaliter, & extra ordinem puniri tradiderunt Boss. in tit. de fals. numero 85. Clar. in pract. §. falsum, versicul. item excusatur, in fine, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 306. vbi de magis communi, de qua etiam testatur Stracch. in addit. ad Aym. cons. 46. num. 1.

64 Sicut pariter etiam quòd in proposito non dolus, sed quædam potiùs temeritas considerari posset (prout & verum dolum; & verum crimen, & falsi, incursum esse suprà probaui) adhuc & crimen temerariè commissum criminaliter puniri posse, sicut passim in practica seruatur, ita, & in iure clarissimum esse, colligitur ex trad. per Ang. in l. plagij l. 2. numero 2. versicul. similiter ante, ff. ad leg. Plagiam de plag. Bald. in l. & si seuerior, post num. 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. Alexand. in l. 1. numero 5. & seqq. ff. quod quisque iur. & ibi etiam Paul. de Castr. numero 6. vbi ampliùs, quòd isto casu pœna potest esse corporalis; sequitur Pacian. in tractat. de prob. lib. 1. capit. 30. numero 17. & ante istos Archid. in cap. quidam, numero 1. in fin. 5. quæst. 1.

Iste mercator in prima instantia fuit condemnatus, sic … in scutis 1500. à qua sententia cùm appellasset, fuit de cõsensu fisci absolutus solutis scutis mille.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Plenissimè agitur de pluribus causis, & excusationibus, quibus testis, qui falsum deposuit, non pœna ordinaria falsi, sed extraordinaria puniri debet. Reliqua, & plura alia ad hanc eamdem materiam facientia in summariis reperies.

SVMMARIVM.

Testis falsi pœna est deportatio, num. 1.

Deportationis pœnæ loco hodie successit pœna arbitraria, num. 1.

Testis falsi pœna est eadem, qua puniendus erat is, contra quem deposuit criminaliter si verum dixisset, num. 2.

Testis corrumpẽs ad falsum deponendum punitur pœna deportationis, & corporali, num. 2.

Testis falsus in crimine capitali contra aliquem deponens capitali pœna punitur, si is contra quem deposuit ex falso testimonio condemnatus fuit, aliter secus, quia tunc non intrat, nisi pœna extraordinaria, & mitior, num. 3.

Testis falsi depositio mitius punitur, quando non nocuit illi contra quem testis falsum deposuit, nec nocere poterat, num. 4.

Testis falsi depositio inutilis pœna falsi nõ punitur, n. 4.

Testis falsus deponens ad defensionem & contra fiscum mitius punitur, quàm si deposuisset pro fisco ad offensam alicuius, n. 5. & n. 25. vbi respondetur contrarijs, & n. 26. vbi de materia.

Principaliter quod agitur semper attendi debet, & non quod in consequentiam, n. 5. in fine.

Testis deponens verum, quod tamen verum ipse ignorabat, & sit falsus in redditione causæ mitius punitur, n. 6. & n. 12. & seq vbi respondetur contrarijs.

Testis vnus de visu iuncta alia semiplena probatione resultante ex confessione extraiudiciali probat concludenter in his quæ sunt difficilis probationis, n. 7.

Præsumtiua probatio habetur pro concludenti probatione, quando agitur de defensione reorum, n. 7.

Testis falsus excusatur, quando id quod deponit innititur primordio veritatis, n. 7. in fine.

Testis falsus excusatur à pœna ordinaria falsi, quando id quod deposuit audiuit ab aliis fide dignis viris, num. 9.

Confessio qualificata non potest à fisco in parte acceptari qualitate reiecta, quando confitens semper super adiecta qualitate ad hoc vt explicitè respondeat tortus sustinuit, num. 10.

Mulieres in pœnalibus excusantur, & mitiùs puniuntur propter sexus fragilitatem in crimine læsæ maiestatis, humanæ, & diuinæ sacrilegij. & incestus, num. 11. & num. 30. vbi quòd etiam excusatur à dolo præsumto.

Delictum sine pecunia cõmissum leuius est, quàm commissum cum pecunia, n. 11. in fine.

Testis falsus in vno in omnibus redditur falsus, n. 14.

Testium corruptio & subornatio probatur præsumtionibus, num. 16.

Dolus

Dolus præsumitur ex mendacio proficuo aliquid asserenti contra veritatem, n.17. Declara, vt num.19. Dummodo plenè constet de mendacio, & n.20. vbi quòd iste dolus dicitur præsumtus, & non verus.

Testis depositio emanata in tortura magis præsumitur vera, quàm depositio extra torturam, n.18.

Dolus præsumtus non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniendus est, nec pro dolo præsumto corporalis pœna imponi potest, n.20.

Culpa lata dolo non æquiparatur, quando agitur de pœna corporali, n.21.

Testis deponens sub spe præmij, non tamen promissi non dicitur corruptus. n.21.

Testis corruptus pecunia ad dicendum verum, quod ipse testis ignorat, non punitur pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria, num.21. & num.22. vbi idem de corrumpente testes ad deponendum verum, quod ipsi testes ignorant.

Confessio extraiudicialis sufficit ad torturam, num.23. Dummodo fuerit probata per duos testes omni exceptione maiores, & contestes, n.24.

Periurij pœna est fustigationis, quod an verum sit, & quãdo, num.27. & 28. vbi verius est, quòd sit pœna extraordinaria.

Periurij pœna minuitur quando in eo non adest dolus, & à dolo quælibet causa etiã iniusta excusat, n.29.

Periurij pœna locum non habet. quando quis iurat falsum credens iurare verum, n.29.

Periurium mitius punitur, quando non fuerit præiudiciale, aut quando quis iurauit verum, quod tamen iurans ignorabat, n.29.

CONSILIVM CXV.

1 PRÆTENDITVR, vt audio, quòd Hortensia mulier, cùm falsum deposuerit, dum ad defensam Alferij Tagliettæ, & aliorum examinata dixit Hieronymum, & Petrum Paulum testes Curiæ fuisse ab Alexandro querelante subornatos ad falsum deponendum, corporali pœna fustigationis plectenda sit, ea forsan ratione, quòd pœna testis falsi sit deportatio, ad text. *in l.1. in princip. iuncto §. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals.* cuius loco, cùm hodie non sit in vsu, intret pœna arbitrio iudicis, vt per Clar. *in §. falsum, n.31. vers. sed quæro quæ sit pœna falsi*, Osasch. *decis. Pedem. 19. in fine vers. His accedit*, Ioseph. Ludouic. *decis. Lucen. 15. n. 16.* Qui iudex isto casu cùm fuerit dictum falsum in causa criminali, & graui, non poterit minus arbitrari, quàm triremium, aut fustigationis, prout dixi *in tract. de testib. quæst. 67. num* 20.

2 Potéstque eadem ratio confirmari per regulam, quòd testis falsus punitur eadem pœna, qua puniretur is contra quem deposuit, si verum dixisset, secundùm communem, de qua post alios testantur Ant. Gomez *ad l. tauri 87. num. 7.* Simach. *de Cathol. instit. tit. 64. rubr. de testib. n. 86. & num. 156.* Osasc. *d. decis. Pedemont. 19. num. 1.* Claud. ad Bertaz. *cons. 72. litera A. vers. ratio est, lib. 1.* Sed sic est, quòd si querelans subornasset, & corrupisset ad falsum deponendum Petrum, Paulum, & Hieronymum testes Curię, non solùm testes, sed & ipse pœna falsi (& sic deportationis, & corporali) puniretur, Specul. *in tit. de teste, §. 1. num. 49. in fine vers. & nota quòd corrumpens testes*, Rebuff. *in tractat. de test. gloss. 7. num. 46.* Marsil. *in l. 1. §. sed & si quis, in princip. ff. de fals.* Boss. *in tit. de fals. num. 153.* Bertazz. *cons. 218 num. 18 lib. 1.* Ergo & eadam pœna puniri debet Hortensia, quæ falsũ deposuit super prædicta subornatione, & corruptione.

3 Verùm his non obstantibus hanc miseram & fatuam mulierculam, non corporali, sed multum leuiori pœna plectendam esse facilè ex infrascriptis demonstrari posse crediderim. Et primò, quia illa conclusio quòd testis pro falsa depositione puniri debeat eadem pœna, qua puniendus erat is contra quem deposuit, si verum dixisset, procedit, & habet locum, quando falsæ depositionis sequutus fuit effectus; quòd scilicet is, contra quem deposuit, fuerit condemnatus, & punitus ex illa falsa depositione, prout dicit text. *in l. 1. §. præterea, ff. de sicar.* qui loquitur de teste deponente: falsum contra innocentem in causa homicidij, in illis verbis: *Quo quis publico iudicio damnaretur*; ergo, secùs si non condemnatus, & punitus, cùm tunc intret pœna minor, & extraordinaria. Osasc. post alios, quos allegat antiquiores *decis. Pedemont. 19. n. 2. vers. In contrarium verò.* vbi quòd ita aliàs apud eum seruatum fuit, Ioseph. Lud. *decis. Lucen. 15. n. 19. & seqq. plurib.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 360. num. 95. in fine.* vbi approbat resolutionem Senatus Pedemontani, de qua per Osasch. vbi suprà, *& in addit. eodem num. 95.* vbi pariter testatur, ita aliàs obseruasse Senatum Mediolani de anno 1592. Nec dissentit Petr. Caball. *resolut. crimin. lib. 1. casu 165. num. 13.* & licèt Clar. & nonnulli alij per me relati *in tract. de testib. quæst. 67. num. 16.* contrarium tenuerint, ab hac tamen vti magis seruata, & æquiore sentẽtia minimè recedendum esse, *ibidem num. 17.* affirmaui: sed sic est, quòd ex dicto huius mulieris non solùm prædicti querelans, & testes non fuerunt puniti, sed nec etiam contra eos processum, ergo non potest tractari de eadem pœna corporali, quia ipsi fuissent puniendi.

Secunda eadem conclusio, quòd testis falsum deponens pœna falsi puniatur, procedit, & locum habet, quã- 4
do eius depositio nocuit illi contra quem falsum deposuit, secus si non nocuit. Lanfran. *de test. n. 27. vers. Item habemus, & ibi in additione in verb. læditur, litera* S. Corta *in memorialib. in verb. testis qui deposuit, vers. & idem etiam dicunt.* vbi testatur ita aliàs obtinuisse Mediolani coram Capitaneo iustitiæ, Viu. *opin. 937. num. 4. & 5.* vbi aliis relatis testatur de communi, Clar. *in §. falsum, vers. Item excusatur*, vbi alij plures de communi testantes referuntur Ludou. Peguer. *decis. crimin. 19. num. 5. ad fin. vers. cui sententia suffragatur*, vbi etiam de communi, Hipp. Rim. *cons. 245. num. 83. & seqq. lib. 3.* Sed sic est, quòd depositio Hortensiæ nihil nocuit querelanti, aut testibus; ergo pœna falsi non intrat saltim ordinaria, imò non solùm non nocuit, sed nec etiam nocere poterat, cùm non deponeret, nisi de quadam extraiudiciali confessione, quæ non nisi per vnum testem probata, & præsertim mulierem, nullum faciebat indicium, & sic intrat alia conclusio, quòd falsi testis depositio inutilis, pœna falsi non punitur, Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 14. & seq. ff. de sicar.* & est communis, vt per Gabr. *lib. 7. conclus. 15. num. 14.* Clar. *in §. falsum, sub vers. Item excusatur*, ibi, *sed contrarium communiter tenetur.*

Tertiò pœna falsi ordinaria non habet locum in illo 5
teste, qui falsum deposuit ad defensionem carcerati, Marsil. *in d. l. 1. §. præterea, num. 6. ff. de sicar.* Boss. *in tit. de fals. post num. 138.* Foller. *in practic. crimin. in gloss. item, quòd commisit falsitatem, num. 7.* Bertazzol. *cons. 247. num. 12. & cons. 218. num 1.* Et licèt mulier hæc ad defensam carceratorum inducta, vt in articulis expressè legitur, in sua depositiane afficiat querelantem, & testes, attamen attendẽdus est finis, ad quem principaliter fuit inducta, nempe ad defensionem carceratorum, non autem id, quod in consequentiam venit, *l. si quis necē causam, in princip. l. rogasti, etiam in princ. ff. si cert. petat. l. qui exceptione, ff. de condict. indeb.*

Quartò si bene attendentur omnia in quibus mulier 6
hæc fatetur falsum dixisse, vtique in substantia apparebit, quòd ad aliud non tendunt, nec aliud concludunt, nisi probationem extraiudicialis confessionis querelantis, & testium de subornatione, & corruptione. Quæ quidem confessio extraiudicialis est etiam probata per alios testes Curiæ, & etiam contestes. Vnde succedit alia conclusio, quòd testis deponens verũ, licèt ipse illud verum ignoret, dicátque se vidisse, aut audiuisse illud quod

deponit, licèt non viderit, nec audiuerit, non pœna falsi, sed alia mitiori arbitrio iudicis punitur, ad tradita per Rimin. Sen. *consil. 53. n. 6. & seqq. lib. 1. & cons. 148. n. 20.* Castell. Cotta *in memorialib. in verbo, testis qui deposuit, in princ.* Gabr. *lib. 7. concl. 3. in fine*, Franc. Becc. *cons. 78. n. 7.* Bertazz. *consil. 8. num. 15. ad finem, & n. 26.* vbi de communi, *& cons. 527. num. 10.* vbi etiam de communi, Hieron. Gabr. *consil. 169. num. 15. lib. 1.* Quicquid secus alij pauciores contra communem tenuerint.

7 Imò in casu de quo agitur non solùm extraiudicialem confessionem corruptionis, & subornationis, sed & ipsam corruptionem, & subornationem concludenter fuisse probatam, facilè dici potest, cùm in processu adsit vnus testis Curiæ deponens de visu, de traditione, & receptione pecuniarum, & alij tres, vel quatuor testes etiam Curiæ deponentes de prædicta iterata extraiudiciali confessione, qui quidem testis de visu iuncta alia semiplena probatione resultante ex confessione extraiudiciali ad probandum corruptionem, quæ difficilis probationis est, plenam, & concludentem corruptionis & subornationis facit probationem, ad scripta per Bartol. *in l. 1. §. idem Cornelio, num. 3.* & ibi etiam Marsil. *etiam numer. 4. ff. de quæstion.* Bald. *in l. final. num. 8. versic. Quædam est probatio, Cod. de prob.* Boss. *in tit. de conuict. n. 37. versic. Primò quando, & n. 47.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. q. 40. num. 10. & q. 41. num. 8. & seqq.* cum alijs nouissimè per Petr. Barbos. *in repet. l. 2. in prin. par. 1. n. 81. versic. aduertas quæsitum, & num. 82. ff. solut. matrimon.* Præsertim in casu nostro, in quo nunc non agitur ad condemnationem alicuius, sed ad defensionem carceratorum, & mulieris, cùm tunc solam præsumtiuam probationem sufficere scripserint, Bartol. *in l. non solùm, §. sed vt probaui, num. 2. & seq. ff. de non. oper. nunc.* Boss. *in titul. de conuict. numer. 59.* Aym. *consil. 119. num. 9.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsump. 48. numer. 8.* Et sic succedit ad fauorem mulieris alia conclusio, quòd a falsi pœna ordinaria testis falsus excusatur, quando id, quod deponit, primordio veritatis innititur. Grammat. *consil. 28. numer. 8. & consil. 42. numer. 13.* Follet. *in pract. crimin. in verb. item, quòd commisit falsitatem, numero 35.* Bertazzol. *consil. 94. numer. 6. libr. 1. & consil. 318. numer. 2. lib. 2.* Hippol. Rimin. *consil. 286. post n. 24. lib. 2.*

8 Quintò, & fortiùs ad excusationem mulieris facit, quia, quicquid ipsa deposuit, ab alijs audiuisse affirmauit. Dicit enim primò non esse verum, quòd (prout deposuit) audiuerit Agnetem vxorem Hieronymi dicentem hæc, vel similia verba, *Che durano questi vicini, quando ci vedranno vestiti di negro, me, & mio marito*, sed quòd ita deposuit; quia sic sibi dictum fuit à Margarita. Dicit secundò non esse verum audiuisse querelantem, dicentem Hieronymo conquerenti quòd nolebat obseruare promissa, *Se li volete andate dal Giudice, che vi faccia la la poliza*, sed quòd ita deposuit, quia sic sibi fuit dictum ab eadem Margarita, & à Iulia. Dicit tertiò non dixisse verum, quòd fuerit præsens in apotheca Laurentij, quando Petrus Paulus dixit, *Che si voleua disdire di quello, che haueua detto, se hauesse saputo di non hauer fastidio*, sed quòd ita deposuit, quia sic sibi fuit dictum à Margarita, Catherina, & Bartholomæa, quæ præfata audiuerant.

9 Quibus stantibus à pœna falsi ordinaria omnino excusatur, non solùm ex eo, vt suprà dixi, quòd omne id, quod deposuit, licèt ignorans, constat ex depositione aliorum testium Curiæ, sed etiam quia, etsi omnino falsum deposuisset, excusatur credens dixisse verum ex relatione aliorum, Anan. *in cap. 1. num. 16. de crimin. fals.* Aym. *consil. 99. num. 7.* Decian. *in tractat. crimin. libr. 6. rubr. qui sint periuri, capit... numer. 24. tom. 2.* testem enim à falsi pœna saltim ordinaria excusat, nedum iusta credulitas, sed etiam iniusta. Magon. *decis. Lucen. 45. num. 10.*

10 Nec obstat si dicatur non constare in processu, quòd id, quod deposuit Hortensia saltim circa primum & secundum dictum, fuerit sibi à Margarita, & Iulia, prout asserit, relatum. Nam satis de hoc constare dicitur, cùm iudex nolens stare huic suæ assertioni, & excusationi, sed credens potiùs eam fuisse ab aliquo subornatam ad hunc effectum, à quo fuerit subornata, illam tormentis subiecerit in quibus cùm perstiterit, necesse est illius dicto stari debere, etiam in qualitate per ipsam adiecta, quod sic à Margarita, & Iulia fuerit sibi relatum, Ferrar. *cautel. 5. numero 4.* Grammat. *vot. 2. numero 6. & numero 9.* Boss. *in tit. de confess. numero 19* Bertazzol. *cons. 27. numero 8. lib. 1. & cons. 499. numero 27. & seq libr. 2.* Et in omnem euentum etiam, quòd nihil huic mulieri ab aliqua persona relatum extitisset, sed omnia ex suo capite, & ceruice adinuenisset, adhuc à pœna falsi ordinaria excusatur, cùm, vt superiùs dixi, de veritate suæ depositionis constet in substantia per alios testes, ex præallegatis, etiã à Curia examinatos, & repetitos.

Sextò ad excusationem eiusdem mulieris non est 11 omittenda fragilitas sexus, cùm regula sit quòd mulieres semper mitiùs puniũtur, quã masculi, *l. quicquid, §. ad filias, C. ad leg. Iul. maiest. l. sacrilegij pœna, in princip. ff. ad leg. Iul. peculat. l. si adulterium, §. idem Imperatores, vers. incestum, ff. ad l. Iul. de adult.* quæ iura loquuntur in crimine læsæ maiestatis, sacrilegij & incestus; ergo multo magis in crimine falsi, *l. 1. §. vidua, ff. de fals.* Menoch. *cons. 48. numero 18. in fine, & numero 19. libr. 1.* Mascard. *de probat. libr. 2 conclus. 958. numero. 6. in fine, & numero 7.* Et in crimine hæresis, quòd facilius mulieres nisi fuerint pertinaces excusentur, quàm masculi, scripserunt Simanch. *in Enchirid. cap. 47. numero 19.* Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. capit. 37. numero 65.* Præsertim cùm quicquid ista muliercula deposuit, non per pecuniæ corruptionem, sed potiùs ex sua fatuitate & dementia deposuit, ideo mitiùs punienda, quia sicut pecunia facit delictum atrox *l. Cicero, ff. de pœnis*, ita, & leniùs reputari debet, vbi pecunia non interuenit. Et quidem, vt verum fatear, non memini vnquam mulierem fustigatam pro falsa depositione, quod eò minus in proposita facti specie fieri debere confiditur, tum ex præallegatis, tum etiam, quia habet ista pauperrima mulier tres nepotes ex sorore nubiles, quibus non modica erogaretur infamia ex turpitudine materteræ; & licèt partis instantia sit vehemens, & magna, non etiam modica est iudicis integritas.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

Quæ contra Hortensiam mulierem adducuntur, 12 non tollunt, ni fallor, quæ aliàs ad eius fauorem scripsimus dum primò diximus testem falsum in redditione rationis, puniendum esse pœna falsi ordinaria, ad consil. Curtij Senioris 55. *sub numero 2.* quem refert, & sequitur Rim. Iun. *cons. 113. numero 37. & seqq.* Ea præsertim ratione, quia in testibus magis attenditur ratio, quàm dictum, secundùm Bald. *in l. conuenticulam, C. de Episc. & Cler.* & Ias. *in rubr. de iureiuran. colum. penult.* quos sic dicentes refert idem Rimin. *d. consil. 113. numero 38.*

Respondetur communem opinionem esse contra 13 Curtium Seniorem, & eius sequacem Rimin. *vbi suprà*, prout testatur Bertazzol. *cons. 8. numero 25. ad finem, & numero 26. & cons. 140. numero 4.* vbi dixit, nefas esse huic sententiæ contradicere, *& cons. 527. numero 10. libr. 2.* vbi pariter testatur de communi, & in specie reprobat Curtium Seniorem *vbi suprà* contrarium dicentem; & sicut hæc sententia contra Curtium est communis, ita etiam aliàs in iudicando Mediolani seruata, prout testatur Catel. Cotta *in memorialib. in verb. testis qui deposuit illud, versicul. Et idem etiam in teste qui deposuit verum*, quem post alios, quos allegat, refert etiam, & sequitur Petr. Caball. *resolut. criminal. cas. 38. num. 1. & seqq.* nec dissentit Baiard. ad Clar. *in §. falsum, numero 35.* Et sicut hæc contraria opinio, communis, & verior est, ita etiam non obstat ratio per Riminal. adducta, quòd scilicet in depositionibus testium magis attendatur ratio, quàm dictum: nam hæc conclusio verissima est, ad effectum, vt testis probet, vel non probet, & vt testis depositio

valdetur

validetur, vel consideretur, prout loquuntur, & Baldus, & Iason, & alij Doctores ad id per eum allegati, non autem ad hoc vt testis de falso puniatur, prout in terminis declarat Menoch. *lib. 5. præsum. 22. num. 23. & 24.* Et hoc vltimum sit dictum ex abundanti, cùm sufficiat probasse contra Curtium Seniorem, & Rinnalduni, esse communem Doctorum sententiam, à qua in iudicando omissa omni disputatione recedendum non est.

14 Dum secundò ad excludendam prædictam mulieris defensionem dicitur in processu non constare, quòd ista mulier verum dixerit, cùm nullus ex testibus examinatis deponat ea, quæ ipsa deposuit, præter aliam mulierem Catherinam, quæ similiter falsa prætenditur, quia eius depositio non conuenit cum alijs testibus, qui præsentes fuerunt, & audiuerunt Petrum Paulum alloquentem in domo Laurentij, & ideo falsa in ratione, præsumatur etiam falsa in dicto, per regulam, quòd falsus in vno, falsus in omnibus. *cap. si ad scripturas 9. distinct.* Bald. *in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet.* Marsil. *cons. 70. num. 8.*

15 Hæc obiectio tollitur ex facto, quia, vt in alia informatione dixi super quarto fundamento, depositio Hortensiæ aliud in substantia non concludit nisi extraiudicialem confessionem testium, Hieronymi scilicet, & Petri Pauli, præsertim, & respectiuè in domo Laurentij de corruptione, & subornatione; quæ quidem extraiudicialis confessio non solùm quoad Hieronymum coadiuuatur ex depositione Catherinæ, vt ex aduerso non negatur, sed etiam quoad Petrum Paulum verificatur ex depositione eiusdem Catherinæ, Laurentij, & Bartholomæi Medori, & Bononij testium aliàs ad fiscum instantiam examinatorum. Qui omnes sic de extraiudiciali confessione deponentes iuncta depositione alterius testis dicentis se præsentem fuisse dationi pecuniarum, absque dubio concludenter corruptionem probant ex alias allegatis in dicto quarto fundamento. Quibus nihil video ex aduerso responsum.

16 Quòd Catherina prætendatur falsa, parum refert, quia non sufficit hoc prætendere, nisi probetur, & quòd eius depositio non conueniat cum alijs testibus, qui præsentes fuerunt, & audiuerunt Petrum Paulum alloquentem in domo Laurentij, oportet exprimere in quibus discordet, & tamen, vt aliàs dixi, vt de corruptione testium dicatur apparere, sufficiunt præsumtiones, Guido Papæ *cons. 75. per tot.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1340. num. 1.* præsertim in casu nostro, in quo nunc agitur, non ad condemnationem testium corruptorum, sed ad rei defensionem, Aym. *cons. 159. num. 9.* Ceph. *cons. 140. num. 13. lib. 1.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præs. 48. n. 8.* Hondod. *cons. 112. n. 28. lib. 1.*

17 Dum tertiò ad effectum infligendi huic mulieri ordinariam falsi pœnam, & quòd verum deposuisset, cùm ipsa istud verum ignoraret, ponderatur eius depositio in illis verbis, *Fantino disse, che pregasse Dio, che suo fratello vscisse di prigione, perche m'haueria fatto qualche poco di bene, & io che meschina pouerella con speranza d'esser aiutata feci questo esamine.* Quo casu cùm ex sua depositione vtilitatem speraret, cessat falsi (vt ex aduerso scribitur) pœna extraordinaria, & intrat ordinaria, vt per Paul. de Castr. *in l. dolum, C. de dolo. vers. Item quando quis.* Felyn. *in c. si autem, n. 2. vers. dummodo tale mendacium sit ei proficuum,* Gabr. *lib. 7. conclus. 13. n. 6.*

18 Respondetur primò, quòd hæc Hortensiæ depositio fuit per eandem meliùs declarata in tortura ipsi illata, ad hoc vt corrumpentem, & subornantem reuelaret, dum respondit, *Io non mi son mossa per altro, che per compassione, che sono stata nel suo vicinato vn pezzo, & ne hò hauuto semper mille seruitij, che quello domandano mi danaue.* Et huic dicto in tortura magis videtur standum quàm primo, per regulam quòd tortura habet præsumtionem, vt in ea quis semper magis veritatem dicere dicatur, quàm extra eam, de qua per gloss. *in l. edictum, in verb. efficacissima* & ibi Alber. *n. 3. ff. de quæst. cum vulgar.*

19 Respondetur secundò, quòd doctrina Pauli de Castro, Felyni, & Gabrielij *in locis prædictis*, dum considerant dolū in depositione propter vtilitatem, quam testis reportat ex ea, loquuntur (si bene eius dicta ponderantur) non solùm quando quis affirmat pro certo id quod testis ignorat, sed etiā quādo id, quod affirmat, reperitur falsum, & sic constat de cōtrario eius, quod deposuit, & de mendacio, prout expressè etiam sic loquitur Alex. *in d. l. dolum*, quod non applicatur casui nostro, in quo, vt suprà probaui, mulier deposuit verum, licèt illud verum ignoraret.

Respondetur tertiò, quòd prædicti ex aduerso alle- 20
gati Doctores nihil prorsus dicunt de pœna ordinaria, vel extraordinaria, prout ad id allegantur, sed solùm dicunt, quòd ex mendacio proficuo dolus præsumitur, & hunc dolum præsumtum latæ culpæ æquiparat, Paul. de Castro *in d. l. dolum.* Dolus autē præsumtus nō ordinaria pœna, sed extraordinaria puniri debet, Tir. *de pœn. temp. cons. 15. n. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 1. cap. 4. n. 17.* Nunquam autem pro præsumto dolo corporalis pœna imponi potest, Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. sub num. 135.* Bursat. *cons. 152. n. 22. lib. 2.* Hondod. *consil. 106 num. 34. lib. 2.* Mascard. *conclus. 530. num. 6. lib. 1.* vbi de communi.

Prout nec lata culpa dolo æquiparatur quando agi- 21
tur de imponenda pœna corporali, gloss. *in l. in actionibus, in verb. non etiam ob culpam,* & ibi Bald. *col. 2. vers. Item fallit in pœnis corporalibus,* Ias. *n. 26.* & Dec. *num. 19. ff. de in lit. iuran.* Et in specie quòd testis deponens sub spe præmij, seu vtilitatis, non tamen promissæ, non dicatur corruptus, voluit Bald. *in cap. placuit, n. 1. de rescript.* licèt forsan probationem non faciat, Mascard. *conclus. 454. n. 4. lib. 1.* Sic & testis corruptus pecunia ad dicendum verum, quod ipse ignorat, quòd non puniatur pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria, Boss. *in tit. de oppos. contra testes, num. 151. ante fin.* post Dec. quem allegat *in cap. 1. num. 4. & seqq. extra de test.* Clar. *in §. falsum. vers. sed quid è conuerso.*

Prout nec testes corrumpēns isto casu ordinaria falsi 22
pœna puniri potest, Boss. *vbi supra num. 146. & seqq.* Petr. Caball. *resolut. crim. lib. 1. cas. 38. num. 3.* post Anchar. & alios, quos allegat; ergo multo minus ordinariè puniri debet mulier hæc, quæ nec prece, nec præmio, nec promissione aliqua pro certo affirmauit id, quod ignorabat, sub spe paruæ vtilitatis, vt ipsa deponit.

Dum quartò ad effugiendum inutilitatem depositio- 23
nis Hortensiæ, eò quia talis depositio nullum attulit nec afferre poterat, præiudicium in causa, dicitur, quòd coniuncta cum dicto Catherinæ, quæ est cum ea contestis, sufficiebat ad conuincendum testem pro fisco examinatum de extraiudiciali confessione, & sic ad torturam, ad glos. *in l. capite quinto. in gloss. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* cum alijs ex aduerso allegatis.

Responsio patet ex veritate facti secundùm quam 24
apparet Hortensiam, & Catherinam non esse contestes, nec in dicto, nec in loco, & tempore, prout ex aduerso prætenditur, cùm Catherina deponat de extraiudiciali confessione Hieronymi, & Hortēsiæ de auditu ab Agnete vxore dicti Hieronymi, & ambæ diuerso loco, & diuerso tempore. Et tamen certum est, quòd ad inferendum torturam ex confessione extraiudiciali illa debet probari per contestes, Carer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. septimum indicium, num. 8.* Foller. *in pract. crimin. in verb. & si confitebuntur, par. 2. num. 2. opin. 136. n. 6.* Bursat. *cons. 166. num. 20. & seq. lib. 2.* Vltrà quòd ad effectum inferendæ torturæ ex confessione extraiudiciali testes eam probantes debent esse omni exceptione maiores, Bero. *in cap. & si clerici, num. 157. extrà de iudic.* Mulieres autem omni casu nunquam reputantur integræ fidei, nedum maiores omni exceptione, *cap. forus, in fine, & ibi gloss. in verb. fœmina. de verb. significat.* Aym. *consil. 99. num. 5.* Dec. *in l. fœmina, num. 36. vers. & casu quo mulier, ff. de reg. iur.* & vbique passim & communiter Doctores.

Dum quintò ego dicebam, quòd ad probādum quòd 25
ista mulier non pœna falsi, sed mitiori plectenda erat, eò

quia non ad offensam, sed ad defensam testificata fuerat, ad tradita per Marsil. & alios per me allegatos. Ea aduerso dicitur contrariam opinionem esse veriorem, vt latè scripsit Moncada *in addit. ad Crot. in tract. de testib. n. 382. & seq.* vbi in specie respondet argumentis Marsilij. Videatur Moncada in loco præallegato, qui licèt asserat in via disputatiua contra Marsilium, posse tamen teneri conclusionem per me firmatam, & veram, & in iudicando sequendam affirmat, & etiam quòd non affirmaret, dubium non est quòd opinio Marsilij est communis, vt videre est apud Boss. *in tit. de fals. post num.* 138. Foller. *in pract. crimin. in verb. item quòd commisit falsitatem. n.* 7. Pract. Conradi *rubr. de falsar. n.* 28. *vers. non tamen idem, fol.* 398. Bertazzol. *consil.* 218. *n.* 1. *& consil.* 247. *num.* 12. Petr. Caball. *resolut. crimin. tom.* 1. *cas.* 165. *num.* 23. *& seq.*

26 Nec facit quòd dicatur Hortensiam deposuisse non solùm contra fiscum, sed etiam contra adhærentem, & testes, eos inculpando de subornatione, & quòd propterea intrat pœna ordinaria falsi, cùm eius depositio euidenter sit nocibilis: nam licèt etiam deponat contra adhærentem, & testes, principaliter tamen deponit, & inducta est ad defensionem carceratorum, & sic intrat, vt aliàs dixi, regula, quòd attendi debeat id quod principaliter agitur, non autem id quod in consequentiam venit, & nihilominus præsuppositum ex aduerso factum, quòd eius depositio fuerit nocibilis, non sustinetur in facto, vt suprà probaui.

27 Dum secundò dicitur quòd saltim negari nō possit quin Hortensia sit periura, & de periurio teneatur, & sic pœna fustigationis, vt per Roman. *sing.* 425. quem refert & sequitur Baiard ad Clar. *in §. periurium, numero* 7. Decian. *libro 6 cap.* 13. *numero* 24. Primò respondetur Romanum loqui in periurio commisso ab aliqua persona infami, & Decian. loquitur in periurio commisso ab eo, qui iurauit per Genium Principis.

28 Secundò, & his circumscriptis veritas est, quòd pœna periurij non est fustigationis simpliciter, sed extraordinaria, & stellionatus. Bellapēr. *in l. si quis maior, colum.* 2. *ante med. vers. dico, quòd condemnatus crimine stellionatus*, & ibi Cyn. *numero* 2. *ad fin.* Butrig. *colum.* 1. *ad med. vers. aut periurat deliberatè periurando*, & Cagnol. *numero* 126. *versicul. Et sic potiùs, C. de transaction.* idem Bellapet. *in l.* 2. *colum.* 2. *in princip. versicul. sed opponitur*, & ibi etiam Cyn. *num.* 3. Bald. *numero* 1. *versicul. Quartò quòd punsatur*, Alber. *colum.* 1. *ante finem, versicul. si autem*, & Io. Sichar. *numero* 4. *versic. aut iurat aliquis, C. de reb. credit.* per text. quem allegant *in l. fin. ff. de crimin. stellionat.*

29 Tertiò ex præallegatis infertur quòd sicut pœna testis falsi, quæ arbitraria est, in casu nostro admodum mitiganda venit, ex rationibus prædictis, ita, & multo magis minuenda est pœna periurij, cùm & certum sit periurij pœnam, aut locum non habere, aut leuiorem satis imponendam, si illud sine dolo fuerit commissum, *l. qui iurasse, post princip. ff. de iureiurand. l.* 5. §. 1. *iuncta l. fin. ff. de crimin. stellionat. cap. quæritur, §. item opponitur,* 22. *quæst.* 2. Boss. *in tit. de periuriis, numero* 5. *versicul. Non est tamen*, Catel. Cotta *in memorialib. vers. periurium non committitur sine dolo.* Et à periurij pœna excusat qualibet causa etiam iniusta, & credulitas etiam fatua, Cephal. *consil.* 24. *numero* 19. *& consil.* 265. *num.* 4. Decian. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 15. Baiard. ad Clar. *in §. periurium, num.* 14. Nec periurium committitur ab eo, qui credens dicere verum, falsum asserit medio iuramento, vt per Vincent. Mancin. *in tract. de iuramento, par.* 5. *in princip. num.* 9. post Tiraquell. Decian, & Seraphin. *in locis per eum relatis.* Et quidem si falsi testis pœna ordinaria non intrat, quando depositio, aut non habuit effectum, aut non attulit præiudicium, aut si aliunde de veritate depositionis constiterit, aut si sic falsum quis deposuit credens dicere verum, & multo magis si ad defensionem rei, vt aliàs plenè probaui, vtique nescio videre, cur, & ex causis prædictis periurii pœna minuenda non sit? Cùm, & testis falsis periurium committere dicatur.

30 Dum septimò, & vltimò dicitur mulierem hanc minimè excusandam ob fragilitatem sexus, ex quo in eius falsa depositione interuenit dolus verus, ad ea, quæ scripsi *in tit. de pœn. temper. quæst.* 98. *n.* 16. *&* 17. Retorquetur fundamentum, quia, vt suprà probaui, etiam, quòd in ista muliere adesset aliquis dolus propter vtilitatem, quam reportare sperabat ex sua depositione, prout re vera non aderat, adhuc iste dolus erat præsumtus, & non verus, & à dolo præsumto mulier excusetur, ex alleg. per me *dict. n.* 16. *&* 17. Ex quibus omnibus hanc mulierē, aut non puniendam, cùm satis in carceribus luerit, aut leuissimè puniendam facilè affirmari posse crediderim.

Cùm mulier hæc diu carcerata stetisset, subsequuto partis consensu fuit relaxata, cùm satis luerit in carceribus.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De testium fide, ac probatione, & præsertim Biroariorum contra aliquem deponentium, & de homicidio in rixa commisso, quomodo in eo procedendum ad torturam, seu condemnationem.

SVMMARIVM.

Testibus Birroarijs non credendum, quia repelluntur à testimonio, num. 1. *Præsertim si dicant se vulneratos, aut percussos ab aliquo, num.* 2. *vbi etiam quòd vix talis depositio aperit viam iudici ad assumendum informationes.*

Testis dubia depositio pro non depositione reputatur, num. 3.

Testis alternatiuè deponens nihil probat, n. 3.

Testis deponens de credulitate sua nihil probat, etiam quòd dicat se pro certo credere, n. 3.

Testis falsus reputatur deponendo de nocte vidisse hominem lumine non accenso, & luna non lucente, num. 4.

Testes examinati pro curia informatione plenè probant contra curiam, n. 5.

Testis contrarius sibi ipsi in sua depositione nihil probat, num. 6.

Testis, qui in rixa interuenit, deponens de vulnere illato ab alio, dicitur deponere ad sui exonerationem, & nihil probat, n. 7. *&* 8.

Testis affectatè & animosè deponens non probat, n. 9.

Testis varius sibi, & in sua depositione nihil probat, num. 10.

Testibus contrarijs inter se minimè credendum, n. 11.

Rixantes si fuerint duo, & vnus eorum mortuus reperiatur, præsumitur à corrixante occisus, n. 12.

Rixa à pluribus incepta, si in ea vnus reperiatur mortuus, omnes ad torturam poni possunt, num. 13. *Et si in tortura perstiterint erunt absoluendi, num.* 14. *vbi adhuc quòd poterit aliqua leuis pœna pecuniaria imponi.*

Homicidio à pluribus commisso, & nesciatur à quo, quomodo sit procedendum ad torturam seu condemnationem, n. 13. *&* 14.

Bannum, & contumacia de se sola facit indicium ad torturam, n. 15.

Delictum difficilis probationis dicitur illud, quod à pluribus commissum est, n. 16.

Delictum commissum noctis tempore dicitur difficilis probationis, num. 16.

Indicia leuiora ad loquendum sufficiunt in delictis difficilis probationis, n. 16.

CONSI

CONSILIVM CXVI.

1 Viso processu formato ab Illustr. admodum, & Excellentissimo D. Capitaneo Iustitiæ Ciuitatis, & status Senarum contra nobilem Aliprandum Celsum, & alios Inquisitos de resistentia facta Curiæ, & de vulneribus illatis in birruarios, & homicidio inde sequuto, requisitúsque ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Archiepiscopo eiusdem Ciuitatis, Domino meo colendissimo, vt pro veritate dicerem, quid præcipuè sentirem de Aliprando, nunquid scilicet contra ipsum ex eodem processu vrgeant tot indicia, quibus si se, prout alij fecerunt, constitueret, iure torqueri potuisset, nec ne. Respondeo prima quidem facie ex d. processu nulla ad Aliprandum torquendum sufficientia indicia apparere. Et strictè perstringendo testes contra ipsum deponentes, primo loco intrat depositio Candelori Locumtenentis Bariselli, qui licèt in substantia videatur deponere se fuisse vulneratum ab Aliprando, eius tamen dictum omnino prosternitur ex infrascriptis; & primò quia birruarius ideo è testimonio repellendus, præsertim in criminalibus, Bald. *in l. fin. n. 47. ad fin. in 2. quæst. C. de edict. diu. Adrian. tollen. & in l. etiam, n. 5.* & ibi etiam Salic. *C. de test.* Lanfranc. *de test. ad cap. quoniam contra, in verb. testium depositiones, n. 64. vers. quid de birruario*, & ibi adden. *extrà de probat.* Graminat. *vot. 21. n. 1.* Bero. *7. 84. n. 1.*

2 Secundò, & eo minus huic birruario credendum est, quòd dicit se fuisse vulneratum ab Aliprando, quo casu, & inimicus, & accusator reputatur, Franc. *in c. cùm parati, n. 35. in fin. de appellat.* Ias. *in l. properandum, §. siquidem in 6. notab. C. de iudic.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. num. 6.* Franc. Marc. *dec. 51. n. 2. & seq. part. 1.* Et propterea isto casu birruarij dictum vix aperire iudici viam ad assumendum informationes, dixit Boss. *in tit. de denunc. sub n. 12.* Iodoch. *in pract. crimin. cap. 55. n. 31.* Ceph. *consil. 241. num. 71. lib. 2.*

3 Tertiò non concludenter, sed dubitatiuè, & per verbum credo deponit, *dicendo, mi fu tirato vn colpo sul capo da Aliprando Celsi, ò vero da Scipione Chigi da vno di questi infallantamente, mà credo più che fusse Aliprando.* Testis autem dubia depositio, pro non depositione à iure reputatur, Angel. *in leg. in ambigua, num. 10. ff. de legat.* Socin. *in leg. 1. numer. 9. ff. si cert. petat.* Ias. *in leg. 1. numer. 13. in fin. & numer. 20. ff. de iust. & iur.* Et de teste deponente per dictionem alternatiuam, quod nihil probet, per text. *in l. vbi autem non apparet, §. qui illud ff. de verb. oblig.* scripserunt Alexand. *consil. 82. numer. 2. libr. 2.* Berttand. *consil. 300. numer. 19. part. 1.* Crot. *consil. 123. numer. 10. libr. 1.* Et de teste dicente se pro certo credere quòd nec etiam aliquid probet nisi suæ credulitatis rationem afferat, voluit Bald. *in cap. cùm causam, num. 64. de test.* Felyn. *in cap. quoties, num. 7. in fin. extrà eodem*, Alex. *consil. 45. num. 2. lib. 2.*

4 Quartò idem testis iure reputari potest falsus, quia vt ipse asserit, si laternæ erant extinctæ, nec lumen apparebat, nec propterea potuit videre alios, qui postea & incontinenti ipsum vulnerarunt, sequitur, quòd nec etiam ex eadem ratione potuerit videre Aliprandum. Testis autem de nocte deponens se vidisse aliquem hominem lumine non accenso, aut Luna non lucente, vt falsarius reprobari potest, Ias. *in l. si non speciale, n. 10. C. de testam.* Felyn. *in c. sicut, post n. 5. extrà de re iudic.* Brun. *consil. crim. diuers. 115. n. 35. n. 2. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. libr. 2. cas. 289. n. 35. & seq. & cas. 525. n. 13.* Qui propterea dicunt testem hunc de falso puniri posse.

5 Quintò idem testis conuincitur de falso ex depositionibus Iacobi alterius birruarij, & Ludouici de Leonardis etiam birruarij deponentium, *Che il primo colpo al Luogotenente fu tirato dalla banda di dietro.* Ideo non potuit idem Locumtenens Aliprandum retro vulnerantem videre, prout deponit, & cùm iste Iacobus, & Leonardus sint testes Curiæ, vtique plenè probant contra curiam, Aym. *consil. 100 n. 23.* Socin. Iun. *consil. 69. n. 11. lib. 1.* Gabr. *tit. de testib. concl. 1. post num. 14. lib. 1.* Bursat. *cons. 311. n. 21. & cons. 316. n. 21. lib. 3.*

6 Succedit secundo loco contra Aliprandum, alter testis birruarius, nempe Vincetius aliàs Montelupus, qui in substantia deponit se fuisse vulneratum ab Aliprando, & quòd idem etiam vulnerauerit Locumtenentem, iste, inquam, testis patitur primam & secũdam exceptionem, quam patitur alter, & insuper est sibi ipsi contrarius, cùm in primo examine dicat, *Che Aliprando tirò tutti li colpi al Luogotenente*, in secundo, *Che sà che gli diede il primo colpo solamente, gl'altri non sà, chi gli disse perche non lo vidde.* Et consequenter nihil probat, *cap. licèt causam*, & ibi notant omnes, *extrà de testib.* Iacob. Butrig. *in tract. de testib. rubr. de contrariet. test. n. 1.* Marsil. *in l. eos, n. 1. in 1. notab. ff. ad leg. Cornel. de fals. cum simil.*

7 Succedit tertio loco Hieronymus Lolius, vnus ex inquisitis, qui in substantia deponit quòd vidit Aliprandũ vulnerasse Montelupum birruarium, & fratrem birruarium occidisse; sufficeret huic testi dicere, quod deponit ad se exonerandum, cùm sit inquisitus, & carceratus de iisdem vulneribus, & delicto, pro quibus est inquisitus Aliprandus, prout in terminis scripserunt Alber. *in tract. test. cap. 4. num. 68.* Campeg. *de test. reg. 86. in 3. fallentia*, Iac. Port. Imol. *consil. 96. n. 10.* Bertaz. *consil. 60. n. 9. & cons. 71. n. 29. & consil. 225. n. 41 & seqq.* Hppol. Rimin. *cons. crimin. diuers. 82. n. 23. lib. 2.*

8 Sed amplius iste testis verisimiliter fuit ipse ille, qui & Montelupum, & fratrem vulnerauit, cùm ab illis captus respectiuè detineretur, fuerit inuentus cum Alabarda birruarij occisi, & sic quicquid deposuit contra Aliprãdũm, ad se ipsum exonerandum deposuit, ad tradita per eundem Albericum *in tract. de testib. dict. c. 4. num. 15.* Lanfranc. *de test. b. n. 68. & in addit. litera* (). Franc. Curt. *de test. conclus. 58. numer. 18.* Boss. *in titul. de oppos. contra testes, num. 57.*

9 Adhuc testis iste minus probat, & se validè suspectum reddit, cùm si bene inspiciatur eius depositio, multum affectatè & animosè deponit, Aym. *cons. 2. n. 6. & cons. 249. n. 5.* Saltim negari non potest, Gribald. *de testib. n. 11.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, n. 25.* Roland. *consil. 7. n. 10. lib. 1.* Et propterea hoc animaduertens D. Capitaneus ipsum torqueri mandat, ex quo deponit inuerisimilia, nempe quòd Aliprandus solus omne maleficium commiserit, & quòd Aliprandum inculpat ad se ipsum, & alios exonerandum.

10 Et rursus non sunt omittenda mendacia, & variationes eiusdem testis, cùm in primo examine dicat, *Che Aliprando fu quello che tirò al berro, che lo teneua.* In secundo deponit dubitatiuè, *se non fu Aliprando.* In primo, *quello che mi teneua la prima volta, era il frate sbirro, pare à me, che anche non me ne possa assicurare.* In secundo explicitè, & affirmatiuè, *Il frate sbirro.* In primo examine, *che gli tirò vn imbroccata, & due altri colpi.* In secundo, *non sò se gli desse due, tre, ò più colpi.*

11 Et demum non est omittenda contrarietas inter istum testem, & Iacobum birruarium, testis enim deponit, *che mẽtre staua in mano della corte comparse vn giouano senza cappello con spada sfoderata*, volens intelligere de Aliprando, 12 prout infrà expressè deponit, *Venne alla volta nostra, & tirò, à quel famiglio, che mi teneua*, volens intelligere de Montelupo, *dal qual huomo con spada sfoderata, fu in vn stesso punto arriuato, & sopragiunto con vn imbroccata, & altre ferite vno de famigli*, intelligens de fratre, *& finche non cadde non si fuggì via.* Et sic concludit quòd Aliprandus solus in eodem instanti vulnerauerit, & Montelupum, & fratrem. Iacobus autem birruarius dicit, *che hauendo visto arriuare tre, che due haueuano le spade nude, il frate ne pigliò vno per vn braccio, & disse, piglia questo, & hauendogli messo le mani nelli calzoni, vno di essi tirò vn colpo al frate, & lo colse in la testa, come anco vno di ques trè, menò vn man riuerso al Montelupo, & lo ferì nella sommità del capo*, & sic contrarietas inter istos testes est manifesta. Primò quia Lollius deponit, quòd solus Aliprandus occurrit, birruarius autem, quòd tres ocurrerunt, Lollius quòd Aliprandus vulnerauit Montelupum,

& fratrem,

& frattem, nirttiarius quòd vnus vulnerauit Montelupum,& alius frattem. Quare nihil huic Hieronymo credendum esse propter prædictam coottarietatem inter vnum,& alterum testem Curiæ, dubitandum non est, ad trad. per Bald. *in l. sed, & si possessori, §. & si verum, ff. de iureiuran.* Nell. *in tract. de test. num.* 215. Boss. *in tit. de oppos. contra testes, sub numero* 15. *cum simil.* Omitto, quòd iste idem testis est etiam falsus cùm deponat se bene vidisse Aliprãdum ex quo Luna primùm lucebat, cùm alij dicant, quòd nec Luna lucebat, nec lumen apparebat.

12 Ex quibus omnibus, licèt in facto & iure verissimis, sustineri posset ex depositionibus testium prædictorũ non resultare legitima ad torquendum indicia: re tamen meliùs ruminata, & discussa, etiam dictis depositionibus circumscriptis contrarium respondendum esse multo verius existimarem, ex infrà scriptis. Et primò, quia certissimi iuris est quòd quando insimul duo rixantur, & eorum vnus vulneratus seu mortuus reperitur, à corrixante mortuus & occisus præsumitur, Ang. *de malef. in verb. fama publica, numero* 18. *vers. & idem ibi dicit.* Cason. *de indic. tract.* 10. *cap.* 1. *rubr. de indic. per visum, numero* 14. *& seqq.* Blanc. *de indi. numero* 102. Brun. *de indic. par.* 1. *quæst.* 4. *num.* 7. Marsil. *in l. repeti, numero* 29. *ff. de quæst.*

13 Secundò, & magis in specie in rixa à pluribus commissa quando ex vna parte vnus, aut plures vulnerati, & occisi reperiuntur, & certum est quòd ab alijs alterius partis vulnerati, & occisi fuerunt, sed nescitur à quo, vel à quibos, tunc propter istam incertitudioem contra omnes ad sciendum, quis eorum vulnerauerit, & occiderit, poterit ad torturam deueniri, ex allegat. per Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cas.* 362. *numero* 20. *versicul. poterit tamen iudex.* Cartar. *de exequut. sent. cap. fin. numero* 246. & nouissimè per Petrum Caball. *resolut. crimin. cas.* 192. *numero* 13. *& seq.* vbi ita in practica seruari testatur, licèt alij ibi per eum relati contrarium dixerint.

14 Bene fateor, quòd etiam omissa tortura, poterit iudex propter incertitudinem prædictam omnes in pœnam extraordinariam coodemnare, Marsil. 217. *& cons.* 39. *n.* 45. *& seq.* Boss. *in tit. de homicid. numero* 26. *in fine,* Ant. Gomez *de delict. rubr. de homicid. cap.* 3. *numero* 36. *in* 3. *conclus.* Roland. *cons.* 63. *per tot. lib* 2. Sed si maluerit poterit etiã, vt dixi, torturæ viam eligere, & si toti persstiterint, erit locus absolutioni, & oon condemnationi, secundùm opinionem Blanc. *de indic. numero* 127. *in fin.* seu potius condemnationi in leuem pœnam pecuniariam, ioxta trad. per Paris. *consi.* 148. *numero* 2. *in fine, & 3. etiam in fine, lib.* 4. iuxta qualitatem & quantitatem torturæ illatæ.

15 Tertiò ad sic dicendum me multum mouet fuga & contumacia Aliprandi, propter qoam fuit in pœnam capitis & confiscationis bonorum bannitus. Ex hoc enim solo banno, iudicem contra ipsum posse ad torturam deuenire, est originalis doctrina Bald. *in l.* 1. *numero* 13. *C. de hered. inst.* Ang. *in l. iniuriarum, § si quis decretis, ff. de iniur.* Amad. *in tract. syndicat. numero* 259. Grammat. *consil.* 12. *numero* 21. Clar. *in pract. quæst.* 64. *versicul. sed nunquid bannitus,* Menoch. *de præsumt. lib.* 1. *quæst.* 89. *numer.* 41. Petr. Caball. *resolut. crimin. cas.* 110. *numero* 15. vbi quòd ita quotidie practicatur.

16 Quartò non parui ponderis est qualitas delicti, nempe difficilis probationis, tum propter incertitudinem delinquentium, ex allegatis per Monticell. *reg. crimin.* 11. *numero* 14. Tum etiam, quia de nocte commissum, ad gloss. *in l. si cum exceptione, §. in hac. in verb. ignorantia, ff. quod met. caus.* Bald. *consil.* 77. *numero* 5. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 24. *numero* 8. *lib.* 2. Grammat. *consil.* 22. *numero* 15. Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante torturam, numero* 71. *& seq.* Et propterea leuiora ad torquendum indicia sufficere nemo est qui dubitet. Et ita pro veritate responsurus iurisesse censeo ego Prosper Farinacius Iuris Consultus Romanus.

Prosper Farinacins I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Hæreticorum laicorum bona ipso iure propter hæresim confiscata, an applicentur Principi, seu fisco seculari, an verò Cameræ Apostolicæ, seu Romanæ Ecclesiæ, & an sancto inquisitionis officio, & quando etiam diuidantur in duas, seu tres partes, & quomodo.

SVMMARIVM.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, cui applicentur, non videtur hodie bene resolutum, n. 1.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, de iure ciuili applicantur fisco Principis secularis, num. 2.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, applicantur de iure Canonico fisco, & principi seculari, nõ supremo, cui hæreticus mediatè subiectus est sed feudatario, cui immediatè est subditus, num. 3.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, Princeps, seu fiscus secularis non occupat, nisi præcedente declaratoria sententia iudicis ecclesiastici, num. 4.

Bona hæreticorum laicorum confiscata ipso iure, applicantur Principi seculari non supremo, cui hæreticus mediatè subiectus est, sed feudatario, cui immediatè est subditus, num. 5.

Bona laicorum hæreticorum ipso iure confiscata, cui fisco applicentur attendenda sunt constitutiones nouæ, decreta, & statuta particularia, non principis secularis, sed Pontificis, num. 6. *& seq.*

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure ex constitutione Innocentij IIII. Alexandri IIII. & Clementis IIII. diuiduntur in tres partes, num. 9. *& n.* 11 *licèt alij contrà n.* 10. *Quæ tripartita diuisio habet locum non solùm in Italia, sed etiam extra Italiam, n.* 12. *&* 13.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, hodie applicantur Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, vbi non adsunt Inquisitores, n. 14 *&* 15 *vbi autem adsunt inquisitores, omnia hæreticorum bona applicantur sancto officio, num.* 16. *licèt alij contrà, n.* 17.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure secundùm aliquos diuidũtur in duas partes, quarum vna applicatur sancto officio, alia autem Cameræ Apostolicæ, seu Romanæ Ecclesiæ, num. 18.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure, cuinam applicentur, seruanda sunt consuetudines locorum, dummodo sint rationabiles, legitimè præscripta, & conformes iuribus, & Papalibus constitutionibus, numero 19.

Bona laicorum hæreticorum, confiscata ipso iure, cuinam applicentur de consuetudine Hispaniæ, n. 20. *Quid de consuetudine Placentiæ, num.* 21. *Quid de consuetudine Mantuæ, n.* 22. *& quid de consuetudine Mediolani, num.* 23.

CONSILIVM CXVII.



A Clarissimo viro interrogatus fui nũquid bona laicorum hæreticorũ ipso iure confiscata 1
Principi, seu fisco seculari, an verò sancto Inquisitionis officio Romanæ Ecclesiæ, seu Cameræ Apostolicæ applicanda sint, & quomodo? Respondi, quæstionem non videri adhuc forsan bene resolutam, cùm in occurrenti casu plura eruditissimorum Iuris Consultorum responsa præ manibus habuerim, quorum aliqui secularibus Principibus nimis faueotes

fauentes, aliqui autem sancto Inquisitionis officio & Romanæ Ecclesiæ veriùs assentientes, quisque sententiam suam præ viribus defendere conatus est, quare vt incipiam cum Francisco Pegna ad Eymericum in Directorio Inquisitorum p.3. quæst.109. Comment.158. fol. mihi 714. colum.1. in fine, vers. Hæc sunt magis præcipua, & fol.717. col.2. vers. ex omnibus, &c. bene esset quòd summus Pontifex lege lata sanciret, ac constitueret quod omnino seruandum esset circa hanc bonorum hæreticorum applicationem, sic enim omnia Iurisperitorum responsa tacerent, quorum fortasse nonnulli humano affectu ducti, illis fauent, à quibus temporale aliquod commodum vel acceperunt, vel accipere sperant, etsi contra veritatem, & contra vtilitatem, honorem, & incrementum sacrosancti officij Inquisitionis cõsulant, & respondeãt; verùm vt propositæ mihi consultationi respondeam, omissis argumentis, & rationibus, quæ hincinde adduci possent, viaque disputatiua penitus derelicta, & resolutiuè secundùm magis communes & approbatas Doctorum sententias procedendo, dubitationem hanc in quatuor inspectiones diuidendam putaui, in quarum prima, quid de iure Ciuili, in secunda, quid de iure Canonico, in tertia, quid per alias Pontificum constitutiones, & in quarta, quid consuetudine statutum & approbatum sit, dilucidè pertractabo.

2 De iure Ciuili, res est expedita, quòd bona laicorum hæreticorum ipso iure confiscata, Principi seculari applicantur, ad text. in authen. Gazaros. C. de hæret. vbi licèt non declaretur, ad cuius fauorem & vtilitatem hæreticorum bona confiscentur, dubium tamen non est, quòd cùm confiscationis pœna à Principe seculari statuta sit, illius fisci vtilitati cedit, & hæc sententia contradictorem non habet; verùm quia in applicatione bonorum hæreticorum confiscatorum, seruandum est, non ius Ciuile, sed ius Canonicum, quia hæresis crimen ecclesiasticum est, capit. vt Inquisitionis officium, §. prohibemus, de hæret. in 6. Hoc ideo in eo non leges ciuiles, sed canones seruandos esse, bene in his terminis docet Tabiena in verbo, Hæreticus, numer.7. versic. secunda verò conclusio.

3 De iure itaque Canonico, quòd bona laicorum hæreticorum ipso iure propter hæresim confiscata extra statum Ecclesiæ fisco seculari, in terris verò Ecclesiæ fisco Ecclesiæ applicentur, text. est in capit. vergentis, in princip. extrà de hæret. vbi sic dicitur, In terris verò temporali nostra iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari, & in aliis idem præcipimus fieri per potestates, & Principes seculares. Et ibi hoc adnotarunt gloss. in figuratione casus, in princip. Hostien. numer. 1. in verbo, Seculares, Henric. Boic. numer. 8. Anton. de Butrig. numer. 2. in 1. & 2. notabil. Abb. in summario, & numer. 1. & 2. Felyn. numer. 1. versicul. nota confiscationem, & versicul. Sed aduerte. Marian. Socin. in summario, & numer. 1. & 2. vbi proponit contrarium, & illi respondet, & Anan. numer. 3. versicul. nota quòd quando, & numer. 14. & 15. facit etiam text. in cap. excommunicamus il primo, §. damnati verò, extrà eodem. vbi postquam statutum fuit damnatos hæreticos, secularibus potestatibus relinquendos esse, subduntur hæc verba, videlicet, Ita quòd bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur. Et ibi per istum text. adnotarunt Anchar. num.4. Anton. de Butr. num.1. in figuratione casus, versic. ita quòd bona ipsorum, & numer.6. & in 6. notab. & Ioan. de Anan. post numer. 2. & sub numer. 3. Item facit text. in capit. cùm secundum, §. final. de hæret. in 6. vbi statuitur confiscationem bonorum hæreticorum nõ esse faciendam per Principes, aut alios dominos temporales ante sententiam iudicis ecclesiastici; ergo post sententiam dominos temporales posse hæreticorum bona occupare, permittit per regulam, quòd prohibitum vno tempore, alio tempore censeatur permissum, & ibi in specie adnotauit Franch. colum. final. versicul. si verò erat locus, est etiam gl. in Clem. 2. in verbo, Ecclesia, & ibi Imol. numer. 8. in fine, eodem titul. de hæret. Alberic. in l. Manichæos, numer. 1. in fine, versic. si sunt laici, & numer. 2. versic. Inquisitores tamen, C. de hæret. vbi subdit se audiuisse, quòd Inquisitores prætendunt de facto habere priuilegium confiscandi etiam bona laicorum officio Inquisitionis, Romanæ Ecclesiæ, quod tamen credit esse contra iura; Summa Angelica in verbo, Hæreticus, numero 5. Syluestrina in verbo, Hæreticus, §. 1. numero 13. in princip. Repert. Inquis. in verbo, confiscatio, versicul. nota quòd bona laicorum, & versicul. sequent. Felyn. consil. 10. numero 5. versic. sed in contrarium, vbi tacitè pertransit cum hac opinione Aym. consil. 128. numer. 6. versic. Secundò respondeo, qui tamen loquitur in bonis applicandis feudatario, Cater. in tractat. de hæret. sub numer. 135. versicul. Ita tamen quòd bona laicorum, Couarru. var. resolut. libr. 2. capit. 9. numero 12. Guido Papæ decis. 76. num. 1. & ibi in addit. litera A. Francisc. de Aluarott. consil. crimin. diuers. 84. numer. 1. & 2. in folio. Martin. Laudensis consil. crimin. diuers. 58. ante numer. 1. libr. 1. in folio (vbi tamen reseruat debitam portionem, si priuilegio, vel consuetudine, aliquid Inquisitori debetur) Ambros. de Vignate in tract. de hæret. q.20. num. 210. Tabiena in verbo, Hæreticus, num. 7. versic. Vnde idem Innocentius Tertius, vbi restatur, quòd ita * communiter scripserunt Doctores Canonistæ in dict. cap. vergentis (etsi hodie illam decretalem non seruari affirmat) Eymeric. in Directorio Inquis. part. 3. quæst. 108. numer. 3. & q. 110. versicul. respondemus, quòd confiscatio bonorum, & versicul. sequent. & q. 112. versicul. respondemus, quòd bona laicorum confiscantur, Repert. Inquis. in verbo, Salarium, versiculo quarto, ante finem, ibi, quibusdam tamen videtur. Conrad. Brun. in tractat. de hæret. libr. 5. cap. 6. numer. 8. Simanch. in Enchiridio, titul. 56. numer. 8. Arnald. Albertin. in repet. rubr. de hæret. in 6. q. 8. numer. 30. in 7. conclusione, vbi tamen se remittit ad ea, quæ scripsit latiùs in capit. cùm secundùm, eodem titul. Boss. in titul. de hæret. numero 33. Foller. in pract. criminal. in fragmentis, numero 10. Alphons. de Castr. de iusta hæret. punit. libr. 2. cap. 5. post princip. versicul. Nam qui hæreticus est. Roland. consil. 8. numer. 9. & sequentibus pluribus vsque ad numer. 35. libr. 3. vbi reiectis aliis opinionibus hanc tuetur sententiam, & communem dicit, item relati per Bursat. in consil. 43. numero 30. libro 1. Anton. Gomez de delict. capit. 2. rubr. de crimin. les. maiest. numer. 1. versicul. Item etiam est pœna confiscationis, Nauarr. consil. 20. numer. 1. titul. de hæret. vbi te- * statur de communi (licèt verius crediderit omnia hæreticorum bona ad fiscum Ecclesiæ pertinere) Peregrin. de iure fisci libr. 4. titul. 5. numer. 31. vbi de communi, Pegna in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquis. part. 3. quæstion. 109. comment. 158. fol. mihi 713. columna 1. versicul. Primum Dominus Innocentius. & versicul. sequent. & colum. 2. in fine, versicul. item Bonifacius Octauus, & folio 714. versicul. Eymericus ergo, versicul. sequent.

Et si bene verum sit, quod secularis iudex, cuius fisco 4 hæretici bona applicantur, non potest vllo pacto confiscare, nec dictorum bonorum possessionem apprehendere, nisi post sententiam iudicis ecclesiastici, text. est in cap. cùm secundum, §. confiscationis, de hæret. in 6. cuius verba sunt hæc, Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum ipsorum occupatio, fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super hoc fuerit promulgata, & ibi hoc adnotarunt gloss. in figuratione casus, versicul. Sed Sanctissime Pater, & in verbo, cùm secundum, versicul. sed apprehensio bonorum, Io. Monach. in princip. versicul. confiscationis tamen exequutio, & in verbo, promulgata. Archid. colum. 2. in fine, in verbo, confiscationis, Io. Andr. colum. fin. in verbo, promulgata, Gemin. in §. confiscationis, numero 1. & numero 3. & Franch. in eodem §. numero 2. Vbi tamen, quòd lata sentẽtia declaratoria à iudice ecclesiastico, statim iudex secularis sine alio iussu dicti iudicis ecclesiastici potest occupare bona confiscata, Io. Andr. in cap. vergentis, num. 20. in verbo, seculares, extrà de hæret. & ibi etiam Anchar. post numer. 1. Anton. de Butr. numero 7. & Card. Zabar. etiam numer. 1. in eodem verbo, seculares, Summa Rosella in verbo, Hæreticus, numero 14. in fine, Angel. in verbo Hæreticus, n. 5.

9.num.12.vers.quin & ipse Felynus, licèt & ipse etiam prædictas extrauagantes constitutiones in Hispania minimè seruari affirmet, Guglielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verbo, Et uxorem, num 244. ante finem, & num. 245. de testamen. vbi sic testatur fuisse diuisa bona Raymundi Comitis Tolosani fautoris hæreticorum, licèt illius bona feudalia, quæ à Rege habebat, Regi fuerint applicata, Incertus autor in forma procedendi contra Inquisitos de hæresi, rubr. de offic. & potestat. cuiuslibet Rectoris, num. 15. vbi referuntur verba dictæ constitutionis Clementis Quarti, Commen. in Lucerna Inquisitorum, sub vers. Bona hæreticorum secundùm quandam constitutionem. Et iterum infrà, in vers. sed dominus Felynus; vbi tamen hoc fortè procedere intelligit in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, de quo dixi infrà num. 12. Et de hac tripartita diuisione mentionem facit Tabiena referendo consilium Thadæi de Pepulis (licèt eam non sequatur) in verbo, Hæreticus, num. 7. in princip. vers. Vnde nota. vbi testatur hanc Innocentij Quarti, & Clementis Quarti extrauagantem vidisse plumbeam in Camera Inquisitoris Bononiæ, & iterum infrà in versic. Vnde temporibus Innocentij Quarti. Boss. in tit. de hæret. num. 33. vers. hodie tamen, Squillacen. in tract. de hæret. cap. 30. numero 2. vers. sed hodie; Vmbert. Locat. in iudic. inquis. in verbo, Fiscus, n. 1. in princip. ver. Et si olim bona hæreticorum diuiderentur in tres partes, relati per Rolan. (qui tamē eos non sequitur) in cons. 8. n. 10. 11. & 12. lib. 13 vbi duobus modis hanc tripartitam diuisionem bonorum hæreticorum distinguit; primo modo inter fiscum temporalem, inter Inquisitorem, & inter officium inquisitionis; secundo modo inter communitatem illius ciuitatis, in qua hæreticus damnatur inter potestatem, & officiales seculares, qui faciunt exequutionem contra hæreticum, & inter officium Inquisitionis, Bursat. cons. 43. num. 42. & parte seq. vbi alios refert, & præcipuè Roland (qui, vt infrà eum referam, contrarium tenuit) in cons. 75. numero 8. lib. 3 Clar. in pract. §. hæresis, numero 11. vers. dicit tamen Felyn. Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 44. n. 2. vers. Hodie tamen, & iterum infra vers. Attamen in terris Imperij, vers. & præterea. vbi testatur hodie seruari hanc trimembrem distributionem etiam in terris Imperij, & aliorū Principum. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 374. num. 4. & ibi in additionibus per eundem Menoch. reiecta opinione Roland. Pegna in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. part. 3. q. 109. Comment. 158. fol. mihi 713. col. 1. in fin. vers. idem dominus Innocentius, & colum. 2. vers. postea verò Alexander Papa Quartus, & vers. ad hæc Clemens, vbi refert dictas tres extrauagātes Alexandri, Innocētij & Clementis Quarti locum, & diem in quibus editæ sunt.

10 Et licèt contrarium, quòd hæc tripartita diuisio non sit attendenda, sed quòd omnia hæreticorum bona fisco seculari applicanda sint, iuxta Doctores allegatos suprà in prima inspectione, verius dixerit Roland. cons. 8 numero 16. & seqq. vsque ad n. 35. ea ratione motus, quia scilicet constitutiones, in quibus talis tripartita diuisio fundatur, non reperiuntur, nec manibus palpantur, & quatenus reperiantur, non fuerunt publicatæ, neque vsu receptæ, lib. 3.

11 Non videtur tamen recedendum à prima opinione: nam quòd prædictæ Pontificiæ constitutiones extent, cùm de illis testentur tot tantique Doctores præallegati, & præsertim Pegna, qui eorum verba, locum, & diem quo editæ sunt, refert, & quòd sint attendendæ, etiā quòd non appareat de earum publicatione, reprobato Rolando contrarium sentiente, ex communi defendit Bursat. consil. 43. num 48. & seqq. omnibus lib. 1. idem Pegna vbi suprà fol. 714. colum. 2. vers. Rolandus à Valle, & vers. seq. & vers. Ego verò, & fol. 715. vers. primo, vbi reprobato Rolando in dict. consil. 8. testatur prædictas extrauagantes fuisse visas ab Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus Inquisitionis generalis, ipsúmque etiā vidisse illas authenticas, & originales plumbeas, dictorumque Cardinalium iussu in fine sui operis impressas, & quòd propterea idem Rolandus nimis audacter eas in dubium reuocauit, nimísque leuiter eas non vsu receptas asseruit, cùm sciat Romanos Pontifices iussisse earum obseruationem, & etiam frequenter obseruatas fuisse

Et licèt etiam hanc tripartitam diuisionem bonorum hæretici iuxta extrauagantem Clementis Quarti habere locum solùm in Italia, eò quia sic tantùm de Italiæ Inquisitoribus loquatur, non autem extra Italiā, dixerit Gundisal. in tract. de hæret. q. 15. n. 3. Repet. Inquis. in verbo Diuisio, in fine, vbi propterea dixit, tripartitam diuisionem bonorum hæreticorum confiscatorum, de qua per Clementem Quartum, non habere locum in Hispania, Bernard. Comm. in Lucerna Inquis. sub verbo Bona Clericorum hæreticorum, versicul. sed dominus Felynus. vbi amplius dixit fortè hanc tripartitam diuisionem habere locum in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, & cum hac distinctione pertransit etiam Bursatus consil. 43. post numerum 52. & 54. Pract. Conrad. rubr. de hæret. sub num. 12. 12

Attamen quòd extrauagentes Summorum Pontificum super tripartita bonorum hæreticorum confiscatorum diuisione, vbique sint seruandæ etiam extra Italiam & in terris Imperij, veriùs & magistraliter defendit idē Pegna in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitor. par. 3. quæst. 109. comment. 158. vers. Bursatus verò, fol. mihi 714. col. 2. & fol. 715. vers. præterea non arbitror, & pluribus qq. col. 2. 13

Aduerte tamen, quòd hodie hæc tripartita diuisio, nec etiam seruatur, quia in loco, vbi non adsunt Inquisitores hæreticorum bona ipso iure confiscata applicantur Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, prout sic seruari audiuisse testatur Alberic. in l. Manichæos, num. 2. vers. Inquisitores tamen, C. de hæret. licèt subdat hanc obseruantiam esse contra iura, posset forsan hæc obseruantia iuuari per text. in cap. ex eo, tit. de hæret. in extrauagan. commun. in fine, vbi prohibetur Episcopis exposcere ab Inquisitoribus rationem prouentuum obuenientium ex inquisitionis officio, eam reddendam reseruans Cameræ Apostolicæ, vel alij, cui fuerit in specie mandatum, per quem text. & per alia ibi per eum allegata, sic confirmare hanc sententiam videtur Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap. 26. litera A. in verbo, Fiscus, versic. primo, & seqq. licèt postea concludat verius esse bona huiusmodi hæreticorum confiscata sancto officio applicari, de quo dixi infrà numer. ... Et pro hac opinione facit etiam text. in capit. cùm secundum, de hæret. in 6. ponderatus à Tabiena in verbo, Hæreticus, numer. 7. versicul. Tempore verò Bonifacij Octaui (licèt & ipse omnia sancto officio applicari debere verius existimauerit) potest etiam pro hac eadem sententia allegari Felyn. in capit. cum nobis, de præscript. & in capit. irrefragabili, de offic. ordin. cuius verba retuli suprà num. 9. Nauarr. consil. 20 num. 2. rubr. de hæret. libr. 5. vbi testatur de veriori opinione, & rationem reddit, & pro hac sententia adest constitutio Alexandri Quarti, qui Inquisitoribus in Romana Prouincia, & administratione beati Francisci concessit vt bona hæreticorum venderent, & pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruarent, in hæc verba: Discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi, ac distrahendi liberè bona Hæreticorum eorúmque fautorum credentium, receptatorum, & defensorum publicata iam seu confiscata, & in posterum publicanda & confiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videbitis, ita quòd eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruetur, nec non, & contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenā & liberam concedimus auctoritate præsentiū facultatē. Et hanc quidē constitutionem bene retulit Pegna in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 109. comment. 158. fol. mihi 713. colum. 2. vers. idem Alexander Quartus, & fol. 717. col. 1. versic. quòd verò hæc applicatio, vbi huius sententiæ optimam reddit rationem, quia scilicet hæretici offendunt Ecclesiam cum eorum hæresi, ideo satisfaciendum est eidem Ecclesiæ principali- 14

ter offensæ, & vbicumque delictum est ecclesiasticum bona publicanda Ecclesiæ applicantur, ex Iacobo Butrigar. quem allegat *in l. quicumque, C. de hæret.* Adde eundem Pegnam, *vbi suprà fol. 717. colum. 1. vers. rursus non obstat* vbi proponit contrarium, & illi respondet, *& colum. 2. vers. postremò ex prædictis*, vbi & hanc opinionem admittit in terris, & locis, in quibus non adsunt Inquisitores, sed Episcopus procedit.

15 Quàuis, prout bene admonuit Pegna in additionibus ad Director. Inquisitor. *par. 3. quæst. 109. comment. 158. fol. mihi 714. vers. sed ex his verbis*, textus ille, *in dict. extrauag. Ex eo*, loquitur tantùm de reddenda ratione eorum, quę peruenerunt ad manus Inquisitorum Cameræ Apostolicæ, non autem de bonis hæreticorum confiscatis eidem Cameræ applicandis, & contrarium, quòd hæreticorum bona non applicentur omnia Romanæ Ecclesiæ, seu Cameræ Apostolicæ, sed quòd habeat locum tripartita diuisio, de qua dixi suprà *numer. 9.* tenet Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 44. numer. 2. vers. Et licet Campegius.*

16 Vbi autem adsunt Inquisitores, quòd omnia hæreticorum bona confiscata applicentur non Cameræ Apostolicæ, nec Imperiali, non communitatibus, nec officialibus temporalibus, non fisco seculari, & non etiam fisco Ecclesiæ, sed sancto officio, & Inquisitoribus, ex quo non domini, seu officiales, sed Inquisitores ipsi prouident carceribus carceratis, & aliis necessariis impensis dicti sacri officij. Armilla *in verbo, hæresis, num. 6.* vbi allegat extrauagantem Ioannis, & ante eum Alberic. *in leg. Manichæos, n. 2 vers. Inquisitores tamen, C. eodem*, vbi sic seruari ab Inquisitoribus de facto audiuisse testatur, licèt subdat hanc obseruationem esse contra iura, Campeg. ad Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 26.* vbi relatis aliis constitutionibus, quibus probari videtur hæreticorum bona Ecclesiæ fisco applicari, & etiam constitutione Innocentij Quarti, & Clementis Quarti, tripartitam admittentibus diuisionem concludit, quòd ex quo hodie temporales domini nullum præstant præsidium Inquisitoribus, & sancto officio, ideo omnia hæreticorum bona eidem sancto officio applicari propter eiusdem officij eorum sustentationem, quod & latiùs explicauit, & contrariis respondendo probauit Tabiena *in verbo, hæreticus, n. 7. vers. Sextò quæritur*, & quòd ita seruari vidit Brixiæ in occurrenti differentia, inter quendam executorem Cameræ Apostolicæ, & Inquisitorem, Boss. *in tit. de hæret. n. 33. in fine*, vbi testatur sibi dictum fuisse ab Inquisitore hæresis, quòd Princeps secularis nihil habet de bonis hęreticorum, nisi suscipiat onus militum, & aliarum impensarum in perniciem talium scelestorum, Roland. (qui tamen hanc opinionem non sequitur) *cons. 8. n. 14. lib. 3.* Pegna ad Eymeric. *in Directorio Inquisitor. par. 3. quæst. 109. comment. 158. fol. mihi 716. col. 1. vers. cum autem in multis locis, & vers. seq.* vbi eam præcipuam huius sententiæ reddit rationem, quia scilicet domini temporales hodie nullam habent curam sancti Inquisitionis officij, nec illius expensis in aliquo subueniunt, *& fol. 717. colum. 1. vers. rursus non obstat*, vbi proponit contraria, & illis respondit.

17 Quamuis prædictam opinionem à Doctoribus communiter reprobari audacter testatus fuerit Roland. *cons. 8. n. 14. lib. 3.* & non dissentiat Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 44. num. 2. vers. quinimo ausus sit Campegius*, subdens quòd attestatio Campegij est suspecta, ex quo ipse nimium indulget Inquisitoribus inter quos erat vnus.

18 Et quamuis etiam bonorum hæreticorum prædictorum dimidiam Cameræ Apostolicæ, aliam autem dimidiam sancto officio applicandam esse, & ita de consuetudine seruari testati fuerint Repert. Inquis. *in verbo, diuisio, vers. Hodie tamen*, Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 26. num. 1. & 2.* vbi & ipse ita de consuetudine seruari testatur, Tabiena *in verbo, hæreticus, numer. 7. vers. hodie tamen dicunt Inquisitores*, dum refert verba consilij Thadæi de Pepulis, Vmbert. Locat. *in iudic. Inquis. in verb. fiscus, numero primo, vers. hodie dicunt domini Inquisitores*, Roland. (qui tamen hanc opinionem non sequitur) *cons. 8. n. 13. li. 3.* Bursat. *cons. 43. n. 44. & seqq.* vbi pluribus hanc probat sententiam, *& n. 52. vers. Si verò*, vbi concludit quòd in terris Ecclesiæ, in quibus non adsunt contraria Pontificis decreta, aut consuetudines locales, seruanda est hæc bimestris diuisio. Card. Tusch. *pract. conclus. in verbo, Hæreticus, conclus. 102. num. 16.*

Quod verò attinet ad quartam & vltimam inspectionem, quòd nempe de consuetudine seruetur, præmisso priùs circa hanc applicationem bonorum hæreticorum confiscatorum seruandas esse consuetudines, vt expressè voluerunt, Mandos. *in reper. in Inquis. in verbo, diuisio, litera A, in fin.* Martin. Laudensis *con. crimin. 58. an. e num. 1. vers. reseruata debita portione, lib. 1. in fi.* Bursat. *cons. 43. num. 51. & seq.* Clar. *in pract. §. hæresis, n. 11. vers. in hoc autem ducatu*, Pegna ad Eymer. *in Direct. Inquis. par. 3. quæst. 109. comment. 158. fol. mihi 714. colum. 2. post vers. Bursatus verò, & fol. 716. col. 2. vers. quòd si quis*, vbi declarat in hac materia consuetudinem seruandam, dummodo fuerit rationabilis legitimè præscripta, & conformis iuribus, & Papalibus constitutionibus, cùm sæpe domini temporales de facto ea faciunt, atque inuadunt, quæ de iure licitè facere non possunt, & contra imbelles Inquisitores facillimè obtinēt quod in suis dominiis & terris cupiunt. 19

In Hispania omnia hæreticorum bona confiscata applicantur fisco Regis, qui talia bona in tres partes diuidunt, vnam in vtilitatem sancti officij Inquisitionis pro salario Inquisitorum, & aliorum Officialium mercede, aliam pro sustentatione belli contra Saracenos, tertiam in pios vsus, adeò quòd nihil de confiscatis bonis imbursat, vt *in repert. Inquisitor. in verbo diuisio, vers. tamen hodie*, vbi propterea subdit, quòd cum Hispaniæ Reges abundè prouideant officio Inquisitionis in omnibus necessariis, iustè ideo omnium hæreticorum bona possunt dictis Regibus applicari, quod & idem in praxa seruari in Hispania testatur Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 9. n. 12.* refert eum Mandos. *ad repert. Inquis. in verbo, diuisio, litera A.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 9. n. 132.* Clar. *in pract. §. hæresis, n. 11. vers. sed hoc etiam in practica non seruatur*, Nauar. *cons. 20. n. 1. ad finem, tit. de hæret.* vbi sic seruari testatur in Regnis Hispaniæ, Castellæ, Nauarræ, & Lusitaniæ, Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. Clericorum verò bona in fine*, Card. Tusch. *pract. conclus. in verbo, Hæreticus conclus. 101. n. 15.* Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 114. in verb. Hæretici, litera C. vers. quæ quidem opinio in Hispania seruatur*, Pegna ad Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 109. comment. 158. fol. mihi 716. col. 1. vers. Hinc consequitur, & col. 2. vers. Et quamquam.* 20

Placentiæ autem consuetudo est, quòd bona hæreticorum diuiduntur in duas partes, vna scilicet fisco Principis, qui benignissimè brachiū suum sancto officio confert; altera autem sancto Inquisitionis officio pro eius conseruatione, teste Vmberto Locato *in iudic. Inquis. in verbo, Fiscus, numero 1. vers. Consuetudo tamen.* vbi dixit, quòd hoc modo faciliùs habetur possessio bonorum hæretici. 21

Mantuæ etiam adsunt decreta Pontificia disponentia, vt dimidia bonorum hæreticorum confiscatorum applicetur fisco principis, alia verò dimidia remaneat libera sancto Officio, teste Bursat. *in cons. 43. numero 45. lib. 1.* 22

Mediolani autem seruatur, quòd bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus inter fiscum Ducalem, Episcopum, & Inquisitorem, teste Clar. *in pract. §. hæresis, num. 11. vers. in hoc autem Ducatu*, refert eum Card. Tusch. *pract. conclus. in verbo, Hæreticus, conclus. 102. num. 16.*

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Pluribus defenditur, & probatur bona hæreticorum laicorum ipso iure confiscata applicanda esse sancto Inquisitionis officio, & non fisco Principum secularium, & est ferè eadẽ materia de qua in præcedenti consilio.

SVMMARIVM.

Bona laicorum hæreticorum confiscata ipso iure propter hæresim applicantur non principi seculari, sed sancto Inquisitionis officio, n. 2. & omnibus seqq. in discursu, vbi respondetur contrariis.

Bona sequuntur personã, & sunt personæ accessoria, n. 2.

Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, n. 2.

Bona propter delictum confiscata pertinent ad eum, qui principaliter ex illo delicto læditur, n. 3.

Hæreticus est reus læsæ maiestatis diuinæ, & Ecclesiam lædit, num. 3.

Bonorum confiscatio est quid accessorium ad sententiam condemnatoriam, num. 4.

Accessorium sequitur naturam sui principalis, n. 4.

Ecclesia semper disposuit de bonis hæreticorum confiscatis, illa applicando, cui vel quibus ei libuit pro temporum & locorum qualitate, habita ratione personarum, quæ onera & expensas subierunt in prosequendis hæreticis, n. 5.

Iudex, seu Princeps habens personam sibi subditum potest etiam statuere super eius bonis alibi sitis, num. 5.

Pœnæ impositio in causa hæresis spectat ad Ecclesiã, n. 5.

Romanus Pontifex potest hæreticos compescere etiam per occupationem bonorum, n. 5.

Romanus Pontifex potest coërcere quoslibet laicos, peccantes non solùm inferioris ordinis, sed etiam Principes, quos potest etiam dignitatibus priuare, num. 5.

Occupatio seu confiscatio bonorum est sequela pœnæ vltimi supplicij, & in illius consequentiam venit, n. 7. contrarium verius, num. 8. & seqq.

Bona damnatorum ad mortem non confiscantur, n. 8.

Bona vbi confiscari debent, non potest fiscus illa occupare, nisi præcedat Iudicis sententia expressa, & specifica super confiscatione bonorum, n. 9.

Bona vbi contingat confiscari extra territorium applicantur iudici, qui condemnauit, & non iudici, vbi bona sita sunt, num. 10. & 11. vbi etiam, quid in crimine hæresis.

Bona hæreticorum confiscantur, & occupantur à fisco, nõ vigore alicuius legis secularis, sed ita iubentibus sacris canonibus, num. 13.

Principes seculares non errant ferendo leges, quibus hæreticorum pœnæ augentur, n. 13.

Leges ciuiles non sunt curandæ, sed illis præualent Canones quando agitur de causa pertinente ad forum ecclesiasticum, n. 13.

Papa ratione delicti ecclesiastici potest infligere pœnam publicationis bonorũ etiã in terris Imperij, & illã applicare, quibus, & quomodo sibi placuerit n. 14.

Iudices ecclesiastici de consuetudine confiscant bona hæreticorum n. 15. & num. 16.

Consuetudo Hispaniæ applicandi bona hæreticorum cõfiscata fisco Regis, permittitur ab Ecclesia, quia illi Reges eorum sumptibus faciunt sanctæ Inquisitionis officium exercere, n. 17.

Bona hæreticorum laicorum confiscata ipso iure quomodo diuidantur, & applicentur in Ducatu Sabaudiæ, num. 18.

Bona laicorum hæreticorum ipso iure confiscata spectant ad fiscum Ecclesiæ, n. 23.

CONSILIVM CXVIII.

DE anno 1600. Emanuel Mocatus tunc incola Scandiani fuit indiciatus in sancto officio Regiensi, quòd esset Apostata à sancta fide Catholica ad Iudaismum, & cum de mense Martij dicti anni Inquisitor accessisset Scandianum ad petendum brachium à Marchione pro eo carcerando, ipse Emanuel viso illius aduentu aufugit, & successiuè increscentibus aliis contra eum indiciis grauioribus citatus domi solitæ habitationis ad comparendum, & respondendum de fide sub pœna conuicti criminis, & confiscationis bonorum, & seruatis debitis terminis, ac de iure seruandis, tandem sub die 6. Octobris 1600. fuit per sententiam Inquisitoris, & Vicarij Episcopalis Regiensis declaratus suspectus de Apostasia, & incurrisse in pœnas tum sibi in citatione comminatas, tum à sacris Canonibus, & cõstitutionibus Apostolicis contra huiusmodi delinquentes inflictas, & elapso anno sub die 18. Octobris 1601. per sententiam similem seruatis seruandis latam fuit declaratus Apostata à fide Catholica, eiúsque statua combusta, & bona confiscata applicanda sancto officio Regij, & cui de iure, vt in sententia, de qua in processu *fol. 99. & seq.* 1

Consequenter cùm Inquisitor Regij vellet apprehendere bona dicti Emanuelis sita in territorio Scandiani, insurrexit D. Marchio eiusdem loci prætendens huiusmodi bona sibi applicanda, vti domino temporali, & de mandato huius sacræ Congregationis bona prędicta fuerunt descripta, & depositata in processu *fol. 162.* quæ veniunt omnia consignanda fisco sancti officij Regiensis, dicto D. Marchione penitus excluso. Primò, quia bona sequuntur personam, *§. ad hæc, auth. de collator. c. 9. l. vnica, C. de imponen. lucr. descript. lib. 10. l. per procuratorem, ff. de acquir. hæred. l. si fideicommiss. §. tractat. ff. de iud. l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. instit. cap. vnico, in fine, de iure patron. lib. 6.* & sunt personæ accessoria, Calcan. *cons. 68. sub num. 51. vers. Ex quo Imperator concessit.* Socin. sen. *cons. 56. num. 4. lib. 1. cum simil.* Sed ob hæresim persona fit obnoxia Ecclesię, & Iudici ecclesiastico priuatiuè quoad alios, quia crimen hæresis est merè ecclesiasticum, *cap. vt Inquisitionis, §. prohibemus, de hæretic. lib. 6.* ergo etiam bona subiunt Ecclesiæ. 2

Secundò, quia pœna delicti causa imposita in bonis pertinet ad eum, qui principaliter ex eo delicto læditur, *cap. 1. §. vlt. qua fuerit prima causa benef. amitt. l. 2. §. emancipatus, ff. de collat. bonor.* Io. de Ana. *in c. ad liberandam, n. 8. de iud.* Bart. *in auth. quomodo oport. Episc. & §. hanc, in princ. coll. 1. gloss. fin. in cap. quia clerici, de iurepatr.* latè Natt. *cons. 580. n. 7. & seq. lib. 4.* Roland. *cons. 78. n. 7. lib. 2.* Atqui hæreticus est reus læsæ Maiestatis diuinæ, *cap. vergentis, de hæreticis, l. Manichæos, C. eodem,* & maximè omnem lædit Ecclesiam, quam facit in quantum in se est mendacem, meritò bona ab eo in pœnam ablata debentur Ecclesiæ, & non alteri. 3

Tertiò, quia bonorum occupatio est quid accessorium ad sentẽtiam damnationis hæreticorum, quod est principale, & præcedere debet. Io. Andr. *in c. cùm secundùm, ante n. 5.* & ibi Geminian. *in §. confiscationis, sub n. 4. vers. Etenim occupatio bonorum, de hæret. lib. 6.* Anchar. *in c. postulasti, ante n. 54. vers. Tertiò probatur, quia sententia. de for. compet.* Tabien. *in summa vers. Hæreticus, sub n. 7. vers. idem probatur.* Accessorium autem sequitur naturam principalis, *cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6.* Ergo bonorum occupatio ad Ecclesiam pertinet, sicut prolatio sententiæ damnationis, & non ad alium. 4

Quartò, quia semper Ecclesia disposuit de bonis hæreticorum confiscatis illa applicando, cui, vel quibus ei 5

libuit pro temporum & locorum qualitate, habita ratione personarum, quæ onera & expensas subierunt in prosequundis hæreticis, vt patet ex serie plurimarum constitutionum Apostolicarum, tam in corpore iuris, quàm extrauagantium, de quibus in Directorio, & ex aliis literis Apostolicis non impressis, quod vtique facere potuit, & potest, tum quia habens personam in sua iurisdictione potest statuere super eius bonis etiam alibi sitis, *l. magis puto, §. illud quæri, ff. de reb. eor. qui sub tut.* Gul. de Cun. *in d. l. 1. num. 9* & ibi Burtig. *in fin.* & Salycet. *num. 12.* vbi de communi, *& num. 14. vers. Confirmatur secundò, C. de summ. Trinit. & fi de Cathol.* Socin. *dict. cons. 36. num. 4. lib. 1. cum simil.* Tum etiam, quia pœnæ impositio in causa hæresis spectat ad Ecclesiam, *c. schisma, § in hoc 24. quæst. 1.* Abb. *in d. cap. vergentis, in fine,* & Marian. Socin. *num. 9. de hæretic.* & ad Romanum Pontificem spectat hæreticos compescere etiam per occupationem bonorum. Turrecremat. *in cap. cum ad verum, sub num. 4. vers. Nonum quod ad sanctum officium, 96. distinct.* Sanctus Antonin. *in Summ. par. 4. tit. 22. §. 10.* Tum deniq; quia Romanus Pontifex ratione suæ latissimæ iurisdictionis, & potestatis non solùm potest coercere quoslibet laicos inferioris ordinis peccantes, Bartiand. *de orig. iurisd. quæst. 3. post numer. 10. vers. Verum autem iurisdictio ecclesiastica,* Nauar. *in cap. noui, in 6. notabili, num. 2. de Iud.* præsertim in crimine hæresis, Card. *in cap. vergentis, num. 2.* Sed etiam Principes, quos potest dignitatibus suis priuare, gl. *in d. cap. vergentis,* Turrecremat. *in Summ. de Ecclesi. lib. 2. cap. 114.* August. ad Angel. *de potest. Eccles. quæst. 46. artic. 2.* Aluar. *de plen. Eccles. cap. 13. col. 2.* Sanct. Thom. *de reg. princip. lib. 3. cap. 20. cum simil.*

6 Quæ tamen magis procedunt in casu isto, in quo Marchio Scandiani non solùm nullum onus sustinuit, nec vllas impensas subministrauit in ista causa, sed nec brachium quidem dedit Inquisitori pro capiendo dicto Mocato; quimmo de hoc requisitus ab Inquisitore per literas sub die 10. Martij 1600. ad ipsum transmissas existentem Ferrariæ nullum ei responsum dedit, ita vt sub die 19. eiusdem Inquisitor fuerit coactus accedere Scãdianum ad requirendum commissarium dicti Marchionis, qui licèt verbis se paratum obtulerit, tamen distulit prætextu, quòd non posset tardare Marchionis responsum, & interim mane sequenti Emanuel prædictus aufugit, & post illius fugam de mense Iulij prædictus Marchio fassus fuit extraiudicialiter P. Commissario d. Inquisitoris transmisso ad describẽdum bona d. Emanuelis se sciuisse quòd dictus Emanuel erat Apostata ad Iudaismum, ibique audiuisse ab ipsomet Emanuele, & ab aliis, & quòd vti talis requisiuerat saluum conductum à Duce Mutinæ, quem obtinere nequiuerat, necnon postea ipsimet Inquisitori fassus fuit prædictum Emanuelem aufugisse ob metum ipsius Inquisitoris viso ipsius aduentu, putans pro se aduenisse, & quòd postea requisiuerat dictum saluum conductum à Duce Mutinæ, vt in summario process. *fol. 34. & seqq.* Ex quibus patet dictum Marchionem magis fauisse dicto Emanueli, qui erat ipsius creditor, & inquilinus, vel colonus, quàm sancto officio, cùm illum non denunciauerit, sed in sua ditione retinuerit, nec statim, vt tenebatur requisitus brachium dederit, sed tantùm distulerit, donec ille aufugerit, vnde magis veniret culpãdus de fauoria, quã ad partem bonorum dicti Emanuelis admittendus.

7 Neq; obstãt deducta in consilio ex aduerso exhibito sine autoris nomine; nam eius auctor prolixiori, quàm opus erat tractatu, quem ab alio exnditum de iuribus laicę & ecclesiasticæ potestatis tandẽ nihil aliud astruit, atque concludit, nisi quòd ideo ecclesiasticus iudex non potest occupare bona hæreticorum confiscata, quia inquit occupatio bonorum est sequela pœnæ vltimi supplicij, quam iudex ecclesiasticus non potest imponere, nec in ea se immiscere, sed illud pertinet ad iudicem laicum, ad quem etiã per prædicta dicit pertinere occupationem bonorum, ac sequelam sententiæ sanguinis.

8 Quæ conclusio manifestè falsa deprehenditur, si enim occupatio bonorum esset sequela pœnæ mortis naturalis, vbicumque imponitur huiusmodi pœna veniret etiam confiscatio bonorum, & tamen regulariter bona damnatorum ad mortem non confiscantur, *authent. bona damnator. hin,* & in corpore, vnde sumitur, *C. de bonis proscript.* Bald. *in tit. de pace Constant. verb. criminalibus, vers. Sed hic dubitatur,* Ias. *in l. 2. num. 9. C. qui testam. fac. poss.* cum multis similibus, quæ possunt allegari.

Et tantum abest bonorum occupationem esse mortis sequelam, quòd immo nec etiam in casibus in quibus à iure bonorum cõfiscatio imponitur vltra pœnam vltimi supplicij potest fiscus illa occupare, nisi fuerit lata sententia confiscationis, *l. ex iudiciorum, ff. de accusat. l. fin.* iuncta *gloss. C. de iure fisci, lib. 10.* Bar. *in l. post contractum, num. 16. vers. veritas est, ff. de donat.* Alexand. *in l. rescriptum, num. 8. & 9. ff. de pact.* Gandin. *in tract. malef. rubr. de bon. malefact. sub num. 7.* Angel. *de malef. verbo, & eius bona publicamus, sub num. 3. vers. Et hodie etiam isto casu.* Calcan. *cons. 52. num. 10. vers. Si verò pœna extenditur extra bona,* Bertrand. *cons. 77. n. 4. lib. 1.* 9

Vnde apparet bonorum occupationem esse magis accessoriam ad sententiam, vt dictum est suprà in tertio fundamento, & hinc est, quòd nonnulli voluerunt, quòd lata sententia confiscationis omnium bonorum vbique existentium contra aliquem habentem bona extra territorium confiscantis, illorum occupatio pertineret ad fiscum loci sententiantis, licèt apprehensio deberet fieri ad eius instantiam per iudicem loci bonorum, vt tenuerunt Richard. Malumb. relatus à Io. Andr. *in d. c. cum secundum, post numer. 4. de hæretic. lib. 6.* Io. de Ligna. & Io. de Fant. relati à Geminian. *in c. cum secundum, in fin.* cum quibus etiam ipse videtur residere Nicol. de Mata, quem refert, & sequi videtur Alberic. *in l. 2. ante numer. 3. ff. de cap. dim.* & Paul. de Castro *in cons. 319. in primo dub. o lib. 1.* 10

Et quòd hæc in specie locum habeant in causa hæresis, tenet Nell. *in tractat. de bannit. in prima par. 2. temp. quæst. 17. vers. Et ideo ex his & aliis,* vbi se remittit ad superiùs relata per Io. And. *in d. c. cum secundum,* quem etiam ita refert, & sequitur Angel. *de malefic. in verbo, & eius bona publicamus, ante num. 6. vers. Vnde ipse Nellus aliter distinguit,* & Bald. ad Clar. ad eumdem Nellum se remittens *quæst. 78. post n. 41.* 11

Secundò falsitas supradictæ conclusionis deprehenditur ex eo quòd huiusmodi bonorum occupatio non fit vigore alicuius legis secularis, vt prætendit dominus consulẽs innominatus, sed ita iubentibus sacris canonibus, qui huiusmodi pœnam in hæreticos statuerunt, *in dict. cap. vergentis, & in cap. cum secundum,* & ibi Doctores vt inferiùs dicetur. 12

Nec est verum assumtum, quòd cùm Federicus *cap. 5. in constitutione de statu, & consuetudine contra libertatem Ecclesi. §. Gazaros, coll. 10.* relato in *authent. Gazaros, C. de hæret.* statuit bona hæreticorum esse confiscanda, licitè id potuerit statuere eo quòd iure naturali, & diuino ad Principes laicos spectet vltimo supplicio afficere hæreticos, eorúmque bona proscribere, aliàs mortaliter peccarent seculares Principes ferendo leges contra hæreticos. D. Augustinus laudat illos huiusmodi leges ferentes, qui aliàs eos vituperasset, vti mortaliter peccantes. Nam respondetur seculares Principes non errare ferendo leges quibus hæreticorum pœnæ augentur, vt est *supradicta authen. Gazaros.* Sed meritò esse laudandos ob eorum pietatem: illas autem in tantum esse seruandas, in quantum approbantur ab Ecclesia, & non vltrà, & hinc est quod *d. authen. Gazaros*, habet robur ex approbatione Honorij Tertij in eius calce, ac mandato Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Clementis Quarti, qui per eorum extrauagantes impressas in fine Director. mandarunt illam, & alias quasdam leges seculares contra hæreticos latas obseruari. Vbi enim agitur de causa pertinente ad forum Ecclesiæ, non est curandum de lege, sed præualet Canon, vt bene tradit Cardinal. *in dict. cap. vergentis, sub num. 4.* & etiam Abb. *in fine,* Socin. *n. 9.* & Io. de Andr. *sub num. 17. vers. Sed D. Abb.* vbi de communi. 13

Minùs est verum Innocentium Tertium *in dict. capit. vergentis*, Bonifacium Octauum *in d. cap. cum secundum,* 14

statuisse

statuisse hæreticorum bona pertinere ad laicos Principes conformando se cum iure naturali, & quòd Doctores ibi scribentes sint eiusdem sententiæ. Nam immo per dicta iura probatur Summos Pontifices prædictos ita statuisse, quia Papa ratione delicti ecclesiastici potest infligere pœnam publicationis bonorum etiam in terris Imperij, & notat Abb. *in d. cap. vergentis, num. 2.* & cõsequenter bona hæreticorum publicata applicare quibus, & quomodo sibi placuerit, quandoquidem *in d. cap. vergentis* eorum apprehensionem præcipit temporalibus dominis, easque si fuerint negligentes ecclesiasticis censuris compelli mandat, in cap. autem *cùm secundum* inhibet eisdem, ne illa occupent nisi desuper lata sententia per Ecclesiam, ex quibus satis probatur seculares Principes nullum ius habere in bonis hæreticorum, nisi quatenus eis ab Ecclesia tribuatur, & præcipiatur.

15 Neque hodie dicta iura quoad huiusmodi occupationem locum habent, quandoquidem tunc non erant ita passim deputati locorum Inquisitores, & Episcopi in prosequendis hæreticis vtebantur auxilio dominorum temporalium, qui etiam particulariter tenebantur illos huiusmodi hæreticorum persequutione pro eorum posse adiuuare, vt habetur *in cap. ad abolendum. §. statuimus, de hæret.*

16 Hodie vero postquam ad extirpandam numerositatem hæreticorum, quæ in diuersis partibus Italiæ excreuerat ob negligentiam tum dominorum temporalium, tum Episcoporum, opus fuit ferè per singulas ciuitates deputare Inquisitores, & erigere tribunalia sancti officij, quorum opera & sumtu ciuitates & dominia ab hæresibus purgata seruarentur, cùm ipsi Inquisitores habeant familiam armatam, carceres, & fiscum, ideo apprehensio huiusmodi bonorum spectat ad fiscum sancti officij ex generali consuetudine, per quem dicta iura desierant habere locum, vt præter Felyn. Tabien. & alios, & per alios per D. Consulentem ex aduerso allegatos quibusdam respondere conatur, magis eos carpit, quàm illorum rationes euacuet, tradunt etiam Alberic. *in 3. part. stat. quæst. 18. ante num. 10.* & Boër. *decis. 264. num. 5.* vbi dicunt speciale esse in crimine hæresis, quòd iudices ecclesiastici de consuetudine confiscant bona hæreticorum etiam quoad exequutionem.

17 Non obstat consuetudo Hispaniæ, de qua Didac. *var. lib. 2. cap. 9. circa finem.* nam illa consuetudo ideo permittitur ab Ecclesia in illis Regnis, quia regiis sumtibus per totam Hispaniam exercetur officium sanctæ Inquisitionis, vt ibi recenset idem Didac. quod si facerent omnes alij seculares Principes, bene eisdem permitteretur ab Ecclesia eadem consuetudo.

18 Similiter non obstat Martin. Laud. *conf. 37. in princip.* vbi inquit præsupponi Sabaudiæ esse consuetudinem, vt bona hæreticorum apprehendantur per dominum temporalem, quia nec ipse de ea testatur, nec ibi viget talis consuetudo: nam illo statu ex concessione Sedis Apostolicæ medietas huiusmodi bonorum conceditur domino Duci, vbi confiscatio non excedit mille scuta, reliqua medietate pro sancto officio retenta, confiscationes autem excedentes scuta mille conceduntur domino Duci, à quo debentur sancto officio scuta 500. pro qualiber simili confiscatione persolui, addito tamen, quòd sanctum officium ad nullam aliam impensam teneatur, quàm eiusdem officij Ordinarij, vt in litteris felic. record. Gregorij Papæ XIII. dat. 27. Septembris 1584.

19 Non obstat pariter decretum Synodi Senonen. habitæ Lutetiæ anno 1582. quo mandatur hæreticorum bona, si laici sint, applicari fisco seculari: nam in illis partibus non viget Inquisitionis officium, modo quo viget in Italia, & ideo non militent rationes supradictæ, propterea non mirum si sancta Synodus conformauit se cum iuribus antiquis, quæ antea seruabantur in Italia, immo ex ea magis probatur ad Ecclesiam spectare dispositionem huiusmodi, cùm ipsa decernat, & mandet, quibus, & quomodo velit applicari, & sic in contrarium secundò retorquetur.

20 Non obstat, quòd Ecclesia, qua ratione non capit ex

testamento excommunicati, eadem debeat se abstinere ab huiusmodi bonis. cùm hæreticus statim atque incidit in hæresim sit ipso iure excommunicatus, *cap. excommunicatus il 2. cum ibi not. de hæret.* nam respondetur pœnam amissionis bonorum esse inflictam ab Ecclesia, vt in eam pariter incidat hæreticus ipso iure statim atque labitur in hæresim. *dict. cap. cùm secundùm*, vbi Doctor. *& in dict. cap. vergentis*, & ideo cùm sit pœna ab ipsa Ecclesia imposita ad illam pertinet, nec est imposita excommunicato postquam incidit in excommunicationẽ, sed illi in quem vnico contextu huiusmodi pœna vnà cum excommunicatione ab eadem Ecclesia infligitur, & sic obiectum non intrat.

Neque est hoc contra Ecclesiæ modestiam, quæ non debet prosequi diuitias, vt inquit D. Consulens, nonnulla ad hoc adducens, quia, vt suprà fuit ostensum, Ecclesia non diuitias, sed hæreticos prosequitur, eorúmque bona non sibi statim, & distinctè, sed quibus ei visum fuerit conueniens ob sumtus & labores in cooperando huiusmodi hæreticorum persequutioni applicauit, prout neque hodie indistinctè, & vbique omnia sibi applicat, sed illa laudabiliter distribuit pro temporũ & locorum qualitate, iuxta merita cuiusque, vt ex supradictis ac inferiùs dicendis colligi potest. 21

Non obstat dictum Hostiens. *in dict. cap. vergentis*, nempe quòd temporalibus dominis non debet præiudicium generare, quia idem subdit hoc verum quandiu obedientes, & non negligentes fuerint, alioquin contrà, & ideo magis facit pro ista parte, ex quo ob eorum negligentiam opus fuit, vt Ecclesia multiplicaret ministros hæreticorum persequutores. 22

Non obstat assertum consilium Nauar. 12. *incipiens, Vtrùm bona, de hæretic. lib. 5.* quod in postrema editione non habetur. Nam immo ipse Nauar. *in cons. 20. eodem titulo, incip. ad propositas quæstiones*, dicit se quidem aliàs fuisse in contraria opinione, nunc verò postquam multos euoluit autores dicit iure verius esse, quòd huiusmodi bonorum apprehensio pertineat ad fiscum Ecclesiæ, & in hoc resider figendo pedes ibi *num. 2.* per rationes supradictas, & sic iste autor, qui prædicto consulenti est vnus pro centum millibus, necnon semel inquit, egregiè ex professo militat contra ipsum. 23

Non obstat Alberic. *in l. Manichæos, num. 2. C. de hæretic.* vbi inquit Inquisitores de facto prætendentes habere priuilegium confiscare bona hæreticorum, illáque fisco Romanæ Ecclesiæ applicare, quod sibi videtur contra iura: nam ipse allegat *dict. cap. cùm secundùm*, cui hodie non est locus, per supradicta, & Archidiac. *in cap. qui contra 24. quæst. 1.* qui nihil aliud dicit, nisi bona hæreticorum confiscanda, & ideo iste locus Alberic. nihil officit, immo magis fauet huic parti dum testatur de consuetudine, dicens Inquisitores de facto ita seruare, & nihilominus idem Alberic. in alio loco superiùs relato tenet eos id licitè & iure facere, eo quòd speciale sit in crimine hæresis. 24

Non obstant Ambr. de Vigna. *de hæret. quæst. 20. num. 211.* & Commen. *in Direct. par. 39. n. 109. & seqq.* quia loquuntur secundùm iura antiqua, vt patet ex rationibus per eos adductis, & ex modernorum annotationibus ad eos factis, eodémque modo respondetur autoritatibus Carrer. *in tract. de hæretic. sub num. 135.* Conrad. Brun. *de hæretic. lib. 5. cap. 6. num. 8.* Henric. Boich, *in dict. cap. vergentis, num. 8.* & Alph. Alua. *in specul. iur. cap. 55. num. 13.* cum similibus, qui omnes loquuntur simpliciter secundùm dicta iura antiqua. 25

Non obstat Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 3.* vbi testatur in dominio Veneto vigere statutum, quòd bona hæreticorum reseruentur filiis, vel aliis succedentibus ab intestato, quia huiusmodi statutum cùm sit contra ius Canonicum non est attendendum in crimine ecclesiastico, vt superiùs dictum fuit. 26

Non obstat consil. Roland. 8. *lib. 3.* nam eius dictis, quæ pro se allegat D. Consulens, sufficiunt responsiones datæ per Bursat. *cons. 43. num. 48. lib. 1.* qui etiam Bursat. testatur Summum Pontificẽ per suas literas Apostolicas 27

concessisse Duci Mantuæ in suo statu medietatem huiusmodi bonorum cum certis oneribus, alia medietate retenta pro sancto officio inquisitionis, ex quo magis probatur occupationem, & applicationem huiusmodi bonorum pertinere ad Ecclesiam, & non ad laicum Principem, vt D. Consulens semper inculcat.

28 Non obstat gloss. *in Clementina 2. verbo, Ecclesia, de haret.* dicens, quòd aliàs bona laicorum damnatorũ de hæresi sunt ipso iure applicata fisco seculari, per sæpe citatum *cap. cùm secundum.* nam illa gloss. magis facit pro ista parte, loquitur enim secundùm dispositionem *dict. cap.* cui hodie non est locus, quoad huiusmodi applicationem, & dum vtitur verbo applicationis, probat seculari fisco non competere huiusmodi occupationem de iure naturali, vt semper D. Consulens astruit, & inculcat, sed ex applicatione sibi facta ab Ecclesia ita disponente de re, cuius dispositio ad eam pertinet.

29 Non obstat Anton. de Butr. *in dict. cap. vergentis in 2. notab.* vbi ait iudicem ecclesiasticum non habere iurisdictionem circa bona exequendo, sed mandando sic. Nam istud dictum est intelligendum de facto seruando illum canonem, in quo Ecclesia sibi de facto non reseruauit huiusmodi exequutionem, sed illam iudicibus laicis demandauit: per hoc autem non loquitur, quin illa sibi competat de iure, immo cùm illa alteri mandari possit, vt probatur ex illo textu, & fatetur Anton. de Butrio, manifestum est huiusmodi rem ad ipsam pertinere, ac illã vbi opus fuerit posse etiã exequi per seipsam, & huius responsionis veritas comprobatur autoritate Abbatis ex aduerso allegati *in eodem secũdo notabili.* vbi vtitur verbo significãte factũ, non ius, dum inquit, quòd apprehensio fit per fiscum secularem, & sic istæ autoritates non probant illud ad quod allegantur, immo contrarium.

30 Non obstat Repert. Inquisitor. *verbo, bona Hareticorum, in fine*, vbi perfunctoriè loquitur, & per verbum *forte*: nam superiùs *n.* 6. ex professo testatur, quòd postquam communitates non seruant ea ad quæ tenebantur ex constitutione Innocentij Quarti, ad extirpanda est introducta consuetudo, quòd confiscationes, quæ fiunt per Inquisitores, applicentur officio inquisitionis, & sic iste autor magis est pro ista parte.

31 Non obstat Iul. Clar. *in §. heresis, num.* 11. vbi testatur de consuetudine status Mediolani, quòd medietas applicatur fisco ducali, & medietas fisco Ecclesiæ, quia immo per hoc probatur consuetudine fuisse derogatum antiquis iuribus prædictis, quoad applicationem huiusmodi bonorum faciendam fisco seculari, licèt in illo dominio sit ei permissa medietas eorum. Reliqua in dicto consilio contenta non egent responsione.

32 Vltimò non obstat asserta consuetudo localis, quia præfixo pluries termino D. Marchioni ad illam probandam, vt in processu *fol.* 189. *&* 209. nunquam de ea quicquam docuit, & nihilominus facta diligentia per Inquisitores Mutinæ, & Regij nihil repertum fuit quod probet huiusmodi consuetudinem ad fauorem D. Marchionis, sed potiùs ad fauorem sancti officij, vt ex notis transmissis à dictis Inquisitoribus in processu *fol.* 230. *&* 234.

Carolus Sincerius Fiscalis sancti Inquisitionis officij.

ARGVMENTVM.

Feudalia bona quando confiscari non possunt in præiudicium agnatorum in inuestitura comprehensorum: nunquid in eorumdem præiudicium durante vita delinquentis contumacis possit feudi commoditas & vsusfructus confiscari.

SVMMARIVM.

Feudalia bona quando confiscari non possunt in præiudicium agnatorum comprehensorum in inuestitura, potest tamen illius commoditas & vsusfructus confiscari durante vita delinquentis, num. 1. *& num.* 4. *& num.* 6. *& seqq. contrà num.* 2. *& num.* 3. *Distingue vt num.* 5. *& seqq.*

Feudum pro quo non præstatur personale seruitium, transit etiam in Monasterium, saltim durante vita feudatarij, num. 14.

Feudum non dicitur requirere personale seruitium, etiã quòd in eo sit reseruatum iuramentum fidelitatis, nisi in inuestitura expressè dispositum sit de personali seruitio, n. 14.

Feudum transit etiam ad fœminas quando non requirit personale seruitium, n. 14. *& seq.*

CONSILIVM CXIX.

FVIT aliàs in Tribunali Gubernatoris Vrbis in vna Perusina confiscationis dubitatum, nunquid feudatario delinquente, & illius bonis publicatis, feudi commoditas possit per fiscum confiscari in præiudicium agnatorum vocatorũ in inuestitura, & pro affirmatiua ad fisci fauorem, quam pro iniuncti oneris necessitate substinebam, adducebam Doctorum autoritates vigintinonum. Videlicet Spec. *in tit. de feud. §. quoniam, num.* 62. *quæst.* 40. Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *vers. Sed nunquid, si vasall. feu. priuetur, & in cap. .. §. final. in fine, num.* 9. *tit. per quos fiat inuestit.* Alberic. *de statut. in* 3. *par. quæst.* 16. (Dinus, Guid. de Suzzar. Gandin. allegati per Alberic. vbi suprà) Paulus de Castro *in l. si finita, §. si de vectigalibus, num.* 6. *vers. Sed quoad commoditatem, ff. de damn. infect.* Andr. de Isern. inter feudistas primus, *in cap. primo, § denique, num.* 50. *vers. Sed verùm dominus, & num.* 51. *vers. Tunc si fratrem occidisset, qu. si prim. caus. benef. amitten. & in cap. primo, num.* 7. *&* 8. *si vasall. feud. priu.* Addent. ad Isern. *in loco proximè allegato litera P. in verbo, Statim*, vbi alij referuntur concordantes, Ioan. de Platea *in l.* 1. *num.* 4. *ad finem vers. Quid autem si quis grauatus, C. de pœn. fiscal. lib.* 10. Afflict. *in d. §. denique, num.* 4. *& in tit. quæ sint regalia, §. & bona committentium, num.* 5. Nell. *de bannit. in prima parte secundi temporis, quæst.* 24. *vers. Et ideò forte dici potest*, Bellamer. *decis.* 724. *vbi num.* 6. *& seq.* inconuincibiles reddit rationes, & respondet contrariis Rayn. *cons.* 70. *num.* 18 *lib.* 5. Aretin. *cons.* 10. *num.* 3. *vers. Secundò dico.* Antonius Rub. Alexandrin. *cons.* 164. *in fine*, Firman. *in repert. in verbo, Feudum, num.* 264. *in fine*, Andr. Gambar. *in tract. de autorit. legat. de latere, lib.* 6. *cap. de pœnis, num.* 737. Freccia *de feud. lib.* 3. *tit. de different. feud. quaternat. num.* 26. Balzar. *in c. primo, num.* 12. *in fine, si vasall. feud. priuet.* Gig. *de crimin. læs. maiestat. tit. de pœn. commit. crimin. læsæ maiest. quæst.* 5. *num.* 3. *& seqq.* Palat. Ruuias *in repet. cap. per vestras, §.* 38. *num.* 4. *& seqq. de donat. inter vir. & vxor.* Gomez *in l. taur.* 40. *num.* 91. *versic. Tertiò non obstat, & seq.* vbi de cõmuni, & quòd ab ea in iudicando & consulendo non est recedendum, Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 9. *num.* 263. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 5. *tit. de publicat. bonor. num.* 114. *& seq.* vbi testatur ita aliàs fuisse iudicatum, & exequutum, & quòd quando fiscus est dominus directus, tunc hoc est absolutum, Molin. *in tractat. de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 10. *& seqq.* vbi pariter quòd hoc est absolutum, & communiter admittitur per Doctores, Pegna *in addit. ad Ambro. de Vignat. in tract. de heretic. quæst.* 21. *numer.* 215. *litera C. versic. Quamuis autem.* Card. Tusch. *in verb. Feudum, conclus.* 221. *num.* 20. vbi declarat contrarium tenentes esse intelligendos, quando dominus non habet fiscum, Petr. de Greg. *de concess. feud. par.* 4. *n.* 51. *&* 52. 1

Pro opinione autem negatiua scribentes contra fiscũ adducebant infrascriptas Doctorũ autoritates numero vigintiquatuor, quorũ pleriq; de communi testantur, videlicet Bald. *in l.* 1. *ff. de rerũ diuis. n.* 32. Castr. *in l. in insulam, ff. solut. matrim. num.* 2. *& in l. si finita, §. si vectigal. ff. de damn. infect. numer.* 6. Aluarot. *in capit.* 1. *§. denique. quæ fuit prima causa ben. amitt. num.* 26. Hieronym. Lauren. *in repet. l. Statiu, § Cornelio, ff. de iur. fisc.* vbi de communi Aymon. *consil.* 128. 2 *

sil. 128. in fine, Mandell. consil. 250. num. 3. Berous consil. 78. lib. 1. num. 11. & 12. Bursat. consil. 43. lib. 1. n. 16. Plot. consil. criminal. diuers. 130. lib. 1. num. 66. & seq. loquens de emphyt. Personal. consil. 26 Bertazzol. cons. 369. lib. 2. num. 23. vbi hoc inquit omnes tenere Gabr. consil. 73. lib. 2. num. 30. vbi de magis communi & veriori opinione testatur. Francisc. Sorbens. in tractat. de feud. part. 13. num. 60. & seq. Schrader. in tract. de feud. part. 9. cap. 9 num. 16. versic. 4. in fine, Corbul. in tractat. de causa priuat. emphyt. in 7. causa, num. 64. vbi mixtim de feud. & emphyt. loquitur, & de communi testatur Peregrin. in tractat. de iure fisci, libr. 5. num. 113. versic. pro negatiua. vbi testatur de communi, licèt postea aliter iudicatum & exequutum fuisse dicat, & nihil ipse firmet. Tusch. in verbo, feudum, concl. 211. num. 5. & 17. vbi de communi. Caball. resolut. 18. num. 20. vbi de communi. Addentes ad Clarum in §. feudum, q. 84. in vers. succedat. secundùm impressionem Lugduni. Boss. de bonorum publicat. num. 13. vbi de communi, & practicata opinione. Farinac. q. 25. num. 68. vbi de communi, & practicata opinione, Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 9. num. 1176. vbi de communi. Afflict. decis. 282. num. 15. in fine, vbi sic iudicatum fuisse inquit Vrsill. in addit. ad Afflict. vbi suprà ad finem. Thesaur. decis. 167. num. 2. vbi sic sententiatum fuisse attestatur Mohedan. in decis. 1. de pœn. vbi clarè decidit agnatos vocari etiam ad commoditatem feudi.

3 Subdebant amplius iidem contra fiscum scribentes, quòd ex numero dictorum pro affirmatiua allegatorum delendi sunt infrascripti, videlicet Dynus, Guid. de Suzzar & Gandin. ex quo in specie non reperiuntur ita tenere, licèt Alberic. vbi suprà allegatus, sic eos tenere testetur. Præterea delēdus est Castrensis, qui si bene eius verba intelligantur apertè loquitur contra fiscum. Ioannes de Platea, quia loquitur in terminis fideicommissi, & non feudi. Nell. quia loquitur in emphyteusi. Plot. & Corbul. qui etiam non loquuntur in feudo, sed in emphyteusi, Bellam. tolli etiam potest, quia obscurè loquitur, & Rota apertè contrarium dixit in decis. Mohedani superius citata. Firman. quia nihil tenet, & solummodo indicat quosdam Doctores de articulo tractando, Freccia, quia non loquitur de commoditate feudi, sed de feudo. Tusch. quia num. 5. & 19. expressè tenet contra fiscum in commoditate, licèt n. 20. aliter, sed non ita explicitè loqui videatur pro fisco. Detractis itaq; hisce Doctoribus remanebunt pro fisco minores numero illis qui contra fiscum in puncto tenent.

4 Respondebam tuendo partes fisci, quòd dato etiam quòd Doctores tenentes contra fiscum partem negatiuam, essent numero plures: adhuc præferendi sunt tenentes affirmatiuam, cùm sint antiquiores & maioris autoritatis, & ad faciendam communem opinionem non attenditur Doctorum numerus, quando aliorum contradicentium antiquitas, dignitas, & autoritas præponderat. Vltra quòd ex Doctoribus allegatis contra fiscum sunt delendi infrascripti, Castrens. in leg. si finita, §. si de vectigalibus, numer. 6. ff. de damn. infect. Dicit contrarium quando feudum non requirit seruitium personale, prout in casu nostro. Aluarot. vbi suprà allegatus conclus. 12. & 13. allegat Bald. in capit. 1. si vasall. feud. priuet. qui, vt suprà eum retuli, dicit contrarium, & conclus. 35. numer. 26. allegat pariter Bald. in 6. part. quæstio. 40. ff. de rerum diuis. qui (vt suprà dixi) nihil dicit de commoditate feudi. Camerar. Hieronym. Laurent. hos libros non habeo, nisi viderim non credo. Aymon. consil. 128. allegat Bellamer. decis. 725. colum. 3. versic. tertia opinio, qui dicit totum contrarium. Cardinal. Tusch. in ver. Feudum, conclus. 211. num. 5. & 17. licèt dicat communem contra fiscum, attamen n. 20. declarat illam non procedere, quando dominus feudi habet fiscum, prout in casu nostro. Farinac. quæstio. 25. numer. 69. se dedicit, veritatem agnoscens. Mohedan. decis. 1. de pœn. non dicit id ad quod allegatur. Quare deratis pro opinione negatiua supradictis Doctoribus octo, remanent pro ea solùm quindecim, & pro fisco viginti nouem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa aliud responsum.

QVòd commoditas feudi transeat in fiscum pulcrè distinguendo declarat Castrens. in l. si finita, §. si de vectigal. sub numero 6. in 2. membr. suæ distinctionis, ff. de damn. infect. vbi dicit, quòd aut pro feudo debetur seruitium personale, & tunc sicut hoc seruitium non transit etiam in fiscum, ita non transit etiam in fiscum commoditas, si verò pro feudo non præstatur seruitium personale, sed aliquid annuum soluitur, tunc sicut onus istius solutionis potest transire in fiscum, ita etiam in illum transire potest commoditas ipsius feudi, & comprobatur per vulg. regul. qui sentit commodum, debet sentire incommodum, & ita arguit Bart. in d. §. si de vectigal. num. 5. de damn. infect. 5

Pro ista igitur affirmatiua sententia, cum hac distinctione, quæ ad casum nostrum pertinet, allegantur omnes infrascripti. Castren. in dict. l. si finita, §. si de vectigal. sub dict. numero 6. ff. de damn. infect. Bald. in l. si quis presbyterorum, sub numer. 2. de sacrosanctis Ecclesiis, idem Bald. in cap. primo, in fin. per quos fiat inuestitura. Speculator de feudo, §. quoniam, versicul. 40. Guid. de Suzzar. quæst. statutorum. Sed bene quæstionem de facto, &c. Gandin. de pœnis eorum, versic. item pone quòd in statuto. Alberic. in tractat. de statut. par. 3. quæst. 16. Boër. decis. 263. à numero 60. infrà. Afflictus in cap. 1. §. denique, numero 4. quæ sit prima causa beneficii amittendi, & in cap. 1. §. bona committentium, numer. 50. quæ sint regalia. Troianus relatus ab Afflicto decis. 282. sub numero 14. Nell. de bannit. in 1. part. secundi temporis, quæst. 23. in fine, &. quæst. 27. Angelus de maleficiis, in verbo, Bona eius publicamus, ad finem, Bellamer. decis. 724. in tertia opinione, & infrà, præsertim numero 9. Aretin. consil. 10. colum. penultima versic. Secundo dico. Ruinus consi. 70. in fine lib. 50. Rub. Alexandr. consil. 164. in fine. Menoch. de recuperand. possess. remed. 9. n. 263. Cardinalis Tuschus in verbo, feudum, conclus. 211. num. 20. Petrus de Gregor. de concess. feud. par. 4. quæst. 7 numero 82. Peregrin. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. sub numero 115. Est etiam non obscurè de mente Bartoli in d. l. si finita, eodem §. si de vectigal. sub numero 3. versicul. Et ratio huius est, &c. vbi dicit quòd ratio, quare feudum non transit ad fiscum, est quia pro illo debetur seruitium personale; ergo si seruitium personale non deberetur, sentit quòd transiret in fiscum. 6

Possunt hîc addi omnes, qui secundùm supradictam distinctionem tenent quòd feudum, pro quo non debetur personale seruitium, transit in Monasterium saltim durante vita feudatarij, vt tenet Cynus in authentica ingressi, numero 22. C. de sacrosanct. Eccles. Cæpoll. consil. ciuil. 22. in principio, & per totum. Felyn. qui testatur de communi in cap. in præsentia, numero 46. versicul. Fallit 2. iuncto etiam infrà sub eodem numero, in versic. Secundò noto, de probationibus. Et Dec. qui etiam testatur de communi in dict. cap. in præsentia, colum. penult. circa medium, versicul. Secundò quæritur, &c. Molin. de primogenit. Hispan. libr. 1. cap. 13. num. 76. vbi etiam testatur de communi. Arguunt enim passim Doctores in hac quæstione de morte ciuili per ingressum Monasterij ad mortem ciuilem per condemnationem, & in specie Bart. in l. si finita, §. si de vectigal. sub numero 3. versicul. Pro hoc facit quòd si vasallus, &c. 7

Et stante supradicta distinctione apparet hanc esse receptiorem opinionem, eo quòd pauci sunt qui in istis terminis contrarium dicant. Nam primò Paul. de Castr. in l. si in insulam, numero 2. ff. solut. matrim. loquitur indistinctè, & ideo debet intelligi secundùm distinctionem, quam ipsemet facit in dicto §. si de vectigal. vt hoc modo euitetur contrarietas, l. vbi repugnantia. de reg. iur. ac etiam quia semper attenditur potius opinio illius Doctoris, qui distinguendo concordat opiniones, quàm illius, qui indistinctè loquitur, Aretin. Institutionibus de emt. & vendit. in princip. col. 2. versic. Et istum dicit, &c. Cephal. consil. 195. num. 27. & 208. num. 2. 8

Aluarottus in titulo quæ sit prima causa beneficij amittendi, §. denique, numero 13. in 12. conclusione, & numero 26. in 35. conclusione, non loquitur de commoditate, sed de substantia feudi, & cùm loquatur sine vlla distinctione, debet

bet intelligi secundùm supradictam distinctionem in feudo proprio, pro quo scilicet debetur personale seruitium, prout loquitur Bartol. *in d.§. de vectigal.* non autem de feudo in proprio, pro quo soluitur quid annuum in pecunia.

10 Afflict. *decis.* 282. *num.* 14. *& seq.* tantum abest quòd possit allegari in contrarium, quòd immo inclinat in sententiam affirmatiuam, & hoc etiam suadet decisio Concilij in illo casu relata per Afflictum in fine illius decisionis, quia ibi disputabatur, an feudum confiscatum deberetur potius fisco regio, quàm fisco Comitis Alesij, qui erat quoque directus dominus dicti feudi, vt patet in initio illius quæstionis *sub num.* 21. *vers. Secundum dubium, &c.* Et Concilium resoluit quòd debetur potius fisco dicti Comitis, quã fisco regio, & sic illa resolutio, vel nihil facit, vel potiùs cõprobat opinioné affirmatiuam, quòd fiscus Apostolicus debeat habere hoc feudum viuente domino Marchione, aliàs Afflictus esset sibi contrarius, cùm in lecturis opinionem affirmatiuam tenuerit, vt suprà notatum est.

11 Bursat *cons.* 43. *n.* 16 est quoque intelligendus de feudo proprio, pro quo debetur seruitium personale. Aymon. quoque *consil.* 128. *in fine*, debet secundùm præfatam distinctionem intelligi, cùm ipsemet distinctè loquatur.

12 Bertazzolus *cons.* 369. *n.* 22. non tangit istam quæstionem, sed solùm disputat quando feudum deuoluitur ad directũ dominũ, an deuoluatur simpliciter, & in perpetuum, vel tantùm quoad cõmoditatem fructuum viuente vasallo, quam quæstionem etiã disputat Menoch. *cons.* 99. *n.* 130. & nihil habet commune cum nostra.

13 Berous *consil.* 78. *num.* 11. *lib.* 1. pariter non distinguit, & ideo debet intelligi de feudo proprio, iuxta distinctionem supradictam. Bossius *in titulo de publicat. bonorum, n.* 53. loquitur de feudo proprio, quod etiam probatur, quia allegat principaliter Bartolum *in dict. §. si de vectig.* vbi Bart. expressè loquitur de feudo requirente personale seruitium. Cardinalis Tuschus *in verbo, feudum, conclus.* 211. *num.* 5. non distinguit, & ideo debet intelligi de feudo proprio, prout loquitur Bartolus in loco proximè
* dicto, & communiter Doctores, immo ipsemet Cardinalis *in conclus.* 211. *num.* 20. distinguit inter fiscum domini directi, & fiscum, qui non habet dominium directum, & vult quòd fiscus, qui habet etiam dominium directum, acquirat commoditatem feudi, quamdiu vasallus naturaliter viuit. Mandell. *consil.* 250. *num.* 3. indistinctè loquitur, & ideo est intelligendus secundum supradictam distinctionem. Eodem modo respondetur ad Thesaurum *decis.* 267. *in fine.* vbi tamen addit, quòd illa sententia bonis respectibus non fuit publicata, quia verisimile est, quòd Senatus cognouerit illam esse iniustam, si fortasse illud feudum erat feudum improprium, Caball. *cas. crimin.* 182. *numer.* 2. debet intelligi secundùm Doctores, quos allegat, nempe de feudo proprio. Sic etiam Gabr. qui perfunctoriè de hoc loquitur *consil.* 53. *num.* 3. *lib.* 2. debet intelligi de feudo proprio, cùm principaliter allegat Bart. *in dict. §. si de vectigal. numer.* 3. Tandem dominus Farinacius *quæst.* 25. *numer.* 68. cum eadem distinctione declarari debet, cùm ipse non distinguat, & moueatur ex doctrina Bartoli, & aliorum *in dict. §. si de vectigal.* qui, vt sæpe dixi, loquitur de feudo proprio requirente personale seruitium.

14 Et licèt in omni feudo censeatur reseruatum iuramentum fidelitatis, non tamen dicitur requirere personale seruitium, nisi aliter de seruitio personali in inuestitura expressè dispositum sit, vt in specie declarat Cepoll. *in supra dicto consilio ciuili* 22. *num.* 5. vbi bene hanc materiam distinguit, & si in hoc proposito iuramentum fi-
* delitatis habetur in consideratione, omnino corrueret illa communis & receptissima conclusio, quòd Monasterium, & fœminæ possint succedere in feudum in proprio, pro quo non præstatur personale seruitium, quia omnes dicerentur obligari ad personale seruitium, cùm præstent dictum iuramentum fidelitatis, quod tamen est falsum, ea scilicet ratione, quia iuramentum fidelitatis non obligat aliquod seruitium personale præcisum, vt legitur *in cap.* 1. *de nou. f. r. iuran.*

Præterea supradicta distractio de feudo, requirente, 15
vel non requirente personale seruitium, consideratur quando fiscus est diuersus à directo domino, tunc enim consideratur quòd fiscus non poterat præstare personale seruitium directo domino, vt considerat Bart. & omnes *in dicto §. si de vectigal. num* 3. *& seqq.* Sed quando fiscus est directus dominus, est idem, & nõ potest considerari ista differentia quòd vnus alteri seruiat. Hæc pro nunc tetigisse sufficiat, quia modò non disputatur de veritate opinionum, sed illarum numero.

Ioannes Baptista Spada Fisci, & Cameræ
Apostolicæ Aduocatus.

Nihil in proposita dubitatione fuit resolutum, quia principalis delinquens habuit gratiam à Sanctissimo, soluta composita pœna, & nisi sic causa fuisset expedita, valde dubitabam de iure fisci, quia, vt aliàs testatus fui, contra ipsum videbatur magis communis Doctorum opinio vrgere, prout etiam plures suprà relati de ea testantur.

ARGVMENTVM.

Plura de fide & probatione birroariorum deponentium de resistentia ipsis facta, & nonnulla etiam de confessione qualificata, an & quando debeat in totum acceptari, cum aliis de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Testes birroarij non solùm non sunt idonei testes, sed à testificando repelluntur, n. 1. *Præsertim dicendo se ab aliquo vulneratos aut percussos, num.* 2. *vbi etiam quòd isto casu vix aperiunt iudici viam ad inquirendum, n.* 2. *&* 3. *vbi ampliùs quòd eorum depositiones non recipiunt adminiculum.*

Testes inhabiles, qui à testificando repelluntur etiam adminiculati nihil probant, n. 3.

Rixa non probata cessat omnis præsumtio resultans ex rixa, num. 4.

Supplicans, & veniam petens non fatetur delictum, n. 5. *præsertim cum clausula, vt quis se à vexationibus & molestiis Curia liberet.*

Defensio necessaria suæ personæ semper permissa censetur, num. 6.

Defensio necessaria dicitur facta ab eo, qui exonerat archibusium contra illum, qui primus archibusatam contra ipsum exonerauit, n. 6.

Birroariis volentibus aliquem capere non est licitum archibusia exonerare, n. 7.

Birroariis testibus asserentibus ipsis factam resistentiam non creditur, n. 7.

Qualitas confessionis adiecta delictum excusans per confitentem probari debet, n. 8.

Testis tacendo veritatem dicitur falsum deponere, n. 9.

Testis vnicus pro Curia examinatus probat contra Curiam, n. 20.

Qualitatem confessioni adiciens in facto priùs negato non auditur nisi probata qualitate, n. 11.

Doli præsumtio non modica oritur ex mendacio, n. 11.

Qualitas confessioni adiecta non est probanda per confitentem, sed præsumitur, quando de delicto non constat, nisi per confessionem, n. 13.

Clamans contra Curiam, qua pœna puniatur, num 13.

CONSI

CONSILIVM CXX.

1 BERNARDINVS Laurus carceratus reperitur pro eo quòd exonerauit archibusatam in birruarios, eorúmque vnum cum cultro vulnerauerit, & deinceps in sui exitiũ, & vt se ex manibus birruariorũ eximeret sæpius clamauerit, *accurretemi, accurretemi, alla strada, alla strada, cha mi aiuta*, & similia verba. Quod attinet ad prætensam archibusatam exoneratam, & prætensum illatum vulnus, non video hoc probatum, nisi ex depositione trium birruariorum, qui, vt noti iuris est, non solùm non reputantur idonei testes, sed etiam, à testimonio repelluntur, Bald. *in l. fin. n. 47. ad fin. in 8. q. C. de edict. Diu. Adr. toll. & in leg. etiam, num. 7. Cod. de testib.* Boss. *in tit. de denunciat. numer.* 12. 13. Ioseph. Ludou. *decis. Lucen. 1. num. 3.*

2 Quòd eo magis in proposita facti specie repellendi sunt, cùm dicendo se fuisse vulneratos, & percussos à Bernardino, faciant se eiusdem Bernardini inimicos, vt in specie scripserunt Franch. *in cap. cùm parati, numero 35. in fin. extra de appell.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt.* 11. *numero* 6. Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 8. gl. §. 9. numero* 14. Gabr. *lib. 2. tit. de citatione, conclus. 4. numero* 3. Franc. Marc. *decis.* 51. *numero* 2. *& seqq. par.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas.* 112. *numero* 15. Et propterea vix eorum dicta etiam quòd plures sint indicium facere ad inquirendum generaliter, scripsit Boss. *in tit. de denunc. sub numero 12. versicul. si igitur essem iudex, & numero* 13. vbi quòd ita seruatur in statu Mediolani Iodoch. *in pract. crimin. cap. 15. tit. de citat. real. numero* 31. Asin. *in pract. §. 9. capit 3. num. 5. in fin. versicul. Et id ne maleficium*, Cephal. *consil.* 241. *num. 7. lib.* 2.

3 Nec facit si dicatur depositiones birruariorum esse adminiculatas ex veritate facti. Primò, quia archibusium Bernardini reperitur exoneratum. Secundò, quia sequuta rixa vulneratus præsumitur à corrixante vulneratus. Tertiò, quia iam Bernardinus est solitus birruariis resistentiam facere, & malè agere. Hæc enim omnia prætensa adminicula vnico verbo tolluntur, nempe quòd ex quo birruarij à testificando prorsus repelluntur, ideo adminicula nihil operantur, cùm nihil adminiculandum inueniant. Socin. *consil.* 218. *numero* 8. *lib.* 1. Hippol. Rimin. *consil.* 489. *numero* 28. *& seq. lib.* 4. Suid. *decis. Mantuan.* 135. *numero* 10 Baiard. ad Clar. *quæst.* 24. *numero* 128. *ante fin.* Et nihilominus quòd archibusium Bernardini fuerit repertum exoneratum, non concludit, quòd ipse illud exonerauerit, cùm veritas fuerit, prout Bernardinus deponit, quòd birruarij illud exonerarunt, seu saltim hoc potuit esse & hoc sufficit, *l. fin. C. de probat. cap. stante eurtis 2. quæstione vltima, cum simil.*

4 Quarta præsumtio oriens ex rixa tollitur, quia de rixa cum Bernardino non deponunt nisi birruarij, qui vt præfertur, nihil probant, & rixa non probata cessat præsumtio ex rixa resultans, *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet. cap. ad dissoluendum, de desponsat. impub. in* 6.

5 Quòd aliàs Bernardinus supplicauerit de resistentia facta Curiæ ad hoc vt intret regula, semel malus. Respondetur quòd supplicans, & veniam petens non fatetur delictum, secundùm gloss. *in cap. exhibita, in verbo, veniam, extrà de homicid.* Roman. *in l.* 1. *§. nunciatio, numero 3. versic. circa primum*, & ibi etiam Alex. *num. 7. versic. & qui petit veniam ff. de nou. oper. nunc.* Boss. *in tit. de remed. ex sola clementia Principis, numer. 29. versic. Et an qui petit gratiam.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 8. n. 37.* Decian. *in tract. crimin. libr. 3. cap. 35. numero* 64. præsertim, prout in casu nostro quando supplicatio est facta cum clausula nõ quòd aliquid commiserit delictum, sed vt se à vexationibus, & molestiis Curiæ liberaret, secundùm Io. Andr. & alios omnes Canonistas, *in d. cap. exhibita*, Gigas *de crimin. læs. maiest. libr. 2. tit. quomodo, & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæst. 13. num. 36. & seq.*

6 Verùm his omnibus cessantibus, prout, ni fallor, fortiter vrgent, dato quòd Bernardinus in birruarios archibusatas exonerasset, & cultro birruariũ percussisset, dicitur id sibi licuisse ad suæ personæ necessariã defensionẽ, quæ à iure permittitur cuicumque, *l. vt vim, ff. de iust. & iure.* Cùm enim, prout ipse Bernardinus fatetur, birruarij fuerint primi ad exonerandum in ipsum archibusatam, meritò ipse contra eos aliam archibusatam exonerare potuit, secundùm Claud. Seyssell *in dicta l. vt vim, num. 56. & n. 70. vers. nõ sufficeret, & n. 109. vers. & probatur*, & ibi etiam Salomon. *n.* 8. Franc. Curt. *n.* 66. & Mant. 56.

7 Non enim birruariis volentibus aliquem capere licitum est ita cum archibusium exonerare, ad trad. per Follet. *in pract. crim. in verb. notatos capiat de persona, num. 76. & num.* 30. Iodoc. *in pract. crim. num. 15. cap.* 2. Boër. *decis. 170. n. 6.* & si birruarij pro eorum excusatione allegauerint, prout allegant quòd Bernardinus resistebat ipsis, non creditur nisi aliter resistentiam probauerint, prout in terminis scripsit Iodoc. *d. cap. 15. num. 28. in fine, versic. neque culpa.*

8 Quòd enim birruarij exonerauerint archibusatam, non potest in dubium refricari, quia iam constat in processu, quòd duæ fuerunt auditæ archibusatæ, & birruarij fatentur exonerasse archibusatam, adiecta tamẽ qualitate quoad aerem, & ad terrendum ne gens concurreret ad illum eximendum. Quæ quidem adiecta qualitas erat per eos probanda, tum quia sumus in prohibitis (non enim video quomodo birruariis licitum sit de nocte archebusatas exonerare) Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsiuit n. 2. ff. de liber. legat.* Bald. *in l. 1. n. 44. & seq. C. de confess.* Socin. *in l. non vtique, n. 7. ff. de except.* Ias. *in d. l. vt vim, n. 3. ff. de iust. & iur.* Boss. *in tit. de confess. n.* 19.

9 Tum & quia primò examinati & interrogati vt factum capturæ Bernardino recenserent, omnia particularia deponunt, & archibusatam ab eis exoneratam tacent, quo casu falsum deposuisse dicuntur, *cap.* 1. & ibi Hostiens. *num. 6. in verb. occultat*, Anan. *n. 4. vers. nota quòd testes*, Anchar. *n. 3. in 3. notab.* & Abb. *in summario, extrà de crimi. falsi.* Boss. *in tit. de falsis, n.* 139. Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 10. n.* 30.

10 Prout etiam falsum dicunt in tempore exoneratæ archibusatæ asserentes, quòd ipsi exonerarunt archibusatam per spatium duorum credo, post illam quam exonerauit Bernardinus, & tamen constat ex processu quòd incontinenti fuerunt auditæ duæ archibusatæ, vna post aliam, prout deponit N. testis Curiæ; quæ licèt sit vnica, plenè probat contra Curiam, Aym. *consil. 100. n.* 13. Socin. *consil. 69. n. 11. lib. 1.* Gabriel *tit. de test. b. conclus. 1. post num. 14. lib.* 1.

11 Ideo succedit conclusio, quòd negans factum à principio, si illud postea adiecta qualitate fateatur, non auditur nisi probata qualitate, Bart. *in l. cum qui, in princip. col. 1. in fin. ff. de iureiuran.* Beró. *in cap. & si clerici, num. 75. vers. sed in contrarium, & vers. seq. extrà de iudic.* Bertaz. *consil.* 31. *num. 12. lib. 1.* Boer. *decis. 164. num. 12. & num. 14. in fine.* Et ex mendacio prædicto birruariorum, qui non sine ministerio omnes tacuerunt archibusatam prædictam, non modica contra eos oritur præsumtio, *l. si quis affirmauerit, §. 1. ff. de dolo. l. falsus, §. si quis, ff. de furt.* Rom. *cons. 8. n.* 2. Aym. *cons. 2. num.* 13. Hippol. Rim. *cons. 274. n. 97. lib.* 3.

12 Quare aut in processu nec etiam præsumtiuè creditur constare quòd Bernardinus archibusatam exonerauerit in Curiam, & quòd birruarium vulnerauerit, aut si de hoc aliqua adest suspicio, illa non est vllo pacto attendenda; cùm stante prima archibusata à birruariis in Bernardinum exonerata, potuit Bernardinus omnia agere ad sui defensionem, iuribus vulgaribus.

13 Quo verò ad clamorem per illa verba, *corette, corette, alla strada, alla strada, aiuto, aiuto*, sicut fatetur, non insistam circa pœnam, quæ in omni casu non erit de iure communi, nisi pecuniaria, secundùm Siluan. *in cons. 43. n. 14. & 18.* Nec Apostolicæ constitutiones intrant etiã quòd ex manibus curiæ se cum effectu exemisset, prout si opus fuerit demõstrabitur, & in practica seruatur, solùm dicam, quòd ex quo fatetur sic clamasse, & auxiliũ inuocasse propter mala tractamenta birruariorum, & timens ab eis interfici. Hæc qualitas cùm de delicto non constet, nisi per eius confessionem, quia, vt suprà probaui,

intelligi debet non de homicidis simpliciter, sed de homicidis bannitis,& condemnatis, prout sic in bannitis & condemnatis apertè sonant verba præcedentia, quæ dictis bannitis dant solùm sex menses ad comparēdum, & etiam sequentia, quæ volunt, quòd iudex pro absolutione condemnatorum,& bannitorum sportulas recipere nequeat, prout aduertit Honded. *cons.99.n.48.lib.1.* & ego ipse *in meo consil.66.n.9.* ergo non extendenda ad condemnandos, prout sonat dubium.

2 Pro parte affirmatiua, quam pro veritate, & vt officij mei partes facerem, adducebam. Primò, quia verba bullæ sunt clara, cùm non loquatur de homicidis bannitis & condemnatis, sed de homicidis simpliciter, & ideo intrat regula, quòd vbi verba sunt clara, nec à præcedentibus, nec à subsequentibus interpretationem, seu declarationem recipiunt. *l.continuus, ff.de verbor.obligat. l. ille, aut ille, ff.de leg.1.*

3 Secundò si verum esset, prout voluit Honded. *in loco præcitato*, quòd constitutio intelligenda sit in minoribus bannitis, & condemnatis, non autem in illis qui non banniti,& condemnati ad manus Curiæ deueniunt, sequeretur absurdum, quòd minor ætas magis prodesset iis, qui ore proprio fatentur delictum, quam illis, qui propter contumaciam fictè habentur pro confessis vigore statutorum, & consuetudinis, de qua per Clar. *in pract.§.final.q.44. ver. licet autem.* & sic magis afficeret & magis potens esset ficta confessio quàm vera, contra textum *in l.1.ff.& C. de confess.& in l.qui sententiam, C.de pœnis*, cum vulgar.

4 Tertiò addebam aduertendum quòd constitutio Pij Quarti multa continet capita inter se prorsus diuersa,& separata. Primò de appellationibus non recipiendis, nisi facto deposito. Secundò de pœnis treugæ, & pacis Cameræ Apostolicæ stipulandis. Tertiò quòd non possit in fractione treugæ, & pacis allegari noua causa. Quartò quòd legitima filiorum delinquentium à parentibus solui debeat, etiam quòd fuerint condemnati in contumaciam. Quintò præfigit terminum sex mensium; in quo banniti comparere debēt ad se defendendum. Sextò quòd minor ætas homicidas non excuset. Septimò quòd iudices non capiant sportulas pro absolutione bānitorum. Octauò de præuentione inter Iudicem ecclesiasticum,& secularem. Ex quibus apertè deprehenditur, quòd Pontifex super omnibus prædictis capitibus voluit expresè statuere, non autem ex vno ad aliud inferre, aut interpretationem dare.

5 Quartò, & hoc tollit omnem difficultatem, aduertendum, quòd Honded. *in d.cons.99.num.48.* & ego *in meo consil.66.num.9* licèt diximus constitutionem loqui de bannitis condemnatis in contumaciam, non tamen diximus non esse extendēdā ad condemnandos contumaces, sed tantùm diximus non esse extendendam ad captos præsentes, & non condemnatos, & iste non est casus noster. Facere autem consequentiam, prout facit iudex, Bulla loquitur de bannitis condemnatis in contumaciam; ergo non extendenda ad condemnandos contumaces. Consequentia non est bona, quia si Bulla loquitur de minoribus pro homicidio condemnatis in contumaciam in pœnam vitæ; ergo præsupponit minores posse & debere in contumaciam, sic in hanc pœnam condemnari, & hoc argumentum ab antecedenti præsupposito necessariò inconuincibile est, *l.ad legatum, & l.ad rem mobilem*, cum ibi notat. per gl. *ff.de procurat. c.tib.c. quoniā, de sent. excomm. in 6.* Quomodo enim potest constitutio disponere, quòd minoribus cōdemnatis in contumaciam pro homicidio in pœnam mortis, si fuerint capti, quòd minor ætas illis non prosit,& quòd non cōstante minori ætate, sententia contra eos lata exequi debeat, nisi etiam præsupponat eos sic in hanc pœnam condemnari posse,& debere?

6 Quintò,& vltimò si aliter diceremus, constitutio redderetur clusoria. Nam si minor sit præsens, captus,& non in contumaciā condēnatus, constitutio non habet locū, secūdùm consiliū Hondedei,& meum ..... si sit absens, & condemnandus, constitutio nec etiam habet locum, secundùm lecturam iudicis ...: si sit absens,& condemnatus in contumaciam, capiatur,& tunc si non est condemnatus in pœnam mortis propter minorem ætatem (prout credit iudex non posse condemnari) & constitutio pariter non habet locum, quia iudex non potest exequi sententiam pro maiori pœna, quàm sit ea de qua in sententia. Si verò reperiatur condemnatus in pœnam mortis,& tunc nec etiam constitutio locum habebit, quia cùm fuerit malè in hanc pœnam condemnatus, non potest iudex exequi sententiam, in qua quis est condemnatus in pœnam ad quam condemnari non debebat reus. Barbat. *cons.23.num.25. & seqq. lib.2.* Plot. *consil. crimin. diuers.72.num.35.& seqq.lib.1.* Clar. *in pract. §.final. quæst.93.versic. quæro si iudex.* Et consequenter nunquàm constitutio locum habebit,& clusoria redderetur, contra tex. *in l.tali, ff.de iur. dot.& in l.si in diem, ff.de cond.& demon. cum similibus.*

Sextò non omitto Bullam Pij Quarti 68. in qua ille Pontifex confirmando aliam Bullam Iulij Secundi 11. per hæc verba statuit, *super quo nec ætas iunior annis vigintiquinque homicidas ipsos excusaret sic delinquens, qui vigesimum suæ ætatis annum attigisset haberetur, & reputaretur pro maiori in omnibus præmissis delictis, nec propterea pœnis iuris constitutionum, vel statutorum eximeretur, vel liberaretur, nec apud iudicem minoris ætatis huiusmodi consideratio alicuius esset momenti.* Quæ quidem constitutio negari non potest quin generaliter loquatur tam in condemnatis, quàm in condemnandis,& tam in absentibus, quàm in præsentibus. Quare omnino sequitur, quòd Bulla eiusdem Pontificis 128. (aliud non faciens nisi quòd ampliando dictam constitutionem 68. ætatem viginti annorum ad quartumdecimum completum reduxit in crimine homicidij) intelligentiam, & interpretationem sumere debeat à dict. Bulla 68. Tum quia si aliter diceremus sequeretur quòd legislator, & Princeps anteriorem legem correxisset. Quod non præsumitur, nisi hoc expressè dicat ad gloss. communiter approbatam *in cap. cupientes, §. quod si per viginti, in verbo, petere, de elect. in 6.* Euerard. *in loco à contrario sensu, n.9.* vbi dixit legem non præsumi correctam per repetitiones, subauditiones,& vel tacitos intellectus. Tum etiam, quia vna lex aliam declarat. Et quidem pro veritate attestari possum in tanto tempore, in quo in criminalibus subsellijs versatus fui, nunquam ab aliquo alio Iudice fuisse super hoc dubitatum, quando scilicet contingit minores homicidas non comparentes in contumaciam condemnari, licèt bene verum sit, quòd si eos capi postea euenerit, Principe consulto, quandoque ætati miserationem, si facti qualitas id postulauerit habitam fuisse. 7

Præmissis sic in sacra Consulta discussis nihil resolutū fuit. Nam pro parte negatiua considerabatur quòd capitulum præcedens huic vers. Nec homicidis, loquitur in bannitis, & condemnatis in contumaciam, volens illos non posse à iudice admitti ad defensiones post lapsum sex mensium, sic & capitulum subsequens loquitur de iudice absoluente bannitos,& condemnatos quòd non possit ab eis recipere pro absolutione sportulas. Ita pariter credit medium caput loquens de homicidis esse intelligendum de iisdem bannitis,& condemnatis in contumaciam, non autem de condemnandis, prout agitur ex regula quòd qualitas posita in vno capitulo censetur repetita in alio, de qua *in §. capite tertio*, & ibi præsertim Aretin. *Instit. de leg. Aquil.* 8

Secundò ad id adducebantur quę scripsi *in tit. de pœn. temperand. quæst. 92.n.189. & seq.& cons. 66.n. 9.* vbi post Honded. *in cons.99.n.48.& seq. lib. 1.* dixi hanc Bullam Pij Quarti loqui in minoribus bannitis, & in contumaciam condemnatis, non autem in condemnandis, in quibus in omnem euentum non per hoc ex dicta Bulla erunt ligatæ manus iudicis in condemnando pœnam mitigare. 9

Tertiò considerabatur quòd capitulum de homicidis subsequitur capitulum præcedens loquens de bannitis per dictionem, *Nec*, quæ est copulatiua præcedentis capituli,& cōtinuatiuè subsequitur præcedens capitulum, quo casu qualitas in dicto præcedenti capitulo apposita 10

censetur

censetur etiam reperta in sequenti capitulo copulato, & continuato, ad trad. per Bero. *cons.141.n.19.lib.3.*

11 Quartò adducebatur distinctio Oddi *in tractat. de restitut. in integr. part. 2. quaestio. 80. num. 75. & seqq.* vbi dixit quòd quando minor delinquit in iis, quæ non imprudentia ætatis, sed obstinata malitia, & incorrigibili voluntate ita faciendi, si occurreret etiam in maiori ætate, prout sunt assassinia lucri causa, furta geminata, vsuræ, proditiones, & similia, & tunc minori minuenda non est pœna, secus si delinquit ex voluptate consistente circa concupiscibilia, & irascibilia ætatis impetu, & imprudentia, prout est blasphemia, adulterium, percussio, homicidium, & similia, sed sic est, quòd in casu nostro agitur de homicidio; ergo minuenda est pœna.

12 Quintò subdebatur, quòd hîc constabat de minori ætate ex processu informatiuo, & ideo licèt minor aliàs ad minuendam pœnam non posset allegare minorem ætatem, probata tamen à fisco releuari debet, per id quod in simili dicitur de eadem constitutione eiusdem Pij Quarti, in qua licèt dicatur, quòd in causis treugarum, & pacis fractores, vel eorum fideiussores non possint allegare nouam causam, si tamen de ea constet ex processu informatiuo, releuabit offendentem, ad ea, quæ scripsi *in mea practica crimin. par. 2. tit. de var. & diuers. crimin. quaest. 107. num. 503. & seqq.*

13 Sextò id totum arbitrio iudicis remitti debere, iuxta facti qualitatem, dicebatur ex generali iuris conclusione quòd iudex ex causa potest augere, & minuere tam pœnas legales, quàm bannimentales, & statutarias, de qua *in l. hodie*, cum ibi notat. per Doctor. *ff. de pœn. in l. quid ergo, §. pœna grauior*, & ibi pariter gloss. & Doctor. *ff. de his, qui notan. infam.*

14 Pro parte affirmatiua, quam quantum potui sustinebam, iterum adducebam. Primò, quia constitutio Pij Quarti in vers. Nec homicidis, loquitur simpliciter indefinitè, & indistinctè; ergo sic indistinctè tam de bannitis, quàm de non bannitis intelligi debet, prout in simili arguit Paris. *in cons. 36. num. 1. & num. 4. & 8.* Si enim banniti qualitatem in hoc capitulo Pontifex repetere voluisset, vtique repetiisset, sicut fecit in antecedenti, & sequenti capitulo, idem Paris. *cons. 36. num. 5.* & cùm huius capituli verba sint clara, & aperta, frustrà recurritur ad interpretationem sumendam à præcedentibus, vel sequentibus. *l. continuus, ff. de verbor. obligat. & l. ille, aut ille, ff. de leg. 1.*

15 Secundò si verum esset, quòd constitutio esset intelligenda de contumacibus bannitis, & condemnatis contra quos facta recognitione personæ, absque aliqua delicti confessione sententia exequutioni mandatur, non autem de condemnandis præsertim captis, & præsentibus, & proprio ore confitentibus delictum, vtique sequeretur, quòd potentior esset ficta confessio ex contumacia resultans, quàm vera, contra textum *in l. filio quem pater, ff. de liber. & posthum.* & in simili arguunt, Marsil. *cons. 64. n. 39.* & Franc. Becc. *cons. 11. n. 11. lib. 1.*

16 Tertiò (& in hoc videtur consistere tota vis dubitationis) dixi maximè aduertendum, quòd capitulum, *nec homicidis*, stat in ipsa constitutione de se, & separatum à præcedenti, & sequenti capitulo, in quibus exprimitur qualitas bannitorum, & condemnatorum, habétque dictum capitulum perfectam & determinatam orationem. Quare subintrat communis distinctio Doctorum, quòd qualitas in vno capitulo apposita censetur repetita in alio, quando ambo capitula sunt apposita in eadem oratione, & reguntur ab eodem verbo, prout post alios consuluit Dec. *in consil. 92. num. 2. lib. 1.* & Paris. *consil. 108. num. 48. lib. 3. & consil. 72. num. 35. & seqq. lib. 4.* secus quando, prout in casu nostro, vnumquodque capitulum habet perfectam & determinatam orationem, nec vnum regitur à verbo alterius, fuit doctrina Bartoli *in l. in repetendis, colum. 2. vers. Tertio casu, & vers. Quandoque etiam, & vers. Quandoque est identitas rerum, ff. de leg. 3. & in l. Seia, §. Caio, in princip. & num. 2. de fund. instruct.* Quam communiter sequuntur Doctores, vt videre est apud Gozad. *in consil. 45. numero primo, vers. præterea, &c.* Ias. *in l. talis scriptura, n. 37. ff. de legat. 1.* Paris. *cons. 36. numero 8. & seqq. pluribus vsque ad numerum 17. & numerum 22. lib. 1.* Gabr. *lib. 4. de testament. conclus. 10. numero 6. & lib. 6. de claus. in quarta, & octaua limit.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 13. numero 10.*

Quartò etiam dato quòd in capitulo, *Nec homicidis*, censeretur repetita qualitas bannitorum, & condemnatorum, & quòd sic deberet intelligi de minoribus bannitis, & condemnatis; ergo constitutio non est extendenda ad condemnandos contumaces. Consequentia non est necessaria, quia dantur minores condemnandi etiam non contumaces, prout sunt capti, & præsêtes, & prout in casu in quo consuluit Honded. *in cons. 99. num. 48. lib. 1.* & ego ipse quando consului pro Bernardo Cencio carcerato *in cons. 66. numero 9.* Immo si constitutio loquitur de minoribus pro homicidio condemnatis in contumaciam in pœnam vitæ, necessariò sequitur, & necessariò in ea præsupponitur minores posse sic in pœnam ordinariam in contumaciam condemnari, arguendo ab antecedenti præsupposito necessario. Si enim minor non posset in pœnam mortis in contumaciam condemnari, vtique malè dixisset constitutio, quòd sententia in condemnatum exequutioni mandari posset, cũ certum sit iudicem non posse exequi sententiam contra condemnatum in pœnam ad quam condemnari nõ debebat, Barbat. *cons. 53. numer. 25. & seqq. lib. 2.* Flor. *cons. criminal. diuers. 73. numero 31. & seqq. lib. 2.* Clar. *in pract. §. final. q. 93. versic. Quaero si iudex.* Dicere autem, prout dicitur, quòd constitutio intelligatur de minoribus condemnatis in pœnam vitæ, quando non constat eos esse minores, prout cõstat in casu nostro, mihi videtur quòd sit excludere illud, quod ipsa constitutio præsupponit. 17

Quintò postquam contrarium tenentes maximam vim faciunt in meis scriptis, méque ipsum eum meo gladio iugulare quærunt, rogo eos, vt in terminis terminantibus velint videre, quæ ego idem scripsi *in mea pract. par. 1. titul. de inquisit. quaestio. 11. numero 26. & seqq. & præsertim numero 30. versicul. Quid dicendum.* vbi disputata illa quæstione, nunquid minor delinquens possit in contumaciam condemnari, relatisque hinc inde contrariis Doctorum autoritatibus concludo, quòd in Vrbe, & statu ecclesiastico vigore constitutionis Pij Quarti non solùm in crimine homicidij possunt in contumaciã cõdemnari, sed etiam condẽnari in pœnã ordinariã. 18

Sextò, & vltimò quatenus præmissa aliquã reciperent dubitationem, prout non recipiunt illa, prorsus est sublata ex subsequuta obseruantia etiam in sacra consulta, quæ pluries iussit contra minores in contumaciam procedendum ad pœnam ordinariam. Quæ quidem obseruantia est optima constitutionum interpres, nec longi temporis cursum requirit, & ad eam iudicandam sufficit, ita fuisse obseruatum, *l. si de interpretatione, ff. de legibus,* Aym. *consil. 201. n. 11.* Rota *diuer. decis. 574. n. 3. & seq. par. 1. & decis. 256. n. 6. & seq. par. 2.* cum aliis per Ioseph. Ludouic. *conclus. 38 in 1. & 2. ampliat.* 19

Ad contraria facilis est responsio. Primo enim argumento respondetur quòd ista materia, an scilicet, & quãdo qualitas in vno capitulo apposita censeatur repetita in alio, est brocardica, & in ea non potest dari firma doctrina, prout dixit Boër. *decis. 146. n. 1. in fi.* Et communis, immo, & magis communis est opinio, quòd regulariter qualitas in vno capitulo apposita non censeatur repetita in alio, prout testatur Paris. *cons. 35. n. 19. lib. 3.* Gabr. *de testam. conclus. 10. n. 6. lib. 4.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 13. n. 8.* Sed quando vnumquodque capitulum habet de se perfectam orationem, prout in casu nostro, tunc omnes admittunt non censeri repetitam qualitatẽ alterius capituli, prout dixi in tertio fundamẽto affirmatiuæ opinionis. Præsertim quando agitur de extendendo non dispositionem principalem ipsius constitutionis, sed qualitatẽ narratã ipsa dispositione, prout in casu nostro, & prout declarat Bartul. *in l. prætor la 2. §. eritque hæc differentia, ff. de vi bon. rapt.* vbi sic respondet text. *in §. capite tertio, Inst. de leg. Aquil.* & ibi etiam Aretin. ex aduerso allegat. *num. 2.* ponit eandem declarationem. 20

21 Ad secundum fundamentum responsio colligitur ex iis, quæ dixi in quinto fundamento eiusdem affirmatiuæ opinionis. Distingue tempora, & concordabis scripturas, loquitur enim, & consuluit, Honded. *in cons. 99. n. 48.* in minore condemnando non contumace, sed capto, & præsente, & ita etiam ego loquutus fui & consului *in consil. 66. num. 9.* pro Bernardo Cincio non contumace, sed carcerato, & ita etiam sunt intelligenda quæ scripsi *in tit. de pæn. temperan. q. 92. num. 189. & sequent.* Quare secus in contumace condemnando, prout ad litteram declaraui *in pract. quæst. 11. numer. 30. versicul. Quid dicendum.*

22 Ad tertium de dictione copulatiua, & continuatiua ad præcedens capitulum respondetur, quòd quando oratio vnius capituli est perfecta, nec regitur à verbo alterius capituli, tunc qualitas vnius capituli non censetur repetita in alio, etiam quòd vnum veniat ad aliud copulatiuè, continuatiuè, implicatiuè, seu repetitiuè, prout bene declarat Bartol. *in dict. l. repetendis, in locis prauallegatis, ff. de legat. 3.* vbi loquitur quando capitulum incipit per dictionem, *Item.* idem Bartol. *in l. Seia. §. Caio, in principio, num. 2. ff. de fund. instr.* vbi loquitur quando capitulum incipit per dictionem, *Et*, vel per dictionem, *Item.* Paris. *consil. 36. num. 8. & seqq. & num. 15. & seq. lib. 1.* vbi in terminis loquitur quando capitulum incipit per copulam, *Nec*, & amplius quando additur dictio implicatiua similem, *Etiam*. Ancharan. Regien. *q. 7. num. 3. & 4. omnino num. 12. in fine, & seq. part. 2.* vbi loquitur quando in sequenti capitulo, in quo prætenditur facta repetitio qualitatis appositæ in præcedenti capitulo adest dictio, *vt suprà*, quæ de sui natura est repetitiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.

23 Ad quartum respondetur distinctionem Oddi procedere de iure communi, & ita ipse Oddus loquitur de iure communi, non autem vigore cõstitutionis Pij Quarti; immo si vellemus stare sententiæ Oddi, esset generaliter dicendum, prout ipse dixit *in eodem tract. de restit. in integr. par. 2. q. 80. num. 72. versic. Tertiò saltem*, quòd in terris Ecclesiæ minoribus viginti quinque annorum pœna non est minuenda, quando constat quod dolo, & malo animo deliquerunt.

24 Ad quintum respondetur, argumentum de allegatione nouæ causæ non esset trahendum ad allegationem minoritatis, quia Pius Quartus quoad nouam causam dixit eam non posse allegari ab offensoribus, seu fideiussoribus, & sic non excludit quin à fisco probata ipsi non prosit; in minoritate autem non dixit eam non posse allegari, sed generaliter, quòd minori non prosit, & sic includit etiam quòd à fisco sit probata.

25 Ad sextum supplicatur aduerti, quòd conclusio est verissima, quando ex aliqua causa à iure approbata, iudex vult pœnam minuere, quia hoc potest facere etiam in maiore; sed nostra dubitatio non est, nunquid iudex ex causa possit minori pœnam mitigare, sed nũquid hoc possit facere propter minorem ætatem stante constitutione Pij Quarti. Et in hoc non datur iudicis arbitrium: quia constitutio est clara, & solùm dubitatur, nunquid habeat locum in contumacibus condemnandis, & in hoc, aut vna, aut altera opinio est verior.

26 Quare nihil superesse affirmabam, quòd sacræ consultæ laudabilem obseruantiam aliquo pacto obnubilare possit. Pro qua insuper inspicienda est ratio constitutionis, quæ non alia potuit esse, nisi vel propter odium homicidij, vel propter odium bannitorũ, vel quia hodie hominum ætas est breuior, vel melior, vt exprimitur in Bulla Iulij Secundi 11. & in Bulla Pij IV. 68. ratio fuit, vt homines nõ sint procliuiores ad homicidia, quorũ magna frequẽtia successit. Hæ autẽ omnes rationes militãt tam in cõdemnatis in contumaciã, quàm etiã in condẽnãdis. Nec vlla afferri potest ratio diuersitatis, cur potius condẽnatis in contumaciã, minor ætas prodesse non debeat, quàm condemnandis pariter in contumaciã. Ideo ad vtrumq; casum extendenda arguendo à ratione scripta quæ producit extensionem etiam in exorbitãtibus correctoriis, & pœnalibus, Put. *decis. 55. sub n. 3. lib. 3.*

27 Et in hoc etiam aduertendum dicebam quòd de iure communi, licèt minores possint in contumaciam condemnari, adhuc tamen à iudice habenda est ratio ætatis, & pœna mitiganda, prout voluit Cartar. *de exeq. sent. cap. fin. n. 227.* Et in hoc constitutio Pij Quarti voluit prouidere, & quando contigerit minores in contumaciã condemnari sciant minorem ætatem in crimine homicidij ipsis non prodesse, & iste est verus sensus illius constitutionis, quæ propterea intelligenda est tam in condemnatis in contumaciam, quàm in condemnandis.

28 Et demum subdendum non omittendam Bullam Pij Quarti 68. in qua ille Pontifex confirmando aliam Bullam Iulij Secundi 11. per hæc verba statuit: *Super quo, nec ætas minor annis viginti quinque homicidas ipsos excusaret, & homicida sic delinquenti, qui vigesimum suæ ætatis annum attigisset, haberetur, & reputaretur pro maiori in omnibus præmissis delictis, nec propterea pœnis iuris, constitutionum, vel statutorum eximeretur, vel liberaretur; nec apud iudicem minoris ætatis huiusmodi consideratio alicuius esset momenti.* Quæ quidem constitutio negari non potest, quin generaliter loquatur tam in condemnatis, quàm in condemnandis, & tam in absentibus, quàm in præsentibus. Quare omnino sequitur, quòd bulla eiusdem Põtificis 128. aliud non faciens, nisi quòd ampliando dictam constitutionem 68. ætatem viginti annorum ad quartumdecimum completum reduxit, in crimine homicidij intelligentiam & interpretationem sumere debeat à dicta bulla 68. Tum quia si aliter diceremus, sequeretur quòd legislator, & Princeps anteriorem legem correxisset, quod non præsumitur, nisi hoc expressè dicat ad gloss. communiter approbatam *in cap. cupientes, §. Quòd si viginti, in verbo, petere, de elect. in 6.* Euerard. *in loco à contrario sensu, numer. 9.* vbi dixit legem non præsumi correctam per repetitiones, subauditiones, vel tacitos intellectus. Tum etiam quia vna lex aliam declarat.

29 Iterum itaque proposita dubitatione in sacra consulta sub die 24. Octobris 1606. sacra consulta pro maiori parte inclinauit in sententiam negatiuam, maiorem scilicet quatuordecim annorum, & minorem viginti annorũ, si de minori ætate constet in processu informatiuo, non posse in contumaciam condemnari in pœnam ordinariam nisi constet de contraria obseruantia, quo casu eam seruandam dixit consulto Sanctissimo. Fuit itaque à me scriptum omnibus Gubernatoribus status ecclesiastici, vt bene inspicerent processus antea factos in contumaciam contra minores quatuordecim annorum; rescriberéntque quidnam isto casu fuerit seruatum, & quia rescripserunt passim minores quatuordecim annorum homicidas fuisse in contumaciã condemnatos in pœnam ordinariam, ita secundùm hanc obseruantiam in Vrbe etiam seruari debere, prout & aliàs sæpius seruatum fuisse ostendi iussit, & decreuit, & Sanctissimus huius decreti habita notitia illud approbauit.

30 Verùm quia iudex, qui quantum poterat minorem hunc homicidam, licèt absentem, & contumacem à pœna mortis saluare nitebatur, omisso capite minoritatis conuolauit ad prouocationem, dicebátque homicidium ab isto minore cõmissum fuisse ad prouocationem occisi commissum stante in processu depositione Vincentij testis deponentis, quòd homicidium nõ fuit commissũ in vinea ipsius occisi, sed in alia contigua. Quòd occisus Andream occisorem, & socios primo loco prouocauit, illis dicendo, *Bardassoni*. Quòd deinceps Vinearolus Andream percusserit cum hasta Ronchæ. Quòd insuper iterum percusserit Andream cum ipsa Roncha incidendo vestimenta, & quòd propterea iterum existens Vinearolus in actu repercutiendi, Andreas euaginato ense ipsum vulnerauit, sed respondebam in hoc aduertendum, quòd si iudex volebat attendere hanc depositionem nõ solùm non condemnabit ipsum in pœnam vitæ, sed nec in aliquam prorsus pœnam, cùm eadem depositio, non solùm prouocationẽ, sed apertè necessariam defensionem concludebat, prout in his terminis scripserũt Bart.

in l. si ex plagiis, §. tabernarius, numero 1. versicul. Quandoque quis est prius percussus, & ibi Bal. *in prima, & secunda lectura.* & Florian. *in princip. ff. ad leg. Aquil.* Ias. *in l. vt vim, numero 9. in fine*, & ibi etiam Salom. *numero 2. & 3.* & Claud. Saysel *sub numero 56. in lect. & in repet. numero 69. ff. de iust. & iur.*

31 Nec mirum, quia cùm iste Vincentius astiterit homicidio, & insimul cum occisore fuerit reputatus principalis, & monitus ad se expurgandum super hoc homicidio, non poterat comparens aliter dicere, quàm dixit, culpam in aliam reiciendo, & taliter quòd eius confessio nec sibi, nec alteri noceret, ideo in nihilo credendum. Bald. *in l. quoniam liberi, numero 2.* & ibi gloss. *in verbo, participes, C. de testibus*, Albert. de Malet. *in tractat. de testibus, par. 1. cap. 4. §. expedita. post numer. 56.* Moncard. ad Crot. *de testibus, numero 92. sub littera G G. versic. Pone exemplum.* Boër. *decis. 319. in princip.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 474. numero 13.*

32 Verùm quòd Andreas & socij non fuerint prouocati, quòd ipsi fuerint prouocantes, & aggressores etiam circumscripto dicto huius testis, clarissimè probatur in processu ex pluribus coniecturis, quibus prouocationem & aggressionem probari dubitandum non est, Alberic. *in l. 1. §. cum arietes, numero 5. versicul. Et hoc nisi ex coniecturis, ff. si quadrup. paup. fecis. dicat.* Boër. *decis. 237. numero 1.* Vulpell. *cons. 7. numero 12.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 363. numero 1.*

33 Primò enim aduertendum quòd homicidium fuit commissum in vinea, quam custodiebat occisus, & ad quam Andreas & socij profecti sunt, mouentes se ex eorum vinea, & accedentes ad vineam, in qua occisus commorabatur. Vnde succedit, quòd eo ipso, quòd occisores vadunt ad eum quem postea occiderunt, & prouocantes, aggressores præsumuntur. Bart. *in l. 1. § cum arietes, numero 1.* & ibi Florian. *numero 5. ff. si quadrup. paup. fecis. dicat.* Dec. *consil. 676. in princip. & numero 2.* Aretin. *cons. 34. numero 1. in fine, & numero 2. & numero 3. in fine*, Cepoll. *cons. 28. numero 8. Quartò quia, & seqq.* Beto *cons. 573. numero 4. lib. 3.*

34 Secundò considerandum, quòd homicidium fuit cōmissum, nō solùm in vinea aliena, sed etiam propè Moscatellum, quem occisor suspectus erat, quòd derobaret, vt in facto fuit dictum. Et sic magis verisimile est, quòd in illam vineam accesserint animo derobandi Moscatellum, & consequenter ratione loci, in quo est commissum homicidium, præsumantur aggressores, Vulpell. *cons. 44. numero 12. & cons. 96. numero 7.* Aleiat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 39. n. 10.*

35 Tertiò Andreas erat magis associatus, & sic eo magis præsumitur aggressor, Vulpell. *cons. 44. numero 11. & consil. 118. numero 5.* Bertazzoll. *cons. 1. numero 10.* vbi propterea in terminis, quòd non est verisimile, quòd vnus aggrediatur tres, Hippol. Riminald. *cons. 216. numero 18. lib. 2.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1244. num. 7.*

36 Quartò Andreas cum sociis erat magis armatus, nempe cum archibusio; ergo minus præsumendum, quòd occisus fuerit prouocator, Felyn. *in cap. dilecti filij, num. 14. ad medium. de except.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 39. numero 10.* Bertazzoll. *cons. 1. numero 11. & cons. 37. numero 13.* Hippol. Riminald. *consil. 259. numero 11. & consil. 361. numero 2.*

37 Quintò Andreas, & socij dabant operam rei illicitæ, quia volebant transire per alienam vineam inuito custode; ergo præsumuntur prouocantes, & insultantes, Florian. *in l. scientiam, §. qui cum aliter, numero 3. & in l. si ex plagis §. tabernarius, numero 2. ff. ad leg. Aquil.* Anan. *in cap. significasti il 2. numero 44. extrà de homicid.* Cepoll. *consil. 29. num. 7. ante fin. & n. 9. vers. Nam per h. c* Hippoll. Riminal. *cons. 359. numero 30. lib. 4.*

38 Sextò Andreas monitus, & citatus non comparet; ergo præsumitur aggressor, sicut econtra, contrarium præsumeretur, si non aufugisset, & comparuisset, Herculan. *de caut. de non offenden. cap. 30. n. 26. vers. Octaua coniectura est.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1128. num. 26.* Hippol. Riminald. *d. cons. 217. num. 27. lib. 2.*

Septimò etiam circumscriptis omnibus coniecturis 39
prædictis sufficit dicere, quòd vinearolus fuit repertus mortuus, & Andreas viuus. Ideo Andreas præsumitur aggressor, & non vinearolus. Bald. *in d. l. § cum arietes*, & ibi Alberic. *num. 5. versic. Item facit*, & Florian. *numer. 5. in fine, & n. 6. ff. si quadrup. paup. fecisse dicat.* Maria. Soc. *in cap. ad audientiam, num. 176. extra de homicid.* Vulpell. *consil. 86. n. 2. & cons. 118. n. 4.* Ant. Gom. *de delict. rub. de homic. n. 25.* Baiard. ad Clar. *in §. homicid. n. 103. in fine, & n. 130.*

Et ex iis sequitur quòd Vincentio non est credendū 40
aliquo pacto, in eo quòd exculpat Andream, quòd occiderit prouocatus, & ad sui defensionem, nō solùm, quia deponit ad se exonerandum, & in causa communi, vt suprà probaui, sed etiam quia deponendo contra tot præmissas iuris conclusiones, dicitur deponere inuerisimilia, & consequenter pro falso reputatur, Iacobin. de sancto Georg. *in l. ob carmen. § fi. n. 1. in fi. & n. 2. & 3. C. de testib.* Iacob. Ægid. *in tract. d. testib. n. 14.* Fran. Curt. *de testib. concl. 19. n. 39. & concl. 23. n. 69.* Boss. *in tit. de oppos. contr. test. n. 94.*

Non potuit iudex hunc homicidam in pœnam homicidij ordinariam non condemnare, & ita condemnatus post aliquos annos habuit gratiam, quia fuit condonatus cuidam confraternitati.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De carcerato domi sub fideiussione de nō discedendo, si contraueniendo discedat, quando conuentionalis pœna èxigi possit; & hinc plura obiter discutiuntur, tam circa testium fidem, quàm circa præsumtam scientiam, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Licentia limitata, & restricta ad vnum casum, ad alium prohibita censetur, n. 2 & 4.

Clausula, non aliter, nullam ampliationem à verbis separatam admittit, facitque dispositionem conditionalem, & importat formam specificam, n. 3.

Licentia data sub conditione, ea non seruata habetur pro non data, n. 4.

Stipulatio, quando incipit à præcedenti conditione affirmatiua committitur, quando fuit factum illud, quod in conditione continetur, n. 5.

Iuramentum obligat præcisè, & dato contemtu iudicis pœna committitur, n. 6.

Iudicis contemtus nascitur ex scientia, & contrauentione, n. 6.

Dolus præsumitur in eo, qui facit contra id, quod sibi prohibitum est, n. 6.

Pœna conuentionalis exigi potest vltra interesse, quando in obligatione adest iuramentum, n. 6.

Iuramentum impedit moræ purgationem, n. 6.

Sciens aliquam scripturam esse factam, præsumitur etiā scire omnia contenta in scriptura, n. 7. 9. 10. & seqq.

Scientia contentorum in aliqua scriptura, præsumitur ex vsu illius, n. 8.

Scire quilibet præsumitur ea, quæ in sui vtilitatem redundant, & sunt magni momenti, n. 11 & 12.

Scire, & scire debere paria sunt, n. 13.

Dominus principalis præsumitur scire gesta à suo procuratore, n. 14.

Damnum, quod sua culpa quis patitur, sibi & non alteri imputare debet, n. 16.

Præsumtio, vbi est pro aliquo, qui contrarium probare vult, debet probare per multū claras probationes, n. 18.

Testes inuerisimilia deponentes, non probant, & falsi præsumuntur, n. 18 & 21.

Testis qui non recenset totum factum nihil probat, n. 19.

Testis

Testis dicens se non recordari non concludit, n.20.
Testis instructus à parte est de falso suspectus, n.22.
Testis vilis non facit fidem, n.23.
Testis vnicus & singularis nihil probat, n.25.
Mora pugari non potest, quando pœna incurritur ipso iure, n.28.
Carceratus domi sub fideiussione non dicitur contrauenire, si ex domo egrediatur & statim redeat, n.29. & 30. vbi declaratur hæc conclusio, n.31. vbi datur alia declario.

CONSILIVM CXXII.

DVBIA.

1 DOMINVS Hieronymus Venetianellus manens carceratus in secretis vti ægrotus dedit fideiussioné de non discedédo de domo, accipiendo eam pro securo carcere, idémq; promisit non discedere absque licentia in scriptis obtinenda, & in casu licentiæ, de se repræsentando sub pœna scutorum 400. Pro quo fideiusserunt vt principales, & in solidum D. Claudius Venetianellus eius frater, D. Lucas, Antonius Gerius eius leuir, & D. Placitus eius procurator, cum iuramento in forma, & vt latiùs in dicta fideiussione, qua fideiussione præstita die 24. Decemb. d. fideiussores accesserunt ad iudicem, petierúntq; licentiam pro eorum principali, occasione festiuitatis Natalis Domini nostri, eámq; obtinuerunt in scriptis, hoc modo, videlicet: *Adi 24. Decemb.* 1610. *Si concede licentia à messer Girolamo Venetianello, che possi insino à Martedi sera, che dureranno le feste del Santissimo Natale, andare alla Messa, Vesperi, & Offitij, à San Francesco & altre Chiese della Città d'Vrbino, purche non venghi all' Arcieuscouado, & passi auanti à Palazzo di me Podestà, Mahauuti d.offitij, & Messe torni à casa sotto d.sicurtà, & passato detto tempo non possi più vscire di casa, ma stij con la detta sicurtà, & non altrimente. Bernardino Gaug. Potestà, &c.* Qua licentia sic habita d. Hieronymus, non solùm iuit ad Ecclesias, secundũ licentiam, sed die 27. dicti mensis durante tempore licentiæ de sero exiuit de domo, iuitque ad vigilandum, & tripudiandum in domo D. Octauij Venturæ, vbi stetit per horas circiter nouem, & postea ad propriam domum rediit, vbi manebat sub fideiussione prędicta, quibus stantibus fiscus Serenissimi instat coram iudice declarari fideiussionem & stipulationem esse commissam, condemnaríque dictum Hieronymum, & fideiussores in pœnam prædictam, propter contrauentionem fideiussionis.

2 Pro ratione dubitandi contra prædictos adducuntur infrascripta pro nunc his téporibus æstiuis. Primò quia licentia habita non sit sufficiens ad eos defendendum, quia fuit limitata ad diuina officia, quibus etiam auditis, quòd debeat redire domum sub fideiussione, & successiuè in aliis actionibus extra domum, fuit prohibita, & negata, vt in terminis d. licentiæ docet Card. Tusch. *in concl.356. in verb. limitatio legis, num.*15. vbi ait: Amplia in licentia limitatè data, quia extra casum expressum excludit dispositionem, & inducit negationem. Roman. *cons.*444.*n.*2. hæc ille.

3 Quæ inclusio multo magis procedere debet in casu nostro per clausulam (*& non altrimente*) quæ non patitur dispositionem recipere alium intellectum vel modificationem, quæ sit à verbis separata, & naturam habet adeò præcisam, vt nullam modificationem à verbis separatam admittat, significátq; vnitatem consensus in omnibus, quibus adiicitur, & eius est naturæ, vt faciat deficere consensum dispónentis si ad actum non concurrunt omnes qualitates, quas ipse disposuit, facitq; dispositioné conditionalem, & importat formam specificam, vt docet Pacian. *de prob. lib.*1.*c.*25.*n.*54.55.56.57.*&* 58. Meritò ex prædictis videtur cócludi posse, quòd licentia prædicta magis faciat contra eos conuentos, quàm ad eorũ fauorem, quia non solùm per stipulationem fuit prohibitum exire de domo, sed etiam per licentiam, vt suprà.

Et licentia debet probari plenè in casu nostro, & nõ sufficit facere iudicem titubare, quia intentio fisci est plenè probata, vt in terminis dicit Bald. *cons.*78.*n.*7. Et licentia data sub conditione vltra prædicta, si non seruetur conditio habetur pro non data. Farinac. *q.*29. *n.*78. Nec propter licétiam datam in scriptis liberati sunt prędicti, vt præsupponit dominus meus, quia habetur pro non data in illo casu, imò in isto casu videtur negata per iura allegata, & fideiussores hoc casu non liberantur, vt docet Io. Baptist. Cost. *in tract. de fact. scient. & ignorant. dist.* 69. Vltra quòd in casu nostro ipsimet fideiussores acceptauerunt licentiam conditionalem: igitur, &c. 4

Quibus stantibus videntur prædicti Hieronymi fideiussores incidisse in pœnam conuentam, quia Hieronymus fecit contra promissa, & stipulationem: nam dicere, quòd ille non discedet ex domo, est dicere, quòd si discedet in pœnam promittet, & quando stipulalatio incipit à præcedenti conditione affirmatiua, tunc committitur, cùm factum fuerit illud, quod in conditione conuenit, & sic cùm extiterit conditio. Bart. *in l. ita stipulatus, col. penult. versic. quartò principaliter, n.*52. *ff. de verb. oblig. per l. quidam cùm filium, eodem tit.* vbi pœna promissa, si aliter, quàm vt filium, quis alium tractauerit, committitur per contrauentionem, vt si eum de domo expulerit, vel moriens testator nil ei reliquerit, & sic illa pœna adiecta facto affirmatiuo statim committitur cùm factũ contigerit in conditione positum, vt videtur in casu nostro, cùm discesserit Hieronymus de domo, ad effectum prædictum, & in terminis docet per iura prædicta Rim. Iun. *consil.*135.*n.*11. *&* 12. *& seq. lib.*2. consilium est insertum *in secundo tomo cons. crimin. in versic. consil.*82. 5

Secundò non solùm videtur in casu nostro militari prædicta conclusio, quòd sit commissa stipulatio, cùm factum sit contra promissionem, vt suprà: sed etiam nos sumus in terminis fortioribus, vel cum promissione corroborata iuramento, quod obligat præcisè, & in contemtum Iudicis, propter quod pœna semper committitur, Vulpell. *cons.*139. *num.*8. vbi plures, & de communi attestatur Tusch. *conclus.*324. *num.*1. *in verb. fideiussio.* Nec videtur ambigendum, quia contemtus nascitur ex duobus, scilicet, scientia, & contrauentione, vt docet Magon *decis. Lucen.*49. *num.*9. sed sic est, quòd d. Hieronymus sciebat se non posse exire de domo, & exiuit, igitur contemsit, & dicitur in dolo, qui facit contra prohibitionem, & non excusatur. Farinac. *q.*90.*n.*27. *in fin.* & passim, & pœna conuentionalis in prætoriis stipulationibus, quando est promissa certa scientia, & adest iuramẽtum, potest exigi nullo habito respectu ad interesse, vt de communi attestatur Farinac. *q.* 30 *n.* 75. *& seq.* Nec isto casu potest mora purgari, vt docet Vulpell. *in d. cons.*139. *num.*9. quia mora in faciendo est impurgabilis. Grat. *cons.*93.*n.*64. *&* 78 *lib.* 1. Pedem. *decis.*71 *num.*30. Seraph. *de priuil. iur. priuil.*84.*n.*16. meritò, &c. 6

Nec dicatur quòd dictus Hieronymus habuit iustam causam credendi se habere licentiam eundi etiam ad tripudia, & successiuè quòd à pœna excusetur. Doct. passim. Quia hoc negatur, & oportet id probari per allegantem, imò colligitur cõtrarium ex infrascriptis super abundanter allegandis: nam licentia fuit data in scriptis limitata ad officia tantùm, & ipse contra licentiam iuit ad tripudia, & sic cõtrauenit licentiæ, & fideiussioni, nec dicatur, quòd ipse ignorabat licentiam in scriptis, quia contrarium probatur per confessioné ipsius Hieronymi, vt in suis constitutis fatetur, scilicet se sciuisse licentiam esse in scriptis, eáq; vidisse, & successiuè præsumitur sciuisse, quod in ea continebatur. Bart. Alex. & alij allegati à Menoch. *de præsumt. lib.*6. *præsumt.*23.*n.*60. vbi quòd filius si fatetur se esse hæredẽ ex testamento, tunc præsumitur scire, quod in eo cótinetur: sed D. Hieronymus fatetur se habuisse licentiã in scriptis, eámq; vidisse; meritò, &c. & eo ipso, quòd sciuit iuramẽtũ, & sic licẽtiã, censetur sciuisse pacta in eo contenta. Castr. *cons.*1. *si iste Nerius, lib.* 1. 7

Secundò quando quis vtitur aliqua re, præsumitur scire omnia contenta in ea, vt dicitur de hærede, qui legatũ soluit, & cũ legatariis cõuenit. Menoch. *vbi sup. n.*61. 8

sed D.Hieronymus sciebat se habuisse licentiam in scriptis, eaq; vsus fuit, vt in suis constitutis, &c. Igitur, &c.

9 Tertiò D.Hieronymus vidit licentiam, vt ipse fatetur, & nullo alio loco videre poterat, nisi in domo, quia extra domum exire non poterat, & successiuè verisimiliter præsumitus ad eius notitiam quod in ea continetur, Menoch. *vbi supra, n.71.*

10 Quartò ipse fatetur se sciuisse licentiam esse in scriptis, eamque vidisse, & fatetur partem contentorū in ea legisse; ergo præsumitur sciret residuū. Idē Menoch. *n.77.*

11 Quintò scriptura fuit facta propter vtilitatem D. Hieronymi, eamq; vidit, ac sciebat fuisse in scriptis, meritò præsumitur contra ipsum. Idem Menoch. *n.84.*

12 Sextò quæ sunt ponderosa, & magni momenti, præsumitur quis scire. Crauet. *conf.742. n.12.* Roman. *conf. 481. & 491.* Igitur, &c.

13 Septimò, quia pariter sunt scire, & scire debere, ideo is qui debet scire, præsumitur scire. Maraot. *in praxi in 3. part. n.104.* plenè Roman. *conf.481. n.8. versiculo, succedit igitur*, vbi quòd isto casu non prodest allegatio ignorantiæ, & ibi Apostill. dat concordantes.

14 Octauò procurator Hieronymi habuit licentiam in scriptis cum aliis, vt suprà, & dominus præsumitur scire gesta per suum procuratorem, quia præsumitur notificatio facta ab ipso procuratore domino. Cuman. *conf.162. n.3. post med.* Abb. *conf.18 num.5. & num.7. lib.2.* Crauet. *conf.40. num.3.* quia communiter contingentibus, procuratores solent dominis notificare quæ faciunt, & hoc multo magis debet præsumi in casu nostro; igitur, &c.

15 Nonò si præsumitur scire facta vicini, & consanguineorum, multo magis præsumitur in casu nostro, quia frater carnalis in eadem domo habitans, leuir, siue cognatus, & procurator simul licentiam in scriptis habuerunt; igitur, &c.

16 Decimò D.Hieronymus sciebat habuisse licentiam in scriptis, eamque vidit, & sciebat se non posse exire sine licentia, meritò fuit in culpa non videre pacta in ea contenta, & damnum, quod sua culpa quis sentit, sibi debet imputare. *c. damnum, de reg. iur. in 6.* & qui tenetur inuestigare, non excusatur allegando ignorantiam, Odd. *de rest. in integr. q.8. n.69.* Igitur, &c.

17 Possem etiam alia adducere pro corroboratione prędictorum, sed quia non pertinet ad fiscum probare scientiam, sed ipsi sufficit fideiussio, & promissio, ideo non amplius insistam; sed hæc sunt dicta ad ostendendum, quòd D.Hieronymus non potest tueri allegando ignorantiam, quia præsumitur scientia in casu nostro, nec dicatur, quòd fideiussores retulerunt se habuisse licentiam eundi ad omnia loca, præter Ecclesiam Archiepiscoparus, & ante Palatium, quia hoc negatur, & oporteret probare plenissimè propter tot præsumptiones contrarias, & etiam si probaretur propter mendacium, non iuuaret probatio, vt in terminis dicit Berrazzoll. *consil. 257. num.17.*

18 Deinde hoc est inuerisimile propter suprà allegata, & quia esset referre mendacium, & contra licentiam habitam, contra quam oporteret clarè probare, alias probatio non releuat, Bald. *dict. conf.79. num. . . lib.2.* & quod est inuerisimile habet imaginē falsitatis, Crauett. *conf.61. num.9.* Socin. *consil. 149. lib.1.* & non verisimile non est credendum, Riminal. *conf.362. num. 15. & 16.* & testibus non creditur qui deponunt inuerisimilia, Grammat. *decis.28. in princip.* Immo præsumitur falsus, Crauett. *conf.171. num.6.* & Iudex in dubio applicare debet animum, ad id, quod est verisimile, Bald. *in l. scripturæ, col.2. C. de fid. instrum.* Dec. *conf.11. num.5.* & Doctor. passim; immo in tantum attendi debet verisimilitudo, vt lex habeat pro non probato illud, quod non est credibile, nec potest verisimiliter persuaderi, Bald. *conf.204. in fine, lib.3.* sequitur Decian. *consil.15. num.3. lib.1.* Franc. Becc. *conf.103. num.11.* vbi quòd verisimiles præsumptiones inducunt pro probato plenè illud, quod non est verisimile. allegat Socin. *consil. 149. lib.1.* & quod est verisimile habetur pro probato, Bald. *conf.180. lib.5.* Oldrad. *conf.13. in fine*, & Aretin. *conf.9. colum.2.* & in terminis nostris docet Bartazzol. *conf.421. num.11.* vbi expressè dicit, quòd non est verisimile referre aliud, quàm quis obtinuerit, sed sic est, quòd licentia apparet, cum conditionibus quòd D.Hieronymus eam viderit, & fuerit esse in scriptis, igitur, &c.

19 Nec est faciendum fundamentum in dicto Cardelini, quia ex pluribus tollitur, & probatio in casu nostro debet esse clarissima propter tot suprà allegata in contrarium Doct. passim. Primò quia dictus Cardelinos non audiuit totum sermonem, cùm de licentia in scriptis nihil dicat, & certum est Hieronymum eum vidisse, & sciuisse, vt in suis constitutis, & sic oportet, aut ipsum non recessisse totum factum, & sermones, aut quòd aliàs fuerit factus sermo super dicta licentia in scriptis, & sic non concludit probatio; meritò, & quando testis non recensset totum factum, non probat, bald. *in l. Lucius, ff. de his qui not. infam. num.5. & in l. data opera, C. qui accus. non poss. num.55.* Nell. *de test. lib. n.199.* Alexand. *conf. 94. num.1. lib.6.* & Doctor. passim.

20 Secundò Cardelinus dicit se non recordari de aliis verbis; ergo non concludit eius probatio; vt in terminis dicit Alexandr. *conf.74. n.9. in medio*, ibi, *dum se non recordari, lib.5. & conf.148. lib.5. in fine.*

21 Tertiò Cardelinus est suspectus de falso, quia deponit inuerisimilia, vt suprà dictum fuit, & per Farinac. *q.65. n.144.*

22 Quartò est suspectus de falso alio modo, scilicet, quia fuit instructus à parte, vt ipse fatetur in interrogatoriis generalibus, & fuit instructus de verbo ad verbum; igitur, &c. Felyn. *in cap. præterea, n.12. de testib. cogen.* Alexand. Stiat *consil. crimin. diuers.117. n.46. lib.1.* Roland. *consil.38. num.30. lib.1.* & Doct. passim.

23 Quintò iste Cardelinus est persona vilis, quia est Calzolarius, & in specie de Calzolariis qui sunt viles, & nō faciunt plenam fidem, docet Mancian, *de iura. in 3. part. artic.5. n.7. & 12.*

24 Sextò videtur familiaris vicinus, & amicus dictorum de Venerianellis, igitur, &c.

25 Septimò est vnicus, & singularis, meritò repellitur in totum, etiamsi haberet duas exceptiones tantùm, Menoch. *de arbitr. cas. 99. num.7.* & vbi requiritur probatio plenissima, vt in casu nostro propter prædicta, nescio videre, quid faciat iste Cardelinus.

26 Nec aliquid faciunt dicta Ludouici, Angelini, & Bartholomæi Breccię, quia nihil dicūt, quod obstare possit, & sic non creditur originali, nec copiæ, Riminald. in terminis *in d. consil.135. n.22. & n.23.*

27 Colligitur etiam ex alio, quòd dictus Hieronymus sciebat contenta in licentia, quia nunquam exiuit extra licentiam nisi ad tripudium, meritò quia est inuerisimile quòd non deambulasset per alia loca extra licentiam, si putasset eam habere per loca quæcumque; igitur, &c. Et hæc currente calamo, & pro ratione dubitandum, &c.

28 Et vltra prædicta animaduertendum est, quòd in fideiussione dicti Venetianelli adsunt ista verba, videlicet sub pœna scutorum 400. in casu contrauentionis ipso facto Cameræ Serenissimi applicandorum, &c. quo casu mora non potest purgari; vltrà, quod dictum est de iuramento, Tusch. *in concl.379. n. 2. & 3.* Et sic hoc 1. est addendum dubius D. Prætoris.

Responsio ad dubia prædicta.

29 Visis subtilissimis & doctissimis motiuis Excellentissimi D. Prætoris in causa prætensæ contrauentionis fideiussionis datæ per Hieronymum Venetianellum de non discedendo de eius domo absque licentia in scriptis obtinenda, ex eo, quòd de sero egressus ex eius domo, profectúsque ad vigilandum, & tripudiandum in domo cuiusdam sui affinis, & ibi per plures horas commorando seuersus postea fuerit domum, in q̄a sub fideiussione prædicta permanebat; non crederem insistendum in resolutione dictorum motiuorum, quia

quia dubium non est, quòd licentia data non excusat ipsum ingredientem ex domo ad vigilandum, & tripudiandum, nec licentia hunc casum comprehendit; sed bene crederem etiam circumscripta dicta licentia, quòd ex quo citò domum rediit, hoc ideo, nec ipse, nec eius fideiussores ad aliquam pœnam teneantur, prout in terminis scripserunt Caret. Cauens. Roman. Herculan. & Roder. Suarez. in locis per me relatis *in pract. crim. q. 30. num. 70. & seq.* quibus nouiter addidi Honded. *in cons. 94. n. 14. & omnibus seqq. lib. 2.*

30 Nec facit, quòd contrarium consuluerit Vulpell. *in consil.* 139. quem refert Claud. ad Bertazzoll. *consil.* 80. *littera A. libro primo.* Nam vltrà, quòd, vt ex præallegatis apparet, communis opinio est contra ipsum; adhuc dicitur quòd opinio Vulpelli, possit procedere quando quis exiuit ex domo animo fugiendi, & non reuertendi, licèt alio die reuersus fuerit, secus si citò quis redeat, prout in casu nostro, & bene sic seipsum declarat Vulpell. *dict. consil. 139. num. 1. iuncto num. 5. & num. 7. & n. 9.* & aduertit Honded. *dict. consil. 34. n. 29. lib. 2.*

31 Nec etiam obstet, quòd ego ipse in dicta quæstione trigesima, numero 77. testatus fuerim diuersimodè isto casu iudicatum fuisse, & quòd si casus iterum eueniret, non crederem hunc reum impunitum debere esse, sed aliquali pœna propter contemtum fore puniendum; vt enim hac in re, quid postea seruatum fuerit, pro veritate affirmem, dico, quòd si is, pro quo fuit promissum, quòd de domo non discedet, fuerit captus extra domum, & tunc etiam, quòd ille captus dicat, non discessisse animo fugiendi, adhuc pœnam totaliter non effugit, sed cum eo ad compositionem deuenitur, prout fuit factum in primo casu per me relato *in dict. q. 30. num. 77.* in quo cùm pœna esset scutorum mille, fuit facta cõpositio pro 500. Et iterum tempore, quo erat Auditor Cameræ S. D. N. Paulus Papa Quintus, & ego eram eius in criminalibus Locumtenens, cùm quidam nobilis Hispanus haberet domum pro carcere sub pœna scutorum 4000. & ex domo egressus fuerit iuuentus in domo cuiusdam mulieris, captus, & ad carceres ductus, composuit dictam pœnam in scutis 2000. Verùm vbi quis etiam exiens ex domo, quam habet pro tuto carcere, ad illam rediit, & ante reditum à curia deprehensus non fuit, nunquam vidi, nec eum, nec eius fideiussores condemnatos, nec in aliquam pœnam compositos; & ita pro veritate testari possum, & testor.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De pœna scribentis litteras priuatas missiuas in iniuriã Principis, & an, & quando reus læsæ maiestatis dicatur is qui procurat ne Principi obediatur.

SVMMARIVM.

Principi iniurias verbales dicens tenetur pœna maledicentis Principi, num. 1.

Maledicẽs Principi pœna arbitraria puniẽdus est, n. 2.

Maledicens Principi puniendus est pœna arbitraria non Iudicis, sed Principis voluntati remissa, n. 3.

Principi maledicens, seu iniuriam verbalem dicens, non punitur pœna criminis læsæ maiestatis, n. 4.

Libelli famosi pœna non habet locum quando quis per priuatas litteras aliquid scribit in alterius infamiam, num. 5.

Libelli famosi pœna non habet locum in omni iniuria in scriptis prolata, n. 6.

Iniuria in scriptis illata retinet naturam iniuria verbalis, num. 6.

Reus læsæ maiestatis dicitur is, qui dolo facit, vt quis ab Imperatoris obedientia se subtrahat, n. 7.

Rebellis, & læsæ maiestatis reus dicitur, qui cõtra Principis honorem machinatur, n. 8.

Reus læsæ maiestatis dicitur ex solo consilio, seu tractatu cum aliquo contra Principem, etiam nullo sequuto effectu, n. 9. & 10.

Crimen læsæ maiestatis committitur etiã à subdito mediatè Principi subiecto, n. 11.

CONSILIVM CXXIII.

ILLVSTRISSIMVS, & Reuerendissimus D. Cardinalis sancti Eusebij votũ meũ pro veritate exquisiuit in proposita facti specie. Quidnam Nobilis mediatè Imperatori subditus scripsit litteras pluribus personis, & etiam Consiliariis dicti Imperatoris, in quibus vltra alias iniurias, & infamias eundem Imperatorem ad imperandũ & gubernandum ineptum, adulterum, & hæreticum nuncupauit, & propterea depositione dignum, prout eum sic deponi debere, & imperio priuari debere in eisdem literis affirmat. Dubitatur, qua pœna ex transmissione dictarum literarum puniri debeat. Et quidẽ quod 1 attinet ad iniurias in literis prædictis in Imperatorem scriptis, crederem nõ intrare aliam pœnam quàm *l. 1. C. si quis Imperat. maledix.* Quæ lex licèt loquatur in maledictis, extenditur etiã ad iniurias, & contumelias in Principem illatas, secundùm Bald. *in d. l. 1. n. 1. in verb. maledicto;* Host. *in summa de maledictis, §. quot sint genera, in princ.* Anan. *in cap. 1. num. 7. versic. Baldus verò, extra eodem.* Boss. *in tit. de iniur. n. 34.*

2 Quæ pœna erit arbitraria, prout voluit idem Host. *in ead. summa de maledict. §. alij maledicunt Principem. versic. si quis tantum.* Henric. Boich. *in c. 1. num. 5. extrà eodem.* Præclar Conrad. *in tit. de iniuriantib. n. 24. in fine, fol.* 406 Menoch. *de arbitr. qq. lib. 2. cas. 377. n. 13.*

3 Et hãc arbitrariam pœnam non iudices, sed Princeps ipse ad quem puniendum iudices remittere debent, arbitrabitur, prout dicit text. *in d. l. 1. C. si quis imper. maledix.* & hoc ibi adnotarunt Iureig. Bart. & Bald. *in summa.* Salicet. *num. 2. in 3. notab.* & Ioh. Fab. *n. 1. in verb. remittendum*, item gloss. *in cap. 1. in verb. à temeritate*, & ibi Host. *n. 2. in verbo, contendendum*, Ant. de Butr. *n. 4.* & Io. de Anan. *sub n. 7. extrà de maledic.*

4 Et in his terminis de maledictis, seu iniuriis in Principem illatis, quòd non intret pœna criminis læsæ maiestatis, voluit Gig. *de crimen. læs. maiestat. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestatis committatur, q. 40. num. 1. & num. 9.* Bertazzol. *cons. 28. num. 6.* Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 66. rubr. de maledict. litera A. ad fin.* Baiard. ad Clar. *in §. læsæ maiestatis, numer. 21.* Honded. *consil. 100. num. 73. lib. 1.* & est magis communis Doctorum sententia. Quicquid secus dixerit Marsil. *in consil. 1. n. 22.*

5 Et quòd nec etiam intret pœna libelli famosi, facit, quia literę scriptæ Consiliariis Imperatoris, fuerunt ipsis priuatim scriptæ, vt apud eos remanerent, non autem, vt omnibus paterent, & in publico loco, prout requiri videtur ad essentiam libelli famosi, ad text. *in cap. 1.* & ibi gloss. *in verb. publicè declarat*, idest, in loco publico, & Bellamer. *in princ.* Archid. *in princ.* Præpos. Alexand. *in fine*, & Turrecremat. *in princ. versic. qui scripturam, & ante num. 1. suprad. q. 1.*

6 Iniuriámque licèt in scriptis prolatam non propterea dici libellum famosum, sed adhuc retinere verbalis iniuriæ naturam; voluerunt Plot. *de in lit. iuran. §. 46. n. 4.* Roman. *cons. 378. num. 1.* Andr. Gayl *obseruat. 104. n. 1.* Baiard. ad Clar. *in §. iniuria, n. 55.*

7 Quod verò attinet ad eam partẽ, in qua scribens præsertim Consiliariis prędictis Imperatorẽ depositione dignum affirmat, & propterea imperio priuandum debere valde vereor, quin sic scribens in crimen læsæ maiestatis

incideut ex illa iuris conclusione, quòd qui dolo facit, vt quis ab Imperatoris obedientia se subtrahat, dicatur eiusdem Imperatoris rebellis, de qua per Parid. de Puteo *de syndicat. rubr. de excessib.* Baron *cap. 2. num. 1.* Afflict. *in tit. quæ sit reg alia, in verbo, Bona committentium, num. 92.* cum alijs per Gigan. *de crimin. læs. maiestat. libr. 2. rubric. qualiter, & a quibus crimen læsæ maiestatis committatur, quæst. 25. num. 1.*

8 Item ex alia conclusione, quòd quocunque modo quis contra Principis honorem machinatur, dicitur rebellis, de qua Bart. per illum tex. *in Extrauag. qui sint rebelles, in verb. tenore, num. 4. vers. Nam quocunque modo,* Boss. *in tit. de crimin. læs. maiest. n. 43. in princ. & etiam in fine vers. de machinatione.*

9 Quæ quidem conclusiones locum habent in simplici consilio, seu tractatu cum aliquo, etiam nullo sequuto effectu, ad text. *in l. 3. in fine,* & ibi Bart. *num. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. & in l. quisquis, in princip.* vbi Butrig. Cyn. & communiter Doctores omnes, *C. eodem.* vbi expressè dicitur, *eadem enim seueritate voluntatem sceleris qua effectum puniri voluerunt,* & est communis, testibus Couar. *in Clement. si furiosus, part. 2. §. initium, num. 7. de homicid.* Clar. *in §. læsæ maiestatis, num. 16. versic. scias autem, & in §. fin. q. 92. num. 2. versic. scias tamen.,* Honded. *consil. 108. num. 2. & seqq. lib. 1.*

10 Et in specie in simplici consilio, persuasione, machinatione seu tractatu verbali magistraliter scripsit Boss. omnino videndus *in tit. de crimin. læs. maiesta. num. 43. & seqq.* & ante eum Ang. Bart. Cuman. Bald Salycet. & alij plures per me relati *in tit. de crimin. læs. maiestat. q. 116. n. 148. num. 150. & num. 167. & seqq.* quos hic repetere superfluum putaui.

11 Nec refert quòd scribens non sit immediatè subditus Imperatoris, quia sufficit eum esse subditum mediatè, ex plenè traditis per Boss. *in tit. de crimin. læs. maiest. num. 99. & seqq.* & per Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 8. num. 6. ad finem.*

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Feudalia, an, & quando confiscari possunt in præiudicium agnatorum. Quandòve fiscus teneatur adhibita contracta occasione feudi per vasallum delinquentem.

SVMMARIVM.

Feudum acceptum pro se, filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & in eorum defectum pro fœminis, n. 1.

Feudum paternum transit ad filios pro æquali portione n. 2. vbi propterea quòd non transit ad primogenitum nisi probetur consuetudo contraria.

Feuda in Italia in dubio præsumitur communia, & diuisibilia inter fratres, n. 2.

Dispositio generalis in dubio non censetur comprehendere feudalia bona, sed tantùm allodialia, n. 6. & 7.

Bona feudalia in dubio non comprehenduntur in generali dispositione. n. 6. & 7.

Facultatem aliquid faciendi sibi reseruans, si viuens nihil fecit censetur obiisse in ea voluntate in qua erat, quando reseruationem fecit, n. 2.

Feudalia non nisi spacio triginta annorum præscribuntur, n. 10.

Vasallus succedens in feudo, si infra annum inuestituram non petierit cadit à feudo nisi fuerit minor, quia tunc restituitur in integrum, n. 12.

Clericus, seu monachus an, & quando succedat in feudũ, num. 12. & 13. vbi præsertim quando clericus, seu monachus non est constitutus in sacris.

Feudum paternum non ad dominum directum, sed ad successores transit, quando is qui feudum habebat ingressus fuit religionem, numero 14.

Felonia vasalli an præiudicet agnatis in feudo ex pacto & prouidentia, numero 15.

Delictum vnius alteri non nocet, num. 15.

Feudalia bona non confiscantur in præiudicium aliorum qui in feudo succedunt, num. 15.

Fiscus nunquid teneatur ad debita contracta à vasallo, cuius feudum confiscatur, n. 16. & seq.

Feudalia bona quando confiscantur nunquid princeps teneatur ad debita per feudatarium contracta, n. 16. & seq.

Feudi successor tenetur ad omnia debita contracta occasione feudi, n. 20 & seq.

Resoluto iure datoris, censetur etiam resolutum ius acceptoris, num. 21.

Delinquens dicitur alienare. num. 21.

Argumentum de contractibus ad delicta valet, n. 21.

Debitum contractum pro acquisitione alicuius rei præfertur aliis debitis etiam anterioribus, n. 24.

Confiscatione bonorum facta, fiscus tenetur ad omnia debita deliquentis, n. 25

Institutus in re certa habetur pro legataria alio herede vniuersali instituto, num. 26.

CONSILIVM CXXIV.

Responsum Io. Baptistæ Spadæ Lucensis Aduocati Consistorialis fisci, & Cameræ Apostolicæ.

PRAESVPPONITVR in facto quòd hoc castrom Felini fuerit de licentia & consensu Serenissimi Ducis emtum à Cosmo Masio patre istorum fratrum pro se, filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & in eorum defectum pro fœminis legitimis, & naturalibus, &c. Ex quo patet hoc esse feudum paternum respectu istorum fratrum de Masiis. Clar. *de feud. quæst. 8. in princ.* Serader *par. 2. cap. 3. numero 35. & pluribus seqq. maxime par. 7. cap. 5. numero 26.* & Rosental *c. 2. concl. 22.* & esse ex pacto & prouidentia, Clar. *ibidem quæst. 9. Quandoque verò, &c.* Rosental. *d. c. 2. concl. 34. n. 3.* 1

Ex quo sequitur resolutio primi dubij, quòd scilicet omnes isti filij Cosmi senioris debẽt æqualiter succedere in dicto castro, non obstante quòd Ioannes Baptista fuerit institutus hæres vniuersalis, & Alexander, & Cosmus fuerint tantùm instituti in re certa, vt est text. *in cap. 1.* vbi Bald. *col. penult. numero 7.* & Afflict. *in 2. notab.* & cæteri omnes, *de success. feudi.* Bart. *in l. vt iusiuran. §. si libero, in princ. & n. 6. ff. de oper. liber.* Clar. *in §. feudum, quæst. 86.* & Scrad. *de feud. par. 7. cap. 2. num. 67.* Paris. *consil. 106. in prin. lib. 1.* Non enim probatur quòd in Ducatu Parmæ in feudis succedatur iure francorum, ita vt solus primogenitus succedere debeat, immo præsupponitur, & facile probari potest contrarium, quòd scilicet ibi omnes filij succedant æqualiter iure Longobardorum, prout etiam in dubio præsumitur, præsertim in Italia, vbi omnia feuda etiam comitatus sunt communia & diuisibilia inter fratres. Afflict. *in cap. imperialem. §. præterea ducatus, numero 21. & seq.* & ibi Balear. *in princ. de prohib. feud. alienat.* per Federic. Io Andr. ad Specul. *in rub. de feudis, col. ante penult.* Soc. *consil. 165. sub numero 16. & consil. 278. numer. 1. libr. 2.* Cassan. *de consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 6. numero 51.* Et ideo is, qui dicit in feudo debere succedi iure francorum, probare debet, quia habet præsumtionem iuris, 2

iuris, & communis consuetudinis contra se. Afflict. *decis. 248. n. 3. & decis. 119. n. 2. & 3. & in d. §. præterea ducatus, n. 23. ad fin.*

3 Et hæc comprobantur ex ipsa acquisitione facta per dictum Cosmum seniorem, in qua, vt dixi, non solùm acquisiuit pro se, filiis, & descendentibus masculis, &c. sed reseruauit, sibi facultatem constituendi & erigẽdi in in hoc castro, & in eius iuribus, & bonis tunc emtis, primogenituram in totum vel pro parte, cum illis pactis, modis & conditionibus, quibus dicto emtori placuerit, & videbitur. ex quibus verbis patet, quòd in dicto castro de sui natura non succedebatur iure francorum, quasi in illo fuisset succedendum iure francorum, fuisset superflua illa reseruatio facultatis constituendi, & erigendi primogenituram in totum, vel pro parte: ista ergo facultas constituendi, & erigendi primogenituram manifestè demonstrat, quòd de tempore emtionis primogenitura non erat constituta, & quòd consequenter in hoc castro succedendum erat per omnes filios æqualiter iure Longobardorum.

4 Quibus sic stantibus nõ obstat quòd dictus Cosmus antea in suo testamento instituerit hæredem vniuersalem Ioannem Baptistam eius filium primogenitum constituendo in dictis suis bonis primogenituram in persona d. Ioannis Baptistæ & eius descendentium, quia in hac dispositione, & primogenitura constituta in dicto testamento condito decem annis ante emtionem huius castri Felini, non potest comprehendi dictum castrum postea quæsitum.

5 Primò quia ex acquisitione postea facta de dicto castro Felini apparet Cosmum non intellexisse quòd dictũ castrum in dicta primogenitura comprehenderetur, cùm, vt dixi, reseruauerit sibi facultatem illam constituendi, & erigendi, ex qua reseruatione colligitur, quòd non intelligebat, quòd comprehenderetur sub primogenitura iam constituta, præsertim ponderando illa verba reseruationis, videlicet in bonis venditis, vel parte eorum, cum illis pactis, modis, & conditionibus, quibus imponi placuerit, & videbitur. si enim intellexisset, quòd hoc castrum comprehenderetur sub primogenitura iam constituta, & erecta, non potuisset reseruare facultatem erigendi primogenituram in parte tantùm dicti castri, quia primogenitura facta in testamento comprehendebat vniuersaliter omnia bona, sicut non potuisset illam facere cum pactis, & conditionibus, sibi bene visis, cùm in dicta primogenitura facta in testamento iam apposuisset sua pacta, & suas conditiones, ex quibus omnibus simul iunctis apparet quòd Cosmus intelligebat facere nouam primogenituram fortasse in secundo, vel tertio genito, & cum nouis pactis, & cõditionibus, & voluntas testatoris sufficit quòd probetur ex eius gestis etiam post testamentum, vt per Cardinal. Mantic. *de coniect. lib. 3. titul. primo, num. 2. & num. 6.* vbi in specie loquitur de contractu celebrato à testatore post testamentũ.

6 Secundò quòd hoc castrum non comprehendatur in dicta primogenitura facta in testamento, probatur ex eo quòd in generali dispositione facta à testatore in dubio non censentur comprehensa feuda, vt de communi testatur Rosental *de feud. capitul. 7. concl. 22. num. 11.* idem *in eodem cap. 7. concl. 21. in fine*, vbi dicit huiusmodi feudum non comprehendi in fideicommisso vniuersali. Scrader. *de feud. p. 7. c. 2. num. 59.* Cardin. Mantic. *de coniect. d. lib. 3. titul. 2. num. 15.*

7 Tertiò quòd in hac primogenitura facta in testamẽto testator non voluerit comprehendere bona feudalia, sed tantùm bona allodialia, colligitur etiam ex eius contextu, quatenus discretiuè disposuit de feudo S. Michaelis de Tiordo, quod tũc habebat, & de aliis bonis allodialibus, licèt dictum feudũ S. Michaelis esset emtitium, & nouũ in persona Cosmi testatoris, sicut castrũ Felini, & ideo cùm testator de dicto feudo S. Michaelis discretiuè, & separatim disposuerit ab aliis suis bonis, in quibus fecit in dicto testamento primogenituram, ex hoc colligitur, quòd appellatione bonorum in quibus dictam primogenituram in testamento constituebat non intelligebat comprehendere bona feudalia, sed tantùm allodialia, ad tradita per Dec. *in l. fœminæ, n. 101. ff. de reg. iu.* Decian. *cons. 100. n. 34. & seq. lib. 2.* Sur. *decis. 322. n. 22.*

8 Immo si hoc castrum comprehenderetur in primogenitura facta per Cosmum in suo testamento, fortasse id esset istis fratribus vtilius, cùm bona dictæ primogenituræ non possint confiscari etiã propter crimen læsæ maiestatis, vt expressè fuit in dicto testamento dispositum cum approbatione gloriosæ memoriæ Ducis Alexandri, & sic ex hoc capite totum hoc castrum remaneret exemtum à dicta confiscatione, in quo tamen non insisto, quia verius esse credo, quòd hoc castrum in dicta primogenitura non comprehendatur, per supradicta.

9 Licèt ergo Cosmus in dicta emtione castri Felini reseruauerit sibi facultatem faciendi dictam primogenituram, tamen si illam non fecit, censetur voluisse quòd omnes filij succederent æqualiter iuxta formam & tenorem dictæ emtionis, & probatur *in l. cùm quidam, & in l. si quis Titio, §. fin. & in l. vnum, §. rogo. ff. de leg. 2.* & tradit Barbat. *in l. 1. sub n. 11. ad fin. ff. eodem tit.* præsumitur enim Cosmos decessisse in ea voluntate, in qua erat, quando emit dictum castrum Felini pro se, & filiis suis, cùm illam non mutauerit. *l. sancimus, vers. quod enim non mutatur, &c. C. de testament.*

10 Non etiam obstat, quòd Alexander, & Cosmus principales mei hucusque non petierint dictum feudum, quia non propterea censentur cecidisse ab actione petendi illud, cùm non nisi 30. annis ab hac actione excludantur. *l. sicut, & l. omnes, C. de præscr. 30. vel 40. annorum.* quod etiam procedere in feudis dicit textus *in c. p. 1. §. si quis per triginta, & ibi gloss. 1.* & Afflict. *in princ. & in primo notab. si de feud. defuncti contentio sit inter domin. & agnat.* Scrader. *de feud. in secunda parte 9. par. principalis, sect. 14. num. 15.* & latè per Balb. *de præscr. in 4. p. 4. principalis q. 1. n. 9. 10. & 11.*

11 Minus obstat, quòd dicti Alexander, & Cosmus intra annum non petierint, quia, nisi hoc factum fuerit etiam eorum nomine à Ioanne Baptista eorum fratre primogenito, quod sufficeret, adhuc possunt ipsi hodie hoc idẽ facere, saltim mediante restitutione in integrum, cùm ipsi fuerint minores, immo alter illorum adhuc in minori ætate constitutus reperiatur, & propterea vsque ad 29. annum eorum ætatis mediante restitutione in integrum ad hunc actum admitti debent, Bald. & alij *in capit. Imperialem, §. præterea si quis, de probib. alien.* per Federic. Iacobin. à sancto Georgio *de feud. in vers. Qui quidem inuestiti, n. 43.* alios citat Scrad. *de feud. par. 6. cap. 2. n. 28.*

12 Non etiam obstat quòd Alexander sit clericus secularis, & Cosmus sit clericus in Societate Iesu, licèt nondum in ea professionem emiserit: nam quantum attinet ad Alexandrum receptissima opinio est, quòd per solum Clericatum quis non efficitur incapax feudi, vt de communi testatur Clar. *in § feudum, quæst. 78. in fine*, vbi etiam dicit, quòd ita in practica seruatur, quod est verissimũ, prout vidimus obseruatum in hoc eodem feudo, in quo successit, illúdque multos annos tenuit Cardinalis Sfortia, qui illud postea vendidit Cosmo, idem tradit Scrader. *de feud. par. 7. c. 5. sub n. 13.* & Rosental *in cap. 7. concl. 30. n. 5.* vbi testatur de communi, & in sua Glossa *sub litera F*, infinitos alios citat, qui de eadem communi restantur, & cùm semel hoc castrum peruenerit ad Clericum, hoc est, ad Cardinalem Sfortiam, semper remanet, vt ita dicam, Clericalis, vt de feudo, quod semel trãsiuerit ad fœminam, quod semper remaneat fœmininũ. Paris. *cons. 22. n. 26. lib. 1.* Intrigl. *de feud. cent. 2. art. 2. n. 274.*

13 Quo verò ad Cosmum ingressum in Societate Iesu, non tamen professum, idem pariter dicendum est, præsertim cùm ipse quoque nondum sit in sacris constitutus, nec professionem emiserit, & ideo interim non censetur feudo priuatus, vt bene declarat Præpos. *in cap. 1. §. qui clericus, à n. 2. vsque in fin. si de feudo fuerit contr. inter domin. & agnat.* & cessat omnis difficultas si pro hoc feudo non præstatur seruitium personale Serenissimo Duci, aut si præstatur tale seruitium, quod vel honestè per Patres Iesuitas, vel per substitutum præstari potest, quia

tunc etiam Monachus succedis in feudo eius vita durante, vt tradunt omnes *in cap. in præsentia*, vbi Felyn. *n. 46. in 2. fallent. de probat.* & feudistæ *in dict. cap. 1. §. qui clericus*, vbi Afflict. *n. 10. si de feudo fuerit cōtētio inter domin. & agnat.* Scrader. *de feud. eadem par. 7. cap. 5. num. 30.* Rosent. *dict. cap. 7. conclus. 30. num. 23.* & Clar. *in §. feudum, quæst. 78.* vbi testatur de communi; & licèt ipse contrarium sentiat, tamen dictam communem opinionem admittit saltem in feudis inferioribus, quale est istud, & ex constitutionibus huius Religionis apparet quòd illius Religiosi sunt capaces bonorum, illaque etiam in proprio retinere possunt, vt in facto demonstratur.

14 Sed quando etiam iste filius, qui Religionem huiusmodi ingressus est, esset incapax huius feudi, nihilominus non proptèrea esset fundata intentio Serenissimæ Cameræ, quia vigore inuestituræ eius portio accresceret Alexandro eius fratri, cùm agatur de feudo paterno, vt suprà dictum est. Clar. *in §. feudum, quæst. 77. vers. Secundo principaliter, &c. & vers. seq.* Scrader. *de feud. par. 7. cap. 1. numero 4. & numero 7.* vbi de communi, sed verius esse existimo, quòd ille non sit incapax, per supradicta.

15 Quo verò ad secundum dubium, quo quæritur, an felonia Ioannis Baptistæ potuerit nocere Alexandro, & Cosmo eius fratribus, negatiuè videtur respondendum: nam licèr maxima sit controuersia inter Doctores, an felonia vasalli præiudicet agnatis in feudo ex pacto, & prouidentia, & multi teneant, & acerrimè defendant opinionem negatiuam, prout illam defendit Hartonen. Pistorius *lib. 2. quæst. iuris, quæst. 15. num. 32. & 46. & per totum*, & Rosent. *de feud. cap. 11. conclus. 8. n. 1. & conclus. 9. sub num. 10.* & Thomas de Marino *de feud. lib. 1. tit. 2. de feud. ex pacto, & proeid. antiq. num. 88.* Vrsil. ad Afflict. *decis. 282. ad fin.* Tamen quicquid sit de hac quæstione nos non versamur in istis terminis, quia ista quæstio procedit quando agitur de successoribus illius, qui feloniam commisit, nempe de agnatis, qui post illum in feudo succedere debebant, non autem de agnatis, qui non prætendunt illi succedere, sed prætendunt se iam successisse æqualiter cum illo, tunc enim quòd delictum vnius præiudicet etiam aliis in iure iam quæsito in feudo, nemo est, quem viderim, qui hoc dicat, & esset contra omnes regulas iuris, quòd delictum quantumuis grauissimum vnius præiudicaret aliis non habentibus vllam causam ab eo, & hoc etiam bene probatur ex traditis per Thomam de Marino *in tract. de feud. tit. 3. de feud. ex pacto, & prouid. non. num. 26.* Hartonen. Pistor. *quæst. iur. lib. 2. par. 1. quæst. 16. num. 26.* & Rosent. *cap. 11. conclus. 2. in princip. & ibi gloss. 1. & conclus. 4. num. 11.* quibus in locis habetur, & est receptissima opinio, quòd quando feudum pertinet ad patrem, & filios, vel ad duos fratres æquè principaliter, non autem ordine successiuo, delictum vnius alteri non nocet; sic ergo cùm in casu nostro Alexander, & Cosmus non prætendebant succedere Ioanni Baptistæ, sed dicunt se æqualiter cum eo successisse post mortem eorum patris, vtique dicendum est quòd felonia Ioannis Baptistæ eis in istis suis portionibus præiudicare non potuerit, per supradicta, & quando etiam autoritates deficerent, sola ratio & æquitas naturalis ad hunc articulum decidendum sufficeret.

16 Circa verò tertium, & vltimum dubium, an scilicet fiscus teneatur ad solutionem æris alieni contracti occasione istius feudi, saltim pro rata dicti feudi, quæ confiscatur affirmatiuè, respondendum censeo, vt in terminis consuluit, & de communi testatur, Mandell. *cons. 337. in princip. & per totum*, & Brun. *inter cons. feudalia, cons. 104.* quod eo magis in casu nostro sine difficultate procedit, cùm fiscus Serenissimi Ducis ratione confiscationis teneatur soluere omnia debita Ioannis Baptistæ delinquentis, *l. 2. & l. tutelas, §. final.* & ibi Barbat. *ff. de capit. diminut.* cum simil. Peregr. *de iur. fisci, lib. 5. tit. 1. numero 53. & 54.* & ideo cùm debita contracta à Cosmo essent soluenda à Ioanne Baptista eius hærede vniuersali, quia Alexander, & Cosmus instituti in re certa habeantur pro legatariis, sequitur quòd eodem modo solui debeant à Fisco, qui bona Ioannis Baptistæ confiscauit, & ei successit. 4

Quapropter si consideremus Serenissimam Cameram tanquam fiscum Principis, qui bona Ioannis Baptistæ cōfiscauit, tunc ad totum hoc debitum tenebitur tanquam successor Ioannis Baptistæ; sed quia hoc debitum fuit contractum occasione feudi, verius esse existimo, quòd tam dicta Serenissima Camera, quàm isti fratres de Masis teneantur ad huiusmodi debitum pro rata pro qua in hoc feudo, quilibet eorum succedit. 17

In eadem causa secundum responsum eiusdem.

18

IN aliis meis allegationibus ob nimiā tēporis breuitatem summatim tetigi quòd Serenissima Camera Ducalis tenetur ad debita contracta per Comitem Cosmum seniorem occasione castri Felini saltim pro rata dicti castri aperti, seu deuoluti dictæ Serenissimæ Cameræ, prout de Camera Cæsarea consuluit Mandell. per me ibidem citatus *cons. 337. in princip.* nunc ergo iterum de hac quæstione cōsultus idem plenius de iure respondendum duxi. 19

Nam Serenissima Camera duplicem in hoc negocio personam repræsentat, nempe personam directi domini ad quem dictum castrum propter feloniam in eum commissam fuit deuolutum, & personam, seu fiscum Principis, qui propter crimen læsæ maiestatis in eum omnia bona Comitis Ioannis Baptistæ confiscauit. 20

Considerando igitur Cameram Ducalem primo modo, hoc est, tanquam directam dominam huius feudi, quo iure tertia pars illius fuit ei aperta ob feloniam Comitis Ioannis Baptistæ, creditur quòd pro ista tertia parte teneatur ad debitum contractum occasione istius feudi, cùm apud omnes receptum sit, quòd debita contracta occasione feudi spectant ad eum, qui succedit in feudo, per regulam *l. secundùm naturam, ff. de reg. iur.* ita Bald. *cons. 233. fœmina regulariter, sub numero 2.* Isern. *in cap. 1. sub num. 3. & 4. an agnatus, vel filius defun.* Aym. *cons. 197. sub numero 1. in fine*, Albertus Brun. *inter cons. feud. cons. 104.* & Mandell. *dict. cons. 307. numero 1. & 2.* & quòd hoc etiam procedat quando feudum reuertitur ad dominum directum, in specie traditur per Isern. & per Mandell. *in locis proximè citatis.* 21

Neque obstat, quòd feudum debeat redire liberè ad dominum directum, & quòd resoluto iure datoris censeatur etiam resolutum ius acceptoris. *l. lex vectigali, ff. de pignor.* quia quicquid sit, quando feudum reuertitur ad dominum ob alienationē finitam, secus dicendū videtur, quando aperitur domino propter delictum vasalli, quia tunc vasallus delinquendo dicitur alienare. *l. omnem, & ibi gloss. in verb. obligetur, de iudic. l. Imperatores, ibi, tuta pena subdidisti, ff. de iure fisci*, & ita de feudo, & de aliis similibus arguit Molin. de Hispan. *primogen. lib. 4. cap. vltim. numero 7.* & Rosent. *de feud. cap. 11. conclus. 1. numero 4.* & ideo valet argumentum de contractibus ad delicta, vt per Doctores 22 *in dict. l. omnes, de iudic.* Euerar. *in sua centuria, loco 20.*

Et propterea sicut ista tertia pars feudi si fuisset per Comitem Ioannem Baptistam ex contractu alienationis in Serenissimam Cameram translata, transisset cum isto onere æris alieni, cui erat obnoxia, per supradicta, & per *vtia, C. de acquiren. possess.* ita cum eodem onere debuit 23 transire in hac alienatione facta per delictum.

Quod etiam alia ratione comprobatur, nempe quia cùm hoc debitum fuerit contractum pro emendo hoc castro, cessit in vtilitatem Serenissimę Cameræ, quia si mediante hoc debito hoc castrum non fuisset emptum à Cosmo seniore, Camera per hanc feloniam Comitis Ioannis Baptistæ illud non acquisiuisset; sicut ergo ex hoc ære alieno consequitur commodum, & vtilitatem, debet etiam suscipere illius incommodum. per *dictam l. secundùm naturā, de reg. iur.* & per Bald. *dict. cons. 232. fœmina regu*

na regulariter, lib. 3. & bene probatur *ex l. final. cum auth. ibi posita*, & ibi scriben. *C. de pignorib.* vbi militia emta ex pecuniis ad hoc mutuatis, remanet mutuanti hypothecata.

24 Sic videmus quòd debitum contractum pro acquisitione alicuius rei præfertur aliis debitis etiam anterioribus, supradicta scilicet ratione, quia huiusmodi debitum resultat in vtilitatem aliorum creditorum, quibus mediante tali acquisitione illa res cadit sub eorum obligatione. *l. licèt, C. qui pot. in pign. hab.* & ibi omnes communiter, Neguſ. *de pignorib. in 2. membr. 5. part. numero 17. in 7. fall.* & quamuis ad acquirendam hanc potioritatem iuxta depositionem *dict. l.* licèt sit necessaria specialis conuentio, tamen in præsenti quæstione non est de hoc euitandum, quia non agitur de prælatione inter creditores, sed de obligatione rei emtæ, cuius commodum cedit in beneficium directi, & propterea sicut ipse ex tali emtione recipit commodum huius deuolutionis, debet etiam sentire incommodum, per supradicta.

25 Sed clariùs hæc procedunt considerando Serenissimam Cameram secundo modo, hoc est, tamquam fiscum Principis, qui ob crimen lęsæ maiestatis confiscauit omnia bona Comitis Ioannis Baptistæ; nam clari iuris est, quòd ex hac confiscatione tenetur ad debita Comitis Ioannis Baptistæ delinquentis, *l. 2. & l. tutelas, §. fin.* & ibi Bartol. *ff. de e. dimin. l. si vt proponis, C. de bon. damnat.* cum simili, Peregr. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. numero* 53. & 54. Siue ergo Comes Ioannes Baptista teneretur ad totum hoc debitum contractum pro emtione castri Felini tanquam hæres vniuersalis sui patris. *l. ex facto, ff. de hered. instit. l. quoties, C. eodem titul.* Aymon. *dict. consil. 197 numero* 1. siue dictus Comes Ioannes Baptista teneretur pro rata castri ad eum spectante, vtique hoc debitũ transiuit in fiscum Serenissimi Ducis, qui in omnibus eius bonis successit.

26 Nec potest prætendere fiscus, quòd ad hoc debitum tenerentur Comites Alexander, & Cosmus Iunior, quia cùm isti fuissent instituti in re certa, & Comes Ioannes Baptista fuisset institutus hæres vniuersalis, ipsi non sunt censendi, vti hæredes, sed vti *legatarii, dict. l. quoties, C. de hered. instit.* & consequenter ipsi non tenentur ad debita hæreditaria, vt *in dict. l. quoties, & in dict. l. ex facto, de hered. instit.* & vtrobique Doctores, Socin. Iun. *cons. 45. numero 4. lib. 1.* Aym. *dict. cons. 197 in princip.* Bald. *in cap. 1 num. 23. an filius, vel agnat.* & ideo dicti Comites Alexander, & Cosmus tanquã hęredes Patris nullo modo tenentur ad huiusmodi debitum; itaq̃; tam verò successores in hoc feudo pro duabus ex tribus partibus pro iisdem tantùm portionibus proportionabiliter tenentur, vt dictum est in aliis allegationibus.

ARGVMENTVM.

Huius consilij plures matérias continentis argumentum facilè ex sequentibus summariis percipi potest.

SVMMARIVM.

Periurium in iuramento promissorio puniri non potest criminaliter, num. 1.

Pœna conuentionalis exigi nunquam potest, nisi actu consummata, num. 2.

Testis depositio examinati à Curia diuidi non potest, sed debet in totum acceptari, n. 3.

Socij criminis depositio debet à fisco in totum acceptari, num. 3.

Credulitas viri fide digni excusat etiam quamcumq; personam callidam, & legum Doctorem, præsertim quando agitur de contrauentione promissionis, n 4.

Scriptura non probatur delictum, quando criminaliter agitur, n. 5. Declara vt n. 6.

Dominus non potest criminaliter molestari pro delicto suorum famulorum, & ministrorum etiam quòd illi deliquerint ad vtilitatem domini, n. 7. vbi præsertim quando dicti ministri erant reputati viri probi, & sufficientes.

Qualitas delictum inducens probanda inprimis est, vt pœna locus sit, num. 8.

Scientia plenè, & concludenter probari debet, non autem sufficit quòd præsumtiuè probetur, vt pœna locus sit, num. 8.

Dominus pro delicto famuli illum exhibendo liberatur siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, n. 9.

Error potius præsumendus est, quàm dolus, num. 10. vbi præsertim quando non agitur de magno lucro.

Domini tenentur de negligentia suorum ministrorum non criminaliter, sed ciuiliter, num. 11.

Dolus in omittendo consistens nõ punitur pœna stellionatus, num. 11.

Culpa nunquam criminaliter punitur, quando ciuiliter purgari potest, num. 12.

Moneta falsa dicitur, quando est contaminata, & non pura, seu simplex, vtputa, quando aurea habeat mixturam argenti, & argentea habeat mixturam æris, vel quando in ea miscetur metallũ minoris valoris, num. 13. vbi etiam quot modis dicatur moneta falsificata in materia, & num. 14.

Falsa moneta pœna locum non habet, vbi non adest dolus, num. 14.

Tortura locum esse non potest, vbi agitur de pœna pecuniaria, num. 15.

Indicia, & præsumtiones non sufficiunt ad condemnãdum in pœnam extraordinariam, nisi ex illis resultet plusquam semiplena probatio, num. 16.

Pœna delicti non consummati semper debet esse mitior quàm si delictum fuisset consummatũ, n. 17. vbi declaratur quando hoc verum sit.

Qualitas tribuens iurisdictionem inprimis, & ante omnia probanda est, num. 18.

Conatus non sequuto effectu nulla pœna puniri potest in delictis non grauibus, & non atrocibus, n. 19.

Pœnitentia in delictis etiam atrocissimis, non sequuto effectu excusat ab omni pœna, n. 20.

Criminaliter procedi non potest, quando res habet originem à contractu, n. 21. Nisi inde oriatur particulare nomen delicti, num. 22. Sed an possit isto casu criminaliter agi ad instantiam fisci ad pœnam extraordinariam, n. 23.

CONSILIVM CXXV.



IN hac Pisaurensi prætensorum diuersorum excessuum, quod attinet ad primam dubitationem, quòd scilicet D. Marcellus Baldassinus sit dolo saltim præsumto, & punibilis ex eo, quod promissa non seruauerit, egerítque contra iuramentum, & pactum expressum de non expendendo monetas mixturatas in partibus Italiæ, omissa pro nunc illa disputatione, nunquid possit criminaliter agi pro dolo, qui purgari potest actione ciuili ex eodem contractu, de quo aliquid infrà dicemus. Respondetur primò, quòd quicquid dicant Doctores in dubitatione allegati, magis communis & verior est opinio, quòd pro periurio in iuramento promissorio non potest criminaliter agi, prout testatur Boër. *decis. 305. numero 4. versicul. quid dicendum.* eámque amplectitur Decian. ex aduerso allegatus *lib. 6. cap. 13. numero* 21. (ponderando illa verba, *præsertim si non noceat*, non per hoc dicens contrarium si noceat) 1

&

& nouissimè à contrariis eam defendit Andr. Fachin. controu. iur. lib. 1. cap. 14. & à communi non est in iudicando recedendum, & apud nos, & in statu ecclesiastico vniuersalis inoleuit practica, quòd pro huiusmodi periuro criminaliter non agitur, nec vnquam vidi contrarium seruatum. Si enim hæc practica procedendi criminaliter contra periuros in iuramento promissorio, in iudiciis admitteretur, vtique omnia criminalia subsellia essent plena huiusmodi querelis.

2 Respondetur secundò quòd præsupposito, prout mihi præsupponitur, quòd D. Marcellus non vendiderit monetas, de quibus agitur, sed tantummodo tractauerit de illas vendendo, absque dubio non perfecta venditione, non intrat periurij crimen, nec illius pœna, ex vulgari regula, quòd pœnæ exactiu, ea præsertim, quæ à contrauentione contractus descendit actu non consummato, nunquam habet locum, ad scripta per Doctores in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cleric. & in periurio consummatio actus requiritur in foro fori, quicquid secus sit in foro poli, cap. qui petere 22. quæst. 5. Alber. in dict. l. si quis non dicam rapere, n. 6. Barth. Therg. in pract. cr m. par. 2. n. 8.

3 Respondetur tertiò, dato etiam quòd D. Marcellus non solùm tractauerit, sed etiam vendiderit Isach Hebræo huiusmodi monetas, quia tamen Isach à curia examinatus dicit dictas monetas se recepturum ad effectum eas tradendi quibusdam mercatoribus Damaltinis illas exportare volentibus ad partes orientales, vtique non dicitur in aliquo contrauenisse iuramento. Et huic Hebræo omnino credendum est, cùm sit à curia examinatus, nec eius dictum diuidi potest, secundùm gloss. in cap. hortamur, in verbo, noueritis 3. quæst. 9. & in cap. fraternitatis, in fine, in verbo, iuramentis, vers. Item quod pro vtraque parte, & ibi Host. & communiter omnes Canonistæ extrà de testib. Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. n. 44. Clar. in pract. §. fin. quæst. 23. in princip. Viu. opin. 932. post n. 1. Rot. diuers. decis. 593. num. 1. & num. 3. part. 1. Etiam quòd esset (prout non est) prætensi criminis socius, Caret. in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. octauum indicium, n. 39. Cephal. cons. 75. num. 46. & seq. lib. 1. Bertazzoll. cons. 538. n. 6. & seq. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1130. num. 4. & num. 5.

4 Et cùm iste Isach esset solitus contrahere cum prædictis mercatoribus Damaltinis, & sic verisimiliter eius assertioni credi poterat, cùm præsertim nihil illicitum, aut punibile assereret, talis credulitas omnino excusat D. Marcellum à prætensa contrauentione promissionis, etiam quòd is esset persona callida, & legum Doctor, ex allegatis per Sesapli. de priuileg. iuram. priuil. 132. n. 50. & 51. Bertazzoll. cons. 421. n. 8. & seqq. & n. 20. in fine, & dixi in mea pract. quæst. 90. n. 74. & nu. 123. & seqq. præsertim quando agitur de contrauentione promissionis, Bertazz. d. cons. 421. n. 1. & seqq.

5 Secunda dubitatio, quòd scilicet D. Marcellus durante prima locatione sine vlla prorsus auctoritate, & Principis licentia concesserit aliis facultatem seu commoditatem cudendi monetas in officina nummaria, incurrendo graue crimen, tollitur ex negatione prætensi criminis, circumscripta enim confessione eiusdem domini Marcelli (super qua nihil dicere possum, cùm mihi exhibita non fuerit) dictum huiusmodi prætensum delictum, sicut ponitur in dubitatione, non probatur in processu, libri enim, & epistola, de quibus in dubitationibus, illud non probant, quia scriptura non probat delictum, quando præsertim criminaliter agitur ad pœnam. Curt. Iun. cons. 148. n. 2. & 3. Clar. in pract. §. fin. q. 54. in princ. cum aliis per Mascard. de probat. lib. 1. concl. 460. n. 1. 4. & 10. & concl. 499. n. 1. & n. 3. & concl. 902. n. 2. & 3.

6 Et illa distinctio Oldradi inter nude factum, & iuris dispositionem, sicut est contra mentem omnium Doctorum, & potius subtilis, quàm vera, ita non immeritò eam reprobaui in pract. p. 2. q. 84. n. 32. ex Felyn. in c. cùm in Ecclesiis, numero 1. vers. dicit tamen Oldradus, de maiorit. & obed. vbi facit conclusionem protsus contrariam distinctioni prædictæ. Et quod attinet ad epistolam sibi transmissam à Iuda Hebræo, non potest ex ea dici probatum delictum, cùm non fuerit scripta à D. Marcello, nec de eius consensu; & tamen etiam quòd ab ipso scripta fuisset, nonnisi extraiudicialis confessionis vim haberet, Bald. in l. 1. numero 6. C. de apoch. public. libr. 10. & dixi in d. quæst. 84. numero 19. & 20. Verùm data probatione prætensi nudis facti, ex eo nullum resultat crimen, quia pacto non existente in contrarium, non prohibetur conductor iurium fiscalium, alteri sublocare, ex latè deductis ab alio D. Scribĕte. Et quatenus adesset pactum, non potest ex illius contrauentione criminaliter agi, ex iis, quæ dixi in primo capite.

7 Tertia dubitatio, quòd scilicet in libris non fuerit annotata, nec in arca ad id destinata posita omnis quantitas monetarum cussatum, prout vigore iuratæ conuentionis, & scribi, & reponi debebat, resoluitur ex eo, quòd prout in prima & secunda dubitatione mox dixi, absonum videtur pro huiusmodi prętensis contrauentionibus instrumentalibus criminaliter agi posse, sed vtcumque sit durum etiam videtur, quòd cùm hæc omissa fuerint non à D. Marcello, sed ab eius ministro, possit pro eiusdem ministri prætenso delicto, ipse D. Marcellus criminaliter molestari, etiam quòd minister contemplatione domini, & ad illius vtilitatem deliquisset, nisi vel probaretur mandatum, Alciat. reg. 3. præsumt. 40. numero 1. & seq. Nat. cons. 499. numero 1. & seq. Franc. Marc. decis. 423. numero 12. Clar. in pract. §. fin. q. 86. versic. Hinc infertur, in fin. Vulpell. cons. 62. numero 11. Vel minister esset persona scelesta, & improba, & sic in domino retinente huiusmodi personas, loquitur Farinac. ex aduerso allegatus in quæst. 24. numero 91. & seqq. Nec Menoch. de arbit. cas. 345. numero 13 dicit contrarium, sed cùm D. Marcellus fuerit communiter reputatus ad ministerium, cui fuit adhibitus probus, idoneus, & sufficiens, hoc ideo absurdum videtur, dominum pro eo teneri etiam ciuiliter, Bald. cons. 222. lib. 2. Archid. Felyn. Gabr. & alij per me relati in d. q. 24. n. 61. & 64. vbi quòd ita aliàs fuit in Rota resolutũ.

8 Nec refert, quòd D. Marcellus habuerit scientiam extractionis monetarum, & non prohibuerit, nisi etiam habuerit scientiam, quòd extractæ monetæ non fuerint in libro descriptæ, nec in arca repositæ. Hęc enim vltima qualitas est illa, quæ prætensam contrauentionem inducit, & sic necessariò probanda. l. 2. §. doceri, ff. de vi bonor. rap. l. 2. §. in prætor & ibi Bar. ff. ne quid in flum. public. Et in hoc verùm in facto constet de hac scientia cùm processum non viderim, iudicium quoque meum proferre nequeo, licèt bene sciam, quòd ad incurrendum pœnam, scientia debet plenè & concludenter probari, non autem præsumptiuè, Paris. cons. 23. numero 241. lib. 7. Rota de dol. & contum. decis. 21. in antiq. Put. decis. 87. numer. 7. lib. 2. Mohed. decis. 4. aliàs 260. tit. de prob.

9 Et nihilominus admissa quacunque scientia, dominus exhibendo famulum, seu ministrum liberatur. l. cùm si exhibuissem, ff. de public. Bat. in l. 1. §. familia, ff. eod. Rom. cons. 11. post numerũ 3. & consil. 434. numero 5. in fine, & ibi Mandos. in addit. litera G, vbi alij plures referuntur concordantes, siue ciuiliter, siue etiam criminaliter agatur. Magis enim inconueniens est vt quis pro alterius facto criminaliter puniatur, quàm quòd ad ciuile tantùm interesse teneatur, vulgata l. sancimus, C. de pœn. cum aliis per Couar. var. resol. lib. 2. cap. 8. numero 1. & per Clar. in pract. §. fin. quæstion. 86. in princ. Nec Felin. ex aduerso allegatus cap. Petrus, numero 12. de homicid. contrarium dicit.

10 Quarta dubitatio, quòd in libris præfectorum non sint adnotata nisi libræ monetarum 1334. & dominus Marcellus scripserit fuisse extractas libras 1445. & quòd propterea præsumatur factum in fraudem Cameræ Ducalis nisi probetur error, vnico verbo tollitur dicendo, quòd error eius, quod scripsit D. Marcellus, euidenter colligitur ex dictis libris præfectorum, qui præsumendum est, quòd scripserint veram quantitatem extractarum monetarum, & quòd aliter scribendo D. Marcellus errauerit, prout errare potuit, & error est præsumendus potius, quàm dolus seu fraus. l. patronus, ff. de prob. l. qui adhibuit. C. de his qui sibi ascrib. in testam. Ias. in l. si per errorẽ, num. 10.

num. 10. *ff. de iurisd. omn. iud.* Roland. *cons.* 1. *n.* 45. *& seq. lib.* 4. cùm præsertim non agatur de maximo lucro, Dec. *in cap. si autem, n.* 7. *in fine de rescrip.* Aym. *cons.* 75. *n.* 17. *& cons.* 319. *n.* 13. Plot. *in l. si ut. iuran.* §. 9. *n.* 25.

11 Quinta dubitatio sumta ex negligentia D. Marcelli, & eius ministro in omittendo plura facere, ad quæ, & ratione eorum officij & vigore contractus obligati erant, ad tradita per Bertazzol. *in cons.* 482. *n.* 31. *& seq.* & Rim. Iun. *cons.* 52. *n.* 142. cum aliis allegatis pariter tollitur, non negando, quòd & negociorum gestor, & administrator teneatur de dolo, lata, & leui culpa, ac negligentia, prout dicunt Bertazzol. Rimin. & alij: sed hoc intelligendum, vt ex huiusmodi negligentia teneantur ciuiliter, nó autem criminaliter, prout prædicti Doctores consuluerunt; nunquam enim audiui administratores propter negligentiam criminaliter puniri, cùm etiã quòd essent in dolo, quando dolus est in omittendo, talis dolus non punitur, secundùm Castr. *in cons.* 41. *col.* 2. *vol.* 1. Boss. *in tit. de crim. stellion in fine*, vbi sic declarat illam conclusionem, quòd dolus, & fraus stellionatus pœna, & extra ordinem puniatur, vt scilicet procedat, quando dolus stat in committendo, secus si in omittendo, & dixi *in mea pract. par.* 1. *quæst.* 19. *n.* 35. *in fin.*

12 Et dato, quòd intraret criminalis actio isto casu illa cessare debet, cùm, vt mox infrà dicam, prætensus dolus possit ciuiliter purgari, quoad damna, & interesse ex contractu & obligatione ipsius D. Marcelli; ergo multo magis, quando agitur de culpa, seu negligentia. Abb. *in c.* 2. *n.* 6. *vers. vnde pro concordia*, & ibi etiam Felyn. *n.* 5. Dec. *num.* 34. *in* 1 *lect.* Mantuan. *num.* 42. & Bero *n.* 40. *&* 41. *extrà de const.* 1.

13 Sexta dubitatio quòd D. Marcellus contra formam conuentionis, fabricauerit monetam inferioris ligæ, quàm conuentum fuerat, non apponendo in ea argenti quantitatem conuentam vsque ad summam scutorum centum, & quatuor, & quòd propterea intret crimen, & pœna falsæ monetæ, quia plus æris quàm conuentum sit miscuerit, ad trad. per Decian. *lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 12. *&* 19. Hæc, inquam, dubitatio diluitur ex pacto expresso, & conuento, quòd id omne cederet lucro, & vtilitati Cameræ Ducalis, non autem conductorum, prout iam in dictam vtilitatem cessum & conuersum fuit, & sic intrat regula, quòd prouisio hominis facit cessare prouisioné legis. Quod eo magis dicendum erit in casu, de quo agitur, quia Decian. ex aduerso allegatus in præcitato loco, non dicit prout allegatur, quòd falsæ monetæ crimen incurratur, vbi in ea miscetur plus æris, vel argẽti, quàm oporteat, oportere autem declarat id quod à lege, vel consuetudine factum sit, & bene dicit: nam, vt communiter tradunt Doctores, moneta præsertim falsificatur in materia, & tunc in materia dicitur falsificata moneta, quando est contaminata, & non pura, & simplex, prout debet esse, putà quando aurea habet mixturam argenti, vel habet mixturam æris, sic enim falsam monetam in materia dixit Ang. *in l.* 1. *n.* 1. *C. de fals. monet.* cuius doctrinam referendo sequuti sunt Afflict. *in const. Adulterinam, num.* 5. *rubr. de cuden. fals. mone.* Anan. *in cap. ad falsariorum, n.* 5. *ante fin. col.* 4. *in princ. extrà de crim. fals.* Fabian. à Mont. *de emt. & vendit. q.* 5. *n.* 2. *ad med. & n.* 4. nec dissentit Iacob Buttrig. *in l.* 1. *col.* 2. *in addit. C. eodem de fals. monet.* vbi dixit monetam falsificari in materia, quando in ea miscetur metallum minoris valoris. Et idem Decian. *d. cap.* 23. *n.* 10. pariter dixit circa materiam falsificari monetam, quando in auro miscetur argentum plus debito, & in argento vel ære miscetur alia materia minoris valoris. Et propterea, tex. *in l. creditor oblatam, ff. de solut.* ærosam vocat pecuniam, eam, in qua plus æris, quàm iustum erat, admixtum fuerit. Illud autem iustum iudicatur quod singuli principes facere consueuerunt tam in aurea, quàm in argentea, seu ærea moneta, prout ibidem declarat Decia. *n.* 11. *in fin.*

14 Quòd si hoc modo falsam monetã accipere velimus, dubium non est, quòd moneta à D. Marcello cussa, tota falsa est, contaminata, & ærosa, licèt honestiore nomine mixtura nuncupata fuerit. Quod an licuerit etiam, quòd eroganda esset extra Italiam non est præsentis indagationis. Quamuis bene sciam hanc mixturatarum monetarum cussionem causam dedisse, vt etiam in Italia fuerint expensæ illæ, præsertim, quæ Paulorum seu Iuliorum formam habebant in non modicum præiudicium eas recipientium, sed vtcumque sit huiusmodi monetarum cussor habens auctoritatem à Principe excusãdus est, & si in aliquo conuentionis pœnam subeat, eo magis, quòd vt mihi præsupponitur huiusmodi defectus non cussorum culpa, aut dolo prouenit, sed potiùs ex necessitate ipsius operæ, & negocij in quo non sic ad vnguem poterat conuenta mixtura seruari; nec propterea tractari potest de falsa moneta, vbi dolus abest *l.* 1. *C. de sicar. l. qui iniuriæ, ff. de furt.* Gig. *de crim. læs. maie. lib.* 1. *tit. qual. & à quib. crim. læs. maie. com. q.* 67.

Octaua dubitatio ommissa septima, quæ ex deductis in primo capite bene resoluitur, respiciens munera quæ prætenduntur facta ministris ducalibus, & in qua creditur D. Marcellum valde indiciatum, & propterea, aut torquendus, aut in pœnam pecuniariam arbitrariam condemnãdus, ad ea quæ scripsit Capic. *decis.* 126. *numero* 113. Mil. *in pract. crim. pag.* 121. *numero* 86. Ant. Gomez *de delict. cap.* 12. *numero* 26. *vers. aduertendum tamen, in fine.* Ioseph. Ludou. *conclus.* 45. *vers. redeundo ad proximum facile dirimitur.* nã quod attinet ad torturã iam Excellentissimus D. Motitans, videtur dare manus, non posse ad eam deueniri cùm agatur de pœna pecuniaria, iuxta ea quæ dixi *in mea pract. crim. in tit. de indic. & tortur. q.* 42. *sub n.* 9. *& seq.* 15

Quo verò ad condemnationem in pœnam mitiorem, & arbitrariam, quòd nec minus possit ad eam deueniri, facit quòd ad hoc vt ex indiciis, vel præsũtionibus possit quis in pœnam extraordinariam condemnari, nedum requiritur quòd ex dictis indiciis resultet plusquam semiplena probatio, vt bene aduerterunt Mil. *in loco ex aduerso allegato, n.* 86. Capic. pariter ex aduerso allegatus *d. decis.* 126. *num.* 14. *&* 17. *in fine*, sed etiam quòd ferè adsit plena probatio, prout dicit Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 20. *in fine princ.* ita & taliter, quòd iudex taliter credat delictum esse commissum, vt possibile non sit rem aliter se habere, ex allegatis per me *in eadem pract. par.* 2. *q.* 86. *num.* 67. Et isto casu, quando non adest plusquam semiplena probatio si torturæ locus esse non potest propter qualitatem causæ, aut personæ, reus non absoluitur, nec condemnatur, sed à carceribus liberatur, prout concludit Capic. *d. decis.* 126. *in fine.* sed in casu nostro non adest ista plusquam semiplena probatio; ergo non potest tractari de condemnatione aliqua. 16

Vltrà quòd tam ipse Capic. quàm Ant. Gomez, in locis ex aduerso allegatis loquuntur quando agitur de delicto pro quo ingeritur pœna corporalis, & capitalis, non quando pœna pecuniaria, prout in casu nostro, in quo eo magis pœna esset minuenda, si condemnationi locus esset (prout non est) quod, vt mox dicam, agitur de delicto præparato, & non consummato, secundùm Rainer. de Forlin. *in l. qui ea mente, in fine, vers. aut qui criminaliter*, & ibi etiam Alber. *n.* 2. *vers. vnde & primo casu*, & Ang. *num.* 5. *ff. de furt.* Cyn. *in l. si quis non dicam rapere, num.* 3. *& in* 8. *&* 9. *oppos.* & ibi etiam Alber. *num.* 9. *in fin.* & Paul. de Castr. *num.* 1. *vers. videtur tamen, C. de Episc. & Cler.* & Ioseph. Ludou. *in decis.* 45. *vers. sed redeundo ad proximum*, qui loquitur, quando imponitur pœna pecuniaria; & vult ex indiciis, siue præsumtionibus, vel adminiculis, aut coniecturis posse condemnari pariter in pœnam pecuniariam, sine lege, ratione, & auctoritate loquitur, quamuis eum sic dicentem retulerim *in dict. quæst.* 86. *numero* 81. nisi illum saluando dicas, quòd ex indiciis, & præsumtionibus prædictis poterit quis pecuniariter condemnari ciuiliter, non autem criminaliter, prout modò agitur, & prout accuratiùs loquutus fuit Mill. *vt suprà, numero* 90. *vers. poterit tamen reus, &c.* 17

Verùm in proposita facti specie non solùm non adsunt indicia sufficientia ad torturã, vel condemnationé, sed nec etiam adest corpus delicti, quod resultat ex eo, 18

quòd

fuerit requisitus,& in mora positus, reus principalis fuerit præceptatus, seu citatus, tamen non potest videri fuisse pro diuersa causa, & delicto, cùm fideiussio comprehendat omnem causam, non secùs ac si pro illamet causa fuisset præstita, cùm genus idem operetur quod species *l. si duo, ff. de administrat. tutor.* cũ vulgaribus, & consequenter non videtur liberatus fideiussor, secundùm distinctionem de qua suprà.

3 Præterea in casu nostro fuit tantùm processum ad transmissionem præcepti ad informandum curiam, nec vlteriùs progressum fuit, quo casu verius videtur fideiussorem teneri, quamuis pro alia causa se obligauerit. Ita Bart. Alexandr. & cæteri *in l. sed & si quis, §. illud, ff. si quis caut.* &c.

Absolutio dubij.

4 Fideiussorem non teneri ad repræsentandum reum post accusationem, præceptum, bannum, aut quid simile, contra eum formatam, etiam quòd fideiussio sit præstita, pro omni & quacunque causa, in terminis voluit Ioann. Bott. *cons.* 38. *numero* 8. refert eum, & sequitur Baiard. ad Clar. *quæstio.* 46. *numero* 66. Et hæc conclusio est fundata in optima ratione, quia talis fideiussio etiam præstita ex quacumque causa recipit interpretationem à iure communi, vt pariter in terminis voluit Herculan. *de casu de non offendend. cap.* 23. *sub num.* 20. *cap.* 42. *n.* 30.

5 De iure autem communi est quòd reo effecto irrepræsentabili facto iudicis liberatus sit fideiussor, ex latè per me allegatis *in tit. de carcerib. & carcerat. quæst.* 34. *num.* 44. 45. *&* 46. & bene per M. Antonium Eugen. *cons.* 2. *num.* 4. *& cons.* 67. *post numerũ* 9. *& cons.* 68. *numero* 26. *& seqq.* Et licèt cesset alia ratio, quam Doctores adducunt ad fauorem fideiussoris, quòd scilicet omnis fideiussio censetur restricta ad causá, pro qua quis fideiubet, ad *l.* 2. cũ ibi not. per Doctores, *ff. si quis caut.* cum aliis per Hieron. Gabr. *cons.* 173. *numero* 11 *lib.* 2. Non tamen cessat alia supradicta ratio, quòd scilicet reus est factus irrepræsentabilis facto iudicis, de qua suprà, & sic intrat conclusio quòd vbi dispositio est fundata in duabus rationibus, cessante vna solùm ratione, non cessat dispositio *l. si non lex alia, ff. de hæred. instituen.* cum aliis per Tiraquell. *cessante causa, limitat.* 22.

6 Nec obstet argumentum, quòd sicut bannum, & condemnatio non excusat fideiussorem, quando reus bannitur, seu condemnatur, pro eadem causa, pro qua fuit præstita fideiussio, vt dixi *in dict. quæst.* 34. *numero* 83. 84. 85. *&* 170. *in fine.* Ita etiam, nec debeat excusare, quando fideiussio fuit præstita pro quacunque causa, cùm genus idem operetur quod species, non enim opus est argumentis, vbi in terminis habemus doctrinas Doctorum sine contradictore, & eas quidem fundatas in optima ratione vt suprà.

7 Nec etiam obstet quòd contra reum in casu nostro non fuerit processum nisi ad transmissionem præcepti ad informandam curiam, cùm vt in informatione facti mihi data præsupponatur quòd fuerint etiam transmissi exequutores Episcopi ad ipsum capiendum, transmissúsque etiam Commissarius ex ciuitate Perusij ad faciendum processum, & etiam transmissum monitorium super crimine capitali, nẽpe super delatione Terzaioli, pro qua intrat pœna mortis vigore bannimentorum Perusiæ, & pro violentia & insultu in Barisellum animo ipsum occidendi nisi vitam amore Dei sibi supplicasset, vel saltim super præmissis formata inquisitio, citatúsque reus ad illi respondendũ. Hæc enim si pro parte fisci negentur, sunt bene in facto firmáda, & quatenus opus sit fideiussori ad illa probandum danda dilatio. Sed rebus sic stantibus, fideiussorem omnino absoluendum crederem, prout ita fieri spectatur, cùm causa agatur coram sapiente, & integerrimo iudice.

8 Quando hæc scripsi, Iudex, vt audiui, iam contra fideiussorem mandatum decreuerat, sed visis præallegatis substitit, nec decreto mandato exequutionem dare voluit. Et rectè quidem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Discutiuntur quinque præcipua indicia contra carceratum, & inquisitum de vulneribus sub pace. Primum de inimicitia, sequuta postmodum pace, & reconciliatione, & quando pax seu recõciliatio dicatur facta de recenti. Secundum de compositione, seu gratia aliàs habita pro simili delicto, an & quando ex ea quis fateatur crimen. Tertium de non salutatione, & non alloquutione, an & quando inde resultet indicium inimicitiæ, & quale. Quartum de mendacio. Et Quintum de inculpatione vulnerati existentis in articulo mortis.

SVMMARIVM.

Causa delicti cessante omnis delicti præsumtio cessat, & econtra, n. 1. *& n.* 7. *& n.* 13.

Inimicitia indicium tollitur per subsequutam pacem, & reconciliationem, n. 2.

Pax, seu reconciliatio de recenti facta non tollit indicium inimicitiæ, n. 3.

Pax, seu reconciliatio dicitur facta de recenti, si infra triduum facta fuerit, vel & melius Iudicis arbitrio relinquitur, num. 3. *Quod an verum sit & quando, vide n.* 14. *& n.* 23. *& seqq.*

Indicium inimicitiæ tollitur per confessionem peccatorum, & sumtionem sanctissimæ Eucharistiæ, num. 4. *& num.* 25.

Iniuria ex verbis inferri non dicitur, quando in illis nõ improperatur aliquod turpe, aut delictum, n. 5.

Inimicitia leuis non facit indicium ad torturam, nu. 6. *& num.* 26. *&,* 27.

Inimicitiæ causæ incognitæ reo inquisito, non faciunt indicium contra ipsum, n. 7.

Præsumtio ex præsumto capi non debet, n. 7.

Supplicans, seu gratiam, aut veniam petens dicitur fateri delictum, dummodo in supplicatione delictum exponat, aliter secus, n. 8.

Criminosus non dicitur, nec consuetus delinquere, nisi de delicto fuerit confessus, conuictus, aut condemnatus, num. 8. *& num.* 35.

Mendacium non facit indicium ad torturam, quando si inquisitus fassus fuisset ipsi non nocuisset, n. 9.

Falsitatis demonstratio nulla maior est, quàm illa, quæ sumitur ex varietate, & contrarietate, n. 10.

Testis dicens quid dictum, aut factum præsente aliquo, redditur de falso suspectus, si ille qui in testem vocatur negat, num. 11.

Fuga sicut facit indicium ad torturam, ita non fugiens, cùm fugere possit præsumitur innocens, n. 12.

Inimicitia capitalis etiam sine adminiculis facit indicium ad torturam, num. 13. *Immo etiam sufficit leuis inimicitia, quando nemo alius de delicto imputatur, n.* 16. *contrà num.* 27.

Criminosus emendatus non dicitur, nisi per triennium laudabiliter vixerit, n. 14.

Inimicitia præsumitur ex non salutatione, n. 15. *In fine declarat quòd nõ propterea dicitur inimicitia capitalis, num.* 26.

Assertio vulnerati existentis in periculo mortis, & post sumtam Eucharistiam non leue facit indicium cõtra inculpatum vulnerantem, n. 18. *contrà n.* 37.

Malus semel semper præsumitur malus, n. 19.

Consuetudo delinquendi inducitur ex unico delicto, num. 19.

Componens, & transigens cum fisco dicitur fateri delictum, etiam quòd compositio fuerit facta mediante tertia persona, n. 20. contrà n. 34.

Mendacium facit indicium ad torturam, præsertim iunctis adminiculis, n. 21.

Iniuria omnis tam verbalis quàm personalis remitti potest expressè, & tacitè, n. 22.

Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem, num. 28.

Testis unicus deponens de publica voce, & fama, redditur de falso suspectus, n. 29.

Fama publica non probatur per testes deponentes de fama vicinia, n. 29.

Fama publica non censetur probata per testes deponentes, ita publicè dici audiuisse, quando agitur criminaliter, num. 29.

Testes deponentes super negatiua non coarctata loco, & tempore, redduntur de falso suspecti n. 30.

Testis deponens sine ratione, dicitur deponere, vt pecus, num. 31.

Testis deponens de suo credere nihil probat. n. 32.

Testis deponens se non audiuisse non probat negatiuam, nisi addat, quòd si sic dixisset, ipse audiuisset, nec poterat dicere quin audiuisset, n. 32.

Mendacium in non substantialibus non facit indicium ad torturam, num. 36.

CONSILIVM CXXVII.

1 IN omni processu & inquisitione contra aliquem super quocunque crimine formato, in primis inspiciẽdum est de causa propter quã inquisitus ad delinquendum moueri potuerit; vbi cùm in reo delinquendi causa vrget ex eo etiam quòd fuerit delinquens, non modicè arguitur, Cason. *de indic. & tortur. tractat. 2. cap. 1. num. 1. & cap. 3. numero 1. 2. 6. & 7.* Ita & è contra si in reo nulla delinquendi cadit verisimilis causa, omnis delicti cessat præsumtio, cùm sine causa nemo delinquere præsumatur, Castr. *in l. flumminum, §. fin. ff. de damn. infect. & in l. alius, ff. de seruit.* Grammat. *consil. 42. num. 10. in fine.*

2 In casu de quo agitur, non video fiscum contra Marium aliam posse prætendere causam, quòd Io. Mariam vulnerauerit, nisi ex eo, quod aliàs de anno 1610. fuerit ab eodem Io. Maria, cum archibusio vulneratus. Quæ quidem causa penitus cessat propter sequutam reconciliationem, & pacem, Innoc. & alij *in cap. cùm oporteat, de accusat.* Grammat. *vot. 34. n. 6.* Nouell. *in tract. ad defensam. rubr. an indicia pro reo danda sint, num. 42. vers. si inimicitia,* Blot. *de in lit. iuran. §. 54. n. 5. vers. fallit primò.*

3 Nec dicatur hanc pacem non tollere odium, & rancorem præcedentis inimicitiæ, ex quo de recenti videtur facta, ad gloss. *in Clem. ne agro, § sanè, in verb. Nuntiis, ff. de stat. mona.* Foller. *in practic. crimin. in verb. recipiantur confessiones, n. 2. vers. Istis enim iunctis,* Caret. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. § quartum indicium, n. 9. in principio.* nam quòd non dicatur de recenti secundùm vnam opinionem, sufficit lapsus trium dierum, argumento text. *in cap. accusatores 3. q. 15.* vbi Archid. & Præpos. & communem dixit Sigismund. *inter cons. feud. 46. post num. 27.* cuius opinionem licèt nihil allegando non putet veram Clar. *in pract. § fin. quæst. 14. n. 6. vers. Sed quid si sequuta sit reconciliatio, in fine.* Negari tamen non potest, quin saltim id totum arbitrio iudicis relinquatur, vt voluit Clar. vbi suprà, & ante eum Campeg. *de testib. reg. 23. in 3. fa. len.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 899. n. 10. in fine.*

4 Qui quidem iudex in proposita facti specie non poterit arbitrari nisi pacem non de recenti factã dici posse, Primò propter lapsum annorum duorum cum dimidio à tempore factæ pacis ad vulnera in Io. Mariam illata. Secundò propter ratificationem pacis subsequutam à Mario, non obstante, quòd Io. Maria eam ratificare noluerit eisdem modis, & forma, quibus suo nomine facta fuit. Tertiò propter confessionem peccatorũ, quam inquisitus sæpius post factam pacem sacerdoti fecit, ex qua etiam præcedentis inimicitiæ indicium prorsus cessare dixerunt, Luc. de Penna *in l. 1. C. vt terminorum vsus, in fine, n. 24. lib. 11.* Maluaticen. *consil. criminal. diuers. 110. n. 29. lib. 1.* Bursat. *consil. 20. n. 16. lib. 1.* Marc. Ant. Eugen. *cons. 27. n. 23. & seqq.*

Quòd si forsan fiscus causam prætendat in quibusdam verbis habitis inter Faustinã vxorẽ Marij, & ipsum I. Mariam, eodem die, quo Io. Maria fuit vulneratus, quæ bene referuntur in informatione facti mihi data. Et quidem nescio videre quomodo ex dictis verbis possit oriri aliqua prætensa causa vulnerandi Io. Mariam, cùm ex illis nulla Mario, aut eius vxori fuerit facta illa iniuria, improperatum delictũ, aut turpe verbũ dictũ, sine quibus iniuria inferri non dicitur. Bald. & alij *in l. turpia, ff. de leg. 1. & in l. his verbis, § 1. ff. de hered. instit. & in l. 1. in fine, ff. de obseq. à lib. præstan.* cum alijs per Bonif. de Vital. *in tit. de iniur. n. 19.* & Soc. *cons. 146. n. 1. in fine, lib. 1.* 5

Et tamen de hoc, vt causa inimicitiæ indicium faciat, debet esse non leuis, sed grauis, iniuriã inferens, aut honorem, aut in personam, aut in bona alicuius. Caso. *vbi suprà c. 3. n. 8. & seq* Blanc. *de indic. ad l. fin. ff. de qq. n. 130.* Vulpell. *cons. 99. n. 2.* Honded. *cons. 96. n. 66. lib. 2.* Ex dictis autem verbis, nec Marius, nec eius vxor offensi fuerunt, in honore, in bonis, aut in persona. 6

Et dato etiam quòd eo tempore Io. Maria in vxorem Marij iniuriosa verba protulisset, aut aliquid turpe dixisset, vel delictum improperasset, prout non dixit, nec protulit, nec improperauit; hoc tamen non sufficit ad præsumendum contra Marium, nisi fuerit etiam probatum, quòd vxor prædicta verba Mario retulerit, & sic quòd ad eius notitiam deuenirent. Grammat. *vot. 6. n. 19.* Aym. *cons. 205. n. 10* Simon de Præt. *consil. 15. n. 58.* Bertaz. *consil. 215. n. 10* Et si dixerit fiscus, quòd præsumitur vxorẽ Marij omnia ipsi retulisse. Respondeo hanc præsumtionem non sufficere, quia ex præsumtione, præsumtũ aliud colligi non potest. *l. si seruum si ij, ff. de leg. 2.* Anchar. *cons. 302. ad fin.* Bursat. *cons. 271. n. 26.* Nicol. Moron. *de treug. & pac. q. 113. n. 1 n.* secundùm vltimam impressionem. Quare vt ad rem redeam, cessante causa, propter quam Marius verisimiliter moueri potuerit ad vulnerãdum Io. Mariam, cessant vtiq; omnia alia indicia, & præsumtiones, si quæ forsan ex processu contra eum apparerent. Bart. *cons. crim. diuers. 8. n. 8. lib. 1. in folio,* Foller. *inter eadem consilia, cons. 138. n. 13. & in pract. crim.* Item quòd sororem venenauit, *post num. 19.* Menoch. qui pluribus hanc conclusionem exornat, *cons. 230. n. 25. & seqq.* 7

Sed de re vera bene omnia intuenti, nec etiam in processu aliquod adminiculum nedum vrgens indicium cõtra Marium vigeat: nam quòd aliàs pro prætensa facta pace inquisitus & carceratus solutis scutis quindecim, gratiam obtinuerit, nihil est, nisi fiscus producat eius supplicationem, in qua delictum fateatur; tunc enim bene gratiam petens dicitur delictum fateri, prout aliàs resoluit Rota coram Gyptio in vna Meliten. Abbatiæ, Lunæ 27. 27. Aprilis 1592. & coram Babulo de anno 1586. in vna Cæsaraugustana status de morata, aliter secus, Specul. *in titul. de probat. §. 3. numer. 24. versicul. sed nunquid* Abb. *in cap. dilectus, numer. 39. ad med. de ordin. cognit.* Roman. *in leg. 1. §. nunciatio, numer. 3. versicul. circa primum,* & ibi Alexandr. *numer. 7. versicul. & qui petit veniam, ff. de nou. oper. nunc.* Non enim sufficit, quem aliàs fuisse inquisitum, aut carceratum pro aliquo delicto, ad hoc, vt inde dicatur criminosus, & solitus similia facere, nisi etiam fuerit, aut confessus, aut conuictus, aut condemnatus, Grammat. *vot. 30. numer. 25. & seqq. & consil. 45. numer. 32.* Caret. *in pract. in 2. tract. de indic. §. 14. indicium, numer. 2.* Foller. *in pract. crimin. in verb. Item* 8

quod

quòd fororem venenauit, *num*.28. Vltrà quòd nec sola delinquendi consuetudo facit indicium, nisi alia concurrant, Marsil. *in pract. §. diligenter, num*. 12. *versic. contrariam partem, & seqq.* Carer. *in d.§.14. indicium.* Alciat. *de præsumt. reg. 2. præsumt. 7. num. 3.* Clar. *in pract. §. fin. q. 64. versic. sed pone quòd reus.*

9 Mendacium de non cognitione Brixianorũ, & quòd serò ante commissum delictum quidam Iulius non fuerit in eius domo, nec pariter aliquod contra Marium facit indicium, cùm, si illud liberè fassus fuisset, in nihilo sibi nocuisset (ex quo nec Iulius à curia habetur pro culpabili, nec etiam Brixiani pro delinquentibus, nisi ex depositione vulnerati) Marsil. *consil. 15. num. 15. vers. præterea etiam respondeo.* Bertaz. *consil. 59. n. 7. & cons. 150. n. 6. libr. 1.* Honded. *cons.* 107.

10 Nec isto casu Io. Mariæ vulnerato aliquid omnino credendum est, tum quia principaliter & in sua depositione dicit offensum, & vulneratum à Mario, etiam quia sibi ipsi pluries varius, & contrarius existit, cùm in primo examine primò dicat quòd fuit insultatus ab vno, & in secundo examine quòd fuit insultatus à duobus; secundò in primo examine, quòd fuit insultatus à parte posteriori, in secundo quòd fuit insultatus à parte anteriori; tertiò in primo examine, quòd qui ipsum vulnerauit aufugit versùs Ecclesiam sancti Valerij, in secũdo autem examine, quòd aufugit versùs domum Marij. Nulla autem maior falsæ depositionis demonstratio est, quàm varietas, & contrarietas in ea contenta *l. qui falso, & ibi gloss. in verbo puniuntur, ff. de testib. c. qui falso 4. q. 3. l. eos, ff. de fals.* cum simil.

11 Et eo magis depositio dicti Io. Mariæ detegitur falsa, cùm alleget in contestes Cæsarem, & Nemesium, qui examinati dicunt, nec vidisse, nec astitisse prætensis percussionibus, & sic ipsum in hoc apertè de falso conuincunt, Alexand. *cons. 61. n. 7. lib. 4.* Bald. *in c. cùm causam, quæ inter, num.* 17. & ibi Felin. *n. 2. vers. sed hanc fallentiam, extrà de testib. regul. 410. in fine.* Gabr. *tit. de testib. conclus. 3. num. 11. lib. 1.*

12 Et ad fauorem Marij, & ad eius innocentiæ claram probationem, non modicè circumspectus iudex considerare debet, quòd incontinenti ferè commisso delicto Marius domi suæ apud ignem cum sua familia & ad sua peragenda negotia à birroariis inuentus fuit, sicut enim fuga delinquentis contra delinquentem indicium facit, ita, & econtra non fuga eius qui fugere poterat, non fugientis innocentiam clarè demonstrant, cùm innocentia homines securos reddat, & nihil mali præcogitantes faciat. *l. si non commissi, C. de iniur. l. cùm fratrem. C. de his quib. ut indign.* Marsil. *in pract. §. diligenter, n.* 104. Aym. *cons. 6. n. 38. lib. 1.* Roland. *consil. 34. n. 51. in fine lib. 2.* Hæc autem vltima sint dicta ex abundanti, cùm, vt suprà dixi, defectus causæ, omnia prætensa tollat indicia, quibus cessantibus nihil superesse video quod huius carcerati relaxationem & absolutionem iure impedire valeat, prout ita fieri speratur, cùm præsertim res agatur coram integro, & sapiente iudice.

Prosper Farinacius I. C. Romanus

Dubia in eadem causa.

13 INdubitati apud criminalistas iuris est, quòd quando delictum aliquod fuit commissum, indicium oritur contra causam habentem, vtputa vindictæ, & similium, vt latè exemplificat Cason. *tract. de indic. c. 1. & 3. n. 1. 2. 6. & 7. 2. tract.* qua causa non solùm indicat propositum, sed etiã reum, vt per Cason. *d. loco*, eo magis cùm appareat nullũ alium delinquendi causam habuisse, vt per eundẽ *ibid. n.* 11. & indicium huiusmodi taliter vrgere contra causam habentem, qòd si talis carceratus extat, poterit tormentis subiici, secundùm veriorem, & magis receptã opinionẽ, concurrente tamen aliqua coniectura, vel adminiculo, vt per Menoch. *de præsumt. q. 89. n.* 51. Peguer. *decis. crim. 17. per tot.* & latiùs per Excellentissimũ Dominũ meum obseruandũ, cui multum debeo, *in suis aureis tract. q. 49. n. 102. & seq. & q. 52. n. 153. tit. de indic. & tortur.*

Quòd causa subsistat contra Marium carceratum de illatis vulneribus in personam Io. Mariæ, est inimicitia capitalis ob vulnera illata ictu archibusij à prædicto Io. Maria in personam Marij carcerati, nec obstant adducta per d. dominum Excellentissimum dominum meum, per pacem sequutam eo tempore, vt in facto & iure deducitur, fuisse sublatum odium, & rancorem per lapsum annorum duorum cum dimidio à tempore pacis initæ, ad vulnera in Io. Mariam nuper illata, & sic de antiquo, & non de recenti factæ, causamque nullam delinquendi subsistere, quia pro parte fisci respondetur pacem huiusmodi dici de recenti, cùm tempus recens dicatur per triennium, septennium, & quinquenniũ, ad glos. *in Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. & in §. mutuum, Instit. de oblig.* & passim per Doct. & in locis non ignotis dominis meis pro carcerato scribentibus, & in terminis, qòd pax dicatur de recenti per trienniũ, tenuit expresè Bonacossa *in suo tract. commu. opin. crim. volum. 1. in verb. inimicus, in illis verbis, & debet triennium esse elapsum ad hoc, vt dicatur bene reconciliatus*, quam auctoritatem fiscus comprobat ex doctrina Clari *in quæst. 21. in verbo, fama, in fine, sub vers. bene verum est*, vbi dicit, quòd ad effectum, vt quis dicatur emendatus, & purgatus à macula requiri trienniũ, quod dicit esse notandum, & Excellentissimus Dominus meus latè sequitur, & ampliat in lapsu triennij *in sua quæst. 23. n. 26. & sequen. in 1. par. tit. de delict. & pœn.* & sic per prædicta videtur pacem dici de recenti, & durare odium, primæuúmque rancorem, & Doct. allegati ad fauorem carcerati, expresè & clarè loquuntur in pace de antiquo, & non in ea infra triennium facta.

Et cùm longum & antiquum tempus de iure dicatur esse decennium, viginti, triginta, & vltra annos, vt in locis communibus Doctores hoc totum relinquere iudicis arbitrio, qui ex circumstantiis qualitate personarum, ac inimicitiæ existimaret qualis de recenti, & quo de antiquo pax dicatur, domini mei etiam dicunt, ac admittunt etiam esse communem, sed cui dubium stantibus præmissis, quòd iudex non poterit aliter arbitrari, nisi de recenti, stante quòd Marius non alloquebatur nec reddebat salutationem Io. Mariæ vulnerato eundem salutanti, vt deponunt quatuor testes vicini Marij, & Io. Mariæ bene informati, attestantes de loco, & tempore, vt videre est in depositionibus Victoriæ, Liuiæ, Caprecti deponentium de paucis diebus ante vulnera; ac Marci Antonij de sancto Viro vltra assertionem vulnerati post sacratissimam Eucharistiam sumtam, & dum erat in maximo mortis periculo, ex qua non salutatione post pacem non solùm apparet de non pace vera, sed simulata, & de aperto odio, inimicitia, & rancore non remisso adhuc subsistente, vt per Decian. *in suis tract. crim. cap. 25. lib. 3. n. 22. 24. & 27.* & cùm agatur inter personas rusticas, inimicitiæ sunt atrociores, imò implacabiliores, vt per eundem Decian. *d. c. 25. n.* 84. 15

Et hoc non solùm procedit in graui, sed in leui odio, & inimicitia, secundùm communiorem opinionem, vt per Rimin. Iun. *cons. 88. n. 4. lib. 1. & cons. 302. lib. 3. num. 8. & sequen.* oritúrque indicium ad torturam, præsertim, quando delictum fuit de nocte commissum, vt per Clar. *q. 21. in vers. inimicitia, ad fin. ibi, Ego autem, &c.* 16

Augentur præmissa, cùm nullus alius habeat causam delinquendi, prætérquam carceratus, vt per ea, quæ suprà fuerunt deducta, & latè per Excellentissimum dominum meum *in q. 49. n. 107. & q. 62. n. 158. & sequen.* 17

Et si præmissa procedunt quando omnino ignoratur delinquens, multo magis sibi locum vendicare debent, concurrente contra carceratum assertione vulnerati dum laborabat in periculo vitæ, & etiam post sumtionem sanctissimæ Eucharistiæ iureiurando firmata, quæ, concurrentibus suprà deductis, & quòd delictum fuit nocte commissum, & difficilis probationis, operantur non leue indicium, vt per dictum Excellentissimum dominum meum *quæst. 46. num. 25. versicul. si verò vulneratus conualescet, & num.* 34. 18

Aliod etiam vrget contra carceratum, quòd ipse aliàs vulnerauerit quendam Dominicum Mattanellum, cum 19

quo pacem habebat, & carceratus composuit in scutis quindecim. causa adiecta, quòd agebatur inter rusticas personas, & sic solitus in huiusmodi genere delinquere, cùm de præterito præsumatur in futurum, ex regula, semel malus, & ex vnico actu inducitur quem esse talem. glos. *in c. tua nos 25. quæst. 2.* & sequitur Bald. *in l. 3. C. de Episc. aud.* quod quidem indicium de per se est sufficiens ad torturam. Rolan. *cons. 63. n. 35. vol. 2.* & de communi attestatur Villalob. *in commun. opin. in verbo, indicium, n. 18.* eo maximè cùm alia præcedant atque concurrant.

20 Nec dicatur sententiam, seu decretum factum à tunc temporis Gubernatore fuisse iniustum, cùm ex actis non iustificaretur delictum, quia respondetur, quòd si fuisset delictum probatum, quòd tunc iudex non potuisset ita leuiter transire cum solutione scutorum quindecim, sed ob dubium litis, & intra biduum se concordauit cum fisco, conuentionéque facta fuit deuentum ad dictum decretum, sententiam, & in continenti ad solutionem dictæ summæ, vt in calce decreti, seu sententiæ est videre, quod quidem decretum, seu sententia, cùm ab eo, & ea, nec à fisco, nec à reo extiterit, reclamatum fuit mandata exequutioni, & reus relaxatus & liberatus, & ita decretum huiusmodi validum est, & passim tam in Vrbe, quàm alibi, à potestatem componendi habentibus seruatur, vt per excellentissimum dominum meum *in sua quæst. 5. n. 3. circa finem* latè deducitur, ex pluribúsque ex dicta compositione, & sententia acceptata vltra dicta resultat confessio delicti. Primò, quia statim fuit soluta pecunia, de qua in dicto decreto. Secundò, quia ex datione fideiussionis de non offendendo, vtendo dicto decreto. Tertiò, quia eo carcerato, & fratre instante, prout in principio dictæ sententiæ legitur, fuit facta ad eius fauorem. De primo comprobatur in iure, ex regula, vbi culpa, ibi pœna. *l. cùm datio, C. de bon. damn.* & alia adducuntur *in d. quæst. 5. n. 19. vers. sublimita.* De secundo, & tertio, latè per Bertazzol. *cōs. 170. n. 24. vol. 1.* & Neuizan. *consil. 68.* per totum, ampliántque prædicta procedere, quando etiam per tertiam personam fuisset compositio, & alia gesta nomine carcerati, vt per dictum dominum meum *in d. quæst. 5. n. 19. & 24. vers. sublimitando hanc,* & est ratio, quia reus debebat contradicere, & non contradicendo dicitur omnia ratificasse, vt per Doct. *in reg. qui tacet, de regul. iur.* & latè *in d. q. & numeris suprà citatis.*

21 Nec prætermittendum putat fiscus, aliis pro nunc prætermissis, mendacium, de quo conuincitur Marius, non agnoscere Aloysium brixiensem, qui nominatur pro complice in vulneribus illatis prædicto Io. Mariæ, ex quo dolus arguitur; & propterea non est mirum, contra negantem veritatem, oriri indicium ad torturam secundùm vnam opinionem, & secundùm alteram, saltem præsumtionem delicti, in qua vltima omnes scribentes concordant, vt per Clar. *d. quæst. 21. in verb. mendacium,* & hoc ex abundāti adiuncto, supradictis satis vrgere contra carceratum, nòn videtur esse dubitandum, cúmque singula non prosint, cumulata iuuent, & sufficiant ad torquendum: vt latè per d. Excellentissimum dominum meum *in quæst. 36. n. 34. & sequen. & q. 37. num. 11.* & aliis locis, quæ consultò prætermittuntur, & ex præmissis sint pro nunc restricta dubia ex parte fisci ad prædicta contra carceratum, quibus, &c.

Resolutio dubiorum.

22 EXcitata dubia per verè eruditum D. Iudicem nomine fisci, non obstant prioribus meis scriptis. Ad primum enim de capitali inimicitia orta ob vulnera illata ictu archibusij, iam fuit dictum ex subsequuta pace huiusmodi indicium resolutum fuisse, cùm certissimi iuris sit, iniuriam omnem tam verbalem, quàm personalem nedum per pacem, & expressam reconciliationem remitti posse. *l. non solum, §. iniuriarum actio, in fin. vers. proinde, & ibi Glos. in verb. non tenebit,* Bart. *post n. 2.* Albetic. *num. 3. in fine,* & Angel. *num. 2. vers. si autem, ff. de iniur. sed etiam per tacitam, l. in ipsius,* vbi Bar. & communiter Doct. *C. famil. herciscund.*

Nec dicatur, prout bene dicitur, præmissam conclusionem non procedere in pace, seu reconciliatione de recenti: nam quòd pax, de qua agitur, cùm sint lapsi anni duo cum dimidio, quòd dicatur de recenti, negatur, & licèt prout in dubitationibus, recens, aut modicum tempus, quandoque dicatur infra triennium, quādoq; infra quinquennium, & quandoque infra septenniū, ad Glos. *in Clem. 1. de reb. eccle. non alienan. § fin. in verbo, ad tempus mod. cum, & in §. multum, in verbo, multum, Instit. de liter. or. oblig.* Veritas tamen est quòd quandoque & sæpius modicum tempus dicitur trium, aut quinque dierum, *l. & si per tres, ff. si quis cautionibus l. fin. C. de error. aduocat.* quandoque decem dierum, *vt in l. si debitori, ff. de iudic. & in l. promissor Stichi, ff. de constitut. pecun.* quandoque duorum mensium *l. fancimus, & l. fin. C. de ædific. priuat.* quandoque quatuor mensium *l. sicùm dies, §. fin. ff. de arbit.* & quandoque etiam decem mensium *l. 2. de secun. nupt.* 23

Quare cur potius ad effectum, de quo agitur, recens reconciliatio intelligi debeat infra triennium, quàm infra biennium, infra aliquot menses, aut dies, sicut ex præallegatis iuribus, vt plurimum sic intellexisse apparet, nulla suadet ratio, immo contrarium apertè suadetur ex vera illa iuris conclusione Doctorum volentium ad exclusionem delicti omnem interpretationem semper faciendam esse, ad glos. *in c. ne quis arbitretur, in gloss. 1. ad finem 22. q. 2.* Marsil. *consil. 2. n. 9. versic. Et adduci potest,* Gabr. *lib. 7. concl. 2. num. 10. & n. 15.* Et propterea non immeritò in terminis reconciliationem non de recēti factam, cam dixit Sigismund. inter consilia feudalia *consil. 46. post num. 7.* quæ facta fuit ante triduum, & testatur de communi per text. expressū *in c. accusatores il 1. q. 5.* & ibi præsertim Præposit. Mediolanen. *n. 3.* Et ab hac communi sententia fundata in expresso canone non credo recedat D. meus iudex, licèt eam non sibi placere affirmauerit Clar. *in pract. §. fin. quæst. 24 num 6. versic. Sed quid si sequuta sit reconciliatio, in fine,* nihil prorsus pro sua opinione allegans, & quicquid etiam secus dixerit Bonacossa *in commun. opin. crimin. in verb. inimicus;* audens affirmare ad hoc, vt reconciliatio non dicatur de recenti requiri lapsum trienni, ex Claro *in loco præalleg.* qui nihil tale dicit. 24

Nec verū est, prout in dubitationibus asseritur, quòd Clarus affirmauerit communem esse opinionem, id totum esse arbitrio iudicis remissum: nam de communi opinione nihil testatur. Sed dato quòd Clari sentētiam sequi velimus, non possit iudex in proposita facti specie aliud arbitrari, nisi reconciliationem non dici de recenti factam, cùm vltra lapsum duorum annorum cum dimidio, Marius inquisitus sæpius peccata sua confessus fuerit, sanctissimam sumserit Eucharistiam, quo casu etiā quòd non adesset pax, seu reconciliatio, cessat omnis rācor, & omne odium, ex aliàs allegatis, quibus addo Honded. *consil. 87. n. 66. & seqq. lib. 2.* Et huic motiuo in dubitationibus nomine fisci datis nihil respondetur. 25

Ad secundum de non salutatione, in qua D. iudex facit præcipuum fundamentum, respondetur. Primò, quòd etiam illa probata, non præsumitur ex ea capitalis inimicitia, Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 12. & post num. 55. & seq. ff. de quæst.* cum aliis per Mascard. *de probat. libr. 2. conclus. 898. numer. 25. versicul. verumtamen, & num. 42.* Non capitalis autem, & leuis inimicitia indicium ad torturam non facit, secundùm communem, de qua per Plot. *de in lit. iuran. §. 54. num. 5 in fine, versic. fallit secundò.* Villalob. *in commun. opin. litera I. num. 175.* Clar. *in pract. §. fin. q. 21. versicul. Inimicitia vrgens, in princip.* Emanuel Suarez *in commun. opin. eadem litera I. n. 65.* Bursat. *cons. 20. n. 18. lib. 1.* 26

Nec verum est, prout dicitur in dubitationibus magis communem esse opinionem, quòd leuis inimicitia faciet indicium ad torturam, quando delictum fuit clam commissum, & nemo alius de eodem delicto inculpatur. Nam Riminaldus Iunior ad id allegatus *in cons. 88. n. 4. lib. 1.* tale quid non dicit, immo contrarium, sic & idem Riminaldus *in consil. 302. numer. 8. & seq. lib. 3.* & Clar. *in q. 21. versic. inimicitia, ad finem,* loquuntur 27

non

non de leui, sed de capitali inimicitia. Quòd enim inimicitia leuis, & non capitalis indicium non facit ad torturam, in iure, & apud Doctores, nemine contradicente, est absolutissimum.

28 Et licèt hæc sola responsio sufficeret ad hanc secundam dubitationem, adhuc tamen, & omnis tollitur difficultas ex eo, quòd in facto verum non est, prout in dubitationibus præsupponitur, quòd asserta negatiua salutationis sit concludenter probata per testes de loco, & tempore deponentes, Victoria enim in sua depositione, aliud non dicit, nisi, *Io sò che detti Gio. Maria, & detti Giouanni, & Mario di Pacifica non si portauano bene insieme, & non si salutauano, che questo si sà publicamente per il vicinato.* Ecce, quòd vltrà quòd est mulier, & non deponit de aliquo loco, nec de aliquo tempore, nullam reddit sui dicti rationem, nisi quòd ita publicè scitur in vicinatu, & sic de asserta fama, quæ etiam quòd probata fuisset per duos testes, ex ea non oritur plena probatio non salutationis, immo nec semiplena quando criminaliter agitur, secundùm communem, de qua per Blanc. *in tract. de indic. n.313.* Duen *reg. 300. incip. fama in criminalibus*, Beto. *in cap. qualiter, & quando, n.78. de accusat.* Clar. *quæst. 21. vers. fama sola*, vbi etiam quòd ita practicatur, Hieron. de Cæuall. *in commun. opin. quæst. 382. num. 5.* & voluit Rota coram Robusterio *decis. 82. n. 2. vers. tamen secus est in criminalibus, par. 1. inter diuersas.*

29 Et cùm super hac prætensa publica fama, ista sola mulier deponere audeat, sequitur, quòd non solùm non probet, vt suprà, sed etiam redditur de falso suspecta, Natta *cons. 672. n. 40.* Eò præsertim, quòd non deponit, nisi de fama viciniæ, quod non sufficit ad probationem famæ, Bartholom. Ghitt. *cons. crimin. diuers. 160. n. 11. in fine lib. 1.* Natta *cons. 388. n. 3. in fine lib. 2.* Prout etiam sufficit testem super fama deponentem dicere, se ita publicè dici audiuisse, quando criminaliter agitur, Simon de Petris *cons. 8. num. 21. Tum etiam quia sumus in causa criminali*, Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 49. num. 28. vers. mihi videtur.*

30 Et his cessantibus, huic testi satis sit obiicere, quod audet deponere super negatiua non coarctata, loco, & tempore, cùm non deponat de aliquo particulari actu non salutationis, & non alloquutionis, nec de aliquo particulari loco, aut tempore, ideo de falso suspecta, immo falsa, cùm eo ipso, quòd testis deponat super negatiua, falsum incurrere dicatur. Angel. *in l. Lucius, n. 4. vers. nota modum, ff. de infamib.* Pract. Conrad. *rubr. de negatiua, numero 56. vers. amplia secundò. fol. mihi 143.* Aym. *consil. 9. numero 7.* Boss. *in tit. de opposit. contra testes, n. 90. vers. opponitur quoque.* Pacian. *de probat. lib.... cap. 36. num. 8. & seqq.*

31 Liuia altera testis patitur ferè eosdem defectus, quos patitur Victoria, dum solùm dicit, *Mario sò che sta à pace con detto Gio. Maria, e non si parlauano insieme, no si salutauano, che io sappia*; & sic vltrà quòd est mulier, non deponit de loco, aut tempore, audet super negatiua non coarctata deponere, & nullam prorsus sui dicti rationem reddit, quo casu dicitur deponere tanquam pecus, *l. solam, C. de testib. cap. si testes, §. sola 4. quæst. 3.* Crot. *de testib. num. 309.* Hippol. Riminal. *consil. 322. numero 33. lib. 2.*

32 Capreitus tertius testis minus probat, quàm alij, dicit enim, *Mi soppragiunsero Giouanni, & Mario, & arriuati à me mi salutorno dicendomi, buona sera, mà Gio. Maria non senty che lo salutassi, perchè considero, che per l'inimicitie, che sono state frà di loro non si parlassero*, in eo enim quòd dicit, *Considero, che per l'inimicitie, che sono trà di loro, non si parlassero*, dicitur deponere de suo credere, & iudicio, & sic nihil probat, Plot. *de testib. num. 314.* Gabr. *cons. 178. num. 10. lib. 1.* Osach. *decis. Pedemont. 122. sub num. 1.* Viu. *opin. 965. numero 1.* In eo autem, quòd dicit; *non senty, che Giouanni, & Mario salutassero Gio. Maria*, non concludit negatiuam, quòd non salutauerint, quia potuit esse, quòd salutauerint, & ipse non audiuerit, Bald. *consil. 37. quidam tabellio, num. 1. vers. in contrarium, lib. 1.* Alexand. *consil. 18. lib. 4.* Dec. *consil. 101. numero 2. vers. Tertiò principaliter. lib. 1.* Debebat enim addere, *Et si salutassent audiuissem, nec poterant salutare, quin audiuissem.* Boss. *in tit. de falsis, numero 36.* Follet. *in pract. crimin. in verb. item quòd commisit falsitatem, numero 64.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 40. numero 16. 17. & 29.* Immo si sic vt suprà, adiecisset rationem, quòd scilicet, *si salutassent, audiuisset, & quòd non poterant salutare, quin audiuisset*, redderetur vtique falsus, cùm ipsemet fateatur, *che per vna scesa, che gli è calata nelli occhi non sente troppo bene, & che Gio. Maria all'hora veniua vn poco dietro à lui.* Quomodo enim vult audire si non bene audit, & si Ioannes Maria retrò ipsum incedebat, quando fuit salutatus à Mario? Videat ergo dominus meus iudex quàm facili negotio depositiones prædictorum testium prosternantur.

33 Ad tertium, quòd Marius aliàs composuerit pro simili delicto stante decreto quòd solutis scutis quindecim, & data cautione de non offendendo relaxaretur, prout fuit relaxatus, omitto, quòd mihi præsupponitur, in processu non apparere, quòd dicta scuta quindecim Marius, vel alius eius nomine soluerit, nec quòd ipse aliquam dederit fideiussionem, nec quòd dicti decreti vigore fuerit relaxatus, sed dato quòd ipse decretum, sic ad eius fauorem factum acceptauerit, non tamen per hoc efficitur delictum confessum fuisse; huiusmodi enim decretũ, non compositionem, sed gratiam sapit. & quòd non sit cõpositio, apparet euidẽter, quia in decreto nulla compositionis mentio facta est, prout bene scit D. Iudex faciendum esse quando causa finitur per compositionem, cùm dici soleat, *stante compositione facta cum fisco, & solutis, &c.* Et quòd sit gratia, apparet etiam per illa verba, *Attenta eorum rusticitate*, ex qua videtur iudex moueri ad faciendum gratiam, si est gratia, intrat conclusio, quòd veniam & gratiam petens, supplicans non dicitur fateri delictum, nisi explicitè in supplicatione delictum fateatur, ex aliàs allegatis, quos hìc repetere superfluum est.

34 Quòd si ampliùs admittamus esse compositionem, (prout in dubitationibus presupponitur) quòd compositionem faciens fateatur delictum, minimè verum est in specie quando compositio est facta in casu de iure transibili, vt hìc. *l. 5. ff. de præuaricator. l. quoniam, ff. de his, qui notant. infam.* cum alijs per Ant. Gomez *de delict. tit. de homic. sub numero 54.* Osasch. *decis. Pedemont. 138. numero 14. in fine, & seqq.* & nouissimè Petr. Caball. *resol. crimin. cas. 74. numero 8.* vbi conclusionem prædictam procedere affirmat de generali consuetudine, etiam quòd compositio sit facta in casu de iure non transibili, ex Claro quem allegat *quæst. 58. numer. 14. versicul. secunda regula, in fine.*

35 Non intrat igitur contra Marium regula, semel malus, de qua in dubitationibus; quia, vt dixi, etiam quòd pro simili delicto aliàs composuerit, non per hoc dicitur illud commisisse, nec regula prædicta locum habet ex sola inquisitione, seu imputatione criminis; nisi probetur, quòd quis sit confessus, conuictus, aut per sententiam condemnatus, Grammat. *vot. 30. numero 25. & seqq. & cons. 45. numero 32.* Follet. *in pract. crimin. verb. item quòd sororem venenauit, numero 28.* Vltra quòd sola delinquendi consuetudo indicium non facit ad torturam, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. numero 65.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. numero 101.* Clar. *quæst. 64. versi. sed pone quòd reus.*

36 Ad quartum de mendacio circa cognitionem Brixiani iam fuit dictum; nec repetere opus est, quòd ex quo Brixianus de tali delicto non est inquisitus, aut processatus, & sic si huiusmodi cognitionem Marius fassus fuisset, sibi non nocuisset talis confessio. Hoc ideo assertum mendacium non facit indicium, seu presumtionem, quia debet esse circa substantialia, non autem circa ea, quæ affirmare, aut negare nihil refert. Cason. *de indic. & tortur. tractat. 9. capit. 12. numero 1. & seqq.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. numero 35. versicul. & tale mendacium debet esse circa pertinentia*, Bertaz. *cons. 59. numero 6. & cons. 60. num. 11. lib. 1.*

37 Ad ea, quæ de assertione vulnerati, in dubitationibus

attinguntur ex qun præsertim in lecto iacens cum periculo vitæ, & post sumtam sanctissimam Eucharistiam Marium inculpauit, iam plenè in prioribus scriptis fuit responsum. Addo nunc, quòd inculpationi vulnerati etiam sic vt suprà nedum in periculo, sed in articulo mortis existenti nihil omnino credendum esse, probat text. *in l. si quis in grau. §. si quis mortem*, vbi præsertim Bart. Alberic. Angel. & Roman. *in summario, ff. ad Syllanian.* idē Alber. *in l. 2. num. 3. ff. eodem.* Angel. *de malefic. in verbo, qui iudex ad probationem, numero 6.* & ibi Augustin. *in addit. numero 12.* Couar. *variar. resol. lib. 2. cap. 12. n. 8.* Ludouic. Peguer. *decis. crim. 17 numero 5.* Honded. *cons. 107. num. 15. & seqq. lib. 1.* Ex quibus quocunque se vertat fiscus Marij innocentiam semper aspiciet, & propterea Marium omnino liberandum, & resoluendum esse, prout ita fieri à iusto iudice confido, nihil esse, quod impediat, indubitanter affirmo.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Frater si fratrem occidat an hæreditas ipsi proueniens ab intestato vel ex testamēto possit à fisco auferri tanquam ab indigno iu præiudicium successorum, & hæredis, stante præsertim statuto, quòd homicida omni actu legitimo priuetur.

SVMMARIVM.

Frater fratrem occidens priuatur portione sibi ab intestato obueniēte propter mortem occisi fratris, & fisco applicatur, numero primo. Declara hoc non procedere stāte statuto quòd homicida sit priuatus ab omni actu legitimo, quia tunc fiscus non aufert ab indigno in præiudicium successorum dictam portionem occisori obuenientem ab intestato, n. 2.

Frater si fratrem occidit fiscus aufert ab eo hæreditatem sibi ab occiso fratre ex testamento relictam, num. 3. & 4 contrà, n. 5. & seqq. vbi plenè declaratur hæc materia, & per totum consilium.

Hæreditas, seu successio delata ex testamento, non dicitur hæreditas, seu successio legitima, n. 3. saltim propriè, sed longè, sic num. 4. contrà n. 6. & seqq. & per totum consilium.

Hæreditas, seu successio ex testamento dicitur legitima, quando sumus in dispositione legis, secus in dispositione hominis, num. 8.

Hæreditas, seu successio dicitur legitima eaquæ prouenit ex testamento non solùm si fuit relicta alicui veniēti ab intestato, num. 9. sed etiam si fuerit relicta alicui extraneo, n. 10. & 11.

Priuatus ab omni actu legitimo censetur etiam priuatus à successione testamentaria, num. 11.

Hæreditas, seu successio ex testamento dicitur actus legitimus, n. 11. & 12.

Testari non potest bannitus, qui ex aliquo statuto exclusus est ab omni actu legitimo, n. 12.

CONSILIVM CXXVIII.

1 PRAESVPPOSITA magis communi opinione Doctorum, quos retuli *in mea pract. crimin. q. 120. numero 42. & seqq.* quòd fiscus ab occisore fratre auferat portionem sibi obuenientem propter mortem occisi fratris, etiam exclusis alijs fratribus in eodem gradu existentibus, quibus addo Petr. Caball. *resol. crimin. casu 10. numero 2. & seqq.* vbi pluribus hanc cōmunē comprobat, & contrariū dicētis reprobat, & præsupposita Bulla Pij II. de qua in constitutionibus Marchiæ *lib. 4. c. 33.* confirmata à Clemente VII. Pio V. & Sixto V. qua homicidæ omni actu legitimo priuantur, oritur dubium nunquid eadem communis opinio procedat etiam in casu dictarum constitutionum, & super hoc requisitus quid pro veritate sentirem, liberè explicarem.

Dico indubitanter in casu dictarum constitutionum 2
fiscum non posse fraternam hæreditatem ab occisore auferre in præiudicium aliorum successorum, cùm enim homicida sit priuatus omni actu legitimo, sine dubio censetur etiam priuatus hæreditate sibi obueniente ab intestato de iure communi, quæ legitimus dicitur actus, *l. actus legitimi, ff. de reg. iur.* & voluerunt Doctores per me relati *in q. 101. n. 42.* quorum plerique loquuntur in terminis dictarum Bullarum, & quibus contradictorē non inueni ea inconuincibili ratione moti, quòd fiscus ab incapace vt indigno auferre non potest, cùm nihil auferendum reperiat, vt in his terminis bene deduxit Eugen. *cons. 77 sub n. 11.* & dixi etiam *d. q. 120. n. 37. & 52.*

Difficultas solùm superesse videtur an idem sit in hę- 3
reditate quę occisori prębuenisset, non ab intestato, sed ex testamento, quo casu duas video repugnantes scribentiū sententias. Vna est affirmatiua, quòd scilicet tunc fiscus auferat hæreditatem ex testamento ab occisore fratre tanquam ab indigno, non obstantibus constitutionibus prædictis quam in terminis similis statuti Mutinæ defendit Bertaz. *consil. 489. n. 9. lib. 2.* eam afferens rationem, quia quicquid secus sit in successione ab intestato, hęreditas ex testamento delata non dicitur legitima, secundùm Abb. Alex. Rip. Socin. Paris. Tiraq. & Dec. *in locis ibi relatis per eum*, qui adhuc testatur de communi quam etiam pluribus comprobat, & contrariis respondet Rebuff. *in l. lege obuenire, ff. de verb. signif. vers. & sic infert Alcia. & pluribus seqq. versiculis, & versic. secundo infertur, & aliis pluribus seqq.* & Bertaz. sic dicētem retuli, & sequutus fui *in mea q. 101. n. 43.*

Et licèt adsint aliqui alij Doctores, quos mox infrà 4
referam, volentes successionem etiam testamentariam dici legitimam, veritas tamen videtur esse, quòd nō propriè, sed largè legitima dicatur, secundùm Odofred. *in d. l. lege obuenire, & in l. 3. §. de illa, in verbo, ad legitimam hæreditatem*, & ibi etiam Fulgos. *num. 2. & 3. ff. pro soc.* Ias. *in l. vnica, num. 2. in fine vers. sexto modo, & num. 3.* & ibi etiam Cagnol. *n. 2. per tot.* vbi latè de communi testatur, *C. quando non petentium partes*. Tiraq. *le mort saisit le vif. p. 2. declarat. 7. num. 8.* eam afferentes rationem, scilicet testamentaria successio licèt sit approbata l. duodecim tabularū, & sic iure ciuili, originem tamen habuit non à iure ciuili, sed à iure gentium, & sic non potest dici legitima, seu à lege proueniens, quod idem est.

Contrariam sententiam, quòd scilicet statutum, seu 5
constitutio excludens homicidam ab omni actu legitimo, excludat etiam tam à successione ab intestato, quàm ex testamento & consequenter hæreditatem etiam ex testamento delatam fiscus ab eo auferre non possit, scripsit Honded. *in consil. 59. num. 74. lib. 1.* & in terminis Apostolicarum constitutionum plenè consulit Eugen. *cons. 77. n. 7. & seqq.*

Et pro hac opinione contra fiscum facit ratio (retor- 6
quendo rationem primæ contrariæ opinionis) quia scilicet magis communis videtur Doctorum sententia, quòd hæreditas etiam testamento delata dicatur legitima. text. videtur clarus *in dicta l. lege obuenire, ff. de verbor. signific.* & per istum text. sic expresè voluit gloss. *in l. 3. §. de illo, in verb. qua testamento, ff. pro soc.* Ruyn. *in l. hæc verba, num. 75. & seqq. ff. de legat. 1.* Alciat. videndus *in dict. l. lege obuenire, num. 1. & num. 3. & latiùs libr. 4. paradoxorum, capit. 7.* vbi ex professo hanc probat sententiam, & contrariis respondet Cagnol. *in l. actus legitimi, num. 3. ff. de regul. iur.* Alexand. *consil. 75. num. 2. versic. ex quo infertur, & num. 4 versic. Vnde in proposito, iuncto versi. pro hoc benefacit, libr. 1.* Honded. *dict. consil. 59. n. 74.* Card. Tusch. *in verb. actus legitimi. conclus. 128. num. 6.* Fulu. Pacian. *consil. 60. num. 22.* vbi expresè dixit, quòd factio testamenti actiua, & passiua dicitur actus legitimus; & plures

alioa

alios refert concordantes. Et licèt Rebuff. *in dict. l. lege obuenire*, *in loco praeallegato*, &c, vt ſuprà eum retuli, contrarium defendere conetur, attamen *in verſ. ſecundò infertur*, non audet negare, quin Doctores communiter hanc ſequantur ſententiam.

7 Prout nec verum videtur, quòd ſucceſſio ex teſtamento dicatur impropriè legitima. Nam quòd immo ex vi, & proprietate verborum dicatur legitima, bene probauit Alciat. videndus *in locis vbi ſuprà allegatus*, vel ſaltem, etſi dicatur minus propriè legitima, quàm ſucceſſio ab inteſtato, prout accuratiùs loquendo ſcripſerunt *in d.l.vnic.n.6.& ſeqq.* & ibi etiam Curt. Iun. *n.8.& ſeqq. C. quando non petentium partes*, Guglielm. de Benedict. *in repet.cap. Raynutius,in verb. & vxorem, num.74.& ſeq.extrà de teſtamen.* Non tamen per hoc ſequitur, quin & ipſa propriè dicatur legitima, licèt minus quàm ſucceſſio ab inteſtato.

8 Et ad comparationem praemiſſorum facit doctrina Alber. *in dict. l.lege obuenire, num.5. in fine, & num.6. etiam in fine.* vbi diſtinguendo dixit verbum, *legitima*, prolatum à lege, extendi etiam ad ſucceſſionem ex teſtamento, ſecùs ſi fuerit prolatum ab homine, refert eum,& ſequitur,Iaſ.*d.l. t.n.8. verſ.Tu dic melius, C.quando non petentium partes*, nec diſſentit Alexand. ex aduerſo à Bertazzolo allegatus *in l.ex facto,§.ſi quis ita, n.9.ff. ad Trebell.* Et licèt haec diſtinctio non placeat Dec. *in dict. l. 1. n.7.& 8* & Cagnol. *poſt n.2.* eam tamen communiter à Doctoribus receptam non negat Rebuff. *in dict. l. lege obuenire,verſ.Secundò infertur*, & Alciat. omnino videndus *dict.lib 4.paradoxorum,cap.7.* pluribus & magiſtraliter probauit, verbum *legitima*, etiam ab homine prolatum extendi ad ſucceſſionem ex teſtamento.

9 Quid dicendum dum cogitans, & anceps fui quam debere ſequi ſententiam,& quidem niſi veritatis ſtimulus me retraxiſſet, facilè confirmaſſem Bertazzoli opinionem aliàs,vt dixi,à me relatam,& firmatam,ſed quia ex praemiſſis eam ſatis dubiam,& non bona ratione fundatam perſpicio, mutata ſententia ſequor libenter opinionem Eugonij,& Hondedei *in locis praeallegatis*,quae ſine dubio amplectenda eſt,quando haereditas teſtamentaria defertur venienti ab inteſtato, ex allegatis per Ruyn. *in l.haec verba n.56.& ſeqq. ff. de leg.1.* & per Curt. Iun.*in l.vnica,n.11.in fin.* & ibi etiam Cagnol. *n. 2. verſ.ſi tamen ea quae ex teſtamento defertur, C. quando non petentium partes.*

10 Verumetiam,quòd fuerit inſtitutus extraneus,quòd talis haereditas dicatur legitima,ſatis ex praeallegatis apparet, & quatenus contrarium eſſet verius quod non crediturr, adhuc aduertendum credo, non per hoc ſequi, quòd non dicatur actus legitimus (de quo in praeſenti dubitatione diſcutiendum eſt)verbum enim,*actus*, generalius multò eſt, quàm verbum *ſucceſſio*, vt bene deduxit Dec. *in l.actus,in princip.ff.de regul.iur.* vbi in ſpecie dixit actum legitimum dici non ſolùm illum, qui à lege inuenitur, ſed approbatus eſt, ſed etiam ille, qui à lege non prohibetur,argum.text.cum gloſſ.*in l.nec non,§.quod eis,ff.ex quib.cauſ.maior.* Quod,& idem ibidem, & in terminis noſtris dixit Cagnol. *num.3.*Iacob.Port.Imol.*conſ. 124.n.8.in fin.*& Honded. *d.conſ.59.n.72.*

11 Sed ſic eſt, quòd teſtamentaria ſucceſſio non ſolùm à legibus non improbatur, verumetiam approbatur, prout fatetur Bertazzol. ex aduerſo allegatus, conſentiúntque omnes Doctores, qui tenent teſtamentariam ſucceſſionem non eſſe legitimam; ergo negari non poteſt quin ſaltim ſit actus legitimus (& hoc ſufficit ad effectum, vt Pontificiis conſtitutionibus locus ſit) prout etiam voluit Dynus *in regula,actus legitimi, num.8. de regul.iur. in 6.* vbi dixit inſtitutionem haeredis eſſe actum legitimum, Menoch.*conſ.492. n.2.* & Pacian. *dict. conſil. 60.num.12.* vbi, vt ſuprà eum retuli, expreſsè etiam dixit,quòd teſtamenti factio actiua, & paſſiua dicitur actus legitimus,& hanc differentiam bene aduertit Cagnol.*in locis praeallegatis*, dum *in l.1. C. quando non petentium partes,num.2.ad finem,* concludit ſucceſſionem ex teſtamento non poſſe dici legitimam ſucceſſionem, & tamen *in dict.l.actus legitimi,numero 3*, actum legitimum dici poſſe affirmauit, & bene probatur *in dict.l. actus legitimi.ff.de regul.iur.* vbi nulla facta diſtinctione, an ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſimpliciter dicitur aditionem haereditaris eſſe actum legitimum.

12 Et ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd homicida,vel is,cui à ſtatuto interdicti ſunt actus legitimi, poſſet adhuc teſtari, cùm, vt dicit Bertazzoll. (& ſic ceterorum illius ratione) teſtamentaria diſpoſitio, non à iure ciuili inuenta,ſed tantùm approbata ſit,& tamen multo verius eſt,quòd excluſus ab omni actu legitimo,nec etiã teſtari poteſt,vt pluribus probaui *in mea quaeſt. 101. num. 38.*quae hîc repetere non eſt opus: cur ergo non idem in ſucceſſione ex teſtamento? quae pariter à lege ciuili probata eſt.

13 Sed certè teſtamentariam ſucceſſionem non ſolùm dici actum legitimum,ſed etiam legitimam ſucceſſionẽ, magis communiter ex praeallegatis receptum exiſtimo, eò praeſertim quòd Doctores allegati per Bertazzoll. non videntur probare id ad quod allegantur. Alexandr. enim *in dict.l.ex facto,§.ſi quis ita*, videtur conſentire, quòd verbum *legitima*, à lege prolatum, refertur etiam ad ſucceſſionem ex teſtamento.Rip. *in eodem loco,numero 9. & ſeqq.* arguit pro & contrà,& nibil firmat,immo videtur tenere,quòd appellatione legitimi haeredis veniat etiã haeres ex teſtamẽto,Dec.*conſ.32. n.2.& conſ.309.n.5.* nihil videtur de hoc affirmare, Pariſ. *conſ.20.num.9.lib.1.*Abb.*conſ.3.column4.verſ.ſed vbi ponetur verbum,legitima,par.2.*& Socin.*conſ.12.num.4.lib.3.*dicunt ſucceſſionem ab inteſtato eſſe legitimam, ſed non excludunt eam, quae venit ex teſtamento. Et ex his mutata ſententia firmiter pro veritate concludi poſſe exiſtimo, haereditatem,ſiue ab inteſtato, ſiue etiam ex teſtamento occiſori delatam propter mortem occiſi non poſſe ab ipſo occiſore tanquam indigno à fiſco auferri in praeiudicium proximiorum ſtantibus Apoſtolicis conſtitutionibus illum excludentibus ab omni actu legitimo.

Fuit pronunciatum contra fiſcum ſtante conſtitutione Pontificis volente homicidam eſſe priuatum omni actu legitimo.

Proſper Farinacius I.C.Romanus.

ARGVMENTVM.

De ſurreptione ſcripturarum ex actis Notarij, quomodo probetur, & an ſurripiẽs cauſam amittat. An Procuratoris confeſſio noceat domino,& quando. Et an etiam amiſſio inſtrumenti,ſeu ſcripturarum probetur iuramento amittentis.

SVMMARIVM.

Acta probantur per aſſertionẽ Notarij etiam ſine teſtibus,num.1.

Confeſſione nulla maior probatio,num.1.in fine.

Scriptura ſurreptio praeſumitur facta ab eo ad cuius cõmodum ſurreptio reſultabat,n.2.

Res ſubtracta penes aliquem reperta praeſumitur ſubtracta ab eo penes quem reperitur,niſi doceat de autore,n.3.

Furata res ſi penes aliquem reperiatur, facit indicium contra eum penes quem reperitur,niſi doceat de autore plenè, & concludenter, non autem per poſſibile, num.4.

Procuratoris confeſſio facta in informatione data iudici,non nocet domino,n.4.

Procuratoris confeſſio etiam iudicialis domino non nocet,num.5

Procuratoris confessio potest quandocumque etiam non docto de errore à domino reuocari, n. 5.

Confessionis error censetur probatus, probãdo rem aliter se habere, n. 5.

Scripturarum, & instrumentorum surreptio coniecturis probatur, n. 6. & n. 15 vbi saltim ad effectum imponendi pœnam extraordinariam.

Reus edere tenetur scripturas Ecclesiæ agenti, n. 7.

Amissio scripturæ non præsumitur, & qui dicit amisisse, præsumitur malitiosè occultare, n. 7.

Occultans instrumentum in actis productum, & probationes sui aduersarij causam perdit, n. 8.

Tenor instrumenti surrepti probatur iuramento, n. 9.

Amissio instrumenti, seu scripturæ, non probatur iuramento amittentis, nisi probetur aliquis casus propter quem potuerit amitti, num. 10. & n. 11. vbi amplius quòd debet probari amissum instrumentum fuisse in loco, vbi casus euenit.

Amissio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis, quando agitur de graui præiudicio, num. 12. Idem quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio occultationis, num. 13.

Occultans, vel surripiens scripturas alienas, vt veritas nõ appareat falsi pœna punitur, num. 15.

CONSILIVM CXXIX.

1 VOD testamentum fundationis iuris patronatus, de quo agitur, fuerit aliàs in actis Passarini productum, non potest in dubium reuocari, quia de productione constat in libro actorum eiusdem Notarij, cui isto casu credendum est etiam sine testibus, de productione fidem facienti, secũdùm communem de qua per Marant. in Specul. *par. 6. actu 10. n. 21.* Dec. *in cap. quoniam contra, n. 22.* & ibi Lanfranc. *in princ. n. 27. de probat.* Quod autem hodie prædictum testamentum non reperiatur in officio eiusdem Notarij, nec pariter dubitari potest, tum quia facta diligenti perquisitione illud non inuenitur, tum etiam quia iam aduersarius fatetur à trib. hinc annis illud habuisse, & penes se retinuisse, cõfessione autẽ partis, nulla est maior probatio, *l. si confessus. ff. de custodia reorum, cum vulgarib.*

2 Restat sola difficultas an testamentum prædictum fuerit ab aduersario subtractum, an verò alia via ad eius manus peruenerit, prout asserit. Et quidem contra aduersarium iuris præsumtio viget, quia cùm dictum testamentum, prout fatetur, contineret aliqua ipsi præiudicialia, Capellam scilicet esse sacerdotalem, nec propterea expediebat hoc apparere in actis, intrat conclusio, quòd scriptura aliàs producta penes Notarium, si amplius non reperiatur, subrepta præsumatur ab eo, cuius commodo surreptio cedit, Brun. *de indic. part. 1. q. 3. num. 5. versic. Item si illa res*, Pract. Conrad. *rub. de negat. criminal. & torment. n. 20. in 7. indicio*, Menoch. *de præsum. lib. 5. præsumt. 31. num. 15.* Franc. Becc. *consil. 70. num. 20. in fin. versic. secundum indicium.*

3 Verùm in casu de quo agitur non opus est recurrere ad hanc iuris præsumtionem, quia fatetur aduersarius testamentum hoc iam productum habuisse, & penes se retinuisse. Vnde intrat alia conclusio, quòd res subtracta penes aliquem recepta, ab eo, penes quem reperitur, subtracta fuerit, nisi doceat de autore, Marsil. *in l. qui falsa, num. 12. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Grammat. *consil. 14. n. 1.* Blanc. *de indic. numer. 416.* Clar. *in pract. § final. quæst. 31. num. 30. versic si res furtiua*, Roland. *consil. 45. num. 39. & seq. lib...*

4 Nec dicatur hîc satis doceri de autore, nempe D. Iulio; nam D. Iulius hoc nullo pacto dicit, & si diceret, præsumtio mala contra ipsum retorqueretur, solùm dicit quòd à tribus annis in circa dedit aduersario in confusum, & in fasciculo plures scripturas ad causam facientes, inter quod adesset hoc testamentum, non affirmat, immo dicit se hoc testamentum nunquam vidisse, nedum perlegisse, & sic nihil concludit. Verùm de autore, vt quis furti præsumtionem à se tollat, docere debet plenè, & concludenter, non autem per possibile, Alex. *cons. 105, n. 4. & 5. lib. 6.* facit text. *in c. quicumque furem, extrà de furt.* cum alijs plenè per Mascard *de probation. lib. 2. concl. 833. n. 12. & seqq.*

Nec etiam releuat quædam informatio facti iudici 5
ciuili exhibita à Procuratore Illustrissimi Domini Cardinalis, in qua videtur asserere, quòd aliàs restituto originali testamento prædicto, illius in actis dimissa copia collationata, habuit dictæ collationatæ copiæ aliam copiam, hæc enim confessio domino non præiudicat. Primò, quia est extraiudicialis, & per modum voluntariæ iurisdictionis, Aretin. *cons. 13. num. 23. vers. circa sextum*, Bellamer. *decis. 694. num. 2.* Secundò, quia etiam iudicialis Procuratoris confessio domino non nocet, prout sæpius Rota resoluit coram Ludouisio in vna Romana Census 23. Iulij 1600. & coram Orano Burgen. Decimarum... Decembris 1593. & Romana Computorum 7. Februarij 1580. Tertiò, quia quatenus noceret, potest quandocumque etiam non docto de errore, reuocari, prout eadem Rota resoluit coram Seraphino Fauentin. Bonorum 27. Iunij 1583. coram Rubeo, Romana Damnorum 14. Aprilis 1578. & coram Gyptio, Mediolanen. Fructuum 28. Iunij 1591. Quartò, quia ex depositione Notarij, & extractistæ constat non esse verum quòd talis copia fuerit vnquam in actis, ideo constito rem aliter se habere, Procuratoris confessio dominum non afficit, Angel. *de malef. in verb. comparuerunt, & in termino defensionis, &c. num. 1. ad fin.* Follet. *in practic. crimin. in verb. etsi confitebuntur, part. 2. num. 54. fol. 302.* Honded. *consil. 66. num. 69. & consil. 102. num. 44. lib. 1.*

Non sunt omittenda plura mendacia, & indicia con- 6
tra D. Iulium, & Petrum Paulum grauissima in facti informatione, quam videri supplicatur bene deducta. Ex quibus quòd ipsi, aut eorum cum alterius scientia, & participatione testamentum hoc surripuerit facilè deprehenditur, stante illa illis conclusione verissima, quòd scripturarum subtractio, coniecturis, & indicijs probata, concludenter probata dicatur. Bart. *in l. si quãdo, ad fi. n. 4 in fin. C. vnde vi*, Corn. *consil. 318. post num. 5. vers. Possunt tamen, lib. 4.* Marsil. *in pract. § principium, n. 7. & n. 12. in fine*, cum vulgar.

Et cessantibus omnibus prædictis, quæ quantum vr- 7
geant optimus iudex perpendet. Hodie cùm aduersarius fateatur testamẽtum prædictum à tribus annis in circa habuisse, sed amisisse ne illud edat Ecclesiæ, cui specialiure etiam agenti edere tenetur, ex traditis per Dec. post alios *in cap. 1. num. 15.* & ibi etiam Beto. *num 66. de probat.* Alexand. *in l. fin. num. 19.* & ibi etiam Dec. *num. 13. C. de edendo*, Alciat. & Purpur. *in l. 1. num. 18. C. eodem.* sequitur quòd nisi amissionem probauerit, præsumatur malitiosè occultasse, & furti teneatur, secundùm glos. *in l. 2. in verb. exhiberi, C. de edendo, & in l. 2. §. Diuus, in verb. agatur, vers. Dicitis causa pecuniaria*, & ibi etiam Alber. *ff. de iure fisci*, alia gl. *in l. 3. in gloss. 3. versicul. Et si ipse nunc exhiberet*, & ibi etiam Angel. *num. 3.* & Odofred. *colum. 2. ante fin. ff. de edendo.*

Et vlterius subtrahens, seu occultans nedum instru- 8
mentum iam in actis productum, sed probationes aduersarij causam perdit. Ang. *in l. 2. vers. Idem in eo quia operatus est, C. ad leg. Corn. de fals.* Anchar. *cons. 173. num. 3. & seq. in 3. dubio*, Barbat. *cons 54. num. 4. & num. 18. lib. 3.* Boër. *decis. 192. num. 8.* vbi testatur de communi Doctorum opinione.

Quòd si in casu de quo agitur dicere velimus aduer- 9
sarium Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis non amisisse causam propter subreptionem. & occultationem prædictam, prout re vera amisit, effugere tamen non potuit quin surrepti, & occultati testamenti tenor probetur iuramento dicti Illustrissimi, secũdùm Cyn. & communiter Doctores *in l. si de possessione*, Paul. de Castro

de Castro *numero 2. Quando autem instrumentum, C.de fid. instrumen.* Felyn. *in cap. sicut, num. 7. versicul. quartadeclaratio, extrà de re iudic.*

10 Quando autem dictus aduersarius surripuerit ex actis seu surripi fecerit testamentum prædictum, iam suprà fuit plenè deductum, concurrentibus præsertim tot, tantisque indiciis, & præsumtionibus, de quibus in informatione facti. Verùm quoad occultationem res est clara, & sumus in confessis cùm Petrus Paulus fateatur illud habuisse in manibus, sed amisisse. Hæc autem amissio aliter, quàm per eius iuramentum probari debet triplici ratione. Primò quia non probat aliquem casum, vtputa incendium, alluuionem, depopulationem, seu quid simile, propter quod verisimiliter potuerit dictum testamentum amittere, Bald. *in l. fin. numero 25. ff. de edendo,* Afflict. *decis. 3. numero* 10. Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfat. numero 39. versicul. cum sinistimum est*, cum aliis per Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg. 37. num. 2. 3. & 4.*

11 Immo vt amissio instrumenti amittentis iuramento probetur, non solùm probandum est præcessisse aliquem amissionis casum, vt suprà dixi, sed etiam probari debet instrumentum, quod dicitur amissum, fuisse in loco amissionis. *l. si creditor. §. sine vitio, & l. pignus, C. de pignorat. act.* Grat. *cons. 95. numero 5. libr.* 2. Foller. *in pract. crim. in verbo, capiat informationem, numer.* 8. Roland. *consil. 51. numero 18. lib. 1.*

12 Secundò quia amissio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis, quando agitur de graui præiudicio aduersarij, Bald. *in l. dissolutò, numero 3. C. de condictione ex lege,* Felyn. *in cap. sicut, numero 9. de re iudic.* Ias. *in l. huiusmodi, §. si ita, numero* 11. & ibi etiam Alexandr. *numero 4. ff. de legat. 1.* cum aliis, per Mascard. *de probat. libr. 1. concl. 88. n. 9. & lib. 2. conclus. 909. n. 7.*

13 Tertiò, quia quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio non amissionis, sed occultationis, tunc illius iuramento non statur, ex allegatis per Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfation. n. 29. vers. Nec hinc longè abest doctrina,* Bar. *in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt.*

14 Quod autem aduersarius testamentum de quo agitur non amiserit, sed occultauerit. Probatur primò, quia scripturæ alicuius importantiæ, prout erat hoc testamentum, solent diligenter custodiri, & non amitti. Secundò, quia, si hoc testamentum publicatum fuisset, absque dubio aduersarium in causa succubuisset; cùm in eo appareat Capellam quæ controuertitur esse sacerdotalem, & propterea ipse opportunè interrogatus respondit, *Io non hò dato fuori questo testamento, quando se ne fu-cena instanza dal. Signor Stella, perche il Signor Giulio Feo mio vicino mi persuase non lodar fuori, come hò fatto, per non mettermi à disputare, se la Cabella fusse Sacerdotale, ò nò.* Nescio quomodo clarioribus verbis potuerit occultationem fateri.

15 An autem, & qua pœna vltra amissionem causæ possit aduersarius condemnari, non est multum elaborandum, cùm iura sint clara, hunc sic occultantem, seu surripientem scripturas, vt veritas non appareat, falsum committere, & falsi pœna teneri, ad tex. *in terminis in l. qui testamentum*, vbi præsertim Alber. *& in l. Paulus, §. 1.* vbi Bart. & Alexand. *l. ad eum, ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. eum qui C. eodem*, cum vulgar. Quæ quidem conclusio procedit non solùm, si de occultatione, & surreptione plenè & concludenter appareat, sed etiam si per præsumtiones, dummodo non leues saltim ad pœnam extraordinariam, Curt. Sen. *cons. 55. n. 26.* Natt. *cons. 633. n. 5. lib. 3.* Aym. *cons. 134. n. 39.* Bertaz. *cōs. 91. n. 35.* Baiard. ad Clar. *in §. falsum. n. 112.* sed Illustrissimus dominus Cardinalis non curat de pœna, immo instat eam omnino aduersario remitti, sed tantummodo pro interesse suæ Ecclesiæ hæc scribi mihi mandauit.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

In hoc responso plura discurruntur indicia, ex quibus inquisitus ad torturam grauatus prętendebatur, & plura etiam de testium fide, & probatione; de quibus singulariter in summario.

SVMMARIVM.

Indicium remotum probari debet per duos testes, n. 2.

Indicium remotum probari debet per testes omni exceptione maiores, num. 3.

Inimicitia non facit nisi indicium, fuerit grauis, & magna, num. 4.

Testibus deponentibus pro reo ad excludendum delictū magis creditur, quàm deponentibus contrà, n. 5.

Inimicitia non facit indicium, nisi constet causas inimicitiæ fuisse notas inquisito. n 6.

Minæ probandæ sunt per duos testes, ad hoc vt faciant indicium contra minantem, n. 7.

Inimicitia non oritur ex verbis non importantibus expressam, aut tacitam offensionem, seu iniuriam alterius, num. 8. & seq.

Minæ non censentur probatæ per verba generalia, incerta, æquiuoca, & non importantia manualem, & illicitam vindictam, n. 9.

Minæ per iracundiam prolatæ, non faciunt indicium ad torturam, num. 10. vbi idem, quando minæ fuerunt per minantem reuocatæ.

Testis vnicus plenè probat defensionem inquisiti, n. 11.

Fraus non præsumitur, ideo probanda est à fisco, n. 12.

Præsumtio veritati cedit, n. 12. in fine.

Spontanea constitutio, est maximum innocentiæ indicium, num. 13.

Tortura data vni prætenso socio criminis, qui in ea perstiterit, prodest etiam alteri socio, n. 14.

Causa delicti cessante, cessat etiā omnis delicti præsumtio, num. 15.

Testis falsus in vno, falsus in omnibus reputatur, n. 16.

Testis deponens, quid dictum, aut factum, præsente alio, qui examinatus negat, redditur de falso suspectus, num. 17.

Testes deponentes cōtra confessionem principalis, suspecti de falso dicuntur, n. 18.

Odium, & inimicitia contrahitur ex verbis iniuriosis, num. 19.

Testis meretrix non recipitur, nec admittitur ad testificandum etiam quòd meretricari desierit, n. 20.

Testi periuro nihil credendum, num. 21.

Tortura non purgat periurium, num. 22.

Testis secunda depositio in tortura non præualet primæ depositioni extra torturam, quando ille medio tempore alloquutus est partem, n. 23.

Tortura non purgat plures defectus, & præsertim infamiam, inimicitiam, & falsitatem, n. 24.

Testes inhabiles patientes plures defectus non probant etiam iunctis adminiculis, n. 25.

Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte non, quando non continet delictum à iure prohibitum, num. 26. & 27. vbi etiam idem, quando de delicto non constat, nisi per confessionem rei.

Error in dubio non præsumitur, & probandus est ab eo, qui errorem allegat, num. 28.

Testium

Testium falsitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, num. 29.

Testes ingerentes se in eo, in quo se ingerere non debent, vtputa conuocãdo alios testes vt veniant ad se examinandum, sunt suspecti de falso, n. 30.

Testes, qui fecerunt subuertere ab examine alios testes, ne examinentur, in dolo, & suspecti esse dicuntur. num. 31.

Testes corrupti dicũtur ex sola promissione pecuniarum, immo etiam sine promissione ex sola spe consequendi aliquod commodum, n. 32.

stes corrupti, & subornati dicuntur ex sola pecuniarum datione seu receptione, n. 33.

Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi probatum fuerit, minantem esse solitum minas exequi, n. 35.

Confessio extraiudicialis debet probari per duos testes, num. 36.

Confessionis verba dubia, sunt semper interpretanda, vt potius excludant delictum, n. 47.

Confessio extraiudicialis, vt faciat indicium, debet esse specialis, & expressa, non autem generalis, tacita, & subintellecta, num. 39.

Carceratus in secretis carceribus, si quis apodixam trãsmiserit, seu aliam scripturam, minimè punitur, nec dicitur esse in dolo, si in dicta scriptura nihil releuãs, & ad causam faciens scriptum fuerit, n. 40.

Tortura repeti non potest, etiam superuenientibus indicijs nisi dicta indicia fuerint grauiora, & diuersa à primis, num. 42.

Testes omnes subornati, & corrupti præsumuntur, quando eorum aliquis subornatus, aut corruptus reperitur, num. 43.

CONSILIVM CXXX.

1 MAGNITVDO processus fabricati contra D. Laurentium Taglietta pro vulnere illato domino Alexandro Mandello restringitur ad infrascripta indicia, quæ ex codẽ processu contra ipsum resultare videntur.

Primò quòd ægrè tulerit matrimonium Felicis suæ Amasiæ cũ Cosmo hospitis famulo mediante opera dicti Alexandri ad effectum perductum.

Secundò minæ contra eundem Alexandrum prolatæ.

Tertiò quòd sit solitus similia facere.

Quartò eius mala qualitas quòd excõmunicatus fuerit pro eo, quòd sanctissimam Eucharistiam non sumserit de anno præterito.

Quæ omnia quàm facili negotio diluantur mox dicã.

2 Ad primum quòd ægrè tulit matrimoniũ Felicis, respondetur, primò quòd hoc nõ probatur nisi ex depositione Flauij, & sic vnius testis, qui propterea non sufficit ad probationem indicij remoti, secundùm gloss. *in l. final. in verbo, vel indiciis*, & ibi communiter Doctores, *C. famil. hercifcund.* Bart. *in l. final. num.* 7. & ibi Marsil. *num.* 6. & Blanc. *num.* 46. *ff. de quæstion.* Boss. *in tit. de indic. num.* 5. *n.* 18. *& num.* 19.

3 Felix enim altera testis quæ super hoc deponere ouder non meretur nomen testis propter tot tantásque, quas patitur exceptiones, de quibus infrà dicam, & certi iuris sit in probatione cuiuslibet indicij testes non solùm debere esse duos, sed etiam omni exceptione maiores, secundùm communem, de qua per Clar. *in pract. in §. final. quæst.* 64. *vers. dixi quinimo.* Franc. Becc. *cons.* 67. *n.* 11. Bursat. *cons.* 316. *num.* 25. *vol.* 3. *& cons.* 346. *num.* 8. *lib.* 4. Osasch. *decis. Pedem.* 70. *n.* 16.

4 Respondetur secundò, quòd causæ prætensæ displicentiæ non tangunt Laurentium, aut illius commodum, sed commodum, & interesse Felicis, cùm, prout deponit idem Flauius, non ægrè tulit Laurentius quòd Felix se nupserit, sed quòd se homini tam vili, & abiecto, prout erat Cosmus, nupserit, & tamen causa, seu displicentia, vt odium producat, & inimicitiam, non solùm debet respicere personam inquisiti, sed etiam debet esse grauis, & magna, vt indicium faciat. Cason. *de indic. & tortur. tract.* 2. *cap.* 3. *numero* 8. *& seq.* Blanc. *de indic. numero* 130. Bertaz. *cons.* 556. *num.* 22. *lib.* 2. Vulpell. *cons.* 99. *numer.* 2. Dicere enim, quòd ex omni displicentia causata ab offenso oriatur indicium contra eum, qui displicentiam habuit, est nimis absurdum, nec iure probatur.

Respondetur tertiò quòd tam ex testibus ab defensam examinatis, quàm ex testibus fisci plenè constat quòd non solùm Laurentius non ægrè tulit matrimonium Felicis, sed quòd immo maximam de eo habuit lætitiam ex quo liberatus fuit ab illius manu gratias Deo egit, & in signum gratiarum sanctissimam Lauretanam Virginem visitauit, & istis testibus magis credendum est cùm deponant ad exclusionem delicti quàm deponentibus contrarium, si qui essent (prout non sunt) Boss. *in tit. de defensione reorum, numero* 7. *in fine*, Gabriel *tit. de testib. conclus.* 4. *numero* 21. Roland. *cons.* 57. *numero* 48. *&* 49. *lib.* 4. Mascard. *de probat. libr.* 1. *conclus.* 496. *n.* 15. *&* 16. 5

Respondetur quartò, quòd dato millies quòd in processu constaret causæ inimicitiæ inter Laurentium, & Alexandrum, prout non constat, adhuc ex illis nullum oriretur indicium, nisi etiam constaret, quòd dictæ causæ essent notæ ipsi Laurentio, sed fiet est, quòd in processu non apparet Laurentium sciuisse, quòd hoc matrimonium fuerit tractatum ab Alexandro; ergo, &c. 6

Ad secundum indicium prætensarum minarum, respondetur primò eas non probari, nisi ex depositione Felicis, quæ etsi esset testis omni exceptione maior, adhuc minas non probat, quia minæ non per vnicum, sed per duos testes probandæ sunt, Carer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero* 4. Nouell. *in tract. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero* 78. *fol. mihi* 88. Bertazz. *consil.* 116. *numero* 18. *libr.* 1. 7

Respondetur secundò nec etiam depositione Felicis esse probatas aliquas prætensas minas ex eo quòd Laurentius ipsi dixerit, *Cauallona di Campidoglio questo mercante, ti farazza, e vn giorno farò ben' io, & dirò io.* Hæc enim verba quatenus vera essent non important aliquam offensionem in personam Alexandri expressam, aut tacitam; iuxta tradita per Gandin. *in tit. de præsumt. & indiciis dubitatis, sub numero* 23. Cason. *de indic. tract.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. cum alijs per Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1057. *n.* 16. 8

Respondetur tertiò quòd prædicta verba, *Vn giorno farò ben' io, & dirò*, sunt verba generalia, incerta, æquiuoca, & non importantia manualem, & illicitam vindictã; ideo nullum faciunt indicium, ad trad. per gloss. *in l. vxor. & ibi commũniter omnes, C. qui accus. non poss.* Natt. *cons.* 42. *numero* 3. *libr.* 1. Roland. *cons.* 11. *num.* 37. *libr.* 3. Osasch. *cons.* 64. *num.* 55. *& seqq.* 9

Respondetur quòd si veritatem fateri velimus, prædicta verba sunt prolata non deliberatè, & appensatè, sed ex quodam amoris impetu quo Felicem prosequebatur, & sic quodammodo per iram; ideo indicium non faciunt, Carer. *in pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero* 1. *in fin. & numero* 45. *lib.* 1. & præsertim quòd prout deponit eadem Felix omnis suspicio ex dictis verbis in furore prolatis sublata fuit, ex eo quòd Laurentius postea pluties consuluit Felicem vt Alexandro inseruiret, & illum plurimi faceret, & sic intrant scripta per Nouell. *in tractat. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero* 79. *fol. mihi* 88. Vbi dixit minas non facere indicium quando per minantem fuerunt reuocatæ. Sed hic non est tractandum de minis, cùm vt præfertur nullæ probentur minæ. 10

Ad tertium indicium quòd Laurentius sit solitus similia facere, ex quo aliàs de anno 1600. composuit in scutis quindecim pro sfrisio illato in faciem Ioannis Benedicti, sufficit respondere, quòd prædictum vulnus fuit ab ipso probatum in pura rixa, & ad necessitatem ipsius defensionem, prout de visu proprio deponit testis ad defensam examinatus, qui licèt vnicus sit cùm non habebat 11

contra

contradictorem aliquem testem fisci: plenè probatur ad defensam, & contra fiscum, Aym. *conf.2.num.*10. Natt. *conf.*412.*n.*13.Boss. *in tit.de oppos. contra testes, numero* 72. Vulpell.*conf.*67.*n.*8.Honded.*conf.*112.*n.*27.

12 Ad quartum indicium quòd Laurentius aliàs fuerit excommunicatus, multa possent responderi, quibus omissis sat est dicere, plenè constare per testes ad defensam examinatos Laurentium, de anno, de quo Parochus contrarium deponit, sumsisse sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & solitum bullettinum reportasse, de quo in actis. Immo & in eodem anno pluries sua peccata confessum esse, & sanctissimam accepisse Eucharistiam in terra Nurciæ; nec dicatur potuisse in hoc bullettino fraudem interuenisse, quia vltra quòd fraus non præsumitur, & à fisco probanda est, omnis cessat suspicio, ex plena veritatis probatione per testes ad defensam examinatos, *l.final.in princip.ff.quod met. caus. l.nuptura, in fin.ff.de iure do*. cum aliis per Menoch. *de præsum. lib.*1.*quæst.*31.*n.*4.

13 Nihil ergo remanet quod contra Laurentium vllo pacto præsumptionem, aut indicium faciat, sed bene ad eius fauorem infrat spontanea constitutio tempore, quo in secretis erant carcerati Cosimus, & Thomas, quod maximum innocentiæ indicium est, Marsil. *in pract.* §. *diligenter, n.*204.*& seqq.* Grammat. *conf.*61. *num.*24. Alba. *conf* 94.*n.*7.Honded.*consil.*107.*n.*56 *lib.*1.

14 Accedit tortura illata Cosino, & Thomæ prætensis mandatariis quorum persistentia sine dubio etiam Laurentij innocentiam præsumere facit, iuxta tex. *in l.*1.§.*si quis vltro, vers.prudenter, ff.de quæstion.*

15 Et demum cùm in processu nulla appareat causa, qua Laurentius moueri potuisset ad vulnerandum, seu vulnerare faciendum Alexandrum, cessant vtique omnia indicia contra ipsum laborantia, si quæ adessent, prout non adsunt, Foller. *in pract. crimin.in verb. item quòd sororem venenauit, post num.*19. Grammat. *consil.*42.*n.*10. *in fine*, Bertazzol.*conf.* 55. *num.* 10. *& seq. lib.* 2. Menoch. *conf.* 230.*num.*25 *& seqq.* Et hæc dicta sufficiant quoad vulnus illatum Alexandro.

16 Quod verò attinet ad vulnus, quòd prætenditur illatum Io.Baptistę ab ipso Laurentio, & Aloysio simul præcipuum fundamentum fisci stat in propositione Felicis de visu deponentis ad lucem duorum luminum, & etiã de confessione extraiudiciali ipsius Aloysij; quæ quidem Felix in hoc suo dicto conuincitur de falso. Primò dum dicit, quòd quando fuit vulneratus Io. baptista, in via, aderant duo lumina, cùm aliàs examinata Catherina pro informatione Curiæ dicit: *Ch'era oscuro, che appena si conosciua, se vn homo, che andaua strillando verso Ponte Sisto era huomo, ò bestia.* Et in vno falsa, in omnibus redditur falsa, bald. *in l.fin.num.* 18. *Cod. de edict.diu. Adrian. tollen.* Salyc. *in l. si ex falsis, numero* 14. *in princip. uncto vers. sed veritas est, Cod. de transact.* Innoc. & alij *in cap. fraternitatis, extrà de hæretic.* Gandin. *in titul. de falsar. numero* 6.

17 Secundò conuincitur de falso, dum deponit de auditu à benedicta præsente Catherina matre, *che era stato detto Alfiero, che haueua dato à quel pouer huomo*, & tamen Benedicta, & Catherina tunc examinatæ hoc negant, & sustinent in cõfrontatione Felicis, ideo falsa. bald. *in cap. cùm causam, quæ inter. num.*17.& ibi Felyn. *num.* 2.*col.*3.*ad med.ver. sed hanc fallentiam, extrà de testib.* Grammat. *conf.* 36. *num.*20.*& conf.*38.*num.*28.Gabriel *tit. de testib.concl.*3. *num.*11.*lib.*1.

18 Tertiò deponit Felix Io. baptistam fuisse vulneratum à duobus, qui exiuerunt de viculo, & post vulnus illatum eosdem vidisse fugientes, & cognouisse, quòd erant Alpherius, & Aloysius. *Et che l'Alfiero all'hora haueua vn giuppone di tela bianca.* Vulneratus autem examinatus dixit, quòd fuit insultatus à quatuor personis, *ch'uno mi tirò vn colpo nel viso, & gl' altri haueuano pure le spade sfoderate, che mi tirorno molte stoccate, & erano vestiti di negro.* Ideo intrat conclusio, quòd testes deponentes contra confessionem principalis de falso suspecti sunt, & nihil probant. Butr. *in cap. cùm tu, col.*2.*in fine, vers. item aduertendum,* & ibi etiam Abb. *numero* 4.*in fin. versicul. Aduerte tamen, extrà de testib.* Vrsill. ad Affl. *decis.* 465. *numero* 5. *&* 6. Gabriel *tit. de testib. conclus.*4. *num.* 75. *lib.*1. vbi ampliat etiam quòd testes essent mille, nedum plures.

Quartò facit se inimicam Laurentij, dum dicit: *Quãdo mi maritai, l'Alfiero era scorrucciato con me, & con Alessandro disse tanto maledi me, che detto Alessandro si scorucciò, & incontrandomi mi disse, ti sei pur ridotta barona? & io gli dissi, sfurfantaccio.* Ex quibus quidem iniuriis hinc inde illatis, odiũ, & inimicitiam contrahi dubitandum non est. Marsil. *in l.*1.§.*præterea, numero* 57. *versi. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis, ff.de quæstion.* blanc. *de indic. numero* 104. *& numero* 111. Alber. *in tractatu de testib.p.*1.*cap.*2.*numero* 10. *versicul. Idem esset.* Roland. *conf.* 24.*numero* 37.*& seq. lib.*1. 19

Quintò est etiam vilissima, & meretrix, & postquam fuit nupta, domi recipiebat Alexandrum eius amatium, & tamen certi iuris est, quòd meretrix in testem non recipitur, & recepta nihil probat, etiam quòd desierit meretricari, cùm & adhuc duret infamia, tex. expressus *in l. palam, §. non solùm ff.de rit.nuptiar.* Et voluit gloss. *in l.*3.§. *lege Iulia, in verbo palam, vers. Nota quòd etiam si desiit, ff.de testibus.* 20

Sextò, & vltimò omissis aliis pluribus exceptionibus, de quibus me remitto ad ea, quæ scripta sunt *in summario, nu.* 9. Hæc eadem muliercula est pluries sibi ipsi varia, & periura, cùm præsertim tempore illati vulneris examinata dixerit, se nihil scire de rumore successo, & idem etiam ratificauit in penultimo examine præsentis processus, sub 10. Iunij, & postea in vltimo examine sic vt supra vidisse, & cognouisse vulnerantes deponere non erubescit. Periuro autem nihil credendum, probat text. *in c. ex parte. & ibi gloss. in verbo, de periurio.* Abb. *numero* 3. & Felyn. *numero* 4. *extrà de test.* boss. *in tit. de opp. contra testes, numero* 19. *& numero* 51. *& in tit. de inquisit. n.*42. 21

Nec facit illata tortura, tum quia tortura non purgat periurium, Aym. *conf.*6.*numero* 16. *&* 48. Ruyn. *conf.* 146. *numero* 2.*&* 4.*lib.*5 Roland. *conf.* 16.*numero* 9.*&* 10. Honded. *conf.*100.*n.*38. vbi aliis relatis testatur de communi. 22

Tum etiam, quia quando testis post primam depositionem habuit commoditatem loquendi cum parte, prout hanc mulierem cum Alexandro sæpius alloquutam fuisse facilè credendum est, non secundùm dictum in tortura, sed primum attendi debere scripserunt Gabriel *lib.*7.*conclus.*26.*num.*7. boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero* 1. *ad fin. versic. debet etiam considerare.* Cephal. *conf.* 234.*n.*12.*lib.*2. 23

Tum & tertiò, quia tortura non purgat plures defectus, & præsertim infamiam, inimicitiam, & falsitatem, prout in tortura data testi, qui vltra varietatem alios plures patitur defectus, consuluit Aym. *conf.*6.*num.* 54.*vers. Sextò respondeo*, & voluit Gabriel *lib.*7. *dicta conc.* 26.*n.*12. 24

Vltra, quòd tortura data Felici non fuit data ad facta Laurentij, nec ad purgandum alios defectus, vt sunt variationes, contrarietates & periurium.

Quantum ergo huic Felici, tot exceptiones patenti, sit credendum, optimè prudens iudex arbitrabitur, nec dicatur eius dictum esse adminiculatum ex confessione Laurentij, dicentis, quòd Felix aliquando contra ipsum minata fuerit velle dicere, quòd ipse, & Aloysius vulnerassent hominem illum ante fores domus suæ. Non enim per hoc Aloysius censetur approbasse veritatem suarum minarum, prout nec etiam Felix asserebat affirmatiuè, quòd ipse vulnerassent illum hominem, sed solùm, quòd sic volebat dicere. Et nihilominus si depositio Felicis, vt supra dictum, est patitur tot & tantos defectus, itaut protsus prosternatur, non est tractandum de adminiculis, quia adminicula non supplent huiusmodi depositiones. Soc. *conf.*118.*n.*8.*lib.*1. Hip.Rim. *conf.*409.*n.*28. *& seq. lib.*4. Surd. *consi.*131.*n.* 73.& decis. Matuana 135.*n.*10. Sed si velimus stare confessioni Laurentij sunt etiã põderanda verba eiusdẽ cõfessionis dũ dicit Felicem in verba prædicta prorupisse iræ furore percitam, & ad inferendum ipsi metum, & quòd in se reuersa, dicebat eidem, *Ch'in quella collera haueria detto, che* non 25

non

non è Dio. Et hæc Laurentij coofessio non poreſt à fiſco ſcindi, tum quia noo continet delictum à iure prohibitum, Gabriel *lib.7.concluſ.19.n.10.* Honded. *conſ.96.n.25. lib.1.* Bertazzol. *conſ.25. num.9.lib.1.* Cland. ad eundem Bertazzol. *conſil.27.litera A.in fine.*

27 Tum etiam, quia aliunde de iſtis minis non conſtat, Grat. *reſponſo 151.num.19. in fin. lib.2.* Alciat. *conſil. 461. num.7. in fine verſ.nam reſpondeo.* Honded. *conſil. 96. num. 24.lib.1.*

28 Addo, & ex abundanti quòd iam curia fatetur nullam ioterceſſiſſe cauſam, & inimicitiam inter Laurentium Aloyſium, & Ioannem Baptiſtam vulneratum ergo omnis excluditur præſumtio quòd vulnerauerint, ex ſuperiùs allegatis. Quibus non obſtet, quòd fiſcus prætendat errorem in perſona vulnerata, ex eo quòd Laurentius, & Aloyſius crediderint vulneraſſe Philippum. Talis enim error vltra quòd eſt probandus à fiſco, adhuc tamen excluditur ex diuerſitate ſtaturæ inter Philippum, qui debebat vulnerari, & Ioannem Baptiſtam vulneratum, cùm per teſtes defenſiuos fuerit probatum Philippum eſſe magnæ & altæ ſtaturæ, Ioannem Baptiſtam verò vulneratum paruæ & baſſæ ſtaturæ; ita quòd error à fiſco allegatus multum inueriſimilis eſt, præſertim ſi credendum eſt Felici dicenti, quòd eo tempore prope locum delicti aderant duo lumina, Et ſic eo minus poterat errari in perſona, ſed, vt dixi, onus probandi errorem incumbat fiſco ex quo error in dubio non præſumitur, Bart. *in l.non fatetur, colum. final. ff. de confeſſ. & in l.as nemlus, ff.de except. & in l.ſed ſi lege, §.ſcire, ff.de petit.hæred.* Specul. *in titul.de primo, & ſecundo decreto, §. ſecundo, verſ.ſed pone.*

29 Supereſt aliqua dicere de Coſmo, & Thoma contra quos deponũt Petrus Paulus frater Felicis, & Hieronymus, & miſſis exceptionibus, quæ in informatione facti bene deducuntur, nempe vilitatis, paupertatis, variationis, contrarietatis, maleuolentiæ, & odij, credetem ex proceſſu facilè apparere eos, & falſum dixiſſe, aut ſaltim ad falſum deponendum corruptos fuiſſe, præmiſſa priùs concluſione, quòd teſtium falſitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, Bald. *in l.preſbyteri, num. 12. verſ. Et adde. C.de Epiſcop. & cleric.* Felyn. *in cap. afferte, poſt numerũ 6. de præſumt.* Marſil. *conſil. 10. num.11.* Aym. *conſil.249. num.3. verſ. igitur iſte primus teſtis.* Guid. Pap. *conſil.75.* Maſcard. *de probat. lib.3. concluſ. 1340.num.1.*

30 Corruptionis, & ſubornationis prædictæ, prima oritur præſumtio ex eo quod probatum fuit per teſtes defenſiuos, vt in ſummario *num.17.* quòd dicti Petrus Paulus, & Hieronymus habueruot curam conuocandi alios teſtes, illóſque conducendi ad ſe examinandum in cauſa; quo caſu non ſolom non probant, ſed valde ſuſpecti redduntur, cùm ingerant ſe in eo, in quo nullo pacto ſe ingerere debebant. *l. vnius facinoris, §. ſeruo qui vltro,* vbi præſertim Marſil. *num. 7.ff.de quæſt. l.qua omnia, ff.de procurator. l.fin.& ibi gloſſ.ff.de offic. Prætor.*

31 Vrget ſecundò, quòd prædicti teſtes quæſiuerunt amplius ſubuertere ab examine teſtes inductos ad defenſionem carceratorum, vt in ſummario *numero 18.* quo caſu non in modico dolo eſſe dicuntur, Bart. *in l. ſi falſus, numero 2. ff. de dolo, & in l.1. §. ſed & ſi quis, num. 5.ff.de falſ.* Tind. *de teſtib. lib.1.cap.9. numero 13.* Ant. de Butr. *in cap.conſtitutus, num.5.extrà de teſt.* & facit tex. *in l. 3.§. ſi quis dolo, verſ. Et poteſt, ff. de tab. exhib.* Bald. & alij omnes Canoniſtæ *in cap. peruenit il 1. extrà de teſtib. cogen.*

32 Propiùs, & tertio loco accedit confeſſio extraiudicialis ipſius Petri Pauli, quòd Alexander promiſerat pecunias, & maria, & montes, vt ſe examini ſubijceret, vt in ſummario *num.12.* & in eodem ſummario *num.19.* Probatur eundem Alexandrum, Hieronymo, & eius vxori promiſiſſe veſtitum, quæ quidem ſola promiſſio ſatis eorum corruptionem probat, cùm etiam ſine promiſſione teſtis dicatur corruptus, ſperans ex ſuo examine aliquod lucrum facere, ex allegatis per Maſcard. *de probat. lib.1. concluſ.454.n.4.*

Sed & quartò non præſumtio, ſed aperta corruptionis probatio apparet ex eo, quòd vt probatum fuit per teſtes defenſiuos, vt in ſummario, *num.14.* teſtes prædicti habuerunt pecunias ab Alexandro: hæc enim ſola pecuniæ datio, & acceptio ſubornationem, & falſitatem eorum depoſitionis probant, ſecundùm Hoſtien. *in cap. 1. ante num. 1. verſic. non conducatur,* & ibi etiam Aretin. *num.1. verſic. Et in dubio ex hoc ſolo,* Abb. *num.2. ad fin. verſic. Et nota quòd alio non probato,* & Dec. *num.7. verſic. in dubio autem, extrà de teſtib.* Boſſ. *in tit.de oppoſ. contra teſtes, n. 148. in fine, & num. 129. prope fin.* verſ. Et in dubio præſumitur falſum dixiſſe, & eſt communis, vt per Soarez *recept. ſent. litera T.n.253.* 33

Et licèt præmiſſa ſolùm ſufficerent pro liberatione Coſmi, & Thomæ, cùm contra eos alij non deponant, niſi prædicti Petrus Paulus, & Hieronymus; adhuc tamen eorum innocentia euidentiùs parebit, ſi indicia, quæ poſt torturam ipſis illatam ſuperueniſſe prætenduntur, diſcutiamus, & ſunt hæc. 34

Minæ Coſmi contra Alexandrum.

Confeſſio extraiudicialis Coſmi, qui feciſſet illum sfriſiare,

Alia confeſſio extraiudicialis Thomæ, *Che lui ſ'era arrouinato per amor di Coſmo, che gli haueua promeſſo dare certi denari, & non gliè li daua.*

Datio vnius teſtonis, à Coſmo Thomæ poſt excarcerationem.

Apodixa procurata à Thoma in ſecretis carceribus, in qua certiorabat quendam hominem exiſtentem in ſuperioribus ſecretis de examine per eum facto circa perſonam Alpherij.

Quibus ſingulariter reſpondendo etiam circumſcriptis exceptionibus, quas patiuntur Petrus Paulus, & Hieronymus ſuper illis deponentes. Ad primum, videlicet ad minas Coſmi contra Alexandrum, dicitur illas non probari niſi per vnicum teſtem: ideo non afficiunt ex ſuperius allegatis. Vltrà quòd non fuit probatum, prout nec probari poteſt (propter paupertatem, & vilitem rei) ipſum eſſe ſolitum minas exequi, quod de neceſſitate requiritur, vt minæ indicium faciant, ad text. *in l. metum,* vbi gloſſ. & Doct. *C. quod met. cauſ. & in l. fameſi, ff. ad leg. Iul. maieſt. & in l. 1. C. ſi quis Imperat. maledixerit,* & vbique Doctores communiter, Blanc. *de indic. num.183.* Brun. *de indic. part.1. quæſt.3 num.33.* Natt. *conſil.42. num. 2 lib.1.* 35

Ad confeſſionem extraiudicialem Coſmi quòd fecerit sfriſiare Alexandrum, pariter dicitur eam non probari niſi per Petrum Paulum fratrem Felicis, & vnicus teſtis non probat confeſſionem extraiudicialem. *cap. fin. extrà de ſucceſſ. ab inteſtat.* Bero. *in cap. ſi Clerici, num. 135. verſ. requiritur etiam. & num. 136. & num. 137. extrà de iud.* Menoch. *de præſumt. libr.1. quæſt. 89. num. 21.* Viu. *opin.138. num.6.* 36

Ad aliam confeſſionem extraiudicialem Thomæ, *Che s'era rouinato per amor di Coſmo, che gli haueua promeſſo denari, & non glieli daua,* dicitur idem quòd non eſt probata niſi per vnicum teſtem, & vlterius, quòd hæc non eſt confeſſio delicti, ſed quædam conqueſtio damni paſſi propter carcerationem ex cauſa Coſmi, propter quam, & propter expēſas ab ipſo factas Coſmus promiſerat pecunias, & hæc interpretatio eſt omnino facienda potius quàm contraria, ad regulam, quòd verba confeſſionis in dubio, ſunt ſemper potius interpretanda, vt excludant delictum, quàm vt includant. Bald. *in l.1.num. 23. verſ. primo caſu, C.de confeſſ.* Dec. *in cap. in præſentia, num. 44. de probation.* Alciat. *de præſumt. reg.1. præſ.1. num.9.* Bertazz. *conſil.54. num.2. lib.1. & conſ.449. n.28. verſ. Nec obſtat confeſſio. lib.1.* 37

Et ad hoc vt confeſſio extraiudicialis faciat indicium debet eſſe ſpecialis, & expreſſa, non autem generalis, tacita, ſeu ſubintellecta, Marſil. *in l. de minore, in princ. num. 49. in fine, ff. de quæſt.* Brun. *de indic. ad tortur. par.1. q.2. num. 16.* Follet. *in pract. criminan verb. ſi confitebuntur, par. 2. numer.13. ſol. mihi 317.* Ludouic. Peguet. *deciſ. crimin. 17. numer.3. & 4.* 38

Ad

39 Ad ſubminiſtrationem vnius teſtonis factam Thomę à Coſmo poſt excarcerationẽ dicti Thomæ qui perquiſiuerat à Coſmo ſibi mutuari ſcutum vnum. Neſcio quomodo ex hoc poſſit inferri aliquod indicium ad mãdatum, tum ratione paruitatis ſummæ, tum ratione temporis, nẽpe poſt prætenſũ delictũ, & poſt excarcerationem, pręſertim cùm Thomas ſit ſolitus in hoſpitio Coſmi comedere etiam ad credentiam, ex quibus ſequitur teſtonem datum potius ex cauſe charitatis, vel amicitiæ, quàm ob delictum patratum, ad tex. *in c. de hoc, cum ibi not. per Doct. extrà de ſimon.* Gabr. *conſ.* 170. *n.* 15. *&* 16.

40 Ad apodixam procuratam à Thoma in ſecretis carceribus vltrà, quòd non conſtat illam fuiſſe ſcriptam Alphetio, nec etiam fuiſſe tranſmiſſam, niſi ex depoſitione vnius vilis carcerati, & quatenus ſcripta, & tranſmiſſa fuerit, fuit ſic requiſitus à carcerato ignoto exiſtente in ſuperioribus carceribus, & prætenſus ſcriptor apodixæ liberè deponit in ea nihil releuans fuiſſe ſcriptum, ex quo argui poſſit prætenſa complicitas. Ergo ceſſat omnis dolus, & omne delictũ, prout in his terminis ſcripſerunt Aym. *conſil.* 3. Foller. *in pract. crimin. in fragmentis, rubr. de crimine læſæ maieſtatis, n.* 66. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 130. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 244. *n.* 6. Bertazz. *conſ.* 57. *n.* 15. *& ſeq. lib.* 1. latè Lederch. Imolen. *conſ.* 203. *etiam per tot.*

41 Quæ omnia ſint dicta ex abundanti, cùm ſatis ſuperque ſit probatũ corruptionem, & ſubornationem teſtiũ contra Coſmum, & Thomam examinatorum.

42 Verùm in præſenti cauſa quoad iſtos pauperes carceratos, omnis tollitur difficultas, ſi oculatus & integer iudex conſiderabit indicia contra Coſmum, & Thomam laborantia ante torturam illatam, cùm contra Coſmum Primò vrgeret cauſa delinquendi propter conuerſationẽ Alexandri cum Felice eius vxore. Secundò minæ euiſdẽ Coſmi contra Alexandrum. Tertiò, quia iactantia Coſmi, quòd habuiſſet hominem, qui pecunia mediante ali- quem occidiſſet. Quartò mendacia. Quintò, verba prolata à Coſmo in eius hoſpitio, *Queſta robba andarà preſto à caſa del Diavolo.*

43 Contra Thomam pariter, & ante torturam illatam vrgebat. Primò, quia fuit captus cum pallio diuerſi coloris ab eo, quod deferre ſolebat. Secundò prope locum delicti viſus fuit per aliquos dies antè, & ſerò quidam homo cum pallio coloris biſci, ſimile pallio quod deferre ſolebat Thomas. Tertiò varietates Thomæ circa locum, in quo retinebat dictum pallium, & in quo illud accepit quando fuit captus. Quartò amicitiæ intrinſeca cum Coſmo. Quintò indigentiæ, & paupertas Thomæ.

Conſideret, inquam, bonus iudex quænam grauiora ſint indicia, an illa quæ ante torturam illatam Coſmo, & Thomæ præcedebant, an verò ea, quæ ſuperuenerunt indicia euidentiora, & grauiora primis, & etiam diuerſi generis. *l. vnius, §.* 1. *ibi, euidentioribus argumentis oppreſſus,* & ibi Bart. *in princ. prima oppoſit. & n.* 2. *in fine, ff. de quæſt.* Ang. *de malef. in verb. maleficius, n.* 98. *verſ. quæro quæ dicantur noua indicia*, Franc. Marc. *deciſ.* 280. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. Clar. *in pract. § fin. q.* 64. *verſ. vltimò videndum, prope fin.*

44 Ex quibus nihil ſupereſſe video quod poſſit carceratorum omnium liberationem & abſolutionem impedire. Non omittendo tamen quòd cùm conſtet Hieronymum, & Petrum Paulum prædictos fuiſſe ſubornatos, vt ſuprà, intrat iuris præſumtio quòd ſic etiam & Felix, & alij teſtes contra eoſdem carceratos deponentes ſubornati fuerint, & falſum dixerint. Ruyn. *conſ.* 36. *n.* 4. Guido Pep. *conſil.* 75. *colum.* 2. *in fine*, Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1340. *num.* 6.

45 Quòd ſi forſan Dominus meus iudex præallegatis non acquieſcat, ſupplicatur reſtringi dubium. Non enim potui omnia perſtringere dum ſuper toto proceſſu mihi ſcribendum fuit.

Proſper Farinacius I. C. Romanus.

Laurentius pro prætenſo vulnere in Alexandrum illato fuit relaxatus ſua cautione de repræſentendo. Iuſtis tamen alijs de cauſis fuit ipſi iniunctum exilium ad beneplacitum

Farinac. Conſ. crim. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Multa de interpretatione ſalui conductus, & pręſertim, quando poſſit dari extra iuriſdictionem concedentis; & an datus pro capiendis & occidendis bannitis extendatur ad delationem armorum prohibitorum.

SVMMARIVM.

Principis beneficia pleniſſimè interpretanda ſunt, n. 1. *vbi præſertim contra fiſcum.*

Saluus conductus à Principe conceſſus non strictè, ſed largè interpretandus eſt ad fauorem eius cui fuit conceſſus, num. 1.

Princeps voluiſſe ſemper præſumitur illud, quod ſi fuiſſet interrogatus conceſſiſſet, etiam quòd non expreſſerit, num. 2.

Saluus conductus concedi poteſt bãnitis ad effectum capiendi, ſeu occidendi alios bannitos, num. 3. *vbi etiã quòd dari non debuiſſet.*

Saluus conductus datus pro veniendo ad ciuitatem cẽſetur etiam datus pro tranſeundo, redeundo, & permanendo in eadem ciuitate. n. 4.

Saluus conductus recipit interpretationem ſecundùm veriſimilem mentem concedentis, n. 4.

Saluus conductus conceſſus pro veniendo ad ciuitatem prodeſt etiam illi, qui præparat ſe ad iter faciendum, num. 5.

Saluus conductus etſi concedi non debuiſſet, conceſſus tamen ſeruari debet, num. 6.

Saluus conductus conceſſus ad effectum capiendi, & occidendi bannitos cenſetur etiam conceſſus pro delatione archibuſettorum, num. 7. *& ſeq. Declara vt num* 17.

Banniti dicuntur hoſtes publici, num. 7.

Arma domi retinere venationis cauſa licitum eſt, numero 11.

Saluus conductus non prodeſt extra iuriſdictionem cõcedentis. n. 14 *Conceſſus tamen ſeruandus eſt, ſi ſic expreſſè fuerit dictum, d. n.* 14.

Saluus conductus recipit interpretationem à poteſtate concedentis, num. 14.

Saluus conductus non trahitur ad delicta futura, n. 15.

Saluus conductus non prodeſt illi, qui delinquit ſub ſaluo conductu, n. 15.

CONSILIVM CXXXI.

FVIT aliàs in Tribunali Gubernatoris Vrbis 1 dubitatum, an quibuſdam bannitis de Acquete captis cum delatione archibuſettorum eſſet ſeruandus ſaluus conductus, quem ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Marchiæ legato habere dicebant. Et quidem quòd illis ſaluus conductus omnino ſeruandus eſſet etiam extra iuriſdictionẽ concedentis, eorum Aduocatus deducebat, ex eo quòd conſtet Illuſtriſſimum Marchiæ legatum de ordine Sanctiſſimi conceſſiſſe prædictis, nedum remiſſionem omnium delictorum, ſed præmium, & nominationem, vt ex edicto in actis producto, quando vnum ex bannitis in eodem edicto nominatis conſignarent, prout in poſſe curiæ conſignarunt, quo caſu, ſi Pontifex dicti legati medio conceſſit quod maius eſt, remiſſionem ſcilicet delictorum omnium, quam tuti debeant eſſe in vniuerſo ſtatu eccleſiaſtico, cur nõ videtur

alios refert concordaotes. Et licèt Rebuff. *in dict. l. lege obuenire, in loco præallegato*, &c, vt suprà eum retuli, contrarium defendere conetur, attamen *in vers. secundò infertur*, non audet negare, quio Doctores communiter hanc sequantur sententiam.

7 Prout nec verum videtur, quòd successio ex testamento dicatur impropriè legitima. Nam quòd immo ex vi, & proprietate verborum dicatur legitima, bene probauit Alciat. videndus *in locis vbi suprà allegatis*, vel saltem, etsi dicatur minus propriè legitima, quàm successio ab intestato, prout accuratiùs loquendo scripserunt *in d. l. vnic. n. 6. & seqq.* & ibi etiam Curt. Iun. *n. 8. & seqq. C. quando non petentium partes*, Guglielm. de Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verb. & vxorem, num. 74. & seq. extrà de testamen.* Non tamen per hoc sequitur, quin & ipsa propriè dicatur legitima, licèt minus quàm successio ab intestato.

8 Et ad comparationem præmissorum succedit doctrina Alber. *in dict. l. lege obuenire, num. 5. in fine, & num. 6. etiam in fine.* vbi distioguendo dicit verbum, *legitima*, prolatum à lege, extendi etiam ad successionem ex testamento, secùs si fuerit prolatum ab homine, refert eum, & sequitur, Ias. *d. l. 1. n. 8. vers. Tu dic melius, C. quando non petentium partes*, nec dissentit Alexand. ex aduerso à Bertazzolo allegatus *in l. ex facto, §. si quis ita, n. 9. ff. ad Trebell.* Et licèt hæc distinctio non placeat Dec. *in dict. l. 1. n. 7. & 8* & Cagnol. *post n 2.* eam tamen communiter à
* Doctoribus receptam non negat Rebuff. *in dict. l. lege obuenire, vers. Secundò infertur*, & Alciat. omnino videndus *dict. lib 4. paradoxorum, cap. 7.* pluribus & magistraliter probauit, verbum *legitima*, etiam ab homioe prolatum extendi ad successionem ex testamento.

9 Quid dicendum diu cogitans, & anceps fui quam debere sequi sententiam, & quidem nisi veritatis stimulus me retraxisset, facilè confirmassem Bertazzoli opinionem aliàs, vt dixi, à me relatam, & firmatam, sed quia ex præmissis eam satis dubiam, & non bona ratione fundatam perspicio, mutata sententia sequor libenter opinionem Eugonij, & Hundedei *in locis præallegatis*, quæ sine dubio amplectenda est, quando hæreditas testamentaria defertur venienti ab intestato, ex allegatis per Ruyn. *in l. hac verba n. 56. & seqq. ff. de leg. 1.* & per Curt. Iun. *in l. vnica, n. 11. in fin.* & ibi etiam Cagnol. *n. 2. vers. si tamen ea quæ ex testamento defertur, C. quando non petentium partes.*

10 Verumetiam, quòd fuerit institutus extraneus, quòd talis hæreditas dicatur legitima, satis ex præallegatis apparet, & quatenus contrarium esset verius quod non creditur, adhuc aduertendum credo, non per hoc sequi, quòd non dicatur actus legitimus (de quo in præsenti dubitatione discutiendum est) verbum enim, *actus*, generalius multo est, quàm verbum *successio*, vt bene deduxit Dec. *in l. actus, in princip. ff. de regul. iur.* vbi io specie dixit actum legitimum dici non solùm illum, qui à lege inuentus, aut approbatus est, sed etiam ille, qui à lege non prohibetur, argum. text. cum gloss. *in l. nec non, §. quod eis, ff. ex quib. caus. maior.* Quod, & idem ibidem, & in terminis nostris dixit Cagnol. *num. 3.* Iacob. Port. Imol. *cons. 124. n. 8 in fin.* & Honded. *d. cons. 59. n. 72.*

11 Sed sic est, quòd testamentaria successio non solùm à legibus non improbatur, verumetiam approbatur, prout fatetur Bertazzol. ex aduerso allegatus, consentiúntque omnes Doctores, qui tenent testamentariam successionem non esse legitimam; ergo negari non potest quin saltim sit actus legitimus (& hoc sufficit ad effectum, vt Pontificijs constitutionibus locus sit) prout etiam voluit Dynus *in regula, actus legitimi, num. 8. de regul. iur. in 6.* vbi dicit institutionem hæredis esse actum legitimum, Menoch. *cons. 492. n. 2.* & Pacian. *dict. consil. 60. num. 22.* vbi, vt suprà eum retuli, expressè etiam dixit, quòd testamenti factio actiua, & passiua dicitur actus legitimus, & hanc differentiam bene aduertit Cagnol. *in locis præallegatis*, dum *in l. 1. C. quando non petentium partes, num. 2. ad finem*, coocludit successionem ex testamento non posse dici legitimam successionem, & tamen *in dict. l. actus legitimi, numero 3*, actum legitimum dici posse affirmauit, & bene probatur *in dict. l. actus legitimi. ff. de regul. iur.* vbi nulla facta distinctione, an ex testamento, vel ab intestato, simpliciter dicitur aditionem hæreditatis esse actum legitimum.

Et si aliter diceremus, sequeretur quòd homicida, vel 12
is, cui à statuto interdicti sunt actus legitimi, posset adhuc testari, cùm, vt dicit Bertazzoll. (& sic retorqueo illius rationem) testamentaria dispositio, non à iure ciuili inuenta, sed tantùm approbata sit, & tamen multo verius est, quòd exclusus ab omni actu legitimo, nec etiã testari potest, vt pluribus probaui *in mea quæst. 101. num. 38.* quæ hîc repetere non est opus: cur ergo non idem in successione ex testamento? quæ pariter à lege ciuili probata est.

Sed certè testamentariam successionem non solùm 13
dici actum legitimum, sed etiam legitimam successionẽ, magis communiter ex præallegatis receptum existimo, eò præsertim quòd Doctores allegati per Bertazzoll. non videntur probare id ad quod allegantur. Alexandr. enim *in dict. l. ex facto, §. si quis ita, num 9. ff. ad Trebellian.* videtur consentire, quòd verbum *legitima*, à lege prolatum, refertur etiam ad successionem ex testamento. Rip. *in eodem loco, numero 9. & seqq.* arguit pro & contrà, & nihil firmat, immo videtur tenere, quòd appellatione legitimi hæredis veniat etiã hæres ex testaméto, Dec. *cons. 32. n. 2. & cons. 309. n. 5.* nihil videtur de hoc affirmare, Paris. *cons. 20. num. 9. lib. 1.* Abb. *cons. 3. colum 4. vers. sed vbi poneretur verbum, legitima, par. 1.* & Socin. *cons. 12. num. 4. lib. 3.* dicunt successionem ab intestato esse legitimam, sed non excludunt eam, quæ venit ex testamento. Et ex his mutata sententia firmiter pro veritate concludi posse existimo, hæreditatem, siue ab intestato, siue etiam ex testamento occisori delatam propter mortem occisi non posse ab ipso occisore tanquam indigno à fisco auferri in præiudicium proximiorum stantibus Apostolicis constitutionibus illum excludentibus ab omni actu legitimo.

Fuit pronunciatum contra fiscum stante constitutione Pontificis volente homicidam esse priuatum omni actu legitimo.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De surreptione scripturarum ex actis Notarij, quomodo probetur, & an surripiẽs causam amittat. An Procuratoris confessio noceat domino, & quando. Et an etiam amissio instrumenti, seu scripturarum probetur iuramento amittentis.

SVMMARIVM.

Acta probantur per assertionẽ Notarij etiam sine testibus, num. 1.

Confessione nulla maior probatio, num. 1. in fine.

Scriptura surreptio præsumitur facta ab eo ad cuius cõmodum surreptio resultabat, n. 2.

Res subtracta penes aliquem reperta præsumitur subtracta ab eo penes quem reperitur, nisi doceat de autore, n. 3.

Furata res si penes aliquem reperiatur, facit indicium contra eum penes quem reperitur, nisi doceat de autore plenè, & concludenter, non autem per possibile, num. 4.

Procuratoris confessio facta in informatione data iudici, non nocet domino, n. 4.

Procuratoris confessio etiam iudicialis domino non nocet, num. 5

Procuratoris confessio potest quandocumque etiam non docto de errore à domino reuocari,n.5.

Confessionis error censetur probatus, probãdo rem aliter se habere,n.5.

Scripturarum,& instrumentorum surreptio coniecturis probatur,n.6.& n.15 vbi saltim ad effectum imponendi pœnam extraordinariam.

Reus edere tenetur scripturas Ecclesiæ agenti,n.7.

Amissio scripturæ non præsumitur,& qui dicit amisisse, præsumitur malitiosè occultare,n.7.

Occultans instrumentum in actis productum,& probationes sui aduersary causam perdit,n.8.

Tenor instrumenti surrepti probatur iuramento,n.9.

Amissio instrumenti,seu scripturæ, non probatur iuramento amittentis, nisi probetur aliquis casus propter quem potuerit amitti, num. 10. & n. 11. vbi amplius quòd debet probari amissum instrumentum fuisse in loco,vbi casus euenit.

Amissio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis,quando agitur de graui præiudicio, num. 12. Idem quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio occultationis,num. 13.

Occultans,vel surripiens scripturas alienas, vt veritas nõ appareat falsi pœna punitur,num. 15.

CONSILIVM CXXIX.

1 VOD testamentum fundationis iuris patronatus,de quo agitur,fuerit aliàs in actis Passarini productum,non potest in dubium refricari,quia de productione constat in libro actorum eiusdem Notarij, cui isto casu credendum est etiam sine testibus,de productione fidem facienti,secũdùm communem de qua per Marant.in Specul.*par. 6. actis* 10.*n.*21. Dec.*in cap.quoniam contra*, *n.* 22. & ibi Lanfranc.*in p inc. n.*27. *de probat.* Quod autem hodie prædictum testamentum non repetiatur in officio eiusdem Notarij,nec pariter dubitari potest, tum quia facta diligenti perquisitione illud non inuenitur,tum etiam quia iam aduersarius fatetur à trib. hinc annis illud habuisse, & penes se retinuisse,cõfessione autẽ partis,nulla est maior probatio,*l.si confessus.ff.de custodia reorum,cum vulgarib.*

2 Restat sola difficultas an testamentum prædictum fuerit ab aduersario subtractum,an verò alia via ad eius manus peruenerit, prout asserit. Et quidem contra aduersarium iuris præsumtio viget, quia cùm dictum testamentum,prout fatetur,contineret aliqua ipsi præiudicialia,Capellam scilicet esse sacerdotalem,nec propterea expediebat hoc apparere in actis,intrat conclusio,quòd scriptura aliàs producta penes Notarium,si amplius non reperiatur,subrepta præsumatur ab eo,cuius commodo surreptio cedit,Brun.*de indic.par.*1.*q.*3.*num.*5.*versic. Item si illa rei*,Pract.Conrad.*rub.de negat.criminal. & torment.n.* 20.*in 7.indicio*, Menoch.*de præsumt.lib.*5.*præsumt.*31.*num.* 15. Franc. Becc. *consil.* 70. *num.* 20. *in fin. versic. secundum indicium.*

3 Verùm in casu de quo agitur non opus est recurrere ad hanc iuris præsumtionem, quia fatetur aduersarius testamentum hoc iam productum habuisse, & penes se retinuisse. Vnde intrat alia conclusio,quòd res subtracta penes aliquem recepta, ab eo, penes quem reperitur, subtracta fuerit, nisi doceat de autore. Marsil. *in l. qui falsa,num.* 12.*ff.ad leg.Cornel. de fals.*Grammat.*consil.*14.*n.* 1.Blanc.*de indic. numer.* 426. Clar. *in pract.* §.*final. quæst.* 31.*num.* 50.*versic si res futura*, Roland.*consil.*45.*num.*39. *& seq.lib.*..

4 Nec dicatur hic satis doceri de autore, nempe D. Iulio; nam D. Iulius hoc nullo pacto dicit, & si diceret, præsumtio mala contra ipsum retorqueretur, solùm dicit quòd à tribus annis in circa dedit aduersario in confusum, & in fasciculo plures scripturas ad causam facientes,inter quod adesset hoc testamentum, non affirmat , immo dicit se hoc testamentum nunquam vidisse , nedum perlegisse, & sic nihil concludit. Verùm de autore , vt quis furti præsumtionem à se tollat, docere debet plenè, & concludenter , non autem per possibile, Alex.*cons.*105.*n.*4.*&* 5.*lib.*6. facit text. *in c.quicumque furem,extrà de furt.*cum aliis plenè per Mascard *de probatio. lib.*1.*concl.*833.*n.*12.*& seqq.*

Nec etiam releuat quædam informatio facti iudici ciuili exhibita à Procuratore Illustrissimi Domini Cardinalis,in qua videtur asserere, quòd aliàs restituto originali testamento prædicto, illius in actis dimissa copia collationata,habuit dictæ collationatæ copiæ aliam copiam, hæc enim confessio domino non præiudicat. Primò, quia est extraiudicialis, & per modum voluntariæ iurisdictionis, Aretin. *cons.*13.*num.*23. *vers.circa sextum*, Bellamer.*decis.*694.*num.*2. Secundò, quia etiam iudicialis Procuratoris confessio domino non nocet , prout sæpius Rota resoluit coram Ludouisio in vna Romana Census 23. Iulij 1600.& coram Orano Burgen. Decimarum... Decembris 1593.& Romana Computorum 7. Februarij 1580. Tertiò, quia quatenus noceret,potest quandocumque etiam non docto de errore, reuocari,prout eadem Rota resoluit coram Seraphino Fauentin. bonorum 27.Iunij 1583. coram Rubeo, Romana Damnorum 14. Aprilis 1578. & coram Gyptio, Mediolanen. Fructuum 28. Iunij 1591. Quartò, quia ex depositione Notarij, & extractistæ constat non esse verum quòd talis copia fuerit vnquam in actis, ideo constito rem aliter se habere , Procuratoris confessio dominum non afficit, Angel. *de malef. in verb. comparuerunt,& in termino defensionis, &c. num.*1. *ad fin.* Foller. *in practic. crimin. in verb. etsi confitebuntur* , *par.* 1. *num.* 54. *fol.*302.Honded.*consil.*66.*num.*69. *& consil.*102. *num.*44.*lib.*1. 5

Non sunt omittenda plura mendacia,& indicia contra D. Iulium,& Petrum Paulum grauissima in facti informatione,quam videri supplicatur bene deducta. Ex quibus quòd ipsi , aut eorum cum alterius scientia , & participatione testamentum hoc surripuerit facilè deprehenditur, stante illa illis conclusione verissima,quòd scripturarum subtractio, coniecturis, & indiciis probata,concludenter probata dicatur. Bart. *in l.si quãdo,ad fi.n.* 4 *in fin.C.vnde vi*, Corn.*consil.*318.*post num.*5.*vers.Possunt tamen,lib.*4.Marsil.*in pract.*§ *principium,n.*7.*& n.*12.*in fine*, cum vulgar. 6

Et cessantibus omnibus prædictis , quæ quantum vigeant optimus iudex perpendet. Hodie cùm aduersarius fateatur testamẽtum prædictum à tribus annis in circa habuisse , sed amisisse ne illud edat Ecclesiæ,cui speciali iure etiam agenti edere tenetur,ex traditis per Dec.post alios *in cap.*1.*num.*15.& ibi etiam Bero. *num* 66.*de probat.* Alexand.*in l.fin.num.*19.& ibi etiam Dec.*num.*13.*C.de edendo*,Alciat.& Purpur.*in l.*1. *num.* 18. *C. eodem.* sequitur quòd nisi amissionem probauerit,præsumatur malitiosè occultasse,& furti teneatur,secundùm glos.*in l.*2.*in verb. exhiberi,C.de edendo,& in l.*2.§. *Dinus,in verb.agatur, vers. Dic in causa pecuniaria*,& ibi etiam Alber.*ff.de iure fisci*,alia gl.*in l.*3.*in gloss.*3.*versicul. Et si ipse nunc exhiberet*, & ibi etiam Angel. *num.*3.& Odofred. *colum.* 2. *ante fin.ff. de edendo.* 7

Et vlterius subtrahens , seu occultans nedum instrumentum iam in actis productum,sed probationes aduersarij causam perdit.Ang.*in l.*2.*vers. Idem in eo quia operatus est,C.ad leg.Corn.de fals.*Anchar.*cons.*173.*num.*3.*& seq. in* 3.*dubio*,Barbat.*cons.*54.*num.*4.*& num.*18.*lib.*3.Boër.*decis.*292.*num.*8. vbi testatur de communi Doctorum opinione. 8 *

Quòd si in casu de quo agitur dicere velimus aduersarium Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis non amisisse causam propter subreptionem,& occultationem prædictam, prout re vera amisit,effugere tamen non potuit quin surrepti,& occultati testamenti tenor probetur iuramento dicti Illustrissimi,secũdùm Cyn. & communiter Doctores *in l.si de possessione* , Paul. de Castro 9 *

de Castro *numero* 2. *Quando autem instrumentum*, C. *de fid. instrumen.* Felyn. *in cap. sicut*, *num.* 7. *versicul. quarta declaratio, extra de re iudic.*

10 Quando autem dictus aduersarius surripuerit ex actis seu surripi fecerit testamentum prædictum, iam suprà fuit plenè deductum, concurrentibus præsertim tot, tantisque indiciis, & præsumtionibus, de quibus in informatione facti. Verùm quoad occultationem res est clara, & sumus in confessis cùm Petrus Paulus fateatur illud habuisse in manibus, sed amisisse. Hæc autem amissio aliter, quàm per eius iuramentum probari debet triplici ratione. Primò quia non probat aliquem casum, vtputa incendium, alluuionem, depopulationem, seu quid simile, propter quod verisimiliter potuerit dictum testamentum amittere, Bald. *in l. fin. numero* 25. *ff. de edendo*, Afflict. *decis.* 3. *numero* 10. Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfat. numero* 39. *versicul. cui finitimum est*, cum aliis per Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg.* 37. *num.* 2. 3. *&* 4.

11 Immo vt amissio instrumenti amittentis iuramento probetur, non solùm probandum est præcessisse aliquem amissionis casum, vt suprà dixi, sed etiam probari debet instrumentum, quod dicitur amissum, fuisse in loco amissionis. *l. si creditor.* §. *sine vitio*, *& l. pignus*, C. *de pignorat. act.* Grat. *cons.* 95. *numero* 5 *libr.* 2. Foller. *in pract. crim. in verbo, capiat informationem*, *numer.* 8. Roland. *consil.* 51. *numero* 18. *lib.* 1.

12 Secundò quia amissio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis, quando agitur de graui præiudicio aduersarij, Bald. *in l. dissoluto, numero* 3. C. *de condictione ex lege*, Felyn. *in cap. sicut, numero* 9. *de re iudic.* Ias. *in l. huiusmodi*, §. *si ita*, *numero* 11. & ibi etiam Alexandr. *numero* 4. *ff. de legat.* 1. cum aliis, per Mascard. *de probat. libr.* 1. *concl.* 88. *n.* 9. *& lib.* 2. *conclus.* 909. *n.* 7.

13 Tertiò, quia quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio non amissionis, sed occultationis, tunc illius iuramento non statur, ex allegatis per Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfation. n.* 29. *vers. Nec hinc longè abest doctrina*, Bar. *in l. inter omnes*, §. *rectè*, *ff. de furt.*

14 Quod autem aduersarius testamentum de quo agitur non amiserit, sed occoltauerit. Probatur primò, quia scripturæ alicuius importantiæ, prout erat hoc testamentum, solent diligenter custodiri, & non amitti. Secundò, quia, si hoc testamentum publicatum fuisset, absque dubio aduersarium in causa succubuisset; cùm in eo appareat Capellam quæ controuertitur esse sacerdotalem, & propterea ipse opportunè interrogatus respoodit, *Io non hò dato fuori questo testamento, quando se ne faceua instanza dal. Signor Stella, perche il Signor Giulio Feo mio vicino mi persuase non lo dar fuori, come hò fatto, per non mettermi à disputare, se la Cabella fusse Sacerdotale, ò nò.* Nescio quomodo clarioribus verbis potuerit occultationem fateri.

15 An autem, & qua pœna vltra amissionem causæ possit aduersarius condemnari, non est multum elaborandum, cùm iura sint clara, hunc sic occultantem, seu surripientem scripturas, vt veritas non appareat, falsum committere, & falsi pœna teneri, ad tex. *in terminis in l. qui testamentum*, vbi præsertim Alber. *& in l. Paulus*, §. 1. vbi Bart. & Alexand. *l. ad eum, ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. eum qui C. eodem*, cum vulgar. Quæ quidem conclusio procedit non solùm, si de occultatione, & surreptione plenè & concludenter appareat, sed etiam si per præsumtiones, dummodo non leues saltim ad pœnam extraordinariam, Curt. Sen. *cons.* 55. *n.* 26. Natt. *cons.* 633. *n.* 5. *lib.* 3. Aym. *cons.* 134. *n.* 39. Bertaz. *cõs.* 91. *n.* 35. Baiard. ad Clar. *in* §. *falsum. n.* 112. sed Illustrissimus dominus Cardinalis non curat de pœna, immo instat eam omnino aduersario remitti, sed tantummodo pro interesse suæ Ecclesiæ hæc scribi mihi mandauit.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

Consilium CXXIX

ARGVMENTVM.

In hoc responso plura discurruntur indicia, ex quibus inquisitus ad torturam grauatus prętendebatur, & plura etiam de testium fide, & probatione; de quibus singulariter in summario.

SVMMARIVM.

Indicium remotum probari debet per duos testes, n. 2.

Indicium remotum probari debet per testes omni exceptione maiores, num. 3.

Inimicitia non facit nisi indicium, fuerit grauis, & magna, num. 4.

Testibus deponentibus pro reo ad excludendum delictũ magis creditur, quàm deponentibus contrà, n. 5.

Inimicitia non facit indicium, nisi constet causas inimicitiæ fuisse notas inquisito, n 6.

Minæ probandæ sunt per duos testes, ad hoc vt faciant indicium contra minantem, n. 7.

Inimicitia non oritur ex verbis non importantibus expressam, aut tacitam offensionem, seu iniuriam alterius, num. 8. *& seq.*

Minæ non censentur probatæ per verba generalia, incerta, æquiuoca, & non importantia manualem, & illicitam vindictam, n. 9.

Minæ per iracundiam prolatæ, non faciunt indicium ad torturam, num. 10. *vbi idem, quando minæ fuerunt per minantem reuocatæ.*

Testis vnicus plenè probat defensionem inquisiti, n. 11.

Fraus non præsumitur, ideo probanda est à fisco, n. 12.

Præsumtio veritati cedit, n. 12. *in fine.*

Spontanea constitutio, est maximum innocentiæ indicium, num. 13.

Tortura data vni prætenso socio criminis, qui in ea perstiterit, prodest etiam alteri socio, n. 14.

Causa delicti cessante, cessat etiã omnis delicti præsumtio, num. 15.

Testis falsus in vno, falsus in omnibus reputatur, n. 16.

Testis deponens, quid dictum, aut factum, præsente alio, qui examinatus negat, redditur de falso suspectus, num. 17.

Testes deponentes cõtra confessionem principalis, suspecti de falso dicuntur, n. 18.

Odium, & inimicitia contrahitur ex verbis iniuriosis, num. 19.

Testis meretrix non recipitur, nec admittitur ad testificandum etiam quòd meretricari desierit, n. 20.

Testi periuro nihil credendum, num. 21.

Tortura non purgat periurium, num. 22.

Testis secunda depositio in tortura non præualet primæ depositioni extra torturam, quando ille medio tempore alloquutus est partem, n. 23.

Tortura non purgat plures defectus, & præsertim infamiam, inimicitiam, & falsitatem, n. 24.

Testes inhabiles patientes plures defectus non probant etiam iunctis adminiculis, n. 25.

Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte non, quando non continet delictum à iure prohibitum, num. 26. *&* 27. *vbi etiam idem, quando de delicto non constat, nisi per confessionem rei.*

Error in dubio non præsumitur, & probandus est ab eo, qui errorem allegat, num. 28.

Testium falsitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, num.29.

Testes ingerentes se in eo, in quo se ingerere non debent, vtputa conuocãdo alios testes vt veniant ad se examinondum, sunt suspecti de falso, n. 30.

Testes, qui fecerunt subuertere ab examine alios testes, ne examinentur, in dolo, & suspecti esse dicuntur. num.31.

Testes corrupti dicũtur ex sola promißione pecuniarum, immo etiam sine promißione ex sola spe consequendi aliquod commodum, n 32.

[Te]stes corrupti, & subornati dicuntur ex sola pecuniarum datione, seu receptione, n. 33.

Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi probatum fuerit, minantem esse solitum minas exequi, n.35.

Confeßio extraiudicialis debet probari per duos testes, num.36.

Confeßionis verba dubia, sunt semper interpretanda, vt potius excludant delictum, n 47.

Confeßio extraiudicialis, vt faciat indicium, debet esse specialis, & expressa, non autem generalis, tacita, & subintellecta, num.39.

Carceratus in secretis carceribus, si quis apodixam trãsmiserit, seu aliam scripturam, minimè punitur, nec dicitur esse in dolo, si in dicta scriptura nihil releuãs, & ad causam faciens scriptum fuerit, n.40.

Tortura repeti non potest, etiam superuenientibus indicijs nisi dicta indicia fuerint grauiora, & diuersa à primis, num.42.

Testes omnes subornati, & corrupti præsumuntur, quando eorum aliquis subornatus, aut corruptus reperitur, num.43.

CONSILIVM CXXX.

1 MAGNITVDO processus fabricati contra D. Laurentium Tagliettam pro vulnere illato domino Alexandro Mandello restringitur ad infrascripta indicia, quæ ex eodẽ processu contra ipsum resultare videntur.

Primò quòd ægreulerit matrimonium Felicis suæ Amasiæ cũ Cosmo hospitis famulo mediante opera dicti Alexandri ad effectum perductum.

Secundò minæ contra eundem Alexandrum prolatæ.

Tertiò quòd sit solitus similia facere.

Quartò eius mala qualitas quòd excõmunicatus fuerit pro eo, quòd sanctissimam Eucharistiam non sumserit de anno præterito.

Quæ omnia quàm facili negotio diluantur mox dicã.

2 Ad primum quòd ægretulit matrimoniũ Felicis, respondetur, primò quòd hoc nõ probatur nisi ex depositione Flauij, & sic vnius testis, qui propterea non sufficit ad probationem indicij remoti, secundùm gloss. *in l. final. in verbo, vel indicijs*, & ibi communiter Doctores, *C. famil. hercisc.* Bart. *in l. final. num.7.* & ibi Marsil. *num. 6.* & Blanc. *num.46. ff. de quæstion.* Boss. *in tit. de indic. num.5. n.18. & num.19.*

3 Felix enim altera testis quæ super hoc deponere audet non meretur nomen testis propter tot tantásque, quas patitur exceptiones, de quibus infrà dicam, & certi iuris sit in probatione cuiuslibet indicij testes non solùm debere esse duos, sed etiam omni exceptione maiores, secundùm communem, de qua per Clar. *in pract. in §. final. quæst.64. vers. dixi quinimo.* Franc. Becc. *cons.67. n.11.* Bursat. *cons.316. num.25. vol.3. & cons.346. num.8. lib.4.* Osasch. *decis. Pedem.70. n.16.*

4 Respondetur secundò, quòd causæ prætensæ displicentiæ non tangunt Laurentium, aut illius commodum, sed commodum, & interesse Felicis, cùm, prout deponit idem Flauius, non ægretulit Laurentius quòd Felix se nupserit, sed quòd se homini tam vili, & abiecto, prout erat Cosmus, nupserit, & tamen causa, seu displicentia, vt odium producat, & inimicitiam, non solùm debet respicere personam inquisiti, sed etiam debet esse grauis, & magna, vt indicium faciat. Cason. *de indic. & tortur. tract.2. cap.3. numero 8. & seq.* Blanc. *de indic. numero 130.* Bertaz. *cons.556. numero 22. lib.2.* Vulpell. *cons.99. numer.2.* Dicere enim, quòd ex omni displicentia causata ab offenso oriatur indicium contra eum, qui displicentiam habuit, est nimis absurdum, nec iure probatur.

5 Respondetur tertiò quòd tam ex testibus ad defensam examinatis, quàm ex testibus fisci plenè constat quòd non solùm Laurentius non ægretulit matrimonium Felicis, sed quòd immo maximam de eo habuit lætitiam ex quo liberatus fuit ab illius manu gratias Deo egit, & in signum gratiarum sanctissimam Lauretanam Virginem visitauit, & istis testibus magis credendum est cùm deponant ad exclusionem delicti quàm deponentibus contrarium, si qui essent (prout non sunt) Boss. *in tit. de defensione reorum, numero 7. in fine*, Gabriel *tit. de testib. conclus. 4. numero 21.* Roland. *cons. 57. numero 48. & 49. libr.4.* Mascard. *de probat. libr.1. conclus.496. n.15. & 16.*

6 Respondetur quartò, quòd dato millies quòd in processu constarent causæ inimicitiæ inter Laurentium, & Alexandrum, prout non constant, adhuc ex illis nullum oriretur indicium, nisi etiam constaret, quòd dictæ causæ essent notæ ipsi Laurentio, sed sic est, quòd in processu non apparet Laurentium sciuisse, quòd hoc matrimonium fuerit tractatum ab Alexandro; ergo, &c.

7 Ad secundum indicium prætensarum minarum, respondetur primò eas non probari, nisi ex depositione Felicis, quæ etsi esset testis omni exceptione maior, adhuc minas non probat, quia minæ non per vnicum, sed per duos testes probandæ sunt, Caret. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero 4.* Nouell. *in tract. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero 78. fol. mihi 88.* Bertazz. *consil.116. numero 18. libr.1.*

8 Respondetur secundò nec etiam depositione Felicis esse probatas aliquas prætensas minas ex eo quòd Laurentius ipsi dixerit, *Cauallona di Campidoglio questo mercante, il farazzaro, vn giorno farò ben'io, & dirò io.* Hæc enim verba quatenus vera essent non important aliquam offensionem in personam Alexandri expressam, aut tacitam; iuxta tradita per Gandin. *in tit. de præsumt. & indicijs dubitatis, sub numero 23.* Cason. *de indic. tract. 7. cap. 1. num. 7.* cum alijs per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 1057. n.16.*

9 Respondetur tertiò quòd prędicta verba, *Vn giorno farò ben'io, & dirò*, sunt verba generalia, incerta, æquiuoca, & non importantia manualem, & illicitam vindictã; ideo nullum faciunt indicium, ad trad. per gloss. *in l. vxor*, & ibi communiter omnes, *C. qui accus. non poss.* Natt. *cons. 42. numero 3. libr. 1.* Roland. *cons.11. num.37. libr.3.* Osasch. *cons. 64. num. 55. & seqq.*

10 Respondetur quòd si veritatem fateri velimus, prædicta verba sunt prolata non deliberatè, & appensatè, sed ex quodam amoris impetu quo Felicem prosequebatur, & sic quodammodo per iram; ideo indicium non faciunt, Caret. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero 1. in fin. & numero 45. lib. 1.* & præsertim quòd prout deponit eadem Felix omnis suspicio ex dictis verbis in furore prolatis sublata fuit, ex eo quòd Laurentius postea pluries consuluit Felicem vt Alexandro inseruiret, & illum plurimi faceret, & sic intrant scripta per Nouell. *in tractat. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero 79. fol. mihi 88.* Vbi dixit minas non facere indicium quando per minantem fuerunt reuocatæ. Sed hîc non est tractandum de minis, cùm vt præfertur nullæ probentur minæ.

11 Ad tertium indicium quòd Laurentius sit solitus similia facere, ex quo aliàs de anno 1600. composuit in scutis quindecim pro sfrisio illato in faciem Ioannis Benedicti, sufficit respondere, quòd prædictum vulnus fuit ab ipso probatum in pura rixa, & ad necessariam ipsius defensionem, prout de visu proprio deponit testis ad defensam examinatus, qui licèt vnicus sit cùm non habebat

contra

contradictorem aliquem testem fisci: plenè probe ad defensam, & contra fiscum, Aym. *cons.2.num.*10. Natt. *cons.*412.*n.*23. Boss. *in tit.de oppos. contra testes, numero* 72. Vulpell. *cons.*67.*n.*8. Honded. *cons.*112.*n.*27.

12 Ad quartum indicium quòd Laurentius aliàs fuerit excommunicatus, multa possent responderi, quibus omissis sat est dicere, plenè constare per testes ad defensam examinatos Laurentium de anno, de quo Parochus contrarium deponit, sumsisse sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & solitum bullettinum reportasse, de quo in actis. Immo & in eodem anno plurities sua peccata confessum esse., & sanctissimam accepisse Eucharistiam in terra Nurciæ; nec dicatur potuisse in hoc bullettino fraudem interuenisse, quia vltra quòd fraus non præsumitur, & à fisco probanda est, omnis cessat suspicio, ex plena veritatis probatione per testes ad defensam examinatos, *l.final.in princip.ff.quod met.caus. l.nuptura,in fin.ff.de iure do*. cum alijs per Menoch. *de præsum.lib.*1.*quæst.*31.*n.*4.

13 Nihil ergo remanet quod contra Laurentium vllo pacto præsumtionem, aut indicium faciat, sed bene ad eius fauorem intrat spontanea constitutio tempore, quo in secretis erant carcerati Cosmus, & Thomas, quod maximum innocentiæ indicium est, Marsil. *in pract.* §. *diligenter,n.*204.*& seqq.* Grammat. *cons.*61. *num.*24. Alba. *cons.*94.*n.*7. Honded. *consil.*107.*n.*56 *lib.*1.

14 Accedit tortura illata Cosmo, & Thomæ prætensis mandatarijs quorum persistentia sine dubio etiam Laurentij innocentiam præsumere facit, iuxta tex. *in l.*1.§.*si quis vltro,vers.prudenter,ff.de quæstion.*

15 Et demum cùm in processu nulla appareat causa, qua Laurentius moueri potuisset ad vulnerandum, seu vulnerare faciendum Alexandrum, cessant vtique omnia indicia contra ipsum laborantia, si quæ adessent, prout non adsunt, Foller. *in pract. crimin.in verb. item quòd sororem veneno, post num.*19. Grammat. *consil.*42.*n.*10. *in fine*, Bertazzol. *cons.*55. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. Menoch. *cons.* 230.*num.*25 *& seqq.* Et hæc dicta sufficiant quoad vulnus illatum Alexandro.

16 Quod verò attinet ad vulnus, quòd prætenditur illatum Io. Baptistę ab ipso Laurentio, & Aloysio simul precipuum fundamentum fisci stat in propositione Felicis de visu deponentis ad lucem duorum luminum, & etiã de confessione extraiudiciali ipsius Aloysij; quæ quidem Felix in hoc suo dicto conuincitur de falso. Primò dum dicit, quòd quando fuit vulneratus Io. Baptista, in via, aderant duo lumina, cùm aliàs examinata Catherina pro informatione Curiæ dicit: *Ch'era oscuro, che appena si conosceua, se vn homo, che andaua strillando verso Ponte Sisto era huomo, ò bestia.* Et in vno falsa, in omnibus redditur falsa, Bald. *in l.fin.num.* 18. *Cod. de edict.diu.Adrian. tollen.* Salyc. *in l. si ex falsis, numero* 14. *in princip.iuncto vers. sed veritas est, Cod. de transact.* Innoc. & alij *in cap. fraternitates, extrà de heretic.* Gandin. *in titulo. de falsar. numero* 6.

17 Secundò conuincitur de falso, dum deponit de auditu à Benedicta præsente Catherina matre, *che era stato detto Alfiero, che haueua dato à quel pouer huomo*, & tamen Benedicta, & Catherina tunc examinatæ hoc negant, & sustinent in cõfrontatione Felicis, ideo falsa. Bald. *in cap. cùm causam, quæ inter. num.*17.& ibi Felyn. *num.* 2. *col.*3. *ad med.ver. sed hanc fallentiam, extrà de testib.* Grammat. *cons.* 36. *num.*20.*& cons.*38.*num.*28. Gabriel *tit. de testib.concl.*3. *num.*11.*lib.*1.

18 Tertiò deponit Felix Io. Baptistam fuisse vulneratum à duobus, qui exiuerunt de viculo, & post vulnus illatum eosdem vidisse fugientes, & cognouisse, quòd erant Alpherius, & Aloysius. *Et che l'Alfiero all'hora haueua vn giuppone di tela bianca.* Vulneratus autem examinatus dixit, quòd fuit insultatus à quatuor personis, *ch'vno mi tirò vn colpo nel viso, & gl'altri hauen no pure le spade sfoderate, che mi tirorno molte stoccate, & erano vistite di negro.* Ideo intrat conclusio, quòd testes deponentes contra confessionem principalis de falso suspecti sunt, & nihil probant. Butr. *in cap. cùm tu, col.*2. *in fine, vers. item aduertendum,* & ibi etiam Abb. *numero* 4.*in fin. versicul. Aduerte tamen, extrà de testib.* Vrsill. ad Affl. *decis.* 465. *numero* 5. *&* 6. Gabriel *tit.de testib.conclus.*4. *num.* 75. *lib.*1. vbi ampliat etiam quòd testes essent mille, nedum plures.

19 Quartò facit se inimicam Laurentij, dum dicit *Quãdo mi maritai, l'Alfiero era scorucciato con me, & con Alessandro disse tanto maledi me, che detto Alessandro si scorucciò, & incontrandomi mi disse, ti sei pur ridotta barona? & io gli dissi, fa fatti tuoi.* Ex quibus quidem iniurijs hinc inde illatis, odiũ, & inimicitiam contrahi dubitandum non est. Marsil. *in l.*1.§.*præterea, numero* 57. *versi. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis, ff.de quæstion.* Blanc. *de indic. numero* 104. *& numero* 111. Alber. *in tractatu de testib.p.*1.*cap.*2.*numero* 10. *versicul. Idem esset.* Roland. *cons.* 24.*numero* 37.*& seq. lib.*1.

20 Quintò est etiam vilissima, & meretrix, & postquam fuit nupta, domi recipiebat Alexandrum eius amasium, & tamen certi iuris est, quòd meretrix in testem non recipitur, & recepta nihil probat, etiam quòd desierit meretricari, cùm & adhuc duret infamia, tex. expressus *in l. palam,*§.*non solùm ff.de ritu.nuptiar.* Et voluit gloss. *in l.*3.§. *lege Iulia, in verbo palàm, vers. Nota quòd etiam si desijt, ff.de testibus.*

21 Sextò, & vltimò omissis alijs pluribus exceptionibus, de quibus me remitto ad ea, quæ scripta sunt *in summario, nu.* 9. Hæc eadem muliercula est pluries sibi ipsi varia, & periura, cùm præsertim tempore illati vulneris examinata dixerit, se nihil scire de rumore successo, & idem etiam ratificauit in penultimo examine præsentis processus, sub 10. Iunij, & postea in vltimo examine se vt supra vidisse, & cognouisse vulnerantes deponere non erubescit. Periuro autem nihil credendum, probat text. *in c.ex parte.& ibi gloss.in verbo, de periurio.* Abb. *numero* 3. & Felyn. *numero* 4. *extrà de test.* Boss. *in tit. de opp.s.contra testes, numero* 19. *& numero* 51. *& in tit. de inquisit. n.*42.

22 Nec facit illata tortura, tum quia tortura non purgat periurium, Aym. *cons.*6.*numero* 16. *&* 48. Ruyn. *cons.* 146. *numero* 2.*&* 4.*lib.*5 Roland. *cons.* 16.*numero* 9.*&* 10. Honded. *cons.*100.*n.*38. vbi alijs relatis testatur de communi.

23 Tum etiam, quia quando testis post primam depositionem habuit commoditatem loquendi cum parte, prout hanc mulierem cum Alexandro sæpius alloquutam fuisse facilè credendum est, non secundùm dictum in tortura, sed primum attendi debere scripserunt Gabriel *lib.*7.*conclus.*16.*num.*7. Boss. *in tit.de oppos. contra testes, numero* 1. *ad fin. versic. debet etiam considerare.* Cephal. *cons.* 234.*n.*12.*lib.*2.

24 Tum & tertiò, quia tortura non purgat plures defectus, & præsertim infamiam, inimicitiam, & falsitatem, prout in tortura data testi, qui vltra varietatem alios plures patitur defectus, consuluit Aym. *cons.*6.*num.* 54.*vers. Sextò respondeo,* & voluit Gabriel *lib.*7. *dicta conc.* 26.*n.*12.

Vltra, quòd tortura data Felici non fuit data ad faciẽ Laurentij, nec ad purgandum alios defectus, vt sunt variationes, contrarietates & periurium.

25 Quarum ergo huic Felici, tot exceptiones patienti, sit credendum, optimè prudens iudex arbitrabitur, nec dicatur eius dictum esse adminiculatum ex confessione Laurentij, dicentis, quòd Felix aliquando contra ipsum minata fuerit velle dicere, quòd ipse, & Aloysius vulnerassent hominem illum ante fores domus suæ. Non enim per hoc Aloysius censetur approbasse veritatem suarum minarum, prout nec etiam Felix asserebat affirmatiuè, quòd ipse vulnerassent illum hominem, sed solùm, quòd sic volebat dicere. Et nihilominus si depositio Felicis, vt suprà dictum, est patitur tot & tantos defectus, ita vt prorsus prosternatur, non est tractandum de adminiculis, quia adminicula non supplent huiusmodi depositiones. Soc. *cons.*118.*n.*8.*lib.*1. Hip. Rim. *cons.*409.*n.*28. *& seq. lib.*4. Surd. *consil.*131.*n.* 73.& decis. Mantuana 135.*n.*10. Sed si velimus stare confessioni Laurentij sunt etiã põderanda verba eiusdẽ cõfessionis dũ dicit Felicem in verba prædicta prorupisse iræ furore percitam, & ad inferendum ipsi metum, & quòd in re reuersa, dicebat eidem, *Ch'in quella collera haueria detto, che* Dio

non

non è Dio. Et hæc Laurentij confessio non potest à fisco scindi, tum quia non continet delictum à iure prohibitum, Gabriel *lib. 7. conclus. 19. n. 10.* Honded. *cons. 96. n. 25. lib. 1.* Bertazzol. *cons. 25. num. 9. lib. 1.* Claud. ad eundem Bertazzol. *consil. 27. litera A. in fine.*

27 Tum etiam, quia aliunde de istis minis non constat, Grat. *responso 151. num. 19. in fin. lib. 2.* Alciat. *consil. 461. num. 7. in fine vers. nam respondeo,* Honded. *consil. 96. num. 24. lib. 1.*

28 Addo, & ex abundanti quòd iam curia fatetur nullam intercessisse causam, & inimicitiam inter Laurentium Aloysium, & Ioannem Baptistam vulneratum: ergo omnis excluditur præsumtio quòd vulnerauerint, ex superiùs allegatis. Quibus non obstet, quòd fiscus prætendat errorem in persona vulnerata, ex eo quòd Laurentius, & Aloysius crediderint vulnerasse Philippum. Talis enim error vltra quòd est probandus à fisco, adhuc tamen excluditur ex diuersitate staturæ inter Philippum, qui debebat vulnerari, & Ioannem Baptistam vulneratum, cùm per testes defensiuos fuerit probatum Philippum esse magnæ & altæ staturæ, Ioannem baptistam verò vulneratum paruæ & bassæ staturæ; ita quòd error à fisco allegatus multum inuerisimilis est, præsertim si credendum est Felici dicenti, quòd eo tempore prope locum delicti aderant duo lumina. Et sic eo minus poterat errari in persona, sed, vt dixi, onus probandi errorem incumbat fisco ex quo error in dubio non præsumitur, Bart. *in l. non fatetur, colum. final. ff. de confess. & in l. an inutilis, ff. de except. & in l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. hared.* Specul. *in titul. de primo, & secundo decreto, §. secundo, vers. sed pone.*

29 Superest aliqua dicere de Cosmo, & Thoma contra quos deponũt Petrus Paulus frater Felicis, & Hieronymus, & missis exceptionibus, quæ in informatione factá bene deducuntur, nempe vilitatis, paupertatis, variationis, contrarietatis, maleuolentiæ, & odij, crederem ex processu facilè apparere eos, & falsum dixisse, aut saltim ad falsum deponendum corruptos fuisse, præmissa priùs conclusione, quòd testium falsitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, Bald. *in l. presbyteri, num. 12. vers. Et adde. C. de Episcop. & cleric.* Felyn. *in cap. afferte, post numerũ 6. de præsumt.* Marsil. *consil. 10. num. 11.* Aym. *consil. 249. num. 3. vers. igitur iste primus test.* Guid. Pap. *consil. 75.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1340. num. 1.*

30 Corruptionis, & subornationis prædictæ, prima oritur præsumtio ex eo quod probatum fuit per testes defensiuos, vt in summario *num. 17.* quòd dicti Petrus Paulus, & Hieronymus habuerunt curam conuocandi alios testes, illósque conducendi ad se examinandum in causa; quo casu non solùm non probant, sed valde suspecti redduntur, cùm ingerant se in eo, in quo nullo pacto se ingerere debebant, *l. vnius facinoris, §. serno qui vltro,* vbi præsertim Marsil. *num. 7. ff. de quæst. l. quæ omnia, ff. de procurator. l. fin. & ibi gloss. ff. de offic. Prætor.*

31 Vrget secundò, quòd prædicti testes quæsiuerunt amplius subuertere ab examine testes inductos ad defensionem carceratorum, vt in summario *numero 18.* quo casu non in modico dolo esse dicuntur, Bart. *in l. si falsus, numero 2. ff. de dolo, & in l. 1. §. sed & si quis, num. 1. ff. de fals.* Tind. *de testib. lib. 1. cap. 9. numero 13.* Ant. de Butr. *in cap. constitutus, num. 5. extrà de test.* & facit tex. *in l. 3. §. si quis dolo, vers. Et potest, ff. de tab. exhib.* Bald. & alij omnes Canonistæ *in cap. peruenit il 1. extrà de testib. cogen.*

32 Propiùs, & tertio loco accedit confessio extraiudicialis ipsius Petri Pauli, quòd Alexander promiserat pecunias, & maria, & montes, vt se examini subiiceret, vt in summario *num. 12.* & in eodem summario *num. 19.* Probatur eundem Alexandrum, Hieronymo, & eius vxori promisisse vestitum, quæ quidem sola promissio satis eorum corruptionem probat, cùm etiam sine promissione testis dicatur corruptus, sperans ex suo examine aliquod lucrum facere, ex allegatis per Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 454. n. 4.*

Sed & quartò non præsumtio, sed aperta corruptionis probatio apparet ex eo, quòd vt probatum fuit per testes defensiuos, vt in summario, *num. 14.* testes prædicti habuerunt pecunias ab Alexandro: hæc enim sola pecuniæ datio, & acceptio subornationem, & falsitatem eorum depositionis probant, secundùm Hostien. *in cap. 1. ante num. 1. versic. non conducatur,* & ibi etiam Aretin. *num. 1. versic. Et in dubio ex hoc solo,* Abb. *num. 2. ad fin. versic. Et nota quòd alio non probato,* & Dec. *num. 7. versic. in dubio autem, extrà de testib.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, n. 148. in fine, & num. 129. prope fin.* vers. Et in dubio præsumitur falsum dixisse, & est communis, vt per Soarez *recept. sent. litera T. n. 253.* 33

Et licèt præmissa solùm sufficerent pro liberatione Cosmi, & Thomæ, cùm contra eos alij non deponant, nisi prædicti Petrus Paulus, & Hieronymus; adhuc tamen eorum innocentia euidentiùs parebit, si indicia, quæ post torturam ipsis illatam superuenisse prætenduntur, discutiamus, & sunt hæc. 34

Minæ Cosini contra Alexandrum.

Confessio extraiudicialis Cosini, qui fecisset illum sfrisiare.

Alia confessio extraiudicialis Thomæ, *Che lui l'era arrouinato per amor di Cosmo, che gli haueua promesso dare certi denari, & non glie li daua.*

Datio vnius testonis, à Cosmo Thomæ post excarcerationem.

Apodixa procurata à Thoma in secretis carceribus, in qua certiorabat quendam hominem existentem in superioribus secretis de examine per eum facto circa personam Alpherij.

Quibus singulariter respondendo etiam circumscriptis exceptionibus, quas patiuntur Petrus Paulus, & Hieronymus super illis deponentes. Ad primum, videlicet ad minas Cosini contra Alexandrum, dicitur illas non probari nisi per vnicum testem: ideo non afficiunt ex superiùs allegatis. Vltrà quòd non fuit probatum, prout nec probari potest (propter paupertatem, & vilitem rei) ipsum esse solitum minas exequi, quod de necessitate requiritur, vt minæ indicium faciant, ad text. *in l. metum,* vbi gloss. & Doct. *C. quod met. caus. & in l. famosi, ff. ad leg. Iul. maiest. & in l. 1. C. si quis Imperat. maledixerit,* & vbique Doctores communiter, Blanc. *de indic. num. 183.* Brun. *de indic. part. 1. quæst. 3. num. 33.* Natt. *consil. 42. num. 2. lib. 1.* 35

Ad confessionem extraiudicialem Cosini quòd fecerit sfrisiare Alexandrum, pariter dicitur eam non probari nisi per Petrum Paulum fratrem Felicis, & vnicus testis non probat confessionem extraiudicialem. *cap. fin. extrà de success. ab intestat.* Bero. *in cap. si Clericis, num. 135. vers. requiritur etiam. & num. 136. & num. 137. extrà de iud.* Menoch. *de præsumt. libr. 1. quæst. 89. numer. 21.* Viu. *opin. 138. num. 6.* 36

Ad aliam confessionem extraiudicialem Thomæ, *Che s'era rouinato per amor di Cosmo, che gli haueua promesso denari, & non glieli daua,* dicitur idem quòd non est probata nisi per vnicum testem, & vlterius, quòd hæc non est confessio delicti, sed quædam conquestio damni passi propter carcerationem ex causa Cosini, propter quam, & propter expẽsas ab ipso factas Cosmus promiserat pecunias, & hæc interpretatio est omnino facienda potius quàm contraria, ad regulam, quòd verba confessionis in dubio, sunt semper potius interpretanda, vt excludant delictum, quàm vt includant. Bald. *in l. 1. num. 23. vers. primo casu, C. de confess.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 44. de probation.* Alciat. *de præsumt. reg. 1. præs. 1. num. 9.* Bertazz. *consil. 54. num. 2. lib. 1. & cons. 449. n. 28. vers. Nec obstat confessio. lib. 1.* 37

Et ad hoc vt confessio extraiudicialis faciat indicium debet esse specialis, & expressa, non autem generalis, tacita, seu subintellecta, Marsil. *in l. de minore, in princ. num. 49. in fine, ff. de quæst.* Brun. *de indic. ad tortur. par. 1. q. 3. num. 16.* Foller. *in pract. crimin. in verb. si confitebuntur, par. 2. numer. 13. fol. mihi 317.* Ludouic. Peguet. *decis. crimin. 17. numer. 3. & 4.* 38

Ad

39 Ad subministrationem vnius testonis factam Thomę à Cosmo post excarcerationē dicti Thomæ qui perquisiuerat à Cosmo sibi mutuari scutum vnum. Nescio quomodo ex hoc possit inferri aliquod indicium ad mādatum, tum ratione paruitatis summæ, tum ratione temporis, nēpe post prætensū delictū, & post excarcerationem, pręsertim cùm Thomas sit solitus in hospitio Cosmi comedere etiam ad credentiam, ex quibus sequitur testonem datum potius ex causa charitatis, vel amicitiæ, quàm ob delictum patratum, ad tex. *in c. de hoc, cum ibi not. per Doct. extrà de simon.* Gabr. *cons.* 170. *n.* 15. *&* 16.

40 Ad apodixam procuratam à Thoma in secretis carceribus victà, quòd non constat illam fuisse scriptam Alphetio, nec etiam fuisse transmissam, nisi ex depositione vnius vilis carcerati, & quatenus scripta, & transmissa fuerit, fuit sic requisitus à carcerato ignoto existente in superioribus carceribus, & prætensus scriptor apodixæ liberè deponit in ea nihil releuans fuisse scriptum, ex qua argui possit prætensa complicitas. Ergo cessat omnis dolus, & omne delictū, prout in his terminis scripserunt Aym. *consil.* 3. Follet. *in pract. crimin. in fragmentis, rubr. de crimine lesæ maiestatis, n.* 66. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 330. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 244. *n.* 6. Bertazz. *cons.* 57. *n.* 15. *& seq. lib.* 1. latè Laderch. Imolen. *cons.* 203. *etiam per tot.*

41 Quæ omnia sint dicta ex abundanti, cùm satis supérque sit probasse corruptionem, & subornationem testiū contra Cosimum, & Thomam examinatorum.

42 Verùm in præsenti causa quoad istos pauperes carceratos, omnis tollitur difficultas, si oculatus & integer iudex considerabit indicia contra Cosimum, & Thomam laborantia ante torturam illatam, cùm contra Cosimum Primò vrgeret causa delinquendi propter conuersationē Alexandri cum Felice eius vxore. Secundò minæ eiusdē Cosmi contra Alexandrum. Tertiò, quia iactantia Cosmi, quòd habuisset hominem, qui pecunia mediante aliquem occidisset. Quartò mendacia. Quintò, verba prolata à Cosmo in eius hospitio, *Questa robba andarà presso à casa del Diavolo.*

43 Contra Thomam pariter, & ante torturam illatam vrgebat. Primò, quia fuit captus cum pallio diuersi coloris ab eo, quod deferre solebat. Secundò prope locum delicti visus fuit per aliquos dies antè, & serò quidam homo cum pallio coloris fusci, simile pallio quod deferre solebat Thomas. Tertiò varietates Thomæ circa locum, in quo retinebat dictum pallium, & in quo illud accepit quando fuit captus. Quartò amicitia intrinseca cum Cosino. Quintò indigentia, & paupertas Thomæ.

Consideret, inquam, bonus iudex quænam grauiora sint indicia, an illa quæ ante torturam illatam Cosino, & Thomæ præcedebant, an verò ea, quæ superuenerunt indicia euidentiora, & grauiora primis, & etiam diuersi generis. *l. vnius, §.* 1. *ibi, euidentioribus argumentis oppressus,* & ibi Bart. *in princ. prima opposit. & n.* 2. *in fine, ff. de quæst.* Ang. *de malef. in verb. maleficius, n.* 98. *vers. quæro quæ dicantur noua indicia,* Franc. Marc. *decis.* 280. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. Clar. *in pract. §. fin. q.* 64. *vers. vltimò videndum, prope fin.*

44 Ex quibus mihi superesse video quod possit carceratorum omnium liberationem & absolutionem impedire. Non omittendo tamen quòd cùm constet Hieronymum, & Petrum Paulum prædictos fuisse subornatos, vt suprà, insurgat iuris præsumtio quòd sic etiam & Felix, & alij testes contra eosdem carceratos deponentes subornati fuerint, & falsum dixerint. Ruyn. *cons.* 36. *n.* 4. Guido Pap. *consil.* 75. *colum.* 2. *in fine,* Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1340. *num.* 6.

45 Quòd si forsan Dominus meus iudex præallegatis non acquiescat, supplicatur restringi dubium. Non enim potui omnia perstringere dum super toto processu mihi scribendum fuit.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Laurentius pro prætenso vulnere in Alexandrum illato fuit relaxatus sua cautione de repræsentando. Iudicis tamen aliis de causis fuit ipsi iniunctum exilium ad beneplacitum

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Multa de interpretatione salui conductus, & pręsertim, quando possit dari extra iurisdictionem concedentis; & an datus pro capiendis & occidendis bannitis extendatur ad delationem armorum prohibitorum.

SVMMARIVM.

Principis beneficia plenissimè interpretanda sunt, n. 1. *vbi præsertim contra fiscum.*

Saluus conductus à Principe concessus non strictè, sed largè interpretandus est ad fauorem eius cui fuit concessus, num. 1.

Princeps voluisse semper præsumitur illud, quod si fuisset interrogatus concessisset, etiam quòd non expresserit, num. 2.

Saluus conductus concedi potest bānitis ad effectum capiendi, seu occidendi alios bannitos, num. 3. *vbi etiā quòd dari non debuisset.*

Saluus conductus datus pro veniendo ad ciuitatem cēsetur etiam datus pro transeundo, redeundo, & permanendo in eadem ciuitate. n. 4.

Saluus conductus recipit interpretationem secundùm verisimilem mentem concedentis, n. 4.

Saluus conductus concessus pro veniendo ad ciuitatem prodest etiam illi, qui præparat se ad iter faciendum, num. 5.

Saluus conductus etsi concedi non debuisset, concessus tamen seruari debet, num. 6.

Saluus conductus concessus ad effectum capiendi, & occidendi bannitos censetur etiam concessus pro delatione archibusettorum, num. 7. *& seq. Declaratur num* 17.

Banniti dicuntur hostes publici, num. 7.

Arma domi retinere venationis causa licitum est, numero 11.

Saluus conductus non prodest extra iurisdictionem cōcedentis. n. 14. *Concessus tamen seruandus est, si sic expressè fuerit dictum, d. n.* 14.

Saluus conductus recipit interpretationem à potestate concedentis, num. 14.

Saluus conductus non trahitur ad delicta futura, n. 15.

Saluus conductus non prodest illi, qui delinquit sub saluo conductu, n. 15.

CONSILIVM CXXXI.

FVIT aliàs in Tribunali Gubernatoris Vrbis dubitatum, an quibusdam bannitis de Arquata captis cum delatione archibusattorum esset seruandus saluus conductus, quem ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Marchiæ legato habere dicebant. Et quidem quòd illis saluus conductus omnino seruandus esset etiam extra iurisdictionem concedentis, eorum Aduocatus deducebat, ex eo quòd constet Illustrissimum Marchiæ legatum de ordine Sanctissimi concessisse prædictis, nedum remissionem omnium delictorum, sed præmium, & nominationem, vt ex edicto in actis producto, quando vnum ex bannitis in eodem edicto nominatis consignarent, prout in posse curiæ consignarunt, quo casu, si Pontifex dicti legati medio concessit quod maius est, remissionem scilicet delictorum omnium, quam tuti debeant esse in vniuerso statu ecclesiastico, cur nō videtur 1

concessisse, quod minus est, securitatem inquam à loco, in quo erant banniti, licèt extra suum territorium eundi ad ipsum Illustrissimum pro complemento huius beneficij, atque præmij propter talem consignationé consequendam. Sani (ni fallor) iudicij nullus. Alioquin in illud incideremus absurdum, quòd contra mentem Sanctissimi restringeretur tale hoc beneficium in vtilitatem publicam tributum, cùm tamen Principis beneficium quàm plenissimè interpretari debeamus. *l. beneficium. de constitut. Princ.* vbi Iason *num. 31. ex l. final. C. de agen. in reb. lib. 12.* dixit absurdum, & temerarium fore per astutam interpretationem velle beneficia Principis recludere ad strictam interpretationem, & sic posse variè interpretari Boss. *de remed. ex sola clemen. Princ. n. 69.* Grammat. *consil. 6. num. 2.* Et in materia salui conductus Menoch. *de arbitr. 2. cas. 336. n. 25.* Maximè contra fiscum, & in fauorem eius, cui beneficium fuit indultum, Dec. *in l. omnibus causis, numero 13. ad finem, de regul. iur.* Et quoad saluum conductum *conf. 51. numero 2. versi. Et quò l talis concessio,* & multo fortius, cùm hic saluus conductus nemini noceat. Dec. *ibidem n. 3.*

2 Et quòd saluus conductus datus prædictis videatur ex mente Pontificis concessus, suadet viua ratio quòd si Sanctissimus interrogatus num vellet, quòd illi consignantes in manibus curiæ bannitum promittentésque alios tradere, possint securè per territorium Præfecti Montaneæ transire in prouinciam Marchiæ ad legatum hac de re pertractandi causa, certè respondisset, quòd vellet, & ideo de eius coniectura: a mente datum fuisse, nemo inficiabitur. per *l. Barba ius, in fin. ff. de offi. Prætor.* Dec. *consil. 51. n. 2. per tot.* & Grammat. *dict. consil. 6. n. 19.*

3 Accedit quòd si Pontifex, & exinde legatus intendebat bannitos in edicto descriptos capi, & occidi posse per eorundem socios, vtique censendum est mandasse legato, quòd capientibus, & occidentibus daret securitatem eundi, transeundi, & permanendi vbiuis loci sui status ecclesiastici, ex regula, quòd qui vult consequens, vult antecedens. *l. illud, de acquiren. heredit.* præsertim cùm causa hæc expressa fuerit ab ipso Illustrissimo iam in edicto, quàm in ipso saluo conducto. Vltra quod etiam ex sua potestate licuisset hunc saluum conductum concedere non suis subditis, ad effectum tamen capiendi, & occidendi bannitos. per *l. omnes, ff. de re militar.* quæ iusta dicitur causa concedendi saluum conductum huiusmodi. Menoch. *cas. 337. n. 2. & pulcrè suo consil. 100. num. 29. & seqq.* & D. Farinac. qui post alios ita firmat, *quæst. 29. num. 83.* & de communi testatur Blanc. *in practic. vers. Datis defensionibus, num. 26.* & de veriori, magísque communi Herculan. *de caut. de non offendend. cap. 27. n. 18.* Menoch. *de arbitr. quæst. quæst. 81. num. 15.* & cùm casus contigisset in ciuitate Asculana, saluus conductus datus bannito per Nicolaum Moronum tunc in dicta ciuitate Locumtenentem Gubernatoris, refert idem Moronus *de treug. & pace, quæst. 105. num. 13.* quem approbat Farinac. *dict. quæst. 29. num. 82. ad finem.* Et est ratio, quia ob publicam vtilitatem etiam iudex, nedum à latere legatus potest dare saluum conductum, quia exinde publica quies resultat, prout resultauit in casu nostro. *l. prima, §. quamuis, versic. Publicè enim interest. de ventre inspic. & l. lex Cornelia, ad finem, de iniur.* Menoch. *dict. quæstio. 81. num. 4.*

4 Nec obstat quòd sit datus pro veniendo, & ij capti fuerint permanentes domi, prope tamen confinium Legationis Illustrissimi, cùm etiam censeatur datus pro redeundo, transeundo, ac etiam permanendo in sumendo cibo, & dormiendo, & sensui patet, & ex eo probatur, quòd non dicitur quis securè venire, nisi securè possit recedere, & per consequens permanere. *l. fiendum, §. primo, de legationibus,* Boss. *in l. relegati, num. 4. de pœnis.* Felyn. *in capit. final. numero primo, de treuga, & pace, & in cap. ego, numero 8. de iureiurand.* Boss. *de remed. ex sola clement. Princip. numero 64.* plures Menoch. *dicl. cas. 336. numer. 11. & sequentibus.* vbi hoc dixit procedere etiamsi essemus in dubio, quia tunc latissimè, & fauorabiliter interpretandus esset, ita vt complecteretur facultatem etiam securè transeundi per territorium interiacens, sequitur Farinac. *d. q. 29. num. 55.* Ex quibus in fine affirmat hanc posse dici communem ex eo quoque, quòd saluus conductus recipit interpretationem, secundum coniecturatam mentem cōcedentis, Magalott. *de salu. conductu 4. par. n.... versic. E in simili dicit.* Decius *consil. 51. n. 1. versic. litera salui conductus,* cum alijs à Farinac. citatis, *vbi suprà num. 42.* Sed nos sumus in claris. vbi non est opus coniecturis, *l. continuus, de verborum oblig.* cùm appareat ex prægnantibus verbis salui conductus, qui concessus videtur ad implendam intentionem ipsius legati secundum mentem Sanctissimi in edicto expressam.

5 Non obstat quòd hi capti fuerint, dum comederent intra domum Ioannis Vincentij fratris dict. Ioannis Lanni, quia adhuc dicimus permansionem hanc contineri sub eodem saluo conductu, ex quo cōstat inuentos fuisse paratos ad iter comedentes, & expectantes saluum conductum, quem miserunt Potestati Arquatæ, & Curiæ Nursinæ, vt illum registrarent in actis, quod ex atergatione patet, ex quo deprehenditur animus, quo illo vti volebant ad capiendum, & occidendum alios bannitos, & quòd dicti Præfecti, & Potestatis scientia id facere intendebant, & tamen constat, quòd destinato ad aliquod officium tempus prodest, ex quo destinatus est ad illud, *l. legato, de legationibus,* nec in itinere tutus dicitur, si securus non est, dum se quis itineri accingit. *l. qui mittantur, §. sed etsi, ex quibus caus. maior.* Menoch. *dict. cas. 336. n. 18. & 27. in fine.*

6 Quibus stantibus omnino seruandus est saluus conductus, cùm etsi non debuisset concedi, tamen concessus obseruari debeat, ne sub fide publica decepti dici possint, quæ etiam hosti seruanda est. *l. 1. C. de his, qui ven. ætatis impetrauerunt,* Bart. *in l. si, qui reus, n. 12. versic. Dico tamen, de public. iudic.* Menoch. *dict. n. 27. & 33. & cas. 337. n. 6.* Clar. *q. 32. num. 13.* & ante eum Boss. *supra n. 42.* ... os, & alios refert, & sequitur Farinac. *dict. q. 29. num. 95.* qui *num. 97. ad finem* hoc ampliat, etiamsi repugnaret constitut. ex rationibus Peguer. *decis. 39.* quem ipse probat, & in dubio adhærendum monet huic benigniori opinioni.

7 Quòd verò post saluum conductum deliquerint dato, tamen non concesso, cùm archibusettus non fuerit repertus penes ipsos, sed in domo dicti Vincentij fratris in eam illatus intra peram clausus à quodam Iulio eorum socio, qui illum abstulerat bannito ab ipsis capto, & eorum nomine Curiæ consignato, tamen cum Illustrissimus ius intendentibus, vel capere bannitos dederit ad hunc finem saluum conductum, videtur etiam ex Sanctissimi mente tacitè concessisse, vt deferrent arma etiam prohibita. Primò, quia si volebat hoc antecedens, volebat quoque necessarium eius consequens, quod est arma portare: ita in specie considerat Ancharan. *in cap. canonum statuta, numer. 254. ad constitution.* idem Romanus *in l. si quis in grau, §. verum, numer. 9. ad Syllan.* quo etiam facit, quòd vno permisso, permittitur quoque necessarium id ex quo faciliùs peruenitur ad illud. *l. nec is, §. heres, de acquir. hæredit.* Sed facilius potest capi, & occidi bannitus portans archibusettum, & pugionem ab illis, qui eadem ferunt arma, vt sensato patet, ergo permissa videtur huiusmodi armorum prohibitorum delatio, ita arguit Nell. *de bannitis 2. part. 2. temporis q. 48. ad medium,* & Marsil. *§. pro complemento, n. 4. versic. fitas etiam.*

8 Secundò quod fauore publicæ vtilitatis est concessum, prout est quòd bannitus impunè occidatur, non debet indirectè prohiberi medium propter quod id cōsequitur suum finem. arg. *dict. §. verùm,* vbi Iur. Consult. Si postea procurātem in commune vtile præmio dignū dicit, multo fortius videtur indulgendum ei, quòd hoc facere possit etiam prohibitis, vel alia ratione, quia aliàs generalis loquutio fauore publicæ vtilitatis, quæ non debet recipere restrictionem, restringeretur, & sic publicum bonum occisionis bannitorum, qui hostes sunt Reipublicæ, Bart. *in d. l. verùm, in princ.* & in terminis

Angel.

Angel. *de malefic. in verbo, vno stocco ferreo, numero* 4. & facit quia interest Republicæ malefactores puniri per omnem modum, *l. ita vulneratus, in princip. ibi, quolibet modo*, sub quo etiam prohibitus intelligendus est, vt interpretatur Nell. *dict. quæst.* 48. *post med. versicul. Septimò à natura*, & in terminis nostris Vulpell. *consil.* 66. *numero* 7.

9 Tertiò quia, qui permittit quod maius est, videtur etiam permittere quod est minus, atque ita cùm maius sit homicidium, quàm armorum delatio, quæ sola à iure positiuo prohibita est. Vbi homicidium omni iure diuino, & humano prohibetur, *Genes. cap.* 9. *& tot. tit. ad l. Corneliam de sicar.* Videtur propterea concessa delatio armorum, quæ minor est homicidio à quo confunderetur, cùm illud sit in intentione primatum. ita eodem Nell. *versic.* 4. *maiori.*

10 Quartò quia ad remotionem generis, remouetur quælibet eius species. *l. fundi, de fund. instruct.* Sed occidens bannitum remouetur, hoc est, immunis fit ab omni pœna; ergo remoueri debet ab eo etiam pœna delationis armorum ad hunc finem delatorum, Nell. *ibidem versicul. Ad remotionem.* quod iuuatur: nam si permittitur principale, multo magis permittendũ accessorium, *cap. accessorium, de regul. iur. in* 6. non enim consideratur id quod fit, sed potius id propter quod fit. *l. illud, in fine, ad leg. Aquil.* Nell. *ibi versic. Septimò à natura.*

11 Quintò, quia si licet domi retinere arma venationis causa. *l.* 1. *ff. de vi publ.* cũ liceat feras occidere; ergo cùm possint banniti impunè interfici, pariter arma etiam prohibita retineri, & eis vti ab illis potuit, Roland. *consil.* 3. *num.* 7. *lib.* 2.

12 Vltimò quia præter has rationes non deest autoritas legis *in dict.* §. *vtrium*, vbi Iur. Consultus videtur loqui de iis, quæ ad consequendam libertatem aliquid vtile in commune procurant; nec desunt autoritates Doctorum, cùm præter supracitatos ita firmat Gambar. *de potest. legat. à latere, quæst.* 5. *num.* 9. *& seqq.* Menoch. *cas.* 394. *numero* 73. Decian. *tract. criminal. lib.* 8. *cap.* 3. *de prohibit. vsu armor. num.* 18. *versic. limita* 6. Bertazzoll. in casu eius, qui vt interficeret bannitos portauerat archibusettum. *consil.* 146. *num.* 3. *libr.* 1. vbi in fine ita iudicatum testatur Baiard ad Clar. *in* §. *homicidium, num.* 199. vbi alios, & Vulpell. *dict. consil.* 66. *num.* 7. vbi quòd occidens bannitum vti potest etiam archibusettis omnino prohibitis, idem tenet ex his, & aliis, Farinac. *quæst.* 103. *num.* 75. vbi de communi, *& num.* 26. addit quòd in Vrbe hoc procedit etiamsi occidatur cum archibusettis paruis, quorum nedum delatio, sed etiam retentio prohibita est, ex constitutione Pij Quarti.

13 Et licèt dicta constitutio videatur hoc armorum genus sub quouis militiæ, aut exequutionis iustitiæ prætextu prohibere, nihilominus, ex quo in casu nostro saluus conductus videtur concessus de expresso ordine Sanctissimi, in consequentiam quoque videtur permissum de eius coniecturata licentia, vt ad dictũ effectum ij possent vti archibusettis etiam prohibitis, & sic licitum per illicitum expedire, Vulpell. *d. consil.* 66. *n.* 7.

14 Verùm præmissis non obstantibus aduersùs prædictos pro mei Fiscalatus officij debito, dicebam quòd sæpius sacra Consulta resoluit facinorosis istis Arquatæ bannitis non suffragari saluum conductum Illustrissimi Legati, & propterea, vt debitas suorum criminum luerent pœnas ad Vrbem eos transduci mandauit. Mota autem fuit sacra Consulta ad sic iubendum. Primò quia capti fuerunt extra iurisdictionem concedentis, ideo seruandus non erat. *l. final. cum ibi notatis. ff. de iurisd. omn. iud.* Si enim idem Illustrissimus Legatus hunc saluum cõductum habere vires extra suam iurisdictionem dixisset, absque dubio illis seruandus esset, etiam quòd dari non debuisset, ne sub fide publica deciperentur, prout dixi *in pract. part.* 1. *tit. de carcerib. q.* 29. *num.* 25. *& seq.* cum aliis ex aduerso allegatis. Sed cùm hoc non dixerit, non præsumitur etiam voluisse facere, quod de iure facere non potest. *l. nepos Proculo, ff. de verbor. significat.* Aymon. *consil.* 244. *num.* 20. *versic. Itaque cùm dixit.*

Menoch. *in terminis cons.* 244. *num.* 11. *&* 16. & dixi *in mea pract. tit. de carcerib. quæst.* 29. *num.* 45. vbi feci generalem conclusionem, quòd salui conductus recipiunt interpretationem à potestate concedentis.

Secundò eadem sacra Consulta considerauit, quòd cùm isti banniti fuerint capti cum pugione, & archibusetto, respectiuè dicuntur commisisse crimen læsæ maiestatis, & pœnam mortis merentur, iuxta constitutiones Pij Quarti, & Quinti renouatas in bannimentis S. D. N. Pauli Quinti. Vnde saluus conductus illis non suffragatur, tum quia non trahitur ad delicta futura, secundùm Angel. *de malefic. in verbo, quòd fama publica, n.* 60. *in fine vers. Quintò quæro*, Petrin. Bel. *de re milit. in titulo de saluo conduct. num.* 37. *& num.* 60. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cas.* 357. *num.* 13. & dixi *in dict. quæst.* 29. *num.* 58. Tum etiam quia delinquens sub saluo conducto amittit priuilegium saluiconductus, & potest puniri pro omnibus delictis ac si saluum conductum non haberet, secundùm eundem Angelum *de malefic. vbi suprà numer.* 68. *in fine*, Roman. *in l. possideri*, §. *si seruus, num.* 10. *ff. de acquiren. vel amitten. possession.* cum aliis per me cumulatis *in d. quæst.* 29. *num.* 59. 15

Quibus stantibus, quæ longo sermone ab illorum D. defensore adducuntur facili negotio tolluntur: nam dum primò præsupponit saluum conductum fuisse datum de expresso ordine Sanctissimi, non est verum in facto. Et dum secundò facit fundamentum in edicto impositionis taleatum, eo quia dederint in manibus Curiæ Thomam Realem de Montegallo nominatum in dicto edicto, supplicatur aduerti, quòd dictum edictum escludit capita bannitorum, prout est Mandricardus. Et quoad Latinum obstat delatio armorum, vt suprà. 16

Dum tertiò aduertitur, quòd armorum delatio etiam archibusetti prohibiti non est punibilis quando deferuntur arma pro occidendis bannitis, ad Nell. & alios ex aduerso allegatos sufficit respondere hoc non habere locum in statu Eccles. in quo, vt prædixi, & pugiones, & archibusetta, etiam quoad retentionem prohibita sunt in terminis, Follei. *in pragmat. de exulibus, num.* 17. & ibi etiam Prosper Carauita *num.* 103. *& seq.* Quos videri supplicatur, & constitutiones Pontificum prohibent huiusmodi armorum delationem, & retentionem etiam pro seruitio iustitiæ, & ipsisinet iustitiæ ministris, & ea deferendi licentiam, nec etiam legati de latere cõcedere possunt; ideo intrant, quæ scripsi *in pract. par.* 2. *tit. de var. & diuers. quæstion. quæst.* 103. *num.* 76. & melius *in quæst.* 108. *num.* 116. *& seqq.* Quòd scilicet isti banniti indigent potius gratia, quàm iustitia. 17

Sententiæ in contumaciam latæ contra istos bannitos fuerunt exequationi mandatæ.

Prosper Farinaceius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Homicidium quando dicatur deliberatè commissum, & quando proditorium ad effectum vt occidens non gaudeat immunitate ecclesiastica.

SVMMARIVM.

Proditor dicitur is non solùm qui retrò offendit, & vulnerat de facie ad faciem incautum, & sine diffidatione, num. 2.

Homicidium proditorium dicitur quando quis alium occidit eum retrò vulnerando, n 2.

Homicidium proditorium dicitur quando quis alium occidit incautum, & sine diffidatione, n. 2.

Homicidium proditorium non dicitur, quando quis in insidiis positus occidit suum inimicum, n. 3.

Confessionis nulla maior probatio, n. 3.

Inimicitia probanda est ab allegante eam, quia homines

Procuratoris confeßio potest quandocumque etiam non docto de errore à domino reuocari, n. 5.

Confeßionis error censetur probatus, probãdo rem aliter se habere, n. 5.

Scripturarum, & instrumentorum surreptio coniecturis probatur, n. 6. & n. 15 vbi saltim ad effectum imponendi pœnam extraordinariam.

Reus edere tenetur scripturas Ecclesiæ agenti, n. 7.

Amißio scripturæ non præsumitur, & qui dicit amisisse, præsumitur malitiosè occultare, n. 7.

Occultans instrumentum in actu productum, & probationes sui aduersarij causam perdit, n. 8.

Tenor instrumenti surrepti probatur iuramento, n. 9.

Amißio instrumenti, seu scripturæ, non probatur iuramento amittentis, nisi probetur aliquis casus propter quem potuerit amitti, num. 10. & n. 11. vbi amplius quòd debet probari amissum instrumentum fuisse in loco, vbi casus euenit.

Amißio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis, quando agitur de graui præiudicio, num. 12. Idem quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio occultationis, num. 13.

Occultans, vel surripiens scripturas alienas, vt veritas nõ appareat falsi pœna punitur, num. 15.

CONSILIVM CXXIX.

1 QVOD testamentum fundationis iuris patronatus, de quo agitur, fuerit aliàs in actis Passarini productum, non potest in dubium refricari, quia de productione constat in libro actorum eiusdem Notarij, cui isto casu credendum est etiam sine testibus, de productione fidem facienti, secũdùm communem de qua per Marant. in Specul. *par. 6. actu 10. n. 23.* Dec. *in cap. quoniam contra, n. 22.* & ibi Lanfranc. *in princ. n. 27. de probat.* Quod autem hodie prædictum testamentum non reperiatur in officio eiusdem Notarij, nec pariter dubitari potest, tum quia facta diligenti perquisitione illud non inuenitur, tum etiam quia iam aduersarius fatetur à trib. hinc annis illud habuisse, & penes se retinuisse, cõfessione autẽ partis, nulla est maior probatio, *l. si confessus, ff. de custodia reorum, cum vulgarib.*

2 Restat sola difficultas an testamentum prædictum fuerit ab aduersario subtractum, an verò alia via ad eius manus peruenerit, prout asserit. Et quidem contra aduersarium iuris præsumtio viget, quia cùm dictum testamentum, prout fatetur, contineret aliqua ipsi præiudicialia, Capellam scilicet esse sacerdotalem, nec propterea expediebat hoc apparere in actis, intrat conclusio, quòd scriptura aliàs producta penes Notarium, si amplius non reperiatur, subrepta præsumatur ab eo, cuius commodo surreptio cedit, Brun. *de indic. part. 2. q. 3. num. 5. versic. Item si illa rei,* Pract. Conrad. *rub. de negat. criminal. & torment. n. 20. in 7. indicio,* Menoch. *de præsum. lib. 5. præsumt. 31. num. 15.* Franc. Becc. *consil. 70. num. 20. in fin. versic. secundum indicium.*

3 Verùm in casu de quo agitur non opus est recurrere ad hanc iuris præsumtionem, quia fatetur aduersarius testamentum hoc iam productum habuisse, & penes se retinuisse. Vnde intrat alia conclusio, quòd res subtracta penes aliquem recepta, ab eo, penes quem reperitur, subtracta fuerit, nisi doceat de autore. Marsil. *in l. qui falsa, num. 12. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Grammat. *consil. 14. n. 1.* Blanc. *de indic. numer. 416.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 31. num. 30. versic si res furtiua,* Roland. *consil. 45. num. 39. & seq. lib..*

4 Nec dicatur hîc satis doceri de autore, nempe D. Iulio; nam D. Iulius hoc nullo pacto dicit, & si diceret, præsumtio mala contra ipsum retorqueretur, solùm dicit quòd à tribus annis in circa dedit aduersario in confusum, & in fasciculo plures scripturas ad causam facientes, inter quod adesset hoc testamentum, non affirmat, immo dicit se hoc testamentum nunquam vidisse, nedum perlegisse, & sic nihil concludit. Verùm de autore, vt quis furti præsumtionem à se tollat, docere debet plenè, & concludenter, non autem per possibile, Alex. *cons. 105. n. 4. & 5. lib. 6.* facit text. *in c. quicumque furem, extrà de furt.* cum alijs plenè per Mascard *de probatio. lib. 2. concl. 833. n. 12. & seqq.*

Nec etiam releuat quædam informatio facti iudici ciuili exhibita à Procuratore Illustrissimi Domini Cardinalis, in qua videtur asserere, quòd aliàs restituto originali testamento prædicto, illius in actis dimissa copia collationata, habuit dictæ collationatæ copiæ aliam copiam, hæc enim confessio domino non præiudicat. Primò, quia est extraiudicialis, & per modum voluntariæ iurisdictionis, Aretin. *cons. 13. num. 23. vers. circa sextum,* Bellamer. *decis. 694. num. 2.* Secundò, quia etiam iudicialis Procuratoris confessio domino non nocet, prout sæpius Rota resoluit coram Ludouisio in vna Romana Census 23. Iulij 1600. & coram Orano Burgen. Decimarum... Decembris 1593. & Romana Computorum 7. Februarij 1580. Tertiò, quia quatenus noceret, potest quandocumque etiam non docto de errore, reuocari, prout eadem Rota resoluit coram Seraphino Fauentin. bonorum 27. Iunij 1583. coram Rubeo, Romana Damnorum 14. Aprilis 1578. & coram Gyptio, Mediolanen. Fructuum 28. Iunij 1591. Quartò, quia ex depositione Notarij, & extractistæ constat non esse verum quòd talis copia fuerit vnquam in actis, ideo constito rem aliter se habere, Procuratoris confessio dominum non afficit, Angel. *de malef. in verb. comparuerunt, & in termino defensionis, &c. num 1. ad fin.* Foller. *in practic. crimin. in verb. etsi confitebuntur, part. 1. num. 54. fol. 302.* Honded. *consil. 66. num. 69. & consil. 102. num 44. lib. 1.* 5

Non sunt omittenda plura mendacia, & indicia contra D. Iulium, & Petrum Paulum grauissima in facti informatione, quam videri supplicatur bene deducta. Ex quibus quòd ipsi, aut eorum cum alterius scientia, & participatione testamentum hoc surripuerit facilè deprehenditur, stante illa illis conclusione verissima, quòd scripturarum subtractio, coniecturis, & indicijs probata, concludenter probata dicatur. Bart. *in l. si quãdo, ad fin. n. 4 in fin. C. vnde vi,* Corn. *consil. 318. post num. 5. vers. Possunt tamen, lib. 4.* Marsil. *in pract. § principium, n. 7. & n. 12. in fine,* cum vulgar. 6

Et cessantibus omnibus prædictis, quæ quantum vrgeant optimus iudex perpendet. Hodie cùm aduersarius fateatur testamẽtum prædictum à tribus annis in circa habuisse, sed amisisse ne illud edat Ecclesiæ, cui speciali iure etiam agenti edere tenetur, ex traditis per Dec. post alios *in cap. 1. num. 15.* & ibi etiam Beto. *num 66. de probat.* Alexand. *in l. fin. num. 19.* & ibi etiam Dec. *num. 13. C. de edendo,* Alciat. & Purpur. *in l. 1. num. 18. C. eodem.* sequitur quòd nisi amissionem probauerit, præsumatur malitiosè occultasse, & furti teneatur, secundùm gloss. *in l. 2. in verb. exhiberi, C. de edendo, & in l. 2. §. Diuus, in verb. agatur, vers. Dic in causa pecuniaria,* & ibi etiam Alber. *ff. de iure fisci,* alia gl. *in l. 3. in gloss. 1. versicul. Et si ipse nunc exhiberet,* & ibi etiam Angel. *num. 3.* & Odofred. *colum. 2. ante fin. ff. de edendo.* 7

Et vlterius subtrahens, seu occultans nedum instrumentum iam in actis productum, sed probationes aduersarij causam perdit. Ang. *in l. 2. vers. Idem in eo quia operatus est, C. ad leg. Corn. de fals.* Anchar. *cons. 173. num. 3. & seq. in 3. dubio,* Barbat. *cons. 54. num. 4. & num. 18. lib. 3.* Boër. *decis. 292. num. 8.* vbi testatur de communi Doctorum opinione. 8

Quòd si in casu de quo agitur dicere velimus aduersarium Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis non amisisse causam propter subreptionem & occultationem prædictam, prout re vera amisit, effugere tamen non potuit quin surrepti, & occultati testamenti tenor probetur iuramento dicti Illustrissimi, secũdùm Cyn. & communiter Doctores *in l. si de possessione,* Paul. 9

de Castro

de Castro *numero 2. Quando autem instrumentum, C.de fid. instrumen.*Felyn.*in cap.sicut , num. 7.versicul.quarta declaratio,extrà de re iudic.*

10 Quando autem dictus aduersarius surripuerit ex actis seu surripi fecerit testamentum prædictum , iam suprà fuit plenè deductum , concurrentibus præsertim tot, tantisque indiciis , & præsumtionibus, de quibus in informatione facti. Verùm quoad occultationem res est clara, & sumus in confessis cùm Petrus Paulus fateatur illud habuisse in manibus,sed amisisse. Hæc autem amissio aliter,quàm per eius iuramentum probari debet triplici ratione. Primò quia non probat aliquem casum, vtputa incendium , alluuionem , depopulationem , seu quid simile, propter quod verisimiliter potuerit dictum testamentum amittere,Bald.*in l.fin.numero 25.ff.de edendo,* Afflict.*decis.3. numero* 10. Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfat. numero 39. versicul. cui finitimum est*, cum aliis per Seraphin.*de priuileg. iuramenti, priuileg. 37.num. 2.3. & 4.*

11 Immo vt amissio iostrumenti amittentis iuramento probetur, non solùm probandum est præcessisse aliquem amissionis casum , vt suprà dixi , sed etiam probari debet instrumentum , quod dicitur amissum,fuisse in loco amissionis.*l. si creditor.§. sine vitio, & l.pignus,C.de pignorat.act.*Grat.*cons. 95. numero 5.libr.* 2. Foller. *in pract. crim.in verbo,capiat informationem, numer.*8.Roland.*consil. 51.numero 18.lib.1.*

12 Secundò quia amissio instrumenti nunquam probatur iuramento amittentis, quando agitur de graui præiudicio aduersarij, Bald.*in l.dissoluè, numero 3.C. de conditione ex lege,*Felyn.*in cap.sicut, numero 9. de re iudic.* Ias.*in l. huiusmodi,§.si ita,numero* 12.& ibi etiam Alexandr.*numero 4.ff.de legat.1.*cum aliis,per Mascard.*de probat. libr.1.concl. 88.n.9.& lib.2.conclus.909.n.7.*

13 Tertiò, quia quando contra amittentem vrget aliqua præsumtio non amissionis,sed occultationis, tunc illius iuramento non statur , ex allegatis per Tiraquell. *de reuocand.donat.in præfation.n.29.vers.Nec hinc longè abest doctrina,*Bar.*in l.inter omnes,§.rectè,ff.de furt.*

14 Quod autem aduersarius testamentum de quo agitur non amiserit , sed occultauerit. Probatur primò, quia scripturæ alicuius importantiæ , prout erat hoc testamentum , solent diligenter custodiri , & non amitti. Secundò, quia , si hoc testamentum publicatum fuisset, absque dubio aduersarium in causa succubuisset;cùm in eo appareat Capellam quæ controuertitur esse sacerdotalem , & propterea ipse opportunè interrogatus respondit, *Io non hò dato fuori questo testamento,quando se ne facena instanz.a dal. Signor Stella , perche il Signor Giulio Feo mio vicino mi persuase non lodar fuori , come hò fatto , per non mittermi à disputare,se la Cabella fusse Sacerdotale , ò nò.*Nescio quomodo clarioribus verbis potuerit occultationem fateri.

15 An autem,& qua pœna vltra amissionem causæ possit aduersarius condemnari, oon est multum elaborandum,cùm iura sint clara, hunc sic occultantem, seu surripientem scripturas , vt veritas non appareat , falsum committere,& falsi pœna teneri,ad tex.*in terminis in l.qui testamentum*, vbi præsertim Alber. *& in l. Paulus, §.1.*vbi Bart.& Alexand.*l.ad eum,ff.ad leg.Cornel.de fals.& in l.eum qui C.eodem,*cum vulgar. Quæ quidem coociusio procedit non solùm, si de occultatione, & surreptione plenè & concludenter appareat,sed etiam si per præsumtiones, dummodo non leues saltim ad pœnam extraordinariam, Curt.Sen.*cons.55. n.26.*Natt.*cons.633.n.5.lib.3.*Aym.*cons. 134.n.39.*Aeriaz.*cõs.91.n.35.*Baiard.ad Clar.*in §.falsum.n. 112.*sed Illostrissimus dominus Cardinalis non curat de pœna,immo instat eam omnino aduersario remitti , sed tantummodo pro interesse suæ Ecclesiæ hæc scribi mihi mandauit.

Prosper Farinacius I.C.Romanus.

ARGVMENTVM.

In hoc responso plura discurruntur indicia, ex quibus inquisitus ad torturam grauatus prętendebatur,& plura etiam de testium fide,& probatione ; de quibus singulariter in summario.

SVMMARIVM.

Indicium remotum probari debet per duos testes , n.2.

Indicium remotum probari debet per testes omni exceptione maiores,num.3.

Inimicitia non facit nisi indicium,fuerit grauis,& magna,num.4.

Testibus deponentibus pro reo ad excludendum delictũ magis creditur,quàm deponentibus contrà,n.5.

Inimicitia non facit indicium,nisi constet causas inimicitiæ fuisse notas inquisito.n 6.

Minæ probandæ sunt per duos testes,ad hoc vt faciant indicium contra minantem,n.7.

Inimicitia non oritur ex verbis non importantibus expressam,aut tacitam offensionem,seu iniuriam alterius,num.8.& seq.

Minæ non censentur probatæ per verba generalia,incerta,æquiuoca,& non importantia manualem , & illicitam vindictam,n.9.

Minæ per iracundiam prolatæ,non faciunt indicium ad torturam,num.10.vbi idem,quando minæ fuerunt per minantem reuocatæ.

Testis vnicus plenè probat defensionem inquisiti,n.11.

Fraus non præsumitur,ideo probanda est à fisco,n.12.

Præsumtio veritati cedit,n.12.in fine.

Spontanea constitutio , est maximum innocentiæ indicium,num.13.

Tortura data vni prætenso socio criminis,qui in ea perstiterit,prodest etiam alteri socio,n.14.

Causa delicti cessante , cessat etiã omnis delicti præsumtio,num.15.

Testis falsus in vno,falsus in omnibus reputatur,n.16.

Testis deponens,quid dictum,aut factum,præsente alio, qui examinatus negat,redditur de falso suspectus, num.17.

Testes deponentes cõtra confessionem principalis,suspecti de falso dicuntur,n.18.

Odium,& inimicitia contrahitur ex verbis iniuriosis, num.19.

Testis meretrix non recipitur,nec admittitur ad testificandum etiam quòd meretricari desierit,n.20.

Testi periuro nihil credendum,num.21.

Tortura non purgat periurium,num.22.

Testis secunda depositio in tortura non præualet primæ depositioni extra torturam, quando ille medio tempore alloquutus est partem,n.23.

Tortura non purgat plures defectus,& præsertim infamiam,inimicitiam,& falsitatem,n.24.

Testes inhabiles patientes plures defectus non probant etiam iunctis adminiculis,n.25.

Confessio qualificata non potest pro parte acceptari , & pro parte non,quando non continet delictum à iure prohibitum,num.26.& 27.vbi etiam idem,quando de delicto non constat,nisi per confessionem rei.

Error in dubio non præsumitur,& probandus est ab eo, qui errorem allegat,num.28.

Testium

Testium falsitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, num.29.

Testes ingerentes se in eo, in quo se ingerere non debent, vtputa conuocãdo alios testes vt veniant ad se examinandum, sunt suspecti de falso, n. 30.

Testes, qui fecerunt subuertere ab examine alios testes, ne examinentur, in dolo, & suspecti esse dicuntur. num.31.

Testes corrupti dicũtur ex sola promissione pecuniarum, immo etiam sine promissione ex sola spe consequendi aliquod commodum, n.32.

stes corrupti, & subornati dicuntur ex sola pecuniarum datione, seu receptione, n.33.

Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi probatum fuerit, minantem esse solitum minas exequi, n.35.

Confessio extraiudicialis debet probari per duos testes, num.36.

Confessionis verba dubia, sunt semper interpretanda, vt potius excludant delictum, n.47.

Confessio extraiudicialis, vt faciat indicium, debet esse specialis, & expressa, non autem generalis, tacita, & subintellecta, num.39.

Carceratus in secretis carceribus, si quis apodixam trãsmiserit, seu aliam scripturam, minimè punitur, nec dicitur esse in dolo, si in dicta scriptura nihil releuãs, & ad causam faciens scriptum fuerit, n.40.

Tortura repeti non potest, etiam superuenientibus indicijs nisi dicta indicia fuerint grauiora, & diuersa à primis, num.42.

Testes omnes subornati, & corrupti præsumuntur, quando eorum aliquis subornatus, aut corruptus reperitur, num.43.

CONSILIVM CXXX.

1 MAGNITVDO processus fabricati contra D. Laurentium Taglierttam pro vulnere illato domino Alexandro Mandello restringitur ad infrascripta indicia, quæ ex eodẽ processu contra ipsum resultare videntur.

Primò quòd ægretulerit matrimonium Felicis suæ Amasiæ cũ Cosmo hospitis famulo mediante opera dicti Alexandri ad effectum perductum.

Secundò minæ contra eundem Alexandrum prolatæ.

Tertiò quòd sit solitus similia facere.

Quartò eius mala qualitas quòd excõmunicatus fuerit pro eo, quòd sanctissimam Eucharistiam non sumpserit de anno præterito.

Quæ omnia quàm facili negotio diluantur mox dicã.

2 Ad primum quòd ægretulit matrimoniũ Felicis, respondetur, primò quòd hoc nõ probatur nisi ex depositione Flauij, & sic vnius testis, qui propterea non sufficit ad probationem indicij remoti, secundùm gloss. *in l. final. in verbo, vel indicijs*, & ibi communiter Doctores, *C. famil. hercisc und.* Bart. *in l. final. num. 7.* & ibi Marsil. *num. 6.* & Blanc. *num.46. ff. de quæstion.* Boss. *in tit. de indic. num.5. n.18. & num.19.*

3 Felix enim altera testis quæ super hoc deponere audet non meretur nomen testis propter tot tantásque, quas patitur exceptiones, de quibus infrà dicam, & certi iuris sit in probatione cuiuslibet indicij testes non solùm debere esse duos, sed etiam omni exceptione maiores, secundùm communem, de qua per Clar. *in pract. in §. final. quæst.64. vers. dixi quinimmo.* Franc. Becc. *cons. 67. n.11.* Bursat. *cons. 316. num.25. vol.3. & cons.346. num.8. lib.4.* Osasch. *decis. Pedem.70. n.16.*

4 Respondetur secundò, quòd causæ prætensæ displicentiæ non tangunt Laurentium, aut illius commodum, sed commodum, & interesse Felicis, cùm, prout deponit idem Flauius, non ægretulit Laurentius quòd Felix se nupserit, sed quòd se homini tam vili, & abiecto, prout erat Cosmus, nupserit, & tamen causa, seu displicentia, vt odium producat, & inimicitiam, non solùm debet respicere personam inquisiti, sed etiam debet esse grauis, & magna, vt indicium faciat. Cason. *de indic. & tortur. tract.2. cap.3. numero 8. & seq.* Blanc. *de indic. numero 130.* Bertaz. *cons.556. numero 22. lib.2.* Vulpell. *cons.99. numer.2.* Dicere enim, quòd ex omni displicentia causata ab offenso oriatur indicium contra eum, qui displicentiam habuit, est nimis absurdum, nec iure probatur.

5 Respondetur tertiò quòd tam ex testibus ad defensam examinatis, quàm ex testibus fisci plenè constat quòd non solùm Laurentius non ægretulit matrimonium Felicis, sed quòd immo maximam de eo habuit lætitiam ex quo liberatus fuit ab illius manu gratias Deo egit, & in signum gratiarum sanctissimam Lauretanam Virginem visitauit, & istis testibus magis credendum est cùm deponant ad exclusionem delicti quàm deponentibus contrarium, si qui essent (prout non sunt) Boss. *in tit. de defensione reorum, numero 7. in fine,* Gabriel *tit. de testib. conclus. 4. numero 21.* Roland. *cons. 57. numero 48. & 49. libr.4.* Mascard. *de probat. libr.1. conclus.496. n.15. & 16.*

6 Respondetur quartò, quòd dato millies quòd in processu constarent causæ inimicitiæ inter Laurentium, & Alexandrum, prout non constant, adhuc ex illis nullum oriretur indicium, nisi etiam constaret, quòd dictæ causæ essent notæ ipsi Laurentio, sed sic est, quòd in processu non apparet Laurentium sciuisse, quòd hoc matrimonium fuerit tractatum ab Alexandro; ergo, &c.

7 Ad secundum indicium prætensarum minarum, respondetur primò eas non probari, nisi ex depositione Felicis, quæ etsi esset testis omni exceptione maior, adhuc minas non probat, quia minæ non per vnicum, sed per duos testes probandæ sunt, Carer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero 4.* Nouell. *in tract. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero 78. fol. mihi 88.* Bertazz. *consil.116. numero 18. libr.1.*

8 Respondetur secundò nec etiam depositione Felicis esse probatas aliquas prætensas minas ex eo quòd Laurentius ipsi dixerit, *Canallona di Campidoglio questo mercante, ti farazzare, vn giorno farò ben'io, & dirò io.* Hæc enim verba quatenus vera essent non important aliquam offensionem in personam Alexandri expressam, aut tacitam; iuxta tradita per Gandin. *in tit. de præsumt. & indicijs dubitatis, sub numero 23.* Cason. *de indic. tract. 7. cap. 1. num. 7.* cum alijs per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 1057. n.16.*

9 Respondetur tertiò quòd prędicta verba, *Vn giorno farò ben'io, & dirò*, sunt verba generalia, incerta, æquiuoca, & non importantia manualem, & illicitam vindictã; ideo nullum faciunt indicium, ad trad. per gloss. *in l. vxor,* & ibi communiter omnes, *C. qui accus. non poss.* Natt. *cons. 42. numero 3. libr.1.* Roland. *cons.11. num.37. libr.3.* Osasch. *cons.64. num.55. & seqq.*

10 Respondetur quòd si veritatem fateri velimus, prædicta verba sunt prolata non deliberatè, & appensatè, sed ex quodam amoris impetu quo Felicem prosequebatur, & sic quodammodo per iram; ideo indicium non faciunt, Carer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium, numero 1. in fin. & numero 45. lib. 1.* & præsertim quòd prout deponit eadem Felix omnis suspicio ex dictis verbis in furore prolatis sublata fuit, ex eo quòd Laurentius postea pluries consuluit Felicem vt Alexandro inseruiret, & illum plurimi faceret, & sic intrant scripta per Nouell. *in tractat. ad defensam, sectione, an indicia pro reo danda sint, numero 79. fol. mihi 88.* Vbi dixit minas non facere indicium quando per minantem fuerunt reuocatæ. Sed hic non est tractandum de minis, cùm vt præfertur nullæ probentur minæ.

11 Ad tertium indicium quòd Laurentius sit solitus similia facere, ex quo aliàs de anno 1600. composuit in scutis quindecim pro sfrisio illato in faciem Joannis Benedicti, sufficit respondere, quòd prædictum vulnus fuit ab ipso probatum in pura rixa, & ad necessariam ipsius defensionem, prout de visu proprio deponit testis ad defensam examinatus, qui licèt vnicus sit cùm non habebat

contra

contradictorem aliquem testem fisci ; plenè prob[illegible]d defensam, & contra fiscum, Aym. *cons.2.num.10.* Natt. *cons.412.n.23.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero 72.* Vulpell. *cons.67.n.8.* Honded. *cons.112.n.27.*

12 Ad quartum indicium quòd Laurentius aliàs fuerit excommunicatus, multa possent respondere, quibus omissis sat est dicere, plenè constare per testes ad defensam examinatos Laurentium de anno, de quo Parochus contrarium deponit, sumsisse sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & solitum bullettinum reportasse, de quo in actis. Immo & in eodem anno pluries sua peccata confessum esse., & sanctissimam accepisse Eucharistiam in terra Nurciæ : nec dicatur potuisse in hoc bullettino fraudem interuenisse, quia vltra quòd fraus non præsumitur, & à fisco probanda est, omnis cessat suspicio, ex plena veritatis probatione per testes ad defensam examinatos, *l. final. in princip. ff. quod met. caus. l. nuptura, in fin. ff. de iure do'.* cum aliis per Menoch. *de præsum. lib.1. quæst.31.n.4.*

13 Nihil ergo remanet quod contra Laurentium vllo pacto præsumtionem, aut indicium faciat, sed benè ad eius fauorem intrat spontanea constitutio tempore, quo in secretis erant carcerati Cosmus, & Thomas, quod maximum innocentiæ indicium est, Marsil. *in pract. §. diligenter, n.204. & seqq.* Grammat. *cons.61. num.24.* Alba. *cons 94 n.7.* Honded. *consil.107.n.56 lib.1.*

14 Accedit tortura illata Cosino, & Thomæ prætensis mandatariis quorum persistentia sine dubio etiam Laurentij innocentiam præsumere facit, iuxta tex. *in l.1.§. si quis vltro, vers. prudenter, ff. de quæstion.*

15 Et demum cùm in processu nulla appareat causa, qua Laurentius moueri potuisset ad vulnerandum, seu vulnerare faciendum Alexandrum, cessant vtique omnia indicia contra ipsum laborantia, si quæ adessent, prout non adsunt, Foller. *in pract. crimin. in verb. item quòd sororem venenauit, post num.19.* Grammat. *consil.42.n.10. in fine,* Bertazzol. *cons. 55. num. 20. & seq. lib. 2.* Menoch. *cons. 250. num.25 & seqq.* Et hæc dicta sufficiant quoad vulnus illatum Alexandro.

16 Quod verò attinet ad vulnus, quòd prætenditur illatum Io. Baptistę ab ipso Laurentio, & Aloysio simul pręcipuum fundamentum fisci stat in propositione Felicis de visu deponentis ad lucem duorum luminum, & etiā de confessione extraiudiciali ipsius Aloysij; quæ quidem Felix in hoc suo dicto conuincitur de falso. Primò dum dicit, quòd quando fuit vulneratus Io. baptista, in via, aderant duo lumina, cùm aliàs examinata Catherina pro informatione Curiæ dicit : *Ch'era oscuro, che appena si conosceua, se vn homo, che andaua strillando verso Ponte Sisto era huomo, ò bestia.* Et in vno falsa, in omnibus redditur falsa, Bald. *in l. fin. num. 18. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* Salyc. *in l. si ex falsis, numero 14. in princip. iuncto vers. sed veritas est, Cod. de transact.* Innoc. & alij *in cap. fraternitatis, extrà de heretic.* Gandin. *in titulo r. de falsar. numero 6.*

17 Secundò conuincitur de falso, dum deponit de auditu à benedicta præsente Catherina matre, *che era stato detto Alfiero, che haueua dato à quel pouer huomo*, & tamen Benedicta, & Catherina tunc examinatæ hoc negant, & sustinent in cōfrontatione Felicis, ideo falsa. Bald. *in cap. cùm causam, quæ inter. num 17.* & ibi Felyn. *num. 2. col. 5. ad med. ver. sed hanc fallentiam, extrà de testib.* Grammat. *cons. 36. num. 20. & cons. 38. num. 28.* Gabriel *tit. de testib. concl. 3. num. 11. lib. 1.*

18 Tertiò deponit Felix Io. baptistam fuisse vulneratum à duobus, qui exiuerunt de viculo, & post vulnus illatum eosdem vidisse fugientes, & cognouisse, quòd erant Alpherius, & Aloysius. *Et che l' Alfiero all'hora haueua vn gioppone di tela bianca.* Vulneratus autem examinatus dixit, quòd fuit insultatus à quatuor personis, *ch' vno mi tirò vn colpo nel viso, & gl' altri haueuano pure le spade sfoderate, che in torno molte stoccate, & erano vestiti di negro.* Ideo intrat conclusio, quòd testes deponentes contra confessionem principalis de falso suspecti sunt, & nihil probant. Butr. *in cap. cùm in, col. 2. in fine, vers. item aduertendum,* & ibi etiam Abb. *numero 4. in fin. versicul. Aduerte tamen, extrà de testib.* Vrsill. ad Affl. *decis. 465. numero 5. & 6.* Gabriel *tit. de testib. conclus. 4. num. 75. lib. 1.* vbi ampliat etiam quòd testes essent mille, nedum plures.

19 Quartò facit se inimicam Laurentij, dum dicit *Quādo mi maritai, l' Alfiero era scorrucciato con me, & con Alessandro disse tanto maledi me, che detto Alessandro si scorruccio, & incontrandomi mi disse, ti sei pur ridotta barona ? & io gli dissi, sei furfantaccio.* Ex quibus quidem iniuriis hinc inde illatis, odiū, & inimicitiam contrahi dubitandum non est. Marsil. *in l.1. §. preterea, numero 57. versi. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis, ff. de quæstion.* Blanc. *de indic. numero 104. & numero 111.* Alber. *in tractatu de testib. p.1. cap.2. numero 10. versicul. Idem esset.* Roland. *cons. 24. numero 57. & seq. lib.1.*

20 Quintò est etiam vilissima, & meretrix, & postquam fuit nupta, domi recipiebat Alexandrum eius amasium, & tamen certi iuris est, quòd meretrix in testem non recipitur, & recepta nihil probat, etiam quòd desierit meretricari, cùm & adhuc duret infamia, tex. expressus *in l. palam, §. non solùm ff. de rit. nuptiar.* Et voluit gloss. *in l.3.§. lege Iulia, in verbo palam, vers. Nota quòd etiam si desijt, ff. de testibus.*

21 Sextò, & vltimò omissis aliis pluribus exceptionibus, de quibus me remitto ad ea, quæ scripta sunt *in summario, nu. 9.* Hæc eadem muliercula est pluries sibi ipsi varia, & periura, cùm præsertim tempore illati vulneris examinata dixerit, se nihil scire de rumore successo, & idem etiam ratificauit in penultimo examine præsentis processus, sub 10. Iunij, & postea in vltimo examine sic vt suprà vidisse, & cognouisse vulnerantes deponere non erubescit. Periuro autem nihil credendum, probat text. *in c. ex parte. & ibi gloss. in verbo, de periurio.* Abb. *numero 3.* & Felyn. *numero 4. extrà de test.* Boss. *in tit. de opp s. contra testes, numero 19. & numero 51. & in tit. de inquisit. n.42.*

22 Nec facit illata tortura, tum quia tortura non purgat periurium, Aym. *cons.6. numero 16. & 48.* Ruyn. *cons. 146. numero 2. & 4. lib. 5* Roland. *cons. 16. numero 9. & 10.* Honded. *cons. 100. n. 38.* vbi aliis relatis testatur de communi.

23 Tum etiam, quia quando testis post primam depositionem habuit commoditatem loquendi cum parte, prout hanc mulierem cum Alexandro sæpius alloquutam fuisse facilè credendum est, non secundùm dictum in tortura, sed primum attendi debere scripserunt Gabriel *lib.7. conclus. 26. num. 7.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero 1. ad fin. versic. debes etiam considerare.* Cephal. *cons. 234. n.12. lib.2.*

24 Tum & tertiò, quia tortura non purgat plures defectus, & præsertim infamiam, inimicitiam, & falsitatem, prout in tortura data testi, qui vltra varietatem alios plures patitur defectus, consuluit Aym. *cons.6. num. 54. vers. Sextò respondeo,* & voluit Gabriel *lib.7. dicta conc. 26. n. 12.*

Vltra, quòd tortura data Felici non fuit data ad faciē Laurentij, nec ad purgandum alios defectus, vt sunt variationes, contrarietates & periurium.

25 Quantum ergo huic Felici, tot exceptiones patenti, sit credendum, optimè prudens iudex arbitrabitur, nec dicatur eius dictum esse adminiculatum ex confessione Laurentij, dicentis, quòd Felix aliquando contra ipsum minata fuerit velle dicere, quòd ipse, & Aloysius vulnerassent hominem illum ante fores domus suæ. Non enim per hoc Aloysius censetur approbasse veritatem suatum minatum, prout nec etiam Felix asserebat affirmatiuè, quòd ipse vulnerassent illum hominem, sed solùm, quòd sic volebat dicere. Et nihilominus si depositio Felicis, vt suprà dictum est, patitur tot & tantos defectus, itaut prorsus prosternatur, non est tractandum de adminiculis, quia adminicula non supplent huiusmodi depositiones. Soc. *cons. 118. n.8. lib.1.* Hip. Rim. *cons. 409. n.28. & seq. lib.4.* Surd. *consi. 151. n. 73.* & decis. Matuana 255. n.10. Sed si velumus stare confessioni Laurentij sunt etiā pōderanda verba eiusdē cōfessionis dū dicit Felicem in verba prædicta prorupisse iræ furore percitam, & ad inferendum ipsi metum, & quòd in se reuersa, dicebat eidem, *Ch'in quella collera haueua detto, che non*

non è Dio. Et hæc Laurentij confessio non potest à fisco scindi, tum quia non continet delictum à iure prohibitum, Gabriel *lib. 7. conclus. 19. n. 10.* Honded. *cons. 96. n. 25. lib. 1.* Bertazzol. *cons. 25. num. 9. lib. 1.* Claud. ad eundem Bertazzol. *consil. 27. litera A. in fine.*

27 Tum etiam, quia aliunde de istis minis non constat, Grat. *responso 151. num. 19. in fin. lib. 2.* Alciat. *consil. 461. num. 7. in fine vers. nam respondeo.* Honded. *consil. 96. num. 24. lib. 1.*

28 Addo, & ex abundanti quòd iam curia fatetur nullam intercessisse causam, & inimicitiam inter Laurentium Aloysium, & Ioannem Baptistam vulneratum: ergo omnis excluditur præsumtio quòd vulnerauerint, ex superiùs allegatis. Quibus non obstet, quòd fiscus prætendat errorem in persona vulnerata, ex eo quòd Laurentius, & Aloysius crediderint vulnerasse Philippum. Talis enim error vltra quòd est probandus à fisco, adhuc tamen excluditur ex diuersitate staturæ inter Philippum, qui debebat vulnerari, & Ioannem Baptistam vulneratum, cùm per testes defensiuos fuerit probatum Philippum esse magnæ & altæ staturæ, Ioannem Baptistam verò vulneratum paruæ & bassæ staturæ; ita quòd error à fisco allegatus multum inuerisimilis est, præsertim si credendum est Felici dicenti, quòd eo tempore prope locum delicti aderant duo lumina. Et sic eo minus poterat errari in persona, sed, vt dixi, onus probandi errorem incumbat fisco ex quo error in dubio non præsumitur, Bart. *in l. non fatetur, colum. final. ff. de confess. & in l. an nomine, ff. de except. & in l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. hæred.* Specul. *in titul. de primo, & secundo decreto, §. secundo, vers. sed pone.*

29 Superest aliqua dicere de Cosmo, & Thoma contra quos deponũt Petrus Paulus frater Felicis, & Hieronymus, & missis exceptionibus, quæ in informatione facti bene deducuntur, nempe vilitatis, paupertatis, variationis, contrarietatis, maleuolentiæ, & odij, crederem ex processu facilè apparere eos, & falsum dixisse, aut saltim ad falsum deponendum corruptos fuisse, præmissa priùs conclusione, quòd testium falsitas, & corruptio probatur indicijs, & coniecturis, Bald. *in l. presbyteri, num. 12. vers. Et adde. C. de Episcop. & cleric.* Felyn. *in cap. afferte, post numerũ 6. de præsumt.* Marsil. *consil. 10. num. 11.* Aym. *consil. 249. num. 3. vers. igitur iste primus testis.* Guid. Pap. *consil. 75.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1340. num. 1.*

30 Corruptionis, & subornationis prædictæ, prima oritur præsumtio ex eo quod probatum fuit per testes defensiuos, vt in summario *num. 17.* quòd dicti Petrus Paulus, & Hieronymus habuerunt curam conuocandi alios testes, illósque conducendi ad se examinandum in causa; quo casu non solùm non probant, sed valde suspecti redduntur, cùm ingerant se in eo, in quo nullo pacto se ingerere debebant, *l. vnius facinoris, §. seruo qui vltro,* vbi præsertim Marsil. *num. 7. ff. de quæst. l. quæ omnia, ff. de procurator. l. fin. & ibi gloss. ff. de offic. Prætor.*

31 Vrget secundò, quòd prædicti testes quæsiuerunt amplius subuertere ab examine testes inductos ad defensionem carceratorum, vt in summario *numero 18.* quo casu non in modico dolo esse dicuntur, Bart. *in l. si falsus, numero 2. ff. de dolo, & in l. 1. §. sed & si quis, num. 1. ff. de fals.* Tind. *de testib. lib. 1. cap. 9. numero 13.* Ant. de Butr. *in cap. constitutus, num. 5. extrà de test.* & facit tex. *in l. 3. §. si iussi dolo, vers. Et potest, ff. de tab. exhib.* Bald. & alij omnes Canonistæ *in cap. peruenit il 1. extrà de testib. cogen.*

32 Propiùs, & tertio loco accedit confessio extraiudicialis ipsius Petri Pauli, quòd Alexander promiserat pecunias, & maria, & montes, vt se examini subiiceret, vt in summario *num. 12.* & in eodem summario *num. 19.* Probatur eundem Alexandrum, Hieronymo, & eius vxori promisisse vestitum, quæ quidem sola promissio satis eorum corruptionem probat, cùm etiam sine promissione testis dicatur corruptus, sperans ex suo examine aliquod lucrum facere, ex allegatis per Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 454. n. 4.*

Sed & quartò non præsumtio, sed aperta corruptionis probatio apparet ex eo, quòd vt probatum fuit per testes defensiuos, vt in summario, *num. 14.* testes prædicti habuerunt pecunias ab Alexandro; hæc enim sola pecuniæ datio, & acceptio subornationem, & falsitatem eorum depositionis probant, secundùm Hostien. *in cap. 1. ante num. 1. versic. non conducatur,* & ibi etiam Aretin. *num. 1. versic. Et in dubio ex hoc solo,* Abb. *num. 2. ad fin. versic. Et nota quòd alio non probato,* & Dec. *num. 7. versic. in dubio autem, extrà de testib.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, n. 148. in fine, & num. 129. prope fin.* vers. Et in dubio præsumitur falsum dixisse, & est communis, vt per Soarez *recept. sent. litera T. n. 253.* 33

Et licèt præmissa solùm sufficerent pro liberatione Cosmi, & Thomæ, cùm contra eos alij non deponant, nisi prædicti Petrus Paulus, & Hieronymus, adhuc tamen eorum innocentia euidentiùs patebit, si indicia, quæ post torturam ipsis illatam superuenisse prætenduntur, discutiamus, & sunt hæc. 34

Minæ Cosmi contra Alexandrum.

Confessio extraiudicialis Cosmi, qui fecisset illum sfrisiare.

Alia confessio extraiudicialis Thomæ, *Che lui s'era arrouinato per amor di Cosmo, che gli haueua promesso dare certi denari, & non glie li daua.*

Datio vnius testonis, à Cosmo Thomæ post excarcerationem.

Apodixa procurata à Thoma in secretis carceribus, in qua certiorabat quendam hominem existentem in superioribus secretis de examine per eum facto circa personam Alpherij.

Quibus singulariter respondendo etiam circumscriptis exceptionibus, quas patiuntur Petrus Paulus, & Hieronymus super illis deponentes. Ad primum, videlicet ad minas Cosmi contra Alexandrum, dicitur illas non probari nisi per vnicum testem: ideo non afficiunt ex superius allegatis. Vltrà quòd non fuit probatum, prout nec probari potest (propter paupertatem, & vilitatem rei) ipsum esse solitum minas exequi, quod de necessitate requiritur, vt minæ indicium faciant, ad text. *in l. metum,* vbi gloss. & Doct. *C. quod met. caus. & in l. famosi, ff. ad leg. Iul. maiest. & in l. 1. C. si quis Imperat. maledixerit,* & vbique Doctores communiter, Blanc. *de indic. num. 183.* Brun. *de indic. part. 1. quæst. 3. num. 33.* Natt. *consil. 42. num. 2. lib. 1.* 35

Ad confessionem extraiudicialem Cosmi quòd fecerit sfrisiare Alexandrum, pariter dicitur eam non probari nisi per Petrum Paulum fratrem Felicis, & vnicus testis non probat confessionem extraiudicialem. *cap. fin. extrà de success. ab intestat.* Bero. *in cap. si Clerici, num. 135. vers. requiritur etiam. & num. 136. & num. 137. extrà de iud.* Menoch. *de præsumt. libr. 1. quæst. 89. numer. 21.* Viu. *opin. 138. num. 6.* 36

Ad aliam confessionem extraiudicialem Thomæ, *Che s'era rouinato per amor di Cosmo, che gli haueua promesso denari, & non glieli daua,* dicitur idem quòd non est probata nisi per vnicum testem, & vlterius, quòd hæc non est confessio delicti, sed quædam conquestio damni passi propter carcerationem ex causa Cosmi, propter quam, & propter expẽsas ab ipso factas Cosmus promiserat pecunias, & hæc interpretatio est omnino facienda potius quàm contraria, ad regulam, quòd verba confessionis in dubio, sunt semper potius interpretanda, vt excludant delictum, quàm vt includant. Bald. *in l. 1. num. 23. vers. primo casu, C. de confess.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 44. de probation.* Alciat. *de præsumt. reg. 1. præs. 1. num. 9.* Bertazz. *consil. 54. num. 2. lib. 1. & cons. 449. n. 28. vers. Nec obstat confessio. lib. 1.* 37

Et ad hoc vt confessio extraiudicialis faciat indicium debet esse specialis, & expressa, non autem generalis, tacita, seu subintellecta, Marsil. *in l. de minore, in princ. num. 49. in fine, ff. de quæst.* Brun. *de indic. ad tortur. par. 1. q. 3. num. 16.* Foller. *in pract. crimin. in verb. si confitebuntur, par. 2. numer. 13. fol. mihi 317.* Ludouic. Peguet. *decis. crimin. 17. numer. 3. & 4.* 38

Ad

39 Ad subministrationem vnius testonis factam Thomæ à Cosmo post excarcerationẽ dicti Thomæ qui perquisiuerat à Cosmo sibi mutuari scutum vnum. Nescio quomodo ex hoc possit inferri aliquod indicium ad mãdatum, tum ratione paruitatis summæ, tum ratione temporis, nẽpe post prætensũ delictũ, & post excarcerationem, præsertim cùm Thomas sit solitus in hospitio Cosmi comedere etiam ad credentiam, ex quibus sequitur testonem datum potius ex causa charitatis, vel amicitiæ, quàm ob delictum patratum, ad tex. *in c. de hoc, cum ibi not. per Doct. extrà de simon.* Gabr. *cons.* 170. *n.* 15. *&* 16.

40 Ad apodixam procuratam à Thoma in secretis carceribus vltrà, quòd non constat illam fuisse scriptam Alphetio, nec etiam fuisse transmissam, nisi ex depositione vnius vilis carcerati, & quatenus scripta, & transmissa fuerit, fuit sic requisitus à carcerato ignoto existente in superioribus carceribus, & prætensus scriptor apodixæ liberè deponit in ea nihil releuans fuisse scriptum, ex quo argui possit prætensa complicitas. Ergo cessat omnis dolus, & omne delictũ, prout in his terminis scripserunt Aym. *consil.* 3. Foller. *in pract. crimin. in fragmentis, rubr. de crimine læsæ maiestatis, n.* 66. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 130. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 244. *n.* 6. Bertazz. *cons.* 57. *n.* 15. *& seq. lib.* 1. latè Laderch. Imolen. *cons.* 203. *etiam per tot.*

41 Quæ omnia sunt dicta ex abundanti, cùm satis superque sit probasse corruptionem, & subornationem testiũ contra Cosmum, & Thomam examinatorum.

42 Verùm in præsenti causa quoad istos pauperes carceratos, omnis tollitur difficultas, si oculatus & integer iudex considerabit indicia contra Cosmum, & Thomam laborantia ante torturam illatam, cùm contra Cosmum Primò vrgeret causa delinquendi propter conuersationẽ Alexandri cum Felice eius vxore. Secundò minæ eiusdẽ Cosmi contra Alexandrum. Tertiò, quia iactantia Cosmi, quòd habuisset hominem, qui pecunia mediante aliquem occidisset. Quartò mendacia. Quintò, verba prolata à Cosmo in eius hospitio, *Questa robba andarà presto à casa del Diauolo.*

43 Contra Thomam pariter, & ante torturam illatam vrgebat. Primò, quia fuit captus cum pallio diuersi coloris ab eo, quod deferre solebat. Secundò prope locum delicti visus fuit per aliquos dies antè, & serò quidam homo cum pallio coloris bisci, simile pallio quod deferre solebat Thomas. Tertiò varietates Thomæ circa locum, in quo retinebat dictum pallium, & in quo illud accepit quando fuit captus. Quartò amicitia intrinseca cum Cosmo. Quintò indigentia, & paupertas Thomæ.

Consideret, inquam, bonus iudex quænam grauiora sint indicia, an illa quæ ante torturam illatam Cosmo, & Thomæ præcedebant, an verò ea, quæ superuenerunt indicia euidentiora, & grauiora primis, & etiam diuersi generis *l. vnius, §.* 1. *ibi, euidentioribus argumentis oppressum,* & ibi Bart. *in princ. prima opposit. & n.* 2. *in fine, ff. de quæst.* Ang. *de malef. in verb. maleficium, n.* 98. *vers. quæro quæ dicantur noua indicia*, Franc. Marc. *decis.* 280. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. Clar. *in pract. §. fin. q.* 64. *vers. vltimò videndum, prope fin.*

44 Ex quibus nihil superesse video quod possit carceratorum omnium liberationem & absolutionem impedire. Non omittendo tamen quòd cùm constet Hieronymum, & Petrum Paulum prædictos fuisse subornatos, vt suprà, insurgat iuris præsumtio quòd sic etiam & Felix, & alij testes contra eosdem carceratos deponentes subornati fuerint, & falsum dixerint. Ruyn. *cons.* 36. *n.* 4. Guido Pap. *consil.* 75. *colum.* 2. *in fine*, Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1340. *num.* 6.

45 Quòd si forsan Dominus meus iudex præallegatis non acquiescat, supplicatur restringi dubium. Non enim potui omnia perstringere dum super toto processu mihi scribendum fuit.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Laurentius pro prætensu vulnere in Alexandrum illato fuit relaxatus sua cautione de repræsentando. Iustis tamen aliis de causis fuit ipsi iniunctum exilium ad beneplacitum

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Multa de interpretatione salui conductus, & præsertim, quando possit dari extra iurisdictionem concedentis; & an datus pro capiendis & occidendis bannitis extendatur ad delationem armorum prohibitorum.

SVMMARIVM.

Principis beneficia plenissimè interpretanda sunt, n. 1. *vbi præsertim contra fiscum.*

Saluus conductus à Principe concessus non strictè, sed largè interpretandus est ad fauorem eius cui fuit concessus, num. 1.

Princeps voluisse semper præsumitur illud, quod si fuisset interrogatus concessisset, etiam quòd non expresserit, num. 2.

Saluus conductus concedi potest bãnitis ad effectum capiendi, seu occidendi alios bannitos, num. 3. *vbi etiã quòd dari non debuisset.*

Saluus conductus datus pro veniendo ad ciuitatem cẽsetur etiam datus pro transeundo, redeundo, & permanendo in eadem ciuitate, n. 4.

Saluus conductus recipit interpretationem secundùm verisimilem mentem concedentis, n. 4.

Saluus conductus concessus pro veniendo ad ciuitatem prodest etiam illi, qui præparat se ad iter faciendum, num. 5.

Saluus conductus etsi concedi non debuisset, concessus tamen seruari debet, num. 6.

Saluus conductus concessus ad effectum capiendi, & occidendi bannitos censetur etiam concessus pro delatione archibusettorum, num. 7. *& seq. Declara vt num* 17.

Banniti dicuntur hostes publici, num. 7.

Arma domi retinere venationis causa licitum est, numero 11.

Saluus conductus non prodest extra iurisdictionem cõcedentis. n. 14. *Concessus tamen seruandus est, si sic expressè fuerit dictum, d. n.* 14.

Saluus conductus recipit interpretationem à potestate concedentis, num. 14.

Saluus conductus non trahitur ad delicta futura, n. 15.

Saluus conductus non prodest illi, qui delinquit sub saluo conductu, n. 15.

CONSILIVM CXXXI.



FVIT aliàs in Tribunali Gubernatoris Vrbis dubitatum, an quibusdam bannitis de Arquata captis cum delatione archibusettorum esset seruandus saluus conductus, quem ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Marchiæ legato habere dicebant. Et quidem quòd illis saluus conductus omnino seruandus esset etiam extra iurisdictionem concedentis, eorum Aduocatus deducebat, ex eo quòd constet Illustrissimum Marchiæ legatum de ordine Sanctissimi concessisse prædictis, nedum remissionem omnium delictorum, sed præmium, & nominationem, vt ex edicto in actis producto, quando vnum ex bannitis in eodem edicto nominatis consignarent, prout in posse curiæ consignarunt, quo casu, si Pontifex dicti legati medio concessit quod maius est, remissionem scilicet delictorum omnium, quam tuti debeant esse in vniuerso statu ecclesiastico, cur nõ videtur 1

concessisse, quod minus est, securitatem inquam à loco, in quo erant banniti licèt extra suum territorium eundi ad ipsum Illustrissimum pro complemento huius beneficij, atque præmij propter talem consignationē consequendam. Sani (ni fallor) iudicij nullus. Alioquin in illud incideremus absurdum, quòd contra mentem Sanctissimi resti ingereretur tale hoc beneficium in vtilitatem publicam tributum, cùm tamen Principis beneficium quàm plenissimè interpretari debeamus. *l. beneficium. de constitut. Princ.* vbi Iason *num. 31. ex l. final. C. de agen. in reb. lib. 12.* dixit absurdum, & temerarium fore per astutam interpretationem velle beneficia Principis recludere ad strictam interpretationem, & sic posse variè interpretari Boss. *de remed. ex sola clemen. Princ. n. 69.* Grammat. *consil. 6. num. 2.* Et in materia salui conductus Menoch. *de arbitr. 2. cas. 336. n. 25.* Maximè contra fiscum, & in fauorem eius, cui beneficium fuit indultum, Dec. *in l. omnibus causis, numero 13. ad finem, de regul. iur.* Et quoad saluum conductum *cons. 51. numero 2. versi. Et quòd talis concessio,* & multo fortius, cùm hic saluus conductus nemini noceat. Dec. *ibidem n. 3.*

2 Et quòd saluus conductus datus prædictis videatur ex mente Pontificis concessus, suadet viua ratio quòd si Sanctissimus interrogatus num vellet, quòd illi consignantes in manibus curiæ bannitum promittentésque alios tradere, possint securè per territorium Præfecti Montancæ transire in prouinciam Marchiæ ad legatum hac de re pertractandi causa, certè respondisset, quòd vellet, & ideo de eius coniectutata mente datum fuisse, nemo inficiabitur. per *l. Barbarius, in fin. ff. de offic. Prætor.* Dec. *consil. 51. n. 2. per tot.* & Grammat. *dict. consil. 6. n. 19.*

3 Accedit quòd si Pontifex, & exinde legatus intendebat bannitos in edicto descriptos capi, & occidi posse per eorundem socios, vtique censendum est mandasse legato, quòd capientibus, & occidentibus daret securitatem eundi, transeundi, & permanendi vbiuis loci sui status ecclesiastici, ex regula, quòd qui vult consequens, vult antecedens. *l. illud, de acquiren. heredit.* præsertim cùm causa hæc expressa fuerit ab ipso Illustrissimo tam in edicto, quàm in ipso saluo conducto. Vltra quod etiam ex sua potestate licuisset hunc saluum conductum concedere non suis subditis, ad effectum tamen capiendi, & occidendi bannitos. per *l. omnes, ff. de re militar.* quæ iusta dicitur causa concedendi saluum conductum huiusmodi. Menoch. *cas. 337. n. 2. & pulcre suo consil. 100. num. 19. & seqq.* & D. Farinac. qui post alios ita firmat, *quæst. 29. num. 83.* & de communi testatur Blanc. *in practic. vers. Datis defensionibus, num. 26.* & de veriori, magisque communi Herculan. *de caut. de non offendend. cap. 27. n. 18.* Menoch. *de arbitr. quæst. quæst. 81. num. 11.* & cùm casus contigisset in ciuitate Asculana, saluus conductus datus bannito per Nicolaum Moronum tunc in dicta ciuitate Locumtenentem Gubernatoris, refert idem Moronus *de treug. & pace, quæst. 105. num. 13.* quem approbat Farinac. *dict. quæst. 29. num. 82. ad finem.* Et est ratio, quia ob publicam vtilitatem etiam iudex, nedum à latere legatus potest dare saluum conductum, quia exinde publica quies resultat, prout resultauit in casu nostro. *l. prima, §. quamuis, versic. Publicè enim interest. de ventre inspic. & l. lex Cornelia, ad finem, de iniur.* Menoch. *dict. quæstio. 85. num. 4.*

4 Nec obstat quòd sit datus pro veniendo, & ij capti fuerint permanentes domi, prope tamen confinium Legationis Illustrissimi, cùm etiam censeatur datus pro redeundo, transeundo, ac etiam permanendo in sumendo cibo, & dormiendo, & sensui patet, & ex eo probatur, quòd non dicitur quis securè venire, nisi securè possit recedere, & per consequens permanere. *l. fundum, §. primo, de legationibus,* Boss. *in l. relegati, num. 4. de pœnis.* Felyn. *in capit. final. numero primo, de treuga, & pace, & in cap. ego, numero 8. de iureiurand.* Boss. *de remed. ex sola clement. Princip. numer. 64.* plures Menoch. *dict. cas. 336. numer. 11. & sequentibus.* vbi hoc dixit procedere etiamsi essemus in dubio, quia tunc latissimè, & fauorabiliter interpretandus esset, ita vt complectetur facultatem etiam securè transeundi per territorium interiacens, sequitur Farinac. *d. q. 29. num. 55.* Ex quibus in fine affirmat hanc posse dici communem ex eo quoque, quod saluus conductus recipit interpretationem, secundùm coniecturatam mentem cōcedentis, Magalott. *de salu. condu. in 4. par. n. ... versic. Et in simili dicit.* Decius *consil. 51. n. 1. versic. littera salui conductus,* cum aliis à Farinac. citatis, *vbi supra num. 42.* Sed nos dicimus in claris. vbi non est opus coniecturis, *l. continuus, de verborum obligat.* cùm appareat ex prægnantibus verbis salui conductus, qui concessus videtur ad implendam intentionem ipsius legati secundùm mentem Sanctissimi in edicto expressam.

Non obstat quòd hi capti fuerint, dum comederent intra domum Ioannis Vincentij fratris dict. Ioannis Latini, quia adhuc dicimus permansionem hanc contineri sub eodem saluo conductu, ex quo cōstat inuentos fuisse paratos ad iter comedentes, & expectantes saluum conductum, quem miserunt Potestati Arquatæ, & Curiæ Nursinæ, vt illum registraret in actis, quod ex atergatione patet, ex quo deprehenditur animus, quo illo vti volebant ad capiendum, & occidendum alios bannitos, & quòd dicti Præfecti, & Potestatis scientia id facere intendebant, & tamen cōnstat, quòd destinato ad aliquod officium tempus prodest, ex quo destinatus est ad illud, *l. legato, de legationibus,* nec in itinere tutus dicetur, si securus non est, dum se quis itineri accingit. *l. qui mittantur, §. sed etsi, ex quibus caus. maior.* Menoch. *dict. cas. 336. n. 18. & 27. in fine.* 5

Quibus stantibus omninò seruandus est saluus conductus, cùm etsi non debuisset concedi, tamen concessus obseruari debeat, ne sub fide publica decepti dici possint, quæ etiam hosti seruanda est. *l. 1. C. de his, qui ven. ætatis impetrauerunt,* Bart. *in l. is, qui reus, n. 12. versic. Dico tamen, de public. iudic.* Menoch. *dict. n. 27. & 33. & cas. 337. n. 6.* Clar. *q. 32. num. 13.* & ante eum Boss. *supra n. 42.* ...nos, & alios refert, & sequitur Farinac. *dict. q. 29. num. 95.* qui *num. 97. ad finem* hoc ampliat, etiamsi repugnaret constitut. ex rationibus Peguer. *decis. 39.* quem ipse probat, & in dubio adhærendum monet huic benigniori opinioni. 6

Quòd verò post saluum conductum deliquerint dato, tamen non concesso, cùm archibusettus non fuerit repertus penes ipsos, sed in domo dicti Vincentij fratris in eam illatus intra peram clausus à quodam Iulio eorum socio, qui illum abstulerat bannito ab ipsis capto, & eorum nomine Curiæ consignato, tamen cum Illustrissimus his intendentibus, vel capere bannitos dederit ad hunc finem saluum conductum, videtur etiam ex Sanctissimi mente tacitè concessisse, vt deferrent arma etiam prohibita. Primò, quia si volebat hoc antecedens, volebat quoque necessarium eius consequens, quod est arma portare; ita in specie considerat Ancharan. *in cap. canonum statuta, numer. 254. ad constitution.* idem Romanus *in l. si quis in grau. §. vtrum, numer. 9. ad Syllan.* quo etiam facit, quòd vno permisso, permittitur quoque necessarium id ex quo faciliùs peruenitur ad illud, *l. nec is, §. hæres, de acquir. hæredit.* Sed faciliùs potest capi, & occidi bannitus portans archibusettum, & pugionem ab illis, qui eadem ferunt arma, vt sensato patet, ægrò permissa videtur huiusmodi armorum prohibitorum delatio, ita arguit Nell. *de bannitis 2. part. 2. temporis q. 48. ad medium,* & Marsil. *§. pro complemento, n. 4. versic. scias etiam.* 7

Secundò quod fauore publicæ vtilitatis est concessum, prout est quòd bannitus impunè occidatur, non debet indirectè prohiberi medium propter quod id cōsequitur suum finem. arg. *dict. §. vtrùm,* vbi Iur. Consult. Si postea procurātem in commune vtile præmio dignū dicit, multo fortius videtur indulgendum ei, quòd hoc facere possit etiam prohibitis, vel alia ratione, quia aliàs generalis loquutio fauore publicæ vtilitatis, quæ non debet recipere restrictionem, restringeretur, & sic publicum bonum occisionis bannitorum, qui hostes sunt Reipublicæ, Bart. *in d. l. vtrum, in princ.* & in terminis 8

Angel.

Angel. *de malefic. in verbo, vno flocco ferreo, numero 4.* & facit quia interest Republicæ malefactores puniri per omnem modum, *l. ita vulneratus, in princip. ibi, qualibet modo,* sub quo etiam prohibitus intelligendus est, vt interpretatur Nell. *dict. quæst. 48. post med. versicul. Septimò à natura*, & in terminis nostris Vulpell. *consil. 66. numero 7.*

9 Tertiò quia, qui permittit quod maius est, videtur etiam permittere quod est minus, atque ita cùm maius sit homicidium, quàm armorum delatio, quæ sola à iure positiuo prohibita est. Vbi homicidium omni iure diuino, & humano prohibetur, *Genes. cap. 9. & tot. tit. ad l. Corneliam de sicar.* Videtur propterea concessa delatio armorum, quæ minor est homicidio à quo confunditur, cùm illud sit in intentione primatum, ita eodem Nell. *versic. 4. à maiori.*

10 Quartò quia ad remotionem generis, remouetur quælibet eius species *l. fundi, de fund. instruct.* Sed occidens bannitum remouetur, hoc est, immunis fit ab omni pœna; ergo remoueri debet ab eo etiam pœna delationis armorum ad hunc finem delatorum, Nell. *ibidem versicul. Ad remotionem.* quod iuuatur: nam si permittitur principale, multo magis permittendũ accessorium, *cap. accessorium, de regul. iur. in 6.* non enim consideratur id quod fit, sed potius id ptopter quod fit. *l. illud, in fine, ad leg. Aquil.* Nell. *ubi versic. Septimò à natura.*

11 Quintò, quia si licet domi retinere arma venationis causa *l. 1. ff. de vi publ.* cũ liceat feras occidere; ergo cùm possint banniti impune interfici, pariter arma etiam prohibita retinere, & eis vti ab illis potuit, Roland. *consil. 3. num. 7. lib. 2.*

12 Vltimò quia præter has rationes non deest autoritas legis *in dict. §. virum,* vbi Iur. Consultus videtur loqui de iis, quæ ad consequendam libertatem aliquid vtile in commune procurant; nec desunt autoritates Doctorum, cùm præter supracitatos ita firmat Gambar. *de potest. legat. à latere, quæst. 5. num. 9. & seqq.* Menoch. *cas. 394. numero 73.* Decian. *tract. crimin. al. lib. 8. cap. 3. de prohibit. vsu armor. num. 18. versic. limita 6.* Bertazzoll. in casu eius, qui vt interficeret bannitos portauerat archibusettum *consil. 146. num. 3. libr. 1.* vbi in fine ita iudicatum restatur Baiard ad Clar. *in §. homicidium, num. 199.* vbi alios, & Vulpell. *dict. consil. 66. num. 7.* vbi quòd occidens bannitum vti potest etiam archibusettis omnino prohibitis, idem tenet ex his, & aliis, Farinac. *quæst. 103. num. 75.* vbi de communi, *& num. 26.* addit quòd in Vrbe hoc procedit etiamsi occidatur eum archibusettis paruis, quorum nedum delatio, sed etiam retentio prohibita est, ex constitutione Pij Quarti.

13 Et licèt dicta constitutio videatur hoc armorum genus sub quouis militię, aut exequutionis iustitię prętextu prohibere, nihilominus, ex quo in casu nostro saluus conductus videtur concessus de expresso ordine Sanctissimi, in consequentiam quoque videtur permissum de eius coniecturata licentia, vt ad dictũ effectum ij possent vti archibusettis etiam prohibitis, & sic licitum per illicitum expedire, Vulpell. *d. consil. 66. n. 7.*

14 Verùm prænussis non obstantibus aduersùs prædictos pro mei Fiscalatus officij debito, dicebam quòd sæpius sacra Consulta resoluit facinorosis istis Arquatæ bannitis non suffragari saluum conductum Illustrissimi Legati, & propterea, vt debitas suorum criminum luerent pœnas ad Vrbem eos transduci mandauit. Mota autem fuit sacra Consulta ad sic iubendum. Primò quia capti fuerunt extra iurisdictionem concedentis, ideo seruandus non erat, *l. final. cum ibi notatis, ff. de iurisd. omn. iud.* Si enim idem Illustrissimus Legatus hunc saluum cõductum habere vires extra suam iurisdictionem dixisset, absque dubio illis seruandus esset, etiam quòd dari non debuisset, ne sub fide publica deciperentur, prout dixi *in pract. part. 1. tit. de carcerib. q. 29. num. a 5. & seq.* cum aliis ex aduerso allegatis. Sed cùm hoc non dixerit, non præsumitur etiam voluisse facere, quod de iure facere non potest. *l. nepos Proculo, ff. de verbor. significat.* Aymon. *consil. 2414. num. 20. versic. itaque cùm dixit.*

Farinac. Conf. crim. lib. 2.

Menoch. *in terminis conf. 244. num. 11. & 16.* & dixi *in mea pract. tit. de carcerib. quæst. 29. num. 45.* vbi feci generalem conclusionem, quòd salui conductus recipiunt interpretationem à potestate concedentis.

Secundò eadem sacra Consulta considerauit, quòd cùm isti banniti fuerint capti cum pugione, & archibusetto, respectiuè dicuntur commisisse crimen læsæ maiestatis, & pœnam mortis merentur, iuxta constitutiones Pij Quarti, & Quinti renouatas in bannimentis S. D. N. Pauli Quinti. Vnde saluus conductus illis non suffragatur, tum quia non trahitur ad delicta futura, secundùm Angel. *de malefic. in verbo, quòd fama publica, n. 60. in fine vers. Quintò quæro,* Petrin. *nel. de re milit. in titulo de saluo conduct. num. 37. & num. 60.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 337. num. 13.* & dixi *in dict. quæst. 29. num. 58.* Tum etiam quia delinquens sub saluo conducto amittit priuilegium saluiconductus, & potest puniri pro omnibus delictis ac si saluum conductum non haberet, secundùm eundem Angelum *de malefic. vbi supra numer. 68. in fine,* Roman. *in l. possideri, § si seruus, num. 10. ff. de acquiren. vel amitten. possession.* cum aliis per me cumulatis *in d. quæst. 29. num. 59.* 15

16 Quibus stantibus, quæ longo sermone ab illorum D. defensore adduecuntur facilè negotio tolluntur, nam dum primò præsupponit saluum conductum fuisse datum de expresso ordine Sanctissimi, non est verum in facto. Et dum secundò facit fundamentum in edicto impositionis taleatum, eo quia dederint in manibus Curiæ Thomam Realem de Montegallo nominatum in dictu edicto, supplicatur aduerti, quòd dictum edictum excludit capita bannitorum, prout est Mandricardus. Et quoad Latinum obstat delatio armorum, vt suprà.

17 Dum tertiò aduertitur, quòd armorum delatio etiam archibusetti prohibiti nun est punibilis quando deferuntur arma pro occidendis bannitis, ad Nell. & alios ex aduerso allegatos sufficit respondere hoc non habere locum in statu Eccles. in quo, vt prædixi, & pugiones, & archibusetra, etiam quoad retentionem prohibita sunt in terminis, Foller. *in pragmat. de exulibus, num. 17.* & ibi etiam Prosper Carauita *num. 103. & seq.* Quos videri supplicatur, & constitutiones Pontificum prohibent huiusmodi armorum delationem, & retentionem etiam pro seruitiu iustitiæ, & ipsimet iustitiæ ministris, & ea deferendi licentiam, nec etiam legati de latere cõcedere possunt; ideo intrant, quæ scripsi *in pract. par. 1. tit. de var. & diuersis. quæstion. quæst. 103. num. 76.* & melius *in quæst. 108. num. 116. & seqq.* Quòd scilicet isti banniti indigent potius gratia, quàm iustitia.

Sententiæ in contumaciam latæ contra istos bannitos fuerunt exequutioni mandatæ.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Homicidium quando dicatur deliberatè commissum, & quando proditorium ad effectum vt occidens non gaudeat immunitate ecclesiastica.

SVMMARIVM.

Proditor dicitur is non solùm qui retrò offendit, & vulnerat de facie ad faciem incautum, & sine diffidatione, num. 2.

Homicidium proditorium dicitur quando quis alium occidit cum retrò vulnerando, n. 2.

Homicidium proditorium dicitur quando quis alium occidit incautum, & sine diffidatione, n. 2.

Homicidium proditorium non dicitur, quando quis in insidiis positus occidit suum inimicum, n. 3.

Confessionis nulla maior probatio, n. 3.

Inimicitia probanda est ab allegante eam, quia homines

I 2 inter

inter se præsumuntur amici, & non inimici n.3.

Testibus deponentibus contra confessionem principalis non est credendum, n.4.

Probatio releuans vno tempore facta non prodest, n.5.

Homicidium præsumitur factum in rixa, quando præcessit aliqua verbalis seu realis controuersia. n.6.

Homicidium deliberatum dicitur, quando quis occidit suum inimicum etiam casu illum inueniens, n.6.

Homicidium deliberatum præsumitur ex genere armorum & præparatione expectanda transeuntem in aliquo loco, n.7.

Homicidium deliberatum præsumitur quando quis alium occidit, & vulnerat retro, & à tergo, n.8.

CONSILIVM CXXXII.

1 X summario testium pro parte Iacobi Coalinæ occisoris dato huic sacræ Congregationi, euidenter, ni fallor, constat, quòd Iacobus videns Antonium sibi obuiantem, permisit illum transire duobus, aut tribus passibus, & postquam sic ante eum transisset, & terga versùs Iacobum vertisset, suum prosequendo iter, Iacobus ensem euaginauit, & Antonium retrò se voluentem ad rumorem euaginationis in pectore vulnerauit vnico vulnere, quo accepto statim in terram cecidit, & obiit. Et in hoc omnes testes concordant. Bene verum est, quòd ex prędictis testibus aliqui dicunt, quòd antequam Antonius se volueret Iacobus ipsum cum euaginato ense, semel, aut bis in capite percussit, & quòd tunc Antonius se voluens fuit vnico vulnere in pectore a Iacobo vulneratus, & in terram cecidit. Vtcunque sit omnes testes in substantia concludunt quòd Iacobus euaginauit ensem, & vulnerauit Antonium à tergo, siue in capite priùs, & postea in pectore, siue in pectore tantùm, dum se voluit, & non in capite. Et propterea dum in memoriali pro parte Iacobi dato ad sui excusationem exponitur, *Che lui mise mano alla spada mentre detto Pilogl stava in faccia, si come depongono li testimony 16.21.& 22.* non video quòd dicti testes tale quid dicant: immo contrarium, quòd scilicet Iacobus euaginauit ensem postquam Antonius ante eum transiuerat, & quòd retrò eum in capite vulnerauit, & postea in pectore, dum se voluit.

2 His sic in facto stantibus crederem homicidium absque dubitatione posse dici proditorium, cùm certissima sit iuris conclusio, quòd proditor dicitur is non solùm qui retro offendit. Menoch. post Blanc. quem allegat *de arb. tr. quæst. lib. 2. cas. 361. num. 27. in fine*, Decian. *lib. 7. cap. 29. numero 19. in fine*, Aloysius Catal. *in tract. de gratiis, & indultis in 4. limit. cap. 3 1. in allegat.* Francisc. Bermond. *n. 8. & n. 14.* Sed etiam is, qui alterum de facie ad faciem offendit, incautum tamen, & sine diffidatione, Paris. de Puteo *de re militar. lib. 2. quæst. 7. num. 2.* Afflict. *decis. 265. n. 64.* Gig. *de crimin. læs. maiestat. in tit. de proditor. quæst. 1. num. 16.* Cephal. *consil. 57. n. 14. & seq.*

3 Et quòd Antonius fuerit vulneratus incautus, & nihil tale cogitans, apparet manifestè, quia licèt ipsum viderit firmum cum ense in manu à pendentibus separata, & cum pallio inuoluto in brachio dimicandi in actu, vt exponitur in dicto memoriali dato pro parte Iacobi. Adhuc autem eum pertransiens Iacobus salutauit, sicut testes deponunt, iter suum prosequendo, si enim de eo dubitasset, poterat & ipse ensem ad suam defensionem euaginare, sed retro cedere: & licèt omnia præmissa locum non haberent, si, vt prætendit Iacobus, inter eos præcessisset inimicitia, iuxta doctrinam Bart. *in l. respiciendum. §. delinquunt, ff. de pœnis*, quam hodie receptam fateor. Hæc tamen excusatio nihil prorsus prodest Iacobo, quia in processu tantum abest, quòd constet de hac inimicitia, vt potiùs constet de amicitia tũ ex depositione plurium testium, tum ex propria confessione iudiciali ipsius Iacobi qua nulla maior est probatio, *cap. vestra, & cap. fin. de cohabit. Cleric. & mulier.* cũ vulgarib⁹; vltrà quòd onus probandi inimicitiam incumberet ipsi Iacobo, & non fisco, cùm homines præsumantur amici, & non inimici; & hæc est natura præsumtionis, ex traditis per Decian. *libr. 3. cap. 25. n. 20.* Menoch. *de præsum. libr. 5. præsumt. 43. n. 1.* Mascard. *concl. 19. num. 2. & concl. 898. n. 3.* Honded. *consil. 107. n. 27. & seqq.*

Nec faciunt quod 9. & 25. testis dicant audiuisse à 4
Iacobo dum se retraxerat post homicidium in Ecclesia, quòd Antonius erat suus inimicus, & quòd die antecedenti voluit ipsum interficere: nam isti testes, de auditu à Iacobo, non possunt maiorem fidem facere, quàm faceret ipse Iacobus, *cap. licet ex quadam, extrà de testibus*, & Iacobo sic asserenti præsertim post commissum homicidium, nihil est credendum vti testi in causa propria, *l. nullus, ff. de testib.* Et omni casu magis attendenda est Iacobi iudicialis confessio, quàm testium depositio, vt tradunt communiter Doctores *in c. cùm tu, extrà de testib.* Gabriel *lib. 1 tit. de testib. concl. 4. n. 75.* Caputaq. *decis. 283. n. 6. part. 3.*

Nec obstet etiam quòd inimicitia videtur probari 5
ex depositione aliquorum testium dicentium, quòd quando Antonius salutauit Iacobum, Iacobus non resalutauit Antonium quasi quòd ex hac nõ salutatione inimicitia præsumatur: nam fateor quòd tempore, quo Antonius salutauit Iacobum, Iacobus erat suus inimicus, & quòd talem se fecit, & professus est cum effectu, postquam incontinenti ipsum vulnerauit, & occidit, sed ista inimicitia de illo tempore præsumta, ipsum non excusat, nisi ante homicidium præcessisset. Quod enim vno tempore releuat, in alio tempore probatum non releuat, ad gloss. *in cap. venerabilibus, de sent. excomm. in 6.* Bart. & Doct. *in l. non solùm, §. sed vt probari, ff. de non. oper. nunc.* Decis. Pedemont. *127. n. 6.*

Minus obstat, quòd istud homicidium non delibe- 6
ratum, sed in rixa commissum dicatur, cùm ex processu appareat, quòd Iacobus ante homicidium accesserat ad macellum carnem emendo, & illam in manu deferendo versùs domum suam, quod videtur apertum signum, quòd non egressus fuerat de domo animo occidendi Antonium, sed ex alia causa; fateor enim quòd quando Iacobus egressus fuit de sua domo, & profectus fuit ad macellum ad emendum carnem, non erat certus Antonium inuenire. Ergo postquam ipsum inuenit, & occidit, quòd dicatur homicidium commissum in rixa, nego consequentiam, quia in rixa tunc dicitur commissum homicidium, quando illud præcessit aliqua rixa, aut verbalis, aut realis inter occidentem, & occisum, secundùm Boss. *in titulo de homicid. numero 58.* Sed sic est, quòd Iacobus vulnerauit & occidit Antonium, nulla inter eos præcedente altercatione tunc orta. Ergo homicidium non potest dici in rixa commissum, licèt casu forsan credens tunc eum non inuenire, inuenit, vt bene declarat Boss. *in dicto titulo de homicidio, num. 65.* & Vulpell. *consilio 127. per totum.*

Et in proposita facti specie, vltrà quòd deliberatus 7
occidendi animus Iacobi cognoscitur ex ense, quem gerebat mensuræ, & formæ prohibitæ, & ex lorica quam pariter deferebat; necnon etiam ex eo, quòd videns à longè Antonium erga eum venientem ense à pendentibus ablato, & pallio sub brachium inuoluto dimissa carne in alio loco ipsum transeuntem expectauit; ex quibus illius deliberatum occidendi animum præsumi dixerunt, Cepoll. *consil. criminal. 28. numero 7. versic. Primò quia.* Blanc. *in pract. in tractat. de homicid. §. circa quartum, numer. 64.* Vulpell. *consil. 108. numero 10.* & Menoch. *de arbitr. quæst. libro 2. cas. 363. n. 4.*

Omnis tollitur difficultas ex eo, quod subsequutum 8
est, quòd eundem Antonium ante eum pertransire permisit, & postea eum de retro proditoriè vulnerauit, & occidit; vbi enim quis alterum sic post terga percutit, dubium non est, quòd præmeditatè percutit, Cason. *de indic. & tortur. tract. 4. c. 5. num. 2. & num. 5.* Menoch. *de arbitr. casu 361. numer. 24. & 27. in fine*, Vulpell. *consil. 127. post num. 8. versicul. vel si quis quemquam post terga percuteret*, Mascard. *de probat. libro 1. conclus. 8. post numer. 18.*

Ex

Ex quibus homicidium de quo agitur proditoriè commissum esse facilè crederem.

Prosper Farinacius I.C.Romanus.

ARGVMENTVM.

Exactissimè hic agitur de causa criminali intentata post causam ciuilem, quando faciat in eadem causa ciuili supersedere, & è contra. Quando vna causa sit alteri præiudicialis, & quando etiam simulatio sit prohibita, & punibilis, vel non.

SVMMARIVM.

Commissio in actis præsentata debet esse communis, quod quando verum sit, n.1. & n.2.

Causa criminalis pendens à ciuili supersedenda est donec ciuilis expediatur, n.2. declara vt n.29. & seq.

Causa criminalis non dicitur præiudicialis ciuili, quando ciuilem non absorbet, nec oppositum crimen est exclusiuum ciuilis actionis, n.2.

Simulationis, pœna non corporalis, sed pecuniaria est, immo causa simulationis est potius ciuilis, quàm criminalis, n.3. & n.12. & 18. contrà n.33.

Simulatio nemini præiudicium afferens non est prohibita, num.3.

Simulatio non est illicita, quæ solum facta fuit pro faciliori pecuniarum exactione, n.4. & n.15. & n.21.

Compensatio de credito non iurato ad iuratum non fit, n.4. & num.22.

Compensatio non fit inter diuersa, n.5. & n.22.

Compensatio de illiquido ad liquidum non admittitur, n.5. & num.22. Procurator in criminalibus pro absente citato admittitur. Vbi solum agitur de pœna pecuniaria, n.6. & n.11. & n.16. & 17.

Stellionatus crimen, & pœna locum non habet, vbi dolus potest purgari actione ciuili ex contractu, n.8. n. 12. & num.13.

Procurator in criminalibus pro absente citato admittitur, vbi solum agitur de pœna pecuniaria. n.6. & n. 11. & num.16. & 17.

Causa ciuilis facit supersedere in criminali, quando sententia in iudicio ciuili lata parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, n.9.

Simulationis pœna locum non habet, quando constat de vero credito etiam ex alia causa, eáque expressa in contractu, n.10.

Epistola probat debitum, & habet vim rei iudicatæ inter mercatores, n.10.

Stellionatus crimen habet locum, vbi deficit particulare nomen delicti, n.12.

Stellionatus criminis pœna est pecuniaria, & non corporalis, n.12. & n.3. & 18.

Simulatio personarum interpositarum nõ est prohibita, quando constat de credito, & nõ deficit substantia cõtractus, n.14. & 15. & n.21. & n. 4. contrà n.34.

Simulatio non est punibilis, nec prohibita nisi appareat, & doceatur de causa simulationis, & qualis debeat esse ista causa, n.19. & 20.

Simulatio non præiudicialis, & ad bonum finem facta valet, n.13.14.15. & 21.

Causa criminalis, quando est præiudicialis in causa ciuili, facit supersedere in eadem causa ciuili, etiam quòd fuerit mota post causam ciuilem, n.25. & seqq. vbi respondetur contrariis.

Causa criminalis diu post ciuilem intentata non facit supersedere in causa ciuili. numero 27.

Causa criminalis dicitur præiudicialis ciuili, quando in totum perimit ius agentis, num.28.

Causa criminalis super falsitate instrumentorũ productorum in causa ciuili facit supersedere in eadem causa ciuili, num.31.

Causa criminalis etiam intentata post ciuilem facit supersedere in ciuili quando crimen criminaliter intentatum nunquam fuit oppositum in causa ciuili, secus è contra, n.32.

Simulationis pœna est pœna falsi, n.33.

Pœna magnæ falsitatis est pœna mortis, n.33.

Personarum suppositio simulationem inducit, n.34.

CONSILIVM CXXXIII.

SIGNANDÆ videntur commissiones pro parte nostra porrectæ, prima, quia per eam petitur causam hanc committi, seu iam commissam declarari, efficiendo commissionem signatam communem, vt mei principales, quod debetur à dominis de Guicciardinis consequi possint instrumẽto mediante, *l. inter stipulantem, §. si Stichum, de verb. oblig.* vbi Ias. *numero 3.* Roland. *cons. 56. numero 5. lib. 1.* Nam cùm iam Rota declarauerit eam non esse communem, ex quo domini aduersarij ea vti nolunt, debent mei principales de iuribus eorum experiri, vel coram Thesaurario, vel in Rota non etiam in facultate aduersariorum esse litigare, vel non, & iterum retinere, quod debent. Maximè cùm etiam ea reuera videatur effecta communis, nõ solùm quia in actis præsentata, Bald. *l.4. numero 16. versic. aut concernit, C. de pacto.* Rot. *decis. 17. numero 4. de dol. & contum. nou.* Mandos. *in prax. signat. commiss. 1. in princ. versicul. Tertiò præmitto.* Sed etiam, quia non simpliciter ad instantiam partis emanauerat, sed in contradictorio iudicio fuit quædam decisio iurisdictionis. Et quod plus est, dum in ea dicitur assecurandum iudicium per aduersarios, videtur per eam acquisitum ius huic parti, quo casu ea possunt vti, etiam parte inuita, Felyn. *rubr. de res. numero 3. vers. Fallit primo.* Bald. *d. l.4. numero 16.* vnde aut declaranda videtur communis ad tollendum subterfugia partis, aut ea tollenda, & causa Thesaurario committenda, aut saltem causa ad instantiam nostram in Rota committenda. 1

Secunda commissio pariter signanda videtur. Primò, quia sublata simulatione per iudicem ciuilem, & constito de debito aduersariorum, criminalitas prætensa omnino cessabit, & ideo cùm causa criminalis pendeat à ciuili, in illa supersedendum videtur, vt fuit dictum in Romana de Stocchis 9. Martij 1598. coram Gyptio quæ datur. Non enim agitur de simulatione cessionis, sed personarum tantùm, & ideo cùm cessio sustineatur, & consequenter de debito aduersariorum appareat, Bald. *l. cum precibus, numero 3. C. de probat.* Franc. Marc. *decis. 46. numero 4. par. 1.* non dicitur criminalis causa absorbere ciuilem, ita hæc non silet per eam. Rot. *decis. 133. lib. 2. p.3. numero 3.* Ad quod facit Bal. *l. fin. C. de ordin. iud.* vbi enim crimen oppositum non est exclusiuum ciuilis petitionis, criminalitas ciuilitati non obstat, adeò vt in casu isto non obstare videatur, cùm opposita simulatio personarum non tollat actionem ciuilem ex instrumento cessionis nascentem. 2

Secundò, quia reuera non adesse criminalitatem dicimus, tum quia pro prætensa personarum simulatione ad pœnam pecuniariam tantùm ex contractu, non autem ad corporalem ex crimine agi potest. Bece. *cons. 52. num. 114.* Alex. Gamb. *inter cons. Farin. 40. numero 26.* & idem Farin. *cons. 42. numero 39.* Quo fit, vt causa potius ciuilis dicatur, quàm criminalis, vt post Rot. *decis. 10. de appell. in antiq.* Menoch. *de arbitr. quæst. 82. numero 4.5.* & in terminis nostris, Gamb. *vbi suprà.* Tum quia de hac simulatione saltem punibili non apparet, quia vbi simulatio 3

malatio nomini præiudicium affert, ea non videtur prohibita, Bart. consil. 65. lib. 1. Alex. cons. 158 num. 1. & lib. 5. Dec. consil. 543. num. 19. vers. Et supradicta. Præiudicium verò nullum afferre potuit hoc casu D. Guicciardino, cùm is tunc etiam debitor esset domini Zattaræ, vt patet ex litteris ipsius, confessionem geminatam, & explicatam, continentibus Crauet. cons. 61. num. 3. Rota decis. 98. n. 2. part. 2.

4 Quapropter dici non potest hanc cessionem factam ad fraudandum Guicciardinum, quia si erat tunc debitor eiusdem Zattaræ, non potuit ab eo fraudari, sed potiùs data etiam simulatione videtur ea facta pro faciliori pecuniarum per eum exburfatarum consequutione, quod facere vnicuique licet. Bartol. l. 1. §. dolum, num. .. de dol. Franc. Marc. decis. 46. num. 3. p. 1. Becc. d. consil. 52. n. 22. 23. Quamuis etiam dici possit, quòd parum referebat, an Zattara, vel eius cessionarius esset, cù vterque haberet exequutionem paratã, nec per Guicciardinum quicquam opponi potest. Obligatio enim erat iurata, quo casu non competebat compensatio cum prætenso credito nó iurato. gloss. in t. ad nostram, in verbo pecunia de iureiur. vbi Felyn. col. 3. vers. Sed communiter. Afflict. decis. 381. n. 1. vers. contra.

5 Item cessionarius duas repræsentabat personas, alteram communis Neapolis cedentis, & alteram rationis propriæ bancariæ, quo casu minùs compensatio opponi poterat, Bald. l. eius quod, n. 4. ff. de compens. Grass. de except. 16. n. 54. Et quod plus est creditum hoc erat liquidum, computa verò solidanda illiquida, ideóque compensationem apponere non poterat. l. fin. C. de compens. Decis. Perus. 15. num. 15. Grass. de except. 16. num. 56. Accedit, quòd quatenus domini aduersarij allegant varias partitas pro ostendendo eos esse creditores Zattaræ, hæc omnia per eos in Rota deduci poterant, & hodie satis est, quòd sint prætensiones partis illiquidæ tantùm, nec de aliquo credito vero appareat, adeò vt non possit in eis fundamentum fieri, pro punienda præsertim simulatione, l. si plures, ff. de pact. cap. 2. in fine, de restit. in integr. 6. Decian. consil. 56. num. 23. lib. 1. quæ, vt dixi, non est punibilis, quoties nullum affert parti præiudicium, prout hoc casu non afferre dicimus, cùm & ipse Zattara creditor Guicciardini esset.

6 Quare de re prætensa simulatione punibili nullo modo apparere potest, & in omnem casum eius cognitio pendet à iudicio ciuili, in quo de prætensionibus partiũ discutietur, & propterea, commissio videtur signanda, & interim in causa criminali supersedendum, vel saltem mandandum iudici criminali, vt reos principales per procuratorem admittat, sicuti de iure admitti solet reus quoties pecuniaria pœna tantùm infligenda venit, vt hoc casu suprà probaui, l. 1. ff. an per al. appell. caus. red. pos. Clar. §. fin. q. 32. col. 2. versic. Cæterum. Menoch. de arbitr. q. 80. n. 120. 121.

Augustinus de Cruce.

In eadem causa secundum responsum.

7 Signanda videtur prima commissio ad instantiam Zattaræ, & Tui, in qua petitur, quòd commissio aliàs signata ad fauorem dominorũ de Guicciardinis declaretur communis, ita vt illa vti possint ad introducendam causam in Rota cum clausulis & facultatibus in dicta commissione expositis, signanda, inquam, est tam de stylo signaturæ, in qua partibus concurrentibus ad aliquid seiunctim petendum, rescriptum proueniens fit commune, quàm etiam de iure, quia actoris & rei eadẽ debet esse conditio, l. non debet, ff. de regul. iur. cap. nouiter, de iudic. & cap. prudentiam, de mut. petit. Æqualitas enim seruanda est in iudiciis, l. hos accusare, §. si seruus, ff. de accusat. vnde commissiones post princ. versic. Melius potest dici, & versic. Alij dicunt. de rest. spol. Quod tanto magis procedit in casu nostro, quia cum per Guicciardinos fuerit causa auocata à Reuerendissimo Thesaurario, & commissa in Rota, non potest amplius reuertere ad dictum Thesaurarium, qui fecit aduocationẽ, nec patietur eludi à Guicciardinis habentibus commissionem in manibus, & illius iudicium ad libitum effugere volentibus, quod est non ferendum, cùm iudicia non debeant esse elusoria, per vulg.

Quoad secundam commissionem, quòd videlicet cõmittatur A.C. siue eius D. Locum tenenti, vt supersedeat in cognitione causæ criminalis intentatæ, donec causa ciuilis terminetur, & tunc admittat inquisitos per procuratorem, pariter videtur signanda. Primò cùm iudicium ciuile ante causam criminalem introductum fuerit, per quod ciuiliter excipiendo domini de Guicciardinis consequi poterunt interesse simulationis, quam criminaliter prætendunt. Vnde cessat actio criminalis, quia non potest criminaliter agere propter dolum occasione rei quam ciuiliter agendo consequi potest. l. eleganter, in princ. ff. de dol. Bald. consil. 15. in princ. in 1. Crauett. consil. 6. num. 105. in primo, & melius consil. 208. col. fin. vers. Postremò in secundo, Paul. de Castr. consil. 411. num. 4. in primo, Rolan. consil. 75. n. 31. in primo, Menoch. consil. 98. num. 8. in primo. Gerard. Mazzol. consil. 78. n. 18. Farin. in sua pract. crim. quæst. 19. n. 36. Quod indubitatè procedit, vbi ille dolus non habet proprium nomen delicti, vt furti, vsurarum, vel simile, vt ibidem Farinac. & Bald. cons. 15. 8

Secundò, cùm à resolutione in causa ciuili, in qua videtur super creditis & partitis Zattaræ, pendeat exceptio rei iudicatæ, in criminali supersederi debet in cognitione illius, quousque causa ciuilis terminetur, vt per Honded. cons. 109. n. 61. vol. 1. 9

Tertiò absolutè negamus constare de aliqua criminalitate, seu dolo, ex quo possit procedi, regulariter enim simulatio de persona ad personam facta à creditore respectu maioris cautelæ non est reprobata à iure, & propterea cùm D. Zattara in casu nostro verè esset creditor Guicciardini summæ, quam exbursauit pro eo ciuitati Neapolis, parum refert sub quo nomine soluatur. Bald. in l. 1. C. plus val. quod agitur, & l. si ex pretio, ff. si cert. pet. Mandell. consil. 9. n. 2. & consil. 97. numer. 24. 25. & 27. Roland. cons. 47. n. 28. in 4. Alex. consil. 198. num. 10. in 7. Grat. cons. 119. n. 33. in 1. & cons. 117. num 1. in primo, Cesal. consil. 19. n. 18. Becc. cons. 52. per tot. Quod autem Zattara esset creditor Guicciardini, constat ex ipsius litteris missiua ad Zattaram adminiculata per partitas oculariter inspecta per D. Iudicem causæ criminalis, quæ litteræ serò, & maxima cum maturitate scripta, vt apparet ex eius lectura, optimè probat, & habet vim rei iudicatæ inter mercatores, vt per Rot. Ianuen. decis. 2. n. 9. viden. & decis. 18. n. 8. & decis. 41. num. 4. Et, vt dixi, an Zattara esset creditor tempore dictæ literæ, nec ne, pendet à iudicio ciuili, quod propterea cùm afferat exceptionem rei iudicatæ in criminali, in illa supersedendum est, donec ciuilis terminetur. Et ex iustificatione crediti constabit etiam de dolo, & animo fraudandi, sine quibus nemo potest puniri criminaliter, vt per Honded. d. cons. 109. n. 56. 10

Quod Tuus, & Zattara in omnem casum criminalitatis debeant admitti per procuratorem, videtur indubitatum, quia ob falsitatem, & simulationem in fraudem alterius commitittur crimen stellionatus, per quod venit imponenda pœna pecuniaria tantùm, ad cumulata per Farinac. in sua practica d. quæst. 19. num. 34. Menoch. de arbitr. cas. 381. per tot. Bertaz. cons. 11. num. 16. & 23. in primo. vbi autem venit imponenda pecuniaria tantùm, quis regulariter admittitur per procuratorem. Farinac. quæst. 68. n. 76. Menoch. de arbitr. cas. 264. Et licèt iudex possit cogere etiam vbi agitur de pœna pecuniaria ad personaliter comparendum ad effectum videndi, quo colore, & qua trepidatione quis respondeat: attamen cùm in casu nostro non solùm negetur dolus & crimen, sed illud habito pro confessato prætendatur non esse locum iudicio criminali, & sic adducatur causa ob quam reus conuictus non deberet puniri, vtique debet admitti per procuratorem: vt per Farinac. & alios alleg. d. quæst. 49. num. 144. 11

Antonius de Nobilibus Aduocatus.

In

In eadem causa tertium responsum.

12 CRimen intentatum per dominos de Guicciardinis contra Iosephum Tuum, quòd videlicet eius persona in contractu celebrato in ciuitate Neapolis fuerit supposita, & simulata in eorum fraudem, & præiudicium, dicitur crimen stellionatus, quod regulariter habet locum vbicumque deficit titulus criminis nominati, vel innominati, & in quolibet actu, in quo dolus & fraus in alterius præiudicium commissa prætenduntur, vt latè per Menoch. *de arbit. cas.* 381. *n.* 2. *&* 7. & per D. Farinac. *in sua pract. de delict. & pæn. quæst.* 19. *n.* 34. *& seqq.* Decian. *in tract. crim. par.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 8. *&* 9. pro quo crimine competit actio ciuilis parti ad interesse, vt *tot. tit. ff. & C. de dol.* & pro parte fisci debetur pœna, iudicis arbitrio, *l.* 1. *&* 3. *ff. de crim. stell.* vbi glos. Quæ pœna arbitraria, & non corporalis, sed pecuniaria reputatur, vt per D. Farinac. *ibidem, n.* 34. Bertaz. *consil.* 11. *n.* 16. *&* 25. *in primo.* Et quòd huiusmodi causa simulationis contractus sit potius ciuilis, quàm criminalis, habetur per D. Farinac. *consil.* 40. *num.* 26. vbi alios allegat.

13 Stantibus autem prædictis duæ oriuntur conclusiones. Prima, quòd in hac causa iam ciuiliter intentata coram Reuerendiss. D. Thesaurario, & per aduersarios auocata, & in Rota commissa procedi criminaliter nequit. Secunda, quòd Tuus ad illam admitti possit per Procuratorem. Quoad primam probatur, quia vbicumque dolus commissus in aliquo contractu, actione de dolo ciuiliter purgari potest, cessat accusatio criminalis de dolo, *l. & eleganter, in princ. ff. de dol.* & per consequens accusatio criminis stellionatus ad cumul. per D. Farinac. *d. quæst.* 19. *num.* 36. & propterea cùm in casu nostro per Rotam, vbi causa ciuilis commissa est, possit cognosci, & purgari dolus, non est locus accusationi criminali.

14 Quod tanto magis procedit cùm in casu nostro nullus interuenerit, aut possit allegari dolus, dato enim sine veri præiudicio, quòd pecuniæ solutæ pro D. Guicciardino essent Zattaræ, & simulatè illas dederit Tuo, vt eius personam interponeret, & cessionem reportaret, adhuc dicta simulatio de persona ad personam est licita, quia non deficit substantia contractus, & parum refert, quòd instrumentum conficiatur in personam alterius, Bald. *in l.* 2. *C. plus val. quod agitur. & l. si ex pretio,* vbi Bart. *in l. si sub specie, in fine, C. de postul.* Mandell. de Abb. *consil.* 9. *numero* 2. *& cons.* 97. *numero* 24. 25. *&* 27. Roland. *cons.* 47. *numero* 27. *in* 4. Alexand. *consil.* 198. *numero* 10. *in* 7. Grat. *cons.* 119. *numero* 34. *in* 2. *& consil.* 117. *numero* 1. Cioff. *consil.* 19. *numero* 18. Afin. *in sua pract.* §. 19. *numero* 3. *cap.* 5. *limit.* 10.

15 Nec obstat quòd in fraudem tertij talis simulatio sit prohibita, quia non per hoc annullatur contractus, sed datur actio ad interesse, vt suprà dixi. Et in casu nostro absolutè negatur fraus, quia quod ex aduerso asseritur, quòd tempore contractus essent in manibus Zattaræ tot pecuniæ Guicciardini, ex quibus eius debitum cum ciuitate Neapolis solui posset, est omnino falsum, prout ex libro dicti Guicciardini, & ex partitis datis domino meo notescere potuit. Vnde cùm de suis pecuniis soluerit Zattaræ, parum refert, cuius nomine, vt per Mandell. *d. consil.* 95. Grat. *cons.* 119. *num.* 33. *in* 2.

16 Circa secundam conclusionem quòd Tuus debeat admitti per Procuratorem, ea quo non agitur de crimine per quod veniat imponenda pœna corporis, sed pecuniaria tantùm, videtur indubitatum, ad cumul. per D. Fatinac. *quæst.* 99. *numero* 76. Menoch. *de arbitr. cas.* 264. Et licèt, vbi iudex velit præsentiam rei ad effectum vidêdi, quo vultu, quo colore, & qua trepidatione respondeat, non admittatur per Procuratorem, vt D. Fatinac. *num.* 146. Menoch. *dict. cas.* 294. Attamen in casu nostro non solùm negamus crimeo, sed illud habito pro confessato prætenditur non esse locum iudicio criminali, nec alicui pœnæ, & sic adducitur causa, ob quam reus conuictus nô deberet puniri, vtique admitti debet per Procuratorem, vt per D. Fatinac. & alios alleg. *dicta quæst.* 99. *numero* 249.

Supplicatur propterea, vel pro absolutione, & remissione ad iudicem causæ ciuilis, vel quod admittatur per procuratorem.

Antonius de Nobilibus Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

17 IN hac causa dicimus inprimis admittêdos meos principales esse per Procuratorem, quia cùm agatur de simulatione personarum, non potest agi ex crimine ad pœnam corporalem, sed ex contractu ad pecuniariam tantùm. Becc. *cons.* 52. *n.* 124. Farinac. *cons. crimin.* 42. *num.* 39. & Alexand. Gamb. *inter cons. eiusdem cons.* 40. *n.* 26. Et quoties ad pœnam pecuniariam agitur, semper reus admittitur per Procuratorem, iuxta tex. clar. *l.* 1. *ff. an per al. appell. caus. redd. poss.* Socin. *cap. veniens, num.* 68. *vers. sed quero, de accus.* de com. Clar. § *fin. quæst.* 32. *colum.* 2. *ver. caeterum,* Menoch. *de arbitr. quæst.* 80. *n.* 120. *&* 121. Farinac. *consil. crim.* 85. *n.* 363.

18 In tantum vt etiam videatur potius ciuilis, quàm criminalis, vt post Rot. *decis.* 10. *de appell. in antiq.* tenet in terminis nostris dictus Gambara inter cons. Farinac. *cons.* 40. *n.* 26. Immo dicit Rota *dicta decis.* 10. *de appell. in antiq.* quòd vbi etiam causa esset criminalis, sed iudex commutasset pœnam corporalem in pecuniariam, causa & sententia diceretur ciuilis, potius quàm criminalis, & sequitur Menoch. *de arbitr. q.* 82. *n.* 45. Ideo, vt tanto magis procurator pro eo admittendus veniat, etiamsi pœna esset fisco applicanda, Gambar. & Menoch. *vbi suprà* post Bald. Alexandr. & alios quos allegat.

19 Tertiò principaliter dicimus non apparere de aliqua simulatione saltem prohibita, & punibili, quia, vt appareat de simulatione, debet doceri de causa simulationis, Bart. *cons.* 65. *n.* 4. *lib.* 1. Alexand. *cons.* 198. *n.* 10. *lib.* 7. Abb. *cons.* 9. *n.* 1. Becc. *dict. cons.* 52. *n.* 26. *&* 33. Nec quælibet causa sufficit, sed debet esse ad propositum, de quo agitur, sufficiens, & idonea, Abb. *dict. cons.* 9. *n.* 7. Bertazzoll. *cons. crimin.* 230. *n.* 6. *lib.* 1. Horded. *cons.* 41. *n.* 28. *lib.* 2. & tenuit Rota in Firmana restitutionis dotis 26. Iunij 1610. Coram R. P. D. Lancellotto.

20 Causa autem nulla sic affertur, ob quam persona simulata fuerit: nam si D. Zattara erat creditor Guicciardini ex eius literis propriis, in quibus non semel, & perfunctoriè, sed pluries, & ex proposito se debitorem vocat, & se summopere commendat, quę confessio propria nullam admittit probationem in contrarium, *l. cùm te, C. de transact.* Crauett. *cons.* 61. *n.* 3. *& cons.* 171. *n.* 4. Marsil. *singul.* 202. Rota *decis.* 98. *num.* 2. *par.* 2. Non etiam potuit fieri simulatio ad fraudandum Guicciardinum, vt ex aduerso supponitur cùm esset debitor, & ideo cessat causa simulationis, & consequenter ipsamet prætensa simulatio, Bertazzoll. *consil. criminal.* 230. *numero* 6. *lib.* 1.

21 Vltrà quòd quatenus etiam persona simulata esset, cùm ad alium finem fieri potuerit, quàm vt faciliorem exactionem propriam pecuniarum haberet D. Zattara creditor Guicciardini simulasse dicitur ad conseruandas res proprias, quæ simulatio licita est. Bart. *l.* 1. § *dolum, n.* 1. *ff. de dolo,* Franc. Marc. *decis.* 46. *num.* 3. *par.* 1. Bertrand. *cons.* 163. *num.* 3. *lib.* 8. Becc. *cons.* 52. *num.* 22. 53. Et hinc sequitur quòd etiam dato quòd simulata esset persona; attamen non esset simulatio prohibita, sed pecuniaria, quæ puniri non potest, cùm nullum afferat præiudicium parti. Bart. *dict. cons. lib.* 1. Alexan. *cons.* 198. *num.* 10. *lib.* 7. Dec. *cons.* 543. *num.* 19. *vers. Et supradicta.* nam siue Tuus ageret, siue Zattara omni casu Guicciardinus soluere debebat, cùm esset debitor, nedum dictæ quantitatis, sed etiam maioris summæ.

22 Imò, quod plus est, dato, quòd computa aliqua essent inter Guicciardinum, & Zattaram solidanda, attamen si Zattara egisset vigore dicti instrumenti cessionis, non poterat excipere Guicciardinus de solidatione computorum, tum quia instrumentum est iuratum, nec compensatio de debito iurato ad non iuratum fieri potest, glos. *vers. pecunia, cap. ad nostram* 1. *de iureiur.* vbi Felyn. *col.* 3. *versicul. Sed communior.* & de magis communi

Afflict. *decis.* 381. *n.* 1. *vers. Tamen contr.* Dec. Paris. *cons.* 15. *n.* 7. Grass. *de exception. except.* 16. *n.* 27. *vers. Supradictus.* Tum quia repræsentant duas personas, vnam scilicet tanquam electi Neapolis cedentes, & alteram tanquam persona propria, vt post Bald. *in l. eius quod, n.* 4. *C. de compens.* Notat Grass. *de except.* 16. *n.* 54. Tum quia hoc creditum est liquidum, & instrumento publico probatum habente hypothecam cum renunciationibus, & clausulis amplissimis, computa illiquida sunt, & altiorem indaginem requirunt. *l. fin. C. de compensat.* Rota Perus. in his ferè terminis, *decis.* 15. *num.* 15. cum allegatis per Grass. *de except.* 16. *num.* 56.

23 Vnde nullo modo potest dici aliquod præiudicium illatum parti ex prætensa simulatione personarum, quia simulatio in omnem casum dicitur facta ad bonum finem, nec domino Guicciardino aliquod illatum præiudicium, cùm vnus & alius agens vigore dictæ cessionis non potest repelli aliqua exceptione, sed omnino soluere tenetur. Non enim contractus est simulatus, sed verus, & dato, quòd persona esset simulata, contractus valet ad fauorem personæ veræ, Bald. *l. cum precibus, num.* 3. *C. de probat.* Franc. Marc. *d. decis.* 46. *num.* 4. *par.* 1. Grass. *de except.* 131. *num.* 19. Ideoque sicuti Zattara habebat executionem paratam ex d. instrumento agendo, nec prætextu computorum repelli poterat, vt dixi, ita simulatio quatenus adesset, non videtur prohibita, nec consequenter punibilis.

Augustininus de Cruce.

In eadem causa contra præmissa responsa aliud pro fisco responsum.

24 CÆsar Zattara, & Ioseph Tuus in commissione, pro eorum parte porrecta contra fiscum, & Guicciardinos illi adhærentes tria petunt. Primò, vt commissio obtenta pro parte Guicciardinorum ciuiliter in Rota sit communis. Secundùm, vt iudex crimioalis A.C. corã quo est introducta causa simulatæ, & fraodulentæ cessionis, supersedeat in ea, donec in Rota causa ciuilis terminetur. Tertium, vt finita d. causa ciuili, idem iudex criminalis eas admittat per procuratorem. Tria hæc ex aduerso petuntur vnico verbo, iure resoluuntur. Primum non indiget commissione noua, quia iam aduersarij illam obtinuerunt. Secundum concedatur, sed cum clausula, prout de iure. Tertium pariter concedatur cum simili clausula, prout iuris.

25 Si aduersarij aliud non quærunt, nisi id, quod iuris est, absque dubio nuper dictis, & oblatis acquiescere debẽt. Verùm, vt simpliciter rescribatur esse supersedendum in causa criminali, prout sic simpliciter petũt, vel quòd Rota cognoscat, an sit in ea supersedendum, nec ne, ab omni iure prorsus alienum videtur. Nam regulare est, quòd quando causa criminalis est præiudicialis ciuili, tunc etiam post ciuile iudicium inchoatum principaliter intentata facit supersedere in ciuili, & non econtra, & hoc quia causa criminalis dicitur maior, & potior ciuili, tex. est apertus *in l. fin. C. de ordin. iudic.* dum ibi dicitur, *quoniam ciuili quæstione intermissa sæpe fit, vt prius de crimine iudicetur, quod vtpote maius merito minori præfertur*, vt ibi glos. *in verbo, sæpè, versic. Item sic.* Bart. & Bald. *in summario*, Cyn. Paul. de Castr. & Salyc. *num.* 1. Item est text. *in l. tum ciuili, & ibi gloss. in verbo, Tempore.* Bellapert. *colum.* 1. *versic. sed opponitur il* 2. Bart. *in prima opposit.* & Salyc. *n.* 1. *C. eodem.*

26 Et hæc eadem conclusio non solùm iure, sed etiam communiter à Doctoribus recepta fuit, prout testatur Plot. *consil. crim. diuers.* 73. *num.* 1. *& seqq. libr.* 2. *in fol.* Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 2. *num.* 4. *versic. Sed quæro nunquid*, vbi quòd ita concludunt communiter, & quotidie seruatur. Et rursus prædicta conclusio fuit sæpius canonizata in Rota, vt videre est apud Puteum *decis.* 265. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. *diuers. decis.* 267. *n.* 2. *tom.* 3. Cæsar. de Grass. *decis.* 3. *n.* 1. *rubr. de exceptionibus*, vbi sic testatur de magis communi intellectu, tex. *d. l. fin. C. de ordin. iudic.*

27 Et in tantum est verum, vt causa criminalis faciat supersedere in ciuili, & non econtra, etiam quòd fuerit intentata post ciuile iudicium, vt propterea dicãt communiter Doctores sufficere non esse intentatam diu post ciuile iudicium, prout scripserunt Cyn. *in l.* 1. *n.* 1. *vers. Præterea imputandum est ei, quia se arct. suis, & num.* 16. *vers. Aut non constat, C. de his, qui accus. non poss.* Alber. *in l. iudicati, n.* 4. *vers. Idem si imputari possit, C. si ex falsis instrumentis*, Salicet. *in l. si docueris, post num.* 2. *C. ad leg. Cornel. de falsis.* Angel. *de malef. in verb. inchoata, num.* 20. Afflict. *decis.* 229. *num.* 1. *&* 2. Capic. *decis.* 25. *num.* 5. Grammat. *decis.* 60. *post num.* 4. Et demum hæc controuersia videtur resoluta ex constitutione Pij Quarti super reformatione Rotæ, *in vers. Etsi auditor*, vbi adsunt hæc præcisa verba, *etsi causa criminalis præiudicialis fuerit causæ ciuili, in eius cognitione supersedeat*, ergo in ciuili supersedendum, & non in criminali.

28 Quòd autem in casu nostro causa criminalis sit præiudicialis ciuili, apparet euidenter, quia si cessio fuerit simulata, & fraudulenta, prout prætendunt fiscus, & adhærentes, nullam vtique merebitur executionem, & sic in totum perimet ius actoris, Anchar. *consil.* 62. *num.* 1. Aym. *consil.* 280. *num.* 1. *& inter cons. crim. diuers. consil.* 74. *num.* 5. *tom.* 2. *in folio.* Et pariter in casu nostro res videtur iam resoluta, cùm habeamus commissionem signatam A. C. directam, in qua specialiter ipsi committitur, vt constito sibi, quòd causa criminalis sit præiudicialis ciuili, faciat in eadem ciuili supersedere.

29 Non obstant modò ex aduerso deducta, & primò decisio Rotæ coram Gyprio in vna Romana de Stocchis 9. Martij 1598. Primò enim respondetur non esse mirum si in casu illius decisionis Rota mandauerit supersedere in causa criminali, quia causa criminalis fuit intentata diu post iudicium ciuile inchoatum in Rota, nempe post duas sententias, vt in ea expressè legitur, & sic intrat declaratio, quam mox supra posui, quæ non applicatur casui nostro.

30 Respondetur secundò, quòd in eadem decisione præsupponitur, quòd de vitio litigiosi super quo fuit fundata querela criminalis post binas sententias intentata fuerat pluries discursum, & resolutum in Rota non obstante exceptione litigiosi donationem, de qua ibi, esse validam, & iudicio ciuili fuit iudicatum non adesse crimen, hoc ideo non erat supersedendum in ciuili post criminalem causam intentatam super eodem crimine, super quo fuerat ciuiliter pronunciatum, ne aliàs in diuerso iudicio contrariæ sequerentur sententiæ, & quia sententia in vno lata, in alio parit exceptionem rei iudicatæ, ad trad. per Cyn. *in l.* 1. *n.* 6. *vers. ratio est*, & ibi etiam Salycet. *n.* 9. *C. quando ciuilis actio criminali præiudicet.* Bart. *in l. duo*, §. *hoc edicto, n.* 1. *vers. videte Domini*, & ibi etiam Ang. *n.* 2. *ff. de vi bonor. rapt.* cum simil. Non sic in casu nostro, in quo nunquam fuit ciuiliter proposita, nedum discussa simulatio, & fraus cessionis de qua agitur, ideo criminalis priùs propositæ præiudicat ciuili, & non econtra, ex præallegatis.

31 Et hinc est, quòd, si pendente iudicio ciuili in Rota, agatur de falsitate instrumenti producti in Rota coram iudice criminali, & de hac falsitate nihil vnquam fuerit dictum in Rota, tunc sine dubio causa criminalis facit supersedere in ciuili, & non econtra. Bellapert. *in l. final. in princip.* & ibi etiam Paul. de Castr. *num.* 2. *Cod. de ordin. iudic.* Salycet. *in l. si docueris, num.* 1. *in* 1. *notab. C. de falsis*, Odofred. *in l.* 1. *colum.* 3. *ante med. vers. si autem mouetur ciuilis, & colum.* 3. *n.* 10. *in fine vers. ad solutionem, C. quando ciuilis actio criminali præiudicet*, Aym. *consil.* 280. *num.* 1. *vers. Et in alia causa*, Caputaq. *decis.* 274. *par.* 2. & dixi *in mea quæst.* 100. *num.* 66.

32 Ex quibus in hac materia verissima firmari potest distinctio, quòd si id, quod criminaliter deducitur, fuerat prius ciuiliter deductum in iudicio ciuili, tunc causa ciuilis facit supersedere in criminali, secus, si id quod criminaliter intentatur, nunquam in iudicio ciuili fuerat propositum. Et propterea non refert quòd ex aduerso prætendatur causam ciuilem fuisse priùs introductam

coram

coram Thesaurario. Nam vltrà quòd Thesaurarius erat iudex incompetens, vt postea signatura indicauit, non sufficit simpliciter causam esse prius ciuiliter motam, nisi in ea fuerit etiam prius dictum, aut oppositum de crimine postea criminaliter intentato, vt ex præallegatis apparet.

33 Non obstat etiam, quòd causa simulationis non dicatur causa criminalis, prout voluit quidam Doctor Gambata inter cons. mea relatus *cons. 40. numer. 26.* Hæc enim est mera vanitas, quia simulatio facta in fraudem, & præiudicium alterius, non solùm punibilis est, sed falsitati æquiparatur, & pœna falsi punitur *l. si creditor. C. ad l. Cor-*
* *ne. de fals. l. falsus. ff. de furt.* vbi gloss. & communiter Doctores omnes. Franc. Marc. *decis. 300. par. 1.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. in verb. simulatio, conclus. 271. numero 1. & seq.* & sicut quando falsitas est magna, potest pœna mortis puniri. Ang. *in l. vbi falsi, num. 2. C. ad l. Cornel. de fals.* Capic. *decis. 130. sub numero 11. vers. sed altiùs.* Afflict. *decis. 404. num. 17. vers. secundò respondetur*, Boer. *decis. 822. post num. 8.* Ludouic. Peguer. *decis. crimin. 80. numero 12.* Ita etiam quando simulatio est magna, prout est in casu nostro, poterit saltem pœna corporali puniri.

34 Nec demum obstat, quòd simulatio, de qua agitur, nõ sit prohibita, sed licita ex eo quòd Guicciardinus erat debitor Zattaræ, & etiam quia personarum interpositio non facit simulationem prohibitam, Bald. *in l. cum precibus, numero 3. C. de probat.* Francisc. Marc. *decis. 46. numero 4. par. 1.* Nam quòd Philippus Guicciardinus esset debitor Zattaræ, hoc est, de quo quæritur, nec potest hoc resolui, nisi ex computis librorum, & quòd ex interpositione personarum, vbi agitur de tertij præiudicio, non oriatur simulatio prohibita, Bald. & Franc. Marc. ex aduerso allegati hoc non dicunt, immo contrarium, quòd potissima fraudis & simulationis conjectura sit ea quæ ex personarum suppositione deducitur. probat text. *in leg. 2. C. plus valer. quod agitur.* Cepol. *de simulat. contract. numero 74. vers. ista dua vltima præsumtiones*, Ias. *in §. si quis in fraudem, numero 47. Instit. de action.* Paris. *cons. 45. numero 17. & 18. lib. 1* Decian. *cons. 2. numero 97. lib. 1. & cons. 68. numero 7. lib. 2.* voluit Rota coram Lancellotto in vna ciuitatis Castelli bonorũ 8. Februarij 1602. *in vers. tertia coniectura.*

35 Præiudicium autem in casu nostro est euidens, quia cùm inter Zattaram, & Guicciardinum adsint computa datorum, & receptorum ascendentia ad scuta quatuor millionum, & ex dictis computis vnusquisque se creditorem prætendat, Zattara nolens computa fieri, sed volens via executiua extorquere à Guicciardinis scuta 120000. quamuis soluerit de pecunijs ipsius Guicciardini, simulauit solutionem factam de pecunijs Iosephi Tui & ipse Tuus vti cessionarius, dicta scut. 120000. virtute cessionis exigeret, ne Guicciardini possent de eorũ credito cõpensationèm opponere, & computa reuidere. Et in omni casu an hæc sit simulatio, an verò punibilis, iudex criminalis cognoscet: satis est in puncto de quo agitur, quòd in proposita facti specie criminalis causa facit supersedere in ciuili, & non econtra.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De laicis offendẽtibus exequutores Curiæ ecclesiasticæ in actu exequutionis, an possint puniri à iudice seculari. Et quando verum sit quòd in delictis mixti fori habeat locum præuentio inter iudicem secularem, & ecclesiasticum. Quandóve iudex, cuius iurisdictio turbata est, possit turbantem punire. Breue est responsum, sed substantia plenum.

SVMMARIVM.

Præuentio locũ habet in criminibus mixti fori inter iudicem secularem, & ecclesiasticum. Declara dummodo præuentio sit realis per capturam de mandato iudicis, secus si per spontaneam constitutionem rei ab alio iudice citati, num. 2.

Birruarios Curiæ ecclesiasticæ offendens in actu capturæ, & exequutionis ab ecclesiastico iudice puniri debet, & non à seculari, num 3.

Eximens captum ex manibus Curiæ dicitur turbare iurisdictionem iudicis qui capturam decreuit, n. 4.

Turbans iurisdictionem iudicis criminaliter punitur ab illo iudice, cuius iurisdictio turbata est, num. 4. Amplia vt num. 5.

Iudex cuius iurisdictio turbatur contra turbantem, procedit etiam quòd alius esset iudex incompetens, & etiam quòd turbans sic iurisdictionem esset persona publica, num. 4. & 5.

Familiares Cardinalium non sunt exemti à iurisdictione ordinarij iudicis, præsertim in criminalibus, n. 6.

Familiaritates Cardinalium ex priuilegio, & non inseruientes actu non gaudent priuilegio familiaritatis, num. 6.

CONSILIVM CXXXIV.

DATO millies, quòd delictum de quo agitur sit mixti fori, adhuc modò non potest Curia secularis cognoscere causam Alberti de Rauenna, qui Laurentiam à birruarijs Archiepiscopalis Curiæ captam ex eorum manibus eripuit, & eosdem birruarios offendit sub prætextu, quòd se spontè in manibus dictæ secularis Curiæ constituerit, & sic præuenerit. 1

Illa enim regula, quòd in delictis mixti fori habeat locum præuentio, & quòd iudex qui præuenit, causam cognoscit, procedit, quando præuentio realis fit per capturam de mandato iudicis, secus si sponte à reo, qui iam ab vno iudice citatus, noluit coram eo, sed coram altero comparere. Boss. *in tit. de for. compet. n. 97. & seqq. vbi n. 101.* præsertim loquitur quando quis comparet coram illo iudice corã quo de delicto minus constat. Francisc. Becc. *cons. 69. n. 7. & 8. lib. 1.* Carauit. *super ritu magnæ Curiæ 246. n. 15. & 16.* vbi, & multo magis si spontanea comparitio fuit facta postquam quis fuit citatus ab alio iudice, & ibi testatur de communi obseruantia, sequitur cum Clar. *in §. final. quæst. 34. vers. de cætero autem.* Quare etiam, quòd delictum, de quo agitur, esset mixti fori, remittendus tamen est Albertus Curiæ Archiepiscopali, coram qua magis liquet, & magis constat de ipsius delicto, ex præallegatis. 2

Verùm quòd quando laicus offendit birruarios Curiæ Archiepiscopalis, in actu præsertim exequutionis, & capturæ, prout est casus noster, tunc delictum non mixti fori, sed merè ecclesiasticum reputetur, ita quòd offendentes exequutores Curiæ ecclesiasticæ ab ipso ecclesiastico iudice, & non à seculari puniri debeant, scripserunt Paul. de Castro *in l. addictos, numer. 6. C. de Episcop. audien.* vbi loquitur in fortioribus terminis, Alber. *in l. si quis fortè, §. si quos Comitum, vers. sed quid è contra. ff. de pœn. &* Iason *in l. 1. num. 4. C. ne quis in causa sua*, Boer. *decis. 4. num. 14.* Montemaran. *in pract. Archiepiscopalis Neapolis capit. 11.* vbi propterea testatur illam Curiam esse in quasi possessione puniendi laicos offendentes, & manus violentas inicientes in Cursores, seu exequutores Curiæ Archiepiscopalis. Et est propterea valde aduertendum ne nos in præiudicium Ecclesiæ iurisdictionis contrariam obseruantiam inducamus ad fauorem illorum ministrorum regiorum, qui, & quod peius prætendunt in delictis mixti fori esse iudices competentes etiam priuatiuè quoad iudices ecclesiasticos. 3

Cõfirmantur prædicta, quia eximere ex manibus Curiæ captum, aliud non est, quàm turbare iurisdictionẽ iudicis, qui eum capi fecit, *toto titulo, ne quis eum, qui in* 4

in tua vocatus est vi eximat, & toto titulo de eo, per quem factum erit, cum ibi notatis per Doctores, & propterea sic eximentem, & turbantem debere ab illo iudice, cuius iurisdictio turbata est, & non ab alio criminaliter puniri, scripserunt Alber. *in rubr. ne quis eum qui, in princip. versicul. Sed an aliam pœnam*, Iason. *in l. 1. numero 2. versicul. & adverte ff. eodem*. Menoch. *consil. 230. numero 81. & seqq. lib. 2.* Engen. *consil. 31. numero 1. & seqq. & numer. 28. & seqq.* vbi de communi.

5 Etiam quòd iudex, cuius iurisdictio turbata est, nullam prorsus in turbantem iurisdictionem habeat, secundùm gloss. *in capitulo 1. in verb. impedire, de officio delegati*, Innocent. *sub numero 2.* Hostien. *numero 10.* & communiter omnes alij Canonistæ ampliant etiam in iudice Delegato, & etiam in non habente potestatem coërcendi contrauenientes, & inobedientes, immo & quod plus est potest iudex, cuius iurisdictio turbata est, punire non solùm priuatas, sed etiam publicas personas habentes dignitatem, & iurisdictionem, vt per eosdem Canonistas *in eodem cap. 1. de offic. deleg.* & ibi præsertim Anchatan. *numero 1. versicul. Et aduerte*, Dec. *numero 4. & numero 26. vers. alia tamen ratione, & vers. resoluendo*, concludendum videtur, & Bero. *n. 27.*

6 Quibus non obstet prætensa familiaritas Alberti cũ Illustrissimo Legato Prouinciæ Romandiolæ, tum quia, vt notum est, hodie Cardinalium familiares sunt exemti à iurisdictione ordinariorum, præsertim dum committunt delicta, & crimina, tum etiam, quia huiusmodi familiaritates à Cardinalibus concessæ ex priuilegio familiaritatis, priuilegium non tribuũt, nisi actu interuenientibus, & in familiaritate existentibus, vt plures exornat Prob. *in addition. ad Ioan. Monac. in cap. ad succedendum, numero 7. & seqq. extrà de schismaticis.* Et ex his facilè crederem delictum de quo agitur, non mixti fori, sed merè ecclesiasticum esse, & hinc sententiam eo libentiùs amplector, quia sic in dubio sententia iurisdictioni ecclesiasticæ magis fauens semper amplectenda est.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Feudalia, fideicommissariàque bona, & alienari prohibita, quando confiscari possint, saltim quoad vsumfructum in vita delinquentis. Quando in pœnalibus, & correctoriis de casu ad casum sit licita extensio ex identitate rationis scriptæ, pluráque alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM

Bona prohibita alienari, confiscari nõ possunt etiam durante vita naturali prohibiti delinquentis, n. 2. & n. 3. vbi præsertim quando prohibitio non fuerit facta verbis vniuersalibus, & pregnantibus, & multo magis, quando talis prohibitio expressa habet iniunctum fideicommissum, & n. 20.

Prohibitio alienationis facta verbis vniuersalibus, & pregnantibus, comprehendit etiam alienationem necessariam, n. 3.

Fideicommissaria bona, iuncta expressa prohibitione alienationis confiscari non possunt, etiam quoad vsufructum durante vita delinquentis, num. 3. vers. & fortius, & num. 10.

Feudalia bona confiscari nõ possunt, sed agnatis applicantur, num. 4. contrà n. 44. Pro primo dicto n. 50. Declara nisi sint transitoria ad extraneos heredes, n. 5. & n. 22. & 38. & 44. subdeclara nisi fuerint prohibita alienari sine licentia Principis, quia tũc in fiscum non transeunt, etiam quòd sint transitoria ad extraneos heredes. num. 6. Declara vt num. 23. 27. & seqq. 39. & seq.

Feudalia bona confiscari possunt, quando in inuestitura fuit concessum expressè, vt nulla de causa confiscari possint, nisi ex causa infidelitatis, num. 7. & seqq. 35. & seq. & 55.

Vniuersalis negatiua omnia negat, & excludit, sicut vniuersalis affirmatiua omnia affirmat, & includit. n. 7.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, & illam ampliat ad casus similes, n. 8. & 35.

Feudalia bona confiscari non possunt propter solam cõtumacialem sententiam, num. 10. 18. & seq. & n. 33. Declara vt n. 41. & 42. & 54 vbi vide.

Bonorum confiscatio cedit vtilitati illius domini in cuius territorio sita sunt, num. 11. & 14. vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quod territoria sint sub eodem domino, diuerso tamẽ Præside. Declara vt n. 24. & 4.

Confiscandi potestatẽ habent feudatarij, in quos translata fuerunt iura regalia cum mero, & mixto imperio. num. 12. & 16.

Confiscatio bonorum facta de iure speciali statutorum nõ trahitur ad bona sita extra territorium, n. 14 & 15. vbi præsertim quando domini, & bursæ fiscales sunt distinctæ.

Confiscatio bonorum de iure communi non fit, nisi in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis, n. 15.

Banniti nostri temporis habiti propter contumaciam pro confessis non amittunt ea, quæ iuris communis sunt, nec iuris communis beneficia, & multo minus amittunt ea, quæ sunt iurisgentium, n. 19.

Bona prohibita alienari fauore alterius, quàm prohibiti, confiscari non possunt, numer. 10. vbi hoc amplia etiã durante vita delinquentis, & quoad vsumfructum.

Feudalia bona sine domini directi licentia nec etiam ex testamento relinqui possunt. n. 22. Declara vt n. 30. & seq.

Feudalia bona confiscantur quando fiscus, & dominus directus est idem, n. 23.

Feudalia bona confiscantur, quando in inuestitura adest expressa prohibitio alienandi sine licentia domini directi, num. 23. vide etiam num. 6. vbi videtur contrà, & n. 27. & seqq.

Confiscari non possunt bona, quando testator expressè prohibuit illa propter delictum non transire in fiscum. sed quid stante statuto, quòd huiusmodi testatorum dispositiones non valeant, num. 24. & seqq. & n. 45. & seqq. & 58. & seqq.

Princeps per inuestituram feudi, cẽsetur priuatiuè iurisdictionem feudatario concessisse, n. 25.

Constitutio Principis non trahitur, nec locum habet in terris infeudatis, num. 25. vbi præsertim quando de terris infeudatis expressam mentionem non fecit.

Constitutio publicari debet etiam in terris mediatè constituenti subiectis. n. 25.

Bona potius allodialia, quàm feudalia præsumuntur, præsertim prædia rustica, n. 26.

Iurisdictio, & dominium, quod habet Princeps, est diuersum à dominio rerum particularium, n. 28.

Princeps in qualibet inuestitura, & concessione semper præsumitur sibi reseruare ius supremum, quod in re concessa habet, num. 29.

Prohi

Prohibitio alienationis simpliciter facta non trahitur ad alienationem necessariam, videlicet ad hæredes ab intestato venientes. num. 30. & 32.

Alienationis prohibitio non trahitur ad alienationem factam in testamento, num. 31.

Feudalia bona alienari prohibita possunt etiam absq; consensu domini alienari inter agnatos in inuestitura comprehensos, num. 32.

Feudum vbi confiscari non potest, nunquid remaneat penes delinquentem, an verò agnatis vocatis in inuestitura deferatur, num. 34.

Princeps non potest derogare, nec tollere priuilegia alijs concessa per viam contractus, n. 36.

Feudalia bona non veniunt in confiscatione bonorum, nisi expressè dicatur, num. 10. Declara vt n. 41. & 42. & num. 52. & seq.

Regula, si de quo magis inesse debet, & non inest; ergo, & de quo minùs, num. 46.

Extensio de casu ad casum fit etiam in correctoriis pœnalibus, & odiosis ex identitate rationis scriptæ, n. 47. vbi idem quando si non fieret extensio, dispositio redderetur elusoria, & n. 48. Declara hoc, vt n. 60. & seqq.

Regula quòd quando vna via prohibetur, altera concedi non debet, num. 47. in fine.

Bona fideicommissaria confiscari possunt, quando à testatore non sunt expressè alienari prohibita, n. 49. Saltim quoad vsumfructum durante vita delinquentis, n. 56 Fallit, quando in fideicommissa est expressa facta mentio masculinitatis, dicto n 56. Item fallit, quando substitutio est facta gradatim, & ordine successiuo, eodem n. 56. Item fallit quando agitur de confiscatione bonorum banniti, qui potest impunè offendi, num. 57.

Feudalia bona confiscari non possunt etiam in vita feudatarij delinquentis, quoad feudi commoditatem, & vsumfructum, n. 51.

Bonorum appellatione non veniunt feudalia bona, n. 52. & 53.

Principis contractus seruandus est etiam à successoribus, num. 55.

Prohibitio alienationis tacitè inest in fideicommisso, in quo est facta mentio masculinitatis, vel quando substitutio est facta gradatim, & ordine successiuo, numer. 56.

Bannitus, qui potest impunè offendi habetur pro mortuo naturaliter, num. 57.

Testatoris prohibito, ne eius bona propter delictum confiscari possint, videtur facta in fraudem fisci, n 59.

Extensio in correctoriis, & pœnalibus simul non fit de casu ad casum etiam ex maioritate rationis, n. 60. & seq.

Extensio facienda non est de casu ad casum ex identitate rationis etiam scripta quando sumus in odiosis, & odium est irrationabile, num. 61.

Extensio denegatur de casu ad casum ex identitate rationis in correctoriis, & pœnalibus etiam quòd actus reddatur elusorius dummodo non reddatur elusorius in totum, num. 62.

Extensio in pœnalibus facienda non est ex identitate rationis scripta, ne scilicet delicta remaneant impunita quando delictum non remanet in totum impunitum, licèt minori pœna ea, quæ in dispositione pœnali continetur, num. 43.

CONSILIVM CXXXV.

1 COMES Pompeius Cantalmaius sub prætextu homicidij fuit in contumaciam condemnatus in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum. Quæritur an possint in fiscum transire arx, siue fortilitium Carpinarum, iurisdictio illi cohærens, & bona per D. Comitem Pompeium possessa in territorio Carpinarum. Et quoniã res agitur coram peritissimis, ideo paucis agemus, & concludiuè procedendo censemus dictam arcem, siue fortilitium iurisdictionem illi cohærentem, & bona in dicto territorio existentia non posse confiscari, non solùm quoad proprietatem, sed nec etiam quoad vsumfructum.

2 Primò, quia bona expressè alienari probibita non transeunt in fiscum etiam durante vita naturali prohibiti delinquentis. *l. Imperator*, vbi Bart. & Angel. *ff. de fideicommiss. libert.* Iason *in l. filius famil. §. Diui in 2. lect. numero 10. ff. de leg. 1.* vbi Ferdinand. Loaz de communi, *numero 114.* Opiz. *numero 47. in fine,* Crot. *numero 32.* Rip. *numero 47.* Alexand. *consil. 23. per tot. lib. 1.* Socin. *consil. 131. numero 22. lib. 4.* Dec. *cons. 442. numero 26. in fine, & numero 27. & 28.* Ruyn. *cons. 124. numero 5. cons. 129. numero 4. libr. 2. & cons. 23. numero 11. cons. 24. numero 9. in fine, & numero 10. & cons. 25. numero 10. lib. 5.* Alciat. *cons. 67. numero 76. lib. 9.* Socin. Iun. *cons. 77. numero 11. libr. 2. & cons. 49. numero 4. versic. Sed licèt ista, libr. 3.* Crot. *cons. 343. numero 21. lib. 3.* Rub. *cons. 98. numero 1. & consil. 154. numero 2.* Gozad. *consil. 103. numero 23.* Grat. *cons. 21. numero 63. in fine, & numero 68. libr. 2.* Boër. *decis. 268. numero 6.* Grammat. 305 *numero 31.* Roland. *cons. 31. numero 25. libr. 1. & 98. numero 14. libr. 2.* Clar. *in pract. criminal. § final. quæst. 78. vers. Item quæro nunquid, in princip.* Non. *cons. 97. numero 5* Riminal. Iun. *cons. 193. num. 4. libr. 2.* Menoch. *consil. 104. numero 39. & numero 42.* Surd. *cons. 394. numero 21. & decis. 254. numero 18.* Farinac *in practic. criminal. quæst. 25. numero 32. & num. 36. versic. Si enim bona,* vbi testatur hanc esse communem opinionem, Rot. *decis. 910. part. 3. diuers.* Et contra fiscum ab hac opinione non est recedendum, Gabriel *cons. 184. n. 3. lib. 1.*

3 Quod multo magis dicendum est in casu isto, in quo prohibitio facta est verbis vniuersalibus, & pregnantibus quæ excludunt omnem alienationem etiam ex causa necessaria, Cephal. *cons. 53. numero 21. lib. 1.* Et geminatis quæ ostendunt enixam mentem disponentis. *l. Balista, ff. ad Trebell.* & magis impediunt alienationem, Ruyn. *dict. cons. 23. numero 16. & numero 23. in fin. lib. 5.* Becc. *cons. 132. numero 17. & 18. lib. 2.*

Et fortius quia hęc expressa prohibitio alienationis iuncta est cum tacita resultante ex fideicommisso subsequenti, ideóque potentius operatur. *cap. verum, de cond. appos. §. Sanctissimas, in authen. de alienat. & emphyt.* Doctores communiter *in dict. §. Diui.* Ruyn. *d. consil. 23. numero 13. lib. 5.* Alciat. *dict. cons. 67. lib. 9.* Roland. *dict. cons. 31. num. 25. lib. 1. & dict. cons. 98. numero 20. lib. 2.* Bero *quæst. 41. numero 5. & 6.* Clar. *dict. quæst 78. versicul. Item quæro nunquid ante medium,* Gabriel *commun. conclus. lib. 7. tit. de crim. conclus. 24. numero 6.* Farinac. *dict. quæst. 25. numero 36.* vbi de communi Peregrin. *consil. 49. n. 9. lib. 3.*

4 Secundò, quia bona prædicta sunt feudalia, quæ non confiscantur, sed agnatis applicantur. Dec. *consil. 252. num. 5. versic. Præterea dato, cons. 442. numer. 29.* Socin. Iun. *consilio 49. numero 1. libr. 3.* Roland. *consil. 51. numero 31. libr. 3.* Cephal. *consil. 29. numero 13.* Boss. *in tractat. de bon publi. numero 53.*

5 Nec obstat quòd feudum istud sit transitorium ad extraneos hæredes, vnde videtur posse confiscari, Curt. Iun. *cons. 4. numero 20.*

6 Quia respondetur, ex quo feudatarij sunt prohibiti illud alienare, vel in alium transferre absq; expressa licentia Principis, cessat confiscatio, Boss. *in tit. de bon. publicat. numero 54. versicul. & ad cons. Dec.* Farinac. *in pract. crimin. quæst. 25 num. 72.*

7 Nec possunt bona ista feudalia redire ad Serenissim.

D. Ducem

D. Ducem Vrbini dominum directum, quia celsitudo sua, quando bona ista titulo oneroso infeudauit, conuenit nulla de causa ad se posse reuerti nisi ex causa infidelitatis, id est, si emtor, vel eius successores aliquid machinauerint contra personam, vel statum suæ celsitudinis, ex quo constat, quòd ob aliud delictum arx, & territorium, non possunt redire ad dominum directum; cùm enim generaliter in instrumento legatur, quòd arx, & territorium nulla de causa ad dominum directum reuerti possit, etiam causa delicti includitur, cùm illa vniuersalis negatiua omnia neget, & excludat, sicut vniuersalis affirmatiua omnia affirmat, & includit, Crauett. *consil.146.num.4.*

8 Et cùm postea excipiatur causa infidelitatis, quæ delictum est, cætera delicta remanent sub vniuersali dispositione antecedenti, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. *l.nam quod liquidè, §.final. de pœn.leg. l.quæsitum, §.denique,* Neratius, vbi gloss. *de fund. instr. uel.* Immo etiamsi in illis vniuersalibus verbis, nulla ex causa non comprehenderetur delictum, tamen cùm exceptio facta sit de delicto, illa vniuersalis dispositio antecedens ad delicta extendi debet, cùm exceptio ampliet regulam ad casus similes illi excepto. Dec. *consil.197. n.3. vers. Tertiò ad prædictam conclusionem*, Crauett. *consil. 293.n.7.vers. Nonò arguitur.*

9 Et potuissent verba inuestituræ ita concipi, vt etiam propter delictum commissum in personam domini agnati non priuaretur feudo, Dec. *dict. consil.252.n.6.*

10 Et eo magis bona feudalia confiscari non possunt, quia sententia condemnatoria lata fuit in contumaciam, quæ non debet obesse eis, qui ad bona feudalia vocantur, Farinac. *d.quæst.25.n.79.* Et fortiùs procederet si in sententia condemnatoria non fuisset facta mentio bonorum feudalium, Farinac. *d.quæst.25.n.63.*

11 Tertiò, dato, & non concesso, quòd bona existentia Arcis Dariæ, & Carpinarum confiscanda essent, nihilominus spectabant ad DD. dictæ arcis, in cuius territorio sita sunt. *l.quicumque. §. vniuersi, vers. quòd si fecerint, C.de hæret. l.final. C.de bon.vac.lib.10. l.tutores, §. hæres,* vbi Bart. *ff.de admin.tut.* Crauett. *consil.128.numero 1.& 2.versic. Sed præmissis.*

12 Habent enim DD. Comites iura fiscalia, tum quia fuerunt translata in eos iura regalia, Alexan. *consil.31.numer. 4.libr.1.* Crauett. *dict. consil. 128. numero 4.* Farinac. *dict. quæst.25.numero 103.versi. Et multo magis feudatarius*, tum quia fuerũt infeudati cum mero & mixto imperio, Roland. *consil.78.numero 9. & 19. libr. 2.* Farinac. *dict. quæst. 25.numero 103.* Ita vt bona confiscanda non pertineant ad Principem, sed ad eos Comites feudatarios, Crauett. *d.consil.128.num.3.& 4.* Farinac. *d.quæst.25. numero 103.*

Vt suprà conclusum extitit, iuris esse sentio ego Rubinus Monte Melinus de Perusio I.V.D. communicato consilio cum Excellentissimo Domino Gherardo.

Vt suprà conclusum fuit, iuris esse sentio ego Cæsar Gherardus V.I.D. Perusinus, communicato consilio cum insigni & celeberrimo I.C. D. Rubino Monte Melino, Saluo, &c.

In eadem causa secundum responsum.

13 SPiritus sanctus adsit in casu proposito quo quæritur an bona sita in territorio Carpinarum cum arce Dariæ, seu fortilitio, ac cum mero ac mixto imperio, ac iurisdictione pro tata possessa per admodum Illustrem Dominum Comitem Pompeium Cantalmatum censeantur inclusa in generali confiscatione bonorum vigore sententiæ condemnatoriæ latæ, vt asseritur, per dominum Prætorem ciuitatis Eugubi contra ipsum dominum Comitem Pompeium in eius contumaciam, causa cuiusdam asserti homicidij. Videntur duo præcipuè esse consideranda. Primò, dispositio iuris communis. Secundo verò loco testamentum quondam Perillustris D. Ioannis baptistæ de Cantalmatis eius aui paterni.

14 Quod attinet ad primum cùm dicta pœna confiscationis reperiatur in dicta sententia imposita iure speciali, hoc est, vigore statuti, quod asseritur vigere in dicta ciuitate vbi prætenditur, fuisse commissum delictum. Concludendum censeo non posse trahi ad bona sita extra territorium ipsius ciuitatis Eugubij, & specialiter ad bona sita in dicto territorio Carpinarum. Quòd territorium, vt mihi refertur, semper fuit, prout nunc est, penitus separatum à territorio ac districtu Eugubi.

De iure etenim communi, hoc est, iure authenticorum bona non confiscantur pro aliquo delicto, nisi pro crimine hæresis, vel læsæ maiestatis. *authentic. bona damnatorum, C. de bon. proscr.* communiter firmant Doctor. quos refert Farinac. *quæst.25. numero 1. qui numero 10.* facit generalem conclusionem, quòd totus mundus communiter seruat bona non confiscari in aliquo casu, nisi in dictis duobus criminibus; de qua consuetudine testatur etiam Iul. Clar. *in §.final. quæst. 78. in princip.* & Honded. *cons.95.numero 31. lib. 1.* vbi loquitur de homicidio, pro quo etiam habet locum *dict. authentic. bona damnatorum*, prout etiam firmat Bal. *cons.98.numero 4.lib.2.* Prosp. Panfetta *cons. 202.numero 65.* & Dec. *cons. 442. numero 5.* Cùm igitur dicta confiscatio non possit sustineri, nisi vigore prætensi statuti, non potuit, nec potest trahi ad bona sita extra territorium confiscantis; quando diuersi sunt domini, & bursæ fiscales distinctæ, & separatæ, tradit Nellus *de bannit. prima part. secundi temporis, quæst.17.* quem refert, & sequitur post alios Farinac. *dict. quæst 25. numero 99.* vbi de communi post Clar. *dict. quæst. 78. versic. Sed hoc quæro.* 15

Quod autem in bonis controuersis, & in eorum territorio diuersi sint domini, & bursæ fiscales distinctæ, & separatæ satis constat per instrumentum venditionis factæ per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Guidum Vbaldum primum Vrbini Ducem de anno 1499 D. Hieronymo de Bentiuolis, à cuius hæredibus causam habent DD. de Cantalmatis, in qua venditione non solùm comprehenduntur omnia bona sita in dicto territorio cum plena proprietate, sed specialiter fortilitium, seu Arx cum mero & mixto Imperio, gladij potestate, & omnimoda iurisdictione, cum omni regale, & sic venit confiscatio bonorum imposita à lege, vel statuto, vt latè probat Natt. *cons.659. numero 3.* Tradit etiã Boss. *tit. de pœn. numero 25. & tit. de regalibus, numero 15.* Crauett. *consil.128. numero 4.* plures citat Thes. *decis.132. numero 2.* volentes quòd Princeps inuestiens cum mero & mixto imperio, & cum regalibus priuat se iurisdictione, & emolumẽtis, quinimo sufficit, quòd dictum sit cum mero & mixto imperio, firmat Peregr. *de priuil. fisci, libr. 1. rubr. de iis qui iur. fisc. hab. numero 89. cum seq.* vbi reddit rationẽ, videlicet, quia cõfiscationes bonorũ sunt de primo gradu meri imperij, & sic spectat ad eum, ad quẽ fructus iurisdictionis pertinent, vt ait Peregr. *dict. tractat. lib.6. tit. 5. num. 43.* Ad quem autem fiscum, seu ad quam bursam fiscalem debeant incorporari, & applicari bona confiscata propter delictum vnius ex feudatariis, inferiùs discutietur. Nam pro nunc satis est quòd nos sumus in territorio separato, & in diuersa bursa fiscali diuersi domini. 16

Insuper conclusio suprà firmata procedit quando idem est dominus vtriusque territorij, dummodo territoria non essent sub eodem Præside Prouinciæ, vt firmat Petrus Caballus *resolut. criminal. cas. 138. num. 3.* Ac etiam quando statutum viget in vtroque loco, dũmodo bursa fiscalis sit distincta, & dominia reperiantur diuersa. Farinac. *dicto loco num. 98. in fine.* Idem sentiunt Boss. *tit. de bon. publicat. num. 62. versic. Sed quid si in hac ciuitate*, & Clar. *dict. quæst.28. versic. Sed hic quæro*; & ad hoc facit, quod dicitur de Prouincia, quæ distinguitur à iurisdictione distincta, & sic quælibet ciuitas, quæ habet sua regimina, & vtitur iurisdictione separata, appellatur vna Prouincia, secundùm gloss. *in verbo, id est, vna Prouinciæ, in l.fin.* & ibi plenè tradunt DD. *C. de præscrip. bon. temp.* Idem est dicendum de quolibet Castro habẽte regimen de per se, & iurisdictionem separatam, vt respondit Soc. Iun. *consil.76.n.7.lib.3.* 17

Præ

18 Præterea vbi confiscatio veniret de iure communi, quo casu quælibet ciuitas publicat bona in suo territorio sita, vt distinguendo concludit. Bart. *in l. cunctos populos, colum. final. C. de summ. Trinit.* non tamen procederet in casu nostro, ex quo sententia fuit lata in contumaciam, iuxta tradita per Paul. de Castr. *in consil. 319. Primum quæsitum habet duo dubia, sub num. 3. volum. 1.* Non obstante, quòd per testes constaret de delicto, Roland. *consil. 29. num. 31. lib. 3.* Etiam quòd fuerit lata in contumaciam vigore statuti; quòd contumax habeatur pro confesso, quia non per hoc efficitur seruus pœnæ, nec statum amittit, cùm sententia sit conditionalis, si veniret in fortiam communis, vt communiter firmant scribentes, teste Clar. *in §. final. quæst. 71. vers. Vlterius quæro.* Alios refert Peregr. *de priuil. fisci lib. 4. tit. de bannit. ad vlt. supp. num. 9.* & Corbolus *de emphyteusi, titul. de cau. priuat. ob mortem ciuilem, n. 72.*

19 Et quòd banniti nostri temporis ex forma statutorum volentium eos contumaces tanquam confessos posse condemnari, & impunè offendi, non amittunt ea, quæ iuris communis sunt, nec iuris communis beneficia. Et multo minus ea quæ sunt iuris gentium, latè tradit, & plores recenset de communi attestantes, Farinac. *quæst. 102. sub numer. 1. &c. de var. & diuers. quæst.* vbi *num. 8.* ampliat etiam, quòd fuerint banniti, cum publicatione bonorum, & sic perdunt solùm ea, quæ sunt in iurisdictione bannientis, quòd banniti fuerint ab officiali Imperatoris, vt per Boss. *titul. de bon. publicat. sub num. 69.* seu à Principibus inferioribus, quorum bannum non extenditur extra eorum territorium, vt per plura comprobat Farinac. *quæst. 102. n. 66. cum seqq.*

20 Quo verò ad secundum caput propositum concernens testamentum præfati D. Ioannis Baptistæ, verba eius sunt clara in ea parte, in qua D. testator prohibuit dictam arcem Dariæ, ac bona dicti territorij Carpinarum cum iurisdictione, & gladij potestate, & aliis appositis in testamento emtionis alienari, vel aliquo modo in alios extra familiam transferri per eius hæredes, & per eorum filios, nepotes, & pronepotes in infinitum, & in casu contrauentionis ex quacumque causa, vel culpa cuiuscumque ipsorum voluit omnia bona alienata ipso iure, & pleno iure pertinere & spectare in alium, & alios suos filios, nepotes, pronepotes, & descendentes in infinitum, ordine tamen successiuo. Certissima verò est iuris conclusio, quòd bona per testatorem alienari prohibita fauore alterius quàm prohibiti; videlicet fauore familiæ, vt in familia permaneant, non veniunt in generali confiscatione bonorum, sed eueniente dicto casu statim transeunt in proximiores de familia, casus est *in l. Imperator,* vbi Bart. *ff. de fideicommiss. liber.* pluribus rationibus comprobat Alexand. *consil. 23. optimè considerati, per tot. lib. 1.* Etiam quòd prohibitio alienationis fuerit simpliciter facta: nam eundem operatur effectum, etiam durante vita delinquentis, quoad commoditatem fructuum, secundum communem opinionem, de qua testatur Socin. Iun. *consil. 34. num. 8. lib. 3.* alios citat idem attestantes Bal. *consil. 98. num. 14. lib. 2.* & Hieronym. Gabriel *consil. 184. num. 3. lib. 1.* vbi inquit istam opinionem contra fiscum esse receptissimam, & per totum orbem obseruatam, latè Farinacius *dict. quæst. 25. num. 21. 32. & 35.* Lex enim iubet seruari voluntatem testatoris. §. *disponat, in authent. de nupt.* meritò ipse potest rei suæ legem, quam vult, appouere. *l. in re mandata, C. mand. l. legem, C. de pact. cum simil.*

21 Nec obstat siquis obiiceret, qualiter huiusmodi potestas testatoris reperitur in casu præsenti restricta duplici de causa. Primò videlicet, quia adest decretum ducale publicatum de anno 1563. in quo disponitur, quòd dispositiones prohibentes bona ob delictum perpetrandum publicari, aut in fiscum deuenire tam in vltimis voluntatibus, quàm aliter inter viuos emanatæ, nullius sit roboris vel momenti, prout latius constat *in d. decreto.*

22 Secundò, quia prætenduntur huiusmodi bona esse feudalia, quo casu videtur dicendum testatorem nō potuisse de illis in dicto suo testamento disponere absque consensu domini directi, per text. *in capit. primò, de success. feudal.* ibi, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente,* tradit Clar. *in §. feudum, quæst. 40. in princip.* Quare stante nullitate dict. depositionis testamentariæ, cùm etiam prætendatur feudum esse tale, de quo possit vasallus liberè disponere etiam in extraneos in præiudicium filiorum, & agnatorum cum expressa licentia domini, quoad fortilitium, & dominium, & absque aliqua licentia, quoad poteria, & alia bona particularia; ideirco publicatis bonis vasalli transeunt etiam huiusmodi bona feudalia in fiscum, vt declarat Crauetta *consil. 128. sub num. 7.* & alios recenset Surd. *decis. 254. numer. 2. cum seq.*

Præsertim quando fiscus, cui aliqua bona vasalli applicantur, est idem, qui est fiscus domini directi, prout dicitur contingere in casu isto, iuxta tradita per Clar. *in dict. §. feudum, quæst. 48. circa finem,* Farinac. *d. quæst. 25. numero 72. & 73.* Quando enim fiscus esset diuersus, forsasse præferendus esset dominus directus, præsertim quia in dicto instrumento adest expressa prohibitio alienandi absque licentia, & sic adest duplex prohibitio; vna inducta à lege, altera ab homine. Quibus stantibus feudatarius delinquens, statim dicitur cadere à iure suo, vt latè probat Hieronym. Gabriel *consil. 73. numero 9. cum seqq. libr. 2.* & Petra *de fideicommiss. quæst. 8. numero 114. & 118. cum pluribus seqq.* vbi concludit, quòd alienatio in causam delicti proueniens dicitur habere principium voluntarium, & quòd duplex prohibitio alienationis legis s. & hominis plus operatur, firmat Gabriel *d. consil. 73. num. 1.* & in specie dixit Boss. *in tit. de bon. publicat. num. 54.* Quòd quando in inuestitura adest prohibitio alienandi, tunc emphyteusis non transit in fiscum, sed in dominum. 23

Quoad primam obiectionem respondetur dupliciter. Primò, quia D. testator non prohibuit specialiter bona ob delictum publicari, & sic eius dispositio non tendit ad fraudandum fiscum. Decretum autem derogat solummodo dispositioni, per quam expressè testator fauet delinquenti ad fraudem fisci, prout egregiè declarat Pancirol. *consil. 187. num. 2. versic. Secundo insipiciendum.* 24

Secundò respondetur non esse in casu nostro attendendum decretum supradictum, non publicatum in dicto loco Carpinarum. Publicatio enim facta in aliis locis non afficit, ex quo temporis, videlicet de anno 1563. dominium saltem vtile cum mero & mixto imperio ac iurisdictione esset penes emtores, seu eorum successores, censetur enim Princeps non solùm per venditionem, sed etiam per inuestituram iurisdictionem priuatiuè cōcessisse, iuxta doctrinam Bald. *in l. 1. q. 45. ff. de rerum diuis.* quem sequuntur Doctores, quos refert Curt. Iun. *consil. 2. per tot.* & Thesaur. *decis. Pedemont. 137. num. 2.* Et magis in terminis, quòd supremus Princeps non possit statuere in terris feudarij, eò quòd in eis nullam habet iurisdictionem, vt affirmat Boss. *tit. de pœn. n. 27.* videndus Brun. *consil. 27. col. penult. n. 18.* vbi quòd dominus directus debet mandare vasallo, vt eius proclama publicari faciat, refert & sequitur Rol. *consil. 1. n. 50. libr. 2.* latè Panar. *consil. 185. per tot.* vbi quòd non potest Princeps aliquid edicere, & statuere, nec facere proclama in loco infeudato, & vbi potuerit (quia de potestate Principis non intendo disputare) non tamen præsumitur voluisse mero ac mixto imperio feudatarij præiudicare, nisi fecerit de eo specialem mentionem, prout in istis terminis Honded. *consil. 88. n. 40. lib. 2.* 25

Pro resolutione secundæ obiectionis, pōderanda sunt verba dicti instrumenti, ex quibus videtur posse colligi quædam differentia facta inter bona particularia liberè vendita, & fortilitium, seu arcem cum mero ac mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & regalibus; bona enim particularia censentur translata contra ipsum emtorem tanquam allodialia non fuerint vendita iure proprio ipsi D. Hieronymo stipulanti, & recipienti pro se, & suis hæredibus, successoribus etiam extraneis, & vltra verba expressa in instrumento adest iuris præsumtio, 26

tio, in dubio enim bona præsumuntur libera, & non feudalia, præsertim prædia rustica, quæ sui natura, & à communiter accidentibus præsumuntur liberè vendita, vt per plura firmat Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsumt. 91. num. 1. & seq. & cons. 395. num. 5. lib. 4.* Quare de istis bonis allodialibus absque dubio præfatus D. Ioannes Baptista potuit validè disponere, & sic prohibere eorum alienationem in dicto suo testamento, Roland. *cons. 100. n. 13. lib. 4.*

27 Quo verò ad fortilitium, & arcum, ac eorum dominium, siue vtile, siue directum, adest non leuis difficultas circa interpretationem verborum dicti instrumenti, præsertim vbi dicitur ad ius vtilis, directi, pleni, siue plenissimi dominij, superioritatis, ac signoriæ, &c. iuxta tradita per DD. quos refert Menoch. *dict. præsum. 91.* sed pro nunc non est opus hoc discutere in præsenti causa, cùm satis est ostendere; qualiter in illa parte instrumenti, vbi fuit facta prohibitio, quòd dominus Hieronymus eiúsque hæredes, & successores non possint, nec valeant alienare, nec in alium transferre dominium, seu fortilitium, & dominium præfatum absque expressa licentia præfata Illustrissimi Domini, eius hæredum, & successorum. Voluerunt partes contrahentes intelligere de domino vniuersali, de quo in verbis dispositiuis instrumenti suprà relatis fuerat facta specialis mentio, non autem de dominio rerum particularium, & hoc suadent illa verba, quæ subsequuntur, ibi: *Quæ tamen conditio non intelligatur apposita, quoad facultatem, & libertatem vendendi potoria, & alia bona suprà vendita.*

28 Iurisdictio enim, & dominium, quod habet Dux, & Princeps, est diuersum à dominio rerum particularium, vt per Bald. *in l. 1. vnde legit.* & Bero. *consil. 152. num. 24. lib. 2.* vnde possessor rerum particularium censetur dominus directus, eò quia quælibet res in dubio præsumitur allodialis, vt suprà deductum fuit, quæ tamen regula non videtur procedere in iurisdictione, quæ secundum aliquos Doctores, potiùs feudalis præsumitur, eò quia iurisdictio dicitur potestas de publico introducta, refert Octauius Bammacarius *in comment. 5. tit. si de feudo defuncti content. cap. inter filiam, num. 5.* licèt contrarium videatur sentire Doctores citati per Menoch. *d. præsumt. 91. num. 7. & 8.* nisi fateamur, quòd isti Doctores loquuntur de castris, alijsque corporibus, non autem in iurisdictione, de qua loquitur Bammacarius.

29 Stat ergo cóclusio, quòd præfatus Illustrissimus Dux voluerit sibi, & successoribus reseruare facultatem concedendi licentiam alienandi, quoad iurisdictionem, & dominium in genere, vt ostenderet non abdicasse à se superioritatem, & illud ius supremum, quod à Principe semper præsumitur reseruatum, vt tradit Couar. *pract. quæst. cap. 4. num. 1.* Roland. *cons. 1. n. 135. lib. 2.* vbi inquit, quòd Principes non possunt dare alteri iurisdictionem, seu potestatem, quin eis remaneat maior iurisdictio, & potestas, quàm fuerit translata, per tex. *in cap. dudum, §. nos igitur, de praben. in sexto.* Idem firmat Natt. *cons. 48. num. 24. & seq. consil. 580. num. 25. & cons. 594. n. 22.* & per Peregrin. *de priuil. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 98.*

30 Quibus sic firmatis, vt penitus remoueatur obiectio præsupposita, videndum restat, an præfatus D. testator potuerit de d. generali dominio, & iurisdictione disponere eo modo, prout disposuit absque licentia. Et vbi non potuerit, an Comes Pompeius delinquendo contrauenerit dictæ prohibitioni de non alienando. Quòd autem D. Testator potuerit disponere, & sic facere de dictis donis Carpinatum prælegatum eius liberis, cum illa conditione, quòd in casu alienationis bona alienata spectarent, & pertinerent ad alium suum filium, seu nepotes, & pronepotes, satis constat, cùm huiusmodi alienatio, quæ fit hæredibus ab intestato venientibus, dicitur necessaria, eò quia quis non potest semper viuere, ideo oportet, quòd habeat hæredem, secundùm aart. *in l. si ita quis promiserit, §. hac lege, num. 1. ff. de verb. oblig.* Curt. sen. *consil. 45. num. 21.* Socin. sen. *cons. 13. in fine, lib. 3.* Meritò non censetur prohibita quando est simpliciter facta, & non limitata ad certum genus personarú, prout contingit in casu præsenti. Meritò non venit contra prohibitionem relinquendo bona suo hæredi etiam extraneo, vt sentiunt præfati Doctores, & latissimè istam conclusionem comprobat Petra *de fideicomm. quæst. 8. n. 122. & n. 258. & seq.*

Et hoc suadent verba d. instrumenti, vbi prohibita reperitur alienatio D. Hieronymo, eiúsque hæredibus, & successoribus, & sic supponitur eadem bona posse transire ad hæredes, vt successioè videtur prohibita solummodo alienatio inter viuos, & ad hoc notanda sunt etiam illa verba eiusdem instrumenti, *Non valeant alienare, nec in alium transferre, &c.* Nam alienare propriè ille dicitur, qui rem à se viuente remouet in alium transferendo, putà vendendo, donando, dando in solutum, vel quid simile faciendo, quo viuena, ipse priuatur re illa, quæ alterius fiat; etsi tantùm per actus inter viuos alienare propriè dicitur fieri, ita pulcrè inquit Socin. Iun. *cons. 97. num. 55. lib. 2.* vbi alios recenset, & sequitur Petra, vbi suprà *num. 263.* 31

Deinde si consideretur, qoòd sit feudum, fatendum etiam esset, esse hæreditarium, & posito etiam (citra præiudicium) quòd sit feudum ex pacto, ex prouidentia, & sic stipulatum pro se, & liberis, & descendentibus, potuisset nihilominus ipse D. Ioannes Baptista de illo disponere ad eius libitum inter dd. eius filios, & descendentes instituendo, seu substituendo etiam remotiores absque assensu domini. Quoniam alienatio feudi non est prohibita inter agnatos comprehensos in inuestitura, firmat Bald. *cons. 216. Fuit quidam nobilissimus, in fine, & cons. 300. lib. 2.* vbi rationem reddit, quia non videtur alienatum, quod est in agnatorum corpore, vel linea conseruatum, refert ac sequitur Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 1. gloss. 6. n. 9.* latè Cephal. *cons. 28. n. 9. lib. 1.* Peregrin. *de priuil. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 114.* vbi quòd alienatio feudi in agnatum remotiorem comprehensum in inuestitura facta sine consensu domini valida est, quoad dominum; plures citat attestantes de communi opinione, Henric. Rosental *de feud. capit. 9. conclus. 52. glo. H.* 32

Vlterius circumscripta d. dispositione testamentaria, minúsque potest pro parte fisci fieri aliquod fundamentum in alienatione, quæ prætenditur facta per D. Comitem Pompeium delinquendo: nam siue reputetur alienatio voluntaria, siue necessaria, non est opus inquirere, cùm satis sit dicere qualiter non constet de prętenso homicidio, nisi per fictam confessionem resultantem ex contumacia vigore statuti; quæ non sufficit, ad hoc enim, vt bona feudalia possint confiscari, requiritur, quòd de delicto constet per veras probationes, vt per Roland. *cons. 94. n. 22. lib. 3. & cons. 15. n. 4. lib. 4.* alios refert Carrat. *de exeq. sent. cap. 1. n. 314.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 79.* & Peregrin. *de priuil. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 110.* prout etiam requiritur, quòd in sententia confiscationis fuerit facta de illis expressa mentio secundùm Doctores, quos citat Farinac. *d. quæst. 25. n. 63. & seq.* 33

Quare vt tandem concludamus cùm prætensum feudum ob assertum delictum in particularem commissum per d. Comitem Pompeium non possit confiscari stantibus iam dictis penes ipsum remanere debet, eò quia aufertur, quod alteri nó acquiritur. *l. nec inutilem. ff. ex qu. cau. maio.* maximè cum per eum non præstetur tale seruitium, quòd possit ipsum reddere incapacem, vt benè aduertit Peregr. *de priuil. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 112.* 34

Et vbi ipse Comes Pompeius esset inhabilis, ac incapax, tunc feudum censeretur deuolutum ad filios, sed agnatos, non autem ad fiscum, cùm expressè conuentum fuerit in dicto contractu emtionis, & venditionis, quòd d. arx, seu paulatim fortilitium, ac territorium, poteriáque nulla de causa ad præfatum Illustrissimum venditorem, vel eius hæredes reuerti possint, præterquam causa infidelitatis, hoc est pro crimine læsæ maiestatis. De qua conuentione adsunt verba clara in d. instrumento, ex quibus necessariò infertur, quòd omnia alia crimina fuerint exclusa, iuxta tradita per Rimin. Iun. *consil. 134. numer.* 35

45. in tr

45. *inter consil. criminal. diuers. tom.* 1. Ea ratione, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, vt per Dec. *in l.* 1. *num.* 17. *ff. de reg. iur.* cum concord. idem scriptum reliquit *consil.* 8. *num.* 8. *lib.* 1. vbi quòd princeps, quando solummodo sibi reseruauit quasdam præeminentias, per talem reseruationem videtur reliqua omnia concessisse, illis tantummodo exceptis, idem Paris. *consil.* 9. *num.* 19. *d. lib.* 1. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 97. *num.* 35. & 37. vbi in proposito subdit, quòd in concessione iurisdictionis non continentur regalia, nisi aliqua ex regalibus fuerint reseruata, cuius conuentionis obseruantia non videtur posse in dubium reuocari; quoniam licèt Deus Principi subiecerit leges, non tamen subiecit contractus, vt inquit Socin. Iun. *consil.* 126. *num.* 17. *lib.* 3. Ideo passim firmant Doctores, quòd in feudis tenor inuestituræ ante omnia attenditur, idem Socin. *consil.* 76. *n.* 4. *lib.* 3. & in tantum hoc est verum, vt inuestitura ita concipi possit, quòd agnati non priuentur feudo propter delictum etiam in personam domini commissum, ita post Alciat. respondit Dec. *consil.* 606. *sub num.* 15. firmat Alex. *consil.* 203. *col. final. num.* 17. *vers. Quinimo lib.* 1. quem citat Dec. *consil.* 252. *num.* 6.

36 Et etiam vbi per Principem posset derogari huiusmodi priuilegiis per contractum concessis, non tamen sufficeret generalis derogatio: nam specialis exigitur, vnde firmat Hondedeus *consil.* 88. *num.* 45. & 46. *lib.* 6. vbi loquens de dicto contractu gesto per præfatum Illustrissimum Ducem Guido baldum subdit, quòd ad eius obseruantiam teneantur etiam eius successores, ex latè deductis per Cephal. *consil.* 617. *numer.* 129. & *seq. lib.* 5. Pancirol. *consil.* 119. *num.* 4. Rolan. *consil.* 100. *num.* 138. & *seq. lib.* 4. & Menoch. *consil.* 1. *n.* 228.

Et ita iuris esse censeo, saluo semper, &c.

Andreas Luscus I.C. Montauuensis.

Dubia data in eadem causa.

37 SPiritus sancti gratia, &c. Quòd bona D. Comitis Pompeij Cantalmaij aliàs per fiscum Serenissimi D. Nostri publicata ob homicidium ab eo commissum in personam D. Donati Nati, mndò sint feudalia, modò fideicommisso subiecta, debeant omnino penes ipsum fiscum remanere, exclusis ipso D. Comite Pompeio eiusdémque agnatis infrascripta dubitationis gratia excitata suadere videntur.

38 Quia quoad bona feudalia quicquid sit in feudo regulari, & antiquo prouueniente ex facto, & prouidentia concedentis, de quo non est, quòd tractemus, cùm non sit tale istud, de quo agimus, in feudo tamen hæreditario, ac ad extraneos transitorio, quale est præsens confiscatum; dicendum videtur, quòd publicatis bonis vasalli, tale quoque feudum confiscetur, Bartol. *in l. eum qui, ff. de interd. & releg.* Imol. & Castren. *in l. si finita, §. si de vectigalib.* ibique Alexand. *num* 30. *ff. de damn. infect.* Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *C. de bon. libert.* & ibidem Castren. *num.* 5. Boss. *in tit. de bon. public. num.* 19. & *seq.* & *iterum sub num.* 53. *vers. Quæ dicta prosequitur, & signanter, n.* 54. vbi dat exemplum in feudo emto, ac ad extraneos transitorio (nostro simili) de communi, Clar. §. *fin. quæst.* 78.
* *vers. Nunc videamus.*

39 Nec prædictis obstant ex aduerso proposita pro parte memorati D. Comitis Pompeij, & considerata per Alex. *in dicto §. si de vectigalibus*, & alibi, prout ipsum citando refert Boss. *loc. cit. sub num.* 54. Nempe quòd prædicta procedant durante tantùm vita delinquentis, & non vltrà. Et quando tale feudum non haberet aliquam clausulam, illud redigentem ad naturam suam, videlicet, si in instrumento inuestituræ dictum fuerit, vt hic, illud non posse alienari sine licentia domini, quia tunc redigitur ad suum statum primæuum, & non transit nisi in eos, in quos ex sui natura transire debet, & sic nec in fiscum.

40 Quia prædicta omnia optimè tolli videntur, per Boss. *loco præcit. videlicet sub dicto num.* 54. vbi respondendo contrariis dicit hunc casũ habuisse in facto, & quòd placuit ista opinio, quòd scilicet in casu præmisso tale feudũ transeat in fiscum, non obstantibus dicta licentia à domino obtinenda, nec clausulis amplissimis, de quibus ibi per eum.

Nec pariter prædictis obstare videntur adducta per 41
Excellentissimos Dominos meos Aduocatos præfati D. Comitis Pompeij, ac aliorum dominorum prætendentium in præsenti causa habere interesse, nempe quòd sententia lata publicationis bonorum contra Comitem Pompeium non comprehendat huiusmodi bona feudalia; tum quia lata est in ipsius contumaciam, & sic per fictam & non veras probationes, vbi alias in præsenti casu legitimè, plenè, ac concludenter requiruntur; tum etiam, quia in eadem sententia non fuit facta expressa, seu specialis mentio de dd. bonis feudalibus, vt erat opus iuribus, & autoritatibus super vtrumque caput allegatis; & omni casu quatenus prædicta non sustinerent, quòd talis cõfiscatio non extenderetur ad huiusmodi bona feudalia quę dicuntur separata, & sita extra territorium domini confiscantis, & quatenus etiam se extenderet, tamẽ non pertinet ad ipsum dominum confiscantem, sed ad dominum loci, vbi bona iam dicta sunt sita.

Quia pro responsione duorum capitum primo loco 42
propositorum dici forsan posset contenta in eis in casu præsenti minimè obstare, sed tantùm sibi locum vendicare in bonis feudalibus acquisitis ex facto, & prouidentia concedentis, secus in aliis ad hæredes extraneos transitoriis, cùm etenim ista sint ad instar aliorum bonorum hæreditariorum, & idem de eis iudicetur, quod de bonis ipsis hæreditariis, vt notant DD. præcit. *in d. §. si de vectigalibus*, nimirum si & ipsa comprehensa dicuntur in generali omnium bonorum confiscatione, ac in sententia lata in contumaciam delinquẽtis, vt in puncto adducitur Bossius declarando *dict. titul. de bonor. public. sub num.* 20.

Ex quibus nec obstare videtur quæstio illa proposi- 43
ta, an bonorum confiscatio extendatur extra territorium domini confiscantis, & quatenus se extendat, ad quem spectet huiusmodi confiscatio, quicquid dicant Doctor. circa bona priuatorum, in quibus ipsi loquuntur, sat est, quòd in bonis feudalibus confiscatis ob delictum à vasallo commissum, dicendum videtur, quòd ista bonorum publicatio extendatur, vbi aliàs huiusmodi in generali bonorum confiscatione comprehenduntur; esset enim ridiculum, & forsan dicere peius, quòd ista bona sint extra ditionem & territorium domini directi ipsius vasalli, & hinc istud absurdum sequeretur, quòd Dominus directus concedendo feudum vasallo priuaretur illa superioritate, quam in ipsum retinet, & quoad confiscationem bonorum delictum transiret impunè, quod tamen nullo pacto videtur affirmandum, & maximè stante instrumento inuestituræ factæ in personam primi D. Equitis Bentiuoli acquirentis; in quo clarè legitur non posse ipsum, nec eius successores ab alio habere pendentiam, seu recommendationem, nisi ab Illustrissimo D. Duce concedente, eiusq; hæredibus, & successoribus.

Et in puncto videntur tradere communiter Docto- 44
*
tes, quòd ob delictum commissum à vasallo in personam alterius, quàm ipsius domini, priuatur quidem vasallus feudo, sed exclusis filiis ipsius, eiusdémque agnatis indistinctè & absolutè consolidatur vtile cum directo, & deuoluitur ad dominum ipsius feudi, Boss. *suprà cit. de bonorum publicat. sub numero* 55. Clar. *loco per ipsum citat. quæst. præcit.* 78. *versic. Nunc videamus.* isto namque casu non possunt filij, nec agnati in huiusmodi feudo aliquid prætendere, nisi ex persona eorum Patris, ideo filios propter delictum patris feudo regularitet priuari probat text. *in cap. primo, si vasallus feudo priuetur*, & tradit Bart. *in d. l. eum, qui, n.* 1. & 2. *ff. de interd. & releg.* Et hæc quoad bona feudalia.

Quo verò ad alia fideicommisso subiecta parum vi- 45
deatur insistendum stante decreto Serenissimi expressè prohibente, quem non posse tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus disponere, & ita facere, ne sua, vel suorum bona in fiscum perrtranseant, casu quo ob

aliquod delictum aliàs de iure venirent confiscanda, & propterea, cùm in hoc clatam ipsius Decreti habeamus dispositionem, non videtur vlterius disputandum. *l. ancilla, C. de furt. cum simil.*

46 Nec obstare videtur si dicatur Decretum non comprehendere casum, de quo agitur, cùm in illo tantùm caueatur non valere eas depositiones, quibus prohibetur bona in fiscum pertransire ob delictum, & nulla fiat mentio de bonis fideicommisso subiectis, ac exprcisè alienare prohibitis, qualia dicuntur bona controuersa. Quia primo loco posset responderi, quòd si de quo magis inesse debet, & non inest; ergo de quo minus. *Auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles.* At nulli dubium, quin eo minus de iure communi bona ob delictum confiscétur, si in expresso casu delicti sit prohibita eorum confiscatio, quàm si simpliciter sint subiecta fideicommisso, & * alienari prohibita, vt tradunt communiter Doctores de materia loquentes, & signanter Boss. *d. tit. de bonor. public. sub n. 30. & seq. merito, &c.*

47 Secundò dici posset, quòd si in dicto decreto non cóprehenderentur bona fideicommisso subiecta & alienari prohibita, sed tantùm locum sibi vindicaret in casu de quo loquitur, facillimè ipsius decreti depositio elusoria redderetur, ex quo enim non possent homines prohibere bonorum confiscationem, ac eorum alienationem ob delictum (sic prohibente decreto iam citato) possent alia via hoc idem facere prohibendo, scilicet eorundem bonorum alienationem, ac ea fideicommisso strictissimè subiiciendo, & tamen ratio ipsius decreti est ea tantùm, quæ in eo scripta legitur, ne scilicet delicta remaneant impunita; quo casu eiusmodi decreti admittitur extensio de casu in eo expresso ad alios similes, & memoratos; esto quòd versaremur in correctoriis pœnalibus, & odiosis, *cap. si iu tas, de sentent. excommunic.* Ias. *in l. talis scriptura, numer. 21. ff. de leg. primo.* Et interpretatio ista fieri debet, ne dispositio reddatur elusoria, *l. si prætor. ff. de iudic. l. final. ff. ne quid in loc. public.* nec debet esse in potestate alicuius eludere decretum, similémve aliam dispositionem. *arg. leg. 2. §. sed si agant, ff. de iudic. l. ne in potestate, ff. de arbitr.* & eo minus vna via debet concedi, quod altera prohibetur, *capit. cùm quid vna via, de regul. iur. in 6.* Bald. *in leg. cùm mihi, §. si cùm lit, ff. de transact.* Non enim refert, directòne an per obliquum fraus fiat legi, *leg. cùm lex, ff. de fideiussorib. leg. non dubium, C. de leg.*

48 Quinimo in casibus prædictis, in quibus ratio est eadem, & ea quidem scripta in decreto, fit etiam ipsius extensio, in pœnalibus quoque est licita, Alexand. *in l. cùm mulier, in secundo not. ff. sol. matrim.* Ias. *in d. l. talis scriptura, num. 20. ff. de leg. primo.* Nec tunc dicitur extensio, sed potius comprehensio. *l. non minus, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verbor. signif. l. his solis, C. de reuocat. donat.* Quem text. ad hunc propositum dicit meliorem de iure Bald. *in rubr. C. de nau. fæn. gl. in c. 1. de temp. ord. lib. 6.* Bald. Alex. & Ias. *in Authent. Quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & in simili decreto videtur tenere in puncto Boss. *in loc. præcit. n. 30. 31. in fine.*

49 Tertiò, & vltimò, posset responderi assertum fideicommissum in præsenti casu minimè obstare, cùm illud (exceptis bonis Carpinarum) in aliis fuerit factum simpliciter, & absque aliqua prohibitione alienationis bonorum, vt ex ipsius lectura est videre, quo casu bona simpliciter, vt suprà, fideicommisso subiecta venire in confiscatione bonorum tradit Boss. *tit. præcitat. sub num. 34. versic. Inprimis,* sequitur Clar. *d. q. 78. versic. Item quæro, ubi, si verò fideicommissum,* vbi quòd ita practicatur. Cæterùm sint hæc proposita dubitationis gratia, soluantur tamen, & non deerit iustitiæ locus, &c.

Cæsar Nut. Prætor.

Resolutio dubiorum.

50 PRo resolutione propositarum dubitationum, duas mihi propono inspectiones, vnam quoad bona feudalia, aliam quoad bona fideicommissaria, & alienari prohibita. Quoad primam, regula stat contra fiscum, quòd feudalia bona confiscari non possunt, Bart. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 3. vers. Quæris glossa,* & ibi etiam Imol. *num. 51.* Paul. de Castr. *num. 6.* Roman. *n. 10.* Alex. *num. 30.* qui de communi testatur, *ff. de damn. infect.* Paul. de Castr. *cons. 154. circa præsentem casum. col. 2. secundùm antiquam impressionem, aliàs cons. 44. n. 2. vers. Nunc ergo est videndum, lib. 2.* Alex. *cons. 23. num. 5. vers. Idem videmus, lib. 1. & cons. 103. num. 17. eodem lib. 1.* August. ad Ang. *de malef. in verbo, præsente Gaio, post num. 4.* vbi etiam de communi Boss. *in tit. de bonor. public. num. 53.* vbi non solùm testatur de communi, sed etiam quòd ita seruatur in magistratu Mediolani, Clar. *in §. feudum, quæst. 84. in princ.* vbi alios plures de communi testantes, refert Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 7. cap. 20. vers. Quinta opinio, & seqq.* vbi relatis, & reprobatis aliis quatuor opinionibus, hanc regulam bene firmat, & comprobat.

Et in tantum præmissa regula procedit, vt nec etiam 51
durante vita feudatarij delinquentis, feudi commoditas transeat in fiscum, secundùm Bart. Alex. Imol. & Roman. relatos per Boss. *d. tit. de public. bonor. num. 53.* vbi testatur de communi, & seruata opinione Paul. de Castr. *in l. in insulam, num. 2. ff. solut. matrim.* Aluarot. *in cap. 1. §. denique, quæ sint prima causa benef. amitten. num. 26.* Hieron. Lauren. *in repet. l. Statius, §. Cornelio, ff. de iur. fisc.* vbi etiam de communi, Aym. *consil. 128. in fine,* Mandell. *consil. 250. num. 3.* Bursat. *consil. 73. num. 38. lib. 2.* vbi de veriori & magis communi Doctorum sententia, Addentes ad Clar. *in §. feudum, quæst. 38. in verb. succedat,* vbi de communi, & practicata opinione, Thesaur. *decis. 167. num. 2.* vbi quòd ita apud eum fuit iudicatum. Et licèt, vt in dubitationibus bene deducitur, præmissa regula non procedat in feudo hæreditario, seu empititio, & sic ad extraneos hæredes transitorio ex allegatis in eisdem dubitationibus, *in vers. Quia quoad bona feudalia, & in vers. & in puncto.* Hæc tamen declaratio pariter subdeclaratur, vt non procedat quando in feudo hæreditario adest clausula, quòd feudum non possit alienari sine licentia domini, & sic quando prohibitio inciperet à negatiua, prout in casu nostro, secus si diceretur, quòd possit alienari impetrata licentia, vt bene declarat idem Bossius ex aduerso in dubitationibus allegatus, *in vers. quia prædicta omnia, dicto tit. de bonor. publicat. n. 54. vers. & ad consilium Decij.*

Secundò præmissis cessantibus, & dato, quòd essemus in casu, in quo feudalia bona confiscari possint; 52
non tamen in casu nostro dicuntur confiscata, quia in sententia non fuerunt specificè nominata, & certum est appellatione bonorum feudalia non venire, ad text. *in cap. in generali, tit. si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agnat. iuncto cap. imperialem, in princip.* vbi præsertim Bald. *colum. 1. de prohib. feud. alien. per Feder.* idem Bald. *in l. voluntas, ad fin. C. de fideiussor. & in l. 1. per illum text. C. quæ res pignor. obligat. poss.* Paul. de Castr. *in l. sucores, §. final. ff. de pignor.* per text. quem allegat *in dict. cap. in generali,* Alexand. *cons. 16. post num. 4. lib. 2.* cum aliis per Cephal. *cons. 29. num. 10. & seqq. lib. 1.* vbi in terminis, quòd in sententia confiscationis bonorum non veniunt bona feudalia nisi expressè dicatur.

Nec dicatur, prout in dubitationibus dicitur *in vers.* 53
nec pariter, præmissa non procedere in feudis hæreditariis, & ad extraneos hæredes transitoriis, de quibus indicatur ad instar aliorum bonorum hæreditariorum, vt declarat Boss. *in tit. de publicat. bonorum, num. 20.* Nam si Bossij dicta bene perpendantur, non loquitur ad effectum, vt feudalia bona in sententia confiscationis veniant, si non fuerunt expressa, sed loquitur ad effectum, vt possit confiscari, prout sic semper loquitur, quando tractat, an feudalia bona possint confiscari. Nos autem nunc non agimus, an possint, vel non possint feudalia bona confiscari, sed dicimus, quòd etiam dato quòd possint confiscari, quod non dicantur à iudice confiscata, nisi fuerint expressè nominata, & sic non

tractamus

tractamus de defectu potestatis, sed voluntatis, & apud nos certissima & notissima practica est, quòd quando iudex intendit in sententia confiscationis bonorum comprehendere bona feudalia, expressè de illis mentionem facit, & aliter eorum non facta mentione, non censentur confiscata, & est optima practica per regulam, quòd appellatione bonorum, non veniunt feudalia, ex præallegatis; & tamen Bossius eo loci distinguendo, quot modis dicatur feudum hæreditarium, in omni casu concludit, illud non transire in fiscum.

54 Tertiò rursus præmissis cessantibus, bona feudalia in casu nostro confiscari minimè possunt (etiam quòd aliàs confiscanda essent) in præiudicium agnatorum, & aliorum ad quos peruenire debent, quia de delicto Comitis Pompeij non constat, nisi per contumaciam, quæ cùm nullam inducat publicationem, respectu aliorum, in inuestitura comprehensorum. *l. eum qui delatorem, ff. de iur. fisc.* Bart. & alij communiter omnes *in l. cùm filius, ff. de verbor. obligat.* Hoc ideo in eorumdem præiudicium, minimè in fiscum transeunt, Boss. *in tit. de bonor. publicat. num.* 56. vbi ampliat etiam, quòd super delicto essent examinati testes, qui illud deponerent, Roland. *cons. 29. num. 22. lib. 3. & cons. 78. num. 4. lib. 4. & consi. 94. numero 25. lib. 3. & consi. 15. num. 4. lib. 4.* Burlat. *cons. 225. numero 98. lib. 2.* Et huic fundamento nihil video in dubitationibus responsum, cùm Boss. ex aduerso in id allegatus *in tit. de bonor. publicat. numer.* 20. de contumacia nullum verbum faciat.

55 Quartò, & hoc videtur omnem difficultatem tollere, nullo pacto hic tractandum est de confiscatione feudi, cùm in illius inuestitura Princeps concesserit, quòd nulla de causa ad directum dominium reuerteretur, nisi ex causa infidelitatis (quæ hic non adest) & de validitate huius concessionis dubitandum non est, vt plenè probant alij eruditissimi domini scribentes, succedit enim isto casu exceptio, *Pacto conuenisti mecum*, & quòd Principis contractus liget etiam successores, dubitandum non est, *cap. 1.* vbi Canonistæ omnes, *extrà de probat. cap. si quis inuestitus*, & ibi Bald. *num. 6. qui successor. tenean.* idem Bald. *in cap. 1. num. 3. de natur. feud. & in l. digna vox, vbi aliter,* communiter omnes *C. de leg.* cum alijs per Roland. *consi. 83. num. 36. & seqq. & cons. 45. num. 13. & seq. lib. 3.* Et hæc quoad primam inspectionem.

56 Quod verò attinet ad secundam inspectionem, videlicet de bonis fideicommisso subiectis, & alienari prohibitis, res est clara, prout latissimè deducunt alij Excellentissimi domini scribentes, ea in fiscum non transire, & etiam quoad vsumfructum viuente delinquente; nec obstat, quòd in dubitationibus in vltimo versiculo dicatur bona simpliciter fideicommissaria absque alienationis prohibitione, prout sunt alia bona non comprehensa in arce Carpinarum, saltim in fiscum transire quoad vsumfructum, durante vita delinquentis, ad Boss. *in tit. de publicat. bonor. num. 34.* & Clar. *quæst. 78. vers. item quæro*; huic enim obiectioni respondetur primò, quòd satis in testamento, de quo agitur, virtualiter sub fideicommisso facto, censetur adiecta prohibitio alienationis, vt bona in familia conseruentur, tum quia in eo est facta & geminata mentio, & expressio masculinitatis, ad plenè tradita per Paris. viden. *consil. 50. num. 19. & seqq. lib. 3.* & in terminis Io. Botta *cons. 39. num. 7. & seqq.* Tum etiam, quia fideicommissum, seu substitutio facta est gradatim, & ordine successiuo, Ruyn. *cons. 101. n. 15. lib. 2.* Gabr. *rubr. de fideicomm. concl. 9. n. 19.* & in terminis idem Botta *n. 19. cons. 39. n. 13. & seqq.*

57 Respondetur secundò, quòd in nostro fideicommisso cessat ratio, propter quam Doctores volunt fideicommissaria bona transire in fiscum, quoad vsumfructum durante vita delinquentis, quæ est vt apud eos videri potest, quia scilicet fideicommissum sub conditione mortis conceptum verificari debet in morte naturali, quæ verè & propriè mors est, non autem in morte ciuili, prout est bannum, cùm bannitus habeatur pro mortuo, non verè, & propriè, sed fictè. Hæc autem ratio cessat nostris temporibus, in quibus delinquentes banniuntur in ære, & persona, possuntque propterea impunè offendi, quo casu verè habentur pro mortuis, & propterea ex eorum banno nihil in fiscum transit, Bald. *in l. si qua pœna, in princip. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* quem sic dicentem sequuti sunt, Alexand. *cons. 23. numero 9. versicul. octauò probatur. & cons. 75. etiam numero 9. versic. confirmo, lib. 1.* Dec. *cons. 438. numero 8.* Marsil. *in tract. §. aggredior, numero 88.* Riminal. Iun. *cons. 50. numero 75.* & in terminis idem Botta *d. cons. 39. numero 19. & seqq.*

58 Nec pariter obstet decretum ducale, de quo in dubitationibus, *in versic. Quæ verò ad alia*, expressè prohibente, quem non posse tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus disponere, & ita facere, ne sua, vel suorum bona in fiscum pertranseant, casu quo ob aliquod delictum, alias de iure venirent confiscanda: nam, vt optimè considerarunt prudentissimi domini scribentes, Decretum hoc loquitur de expressa hominis dispositione expressè propter delictum prohibente bona in fiscum transire, non autem in tacita prohibitione à lege inducta, & quòd ita hoc decretum interpretandum sit, pondero illa verba in Decreto apposita, *Casu quo ob aliquod delictum alias de iure venirent confiscanda*; ergo secùs vbi de iure confiscanda non venirent, & sic prorsus illud decretum excludit quando de iure est prohibita confiscatio, vt in feudalibus, fideicommissariisque bonis, & alienari prohibitis, ex suprà allegatis, & sic, vt vtar argumento Excellentissimi D. Prætoris cùm hæc exceptio in decreto apposita sit clara, non videtur vlteriùs disputandum. *l. ancillæ, C. de furt.* cum simil.

59 Et nihilominus, vt plenè omnibus satisfaciam, dum eisdem dubitationibus, *in versic. Nec obstare videtur*, consideratur, quòd si decretum comprehendit expressam testatoris prohibitionem, ne sua bona vadant in fiscum, multo magis debeat comprehendere tacitam prohibitionem ex fideicommisso, seu prohibitione alienationis à lege inductam, per regulam, si de quo magis, &c. Respondetur non inesse in expressa prohibitione, ne bona vadant in fiscum per prætensam maioritatem rationis, imò multo minorem, & diuersam: nam tunc talem expressam prohibitionem testator videtur quodammodo facere in fraudem fisci, argumento tex. *in l. filius familias. §. diui, versic. neque fisco fraudi*, & ibi præsertim Ripa *num. 52. ff. de legat. 1.* cum alijs per Boss. *in tit. de publicat. bonor. numero 30. in fine*, Roland. *cons. 98. numero 27. lib. 2.* Tob. Non. *cons. 97. numero 1.* Mazzar. *de fideicommiss. par. 2. quæst. 47.* Quæ fraudis suspicio non militat in fideicommissis, & prohibitionibus alienationum, in quibus testator præcipuè prohibere voluit successioni suæ hæreditatis, non autem fisco præiudicium aliquod afferre, licèt illud tacita ex dispositione legis sequatur, & sic stante diuersitate rationis, non intrat argumentum de minori ad maius.

60 Vltra quòd cùm simus in decreto correctorio, odioso, & pœnali simul, nec etiam à maioritate rationis de casu ad casum facienda est extensio. tex. est *in authen. quas actiones, versicul. An idem in ciuitate*, & ibi Bart. Bald. & alij communiter, *C. de sacrosanct. Eccles. l. illam*, vbi Bald. Paul. de Castro, Alexandr. & alij, *C. de collat.* per quæ, & alia iura hanc firmat conclusionem Nicol. Euerar. *in loco à ratione legis larga, num. 14. & seqq.* vbi respondet contrariis. *& numero 43.* Diaz *reg. 276. in princip.* vbi alijs relatis testatur de communi, de qua etiam per Villalob. *in commun. opin. litera E, num. 153.* Boss. *in tit. de captur. numero 44. vers. veritas tamen videtur esse*, Viu. *opin. 270. num. 1.* Honded. *consil. 95. numero 99. & seqq. lib. 1.* cum mille aliis, qui in idem allegari possent.

61 Præsertim in hoc casu, in quo agitur de odio irrationabili, vt scilicet testator de rebus suis ad sui libitum disponere nequeat, & quòd propter alterius delictum bona sua vadant in fiscum, ad tex. *in l. non vsque adeò ff. si à parent. quis fuer. manumiss.* Et in his terminis considerauit Bossius *in tit. de bonor. publicat. num. 3n. ante finem vers. Sed pater.* quo casu (vt in specie respondeam alteri dubitationi *vers. secundò dici posset, & seqq.*) extensio licita non est, etiam ex identitate rationis scriptæ in dispositione, Crot. *in repet. l. omnes populi, num. 174. ff. de iust. & iur.* Dec.

conf.64.n.1. in fine, Alexandr. Corn.& alij, quos refert,& sequitur Aymon *de antiq.temp.par. 4. in princip.numero 97. & numero 157.* Honded. *cons.95.numero 103. & 104.* vbi ampliat etiam, quòd agatur de publica vtilitate; & etiam quòd non ageretur de odio irrationabili, quando sumus in correctoriis & pœnalibus simul (vt in casu nostro, quicquid secùs sit in correctoriis solùm, aut in pœnalibus solùm) extensio non datur ex identitate, seu maioritate rationis scriptæ, secundùm gloss. *in Clement.2.* per illum tex. *in verb. in eisdem, de aetat. & qualit.* Alexand. Franch. Ias.& alij in locis relatis per Euerard. *in loco à ratione legis stricta, numero 24.* Petr. à Plac. *in Epit. delict. lib.1. cap.1 numero 15.* Eugen. *cons.49. numero 25.* Roland. *consil. 27. sub numero 19. & numero 21. & consil.74. num.17. & 18. lib.3.* Honded. *cons.95. num.118. lib.1.*

62 Nec facit, quòd nisi extenderemus decretum, etiam ad tacitas prohibitiones,& sic ad fideicommissa,& prohibitiones alienationum, decretum hoc redderetur elusorium; quo casu videtur facienda extensio etiam, vbi aliàs facienda non deberet, iuribus,& Doctoribus in eisdem dubitationibus allegatis. Nam satis est, quòd decretum operetur, quoad expressam testatoris prohibitionem, ne bona sua propter delictum vadant in fiscum,& hoc sufficit ad excludendam extensionem de casu ad casum, per regulam, quòd omnis correctoria dispositio interpretanda est, vt minus lædat ius commune, quàm sit possibile, ad *l.2. C. de noxal. cap. cum dilectus, de consuetud.* cum aliis per Eugen. *in consil. 49. n.32. & seqq.*

63 Et magis in specie, quando sumus in dispositione pœnali cum expressa ratione ne delicta remaneant impunita (prout in casu nostro, & bene in dubitationibus ponderatur) quòd tunc extensio non concedatur de casu ad casum, quando delictum non remanet in totum impunitum, licèt minori pœna ea quæ in dispositione continetur, voluit Bart. *in l.2. §. exercitum, numero 2. ff. de his qui notant. infam.* Curt. Iun. *in l.2. numero 70. & 71. C. de edendo.* Couar. *variar. resolut. lib.1. cap.11. numero 5. versicul. deinde quamuis Respublica ante sit.* Tob. Non. *cons.95. numero 9.* Ozasch. *decis. Pedem. 67. numero 6 iunctio numero 11.* Sarment. *select. interpret. lib.1. cap.12 numero 5. vers. nec supradictis oberit, & numero 6. & seqq.* Honded. *cons.95. numer.16. iunctio numero 102.* Et ex his, ni fallor, resolutas esse crediderim dubitationes ab Excellentissimo D. Eugubij Prætore propositas,& sic in fiscū, nec feudalia, nec fideicommissaria bona, nec alienari prohibita nullo modo transire, tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum durante vita delinquentis, iuris esse censeo.

Prosper [sic] Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Gratia, seu indultus generalis delinquentibus, & bannitis concessus à Prorege Neapolis, an suffragetur laico qui Clerieum in Regno oecidit,& in territorio Eeclesię fuit eaptus, vnde propterea in dubium refricatur, an homicidiū sclopo rotaro,& sub paee dicatur proditorium, quando pręsertim inter oceisorem & occisum præcedebat inimieitia.

SVMMARIVM.

Proditorium homicidium non dicitur illud, quod commissum fuit in personam sui inimici retro,& per insidias, n.2. Declara, vt n.8.

Soluta oratio non est necesse quod requirat concursum omnium in ea positorum, sed sufficiat alterutrum verificari, n.2 in fine.

Proditorium armorum genus est sclopus rotatus, n.3.

Proditorium homicidium an dicatur illud, quod fuit cōmissum sclopo rotato, num.2.& seqq. omnibus in discursu.

Alternatiua dictio sequens post plura verba sine copula facit totam orationem solutam ita quòd sufficit alteram partem esse veram, n.5.

Aliter, dictio aliud non importat nisi idem quod alio modo, num.5. vers. Illud enim.

Generale verbum quandoque habet post se plura specialia sub generalitate comprehensa, n.6.

Species post genus enūeratæ illud nō restringunt, sed declarant etiam in enumeratis speciebus generalem orationem locum habere, n.7.

Pax fracta præsumitur ex antiqua causa, non constito de superueniente noua causa, n.9.

Pax rupta censetur per offensionem factam consanguineo paciscentis, quando non constat de alia noua causa, num. 9.

Pax legitima dicitur illa, quæ fuit facta coram officialibus locorum, aut per publicum instrumentum, n.10.

Verba subsequentia censentur repetita in præcedentibus, num 11.

Citatio in vnoquoque actu præiudiciali requiritur, numer.12.

Gratia concessa bannito in loco delicti à quo est bannitus non prodest ei in alio loco, n.13.

Constitutiones Apostolicæ circa remissionem bannitorum in regno ad Proregem sunt temporales, & constitutio Clementis non loquitur in bannitis pro delictis mixti fori, n.14. & 15.

Iudex vnius territorij non debet exequi sententiam iudicis alterius territorij, quando ambo Iudices nō sunt subiecti sub eodem Principe, nisi ad requisitionem, & instantiam illius, in cuius territorio lata est, n.16.

Bannitus ab vno loco status ecclesiastici, censetur bannitus ab omnibus locis Ecclesiæ etiam mediatè subiectis, num.16.

Iudex temporalis Ecclesiæ potest exequi sententias latas contra bannitos regni Neapolis, n.16. in fine, non tamen sine processu, n.17.

Bannitus ab vna ciuitate, quæ sit feudum Papæ, potest impune occidi in toto statu ecclesiastico, n.17. vbi de bannito Placentiæ, vel in Ducatu Vrbini, vel in Regno Neapolitano.

Bannitus à Iudice temporali pro delicto mixti fori, potest capi, carcerari, & etiam contra ipsum exequi sententiam à iudice ecclesiastico, n.18.

Acta facta coram iudice laico non faciunt fidem coram iudice ecclesiastico, n.18. Declara, vt n.19.

Delinquentes omnes in vrbe puniuntur, n.20.

CONSILIVM CXXXVI.

TRIBVS fundamentis dicebam indultum, de quo agitur, non suffragari N. Primò, quia homicidium ab ipso commissum fuit proditoriè cum sclopo rotato,& à tergo in personam Clerici Cæsaris, & sic exceptum ab indultu, prout alias in simili indultu fuit in magna Curia Vicariæ resolutum. Secundò, quia dictum homicidium, etiam proditoriè fuit cōmissum, nempe sub pace inita cum Io. Antonio Maturo Fratre Augustini Patris ipsius Cæsaris super eiusdem Augustini nece. Tertiò, quia prætensa pax habita ab vxore Augustini,& matre Cæsaris non fuit iuxta formam dicti indultus præsentata in actis coram officiali terræ Fontanæ fisco citato. 1

Primum fundamētum iudex subuertere conatur duobus præcipuè modis. Primò, quia indultus super quo 2

iudica

ꝛ dicauit Vicaria, non habebit illa verba reſtrictiua, & declaratiua, *ſub ſpecie amicitiæ*, quæ ſunt poſita in indultu, de quo agitur. Secũdò, quia cùm communis opinio Doctorum ſit quòd tale homicidium in perſonam ſui inimici retrò, & per inſidias commiſſum, non dicatur proditorium, hoc ideo non malefecit iudex iudicando ſecundùm communem, & non ſecundum opinionem Vicariæ. Poſſem contra has iudicis conſiderationes, multa in ſpecie proponere, ſed illis omiſſis vnica tãtùm ratione eaſdem conſiderationes proſterni poſſe putaui: probando ſcilicet non eſſe verum quòd illa verba, *ſub ſpecie amicitiæ*, ſtent in noſtro indultu reſtrictiuè, ſeu declaratiuè, prout iudex credidit. Idque euidenter probatur ex eo, quia in indultu dicitur, *Vulneris proditoriè ſub ſpecie amicitiæ ſclopo rotato, aut aliter illati*. Et ſic illa prima tria verba, *proditoriè ſub ſpecie amicitiæ ſclopo rotato*, ſunt poſita ſine copula, & ſine diſiunctiua, quo caſu hanc eſſe ſolutam orationem probat gloſſ. *in l. ſæpe, in verbo, ſoluta, ff. de verbor. ſignificat.* Herculan. *de caut. de non offendend. cap. 41. num.* 19. In oratione autem ſoluta non eſt neceſſarius concurſus omnium in eo poſitorum, ſed ſufficit alterutrum verificari, text. eſt *in l. in eo quod plus, §. vbi, ff. de regul. iur.* & ibi gloſſ. *in verbo, pupillus, verſic. Quid ergo.* Dec. *num. 3. & num.* 4. Aretin. *in §. ſi plures, poſt numerum 2. Inſtitution. de hæred. inſtit.* Herculan. *dict. cap. 41. num. 21. & 22.* vbi reſpondet contrariis deciſ. Pedemont. 110. *num. 2. & num. 9.* & ſic ſufficiet vulnus eſſe illatum, aut ſub ſpecie amicitiæ, aut cum ſclopo rotato.

3 Augetur motiuum, quia vulnerare, & offendere aliquem ſclopo rotato dicitur offendere cum armis proditoriis, Foller. *in pragm. ad reſtringen. de ictu ſclopetis, n. 8. & num. 9.* Et propterea noſter indultus ad tollendum dubitationes, nunquid ſcilicet aliquem ſclopo rotato vulnerare, & non ſub ſpecie amicitiæ, de quo poterat forſan in primo, in quo non aderant iſta verba, *ſub ſpecie amicitiæ*, dubitari voluit Rex in noſtro indultu ponere poſt verbum, *proditionis*, verba, *ſub ſpecie amicitiæ ſclopo rotato*, ſine aliqua copula, vt inde appareret reputaſſe vulnus proditoriè illatum vtroq; modo, ex præallegatis.

4 Et quòd hoc ſit verum retorquendo iudicis argumẽtũ de ſuperfluitate verborũ dico, quòd ſi aliter illa verba, *ſclopo rotato*, forent intelligenda, ſine dubio eſſent ſuperflua, cùm ſatis fuiſſet dicere, *vulneris ſub ſpecie amicitiæ*, illati abſque eo quòd adderet, *ſclopo rotato*.

5 Arguitur ſecundò hic meus intellectus, quia poſt verba, *vulneris proditoriè ſub ſpecie amicitiæ ſclopo rotato*, ſic vt ſuprà in oratione ſoluta poſita additur alternatiua generalis, *vel aliter illati*, quo caſu ſubintrat concluſio, quòd alternatiua ſubſequens poſt plura verba ſine copula præcedenti, facit totam orationem ſolutam, ita quòd ſufficiat alteram partem eſſe veram, Herculan. videndus *d. c.* 41. *num.* 25.

Illud enim verbum *aliter*, aliud non importat, niſi idem quod *alio modo*. Et ſic apertè demonſtrat in præcedentibus verbis fuiſſe poſitos aliquos proditionis modos, & iſte eſt verus intellectus omnium prædictorum verborum, ſi veritatem fateri volumus.

6 Nec aliquid facit, quòd ex aduerſo dicatur, quòd ſi hæc interpretatio eſſet vera, illa verba, *ſub ſpecie amicitiæ*, poſita poſt verbum *proditoriè*, eſſent ſuperflua, cùm ſatis fuiſſet dicere, *proditoriè*. Quia verbum generale ſatis etiam comprehendebat proditionem ſub ſpecie amicitiæ. Nam non eſt nouum in iure poſt verbum generale ponere aliud ſpecie comprehenſum ſub præcedenti generali, *vt in rubr. C. de ſeruit. & aqua.* adnotarunt gloſ. & Bald. adducentes illud ſimile Saluatoris noſtri, dum dixit, *Dicite diſcipulis, & Petro.*

7 Et ex præmiſſis augetur tertio loco hæc veriſſima interpretatio, quòd cùm in indultu noſtro ſit exceptum vulnus proditoriè illatum in genere, & deinde Rex ponat alias ſpecies, ſeu modos proditionis, per illa verba, *ſub ſpecie amicitiæ ſclopo rotato, aut aliter illati*, ſubintrat concluſio, quòd ſpecies poſt genus enumeratæ illud non reſtringunt, ſed declarant etiam in enumeratis ſpeciebus generalem orationem locum habere, ſic enim vltra gloſſ. & Bald. *in d. rubrica C. de ſeruit. & aqua.* ſcripſerunt Angel. *in l. ſi cùm dotem, §. ſi maritus, num.* 3. & Imol. *n.* 68. *ff. ſolut. matrimon.* Felyn. *in cap. ex parte, n. 2. verſ. Fallit 2. extra de reſcript.* Et loquuntur Doctores prædicti etiam quòd ſpecies ſint poſt genus enumeratæ copulatiuè per dictionem, &; ergo multo magis in oratione ſoluta, vt probaui.

8 Poſſet, & quarto loco dici, ſed ex abundanti, quòd homicidium à N. commiſſum in perſonam Clerici Cæſaris non eſt tale quale præſupponit Bartol. *in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.* loquitur enim Bartol. & qui eum ſequuntur in eo, qui occidit alium contra quem non ſolùm occultè, & mente, ſed etiam palàm, & verbo, & factis ante offenſionem, ſe illi inimicum profitebatur, vt patet ex illis verbis, *Offendens inimicum non dicitur proditor, quia illud quod facio in actibus oſtendebam, ſcilicet me tibi deſeruire velle.* Et propterea Doctores, & præſertim Baiard. ex aduerſo allegatus, dixit: *Occidentem per inſidias, & retrò inimicum ſuum non eſſe proditorem, quia occiſus debebat præcauere ab inimico ſuo.* Non ſic in caſu noſtro, quia N. malum animum erga Cæſarem in mente retentum, nunquam exterioribus actibus demonſtrauit. Immo contrarium, dum de morte Auguſtini pacem fecit cum patruo Cæſaris, & conſequenter Cæſar veriſimiliter non debebat dubitare, nec ſe à N. præcauere. Quare arguendo à dicto Bart. & eius ratione homicidium hoc proditoriè commiſſum eſſe negari non poteſt, etiam admiſſi Bart. opinione.

9 Secundum fundamentum de fracta pace eſt inconuincibile, non conſtito, prout non conſtat, de aliqua ſuperueniente noua cauſa, ex allegatis per me *in mea practic. crimin. d. quæſt. 107. num. 317. & ſeqq.* Et propterea iſte N. iure ab illo iudice fuit declaratus per ſententiam, proditor, & fractor pacis. Et hæc ſententia quoad pœnam conuentionalem iam habuit ſuam executionem. Nec obſtet reſponſio iudicis quòd Herculan. Vulpell. & alij per me in loco præcitato allegati loquantur in pace nuta, *vel cum principali offenſo, vel cum alio ad quem principaliter ſpectat proſequi illatam iniuriam.* Vellem enim ſcire à iudice quis ſibi reuelauit hanc intelligentiam legis, & perlegi iterum, atque iterum Doctores præallegatos, & non ſolùm non inueni, quòd ſic loquantur, ſed etiam nunquam reperij, quòd ipſi vſi ſint verbis prædictis, videlicet *de principali offenſo, vel de eo ad quem principaliter ſpectat proſequi illatam iniuriam.* Bene dicunt, & loquuntur quòd pax cum vno inita cenſetur rupta per offenſam factam conſanguineo paciſcentis, quando non apparet quòd offenſio fuerit ſequuta ex alia cauſa quàm ex ea, per quam fuit facta pax, & iſte eſt propriè caſus noſter. Et propterea meritò fuit N. ab illo iudice declaratus, & condemnatus tanquam proditor. *l. proditores ff. de re milit. l. final. C. de delato. lib.* 10. Ang. *in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo.*

10 Tertium fundamentum de non producta pace fiſco citato, quærit iudex tollere tribus reſponſionibus. Primò, quia in terra Fontanæ non adeſt fiſcus. Secundò, quia pax fuit facta coram iudice. Tertiò, quia non requiritur productio pacis fiſco citato, quando eſt obtenta poſt publicationem indultus. Prima reſponſio tollitur ex proceſſu, in quo apparet in terra Fontanæ adeſſe Curiæ coadiutorem, qui in criminalibus citatur. Secunda reſponſio non eſt vera iure, quia dato quòd pax facta coram iudice tolleret illius productionem, non tamen tolleret citationem fiſci. Præterea indultus non requirit pacem ſimpliciter, ſed pacem legitimam; legitima autem pax ſecundùm pragmaticas regni eſt illa quæ fit coram officialibus locorum, aut per publicum inſtrumentum, etiam quòd ſic facta ſit coram officialibus, requiritur illius præſentatio, & fiſci citatio, vt in terminis declarat Catal. *tractat. de abolit. & indultu, capitulo vigeſimo quarto, num. 1. & ſeq.*

11 Ex quibus etiam tollitur tertia reſponſio. Quia

indistinctè indultus requirit tria copulatiuè, nempe pacem legitimam, præsentationem pacis, & citationem fisci. Ideo si vnum ex prædictis requisitis deficiat, corruit gratia, secundùm eundem Catalan. *dict. cap. 24. sub eodem numer. 1. & seq.* & probatur in illis verbis indultus, *Et intra idem tempus*, quæ clausula refertur ad omnia præcedentia, & in omnibus præcedentibus censetur repetita, text. *in l. talis scriptura, in fin.* cum ibi notat. per Doctor. *ff. de legat. 1.* Angel. *consil. 28. testator reliquit, numer. 2. vers. Præfatus.* Alexand. *consil. 101. numer. 10 lib. 3.* Salicet, *in l. 1. C. de liber. preter.* Præsertim in casu nostro stante verisimili mente legislatoris, & identitate rationis, quæ fuit, vt fiscus citaretur pro suo interesse, vt videret an pax sit legitima, & an delictum sit de comprehensis in indultu, vt bene declarat Catalan. *dict. cap. 24. num. 33. & seq.* Quæ ratio semper militat, siue pax fuerit obtenta post publicationem indultus, siue antea. Et propterea citatio requisita in illis verbis, *Et intra idem tempus, &c.* repetita censetur in omnibus præcedentibus, ex allegatis per Menoch. *de arbitr. quæst. cas. 64. num. 24.*

12 Addo insuper, & hoc ponit gladium ad radicem, quòd etiam quòd in indultu nulla requireretur citatio, adhuc nisi fuisset expressè sublata, semper interuenire debuisset, non solùm in productione iurium, sed etiam in declaratione iudicis, quòd quis sit comprehensus in indultu, per regul. *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* Et quòd hoc sit verum, quotidie practicatur in rebannitionibus, seu remissionibus bannitorum, quæ fiunt vigore bannimentorum volentium occidentem bannitum posse seipsum remittere, & alios nominare si occisus bannitus erat bannitus pro æquali, aut maiori delicto. Nunquam enim huiusmodi remissiones, seu nominationes conceduntur, nisi fisco citato, vt videatur si occisus bannitus erat pro maiori, vel minori delicto condemnatus, sic in proposito etiam quòd indultus nihil diceret de citatione, adhuc in tali remissione esset citandus fiscus, vt posset opponere de casibus exceptis in indultu, & aduersùs pacem an sit, vel non sit legitima. Vnde ergo se vertat iudex si secundùm veritatem iudicare voluerit remissionem N. & nullam, & iniustam iudicabit.

13 Et etiam addo, quòd gratia concessa N. in loco delicti, à quo est bannitus, non prodest ei in alio loco, cuius loci iudex, etiam ipsa bannire, & condemnare potest, prout dixi *in mea pract. criminal. tit. de inquisit. quæst. 7. num. 56.* & in terminis de generali indulgentia Principis post Oldrad. quem allegat, voluit Decian. *in tractat. criminal. lib. 3. cap. 31. n. 35.*

14 Non obstant constitutiones Apostolicæ ex aduerso nouissimè allegatæ circa remissionem bannitorum in regno ad Proregem Neapolis. Quia, vt bene aduertit Illustrissimus Dominus meus, sunt temporales, & constitutio Clementis super hoc etiam disponens non loquitur de delictis mixti fori, & sic non comprehendit bannitos, qui ratione delicti sunt suppositi foro ecclesiastico. Et in hoc proponuntur duo multum bene consideráda. Primum, quòd si iste N. remitteretur ad iudices regni, absque dubio impunitus dimitteretur, & dimissus peiora prioribus patrabit, & scio quid loquor. Alterum quòd regni officiales in occurrenti simili casu semper pro exemplo adducent hunc casum, quòd Papa illis remisit clerici homicidam foro ecclesiastico subditum. Proponantur, inquam, hæc duo Sanctissimo, & eius mandatum seruetur.

15 Nec omitto quòd anno præterito quidam laicus nomine Ioan. Baptista Policastrus, qui in regno occiderat Archipresbyterum Foueæ Cechæ captus in Vrbe fuit ad triremes perpetuas transmissus à Locumtenente Auditoris Cameræ. Quamuis apud me maximè instatum, vt illum remitterem, & semper recusaui, prout & Sanctissimus recusasset, si de hoc S. Sanctitati instatũ fuisset.

16 Nec etiam obstet regula ex aduerso firmata, quòd iudex vnius territorij non debeat exequi sententiam iudicis alterius territorij, quando ambo iudices non sunt subiecti sub eodem Principe, nisi ad requisitionem, & instantiam Principis, in cuius territorio sententia lata est, ad scripta per Clar. *in §. final. quæst. 54. versicul. Sed pone, & quæst. 96. versicul. Item quæro*, dixi *in mea pract. criminal. quæst. 11 numero 61.* & nouissimè sequitur Petr. Caball. *resolution criminalium casu 161. num. 9.* Hæc enim regula non videtur bene applicari casui nostro, cùm non sit verum, quòd regnum Neapolis non sit sub iurisdictione ecclesiastica; sed bene verum est quòd sit feudum ecclesiasticum, & propterea cum vigore Bullarum Apostolicarum bannitus ab vno loco status ecclesiastici censeatur bannitus ab omnibus locis Ecclesiæ etiam mediatè subiectis, sequitur quòd iudex temporalis Ecclesiæ possit exequi etiam sententias latas contra bannitos regni Neapolis, in terminis Cartar. viden. *de exequut. sentent. capto bannito, capitulo primo, numero 237. & seqq.* & dixi ego *in eadem mea quæstione 11. numero 61.* versic. Sublimita hanc decimam limitationem.

Non tamen sinè processu, prout aduertit idem Cartar. *dict. cap. final. numero 7. versicul. Quamuis ergo, & numero 8. & seqq.* Dixi *in dict. q. 11. numer. 61. versicul. limita rursus*, Petr. Caball. *dict. cas. 161. numero 10.* Immo, & quod plus est, stantibus Bullis prædictis bannitus ab vna ciuitate, quæ sit feudum Papæ, quòd possit impunè occidi in toto statu ecclesiastico; voluit Tob. Non. *consil. 98. n. 6. & seqq.* vbi de bannito Agubij, quòd posset impunè occidi Perusij; refert eum, & sequitur Viuius *opin. 770. numero 24.* Baiard ad Clarum *in §. homicidium, numero 269.* & in fortioribus terminis, Vulpell. *consil. 58. in princip. iuncto numero 4. & 5.* vbi de bannito Placẽtiæ, quòd possit impunè occidi in territorio Ducatus Vrbini, ex quo tam locus banni, quàm homicidij, mediatè sunt subiecti Ecclesiæ, *& consil. 59. numero 13. & seqq.* vbi respondet contrarijs, & in simili statuto scripsit etiam Claud. ad Bertazzoll. *consil. 223. littera A. versicul. Quod procede crederem*, Brunor à Sol. *in quæstion. legal quæst. 26 num. 36. versicul. In hoc tamen aduertere*, & in terminis de bannitis in regno Neapolitano, quòd possit impunè in Vrbe occidi, dixi *in mea practic. quæst. 103. numero 222. & seqq.* vbi rescripsit elegantissimum responsum famosissimi Iurisperiti Francisci Colrelli Bononiensis, & ante eum Vulpell. *dict. consil. 59.* quem refert Cartar. *dict. cap. 1. sub numero 237.* Etsi hæc declaratio vera est (prout est verissima) non est opus tetare illam quæstionem, an scilicet acta facta coram iudice laico fidem faciant coram iudice ecclesiastico: quia isto casu Gubernator Vrbis sententiam hanc exequentur non tanquam iudex ecclesiasticus, sed tanquam temporalis, per præmissa. 17

Secundò dato quòd hic bannitus in regno non esset ratione suæ personæ (prout est) aliquo modo Ecclesiæ subditus, est tamen subditus ratione delicti, nempe homicidij commissi in clericum, quòd cùm sit mixti fori, ad tradita per Clar. *in quæst. 36. versic. Quare quid si per laicum*; habet locum præuentio inter iudicem laicum, & ecclesiasticum, & licèt in citando præuenerit iudex laicus, attamen in capiendo præuenit iudex ecclesiasticus. Nihil ergo repugnat quin iudex ecclesiasticus possit isto casu exequi contra ipsum sententiam latam à iudice laico, cùm altera illa regula ex aduerso firmata, quòd acta facta coram laico fidem non faciant coram iudice ecclesiastico, sed quòd nouus debeat inchoari processus, secundùm communem, de qua per Ruyn. *consil. 6. numer. 6. libr. 5.* Clar. *d. q. in fine*, & ibi etiam Baiard. *pariter in fine*, cum alijs ex aduerso allegatis. 18

Procedat, inquam, hæc præmissa regula desumta ex text. *in capitulo, etsi clerici, de iudic.* & ita loquuntur ex aduerso allegati Doctores, & omnes tractantes hanc materiam *in dicto capitulo, etsi clerici.* Quando iudex laicus processit contra clericum, in quem nullam prorsus habet iurisdictionem etiam in delictis mixti fori; tunc enim ob defectum iurisdictionis clericum puniendum remittat iudici ecclesiastico, hoc ideo acta facta coram laico non probant coram ecclesiastico, quia, vt dixi, text. *in* 19

dicto capitulo, etsi clerici, & omnes, sunt nulliter facta, & ab incompetenti iudice, vnde secus quando processus est formatus à iudice laico contra laicum in aliquo delicto mixti fori, in quo ipse iudex competens est, prout bene (ni fallor) declaraui *in mea practica quæst. 7. numer. 43. in fin. vers. Sublimita secundò*, & est de mente Bald. *in l. eadem ratione, numero 3. in fine, vers. Sed nunquid probato, ff. de fur.*

20 Omitto quòd in Vrbe omnes puniuntur, & præsertim homicida animo deliberato, & per insidias, vt in his terminis considerauit Carrar. *dicto cap. 1. numero 242.* Quæ enim suprà deducta fuere, satis superque, fisci intentionem probarunt.

Fuit iste carceratus remissus Proregi Neapolis sic instante, & petente. Ex gratia cum promissione quòd cum omnino debita pœna puniri faciat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Filius si patrem occidit, nunquid paterna hæreditas ab eo, tanquam ab indigno, auferatur, in præiudicium filiorum ipsius occisoris, stante præsertim statuto, quòd occisor sit incapax hæreditatis occisi tam ex testamento, quàm ab intestato.

SVMMARIVM.

Filius si patrem occiderit, ab eo aufertur hæreditas tanquam ab indigno, etiam in præiudicium filiorum occisoris, & respectiuè nepotum aui occisi, num. 1.

Occisor si vigore statuti priuatur hæreditate occisi, & illius reputetur incapax, tùc talis hæreditas ab eo tāquā ab indigno aufertur etiam in præiudicium suorū filiorum succedere debentum ab intestato in hæreditate occisi, n. 2. Contrà n. 3. & seqq.

Statutū loquens de simplici homicidio, non extenditur in parricidium, n. 2. in fine contrà, n. 5. & seqq.

Hæreditas ab indigno nunquam aufertur, quando is dictæ hæreditatis à iure incapax reputatur, n. 7.

Prima causa succedentium ab intestato est liberorum, num. 8.

CONSILIVM CXXXII.



1 QVi interrogatus, vt pro veritate respondere, nunquid filij parricidę priuentur hæreditate aui, ita quòd ab occisore tanquam ab indigno ablata fisco deferatur, an verò ipsis nepotibus acquiratur, dixi hanc quæstionem habere duas inspectiones. Prima est de iure statutario, vtputa volente, quòd occisor sit incapax hæreditatis occisi, prout in ciuitate Spoleti, & in casu, de quo fui interrogatus. Quoad primam inspectionem, res non habet difficultatem, quòd nepotes priuantur, & fisco applicentur. tex. *in l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat.* vbi ad literam dicitur, *Præterea ex iis qua per flagitium damnatus acquisitus, portiones liberorum non augentur*, & ibi hoc adnotauit glos. in figuratione casus *in glos. 1. in fine, & in verb. Idem, & Alber. numer. 4. versic. & est hic euidens argumentum.* Gandin. *in tit. de aliquib. quæst. var. num. 23.* vbi quòd ita per Doctores Bononiæ fuit consultum, in quæstione facti, *& in tit. de bon. malefact. num. 10.* Mandell. *cons. 678. numero 5.* Ant. Gomez *de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 52. versi. Et ex his deducitur.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 2. tit 3. numero 2.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 356. n. 129. in fine, vers. Secundus est casus, in addition.*

2 Quod verò attinet ad secundam inspectionem in casu statuti prædicti, videtur prima facie dicẽdum occisori aut hæreditatem tanquam ab indigno auferendam & fisco applicandam, non obstante statuto prædicto, secundùm *decis. 25. numero 6. & 8.* vbi testatur ita communiter receptum, refert eum Clar. *in §. homicidium, numero 15. versic. Priuatur etiam.* Præsertim quando statutum nō loquitur de parricidio, sed de simplici homicidio, vt in casu nostro, quia tunc ad parricidium non extenditur, vt in terminis voluit Caball. *resol. crimin. cap. 15.* ex Anan. Bologn. & aliis, quos allegat.

Verùm etsi hæc opinio magis fisco fauorabilis appareat, fiscique partes pro iniuncti oneris debito tueri deberem, veritatis tamen stimulus ad dicendum contrarium me omnino cogit. Nam stante statuto prædicto, quòd occisor sit incapax hæreditatis occisi, quòd tunc fiscus ab occisore eam non aufert tamquam ab indigno in præiudicium filiorum ipsius occisoris est originalis doctrina, Bald. *in l. si quis incestū, per illum tex. numero 4. C. de incest. nupt.* quam sequuti sunt Alex. ad Bart. *in l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat.* addent. ad Roman. *singul. 467. occidēs testatorem. versic. adde etiam, quòd si statuto.* Ruyn. *cons. 129. numero 2 in princ. lib. 2.* Capr. *cons. 41. numer. 11. versi. Praterea ipsi viri.* Peregr. *de iure fisci, lib. 2. tit. 3. numero 3.* Petr. à Plac. *epit. delict. lib. 1. cap. 22. numero 39. vers. tamen si Baldus.* Barbat. *cons. 8. numero 7. in fin. versic. Quia quamuis, & num. 12. versicul. Ad vltimum dub. num, & omnibus seqq. lib. 3.* vbi exactissimè disputat quæstionem, & hanc defendit sententiam, *& numero 11. versicul. Et ideo.* testatur in ciuitate Ferrariæ ita fuisse per valentissimos Doctores cōsultum, iudicatum, & exequutum, *& cons. 23. numero 14. libr. 2.* vbi pariter testatur, quòd ita tempore suo in facti contingētia fuit cōsultum, & resolutum, Corn. *cons. 222. col. 2. versi. tamen his non obst. mibus, numero 2. & numero 3. versic. Non itaque excluduntur filius occidens patrem, & numero 4. & lib. 4.* Baiard. *in addit. ad Clar. in §. homicidium, numero 62.* vbi in terminis statuti Spoletani, quòd ita fuit iudicatum tempore, quo in illa ciuitate erat Gubernator. 3

Non obstat decisio Boër. relata per Clar. *in loco praallegato*, tum quia, vt ex præmissis apparet, magis communis opinio est contra Boër. Tum etiam, quia Boër. non loquitur in terminis statuti, prout est inspectio nostra, sed de iure communi, prout bene aduertit, & deducit Baiard. *viden. in d. §. homicidium, eodem n. 62.* 4

Nec etiam obstat, quòd statutum nostrum non loquatur de parricidio, sed de homicidio. Nam quòd statutum de homicidio habeat etiam locum in parricidio, voluit Bald. *in l. fin. numero 5. versicul. iuxta prædicta quæro, C. quib. caus. intergr. restitut. non est necess.* vbi quòd præscriptio statutaria in crimine homicidij habet etiam locum in parricidio, idem Bald. *in l. data, numero 2. versicul. Et est argumentum, C. de donat.* vbi dixit, quòd statutum imponentis pœnam pecuniariam pro homicidio, trahitur etiam ad parricidium, Ptaci. Montcleon. *par. 4. numero 805. fol. mihi 268.* vbi quòd constitutio regni incipiens terminū loquens de homicidio, habet etiam locum in parricidio. Bonacos. *in quæst. statut. fol. mihi 91. versicul. item limita non habet locum, & fol. 93. versicul. si sit statutum.* Et in terminis de statuto volente, quòd occisor sit incapax hæreditatis occisi, procedat etiam in parricida, consuluit plenè Barbat. *in dict. cons. 8. numero 8. & seq. lib. 3. & cons. 23. numer. 13. & 14. lib. 2.* quibus in locis, vt suprà cum retuli, testatur ita fuisse consultum, & iudicatum Corn. *dict. consil. 222. numero 2. post med. & numero 3. libr. 4.* Capr. *consil. 42. in figuratione casus, iuncto numero 11.* Menoch. *cons. 502. num. 13. & seqq.* vbi refert, & sequitur Corn. & barbat. *in locis praallegatis.* Baiard. *vbi suprà dict. num. 62.* vbi magis in terminis de statuto Spoleti. 5

Quare parum est curandum de iis, quæ dixit Pet. Caball. *dict. cas. 15.* ex Anan. *in cons. 63.* & ibi Bolognin. *in addit.* cum aliis ibi per eum allegatis, quia in contrarium, vt ex præallegatis vides, & magis communis, & seruata opinio: & Doctoribus per Caball. allegatis facilis est responsio: nam addeo. ad Salycet. *in l. 1. C. de his qui patr. vel fil. occid.* allegat Bald. *in l. final. C. in quibus causis in integr. restit. necess. non est. qui, vt suprà cum retuli, contrarium dixit.* Carer. *in practic. criminal. §. nono quæro, num. 38.* nihil firmat. Bonacos. *in commun. opin. par. 1. versic. statutum*, in casu simplici non 6

non meretur allegari, quia contrarium dixit *in quæstion. crimin.* vt supra eum deduxi, Corn. *conf.* 19. *numero* 1. & 2. *lib.* 4. pariter non meretur allegari, quia in terminis nostris contrarium consuluit *in d. conf.* 222. *eodem lib.* 4. vt suprà eum allegaui.

7 Sed vt omnis in hoc tollatur difficultas, considero, quòd ratio, qua mouentur Doctores ad defetendum in casu statuti prædicti, hæreditatem non fisco, sed filiis occisoris, ea potissimum adducitur, quia nunquam fiscus hæreditatem aufert ab aliquo, tanquam ab indigno, quando ille, à quo aufertur, hæreditatis incapax est, vt videre est apud Corn. *dict. consil.* 222. *numer.* 4. Barbat. *dict. consil.* 8. *post numer.* 7. *& seq.* & post istos Menoch. *consil.* 502. *numero* 13. *&* 14. *numero* 19. *lib.* 6. quæ quidem ratio æquè militat siue statutum loquatur de patricidio, siue de homicidio.

8 Præterea, & fortius, hoc ostendo viua & inconuincibili ratione ab isto statuto comprehensa. Dicit enim statutum, quòd homicida non succedat, nec succedere possit ex testamento, vel ab intestato personæ defunctæ. Quis profectò erit animi tam agrestis, aut tam iniustus rerum æstimator, qui inficiari possit istud statutum cõprehendere parricidas, quia apertissimo ore disponit de parricida: nam prima causa succedentium ab intestato est ipsorum liberorum. *l. in suis, ff. de liber. & posth. in auth. de hered. ab intest.* cum similibus. Cùm ergo statutum excludat homicidam à successione ab intestato; ergo excludit ipsum filium parricidam. Verba enim capiuntur in suo proprio significatu. *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. si ager vectigal.* cum simlib. Ergo statutum reddens insuccessibilem homicidam ab intestato, rectè & propriè excludit ipsum parricidam: nam ad eum casum adaptatur legis dispositio, ad quem casum adaptantur verba ipsius legis, aut statuti. *l.* 4. *in princip. ff. de damn. infect.* Et sic ex prædictis contra fiscum res clara videtur, immo etiam, quod esset dubia in dubio contra fiscum. *l. non puto. ff. de iure fisci.*

Præsens dubitatio fuit proposita in sacra Consulta, & sic vt suprà respondi fuit resolutum.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Agitur de homicidio commisso in rixa, an in dubio in rixa commissum præsumatur, an verò præmeditatè, & de pluribus coniecturis, & præsumtionibus arguentibus deliberationem, seu præmeditationem homicidij, & illam excludentibus.

SVMMARIVM.

Homicidium præmeditatum, & deliberatum probatur præsumtionibus, & coniecturis, n. 1.

Testis non examinatus super interrogatoriis à parte datis, dicitur nulliter examinatus, n. 2.

Testis vilis, & pauper à testificando repellitur, n. 3.

Testis famulus recedens à seruitiis alicuius malè satisfactus non est idoneus testis contra suum dominum, num. 4.

Testis famulus contra suum dominum bene probat, n. 5.

Testibus excludentibus delictum magis creditur, quàm pro delicto deponentibus, n. 6.

Homicidij præmeditati & deliberati præsumtiones, & coniecturæ debent esse plenè probatæ, n. 6. *& n.* 28.

Homicidij præmeditati præsumtio est inimicitia si fuerit capitalis, aliàs secus, n. 7. *& n.* 8. *& n.* 28.

Inimicitia probata censetur ex non salutatione, non est tamen capitalis, num. 8.

Inimicitia non facit indicium quando sequuta est reconciliatio, num. 8. *in fine.*

Inimicitiæ reconciliatio quando dicatur facta de recenti, vt ex ea oriatur, vel non oriatur indicium præmeditati homicidij, num. 9.

Armorum præparatio est indicium homicidij præmeditati, num. 10 *& num.* 30.

Testis, qui tractat de se exonerando non probat contra alium, n. 10. *vbi ponitur exemplum in eo, qui interuenit cum aliis in rixa, alijsque culpam dat, & se ipsum exculpat.*

Testis sibi ipsi varius, & contrarius dicitur de falso suspectus, num. 11.

Animus occidẽdi deliberatus, seu præmeditatus cognoscitur ex verbis ante rixam, vel post rixam prolatis, num. 12.

Testis inuerisimilia deponens reputatur falsus. n. 13.

Testibus magis informatis, magis creditur, quàm minus informatis, num. 14.

Testis depositioni confirmata in tortura magis creditur, quàm primæ extra torturam, n. 15. *& n* 31.

Testes plures conuincunt de falso vnum testem contrarium dicentem, num. 16.

Homicidium præsumitur potius commissum in rixa quàm præmeditatè, n. 17. *& n.* 27.

Occidendi animus deliberatus, & præmeditatus præsumitur in eo, qui in insidiis positis suum inimicum transeuntem occidit, num. 17.

Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præsumitur in eo, qui ex improuiso nullis dictis, verbis, alterum aggreditur. n. 18. *vbi secus si priùs aliqua verba protulerit.*

Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præsumitur ex genere armorum, quibus quis alterum vulnerauit, num. 19.

Animus occidendi præmeditatus, & deliberatus præsumitur ex multitudine vulnerum illatorum, & econtra, secus ex vnico tantùm vulnere, n 20.

Animus occidendi præmeditatus, & deliberatus præsumitur ex præparatione equorum, pecuniarum & similium, n. 22. *vbi secus si nulla talis fuerit facta præparatio.*

Animus occidendi præmeditatus, & deliberatus dignoscitur ratione loci, num. 23.

Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi penitus excluditur, quando nulla occidendi præcedit causa, num 24.

Tortura data asserto socio criminis, & persistentia in ea prodest etiam alteri consocio inquisito, n. 25. *& n.* 32. *in fine.*

Tortura pro hàbenda qualitate criminis debet esse leuis, & moderata, num. 26.

Præsumtiones, & coniecturæ excludẽtes præmeditationem, & deliberationem homicidij præferuntur præsumtionibus, & coniecturis includentibus deliberationem & præmeditationem, n. 26.

Homicidium si fuerit commissum in pura rixa, & incertum sit quis occiderit, omnes absoluuntur, à pœna ordinaria, num. 27.

Inimicitia non facit indicium præmeditationis, nisi fuerit probata causa inimicitiæ, n. 28.

Indicium probari debet per duos contestes, n. 29.

Testibus contrarijs credendum non est, n. 29.

Testes examinati parte non citata indicium non faciunt, n. 30.

Armorum delatio non facit indicium in milite solito illa portare, num 30.

Testis, qui vocat aliquem in contestem redditur de falso suspectus. si ille in contestem vocatus negat id ad quod in testem vocatur, n. 31.

Præsumtiones, & coniecturæ animi præmeditati, & deliberati debent esse concludentes, & de necessitate inferentes ad præmeditationem, n. 31.

Socij criminis exculpatio maximè prodest exculpato, num. 32.

Tortura, vt possit infligi ad habendum qualitatem præmeditationis, & deliberationis, multa debent concurrere, de quibus n. 25. & n. 33.

CONSILIVM CXXXVIII.

1 VT euidenter pateat homicidium, de quo agitur non præmeditatè, sed in pura rixa patratum extitisse, discurrenda sunt fisci fundamenta, quibus præmeditationem arguit. Primò nempe ex riualitate in amore Isabellæ. Secundò ex præcedenti inimicitia, licèt de recenti reconciliata. Tertiò ex præparatione armorum insolitorum, videlicet ensis stillettati. Quartò ex verbis tempore sequuti homicidij prolatis, quia dum Comes dixit, *Ah traditore voi m'ammazzate*, fuit sibi responsum, *Mena le mani, e fa pensiero, che io sia qui per questo.* Quintò ex perquisitione, & scientia Equitis, quòd Comes eo sero erat venturus ad domum Isabellæ, quo loci occisus fuit; ex quibus omnibus facilè præmeditationem ad occidendum probatam esse prætendere potest fiscus, ea regula, quòd præsumtionibus & coniecturis præmeditatus & deliberatus occidendi animus probetur. Cason. *de indic. & tortur. in præmissis c. 5. n. 1.* Alba *cons. 46. n. 1. lib. 1.* Clar. *in pract. §. homicidium, n. 6. sub vers. Ex proposito.* Bettazz. *cons. 85. n. 6. & n. 8. in fine lib. 1.*

2 Verùm re bene perpensa tantùm abest in proposita facti specie præmeditationem ad occidendum præcessisse, vt immo contrarium luce clarius meridiana ex infrascriptis apparere indubitanter quisque veritatis amator asserere cogatur, & quod attinet ad riualitatis causam, ea quidem pluribus modis tollitur: nam, & primò, quòd Comes amaret Isabellam, & cum ea versaretur sciente Equite, nullus vtique hoc deponit, nisi Balthassar Sait, qui vltra quòd est vnicus. *cap. in omni negocio, extrà de testibus, l. iusiurandi, C. eodem*, & nulliter examinatus, & confrontatus, non scilicet interrogatus super interrogatoriis pro parte Equitis in actis datis, *l. si postulauerit, §. quæstionis, ff. de adulter.* Nell. *de testibus, numer. 99.* Franc. Curt. *de testib. conclus. 53. numer. 103.* Bursat. *consil. 34. num. 4. libr. 1. & consil. 192. num. 34. libr. 2.* Honded. *consilio 101. numero 8.* sponte ad se examinandum venit, *§. si verò ignoti, & ibi gloss. in verbo, festinantes, in authent. de testib.* Alber. *in l. si quando, num. 1. vers. & dixerunt quidam, C. eodem.* Crot. *de testib. num. 256. in titul. de oppos. contra testes, num. 29.* Menoch. *de præsumt. libr. 2. præsumt. 55. num. 2.* & sub saluo conductu, quòd est apertum signum maculatæ conscientiæ, & quòd aliàs criminosus esset; innocens enim absque alio saluo conductu, vbique tutus incedit.

3 Est vilis, & pauper insimul, quo casu non solùm reputatur à iure idoneus testis, sed omnino à testificando repellitur. Aym. *consil. 146. num. 12. versic. accedit etiam vilitas,* Paris. *consil. 54. num. 57. lib. 4.* Roland. *consil. 63. numer. 34. lib. 2.* vbi de communi Bettazz. *consil. 359. num. 42. libr. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 96. numero 6. & 7.* vbi ampliat etiam in delictis, in quibus testes inhabiles admittuntur.

4 Recessit à seruitiis Equitis, vt ipse fatetur malè de eo satisfactus, & sic eo minùs probat, etiam quòd non per hoc assereret esse suum inimicum, Roman. *singul. 319.* Felyn. *in cap. quoties in 4. notab. extrà de testib.* Crot. *de testib. part. 3. n. 98. versic. septimò procedit,* Anton. Gomez *de delict. cap. 12. rub. de probat. delictor. sub num. 14.* Vulpell. *cons. 14. num. 10.*

5 Est falsus in suo dicto principaliter, prout de falsitate conuincitur ex depositione Ioannis Angeli Famuli Comitis dicétis, quòd Comes captus erat amore cuiusdam mulieris commorantis in via Cucumeri; ergo non prætendebat in amore Isabellæ, quia amor non capit duos, & isto casu magis standum est depositioni famuli Comitis, quàm Balthassaris; tum quia famulus contra dominum bene probat, Cappell. Thosan. *decis. 4.* Mascard. *conclus. 758. num. 10.* Tum quia examinatus fuit à fisco. *l. si quis testibus, C. de testib.* Bursat. *consil. 311. numer. 21.* tum & tertiò quia excludit delictum, Boss. *de defens. reorum, numer. 7. in fine,* Gabriel *rubr. de testib. conclus. 4. numer. 21. lib. 1.*

6 Stantibus ergo tot tantisque defectibus in depositione, & persona Balthassaris prædicti, absurdum est dicere eius dicto colligi posse aliquam præmeditationis coniecturam ob prætensam riualitatem, cùm certissimi iuris sit quamcumque præmeditationis coniecturam in suo genere plenè, & perfectè, & per integros testes probandam esse, Cason. *de indic. & tortur. in præmissis cap. 5. num. 2.* Blanc. *de indic. num. 46.* Brun. *in eodem tract. de indic. part. 1. q. 2. num. 4.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. numer. 5. 18. & 19.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 22. in princip.*

7 Verùm etiam dato sine veri præiudicio, quòd constaret in processu (prout verè non constat) Comitem solere conuersari cum Isabella, & quòd Eques hanc sciret conuersationem; ergo inde inter eos ortam fuisse riualitatem, & talem, vt odij & rancoris causam præbuerit, minimè sequitur, nisi aliquo alio extrinseco rancoris & odij signo ex causa prædicta apparente, vtputa quòd eques propter Comitis conuersationem mulieris commercio impediretur, & adeò illius amore captus esset, vt neminem cum ea conuersari sufferre posset, aut occasione prædicta, insimul cum eo verbis, aut facto contenderit, aut quid simile, tunc enim bene fateor riualitatem & fidei diuersitatem initiare, & præmeditationis coniecturam sequuto homicidio producere posse; quæ cùm in casu nostro non appareant, nec etiam per fumum, frustrà, ni fallor, ex communi conuersatione mulieris aliquid mali suspicari potest, & in omnem euentum dato etiam, quòd ex hac causa inter eos orta esset aliqua differentia, seu, vt ita dicam, ægreferentia, illa vtique non producebat capitalem inimicitiam, & ideo præmeditationis coniectura inde non oriebatur. Mantua *consil. 67. num. 3. & consil. 173. n. 14. lib. 2.* Decian. *cons. 67. num. 9. & 10. libr. 3.* Prout forsan produceret, si vnus cum alterius vxore, sorore, aut consanguinea rem habuisset carnalem. *cap. accedens el 2.* & ibi Bald. & alij Canonistæ, *vt lit. non contest.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, numer. 56. versicul. Primò dico, ff. de quæstion.* Blanc. *de indic. num. 89.*

8 Quòd verò attinet ad secundam coniecturã desumtam ex prætensa inimicitia inter Comitem, etsi postmodum sequuta fuerit reconciliatio de recenti ante homicidium commissum, licèt vera sit conclusio, quòd ex præcedente inimicitia subsequena homicidium præmeditatè commissum præsumatur. Cason. *de indic. & tortur. tractat. 4. cap. 1. numer. 4. & tractat. 7. numer. 2.* Alber. *in tractat. statutorum, part. 3. quæst. 64.* Boss. *in titul. de homicid. sub numer. 63.* Vulpell. *consil. 126. numer. 8.* Dicitur tamen, quòd verè inter Comitem, & Equitem nulla præcessit inimicitia, quæ eundem Equitem ad occidendum Comitem inducere potuerit, patet, quia omissa depositione Illustrissimi Don Cosmi, & Balthassaris, qui in substantia aliud non dicunt, nisi de auditu ab Equite, veritas est quam liberè Eques fatetur, quòd inter eos non præcessit alia dissentio, nisi occasione non redditionis salutationem, cuius causa postea se inuicem reconciliarunt mediante persona Equitis Cospi; hinc primò sequitur, quòd hæc prætensa inimicitia, etiam quòd non fuisset sequuta pax, seu reconciliatio, non reputatur à iure capitalis. Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 12. & post num.*

55. & 56. ff. de quaestion. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 898. numero 25. versicul. verumtamen, iuncto numero 42. Et consequenter non inducit delinquendi praemeditationem, ex praeallegatis; sequitur etiam, quòd per subsequentem reconciliationem, & salutationem, de qua etiam deponit Illustrissimus Don Cosmus, Ioannes Angelus famulus Comitis omnis odij rancor fuerit sublatus, Innocent. & alij in cap. cùm oporteat, de accusat. Grammat. vot. 34. numero 6. Nouell. in tractat. ad defensam, rubr. an indicia pro reo danda sint, numero 42. versicul. si inimicitia. Plot. de in lit. iurand. §. 54 numero 5. versicul. fallit primò.

9 Nec dicatur reconciliationem de recenti factam non tollere indicium inimicitiae: nam lapso triduo non dicitur reconciliatio de recenti facta. Argumento tex. in cap. accusatores 3. quaest. 2. vbi Archid. & Praepos. & communem dixit Sigismund. inter cons. feud. 46. post numerū 27. cuius opinionem licèt nihil allegando non putet veram Clar. in practic. §. final. quaest. 24. numero 6. versicul. Sed quid si sequuta sit reconciliatio, in fine, negari tamen non potest, quin saltim id totum arbitrio iudicis relinquatur, vt voluit Clar vbi suprà, & ante eum Campeg de testib. reg. 23. in 3. fallen. & reg. 26. etiam in 3. fallen. Mascar. de probat. libr. 2. conclus. 899. numero 10. in fine; qui quidem iudex nullo pacto arbitrari poterit Equitem reconciliationem iam factam ferè per biennium antè mediante persona alterius equitis frangere voluisse, & fidem fallere; non enim haec praesumenda sunt de nobili viro, honoratóque milite, & equite.

10 Ad tertium de praeparatione & delatione ensis stillettati, licèt ex ea oriri videatur praemeditati homicidij praesumtio, ad tradita per Cason. de indic. tract. 3. cap. 4. numero 1. Clar. in pract. §. homicidium, numero 6. versicul. ex opposito, in fine, Menoch. de arbitrar. quaest. lib. 2. cas. 361. numero 42. Bertaz. cons. 85. numero 15. libr. 1. Non tamen eadem praesumtio admittenda est in casu nostro, cùm ea non probetur, nisi ex depositione Balthassaris, & Illustriss. Don Cosmi, Balthassar patitur exceptiones, quas suprà retuli, nec meretur nomen testis, Illustriss. Don Cosmus, sufficiat pro nunc dicere, quòd est principalis inquisitus, tractaique propterea de se exonerando; cùm & ipse, vt fatetur, tunc deferret pugionem in forma stilletti, aut quadrelli, prout in his terminis bene scripserunt Alber. de Malet in tract. de testib. cap. 4. numero 68. Campeg. de testib. reg. 86. in 3. fallen. Iacob. Port. Imol. consil. 96. numero 10. Hippol Rimin. cons. crimen. diuers. 82. num 23. lib. 2. Bertaz. cons. 71. numero 29. lib. 1. Et tamen armorum hanc delationem per duos contestes integros, & omni exceptione maiores, vt inde praemeditationis coniectura deducatur, indubitati iuris est probari.

11 Nec paruifacienda est varietas, seu contrarietas inter Illustriss. Don Cosmum, & Balthassarem, cùm Balthassar dicat, *Che il Caualliero haueua vna spada stretta, come vn spiedo*, & sic totum stillettatum; Illustriss. autem Don Cosmus dicit, *Che la spada, che portaua il Caualliero non crede veramente, che sia stillettata, perche non era ad vso di stilletto, se non circa quattro dita di punta, & il resto era costaglio.* Nullum autem euidentius signum est, quòd testes nō vera dicunt, nisi quando circa idem factum varia & contraria deponunt, Bald. in l. sed etsi possessori, §. sed etsi verum, ff. de furtiur. Nell. de testib. numero 215. Aretin. cons. 71. col. penult. Simanch. de heret. tit. 64. numero 62. Foller. in pract. crim. in verb. item quod commisit falsitatem, n. 27.

12 Ad quartum de verbis in rixa prolatis à Comite, *Ab traditore voi m'ammazzate*, iuncta respōsione, *mena le mani, fà pensiero che io sia qui per questo.* Respondetur pariter, quòd licèt ex verbis in rixa, ante rixam, vel post rixam prolatis colligatur animus deliberatus, & praemeditatus occidendi, ad tradita per Marsil. in l. 1. §. diuus, numero 8. & seq. ff. ad l. Cornel. de sicar. Grammat vot. 23. numero 8. vers. & ideo satis ex verbis, Boss. in tit. de homicid. n. 44. in fine, vers. & dicatur constare, & n. 56. Quòd tamē talia verba fuerint dicta, & prolata nō probatur, nisi ex depositione Petri Bastiani, qui tempore sui examinis erat, & hodie est Birruarius, & sic infamis. Bald. in l. final. n. 47. ad fin. C. de edi. diui Adrian. tollen. & in l. etiam, n. 5. vbi etiam Salic. C. de testib. Campeg. de testib. reg. 16. Boss. in tit. de denunciat. num. 12. & 13.

Verùm, quòd iste testis falsum deponat, ex qualitate depositionis clarè dignoscitur; quomodo enim est verisimile, quòd si Eques, & socij illuc praemeditatè accessissent ad effectum occidendi Comitem, illud ore proprio confessi essent, sub verbis, *fà pensiero, che siamo venuti per questo effetto*, quae referuntur, hoc est, te occidendi causa, testis autem inuerisimilia deponens pro falso habetur, Boss. in tit. de oppos. contra testes, numero 94. & 96. cum aliis per Tiraquell. de reuocan. donationib. in praefat. n. 45. & 46. 13

Testis autem praedictus pro falso habendus est non solùm ex eo, quòd, vt dixi, inuerisimilia deponat, sed etiam, quia de falso plenè conuincitur ex depositionibus famulorum Comitis, videlicet Io. Angeli, Francisci; examinatus enim Io. Angelus in primo processu dicit: *Quando quei quattro ci furno appresso vno di loro ci disse chi va li, noi non respondemmo nissun di noi*, & Franciscus dicit, *Il Signor Conte nella rissa non parlò mai, à quella parola, chi è li, il Signor Conte non rispose, ne anco noi*; istis autem famulis Comitis magis credendum est, quàm Petro Bastiani, tum ex rationibus praeallegatis, tum etiam quia erant in facto ipso: & sic verisimiliter magis audire potuerant verba praedicta, si prolata fuissent, quàm Petrus, qui, vt fatetur, erat in loco distanti à rixa per centum passus, & plus ideo minus credendum. Iacob. Buttig. de testib. tit. de contrariet. test. numero 5. Franc. Curt. in eodem tract. de testib. concl. 19. numero 41. versic. tertiò dicuntur. Pract. Conrad. rubr. personas testium aggrediendo, numero 5. versic. item corrigentes, Gabr. tit. de testib. libr. 1. conclus. 4. numero 64. & seqq. 14

Ad vltimum, quòd Eques perquisiuerit scire, & quòd etiam sciuit eo sero Comitem venturum domum Isabelle, responsio satis patens est, ex eo, quòd hoc in processu non constat, nisi ex depositione Balthassaris tot defectus, & exceptiones patientis, vt suprà, cui non suffragatur depositio Menicbellae, cùm omnia reuocauerit in tortura. Dicto autem testis in tortura magis standum esse quàm primo, satis in iure clarum est. Bart. in l. eos, numero 2. & numero 4. & ibi etiam Marsil. numero 8. ff. ad leg. Cornel. de fals. Felyn. in cap. 3. cùm in tua, numero 3. versi. fallit nisi secundum dictum cum tormentis, & ibi etiam Abb numero 9. & Aretin. numero 51. extrà de testib. Gabr. lib. 7. conclus. 26. numero 1. Clar. in pract. §. fin. quaest. 53. vers. quartus est casus, post med. 15

Verùm quòd eo sero Comes non esset profectus ad Isabellam, apertè deposuerunt ambo eius famuli, dicentes: *Che circa le due hore tornato il Conte à casa, & stato vn poco in casa, disse, andiamo fuori à spasso, & così vscite di casa passammo per la piazza di San Marco, & andammo per la via del cocomero, doue era poco inamorato, & di li à poco, disse, andiamocene à casa, che questa sera è freddo, & nel tornare, il Conte prese quella via, che riesce in via larga.* Ex quibus negari non potest, quòd eo sero Comes non erat iturus domū Isabellae, & sic redditur falsa depositio Balthassaris, cùm isti testes sint duo, & Balthassar vnus. Boss. in tit. de oppos. contra testes, numero 13. versicul. si tamen hac concordia, & in tit. de tortur. testium, post numerū 15. Clar. in §. falsum, in versicul. conuincitur etiam testis de falso, in princ. Petra de fideicommiss. quaest. 12. n. 1091. 16

Ex quibus licèt omnia fisci fundamenta benè sublata videantur circa praetensam praemeditationem ad occidendum Comitem, & consequenter intret conclusio communis, quòd in dubio homicidium praesumatur potius commissum in rixa, quàm praemeditatè. Cason in tract. de indic. & tortur. in praemissis, cap. 5. numero 1. Boss. in tit. de homicid. numero 64. in fine, Alba. cons. 46. numero 2. & seqq. lib. 1. Bertaz. cons. 85. numero 2. & seqq. lib. 1. Baiard ad Clar. in §. homicidium, numero 23. Adhuc tamē omnis difficultas tollitur, quia immo ex processu, & ex omni eius parte bene percipitur fuisse puram rixam absque vlla prorsus praecedenti praemeditatione, si enim Eques vnà cum sociis accessisset ad domum Isabellae ad effectum occidendi Comitem, sciens illum illuc eo tempore 17

accessurum,

accessurum, vtique non transmisisset Ioannem Mariam aliàs il Gobbo ad certiorandum dictam Isabellam, quòd ibi erat Eques cupiens eam alloqui, prout nec ingressus fuisset domum ipsius Isabellæ, prout deponunt Iulius Cæsar famulus Comitis, & Ioan. Maria, cùm apertè denotet, quòd Eques volebat alloqui Isabellam, inde excluditur, quòd eò accesserit ad occidendum comitem, quia si ad hoc accessisset, se in insidiis & in occulto posuisset, expectans illius aduentum, prout, qui præmeditatè aliquem occidere volunt, se in occulto, & in insidiis ponere solent, & non se aliis patefacere, Cason. *de indic. & tortur. tractat. 2. capit. 1. numer. 6. & 8.* Menoch. *de arbitr. cas. 361. numero 17.* Mascard. *de probat. libro 1. conclus. 98. numero 13. & numer. 18.* Iacob. Ayret. *in tractat. de homicid. part. 1. num. 112.*

18 Secundò excluditur omnis præmeditationis præsumptio, quia quando quis aliquem præmeditatè occidere intendit, illum expectans in aliquo loco: statim quòd eum venientem videt eundem aggreditur, vulnerat, & occidit, nullis prolatis verbis; at hic, secundùm depositionem testium curiæ, & famulorum Comitis constat, quod antea fuit audita vox, dicens, *ferma là taccia mano*. Ideo ex istis præcedentibus verbis, rixa, & non præmeditatio præsumitur, accedente præsertim audita voce alterius, dicentis, *t'amazzarò*; quæ quidem verba tacitum habent sensum, & intellectum, nisi retrò stabis, aut quid simile, & sic magis præsumitur rixa, ad trad. per Vulpell. *in consil. 97. num. 3. & num. 6.* Hercul. *de caus. de non offenden. cap. 30. num. 34. in fine.* Qui enim se insidiis ponit, vt aliquem occidat, non ipsum præmonet, quod occidet, sed in effectu vulnerat, & occidit.

19 Tertiò, si Illustrissim. Don Cosmus, cum Equite, & aliis eo loci, vt prætenditur, se contulissent, vt Comitem occiderent, vtique non euaginatis ensibus ipsum aggressi fuissent, sed ictu archibusij, quod idem Illustrissim. Don Cosmus deferebat, statim occidisset, ad trad. per Bart. *in l. 1. §. diuus, in fine*, & ibi etiam Alberic. *numer. 4. versic. & ad idem.* Angel. *numer. 2. versic. & qui pertusisset cum hasta, ff. de sicar.* Salic. *in leg. 3. numer.... post med. C. ad eodem.* Burtat. *consil. 231. per totum, & 272. numero 23. 25. & 26.*

20 Quartò non vnicum, sed plura intulissent vulnera, prout facere solent, qui præmeditatè occidunt, Carer. *in pract. crim. in tract. de homicid. & assassin. §. homicidij autem species*, Cason. *de indic. & tortur. tract. 4. c. 5. n. 4.* Boss. *in tit. de homicid. n. 63. & n. 85.* Mascard. *de probat. libr. 1. conclus. 98. num. 19.*

21 Quintò nec Eques adhuc effectum secum duxisset d. Illustriss. Don Cosmum, nec d. Illustriss. Don Cosmus verisimiliter si hoc sciuisset, se cum eo associasset, ex qualitate autem personarum præmeditatio arguitur, & excluditur. Gandin. *in tit. de homicid. num. 28.* Cephal. *consil. 206. num. 12. lib. 2.* Bertazzol. *consil. 85. num. 13. versic. Tertia est coniectura, & num. 14.* Marsil. *in l. 1. §. diuus, num. 50. ff. de sicar.*

22 Sextò, qui aliquem occidere præmeditant, præparant equos, pecunias, aut alia similia ad euadendum necessaria, Cason. *vbi suprà tract. 3. c. 4. num. 1. & num. 5.* Alba *consil. 46. n. 8. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 360. n. 45.* Mascard. *d. concl. 98. num. 16.* Eques autem, & socij nulla ad euadendum facta præparatione occursu casu capti, & carcerati fuerunt.

23 Septimò, præsupposito pro vero, prout deponunt famuli Comitis, quòd eo sero Comes non habebat animū accedendi ad Isabellam, & consequenter præsupposita ignorantia Equitis de transitu Comitis per illam viam, & iterum præsupposito, quòd Eques eo sero volebat se conferre ad alloquendū suam amasiam, &c. Nescio quidem videre, quonam pacto dici possit, quòd idem Eques illuc accesserit ad effectum occidendi Comitem; etenim locus ille aptus ad dimicandum cum aliis armis, quàm ferreis, & cum alia persona, quàm cum Comite. Ratione autem loci homicidij præmeditatio includitur;

& excluditur. Cason. *vbi suprà tract. 3. c. 9. n. 1. & seqq.* Boss. *in tit. de homicid. sub n. 63.* Menoch. *de arbitr. cas. 361. n. 38.* Bertazz. *consil. 85. n. 16. lib. 1.*

24 Octauò, retorquendo fisci secundum argumentum, cùm ex præmissis appareat, quòd Eques nullam habebat causam occidendi Comitem sequuto homicidio, illud vtique patratum præsumitur in rixa, & ex superueniente casu, non autem præmeditatè, Gandin. *in titul. de homicid. num. 9.* Marsil. *consil.* .... *numer. 43.* Cephal. *consil. 31. numer. 3. & numer. 4.* Bertazzol. *consil. 208. numer. 13. & sequent.* Burtat. *consil. 271. numer. 12.* Mascard. *d. conclus. 98. num. 30.*

25 Nonò non est omittendum illata tortura, Horatio Bino, & Iulio Cæsari Ianuensi, qui in hac rixa astiterunt, & dimicarunt ad effectum habendi hanc prætensam præmeditationem, in qua cùm perstiterint eo magis non præmeditationis probatio resultat etiam ad fauorem Equitis, *leg. 1. §. si quis vltro, versic. prudenter, ff. de quæstion.* Præsertim cùm tortura fuerit atrocissima, & iterata, & tamen ad habendam hanc præmeditationis qualitatem moderatius multo torqueri debebant, Clar. *in pract. §. fin. quæst. 64. versicul. veritas est, in fine.* Vulpell. *consil. 8. num. 14. versic. insuper non omitto*, cum aliis per Farin. Cattar. *de texquir. sentent. capit. 2. numer. 68. sancto numer. 90. in fine.* Vel verius torqueri non debebant non concurrentibus requisitis à iure, ad hoc, vt reus ad habendum qualitatem præmeditationis torqueri possit. Primò scilicet, vt de homicidio sit plenè conuictus, aut confessus. Secundò, quòd præcedentet aliqua præmeditationis indicia. Tertiò, quòd pro non præmeditatione nulla adessent indicia, iuxta ea quę scripsit Carer. *in pract. criminal. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. homicidij autem species, numer. 7.* Claud. ad Bertazzoll. *consil. 85. litera B. libr. 1.* Burtat. *consil. 271. num. 35. versicul. vltimo circa dubium, & numer. 36. & seqq.* Bajard. ad Clar. *in §. homicidium, num. 16.*

26 Ex quibus omnibus subitaneæ, & puræ rixæ euidentibus signis, & præsumptionibus, dato, quòd in proposita facti specie concurrerent aliquæ contrarium suadentes coniecturæ (prout verè non concurrunt) dubium non est, quòd in earum concursu prævalere debent potius coniecturæ indicantes rixam, quàm præmeditationem, etiam quòd leuiores, & numero minores essent, Cepol. *consil. 31. numer. 8. & 9.* Grammat. *vot. 23. num. 4. & num. 12.* Alba *consil. 46. num. 14. lib. 1.* Cardin. Alban. *consil. 12. num. 5. & seq.* Bertazzol. *consil. 208. num. 10. & 11.* Burtat. *consil. 271. num. 1. & seqq.* Data autem rixa (prout rixam fuisse negari non potest) omnis præmeditationis excluditur probatio. Cason. *de indic. & tortur. tract. 4. cap. 1. num. 2. & cap. 5. num. 4.* Boss. *in tit. de homicid. n. 58.* Clar. *in §. homicidium, n. 5. vers. dolosum autem.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 361. n. 8. & seq. & n. 17. vers. primus est casus, & n. 33. & seqq.* Quare vt propositæ dubitationi respondeam, an scilicet in casu de quo agitur constet de præmeditatione verè, vel præsumptiuè, negatiuè omnino respondendum esse censeo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

27 Dominus Eques Lanfreducius, quem non constat præmeditatè vnà cum sociis interfuisse rixæ, in qua prætenditur Comitem Georgium vnico vulnere occisum remansisse, absque dubio, tum propter incertitudinem occisoris, tum quia casus in pura rixa euenit, est à pœna ordinaria absoluendus, vt quando concurrit huiusmodi incertitudo, tradit Alber. *in l. 1. fin rixa, num. 3. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Marsil. *in l. 1. in princip. num. 9. ff. eod. tit.* Clar. *in §. homicidium, vers. alia est etiam defensio*, cum aliis allegatis per Farinac. *quæst. 46. numer. 21.* & quando cessat præmeditatio, & sumus in pura rixa. Clar. *in dict. §. homicidium, in versicul. alia etiam est defensio, numero 30. in fine*, Peguer. *decis. criminal. 14. numero 15.* Cardin. Alban. *consil. 12. numer. 3. & infrà*, & alij citati per

Farinac. *quæst.*126. *num.*48. Nam fiscus, cuius onus est probare dictam præmeditationem, cùm hæc non præsumatur, Marsil. *in di. l. si in rixa, num.*28. Boss. *in tit. de homicid. num.*23. Surd. *cons.*40. *num.*17. Farinac. *d. quæst.* 96. *num.*75. *& quæst.* 126. *num.*106. ex his quæ in processu hactenus formato colliguntur in ea vim facere non potest, quandoquidem apertè constat, quòd nec verè nec præsumptiuè illa probata fuit, meritò locus est dictæ absolutioni.

28 Siquidem asserta inimicitia, quæ prætenditur extitisse inter Equitem, & Comitem occasione amoris illius mulieris Lusitanæ, de qua in processu, non fuit probata, vt requirebatur, ad Farinac. *cons.* 61. *num.* 15. sed immo potiùs de contrario constat, ex quo fatetur Ioannes vnus ex famulis dicti Comitis, quòd soliti erãt se ad inuicem salutare, Marsil. *in l.*1. *§. præterea, num.*12. *ff. de quæstion.* Mascard. *dict. conclus.* 898. *num.*33. *&* 34. Farinac. *quæst.*49. *num.*54. & ex quo causa illa, quòd essent corriuales in amore illius Lusitanæ, non fuit, nec est vera, cùm alter ex famulis eiusdem Comitis deponat illum aliam amasiam habuisse in alia via, & loco, & nihilominus vt indicium aliquod ex inimicitia sumi possit, debet in specie apparere de causa illius, Grammat. *vo.* 34. *num.*4. Galeat. Maluas. *cons.*110. *num.*25. *lib.*1. *cons. criminal. diuers.* Menoch. *præsumt.*89. *num.*58. *lib.* 1. *de præsumt.* idem Farinac. *quæst.* 49. *num.* 127. proinde non potest censeri ex hac asserta inimicitia probata deliberatio, seu animus præmeditatus occidendi dictum Comitem; saltem quia non quælibet inimicitia, sed solummodo grauis & capitalis infert ad huiusmodi præmeditationem, Bertazzol. *cons. crimin.* 85. *num.* 17. *& seq. lib.* 1. Bursat. *cons.* 271. *num.* 30. Mascard. *de probat. conclus.* 98. *num.* 5. & communem testatur Farinac. *quæst.* 49. *num.* 100. *& cons.*61. *num.*16.

29 Rursus ex eo quòd illi duo testes pro fisco examinati deponant audiuisse in dicta rixa vocem vnius dicentis, *traditori m'ammazzate*, & alios corrixantes, dicentes, *siamo quì per questo mena le mani*, non probatur animus deliberatus, quia Petrus Pauli alter ex dictis testibus hoc negat audiuisse, adeò quòd hoc indicium quod per duos testes contestes probandum erat, ad scripta per Gomez. *variar. resolut. titul. de tortur. reor. cap.* 13. *numer.*18. & Farinac. *quæst.* 37. *num.* 33. munitum remanet solùm vnico teste, qui etiam alteri est contrarius, ex quo dicit se cum alio alloquutum esse in eodem loco, quod alter negat esse verum, & idcirco etiam ratione dictæ contrarietatis inter eos, & quia famuli dicti Comitis eis sunt contrarij dum attestantur Comitem nullum verbum protulisse, neutri fides est adhibenda, Mascard. *de probation. conclus.*1361. *num.*2. *& num.* 3. Farinac. *quæstione* 65. *num.*2.

30 Præterea quòd Eques se armis muniuerit, & ensem alienum, vt aiunt, stillettarum, sibi insolitum accinxerint, vt fiscus prætendit, non vrget pro verificatione dictæ præmeditationis, quia de hoc non deponunt nisi Illustrissimus Don Cosmus Medices, & Balthassar Sait; quibus non est credendum, quia non fuerunt, nec sunt repertiti citato dicto Equite vt requirebatur, ad Honded. *consilio* 101. *n.*22. *& sequen.* & Farinac. *quæstione* 72. *n.* 136. Saltem propter malam qualitatem dicti Balthassaris, qui varios patitur defectus, & apertè de falso conuincitur ex dicto Menichellæ alterius testis fisci, vt infrà dicetur, nec non, & quia delatio asserti ensis stillettati tanquam facta ab Equite, & milite, solito semper arma deferre, & qui cùm deberet accedere ad domum illius mulieris, & se in discrimine vitæ ponere, habebat causam se bene armis muniendi, his concurrentibus non arguit aliquam animi deliberationem in dicto Equite, Bertazzol. *dict. consil.*85. *n.*14. Mascard. *de probation. concl.* 97. *n.*4. *&* 5. Farinac. *dict. quæstion.*126. *n.*203. *& consil.*61. *num.*17. præsertim quia non constat ab illo facinus commissum esse, Menoch. *de arbitr. cas.*361. *num.*43.

31 Insuper aliud indiciũ, quod ex depositionibus Balthassaris, & Menichellæ sumitur, ex eo quòd dicunt Equitem perquisiuisse sero, & quòd sciuerit Comitẽ ex sero, quo fuit occisus, debere accedere ad domum dictæ mulieris, penitus corruit, quia Menichella eius primum dictum reuocauit, & in tortura contrarium illius, quod deponit Balthassar, sustinuit, cui in hoc secundo dicto magis standum est, quam primo, ad cons. Decij 92. *n.* 46. *lib.*2. Menoch. *cons.*108. *n.*14. *de arbit.* Farinac. *q.*66. *n.*166. *&* 167. Et ex eius dicto, quia ipsa in omnibus datur cõtestis ab ipso Balthassare, conuincitur ille, seu redditur suspectus de falso, ita vt in nihilum sit ei credendum aduersùs dictum dominum Equitem. Bald. *in cap. cum causa, num.*17. *ex. de test.* Gabr. *tit. de test. concl.*2. *n.*11. Bertazz. *cons.* 334. *num.*3. *libr.*2. Rimin. Iun. *consil.*554. *n.*4. & alij communiter, de quibus per Farinac. *q.*65. *n.*274. & per consequens non potest dici ex horum depositione colligi indicium aliquod dictæ præmeditationis, attento præcipuè, quòd potuisset Eques hęc perquirere ad effectum, vt sciret an liberas ædes, & liberum accessum haberet ad dictam mulierem, quàm vt Comitem occidere vellet, prout in dubio hanc esse faciendam interpretationem exclusiuam animi deliberati concludunt illi, qui voluerunt probationem præmeditationis debere esse concludentem, & talem ita vt actus eam inferentes ad aliurn finem fieri non potuerit, Marsil. *in l. si in rixa, num.*27. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Bald. *in l. non eo minus, n.*26. *C. de accusat.* Clar. *in dict. §. homicidium, in versic. & alia etiam est defensio,* ibi puro tamen, & ibi tantùm est casus, vnde in depositionibus dictorum Balthassaris, & Menichellæ, nullum fundamentum fieri potest contra dictum Equitem, qui cùm non haberet vllam causam occidendi Comitem, non credendum, quòd hac de causa quæsierit de accessu illius ad domum dictæ mulieris, ad Farinac. *q.*52. *n.*144. *& seqq. & n.*151. *&* 152.

Præsertim quòd & pro eo multa concurrunt, quæ penitus excludunt hanc animi deliberationem, nempe constat ex depositione famulorum dicti Comitis quòd casu accessit in loco rixæ, ex quo semel reduxerat ad domum animo ampliùs de ea illo sero non exeundi, itidem ex quo in loco rixæ apparet re vera astitisse Equitem vt alloqueretur illam mulierem, & propterea curauit per Ragazium Macellarij de eius assistentia illam admonere vlterius, quia non est verisimile, quòd secum conduxerit ad hoc facinus perpetrandum Illustrissimum Don Cosmum Medicem vnum ex Serenissimis, & quidem sibi maiorem, & dominum, vt idcirco ex his simul iunctis, & signanter quia consocij dicti Equitis, qui in eadem rixa interuenere, in tormentis acerrimè eis illatis sustinuerunt, non interuenisse hanc deliberationem, omnino dicendum est, nullo modo fiscum facere posse fundamentum in ea, ad scripta per Mascard. *de probat. conclus.* 1139. *num.*19. maximè quia non potest negari, quin constantia dictorum consociorum in tormentis etiam prosit ad sculpationem dicti Equitis super asserto tractatu. Ossasc. *decis.*79. *num.*10. *vers. præterea,* & in terminis tractatus Bertazzol. *consil.*538. *num.*6. *& infrà lib.*2. cum quibus transit Farinac. *q.*43. *n.*11. *& n.*13. 32

Nec aliquid facit quòd forsan dicatur dictum dominum Equitem torquendum esse super dicta præmeditatione, quia ad hoc, vt locus sit torturæ pro verificatione præmeditationis, tria requiruntur, nempe mala fama vulnerãtis, quòd indicia super præmeditatione vrgeant, & quòd pro parte illius non adsint aliqua indicia excludentia animi deliberationem, Bursat. *consil.*271. *n.*35. *&* 36. Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, n.*16. & quoad præmeditationem sequitur Farinac. *d. q.*126. *n.*114. & proĩnde quia contra dictum Equitẽm neutrum horum concurrit, quinimo quia pro eo sunt indicia penitus excludentia eius deliberationem, absque dubio est concludendum non esse locum huic torturæ, quæ in præmissis non infertur, nisi quando contra rixantem adsunt indicia particularia, & vrgentia. Bursat. *consil.*316. *n.*14. idem Farinac. *d. q.*96. *n.*89. Quare. 33

Antonius Portius Aduocatus.

ARGVMENTVM.

De testibus dicentibus se nō dixisse prout Notarius scripsit, quam faciant fidem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quando testi vario in parte substantiali diminuatur de fide in aliis partibus, in quibus nulla est varietas. Quandóve varij testis depositio attendatur potius prima, quàm secunda. Et demum quando vnus, vel plures testes de visu, non omni exceptione maiores, iunctis adminiculis sufficiant ad condemnandum, & in quam pœnam.

SVMMARIVM.

Testis examinatus à Notario, & Iudice, si deinde repetitus negat se non dixisse prout Notarius scripsit, nihil ipsi credendum est non solùm in ciuilibus, & sic ad effectum vt probet, sed etiam in criminalibus ad effectum vt ipse testis de falso puniatur, n. 1. & 2. Etiam quòd testis secundo loco examinatus fuerit parte citata, vel non. n. 3.

Notario semper magis credendum est quàm testi, d. n. 3.

Testes plures à Notario examinati si in repetitione dicant se non dixisse prout Notarius scripsit contra ipsum Notarium non solùm non sufficiunt ad condemnandum, sed nec etiam ad torquendum, n. 4. siue sint examinati parte citata siue non, num. 5.

Depositio testis varij in parte substantiali, an reddatur inualida in aliis partibus, in quibus nulla est varietas, dic quòd in totum talis depositio est nulla, quando varietas consistis in eodem examine, secus si in diuerso examine seu iudicio, n. 6. & 7.

Testis varij attenditur primum dictum, & non secundum, quando illud primum dictum est magis verisimile, & magis adminiculatū quàm secundum, n. 8.

Testis varij depositio attenditur potius prima, quàm secunda, quando post primam depositionem ipse testis loquutus fuit cum parte, n. 9.

Testis varij secunda depositio iurata magis attenditur quàm prima depositio non iurata, num. 10. vbi etiam an isto casu testis possit de falso puniri.

Testis sibi varius, & contrarius in non substantialibus licèt aliquo modo puniatur, non tamen per hoc eius dictum prosternitur, num. 11.

Testis vnus de visu deponens iunctis adminiculis, an sufficiat ad condemnandum, & in quam pœnam, n. 13. & 14. vbi etiam quid si fuerint plures testes non tamen omni exceptione maiores.

Testes duo omni exceptione maiores sufficiunt ad conuincendum, & condemnandum etiam in pœnam ordinariam, num. 14.

Testes duo non omni exceptione maiores supplentur ex adminiculis, num. 15.

Testes domestici sunt idonei testes in probatione homicidij, domi commissi, n. 16.

CONSILIVM CXXXIX.

DVBIA.

PRIMO. Nunquid Doctores tenentes standum esse primo dicto iurato, coram Iudice, & Notario, non autem secundo, loquantur de teste deponente parte citata, vel solùm pro Curiæ informatione examinato.

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

Secundò. Et an testis varius in parte substantiali reddatur ejus dictum in omnibus inualidum, vel sustineatur in illis partibus, in quibus concordat cum prima depositione.

Tertiò. Vtrùm plures semiplenæ probationes possint simul iungi ad faciendam plenam probationem, & sic ad imponendam pœnam ordinariam, nempe depositiones plurium testium de visu, sed non omni exceptione maiorum, cùm vnus sit cōiunctus in secundo gradu, & alter qui in repetitione dixit se non deposuisse prout repetitur scriptum in examine facto coram Iudice, & Notario non omnibus, sed tātùm in qualitate, quis fuerit autor rixæ. Gladius sanguinolentus repertus penes cadauer, & recognitus pro cultro inquisiti. Pileum similiter penes cadauer repertum, & recognitum pro pileo inquisiti. Fuga à loco commissi delicti. Confessio quòd interuenerit in rixa, sed vti mediator. Captus cum vestimentis sanguine aspersis. Mala satisfactio inter reum, & occisum. Fama publica incontinenti orta contra dictum Franciscum.

Responsio.

1 PRimæ propositæ dubitationi respondēdo, dico certum esse quando testis primò examinatus à Notario, & Iudice, deinde repetitus negat se non dixisse, prout Notarius scripsit. Tunc quòd ipsi testi non credatur, standúmque sit primæ depositioni non solùm in ciuilibus, & ad effectum, vt probet. Specul. *in tit. de teste, §. 1. n. 48. vers. si autem Iudex audiuisset*, Anton. de Butrig. *in cap. ad audientiam, num. 17. vers. Sed si Iudex*, & ibi etiam Felin. *versic. septimò limita, nisi Index*, & Alexand. de Neuo *post num. 14. extra de præscrip.* Salyc. *in l. si quis Decurio, num. 12. C. ad leg. Cornel. de fals.* Couarr. *variar. resolut. libr. 2. cap. 13. num. 10.*

2 Sed etiam in criminalibus ad effectum vt ipse testis de falso puniatur, secundū Felyn. *in loco prælegato*, Aym. *consil. 13. n. 2* Francisc. Curt. *in tract. de testib. concl. 42. n. 88.* Hieron. de Monte *q. 12. n. 14.* Clar. *in pract. §. 11. versic. porrò testis, in fine, & quæst. 53. n. 17. versic. quintus est casus, etiam in fine.*

3 Nec prælegati Doctores faciunt distinctionem, an iste testis secundo loco examinatus, sit examinatus parte citata, nec ne, & propterea simpliciter & distinctè eorum dicta intelligenda sunt etiam in teste examinato parte citata propter identitatem rationis, qua ad sic dicendum mouentur, nempe propter magnam fidem Notarij, cui semper magis credendum est, quàm testi, nedum iuncta auctoritate Iudicis. Boss. *in tit. de fals. num. 16.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 1094. n. 12.*

4 Et propterea licèt, vt dixi, puniri possit de falso testis qui à Iudice, & Notario primo examinatus dicit in repetitione non sic dixisse, vt scriptum est à Notario. Non tamen sic est è contra quando plures testes, nedum vnus repetiti dicerent, aut nullo pacto fuisse examinatos, aut non sic examinatos dixisse, prout Notarius scripsit. Hoc enim casu, eorum dictum contra Notarium, nedum ad condemnandum non sufficeret, sed nec etiam ad torquendum, ex plenè allegatis per Capyc. *decis. 194.* Boss. *in tit. de fals. sub num. 17.* plenè Natt. *consil. 392. per tot. lib. 2.* & per Rolan. *cons. 38. sub num. 17. iuncto num. 23. & sequen. lib. 1.*

5 Idque Doctores prælegati, vt prædixi, non alia ratione firmant, nisi quia plus creditur Notario, quàm testibus, & in specie aduertit Alberic. *in l. qui falsò, n. 2. vers. in dubio, & seqq. ff. de testib.* Quæ ratio æquè militat, siue testis sit examinatus pro Curiæ informatione, siue parte citata; immo sic parte citata intelligendę sunt doctrinæ prędictæ, cùm vt plurimū in criminalibus repetitio testium fieri contingat, potius parte citata, quàm pro Curiæ informatione, prout notum est, & Roland. *d. cons. 38* loquitur in testibus qui metu excommunicationis reuelarūt, & postea formiter repetiti dixerunt non sic dixisse, vt Notarius scripsit.

6 Secunda proposita dubitatio, nūquid scilicet dictum

testis varij in parte substantiali inualidum, reddatur etiam inualidum in omnibus alijs partibus, in quibus nulla est contrarietas; communi hac Doctorum distinctione resoluenda videtur. Nam aut varietas consistit in eodem examine, aut in diuersis examinibus: si in eodem examine, tunc intrat conclusio, quòd testis in vno, præsertim in substantialibus, varius, & contrarius, in totum reputetur talis, & nihil probat, secundùm Aretin *in cap. cum nostra, num. 5. & seq. & num. 9. & 10.* & ibi etiam Abb. *num. 2. extrà de testib.* Ruyn. *consi. 58. numero 10. lib. 5.* Roland. *consi. 95. numero 17. lib. 4.* Cephal. *cons. 65. numero 52. & consi. 98 numero 37. libr. 1.* & iste non est casus noster.

7 Si verò varietas, seu contrarietas testis consistat in diuerso examine, aut iudicio, & tunc intrat regula, quòd in vno varius, in omnibus redditur varius, quia in eo, in quo est varietas, attenditur primum, & non secundum dictum, Albet. *in l. qui falsum, num. 6.* & ibi etiam Bald. *ante num. 1. ff. de testib.* Gloss. & communiter omnes Canonistæ *in cap. cùm in tua*, & eodē Boss. *in tit. de oppos. cōtra testes, num. 5.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 53. versic. prædicta autem, in princip.* Rota *diuers. decis. 346. numero 2. part. 1.* Cæsar. de Grass. *decis. 1. alias 21. numero 10. de restitut. in integr.* & iste est casus noster.

8 Attenditur itaque in casu nostro primum dictum non solùm ex præallegatis sed etiam quia illud est magis verisimile, & magis coadiuuatum ex depositione alterius testis, alijsque indiciis, præsumtionibus & probationibus, de quibus in dubijs, ad trad. per Tindar. *in tract. de testibus lib. 1. cap. 3. in fine in 12. fallen. & cap. 14. numero 1. cap. 2. numero 1. versi. sextò vbi coniectura, &c. & numero 2.* Roland. *cons. 40. n. 13. lib. 1.* Vulpell. *consi. 104. n. 3. & num. 11.*

9 Vltrà quòd testis, de quo agitur, cùm ante secundum examen loquutus fuerit cum parte contra quam deposuerat, præsumitur ad eiusdem partis subornationem primum dictum reuocasse, ad trad. per Canonistas *in cap. præterea, extrà de testib. cogen.* Boss. *in tit. de publicatione processus, numero 32. versi. & in effectu,* Rota *diuers. decis. 346. numero 3. par. 1.* Gabr. *lib. 7. conclus. 27. numer. 6.*

10 Et licèt, vt suprà dixi, testis possit puniri de falso non per hoc sequitur quòd eius primum dictum prosternatur per id, quod in simili dicitur de teste deponente cum iuramento contrarium eius, quod sine iuramento deposuerat, licèt de falso puniatur secundùm Tindar. *in tract. de testib. par. 1. cap. 11. numero 4.* Non per hoc tamen receditur ab eius dicto iurato, vt per eundem Tindar. *d. cap. 11. numero 1. & seqq. & par. 2. cap. 2. n. 1. in 3. fallentia.*

11 Et in simili dicitur de teste sibi vario, & contrario in non substantialibus, quòd licèt propter hanc variationem aliquo modo puniatur, secundùm Conrad. *in pract. in tit. de testib. in rubr. de varietate test. num. 19. sub 8. limit.* non per hoc tamen sequitur, quòd eius dictum prosternatur, secundùm Bart. *in l. eos, num. 5. vers. & intellige, &* ibi Alber. *num. 1. & seqq.* & Marsil. *num. 23. ff. de fals.* Aym. *cons. 78. ad fin.* Boss. *in tit. de tortur. test. num. 27.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsumt. 23. num. 16.* & alia plura possent afferri exempla.

12 Quare si in eo, in quo testis est varius, adhuc eius primum dictum recipitur, vt in casu nostro, frustrà disputatur, nunquid in alijs partibus repellatur, in quibus nulla prorsus est varietas, & etiam, quòd pro varietate & contrarietate possit de falso puniri, ex præallegatis.

13 Quod verò attinet ad tertiam dubitationem, nunquid scilicet depositiones duorum testium de visu, licèt non omni exceptione maiorum, iūctis alijs de quibus in dubijs, sufficiant ad condemnandum in pœnam ordinariā affirmatiuè resoluendum creditur, per ea quæ scripsit Ludou. Peguer. *decis. crimin. 17. num. 40. in fine, & omnibus seqq.* vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus testatur in illo apud eum Regio Cathaloniæ consilio condemnatum fuisse etiam in pœnam mortis & vltimi supplicij delinquētem ex depositione vnius testis de visu, concurrentibus adminiculis, de quibus ita per eum non ita vrgentissimis, vt in præsenti casu, quod, & idem affirmauit post eum Petrus Barbos. *in repet. l. 2. in pr. part. 1. ff. solut. matrimon. n. 93.*

14 Verùm hîc non vnum testem de visu, sed duos habemus contestes, qui si essent omni exceptione maiores, dubium non est, quòd conuincerent reum etiam ad pœnam ordinariam, Bero. *in cap. et si Clerici, de iudic. in pract. §. fin. quæst. 66. versi. debet etiam scire.* Mascard. *de probat. libr. 1. conclus. 461. num. 1.* & est tex. *in cap. nullam, §. sed de hoc, in fine 2. quæst. 4.*

15 Sed, cùm vt præfertur in dubiis isti testes non sint omni exceptione maiores, non erit absurdum vt eorum defectus qualiscumque fuerit, possit ex multitudine aliorum adminiculorum, immo semiplenarum probationū suppleri, nempe ex fuga, ex fama, ex causa delicti, ex gladio, ex vestimentis sanguine aspersis, ex pileo penes cadauer reperto, & ex confessione, quòd interuenerit in rixa, secundùm Alexand. *in l. si duo patroni, numero 7. ff. de iureiurand.* Ang. *cons. 368. colum. final. versic. & secundùm ea,* Aym. *cons. 35. num. 7.* Marsil. *sing. 343.* Gabriel. *tit. de testib. concl. 1. numero 4. & conclus. 6. num. 2. & conclus. 7. etiam num. 2.* Decian. *cons. 18. numer. 204. libr. 1.* Cæsar de Grass. *decis. 178. numero 4.*

16 Et id quod in præsenti causa tollit difficultatem est, quia exceptiones, quæ opponuntur contra dictos testes non sunt releuantes: nam quòd vnus sit coniunctus occiso in secūdo gradu, tollitur ex eo, quia in domo, in qua fuit commissum homicidium, non erant alij testes melius informati; ideo intrat conclusio, quòd homicidium domesticum non potest ab alijs melius probari, quàm ab ipso domestico. *l. consensu.* & ibi Alber. *num. 10. C. de repud.* Bald. *cons. 237. num. 3. lib. 3.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero 93. & in tit. de indic. & considerat. ante tortur. numero 164.* Gabr. *tit. de test. conclusi. 10. numero 33.* etiam quòd sit consanguineus, Alber. *in l. parentes, numero 2. ad fin. versi sed nunquid isti, C. de test.* Crot. *in tract. de testib. par. 3. numero 88.* Gabriel *tit. de testibus, conclusi. 13. numero 14. & num. 27.*

17 Et quoad alium testem licèt repetitus dicat non ita deposuisse prout scriptum reperitur à Notario, iam suprà fuit plenè probatum, quòd non per hoc aliquid minuitur de fide primæ depositionis, &c.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Filij hæreticorum priuantur non solùm successione paterna, sed etiā auita, ac etiā legitima.

SVMMARIVM.

Filij rebellis, & rei criminis læsæ maiestatis priuantur omni successione tam ex testamento, quàm ab intestato, & tam proximiorum, quàm extraneorum quorumcumque, num. 2. & num. 8.

Filij hæreticorum priuantur etiam legitima, num. 3. & num. 9. & 10.

Filij hæreticorum incurrunt omnes pœnas quas incurrunt filij rei læsæ maiestatis, num. 4. & 5. & num. 11. & n. 12.

Contumax per annum in crimine hæresis æquiparatur hæretico pertinaci, num. 6.

Filij hæreticorum etiam nati ante delictum priuantur omni successione, num. 7.

CONSILIVM CXL.

1 FVIT mihi proposita facti hæc species: Vincentius Meus Luca discedens Geneuam petiit, vbi amplectens illam falsam religionem cum vxore, à sancto Officio Inquisitionis fuit in contumaciam, vti hæreticus, condemnatus, & statua eius combusta, postea à suo Principe naturali declaratus rebellis, & nihilominus obstinatus obiit, in illa falsa religione. Reliquit Lucæ Æmilium filium

fl. im orthodoxum sub custodia eius aui materne, à quo in suo testamento fuit illi relictum legatum sufficiens pro sustentanda persona iuuenis honesti. Nunc attamen petit legitimam, siue supplementum in bonis relictis ab ipso auo materno alteri filiæ orthodoxæ. Quæritur à me, an dictus Æmilius orthodox' filius hæretici, vt suprà cōdēnati, & mortui, sit capax legitimæ aui materni: maximè cum ab ipso auo relictū illi fuerit supradictū legatum.

2 Duplici ratione negatiuè respondendum videtur. Primò, quia Vincentius prædictus fuit condemnatus à suo Principe tanquam rebellis, quo casu non solùm ipsius filij remanet priuati omni successione tam ex testamento, quàm ab intestato, & tam proximiorum quàm extraneorum quorumcunque, ad tex. *in l. quisquis, §. filij verò, C. ad l. Iul. maiestat.* Sed etiam legitima, secundū Imol. *Clemen. Pastoralis, numero* 52. & ibi etiam Cardinalis Zabarella *in princip. num.* 15. *in* 7. *quæst. de sent. & re iudic.* Marcus Laudē *de crimine læsæ maiestat. quæst.* 24. Clarus *in pract. §. læsæ maiestat. numero* 12. *versic. fuit etiam aliquando, in fine.* Peregrin. *de iure fisci, libr.* 4. *tit.* 5. *numero* 22. *post principium versicul. Adeò vt nec legitimam.* Quicquid secus voluisse videatur Ioan. de Platea post Io. de Lignano *in locis per me relatis in pract. criminal. quæst.* 116. *num.* 79.

3 Secundò quia prædictus Vincentius fuit condemnatus tanquam hæreticus, & eius statua combusta. Quo casu si eius filius propter crimen læsæ maiestatis humanæ priuatur legitima, vt suprà probaui, multo magis priuari debet pro crimine hæresis, prout sic in specie in pœnis filiorum arguit text. *in cap. vergentis, de hæreticis,* & voluit Ghirland. *in tract. de hæretic. quæst.* 4. Roland. *cons.* 8. *num.* 35. *& n.* 46 *& seq. lib.* 3.

4 Et quòd filij hæreticorum incurrant omnes pœnas inflictas filiis condemnati propter crimen læsæ maiestatis, voluit Iacob. Butrig. *in l.* 1. *C. de hered. instit.* licèt dubitet, an hæreditas ipsi delata auferatur ab eo tanquam ab indigno; an verò deferatur venientibus ab intestato. Angel. *in eadem l. n.* 4. *vers. Vnde si instituatur spurius.* Cyn. *in authent. Gazaros, numero* 2. *C. de hæretic. & in l. quisquis, numero* 11. *in* 6. *quæstione, C. ad l. Iuliam maiestat.* Anchar. *in cap. statutum il* 2. *sub numero* 6. *de hæretic. in* 6. Zanch. *in tract. de hæretic. quæst.* 28. *numero* 2. *versi. Secundo, quia.* Locatus *in verbo filij hæreticorum, in principio.* Reperto. Inquisitor. *in verbo filij hæreticorum, versi. Sed circa præmissa.* Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *t.* 5. *num.* 12.

5 Ex quibus sic communiter à Doctoribus receptum esse dubitandum non est, quicquid secus voluisse videatur Anton. Gomez *de delict. cap.* 2. *rubr. de crimine læsæ maiestatis, num.* 13. *vers. Tamen filij.* Qui tamen non loquitur de filio hæretici volente succedere auo; prout sunt termini propositæ dubitationis, sed in volente succedere aliis descendentibus collateralibus, & extraneis.

6 Non obstat quòd condemnatio Vincentij fuerit in contumaciam, quasi quòd non debeat filio nocere, ad tradita per Bartolum *in l. cùm filiusfamilias, ff. de verbor. oblig.* Nam in crimine hæresis post annalem contumaciam iuxta terminos *cap. excommunicatus il* 1. *de hæretic. & in cap. cum contumacia, eodem titulo in* 6. Vehemens præsumtio transit in violentam, talis contumax æquiparatur pertinaci, & habetur pro hæretico, secūdūm Hostiē. Ioan. Andr. & alios *in dict. cap. excommunicamus, & in dict. cap. cum contumacia,* & iste est vnus modus probandi quē esse hæreticum, vt voluit Socinus *in dict. cap. excommunicamus, numero* 15. Rota in vna Conchen. coram Peregrino Veneris 6. Martij 1598. *in versicul. Nec obstare dicebat.*

7 Nec etiam obstat, quòd filius Vincentij esset iam natus ante commissum crimen: nam quòd pœnæ inflictæ filiis hæreticorum transeant etiam ad iam natos, resoluit eadem Rotæ pluribus hanc probans sententiam in dicta Conchen. pensionis, *versic. Primò, & pluribus sequentibus.* Et eo magis præmissa procedere videntur in proposita facti specie, in qua filius Vincentij habet sufficiens legatum alimentorum; cùm tamen forsan dici posset eum etiam alimentis esse priuandum, ex adductis per Surdum *in tract. de alimentis tit.* 1. *quæst.* 31.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

In eadem causa & facti specie aliud responsum.

8 Filij committentium crimen læsæ maiestatis humanæ in primo capite, etiamsi Catholici sint, efficiūtur incapaces hæreditatis parentum, ac omnium proximorum ab intestato, & ex testamento. nam adeò graue est delictum, vt filij quoque damnum sentire debeant in maiorem vindictam parētum, qui multum ob miseriam filiorum cruciantur, & ideo vt à tanto scelere homines se abstineant, filij semper debent in miseria & egestate sordescere, adeò vt eius vita sit supplicium, & mors solatium. *l. quisquis, §. filij verò, C. ad l. Iul. maiest.* Roland. *cons.* 8. *num.* 43. *& seq. &* 46. *lib.* 3. Gigas *de crimin. læsæ maiestat. lib.* 3. *tit. de pœnis quas filij incurrunt, quæst.* 1. *num.* 4. Farinac. *commun. opin. crimin. lib.* 1. *tit. de delictis, & pœnis, quæst.* 24. *num.* 44.

9 Quæ dispositio *l. quisquis*, quòd filij sint incapaces successionis parentum, & consanguineorum multo magis procedit in delicto hæresis parentum, vt in indiuiduo tradit Repertor. Inquisit. *in verbo, filij hæreticorum, col.* 6. *§. nunc videndum, vers. Secunda pœna.* Vmbert. Locat. *in opere iudicandi inquisitorum, in verbo, filij hæreticorum, vers. Secunda pœna.* Cyn. *in d. l. quisquis, in fine.* Anchar. *in cap. statutum felicis, il* 2. *num.* 2. *vers. Quòd vtrùm ita sit, de hæreticis lib.* 6. Gemin. *num.* 6. *in fine*, Io. Simancas *de Catholica institutione, tit.* 9. *de bonis hæretic. num.* 268. *vers. Quam ob rem.*

10 Immo non solùm successione parentum, & consanguineorum priuantur, sed etiam eis debetur legitima, nec in vno numero succedere possunt, Paul. Ghirland. *tract. de hæretic. quæst.* 4. *num.* 3. Roland. *cons.* 8. *num.* 43. *&* 46. *lib.* 3. Franc. Penia olim sacræ Rotæ Decanus in Directot. Inquisitorum *par.* 2. *comment.* 9. *vers. Cæterum hodie.* Farinac. *d. lib.* 1. *tit. de delict. & pœnis, quæst.* 14. *n.* 44.

11 Et meritò, quia cùm grauius sit diuinam, quàm humanam lædere maiestatem; ideo leges loquentes de pœna quoad filios in crimine læsæ maiestatis habent locum etiam in crimine hæresis, cùm diuina maiestas læditur. Repertor. Inquisitor. *in verbo, filij hæreticorum, col.* 6. *§. nunc videtur*, Roland. *dict. cons.* 8. *num.* 43. *&* 46. *vers. sicut filij lib.* 3. Farinac. *d. quæst.* 24. *num.* 44. Felyn. *in cap. vergentis, n.* 4. *vers. Conclude quòd etiam, de hæretic.*

12 Nec facit quòd Ecclesia mitius procedat in crimine hæresis, quia quicquid esset olim secundùm dispositionem *ex l. Manichæos, & ex l. cognominus, de hæreticis*; tamen hodie ex dispositione *cap. vergentis, de hæreticis, & authen. Gazaros, eodem tit.* Ecclesia seruat maximam seueritatem contra filios in priuatione bonorum, vt parentes à tanto crimine auocentur, & interest Reipublicæ Christianæ, vt filij hæreticorum, & perpetua egestate laborent; cùm rectius puniantur filij in casu hæresis parentum, quàm in crimine læsæ maiestatis humanæ, cùm impiè diuina, & æterna Maiestas offendatur. Simancha *de Catholica institutione, tit.* 9. *de bonis hæreticorum, num.* 4 *&* 5. Franciscus Penia *dict. comment.* 9. *part.* 2. *vers. Cæterum hodie, & versic. Nec vlla est iniquitas, &c.*

Lucas Antonius Virilis Aduocatus.

ARGVMENTVM.

De marito occidente vxoris suæ adulterum, vel ipsam vxorem non in adulterio deprehensos, sed ex interuallo; an propter doloris, seu honoris prætextum ordinariam pœnam effugiat.

SVMMARIVM.

1 *Maritus occidendo adulterum vilis conditionis cum sua vxore deprehensum nullam patitur pœnam, n.* 1. *& num.* 15.

Adulter vilis dicitur non is, qui ignobilis est, sed qui sit turpis persona, num. 2.

Maritus si occiderit adulterum, qui non sit vilis conditionis, mitiùs punitur, & aliàs vt n. 3. & n. 15.

Maritus occidendo vxorem, seu vxoris adulterum, aut excusatur, aut mitiùs punitur, si vxor, vel adulter fuerit deprehensus in adulterio, n. 4.

Adulter in adulterio deprehensus dicitur non solum is, qui inuentus fuit in opere supra mulierē, sed etiam si in rebus venereis, & præparatoriis ad adulterium inuentus fuerit, n. 5.

Lex loquens cum aliquo præsupposito locum non habet præsupposito cessante, n. 6.

Maritus occidens adulterum non excusatur, nisi eum domi suo inuenerit, n. 7.

Maritus non excusatur occidendo adulterum seu vxorem cum adultero deprehensam, nisi eos inuenerit in actibus venereis, & ideo ex interuallo occidens non excusatur, num 8. & per totum consilium, licèt contrarium voluerit Bertazzol. cons. 9.

Vxor deprehēsa dicitur in adulterio, quando de eo per legitimas probationes conuicta est. Quod an verum sit, n. 9.

Iniuriam seu mentitam alteri inferens prouocatus, non excusatur nisi hoc fecerit in continenti, secus si ex interuallo, num. 10.

Possessionem à qua quis deiectus est armata manu, & cōuocatis hominibus recuperare licitum est si in continenti recuperetur possessio, secus si ex interuallo, n. 11.

Ira proueniens ex iusta causa delinquentem excusat à pœna ordinaria, si durante calore iræ delinquat, secus si ira calore cessante, n. 12.

Occidere licet pro defensione sua, suique honoris, dummodo talis defensio fiat in continenti, secus si ex interuallo, num. 13.

Patri occidere licet filiam adulteram, & adulterum, simul quando occiduntur incontinenti, & in turpitudine inuenti, secus si ex interuallo, n. 14.

Pater occidens filium adulterantem nouercam nō pœna mortis, sed deportationis punitur. Declara vt n. 16. vt scilicet quando filius reperiatur in fragranti adulterio cum nouerca, secus si ex interuallo.

Prouocatus occidens prouocantem ex interuallo, mitiùs punitur, n. 18. Contrarium verius, n. 19. & seqq.

Insultatus nobilis, aut miles non tenetur fugere etiam quòd fugiendo potuerit se saluare, n. 20.

Furem capere, vel occidere cum offendiculo posito ad fenestram, an liceat, n. 21.

Incontinenti occidere aggressorem, seu prouocantem, vt ira calor occidentem excuset quando dicatur, n. 25.

Iudices hodie solent irridere cornutos querelantes adulterum, vel vxorem de adulterio, n. 27. Declara vt n. 28.

Maritus impunè occidit adulterum post trinam monitionem alloquentem cum sua vxore. Declara quomodo hoc intelligatur, n. 29.

Delinquens honoris causa mitiùs punitur quando hoc verum sit, n. 30. & 31.

CONSILIVM CXLI.

1 FVIT aliàs in sacra Consulta dubitatum: Nunquid maritus occidendo vxorem, vel adulterum nō in actibus venereis deprehensos sed ex interuallo, probato adulterio, excusetur a pœna ordinaria. Qua in re ego qui partem negatiuā veriorem profitebar, præmittendum censui, quòd si maritus occidat adulterum vilis conditionis cum sua vxore deprehensum, nullam prorsus patitur pœnam. tex. est *in l. nec in ea. §. final. ff. ad l. Iuliam de adulter. & ibi præsertim gloss. in verbo, omnem,* text. *in l. marito, & ibi etiam gloss. in figuratione casus, in vers. Nec quemlibet,* & Angel. *in princip. ff. eodem.* item & text. *in l. Gracchus, in secundo responso,* & ibi etiam gloss. in figuratione casus, *vers. Et distinguitur, & in verbo, occidi potuerit, C. eodem.* alia gloss. *in l. 1. §. final. in verbo, deprehensam, ff. ad l. Corneliam de sicar.* Couar. *in epar. p. ir. 2. cap. 7. §. 7. numero* 2. Roland. *cons. 3. numero 1. & seqq. lib. 2.* Clar. *in pract. §. homicidium, numero 40. vers. Sed quid dicendum,* vbi testatur de communi legistarum opinione.

Vilem autem adulterum in proposito non esse eum, qui ignobilis sit, sed eum, qui sit turpis persona, ad literam probat text. *in dict. l. marito, ff. ad l. Iul. de adulter.* in illis verbis, *eum, qui leno fuerit, quive artem ludricam fecerit, vel in scenam saltandi, cantandive causa prodierit, iudiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit,* & apertè hoc declarat Bellapert. *in dict. l. Gracchus, in princip. vers. Et est vilis persona.* Cyn. *numero 9.* Roland. *consil. 34. numero 3. & seqq. lib. 2.* Lauren. Teunin. *in pract. cautel. 6. num.* 20. 2

Si verò maritus occiderit adulterum, qui non sit vilis conditionis, & tunc non omnem euadit pœnam, sed remisso sibi vltimo supplicio, si fuerit persona honesta, relegatur, si verò humilis in opus perpetuum damnatur. textus est *in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Corneliam de adulter.* item, & text. *in l. 1. §. final. ff. ad l. Cornel. de sicar.* & notat communiter omnes Doctores *in d. l. marito, & in d. l. Gracchus, C. eodem.* quos in specie retuli infrà *n. 8.* 3

Hoc præmisso præpositæ quæstionis resolutio capiēda est negatiuè. Nam nullo iure cauetur quòd maritus occidendo vxorem, seu vxoris adulterum, non deprehēsum in actu adulterij, si eum occidat vllo pacto excusetur. Sed bene omnia iura loquentia in hac materia ad excusationem mariti, aut in totum, aut in parte, semper requirunt, quòd is, qui occiditur, sit deprehensus in adulterio. Et hoc probatur primò per textum *d. l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iuliam de adulter.* in illis verbis, *si maritus vxorem in adulterio deprehensam impetu tactus doloris interfecerit.* Secundò per textum *in l. marito, ff. eodem,* in illis verbis, *vt liceat viro deprehensum domi sua, non etiam soceri in adulterio vxoris suæ occidere.* Tertiò per textum *in l. Gracchus, C. eodem.* dum dicit, *Gracchus, quem Numerius in adulterio deprehensum interfecit.* Quartò per textum *in l. 1. §. final. ff. ad l. Cornel. de sicar.* in illis verbis, *sed & in eum, qui vxorem deprehensam in adulterio occidit.* Quintò per textū *in l. si quis in grauis, §. si maritus, ff. ad Syllanian.* in illis verbis, *Si tamen maritus in adulterio deprehensam occidat.* 4

Bene verum est quòd in adulterio deprehensus adulter, seu vxor dicetur non solùm, quando in ipso opere vnus supra alium fuerit inuentus, sed etiā si in rebus venereis & præparatoriis ad adulterium. Afflict. *in constitut. si maritus, numero 4. vers. & pondera textum de pœnis vxoris in adulterio deprehensæ.* Paris. *consil. 154. numero 5. lib. 4.* Nonell. *in tract. ad defensionem, in princip. numero 79. il secundo, fol. mihi 34.* Carter. *in pract. in 3. tracta. de homicid. & assassin. §. Nonò excusatur, numero 7.* Roland. *consil. 34. numero 6. & seqq. libr. 2.* Baiard. ad Clarum *in §. homicidium, numero* 176. 5

Quare si iura prædicta occidentem vxorem, vel adulterum deprehensos in adulterio excusant, necessariò sequitur, quòd si non fuerint in adulterio deprehensi, nulla mariti admittatur excusatio, per regulam, quòd quando lex loquitur cum aliquo præsupposito, cessante præsupposito cessat illius legis dispositio *l. si mancipia,* vbi gl. Iacob. Butrig. & alij, *C. de seru. fugit.* Dec. *cons. 201. n. 2.* Nat. *consil. 343. numer. 2.* Roland. *consil. 10. numer. 14. & sequens. libr. 4.* 6

Immo non solùm ad excusationem mariti requiritur, vt occisus adulter repertus fuerit in rebus venereis cum sua vxore; sed etiam necesse est, vt fuerit repertus in propria domo ipsius mariti, secus si in aliena etiam so- 7

ceu. l. marito, & ibi gloss. in figuratione casus, in princ. Raphaël Cuman. pariter in principio versic. hic in vno inuentum, ff. ad l. Iul. de adulter. gloss. in l. Gracchus, in verbo, occidi potuerit, versicul. & in domo sua, C. eodem. vbi ampliat etiam quòd vxor fuerit inuenta in domo adulteri, & ibi etiam Bellapert. in princ. versicul. & in domo sua, Cyn. post numer. 7. versicul. in domo propria, Couarr. in Epit. par. 2. cap. 7. §. 7. numero 4. in fin. Quæ conclusio si vera est, prout est verissima, prorsus excluditur excusatio mariti occidentis adulterum ex interuallo.

8 Verùm sicut sententia hæc præallegatis iuribus bene fundata est. Ita nec etiam desunt magnæ autoritatis Doctores, qui eam sequuntur. Et primò Cyn. in d. l. Gracchus, numero 7. versicul. si de eo, C. ad l. Iuliam de adulter. vbi expressè dixit, quòd ad hoc vt maritus excusetur occidendo adulterum, necesse est quòd fuerit inuentus in rebus venereis, Angel. in d. l. Gracchus, numero 3. vbi pariter dixit, quòd maritus non potest adulterum occidere, nisi fuerit repertus in actu Veneris. Felyn. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, numero 43. ad med. extr. de constitutionibus. vbi expressè dixit quòd nullo casu licitum est adulterum occidere ex interuallo, sed solùm toleratur, quando fit eodem impetu. Ang. Aretin. de malefi. in verbo, che hai adulterato la mia donna, numero 1. versicul. Multo minus. vbi dixit, quòd non licet marito interficere adulterum suæ vxoris inuentum non in actu Veneris, sed ex interuallo. Fortun. Garzia in tractat. de vltimo fine iuris Canonici, & Ciuilis, numero 175. & 177. Qui licèt ex aduerso pro contraria opinione allegetur, concludit tamen, maritum non posse occidere adulterum nisi in fragranti delicto in ipsa turpitudine, in eodem instanti, & impetu furoris, & doloris. licèt bene credat isto casu, homicidium dici factum ad vindictam. Tiraquell. de pœn. temperan. causa prima, n. 3. versicul. Ideo si maritus, vbi quòd maritus excusatur occidendo vxorem in adulterio compertam si confestim illam occidat. Carer. in pract. criminal. in tertio tractat. de homicid. & assassi. §. Nonò excusatur, numero 3. vbi etiam dixit, quòd nõ licet marito interficere ex interuallo adulterum etiam vilem. Couar. in epit. par. 2. cap. 7. §. 7. numer. 3. vbi amplius quòd necesse est, quòd adulter reperiatur in ipso opere. Anton. Gomez in l. Tauri 80. numero 58. & 59. vbi disputata ad partes quæstione in hac tanquam veriori resider sententia Prosper Farinac. consil. 8. num. 4.

9 Ex quibus negari non potest quin ista sit communis Doctorum opinio. Quicquid contrarium consulendo dixerit Bertazzol. in consil. 42. de cuius sententia parum curandum est, cùm vt præfertur contra eam omnes alij Doctores communiter apertè senserint. Et eo præsertim quia admodum insulsa mihi videtur sua illa interpretatio, quòd scilicet vxor satis dicatur deprehensa in adulterio, quando de eo per legitimas probationes conuicta est. Hæc enim interpretatio est prorsus contraria menti, & verbis d. §. Imperatores, dum ibi dicitur, si maritus vxorem impetu tactus doloris interfecerit. Et paulo infrà, difficillimum enim est iustum dolorem temperare, & in l. nec in ea lege, in fine, ff. eodem, dum ibi dicitur, Cæterum mariti, & calor, & impetus facile sauientis fuit refrenandus. Hæc inquam verba cuique sensato viro non videbitur vnquam aliud importare nisi illum dolorem, illúmque doloris impetum, quo maritus impetitur, & exardescit propriis oculis cernẽdo vxorem & adulterum in actibus venereis. Quãuis enim in crimine deprehensus dicatur etiam is, qui de crimine est conuictus, ex Bartol. Angel. Alexand. & aliis allegatis per Bertazzol. dict. consil. 42. numero 10. Hoc tamen intelligitur, & ita loquuntur Doctores per ipsum allegati, quãdo agitur de puniendo deprehensum, secus quando agitur de excusando occidentem deprehensum in aliquo facinore, prout de occidente furem, dicunt communiter Doctores, & de marito occidente vxorem, vel adulterum, apertè declarant iura prædicta.

10 Et sicut hæc eadem sententia, & iuribus, & Doctorum autoritatibus, vt suprà, fulcitur, ita etiam pro ea non desunt vrgentissima argumenta, & rationes. Et primò quod in simili dicitur de mitiori pœna imponenda ei, qui ad propulsandum illatam sibi iniuriam iniuriantem, aut aliàs affecerit iniuria, aut pro sui honoris defensione, cimentitam dederit, vt non procedat quando iniuria, aut mentita datur non in continenti, sed ex interuallo, ex traditis per Mynsinger. in consil. 7. numero 6. versicul. Item hæc relatio. Bolognet. in l. vt vim, numero 94. versicul. Sed ego puto, ff. de iust. & iur. Boss. in tit. de iniur. n. 7. vers. Quoad secundum. Andr. Gayl obseruat. 101. n. 5. vers. intellige autem, lib. 2. Bertazzol. cons. 152. n. 19. & 21. lib. 1. Baiard. ad Clarum in §. iniuria, n. 64. in fine.

Secundò, quod dicitur cuique licere possessionem à 11
qua quis deiectus est, etiam armata manu, & conuocatis hominibus recuperare, pariter declaratur procedere, si in continenti recuperetur possessio, secus si ex interuallo. l. 3. §. cùm igitur, ff. de vi, & vi armat. Notant Doctores in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. Boss. in tit. de plurib. violent. n. 6. & seqq. Gabr. de acquiren. possess. conclus. 1. n. 96. 24. limitatione. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. n. 170. versicul. Si verò ex interuallo recuperaret.

Tertiò, quod dicunt Doctores iram ex iusta causa 12
prouenientem excusare delinquentem à pœna ordinaria, intelligitur si quis durante calore iræ sic delinquat, secus si ex interuallo, & calore iræ cessante, quia & tunc, & quod plus est sola ratificatio delicti in ira commissi mitigationem aufert. Glos. in l. si non conuitij, in verbo, calore, in secunda solutione, & ibi Petr. de Bellapert. col. 2. ante medium, versicul. solutio, hic perseuerauit. Cyn. n. 3. vers. Certè si perseuerasset. Angel. n. 6. in fin. & Salycet. post n. 2. vers. hæc vera, C. de iniur.

Quartò illa conclusio, quòd liceat pro sua suique ho- 13
noris defensione hominem occidere, sic declaratur dũmodo talis defensio fiat in continenti, secus si ex interuallo, prout bene exemplificat Clar. in pract. §. homicidiũ, n. 21. versic. idemque & multo magis. bene explicat Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. numero 19. Isto enim casu, quando exceditur moderamen circa tempus, non extraordinaria, sed ordinaria delicti pœna imponitur. Alioquin sequeretur, quòd si ego occiderem aliquem, qui per annum antea me vulnerauit, aut in mei honoris læsionem atroces protulit iniurias, iuxta tradita per Hippolyt. Riminald. in consil. 234. numero 59. lib. 3. non ordinaria sed extraordinaria pœna puniri deberet. quod quàm absurdum sit, practica contraria, quæ est rerum magistra, optimè docet.

Quintò quòd dicitur licitum esse patri adulterum si- 14
mul occidere, procedit, quando occiduntur in continenti, & in ipsa turpitudine inuentos, nõ ex interuallo gloss. l. patri, in verbo, patri, ante finem versicul. & debet incontinenti occidere, ff. ad l. Iuliam de adulter. & ibi Alberic. in princip. Angel. num. 1. versicul. dummodo vno impetu; & Fulgos. numero 2. alia gloss. in l. quod ait lex, §. final. in verbo æqualis, ff. eodem. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 15. versic. vel etiam in continenti, nõ dicitur pater filiam occidere, si eam post diem occiderit. d. l. quòd ait lex. §. final. in verbo, post diem. Augstin. ad Angel. de malefic. in verbo, che hai adulterato la mia donna, numero 21. ad finem versicul. nec huic conclusioni obstet.

Restat solùm respondere contrariis ex aduerso dedu- 15
ctis. Et primò ad l. Gracchus in 2. responso, C. ad l. Iul. de adulter. in quo videtur probari, quòd marito occidenti adulterum vilis conditionis deprehensum in adulterio; quia tale homicidium à lege Iulia impunitum statuitur. Subsequitur responsio per hæc verba: Sed etsi legis autoritate cessante inconsulto dolore adulterum interemit; quamuis homicidium perpetratum sit, tamen, quia nox, & dolor iustus factum eius releuant, potest in exilium dari. Hoc est, si occisus adulter erat vilis, homicidium est impunitum per legem Iuliam, sed si occidatur adulter non vilis, quo casu homicidium legis autoritate non est impunitum, illius tamen miseratio habetur, & pœna minuitur propter inconsultum & iustum dolorem causatũ ab eo, quòd vir de nocte adulterum inuenerit. Ergo tantum abest quòd ille textus loquatur de adultero deprehenso in adulterio, & non ex interuallo, vt communiter dixerunt Cyn. Angel. Carer.

Gomez. & omnes alij Doctores allegati suprà *numer.* 8. quibus addo Socin Iun. *in consil.* 34. *num.* 6. *lib.* 2. Et pariter quòd tex. *in d. l. Gracchus*, in secundo responso loquatur de marito occidente adulterum vilis conditionis, voluit glos. ibi in figuratione casus, *in vers. & distinguitur*, *& in verbo*, *occidi poterit*, & ibi nellapert. *in princip. imprimo notab.* Cyn. *num.* 7. *vers. si de eo, qui occiditur à marito.* Bat. *in summario Odof. ed. ante num.* 1. *vers. certè si Gracchus erat vilis persona*, *& in vers. vel vilis*, *vel humilis.* Angel. *n.* 3. & Salycet. *n.* 1. *in summ. & n.* 4.

16 Non obstat secundò text. *in l. diuus Adrianus. ff. ad l. Pompeiam de parricid.* quo cauetur patrem occidentem filium eo quia nouercam adulterabat, non pœna mortis, sed deportationis in insulam plectendum esse, & tamen textus ille procedit etiam in patre occidente filium ex interuallo post commissum adulterium, vt pluribus ralatis probat Farinac. *consil.* 66. *num.* 5. sic enim dominus ex aduerso scribens meipsum allegat. Quod enim attinet ad meam autoritatem sciant Illustrissimi Domini mei, quòd contrarium fuit seruatum, quia non obstantibus à me allegatis miserrima illa mulier, pro qua consulebam, fuit capite obtruncata. Sed quòd ille textus debeat intelligi de filio occiso in fraganti adulterio cum nouerca, & non ex interuallo, voluit Paul. de Castro *in l. in suis*, *num.* 4. *in fine*, *ff. de liber. & posthum.* plenè Marsil. omnino viden. *in d. l. diuus*, *num.* 11. *in fine*, *& num.* 13. *vers. & ideo*, *& num.* 17. *& num.* 19. refert eum, & sequitur Caret. *in pract. criminal. in* 3. *tract. de homicid. & assassin §. nonò quæro*, *n.* 23. Iodoc. *in pract. crimin. cap.* 85. *rubr. de parricid. num.* 8. Dum vult patrem excusari si filium incestuantem, seu adulterantem cum vxore in ipso actu occiderit. Hæc sunt verba Iodoci, *pract. Monteleon. par.* 4. *n.* 806. *fol.* 268. dum loquitur in casu in quo parentes inuenerunt filios coeuntes cum eorum nouerca; & è contra.

17 Sed dato inilhes, quòd textus *in d. l. diuus*, procedat etiam in patre occidente filium ex interuallo, adhuc tamen non est extendendus ad maritum occidentem adulterum stante diuersitate rationis inter patrem, & maritum. Pater enim habet in filium maximam potestatem, & antiquo iure etiam illum occidendi sine causa. Et hodie potest ipsum punire etiam ex præterita & antecedenti iniuria, & sic ex interuallo; ideo non mirum si excedendo modum non tenetur nisi de excessu. Non sic in marito, qui in vxorem & adulterum non habet eandem potestatem, nec potest propter adulterium eos castigare, nisi in adulterio deprehensos, ex præallegatis. Et in terminis sic respondet, & declarat Anton. Gomez *in d. l.* 80. *n.* 59.

18 Non obstat tertiò ex aduerso firmata cõclusio, quòd scilicet etiam ex interuallo propter continuatum dolorem si prouocatus, vel offensus aliquem occidat excusetur à pœna ordinaria, ex eo quòd excessus etiam in tempore, & ex proposito commissus non pœna ordinaria, sed extraordinaria plecti debeat. ad tradita per Azon. *in summa, C. de adulter. colum.* 4. *num.* 20. *vers. Si autem alius*, Bald. *consil.* 312. *col.* 2. *num.* 3. *in fin. vers. Sed si esset*, *lib.* 4. Alex. *consil.* 140. *num.* 9. *lib.* 2. Afflict. *in constitut. Regni si maritus*, *num.* 2. Fortun. Garz. *in tract. de vltimo fine iuris ciuilis, & Canonici*, *num.* 177. Nicol. Moton. *de treug. & pace*, *quæst.* 105. *num.* 25. Plach. *in epit. delict. cap* 36. *num.* 3. Card. Tusch. *in verbo*, *homicidium*, *conclus.* 143. *num.* 31. Caret. *in pract. §. circa quartum*, *num.* 170. *vers. Sed dic, quòd etiam ex interuallo*, Rayn. *cons.* 2. *num.* 7. *lib.* 5. Honded. *cons.* 104. *n.* 30.

19 Hæc enim conclusio, in qua videtur consistere ius, ratio, & substantia præsentis quæstionis, quantum in iure subsistat facilè apparebit si singulæ prædictorum Doctorum autoritates bene inspiciantur, & ponderentur. Azo enim in summa in loco præcitato facta conclusione, quòd maritus potest impunè occidere adulterum humilem, & repertum in domo sua, subdit deinde: *Si autem alius, vel in alio loco, qui non debeat fuerit occisus, imponitur pœna, sed minor ratione temporis, vt quia nox erat, & doloris causa, quia difficillimum est iustum dolorem temperare.* Et sic dum dicit, *alius*, intelligit de non humili; dum dicit, *in alio loco*, intelligit extra domum mariti; dum dicit, *ratione temporis*, non vult intelligere, quia ex interuallo, vt credit dominus ex aduerso scribens, *sed quia nox erat*, prout expresè Azo seipsum declarat, & sic non facit ad propositum, immo contrarium, quia illa verba, *vt quia nox erat*, indicant adulterum fuisse deprehensum in actu Veneris de nocte.

20 Bald. *in d. consil.* 312. *num.* 2. *in fine.* aliud non dicit, nisi quòd insultatus quando est magnus Baro vel strenuus miles non tenetur fugere, etiam quòd fugiendo potuisset se saluare, & occidendo insultantem excusatur à pœna ordinaria; ergo tantum abest, quòd loquatur in occidente ex interuallo, quòd immo clarè loquitur de occidente in actu rixæ; immo etiã, *n.* 2. *vers. secunda*, vt defensio expresè dicit, quòd defẽsio debet esse cõiuncta, vel quasi coniuncta offensioni ab aduersario illatæ, vel timori vlterius inferendi, quia ex interuallo non dicitur defensio personæ, sed vltio, & sic etiam Baldus eo loci probat contrarium eius, ad quod allegatur.

21 Alex. *in dict. consil.* 140. *num.* 9. nullum verbum de occidente ex interuallo, sed immo bene expresè loquitur de occidente furem cum offendiculo posito ad fenestram, & sic occiso non ex interuallo, sed quando fur erat in actu furandi, & dum loquitur de occidente iniuriantem apertè loquitur tempore illatæ iniuriæ, & dum loquitur de occidente vxorem inuentam, & deprehensam in adulterio.

22 Afflict. *in constitut. si maritus*, *numer.* 2. dicit quòd maritus occidendo adulterum non seruata in totum forma illius constitutionis, quæ vult quòd insimul, & vxorem occidat, excusatur à pœna ordinaria propter iustum dolorem, & sic nihil de occidente adulterum ex interuallo; immo dum illum excusat propter iustum dolorem, iam præsupponit dolorem causatum à deprehensione vxoris, & adulteri.

23 Fortun. Garz. *in d. tract. de vltimo fine iuris Canonici, & ciuilis*, *num.* 177. nec etiam ipse aliquod verbum facit de marito occidente adulterum ex interuallo, sed totum contrarium, quia semper præsupponit maritum non posse occidere adulterum (vt illius verbis vtar) *nisi in fraganti delicto, in ipsa turpitudine, in eodem instãti, impetu furoris, & doloris*; licèt bene credat isto casu contra Felyn. allegatum suprà *numer.* 175. homicidium dici factum ad vindictam.

24 Plach. *cap.* 36. *n.* 3. nihil ad propositum. Nicolaus Motoo. *quæst.* 105. *num.* 25. nihil de occidente ex interuallo. Cardin. Tusch. *in verbo, Homicidium. concl.* 143. *n.* 31. pariter nec ipse loquitur de marito occidente ex interuallo adulterum, nec de excessu in tempore, sed de excessu in modo occidendo adulterum, qui ipsi iniuriam facit adulterando suam vxorem. Caret. *in §. circa quartum, num.* 170. non potui illum inuenire in mea impressione, quæ forsan est diuersa ab alijs, &, vt suprà dixi, contrarium tenet *in §. nonò excusatur*, *num.* 3. Ruyn. *in consil.* 2. *num.* 7. loquitur in longè diuerso casu, nempe quando offensus habuit recursum ad iustitiam, & fuit repulsus, necnon quando contra ipsum fuit commissum aliquod immane crimen, & horrenda sæuitia, & tamen *in vers. nec refert*, expresè dicit quòd tex. *d. l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores*, loquitur in marito occidente vxorem repertam in fragranti.

25 Honded. *in consil.* 104. *num.* 39. vbi ex Dec. *in l. quicquid calore, in fin. ff. de regul. iur.* tenet iram excusare infra triginta dies post illatam iniuriam. Et quòd dictum, aut factum infra dictum tempus dicatur factũ ex ira, post Luc. de Penn. *in l. omnes omnino cursales, C. de decur. lib.* 10. facilè, inquam, hoc dictum prosternitur adhibita communi distinctione Doctorum dicentium, quòd aut offensus sanguine, vt aiũt, frigefacto diuertit ad extraneos actus post receptam iniuriam, aut ad extraneos actus, non diuertendo semper stetit in opere se vindicandi, conuocando amicos, præparando arma, & similia faciendo. Primo casu offensio subsequuta non dicatur facta ex ira, nec ad defensionem, aut prouocationẽ, sed ex interuallo, & ad

vindi

vindictam, & isti sunt termini præsentis quæst. Secundo autem casu semper dicatur facta ex ira, & ad prouocationem, immo & in continenti etiam quòd infra triginta dies facta sit, ad tradita per Cepoll. *in consi.43. n.2. versi. & eodem modo.* Boër. *decis.168. num.6. in fine.* Iodoch. *in pract. crimin. cap.76. num.21.* Boss. *in tit. de homic. numero 61. & seq.* Plach. *in Epit. delict. lib.1. cap.28. n.19.* Menoch. *consil.107. numero 40. lib.1.* Mascard. *de probat. lib.3. conclus.1126. numero 51.* Verùm proposita dubitatio non est de marito occidente adulterum ex interuallo, hoc est, de eo, qui ad extraneos actus non diuertit, sed de eo qui sanguine frigefacto & illo inconsulto, iræ calore cessante ad alios diuertit actus.

26 Quare sicut non est vera conclusio, quòd occidens ex causa honoris, seu defensionis, seu cuiuslibet prouocationis ex interuallo excusetur à pœna ordinaria, nedum de marito occidente adulterum, ita nec etiam ex aduerso allegatæ Doctorum autoritates nullo pacto probant. Etsi vellem admittere, quòd excessus in tempore excusat occidentem ex interuallo, vtique omnia homicidia præmeditata punirentur pœna extraordinaria, cùm nullum ferè sit homicidium, quod non habeat aliquam causam præcedétis iniuriæ prouocationis, seu defensionis. Quod quam sit absurdum quisque consideret.

27 Non obstat quartò, quòd hodie Iudices soleant irridere cornutos querelantes, & quòd ideo illis licitum sit, saltim ad diminutionem pœnæ ordinariæ manibus propriis de adulteris vindictam sumere, secundùm Paul. de Castr. *in consi.277. post numer.3. versi. Quod fecerunt, lib.2.* Boër. *decis.298. numero 1.* Ludouic. Bolognin. *cons.103.* Bertrand. *consi.341. numero 11. lib.1.* Grammat. *decis.98. n.20.* Socin. iun. *consi.34. numero 5. & seqq. lib.2.* quem ad id allegat Menoch. *de arbitr. quæst. lib.2. cas.398. n.25. & 26.*

28 Hæc enim alia conclusio patitur eundem morbum quem patitur præcedens. Verum enim est, quòd ne mariti irrideantur à iudicibus possunt extraiudicialiter se vendicare de adulteris, quando eos deprehendunt in flagranti, non ex interuallo, & ita loquuntur omnes ex aduerso præallegati Doctores. Nam Paul. de Castr. qui originaliter prædictam conclusionem firmat, loquitur in marito, qui præcedente tractatu cum vxore de faciendo venire adulterum certa hora præparatis hominibus cum bastonis illum bastonauerunt, & oerdiderunt ingressum in domum ipsius mariti, & sic non ex interuallo, sed in fragranti. Boër. *decis.295. n.1. & 2.* pariter loquitur secundùm terminos Paul. de Castr. quem allegat *in d. cons.227.* Ludouic. Bolognin. *in cons.103.* in meo libro inuenire non potui, quia eius consilia non sunt nisi 78. Bertrand. *in consil.341. lib.1.* pariter loquitur de adultero deprehenso in rebus venereis, in colloquiis, & præparatoriis cum eius vxore, & de nocte, vt patet in figuratione casus illius consilij, *& n.1. & seqq.* Grammat. *in decis. 98.* loquitur in eo, qui occidit mulierem à qua in eodem instanti, & sic non ex interuallo occidens fuerat prouocatus, & verbis iniuriosis, & bastonatis. Socin. iun. *in d. cons.34.* pariter loquitur in adultero deprehenso in adulterio, vt patet in figuratione casus illius consilij, *& n.5. & pluribus seqq.* Menoch *d. cas.398. n.25. & 26.* simpliciter refert Paul. de Castr. *in d. consil.277.* Quomodo igitur ex præallegatis Doctoribus probetur conclusio, quòd maritus excusetur à pœna ordinaria occidendo adulteros ex interuallo, ne à iudicibus irrideantur; certè ob mei intellectus imbecillitatem non percipio, cùm, vt prædixi, loquantur in marito occiso in actu adulterij, & non ex interuallo.

29 Non obstat quintò, quod dicitur de marito impunè occidente adulterum post trinam monitionem alloquentem cum sua vxore, iuxta authent. *si quis ei, C. ad l. Iuliam de adulter.* Hæc enim conclusio duplici ratione retorquetur in contrarium. Primò, quia nisi adulterum cum vxore alloquentem inuenisset, occidere non potuisset. Secundò, quòd nec etiam occidere potuisset trina monitione non procedente; inde ergo sequitur, quòd non possit maritus ex interuallo, & sine monitione adulterum cum vxore non loquentem occidere; vltra quòd nec etiam potest monitione præcedente adulterum occidere nisi eum inuenerit in loco suspecto, & ad adulterium apto, vt expressè cauetur *in d. authent.*

Non obstat sextò communis opinio Doctorum volentium delinquentem ex causa honoris mitiùs puniendum esse, cùm causa honoris æquiparetur causæ vitæ. *l. isti quidem, in fine, ff. quod met. caus. l. iusta, ff. de man. vind.* Ias. *in l. vt vim, num.36. ff. de iust. & iur.* Crauett. *cons.2. n.8.* Ã¢ honio, quòd honor sit præponendus vitæ. Curt. iun. *consi.79. num.3.* Ruminald. iun. qui & alios cumulat *cons.5. n.98. & cons.234. num.19. 62. & 63.* & hoc comprobat autoritate Apostoli, dicentis, *Expedit magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* Vasp. *de controuers. Illust. c.11. num.7.* & in terminis huius quæstionis Bertazzol. *consil.434. lib.2. & cons.42. lib.1.* 30

Hæc enim quæ de pœna mitiganda ex causa honoris in medium afferuntur, sunt verissima, sed sunt intelligenda, quando vindicta fit in continenti, prout in propulsatione alicuius iniuriæ, ex qua maximè læditur honor iniuriam passi, exemplificat Clar. *in §. homicidium, num.21* & Hippolyt. Ruminald. *consil.234. num.58. in fine, & seq. lib.3.* secus si ex interuallo, vt declarat Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib.1. cap.28. num.19.* & probatur in simili de mentita data pro sui honoris defensione, quòd excutiet mentientem, si illa detur in continenti, non si ex interuallo. Mynsinger *consi.7. num.6. versic. item hæc relatio.* Bologner. *in l. vt vim, num.94. vers. sed ego puto.* Boss. *in tit. de iniur. num.7. vers. Quoad secundum.* Andr. Gayl *obseru.101. num.5. versi. intellige autem, lib.2.* Baiard ad Clar. *in §. iniuria, n.64. in fine.* 31

Autoritas autem Bertazzol. in consulendo pro receptis pecuniis ex aduerso allegata non debet præualere prædictorum, & in aliis scriptis allegatorum Doctorum autoritatibus, qui sine præmio in terminis mariti occidentis vxorem ex interuallo, vnanimiter sic tradiderunt. Ex quibus propositæ dubitationi negatiuè respondendum esse, indubitanter de iure crederem, licèt Principem isto casu propter occisoris prætensum honorem faciliùs moueri posse, ad illi aliquam gratiam faciendam existimarem. 32

Dubitatio non fuit proposita in sacra Cnnsulta, sed vt percipere potui mea senteria magis approbata erat ab illis prudentissimis viris. Et ita teneas si non vis errare. 33

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Homicidium an & quando, quibúsve præsumtionibus præsumatur commissum potius in rixa, quàm præmeditatè, & quibus etiam præsumtionibus probetur, quē fuisse aggressorem, & prouocantem, & econtra.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur notoriè iniusta, quando ex actis non iustificatur, num.1.

Inimicitia præcedens facit præsumere homicidium præmeditatum, & deliberatum, num.2.

Amicitia, & beneuolentia inter occisorem, & occisū facit præsumere homicidium sine dolo commissum, num.3.

Sententia lata super homicidio præmeditato nō sustinetur quādo de qualitate præmeditationis nō cōstat, n.4

Homicidium præsumitur potius in rixa, quàm præmeditatè commissum, num.5.

Aggressor, seu prouocator quis fuerit, præsumtionibus probatur, num.6.

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui in armis est magis exercitatus, num.7.

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui aliàs fuerit homo malæ famæ, & solitus similia facere, n.8.

Aggre

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui in rixa magis vulneratus remansit, num. 9.

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui citatus noluit comparere, num. 10.

Aggressor, & prouocator præsumitur, qui amouit se de loco ad locum, num. 11. & 17.

Prouocatus, & insultatus præsumitur is, qui in rixa conquerebatur de aduersario, & clamabat contra ipsum, num. 12

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui magis armatus erat, num. 13.

Armorum præparatio facit indicium præmeditationis, num. 14.

Testis vnicus examinatus pro informatione Curiæ plenè probat contra Curiam, num. 15.

Armorum insolitorum delatio facit indicium præmeditationis, num. 16.

Aggressor, & prouocator præsumitur is, qui erat magis associatus, num. 22. Declara, num. 23.

Præsumtiones præmeditationis tolluntur per contrarias probationes, num. 23. & 24.

CONSILIVM CXLII.

1 VIDEO ex processu mihi exhibito contra Magnificum D. Hieronymum Venetianellum Vrbinaten. ad fisci instantiam ab Illustri & Excellenti D. Vrbini Prætore ipsum condemnatum in pœnam scutorum 300. & exilij à ciuitate Vrbini pro eo, quòd prosequens odio occulto Comitem Paulum Santinellum, videns dictum Comitem hora tertia noctis in circa deambulantem per ciuitatem Vrbini, vnà cum Iosepho Pitta famulo Capitanei Tobiæ Nonij, associauerit se circa horas quinque noctis cum pluribus alijs armatis, quorum partem penes se retinebat, & partem aliquantulum ab ipso separatim in alio loco per quem dictus Comes solitus erat deambulare. Et tunc videntes dictus Hieronymus, & socij dictos Comitem & famulum illac transeuntes, ipsos animo offendendi, & forsan occidendi, prolatis antea aliquibus verbis, denudatis ensibus aggressi fuerunt, & vulnerarunt. Hæc est, ni fallor, summa sententiæ contra dictum D. Hieronymum latæ, ex qua, vulnera in comitem & famulum illata, non in rixa subitanea, sed præmeditatè propter præcedens occultum odium, & quia tunc demum D. Hieronymus se associauit cum hominibus armatis, quando priùs viderat Comitem per ciuitatem ambulantem, & quia accessit ad locum per quem dictus Comes deambulare solitus erat. Quæ omnia non est dubium, quòd sunt aperta signa præcedentis deliberati animi, & præmeditati de occidendo. Sed cùm nullum ex præcedentibus signis ex processu constare vidi præterquam ex ore vulneratorum, certè facilè dici posse crediderim sententiam prædictam esse notoriè iniustam, cùm ex actis non iustificetur. Paris. *consil.* 107. *n.* 11. *lib.* 4. Caputaq. *decis.* 126. *n.* 2. *part.* 5. latè Gabr. *cons.* 107. *n.* 5. *& seqq. & consil.* 167. *n.* 60 *lib.* 2.

2 Et quòd ex actis non iustificetur, percurramus signa præmeditationis prædictæ in sententia apposita, & primò occultum odium, de quo non solùm in processu non constat, immo etiam constat de amicitia, & beneuolentia inter eos etiam ex propria confessione Comitis, & propterea sicut ex præcedenti inimicitia deliberatio & præmeditatio præsumitur. Cason. *de indi. & tortur. tract.* 4. *cap.* 1. *n.* 4. *& tract.* 7. *n.* 2. Alber. *in tract. statut. par.* 3. *quæst.* 64. Boss. *in tit. de homicid. sub n.* 63. Vulpell. *consil.* 127. *n.* 8. *vers. sicut, & si vrgens inimicitia præcederet.*

3 Ita, & è contra ex præcedenti amicitia, quicquid inde sequutum fuit sine dolo & præmeditatione successum præsumitur. Gandin. *in tit. de homicid. n.* 29. Alber. *in l.* 1. *§. diuus, n.* 5. & ibi etiam Angel. *n.* 3. *vers. & si amici.* Marsil. *n.* 43. *ff. de sicar.* Boss. *in tit. de homicid. n.* 48. Ant. Gomez *de delict. cap.* 3. *rub. de homicid. post n.* 17. Menoch. *de præsum. lib.* 5. *præsum.* 40. *n.* 15. *& seq. & n.* 22. *& de arbitr. li.* 2. *cas.* 361. *n.* 23.

Quòd Comes esset solitus per ciuitatem deambulare, & quòd D. Hieronymus illam nocturnam deambulationem præsciuerit, seu viderit, prout in sententia explicatur, & quòd Hieronymus armatos, quos secum duxerat, partim penes se, & partim in alio loco retinuerit, pariter in processu non constat, nisi forsan ex dicto vulneratorum; quare succedit alia conclusio, quòd sententia lata super homicidio, seu vulneribus præmeditatè illatis non sustinetur, quando de qualitate præmeditationis non constat. ex allegatis per Franc. Becc. *consil.* 11. *num.* 15. Clar. *in pract. quæst.* 66. *versic. sed quid si pro parte.* Boss. *in tit. de inquisit. num.* 82. *&* 83. Tob. Non. *consil.* 96. *num.* 1. *&* 2. 4

Sumus ergo in pura rixa, & ista est veritas adiuuata ex facti veritate, cùm in processu constet, quòd illo die D. Hieronymus vnà cum dominis Ioanne, & Petro de Corbolis, & aliis steterunt omnes in conuersatione venando ad passeros, & piscando, qui enim vulnerare, seu occidere meditatur, non sic se voluptatibus implicat, vltrà quòd Comes in eius depositione de nullo inter eos præcedente odio deponit, videtur præsupponere ea aliquibus præcedentibus verbis rixam fuisse ortam. Quibus præsertim stantibus rixa potius præsumenda est, quàm præmeditatio. Boss. *in tit. de homicid. num.* 64. *in fine.* Alban. *consil.* 46. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1. Menoch. *de arbit. quæst. lib.* 2. *dicto casu* 361. *eodem num.* 23. latè Cephal. *consil.* 206. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. 5

Quis autem in hac rixa fuerit aggressor, seu prouocator, dubium non est ad præsumtiones & coniecturas recurri debere, secundùm Alber. *in l.* 1. *§. cùm arietes, num.* 5. *vers. & hoc nisi ex coniecturis, ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* Boss. *decis.* 237. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 363. *num.* 1. Vulpell. *cons.* 7. *num.* 12. *& consil.* 86. *num.* 1. *& consil.* 118. *num.* 24. 6

Quòd dominus Hieronymus non fuerit aggressor, sed bene fuerit insultatus à D. Comite Paulo, & socio, prima est præsumtio, quòd Comes Paulus est miles magis in armis exercitatus, quàm D. Hieronymus, qui est iuuenis annorum viginti, & in militia non exercitatus. Cepoll. *consil. crimi.* 28. *num.* 11. *in fine vers. octauò quia.* Alciat. *de præsum. reg.* 3. *præsum.* 39. *num.* 11. Menoch. *d. cas.* 363. *n.* 9. Paseth. *consil.* 202. *num.* 23. *& seqq.* 7

Secunda est præsumtio, quia socius D. Comitis erat famulus Capitanei Tobiæ capitaliter banniti, & condemnati, & sic, aut reus læsæ maiestatis vigore Bullarum, aut saltim malæ famæ, dominus Hieronymus autem probæ vitæ, & bonæ famæ. Alber. *in l. vt vim, num.* 10. *ff. de iust. & iur. & in l.* 1. *§. cùm arietes, num.* 5. *post med. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* Alciat. *de præsum. reg.* 3. *præsumt.* 39. *num.* 8. *&* 9. Cepoll. *consil. crimin.* 29. *num.* 11. *in fine, & num.* 12. *& n.* 15. *versic.* 5. *quia D. Antonius.* Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, num.* 103. 8

Tertia præsumtio quia Comes, & socius remanserunt in rixa magis vulnerati, quod iudicio Dei euenisse præsumitur, eósque aggressores à iure præsumuntur. Alberic. *in d. l. vt vim, num.* 10. *ff. de iust. & iur.* Iacob. Boulen. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num.* 147. *ff. de pœn.* Cepoll. *consilio criminal.* 41 *num.* 7. Bertazzol. *consil.* 449. *num.* 21. Hippol. Riminald. *consil.* 359. *num.* 36. *lib.* 4. Honded. *consil.* 99. *num.* 34. *lib.* 1. & est communis, quicquid aliqui alij pauciores contrarium dixerint. 9

Quarta est præsumtio, quòd dominus Comes Paulus citatus ad comparendum, noluit comparere, quæ quidem contumacia ipsum etiam aggressorem præsumere facit. Vulpell. *consil.* 118. *num.* 17. *& num.* 21. Hercul. *de exut. cap.* 30. *num.* 26. *versic. octaua coniectura est.* Bertazzol. *consil.* 135. *num.* 4. Hippol. Riminald. *consil.* 217. *num.* 27. *lib.* 2. Honded. *concl.* 98. *num.* 37. *lib.* 1. 10

Quinta est præsumtio, quòd dominus Paulus hora quarta noctis, in qua homines solent se domi continere, & etiam in lecto dormire, & non per ciuitatem ambulare, iuxta illud, qui malè agit, odit lucem, voluit domo egredi, 11

eg:edi, & ad locum vbi facilè dominus Hieronymus transiturus erat, se conferre. Hæc enim egressio ex sua domo hora intẽpestiua, & accessus ad locum vbi propè dominus Hieronymus cœnauerat, non modicam contra ipsum facit præsumtionem, per id, quòd Doctores dixerunt de amotione de loco ad locum, secundùm Butr. *in l. 1. § cum ar etes, num. 1.* & ibi etiam Florian. *num. 5. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat.* Aret. *consil. 34. n. 1. in fin. &* *n. 2.* Dec. *consil. 676. in princ. & n. 2* Berous *consil. 173. num. 4. lib. 3.*

12 Sexta est præsumtio, quòd in rixa dominus Hieronymus conquerebatur, dicendo, *cosi dui contra vno*, prout ex depositione Vrbani testis Curiæ adminiculata ex depositione Petri Ioannis Mariani ibi, *che crudaua, traditori cosi contra vno.* Quæ quidem conquestio, & acclamatio, ipsum non aggressorem, sed insultatum præsumere facit. Capoll. *d. cons. crim. 29. n. 8. vers. Tertiò quia. & n. 14.* Alciat. *de præsumt. 39. n. 12.* Bertazzo *cons. 1. n. 7. & 8.* Hercul. *de caut. dic. tr. 30. n. 20. & n. 36. ante med.*

13 Septima est præsumtio quòd Comes Paulus & socius in hac rixa reperti fuerunt magis armati, nempe lorica. Felyn. *in cap. dilecti filij, n. 14. ad med. de except.* Bertaz. *cons. 449. n. 17. & 18.* Vulpel. *cons. 118. n. 7.* vbi in specie de armato lorica.

14 Octaua est præsumtio, & apud me admodum considerabilis, quòd Comes Paulus procurauit arma, nempe loricam, eamque sibi accommodare fecit à famulo Tobiæ, ex cuius domo ambo lorica armati discesserant. Hęc enim armorum præparatio non animo deambulandi, seu spatiandi per ciuitatem, sed delinquendi, & aliquid mali faciendi, prout postea fecerunt, apertè indicat Cæpol. *cons. crim. 18. n. 7. vers. 2 quia, & vers. 3. qui.* Herculan. *de caut. d. c. 30. n. 18.* Bertazol. *consil. 27. num. 18.* Mascard. *d. prob. in libro 1. conclus. 72. num. 11. & lib. 3. conclusion. 1128. num. 12.*

15 Nona & præmissis addatur depositio Diotalleui Fuschi testis Curiæ, dicentis de auditu à socio Comitis, *Che il Conte Paolo andò à trouare il seruitore del Capitan Tobia, & egli dimandò il giacco del Sig. Ranuccio, & che esso seruitore non glielo volena dare, & hauendo detto il detto Conte che era per seruitio del Sig. Ranuccio, il detto seruitore gli replicò, se la cosa stà cosi io voglio venire ancora io, & gli dette el detto giacco, & che esso seruitore si vestì del Giacco del Capitan Tobia suo Padrone, & il Conte si vestì il giacco predetto, & cosi vscirno fuori di casa, ma che prima esso seruitore disse al detto Conte state in ceruello, che non mi meniate in qualche luogo doue non si possa andare perche io son pouero forastiero.* Quam quidem huius testis depositionem, si quisquam consideret, vtique malum animum, & præmeditationem ex parte Comitis clarissimè inspiciet, & hic testis licèt sit vnicus, probat tamen contra Curiam cùm fuerit pro informatione Curiæ examinatos. Aym. *cons. 100. num. 16.* Gabr. *tit. de testib. conclus. 1. post num. 14. lib. 1.* Bursat. *cons. 511. num. 21. & cons. 316. etiam num. 21.* Hector. Æmil. *in tract. de test b. vers. testis aduersa partis, num. 2. fol. 5.* Et licèt deponat de auditu, probat tamen ad defensionem rei, & contra producentem. Ruin. *consil. crim. diuers. 115. numero 14. libro secundo.* Cephal. *consilio 65. numero 55. libro primo.* Tob. Non. *consil. 98. numero 10. & 18.* Bursat. *cons. 20. num. 23. vers. tertia eademmet testis, in fine, & cons. 57.*

16 Decima non modica oritur præsumtio ex insolito armorum genere, quod eo tempore Comes deferre voluit, nempe ex ense cum fodero disuto, & sine puntali, & sic magis & citius ad vulnerandum apto. ad trad. per Ioannem de Amic. *in cons. 44. num. 14. & consilio 118. numero 7.* Bertazzol. *consilio 1. & num. 11. lib. 1.* Menoch. *dict. casu 363. num. 8.*

17 Vndecima non est omittenda depositio Federici Biacchini testis Curiæ, dicentis, *che prima, chel Conte partisse di piazza vidde venire messer Girolamo Venetianello quale hauea l'armiero alla cintura, la Spada, & vn par di calze di tela, & ritornò in dietro, & presa la strada per la Vaggine solo, & non sò perche tornasse in dietro, & poco dapoi, il Conte anco lui con quell'altro huomo andorno per la vaggine, & douette stare vn quarto d'vn hora in circa che ritornò poi via il Conte cridando come hò detto,* & sic ex depositione huius testis, primò, apparet, quòd eo tempore dominus Hieronymus nõ erat in actu vindicandi, cùm adhuc esset indutus vestitu venatorio, & carnerio ad cinctulam. Secundò quòd Comes Paulus, & eius socius videntes dominum Hieronymum recedere ab eorum præsentia, & retrotrahere illum insequuti fuerunt. Hæc autem amotio de loco ad locum, viso aduersario, aggressionis præsumtionem facit, ex suprà allegatis.

18 Omitto alias testium depositiones, qui postea à Iudice fuerunt constituti & facti principales ex depositione vulneratorum, & omitto etiam plura alia inuerisimilia dicta, & etiam mendacia Comitis, & socij respectiuè, quæ ex eodem processu informatiuo domini Hieronymi defensionem respiciunt, ex prædictis satis liquear de eius innocentia, & quòd fuerit insultatus à D. Comite.

19 Non obstant modò depositiones Petri Ioannis Mariani, Dominici Caroli Vbaldini, Ascanij Scorzoli, Ioannis Bernardini Leonfoni, & Comitis Annibalis de Vbaldinis, quibus probari videtur ea nocte dominum Hieronymum tempore rixæ, & pòst, fuisse associatum à pluribus personis. Nam si eorum dicta bene perpendantur sunt singulares, & inter se admodum varij, cùm Petrus Ioãnis Mariani dicat, *finito il rumore viddi quatro, ò cinque*, Ascanius autẽ Scorzolus, *finito il rumore di lì à poco viddi passar giu due, ò tre*, Comes Annibal, *Cessato il rumore, sentij corer gente per la strada, che va verso il Capitan Claudio, che non sò quanto fussero.*

20 Et rursus testes prædicti deponunt de tempore finitę rixæ, Ioannes autem Bernardinus Lennacini de tempore ante rixam. Idem Petrus Ioannis Mariani dicit, *sentij aprire la porta, che douettero entrare*, & sic deponit de suo iudicio, Ascanius Scorzolus, *sentij batere lo porta del Capitan Claudio, mi non viddi nessuno*, Comes Annibal de Vbaldinis, *non sentij porta alcuna, che s'aprisse, & che si serrasse.*

21 Dominicus Caroli deponit ferè impossibilia. cùm dicat de nocte, lumine non existente, & in rixa bene persi exisse quòd ex vna parte non erant, nisi duæ personæ, ex alia autem plures, si enim rixa cõtigisset de medio die vix hæc discretio fieri potuisset.

22 Quare intrant iuris vulgatæ conclusiones, quas hîc repetere superfluum est, cùm causa agatur coram sapiẽtissimo iudice. Hoc vnum addo quòd dato etiam quòd concludenter probaretur D. Hieronymum fuisse magis associatum, & sic contra eum oriretur præsumtio quòd fuisset aggressor, ad trad. per Blanc. *in pract. crimin. in fin. §. tertia pars defensionis, num. 17.* Herculan. *de caut. cap. fin. 30. numero 33.* Bertazzol. *consi. 1. numero 10. libr. 1.* Menoch. *de arbitr. question. libr. 2. cas. 363.*

23 Hæc tamen sola præsumtio tollitur ex tot aliis suprà enumeratis contrariis præsumtionibus, Cepoll. *consi. criminal. 28. numero 15.* Ludouic. Bologn. *consi. 36. colum. fin. vers. Et de istis non videtur quis.* Hippol. Rimin. *consi. 359. numero 28. & 38. & consi. 361. num. 12. lib. 4.*

24 Immo etiam quòd hincinde præsumtiones militantes essent pares, præferendæ sunt illæ, quæ carcerati fauorem respiciunt, Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 39. numero 12. versi. Et cum hîc simus.* Herculan. *de caut. d. cap. 30. numero 36.* Hippol. Rimin. *cons. 359. numero 39. lib. 4.*

25 Et ex his saluo semper prudentiori iudicio, ego Prosper Farinacius Iuris Consultus Romanus prædictum D. Hieronymum esse in casu absolutionis facilè crediderim

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Multa in hoc consilio explicantur quę in summariis per te ipsum videre poteris.

SVM

SVMMARIVM.

Homicidium atrocissimum repatatur ratione personæ occisæ, & occidẽtis, ratione loci, & temporis in quo fuit commissum ratione modi, & euentus, n. 1.

Latrocinium, & assassinium commissum dicitur ab eo qai postquã occidit eius cadauer derobat, & spoliat, num. 1.

Clericus homicida pro homicidio atrocissimo, & qaalificato potest tradi Curiæ seculari consalto Papa, n. 1.

Tractantes, & ordinantes homicidium puniuntur eadẽ pœna, qua punitur principalis homicida, n. 2.

Referens se ad aliud censetar se restringere, & declarare, prout in relato, nam. 4.

Consiliam nudum, & simplex ad homicidium non punitur ordinaria pœna homicidij, num. 5.

Confessio vaga, & generalis, aut non est attendenda, aut non sufficit ad pœnam ordinariam, num. 6.

Consilium ad homicidium an dicatur datũ per hæc verba, si vis occidere occidas, *num. 7.*

Consulens illi, qui iam deliberauerat delinquere, nõ punitur eadam pœna, qua puniendus est principalis delinquens, etiam quòd simus in atrocissimis, num. 8.

Auxilium præstitum post delictum, nõ punitur eadẽ pœna, qaa puniri debet principalis delinqaens, n. 9.

Clericus, & sacerdos Curiæ seculari tradi non potest pro iterata derobatione, n. 9.

Confessio potest incontinenti reuocari, seu declarari etiã non docto de errore. n. 10.

CONSILIVM CXLIII.

1 VIDI, & perlegi scripturas transmissas à Reuerendissimo D. Episcopo Taurinen. in causa homicidij commissi de anno præterito in personam Præpositi villæ Cercenaschi cum consensu, consilio, & etiam vt prætenditur tractatu præcedente cum Mathæo Rubeo Vicecurato eiusdem villæ, & quidem negari non potest hoc homicidium atrocissimum reputandum esse, tum ratione personæ occisæ, & occidentis, tum ratione loci, & temporis, in quo fuit commissum homicidium, tum etiam ratione modi, ac euentus, & subsequutæ derobationis bonorum. ad text. *in l. aut facta, §. pœna grauior. ff. de pœn. in capit. sicut dignum, extrà de homicid.* & dixi *in mea pract. criminal. in titul. de delict. & pœn. quæst. 17. num. 10. & quæst. 18. num. 64.* Sola enim derobatio bonorum occisi post commissum homicidium induet qualitatem latrocinij, & etiam assassinij, vt consuluit Cephal. *in cons. 57. num. 10. & seqq. lib. 1.* Et consequenter hunc Presbyterum Curiæ sæculari tradendum reale degradatione præcedente incorrigibilitate non expectata, facile iure dici posse crediderim, saltim Papa Consulto. ad tradita per Episcopum Scalen. *in tract. de censur. & irregularit. tit. de depos. & degrad. cap. 14.* & dixi etiam *in eodem tit. de inquis. quæst. 8. num. 81. vers. Ego in hac opinionum contrarietate.*

2 Si idem Mathæus explicitè præcedentem tractatum seu etiam auxilium in delicto cooperatiuum confiteretur, facilè eadem pœna eum plectendum existimarem; certum enim est, quòd tractantes, & ordinantes homicidium, nedum mandantes, pœna homicidij ordinaria teneniur. Ang. *cons. 22. pro decisione quæstionis, num. 1. & seq.* Paris. *cons. 166. num. 19. lib. 4.* Bero. *cons. 175. numer. 15. lib. 3.* Sic & multo magis (tractatu præsertim præcedente)
4 auxilium in homicidio præstantes. gloss. *in cap. in verbo, pari pœna, versic. in tertio casu,* & ibi communiter omnes, *de offic. deleg.* Bart. *in l. is, qui opem, n. 5. de fur.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 90. n. 1.*

3 Verùm quia percurrendo omnes confessiones dicti Presbyteri nullam video talem adesse confessionẽ, quæ possit dici certa, explicita, & specifica ad effectum, de quo agitur; hoc ideo non inuitus in contrariam trahor sententiam, fatetur enim in substantia iste Presbyter sub die 14. Septembris, *Che il Preuosto fu amazzato su le quatro hore di notte da Gasparo Mondo nel guardino della Casa prepositura sotto la pergola, che lui sopraueniè in detto luogo, apprèsso mentre Gasparo nettaua li Pistolese imbrattato di sangue, & che poi salito in Camera del Preuosto gli leuò linzoli, mobili, & denari, &c.* Sub die autem 9. Maij solutus à tormento ratificat per ipsum deposita sub dicta die 14. Septembris, & vlterius confirmando scripturam ab ipso factam, fatetur in die ante mortem Prępositi fuisse cum Gaspare, & sermonem cum eo habuisse de Pręposito occidendo, sub his, aut similibus verbis, *Et domandandoli io della causa della sua venuta, mi disse d'Agnesina sua sorella, dolendosi del Preuosto che fusse causo che l'hauesi fatto perdere vn partito di matrimonio, e che era venuto risoluto per ammazzarlo.* Deinde sequitur, *Io lo dissuadeuo da questo quanto poteua, & al fin mi parue, che voltua distorse da tal deliberatione per all'hora. Et cosi venissimo circa le due hore di notte verso la prepositura, & à mezza strada tornò in detto Gasparo à repigliare il medesimo ragionamento, & io gli dissi che se volena venir meco in casa venisse da Christiano, & non facesse nouita alcuna, & cosi mi promese,* prosequendo Mathæus narrare quomodo postea Præpositus fuit occisus negando se fuisse præsentem homicidio, & affirmando illud fuisse à Gaspare commissum ipso ignorante, licèt bene fateatur post commissum homicidium fuisse cum Gaspare in camera Præpositi occisi, in qua Gaspar pecunias, & bona derobauit, ipsẽque Presbyter partem dictorum bonorum in Ecclesia abscondit. Verùm die 16. Iulij in confrontatione sibi facta Gaspare dicente, quòd Presbyter Mathæus ipsum requisiuit de occidendo Prępositum, & quòd Matthæus fuit ille, qui Præpositũ vulnerauit, & occidit, Matthæus semper stetit in negatiua quòd vulnerauerit, & occiderit Præpositum: sed bene postea fatetur esse verum, *che g'lha dato consegho à far detta homicidio ma che non lo sa,* & dum postea idem Gaspar ad præsentiam eiusdem Mathæi fatetur quòd ipse solùs vulnerauit, & occidit Præpositum, *mà si bene che Mattheo fece leuare il Preuosto da letto & lo fece venire al luogo doue fu ammazzato, perche vidensa che il Preuosto non veniua, quando fu fatto romore sotto la pergola disse il Prete ah traditore lo saro ben venire, & andò all'vscio della camera & lo demandò ch'io lo sentiuo.* Respondit Mathæus, *Io non voglio che sia tormentato, perche egli confessã hauer fatto l'homicidio, Io ammetto per vero tutto quello che hà detto.* Et die 17. eiusdem ductus Presbyter ad ratificandũ quæ suprà confessus est. Respondit, *Io ammetto per verò confesso & ratifico che hò consentito all'homicidio del Preuosto, & condussi Gasparè, da san Firmino alla casa del Peruosto su le due hore di notte qaando fu fatto l'homicidio come hò detto, Et quanto all'hauer dato consiglio si che nel partire io da Rezano il giorno seguente la festa di S. Rocche mi disse Gasparo che il confessore gli haueа detto, che hauendo il Preuosto cerco di dishonorare sua sorella se ben lo hauesse amazzato, non hauerebbe hauuto carico di conscienza, & io gli dessi, che hauendolo egli fattoli perdere vn partito di maritarla, quanto à Dio non ne hauerebbe patito carico, & pena se bene l'hauesse ammazzato di piu amatio, ratifico, & approuo, che doppo l'homicidio incontinente anamo di compagnia alla camera del Preuosto, doue io apersi l'armario, tolsi li denari, li misi su il mantello, doue detto Gasparo li prese, & si li portò, & portassimo tutti doi la cassa.* Deinde sub eodem constituto subdit, *& quando detto Gasparo fu in procinto di far l'homicidio io l'auuisai, che non lo facesse & videndolo deliberato gli dissi se voleua farlo che lo facesse, & quando detto Gasparo daua le ferite al Preuosto, dal primo, fino all'vltimo colpo, io ero nella mia camera,* & deinde post multas variationes dixit, *Io ammetto, & ratifico ogni cosa,* & ad aliã interrogationẽ respondit, *Lispergo la fu sbatata da Gasparo mentre io stauo in camera mia, & si ben e hò consentito all'homicidio, penso hauer poco carico d'anima, perche il Preuosto mi ha disfamato in molti luoghi ch'io sia pieno di mal franzese,* & ad aliam interrogationem, *protres hauerla sbattuta la per gula, ma non me ne ricordo, & mentre fù occiso il Preuosto, Io era andato nella mia camera à votar l'va portatami*

tamis de Gaspare nel cauagno come hò detto, Et perche per andare nella mia camera si passa per la logia doue è la camera, nella quale dormiua il Preuosto forse sara parso à Gasparo, ch'io habbi addimandato, il Preuosto, mà la verità è che io non lo domandai mà il Preuosto ando à Basso solo dal scolar della pergola comeera suo solito, & potria essere, che nel partir del Giar d no io habbi detto à Gaspare che andaua per adimandar detto Preuosto, mà la verità è che non lo domandai mà andai di longo alla mia camera. Ex prædictis itaque omnibus confessionibus Presbyteri Matthæi non video constare de aliquo mandato, seu requisitione facta Gaspari (prout idem Gaspar asserit) de occidendo Præpositum, prout nec minus video ipsum confiteri aliquod præstitisse auxilium in delicto, cùm expresè neget se illi astitisse. Et multo minus video aliquod præstitisse consilium, seu consensum pro quo ordinaria delicti pœna infligi possit. Nam quamuis die 16. Iulij fateatur verum esse se dedisse consilium ad hoc homicidium, & etiam admittat pro vera confessione Gasparis in omnibus, preterquam in eo in quo dicebat, quòd ipse vulnerauerat Præpositum, & rursus die 17. eiusdem ductus ad ratificandum, ratificet consensisse homicidio prædicto conducendo Gasparem ab Ecclesia sancti Firmini ad domum Præpositi hora secunda noctis, qua fuit factum homicidium, vt dixerat, & eidem dixisse quòd quoad Deum pœnam non metuisset si Præpositum occidisset.

4 Attamen iste consensus cum conductione Gasparis ad domum Præpositi sic per ipsum ratificatus non fuit præstitus ad effectum occidendi Præpositum, si bene ponderentur illa verba subsequentia, *come hò detto.* quæ referuntur ad id quod dixerat sub die 9. Maij, dum recenset sermonem habitum cum Gaspare in illo itinere ab Ecclesia sancti Fermini ad domum præpositi, & non solùm non fatetur, tunc consensisse dicto homicidio, sed illud expresè etiam dissuasisse, & quòd Gaspar secum venit ad dictam domum, cum expressa promissione de non occidendo præpositum. Non enim dubitandum est, quòd illa verba, *come hò detto*, relatiua ad aliud suum præcedens examen restringunt confessata in præsenti examine, & ab eodem primo examine declarationem recipiunt, ex allegatis per Bertaz. *in consil.* 53. *n.* 1. *& seqq. & consil.* 199. *n.* 11. *& consil.* 242. *n.* 16. *& seqq. lib.* 1. & dixi *in tit. de reo confess. & conuict. q.* 81. *num.* 351.

5 Et dum postea in eadem ratificatione fatetur consuluisse, seu persuasisse Gaspari homicidium illi falsò præsupponens, quòd quoad Deum pœnam non passus esset, ex quo præpositus conatus fuit vituperare sororem suam. Hoc inquam prætensum consilium cùm sit nudũ, & simplex, non videtur ordinaria homicidij pœna plectendum, Imol. *in Clem.* 1. *n.* 13. & ibi etiam Card. Zabar. *n.* 9. *& n.* 17. *vers. hic autem non committitur delictum de pœn.* Bero. *in cap.* 1. *n.* 100. *vers. prædicta distinctio. extrà de offic. deleg.* & ibi etiam Hippol. Rimin. *num.* 90. *in fine, vers. vnum tamen obstat.* Marsil. *consil.* 24. *num.* 17.

6 Et dum etiam die 16. Iulij admittit pro vera confessione Gasparis in omnibus, excepto eo, quòd vulnerasset præpositum. Hæc inquam confessio nimis vaga, & nimis generalis est, & propterea, aut non attendenda, aut saltim non sufficiens ad pœnam ordinariam; Roman. *consil.* 455. *n.* 4. Boss. *in tit. de confess. n.* 43. *& seqq.* Brun. *de indic. & tortur. p.* 2. *q.* 6. *n.* 9. cum aliis per me relatis *in pract. cri. p.* 2. *t. de reo confesso, & conuict. q.* 81. *n.* 31. *& seq.* Ea præsertim, quòd in ratificatione, vt mox dicã, fuit reuocata.

7 Verùm id, quod omnem tollit difficultatem est, quòd eadẽ die 17. Iulij, & in eodem examine idem presbyter, modò vnũ, modò aliud confitendo declarat qualitatem consilij dati ad hoc homicidium, sub his verbis, *Quando Gasparo fu in procinto di far' l'homicidio, io l'auuisai, che non lo facesse, & vedendolo deliberato, io gli dissi, se voleua farlo, che lo facesse*, ex qua confessione duæ resultant iuris conclusiones, prima est, quòd per hęc verba, *si vis occidere occidas*, non inducitur consilium ordinaria homicidij pœna puniendum, prout in terminis consuluit Hippol. Rimin. *in cons.* 310. *n.* 1. *& n.* 16. *lib.* 3. Sunt enim huiusmodi verba conditionaliter prolata, & in liberã voluntatem delinquentis reposita. Ideo nec consilium, nec mandatũ per se fuerunt, ex allegatis per Hipol. Rimin. *vbi suprà.*

Secunda est conclusio, quòd consulens illi, qui iam deliberauerat delinquere, pariter nec ordinaria delicti pœna plectendus est, etiam quòd simus in atrocissimis, 8
Felyn. *in c.* 1. *n.* 9. *extrà de offic. deleg.* & ibi Dec. *n.* 45. *& seqq.* Bero. *n.* 89. *in fin.* & Mantua *post n.* 34. Idem Felyn. *in c. sicut dignum, n.* 8. *de homicid.* Cagnol. *in l. consilij, n.* 7. *de regul. iur.* Couar. *in Clem.* 1. *p.* 2. *§.* 2. *n.* 1. *versic. quamobrem, de homicid.* Plach. *in epit. delict. c.* 17. *post n.* 7. Menoch. *de arbitr. qq. cas.* 351. *n.* 24. *& seqq.* Pract. Conrad. *rubr. de consulentibus, n.* 2. Ceph. *cons.* 76. *n.* 54. vbi loquitur in crimine læsę maiestatis, quorum opinio, & verior, & æquior semper mihi visa fuit, & eam propterea in iudicando sequutus, quicquid alij secus dixerint.

Et quod attinet ad auxilium præstitum post delictum 9
in derobatione bonorum vnico verbo respondetur, auxilium post delictum præstitum non posse ordinaria delicti pœna mulctari, secundùm Canonist. *in d. c. de offic. deleg. & in d. Clem.* 1. *de pœnis.* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 90. *num.* 2. *vers. at verò non præcessit aliquis tractatus.* Menoch. *de arbitr. cas.* 349. *num.* 21. *& seq.* vltrà quòd sacerdos pro prædicta derobatione bonorum etiam quòd fuisset iterata non potest Curiæ seculari tradi. *cap. sua de pœn.* Diaz *in pract. crim. canon. in verb. fures, c.* 90. secundùm vltimam impressionem.

Et id quod in præsenti casu maximè videtur considerandum est, quòd quicquid Presbyter Matthæus confes- 10
sus fuerit die 17. Iulij, illud idem in maiori parte videtur postea, aut reuocasse, aut saltim declarasse in eodẽ constituto, in quo fatetur, se aliud non dedisse consilium Gaspari, nisi quod *vedendolo deliberato gli disse, che se lo voleua fare lo facesse, & che quando Gaspare daua al Preposto, lui era nella sue Camera, & che quando la pergola fu sbattuta da Gasparo lui staua in Camera*, & sic non videtur attendenda præcedens confessio, quia cùm non fuerit à fisco acceptata, & in eodem constituto fuerit reuocata, aut saltim restricta, seu declarata, attenditur vltima confessio, & declaratio etiam non docto de errore primæ confessionis. ad gl. *in cap. fin. in verb. iusta causa, in fine, de iureiur. in* 6. Boss. *in tit. de confess. n.* 63. & dixi *in d. tit. de reo confess. & conuict. q.* 81. *n.* 248. *& seq.*

Sum igitur in voto ex processu fabricato non posse 11
hunc Presbyterum iure degradari, & Curiæ seculari tradi, sed quia ex iis quæ in eodem processu apparent, apud me valde suspectus, & indiciatus est, quòd præcedente tractatu cum Gaspare ipsum conduxerit ad domũ Præpositi ad effectũ illum occidendi, & quòd omnia fecerit, prout fatetur Gaspar; excepto, quòd Præpositũ proprijs manibus occiderit, si iudex essem illum iterum torqueri mandarẽ sine præiudicio confessatorum & conuictorũ pro habenda vlteriori veritate, eiúsq; specifica & explicita confessione super dicto præcedente tractatu, & auxilio præstito in delicto vocando Presbyterum, vt de lecto surgeret, & ad locum vbi sicarius aderat proficisceretur, quòd si fateatur, Curiæ seculari præuia degradatione ipsum traderem; si verò persisteret, ad perpetuas triremes illum transmitterem. Nimis enim durũ existimo, nec vnquam seruatum vidi ex huiusmodi generali & vaga confessione delictorum reos morti traditos.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Cautio de non offendendo, an, & quando rupta dicatur per offensionem factam ab eo, qui cautionem non ratificauit, vel per offensionẽ non ratificanti illatam à ratificante, & an ratificatio debeat esse expressa, & an sufficiat tacita, & quando soluens pœnã promissam pro non ratificante, & offendere habeat pro sua releuatione regressum contra eũdem offendentem, qui cautionẽ non ratificauit.

SVMMARIVM.

Cautio de non offendendo non dicitur rupta ab eo, qui cautionẽ in eius absẽtia præstitam nõ ratificauit, n.1.

Cautionis de nõ offendendo pro aliquo absente præstita ratificatio nunquid censeatur inducta ex sciẽtia, & non contradictione, num.3. Vbi etiam an ista ratificatio debeat esse expressa, an verò sufficiat tacita ex sola præsentia, & scientia, n.3.6. & seqq. per totum in discursu.

Pacem, seu cautionem de non offendendo pro aliquo absente, si præstita fuerit, debet requiri iste absens ad ratificandum pacem, quam si tacendo illam non ratificet, censetur recusare, n.3. & n.7. vbi contrà.

Ratificatio nunquam inducitur ex actu, qui fieri potest absque eo quòd agens præcedentem actum ratificet, num.4.

Pacis, seu cautionis de non offendendo ratificatio in dubio, vt non fuerit facta præsumendum est, n.4. in fine.

Præsentia, seu scientia cum taciturnitate, & non contradictione non est modus inducendæ obligationis, maximè in pœnalibus, num.5.

Consentire præsumitur, qui valens contradicere nõ cõtradicit, n.7. vbi declaratur hæc conclusio.

Præsens, & nõ contradicens habetur pro negante, quãdo cõtradicẽdo nõ potuisset impedire id quod agitur, num.7.

Decretum iudicis in instrumento appositum non trahitur ad tacita, num.8 & n.26.

Cautio de non offendendo si fuerit præstita etiã pro absẽtibus, ruptáque fuerit ab absente, qui illam nõ ratificauit, nunquid is, qui pro absente promisit, & pœnã soluit, possit pro releuatione indemnitatis agere cõtra eũ absentem, & non ratificantem, qui cautionem rupit, n.9. & seqq.

Cauere de non offendendo pro suis cõsanguineis an quis cogi possit, n.9. & 10.

Dispositio loquens cum aliquo præsupposito, cessante præsupposito locum non habet, n.9.

Pax, seu cautio de non offendendo nõ censetur rupta per offensionem illatam illi, qui pacem seu cautionem nõ ratificauit, num.11. nec ab eo, qui pariter pacem, seu cautionem non ratificauit, n.22.

Statuta & constitutiones recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, n.11. in fine.

Pœna non habet locũ nisi in casu de iure expresso, n.13.

Statutum, seu constitutio obligans ad pœnam, loquens in vno casu non trahitur ad alium, etiam ex identitate rationis, n.12.

Pœnam pro delicto alterius nemo soluere debet, n. 13.

Causa proxima, & immediata attẽditur semper potius, quàm causa remota, & mediata, n.13

Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur quando illud illicitum fuit causa proxima eius quod sequitur, secus si remota, n.13. in fine.

Damni causam dans damnum ipsum dedisse videtur, quando illa causa erat præordinata ad illatum damnum, aliter secus, n.14.

Sententia contumacialis nunquam transit in iudicatum, num.16.

Pax, seu cautio de non offendendo, licèt non dicatur rupta à non ratificante, is tamen, qui pro absentibus promisit soluere, debet conuentam pœnam, n.17.

Sententia, vt dicatur notoriè iniusta requiritur, vt iniustitia sit adeò euidens, vt nullam prorsus dubietatem & responsionem recipiat, n.19.

Soluens fisco pro delicto alterius debet releuari ex bonis delinquentis. Declara vt n 21. & 22.

Ratificatio inducitur per taciturnitatem iunctam cum aliquo actu positiuo. Declara vt n 23.

Fideiussor dicitur approbare contractum illius pro quo fideiubet. Declara vt n.24.

Ratificatio tacita cautionis de non offendendo non sufficit ad incurrendam pœnam conuentionalem, n.25.

CONSILIVM CXLIV.



SI dominus Brutus Odoardus promissio- 1
nem pro eo factam à domino Mutio Migliano de non offendendo Equitem Mucciarellum minimè ratificauit, regula stat pro eo, quòd quamuis eundem Equitem offenderit, ad pœnam promissam non tenetur, sic enim post alios, quos referuntur antiquiores in iis terminis consulendo scripserunt *inter consil. crimin. diuers. lib.* 1. Ludou. de Alpher. *consi.* 45 *in princip. & num.* 1. Ioann. Anton. Conca *cons.* 148. *& num.* 1. & Ioan. Baptist. Venturin. *cons.* 148. *n.* 4. Hippol. Riminal. *cons.* 103. *numer.* 1. *& seqq. lib.* 1. *& consi.* 470. *numer.* 1. *& seqq. lib.* 4. vbi respondet contrariis, & voluit etiam Hieronym. Magon. *decis. Lucen.* 100. *in princip. un io num.* 35. *& seqq. & num.* 33. Et sicut hæc conclusio est communis, ita nec etiam ex aduerso in dubium reuocatur.

Difficultas autem solùm videtur consistere in duo- 2
bus. Primò, scilicet an dominus Brutus præsens instrumento cautionis prædictæ, & approbans fideiussores domini Mutij, censeatur ratificasse promissionem pro eo factam ad effectum de quo agitur. Secundò quatenus ex dicta sententia nulla fuerit inducta ratificatio, an saltem ipse dominus Mutius habeat regressum pro sua releuatione contra dominum Brutum, ex quo non spontè, sed ex necessitate, & vt dicitur vigore statuti, seu constitutionis se obligauerit.

Quod attinet ad primam inspectionem dicitur, 3
quòd quamuis Moron. *in tractat. de fide, treug. & pac. quæst.* 132. *num.* 7. secundùm vltimam impressionem videatur affirmare hanc ratificationem induci ex scientia, & non contradictione. Attamen sicut ipse pro sua opinione, nec iura, nec rationem, nec aliquam Doctorum autoritatem facientem ad propositum allegat; ita nec etiam eadem opinio à Doctoribus recepta est, cùm, vt aliàs probaui, & nunc repetere non est incongruum in proposita facti specie, ratificatio debet esse expressa, & non tacita, nec propterea sufficit sola præsentia, seu scientia, & non contradictio, secundùm Corn. *in consil.* 248. *n.* 6. *lib.* 4. Paris. *cons.* 109. *numer.* 17. *lib.* 1. Paul. de Castr. *in l. bonorum, num.* 5. *& 6. ff. rem ratam haber.* vbi expressè dixit, quòd requisitus ad ratificandum pacem cum præfixione termini, aut etiam sine termino, censetur recusasse si tacendo illam non ratificet quamprimum potest, nec dissentit Bero. *in consil.* 199. *num.* 7. *& consil.* 206. *num.* 14. *versic. & hæc ratificatio, & numer.* 16. *lib.* 3. Ludouic. de Alpher. *consil. criminal. diuers.* 147. *numer.* 2. *versicul. & ratio potest esse, lib.* 1. vbi quòd si quis habita notitia de pace, seu promissione pro eo facta, quamprimum eam non ratificet, censetur dissentire, & improbare, ex Corn. *in loco præcitato.*

Eapropter, licèt dominus Brutus fuit præsens stipu- 4
lationi cautionis de non offendendo, fideiussoré sque domini Mutij approbauerit, non tamen ex hoc censetur ratificasse instrumentum prædictum, ex præallegatis; & etiam quia numquam inducitur ratificatio ex actu, qui fieri potest, absque eo, quòd agens præcedentem actũ ratificet, vt trad. per Bart. & Paul. de Castr. *in l. Paulus respondit, ff. rem ratã haberi*; sed sic est, quòd præsentia domini Bruti instrumento cautionis prædicto adhibita fuit, vt

Mutij

Mutij fideiussores approbaret, prout ex instrumenti lectura apparet; ergo non potest inducere præsumptam ratificationem ipsius cautionis, & hæc interpretatio omnino sumenda est, tum quia est domino Bruto vtilior, tum etiam quia ad excludendam ratificationem, quælibet causa, seu occasio sufficiens est, prout in simili bene arguit Gabr. *cons.* 36. *nu.* 75. & Cornazan. *in decis. Lucen.* 99. *num.* 25. *& seq.* & facit decisio Putei 27. *num.* 2. *& sequen. lib.* 1.

5 Accedit præmissis alia viua ratio, quia scilicet præsentia, seu sciétia cũ taciturnitate, & non contradictione non est modus inducendæ obligationis (maximè ad pœnam) *l. filiusfamilias, §. inuitus, & ibi gloss. in verb. non probetur, ff. de procurator.* Bald. *in l. si fine, n.* 4. *versic. quartò quæro, C. ad Velleianum,* Roncad. *in l. qua dotis, n.* 52. *ff. solut. matrimon.* Alexandr. *consil.* 152. *numer.* 9. *& consil.* 180. *numer.* 4. *lib.* 7.

6 Quæ quidem ratio (vt modò etiam respondeam primæ dubitationi Illustriss. Domini mei Ponentis) æquè militat, siue non ratificans offendatur (prout in isto casu videntur loqui aliqui ex Doctoribus præallegatis) siue etiam non ratificans offendat, prout in nostra facti specie, immo si veritatem fateri velimus, maior dubitandi ratio poterat considerari, in non ratificante offenso, qui agit ad pœnam contra offendentem, qui expresse promisit illum non offendere, quàm in eo, qui agit contra alium, qui nihil promisit, nec expresse ratificauit: si enim ad hoc, vt offensus in pace, seu cautione comprehensus possit contra offendentem promissorem ad pœnam agere, necessaria est, eiusdem offensi expressa ratificatio. Nec sufficit sola scientia, & non contradictio, vtique multo magis eadem expressa ratificatio videtur necessaria, quando agitur contra eum, qui nihil promisit, nec promissionem expresse ratificauit, arguendo ab identitate, vel à maioritate rationis, vt suprà.

7 Nec facit Herculan. per dominum scribentem ex aduerso allegat. *in tract. de cautio. de non offenden. cap.* 42. *n.* 20. *& seq.* vbi videtur æquiparare consensum, & non contradictionem, loquitur enim Herculan. quando consanguineus expresse fuit citatus in iudicio ad consentiendum; tunc enim forsan non erit incongruũ dicere, quòd comparendo, & non contradicendo censeatur consentire, quia cùm fuerit vocatus, prout idem Hercul. ponit ad dicendum causam quare non debeat consentire, si nullam allegat causam, habetur pro consentiente; non sic in casu nostro, in quo nulla interuenit citatio, sed tantùm extraiudicialis præsentia, & scientia. Ex qua, vt dixi, obligatio induci non potest præcipuè ad pœnam, & regula illa per eundem dominum scribentem considerata, quòd scilicet qui potuit contradicere, & non contradixit, præsumitur consentire, retorquetur in cõtrarium, quia etiam quòd dominus Brutus voluisset repugnare obligationi faciendæ per dominum Mutium pro se, & suis consanguineis, non tamen poterat illam impedire, cùm ad sic se obligandum esset à iudice coactus, & prout ex aduerso prætenditur, vigore constitutionis, seu statuti, & propterea intrat regula contraria, quòd scilicet præsens, & non contradicens habetur pro negante, quãdo contradicendo id quod agitur impedire non potuisset. ad glos. *in l. Cams, in verbo, non obesse, vers. tu autem dicas,* & ibi Salic. & Castren. *ff. de pignoratit. act.* Felyn. *in c. nónne, num.* 21. *extrà de præsumpt.* Alex. *consil.* 131. *in causa, num.* 5. *versic. item quia extat regula, lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 9. *n.* 149.

8 Et omnibus prædictis cessantibus, adhuc video remanere firmum fundamẽtum aliàs factum, quòd etiam quòd ex præsentia, & non cõtradictione dicti Bruti, fuisset inducta tacita & sufficiens ratificatio; adhuc illa esset nulla, vti facta à minore, sine consensu proximiorum, iudicis decreto (quod vt aliàs probaui ad tacita non extenditur etiam ex maioritate rationis. ex Paris. *in consil.* 100. *num.* 24. *libr.* 1. cum aliis per Simoncell. *de decret. libr.* 2. *tit.* 1. *num.* 93. *& seqq.*) Nec obstat non requiri decretum, quando quis se obligat coactus, & ex necessitate, quoniam stante cautione iam præstita per dominum Mutium tamquam proximiorem, ipse dominus Brutus non erat à iudice coactus ad cauendum, aut promittendum nec pro se, nec pro aliis, nec etiam ad ratificandum dicti Mutij promissionẽ; nec aliqua reperitur constitutio, quæ eundem dominum Brutum cogeret ad ratificãdum promissionem ab eo factam, licèt ad hunc effectum Hercul. *d. c.* 42. *n.* 21. ponat cautelam, vt consanguineus citetur ad dicendum causam quare non debeat ratificare, quæ in casu nostro non fuit adhibita, ideo decreto omnino opus erat.

Quod verò attinet ad secundam difficultatem, nun- 9
quid scilicet dominus Mutius pro releuatione suæ indemnitatis possit agere contra dominum Brutum ex quo promisit, & se obligauit ex necessitate constitutionis, seu statuti, iuxta tradita per Nicol. Moron. *de fid. treng. & pac. q.* 159. respondetur primò assumptum non esse verum. Non enim super hoc inueni aliquam Marchiæ constitutionem, quæ cogat ad cauendum pro suis consanguineis, pariter nec Bulla Pij Quarti 128. in prima parte bullarij, si eius verba bene perpendantur, præcipit, quòd pro suis consanguineis quis cauere teneatur, licèt bene dicant, quòd partes sic caueri procurent pro maiori earum vitæ assecuratione, & propterea tali casu bulla dat formam notariis, quando debeant extendere illam clausulam, *per se, &c. pro se, &c.* si verò dicatur adesse in hoc Asculana statuta, vel banniméta, oportet probare, & videre quare cessante præsupposito Moroni *in dict. quæst.* 154. quòd scilicet Mutius obligauerit se ex necessitate statuti, seu constitutionis cessare etiam debet eius declaratio (quatenus vera sit) *l. mancipia,* & ibi Salyc. & alij, *C. de seru. fugitiu.* Dec. *cons.* 203. *n.* 2. Natta *cons.* 343. *n.* 2. *lib.* 2. Rol. *consil.* 10. *num.* 14. *& seq. lib.* 4. & in specie sentit coactum à iudice ad cauendum pro suo consanguineo, & pro eo soluentem non habere contra ipsum aliquam repetitionem, seu regressum.

Quòd si dixeris (prout dicitur in secunda dubitatione 10
Illustriss. Domini mei deponentis) quomodo ergo hodie coguntur homines ad cauendum pro se, & consanguineis nulla ad id cogente constitutione, aut statuto, cùm nec etiam de iure communi ad sic cauendum aliquis cogi possit, prout tradit Vulpell. *in tract. de fid. treng. & pace. quæst.* 83. Respondeo opinionem Vulpelli non carere contradictoribus, quoniam quòd imò de iure communi cogi quis possit ad cauendum, non solùm pro se, & consanguineis, sed etiam pro amicis familiaribus, & sequacibus, voluerunt, Bart. *in l. liberti, §. ne potentiores, num.* 5. *versic. sed nunquid, ff. de offic. Præsid.* Felyn. *in rubr. de treug. & pac. num.* 10. *in fin. & num. seq. in quinta declaratione,* Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de Episc. & cleric.* Herculan. *de cau. de non offend. capit.* 8. *numer.* 1. *& sequent.* Idem Moron. *de fide, &c. quæst.* 170. *numer.* 8. & hæc secunda opinio, prout idem Vulpell. fatetur *in dict. quæst.* 83. *num.* 2. communiter recepta est in practica in toto statu ecclesiastico, & præsertim in prouincia Vmbriæ, & Piceni; & tamen consanguineum, pro quo alter promisit non teneri ad pœnam, si promissionem pro eo factam non ratificauit in terminis iuris communis, & generalis styli status ecclesiastici, scripserunt Doctores allegati suprà in principio, pro quibus etiam facit alia generalis conclusio, quòd nisi præcedat ratificatio, tam ex parte offendentium, quàm ex parte offensorum, quorum nomine facta fuit pax, seu præstita cautio, numquam eadem pax, seu cautio rupta censetur, iuxta doctr. Bart. *in l. si vxor. §. si quis vxorem, n.* 12. *ff. ad l. Iuliam de adulteriis,* Bald. *in l. fin. n.* 2. & ibi etiam Salic. *col.* 2. *in princ. n.* 1. *ad med. versic. ex hic infertur, C. ad Macedonian.* Paris. *consil.* 78. *n.* 49. *lib.* 1. Marsil. *sing.* 237. *ante fin. versic. quid autem si facio pacem.* Socin. iun. *consi.* 103. *n.* 15. *lib.* 30.

Respondetur secundò, quòd etiã data constitutione, 11
seu statuto sic cogente ad cauendum pro se, & consanguineis: non tamen creditur vera declaratio Moroni, quòd scilicet tunc consanguineus non ratificãs, teneatur ad pœnam, & illius resarcitionem soluenti pro eo. Ratio enim, qua Doct. præallegati in terminis iuris cõmunis, & generalis styli status ecclesiastici, moti sunt ad contrariũ

tenendum fuit, quia nemo alium inuitum obligare potest. *§. item verborum, Inst. de inutil. stipulat.* cum vulgaribus. Quæ quidem ratio sicut militat in iis, qui à iudice coacti ex vi legis, seu styli promittunt pro suis consanguineis ita etiam militat in aliis qui sic ab eodem iudice coguntur ex vi alicuius constitutionis, seu statuti, certissimique iuris sit, quodcunque statutum, seu constitutionem, passiuam recipere interpretationem à iure communi. Rol. post alios, quos allegat *cons. 57. n. 2. lib. 2. & cons. 62. n. 6. & seq. & cons. 72. num 28. 32. & seqq. lib. 1. & consil. 257. n. 9. lib. 2.*

12 Quamuis enim statutum, seu constitutio dicat, vt quis cogi possit ad cauendum pro se, & suis consanguineis, & vlterius non progrediatur, non tamen per hoc censetur voluisse, vt ipsi consanguinei non ratificantes in casu contrauentionis teneantur ad pœnam, tum quia pœna non habet locum nisi in casu expresso. *l. at si quis, §. diuus, ff. de relig. & sumt. funer.* Dec. *in l. factum, §. in pœnalib. num. 11. ff. de regul. iur.* Menoch. *de arbitr. qq. libr. 2. cas. 276.* tum etiam, quia statutum, seu constitutio, & præsertim obligans ad pœnam loquens in vno trahitur ad alium non expressum etiam quod plus est stante identitate, seu maioritate rationis. *l. illam,* & ibi Castrens. Alexand. & omnes *C. de collat. & in l. præcipimus, in fine,* & ibi Bart. *C. de appellat.* Sarmient. *select. interpr. lib. 1. cap. 12.* cum aliis nouissimè cumulatis per Hunded. *consil. 95. numer. 99. & sequent.*

13 Nec obstet si ex aduerso dicatur, quòd si præmissa vera essent, sequeretur absurdum, quòd dominus Mutius soluisset pœnam pro culpa, & delicto alterius, & quod propterea intrat conclusio, quòd soluens pro alieno delicto potest ab ipso delinquente cuius facto condemnatus fuit, id quod soluit repetere, ne quis pro alterius culpa indebitè damnum patiatur. ad trad. per Castren. & alios *in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. oblig.* Nam pro responsione dicitur, quòd D. Mutius immediatè non soluit propter delictum Bruti, sed propter suam obligationem; nisi enim se obligasset vtique non soluisset, etiam quòd D. Brutus deliquisset, & propterea causa solutionis fuit obligatio, & non delictum. vbi enim in aliquo actu concurrunt duæ causæ, vna scilicet proxima, & immediata, alia autem magis remota, & mediata, attenditur proxima, & immediata, non autem remota, & mediata, *l. mulier ff. rer. amotar. l. fin. ff. de condict. indeb. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* Cagnol. *in l. cum tempus, num. 5. ff. de reg. iuris.* Roland. *consil. 48. num. 30. & seq. lib. 1.* Effectúsque semper attribuitur causæ immediatæ, & proximæ, non autem mediatæ, & remotæ, Aym. *consil. 131. numer. 15.* Curt. Iun. *cons. 1. num. 4.* idem Roland. *cons. 52. num. 52. eod. libr. 2.* Illáque regula, quòd dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo quod sequitur, procedit quando quis agendo illicitum fuit causa proxima eius, quod sequitur, secus si remota, vt bene explicat Marc. Ant. Eugen. *cons. 64. n. 27. & seqq.*

14 Et rursus alia regula text. *in c. fin. de iniur.* volens quòd damni causam dans, damnum ipsum dedisse videatur, & quòd damnum sua culpa, aut delicto passum, delinquens resarcire teneatur, pariter procedit, quando ipsa culpa ex intentione delinquentis erat præordinata ad illatum damnum, aliter secus. text. *in l. verum la seconda, ff. de furt.* Bart. *in l. diuus la 2. in fine, ff. de sicar.* Aym. *cons. 8. num. 29.* Aret. *in cons. 146. num. 8. ad med.* Menoch. *de præsumt. libr. 5. præsumt. 3. num. 138.* Sed sic est quòd D. Brutus non interfecit Equitem Mucciarellum, vt D. Mutius solueret pœnam, sed propter particularem inimicitiam, talèque homicidium non fuit ab ipso præordinatum in odium D. Mutij. Ergo, &c.

15 Quòd si idem dominus Mutius intendebat releuari à D. Bruto, debebat iuxta stylum ciuitatis Asculi, aut illi intimare cautionem iam datam, ipsúmque requirere, & citare ad consentiendum, & ratificandum, iuxta Theoric. Hercul. ex aduerso allegat. *in tract. de caut. de non offend. c. 42. n. 21.* quæ cùm non fecerit, suæ culpæ & negligentiæ potius quam alterius damnum patitur, ideo conqueri nō debet, vulgatis iuribus, nec Doct. ex aduerso citati *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obligat.* aliquid faciunt, quia, vt aliàs dixi, non loquuntur in consanguineis, pro quibus fuit promissum, & non ratificantibus, prout sunt termini propositæ quæstionis, sed in hæredibus succedentibus defuncto promissori, qui propterea licèt non teneantur ex eorum propria promissione, tenentur tamen ex promissione defuncti, non sic in casu nostro, in quo nec D. Brutus ratificauit, nec tāquam hæres ad aliquid tenetur.

Quod demum attinet ad vltimam dubitationem Reuerendissimi D. mei Ponentis quoad sententiam latam contra D. Brutum, quæ prætenditur, quòd in iudicatum transierit. Et in qua expressè declaratur per ipsum, & Capitaneum Agamenonem fuisse contrauentum cautioni, de qua agitur; crederem imprimis dictam sententiam in contumaciam latam vigore fictæ confessionis ex eadem contumacia resultantem, & sic ex præsumtiua probatione non transire in iudicatum. *l. si quis adulterij,* vbi Bart. & Bald. *C. de adulter.* Natta *consil. 44. & seqq.* Rota coram Seraphino in vna Imolen. Castrorum Veneris 27. Aprilis 1575. 16

Et vlterius licèt in ea dicatur propter homicidium à Bruto, & Agamenone patratum fuisse contrauentum cautioni præstitæ per D. Mutium. Hoc tamen est intelligendum quoad præiudicium D. Mutij, & aliorum principalium promittentium, nō autem quoad præiudicium ipsius D. Bruti, qui fuit tantummodo approbator, & vt approbator nominatur in sententia. Et licèt etiam condemnetur ad solutionem pœnæ, pariter, & hæc condemnatio est intelligenda retentis terminis habilibus, scilicet vt approbator; prout etiam fuit sic cōdemnatus Thomas Miglianus, qui fuit tantùm & ipse approbator. Et ista interpretatio est legitima, & iuri consona, quia quando consanguineus in cautione comprehensus offendit alium in eadem cautione comprehensum, licèt quoad ipsum, & in eius præiudicium non dicatur contrauenisse, bene tamen contrauenisse dicitur in præiudicium illius, qui pro eo promisit. Ang. *in l. si quis vxorem, in fine, ff. ad leg. Iul. de adult.* Gozad. *consil. 31. num. 16. 17. & 24. in fine,* Corn. *consil. 40. num. 12. lib. 2.* Soccin. *consil. 87. n. 23. vers. circa primam, lib. 3.* Hippol. Rimin. *d. consil. 103. num. 1. 2. & 10. & seqq. lib. 1.* Hercul. *de caut. de non offend. cap. 15. num. 9. ad fin. vers. sed uerum, consil. 13. vers. ex parte tamen promittentis,* Nicol. Moron. *de fid. treug. & pace, quæst. 135. num. 1. & num. 3.* Vulpell. *in tract. de pac. quæst. 57. num. 2. & num. 3. & quæst. 61. num. 1. & seq.* 17

Et eo magis hæc interpretatio recipienda est, quia aliàs esset redarguere iudicem de iniustitia, quod non est credendum, &c.

Proposita fuit hæc causa in Camera Apostolica Ponente Reuerendissimo D. Crescentio die 5. Nouembris 1601. & fuit resolutum ad fauorem Bruti contra Mutium, postmodum de mense Aprilis 1611. ad instantiam eiusdem Mutij, qui voluit iterum audiri. fuit iterum eadem causa proposita, & nihil resolutum; quæ autem in hac secunda propositione fuerint discussa, ex sequenti meo responso percipies. 18

Ex aliàs scriptis, & resolutis in Camera sub die 5. Nouembris 1601. omnia quæ nunc ex aduerso deducuntur fuerunt euacuata, & cùm habeamus rem iudicatam, nihil vlterius querendum est. Nec prætensa notoria iniustitia suffragatur, quia sicut D. Rubeus ex aduerso scribens admitti causa hæc habet in se difficultatem, sequitur quòd resolutio Cameræ non potest dici notoriè iniusta. Notoria enim iniustitia dicitur illa, quæ est adeò euidens, vt nullam prorsus dubietatem, & responsionem recipiat, Corn. *consil. 10. num. 3. lib. 4.* Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. commitien. num. 17.* Contard. *de moment. possess. limit. 9. n. 10. & n. 34.* Rota *diuers. decis. 85. n. 4. p. 1.* 19

Et licèt hæc sola responsio ad omnia quæ ex aduerso deducuntur sufficeret, cùm durum mihi videatur ex eisdem Cameræ resolutionem de notoria iniustitia redargui; adhuc tamen singulis respondendo dico: 20

Non obstare, quòd bonæ memoriæ D. Planca faciat regulā quòd qui soluit fisco pro delicto alterius debeat releuari ex bonis delinquētis, ad tex. *in l. in fraudē, §. qui pro alio,* 21

alio,ff. de iure fisci. Nam vltra alias responsiones datas in antiquis allegationibus, dicitur, quòd ille text. loquitur in fideiussore debitoris fisci, & propterea soluens debitum dicti debitoris pro quo fideiussit, debet ex eiusdem debitoris bonis indemnis releuari, vt bene ibi declarat Alberic. viden. qui propterea subdit, quòd fiscus isto casu debet fideiussori soluenti cedere actiones, quas contra debitorem condemnatum habebat.

22 In casu autem nostro Brutus non erat debitor fisci, nec Brutus fuit à fisco condemnatus, nec fiscus poterat actiones, quas contra Brutum non habebat, Murio soluenti cedere, quia cùm Brutus cautionem pro ipso præstitam non ratificauerit offendendo non tenetur ad aliquam pœnam, Bart. *in l. si vxor, §. si quis vxorem, n. 12. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in l. fin. n. 2.* & ibi etiam Salyc. *col. 2. in princ. n. 1. ad med. vers. ex his infertur, C. ad Macedon.* Hippol. Rimin. *conf. 103. n. 1. & seq. lib. 1.* Ergo non intrant termini dicti §. *qui pro alio.*

23 Non obstat secundò alia consideratio D. Andofillæ, quòd scilicet per approbationem fideiussorum factam à Bruto censeatur ratificata cautio de non offendendo, ex regula quòd taciturnitas cum actu positiuo inducat ratificationem, ad tradita per Rot. Ianuen. *decis. 15. n. 9.* loquitur enim illa decisio cum allegatis per eam. Quãdo actus positiuus tendit ad approbandum actum, de cuius ratificatione agitur, non contingit in casu nostro, quia Brutus non approbauit promissionem, & contractum à fideiussoribus factum, nec eius approbatio ad promissionem approbandam tendebat, vt loquitur illa decisio, sed approbauit tantummodo personas, & idoneitatem fideiussorum, quo casu intrat alia regula, quòd scilicet ex actu positiuo nũquam inducitur ratificatio, nisi ille positiuus actus fieri nequeat sine præcedenti actus ratificatione, Gabr. *conf. 36. n. 57.* Cornazzan. *decis. 199. n. 25. & seq.*

24 Et hæc eadem responsio adaptatur etiam alteri regulæ, quòd scilicet fideiussor dicitur approbare contractum illius, pro quo fideiubet. Nam hæc eadem regula bene procederet, vt suprà dixi, quando Brutus esset fideiussor contractus, non si simplex personarum, & earum idoneitatis approbator.

25 Et in omnem euentũ ex huiusmodi actu, casu, quo velimus inducere aliquam ratificationem, illa vtique non erit nisi tacita. Ex tacita autem ratificatione comprehensus in cautione non incurrit pœnam offendendo. Paul. de Cast. *in l. bonorum, n. 5. & 6. ff. rem rat. hab.* Corn. *conf. 143. n. 6. lib. 4.* Paris. *conf. 109. n. 1.* & hac potissimum ratione aliàs Camera mota fuit ad resoluendum pro D. Colonnello.

26 Nec est omittendum, quod aliàs dixi, quòd quatenus sufficeret hæc tacita ratificatio, adhuc esset nulla vti facta à minore, sine consensu proximiorum & iudicis decreto. Quod quidem iudicis decretum ad tacita non extenditur etiam ex maioritate rationis, Paris. *conf. 200. n. 24. lib. 1* Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. n. 93. & seq.*

Ex quibus creditur esse standum in iam decretis, & resolutis, &c. prout nihil contra priorem resolutionẽ fuit statutum, sed tantùm vt audiui dictum non liquere.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De pœna componentis Pasquinatas, & scripturas infamatorias in alterius infamiam, & præsertim tempore Sedis vacantis in infamiam Pontificis, & quid si istæ Pasquinatæ non fuerint publicatæ, & an bona delinquentis habentis plures filios possint confiscari, in quo pro delicto, bonorum confiscatio imponenda est.

SVMMARIVM.

Libelli famosi pœna capitalis est, num. 1. Quæ capitalis pœna aliqui dixerunt alternatiuè, quòd potest esse aut decapitatio, aut deportatio, verius tamen est esse pœnam decapitationis, num. 2.

Libelli famosi pœna de cõsuetudine nõ mortis, sed extra ordinaria est, sed non in statu ecclesiastico, ex Bulla Pij Quinti, n. 3.

Libelli famosi pœna est vltimi supplicij, & cõfiscationis bonorum arbitrio iudicis. Declara, vt n. 4.

Pœna recipientis scripturam in infamiam alienam confectam vigore bannimentorum Vrbis etiam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, num. 5. & 6. & n. 14. vbi in hoc declarãtur bannimẽta Gubernatoris Vrbis.

Libelli famosi pœna cõfecti in infamiam Pontificis, n. 6.

Libelli famosi sola exemplaio meretur pœnã libelli famosi, num. 7.

Libelli famosi publicatio sola meretur eamdem pœnam, quam meretur componens libellum famosum, n. 8.

Libelli famosi pœna in componente, locum habet etiam quòd non fuerit publicatum, n. 9.

Principi maledicens pœna arbitraria puniẽdus est n. 10.

Dolus præsumitur ex mendacio, n. 11.

Libellus famosus in dubio, malo animo, & dolo censetur compositus, n. 11.

Principi maledicens insimul, & de eo benedicens, non tam grauiter punitur, ac si solum malè dixisset, n. 12.

Statuta, & constitutiones, eorúmque verba semper ita interpretanda sunt, ne illis fraus fiat, n. 12.

Consuetudo non excusat delinquentem in crimine iniuriarum, & libelli famosi, n. 13.

Consuetudo reprobata non excusat delinquentem, n. 13.

Consuetudo non excusat delinquentem, nisi saltim cursu decem annorum fuerit introducta, n. 13.

Sede vacante componens Pasquinatas, præsertim in infamiam Principis mortui non excusatur ex consuetudine illius temporis similia permittente, n. 13.

Bonorum confiscatio non habet locum quando delinquens habet plures filios, n. 15. & seqq. vbi declaratur quomodo procedat ista conclusio.

CONSILIVM CXLV.

PATER Sancte, vt verè scirem qua pœna 1
iure puniendus esset P. qui & libellum & cantilenas aliásve scripturas in dedecus & infamiam Principis aliorúmque Illustrissimorum virorum composuit, & exemplauit, retinuit, & respectiuè publicauit. Discutiendum inprimis mihi propositi quænam sit pœna eorum, qui huiusmodi facinus committunt. Et quidem de iure communi huiusmodi pœnam esse capitalem probat tex. *in l. 1.* ibi, *capitali sententia*, & ibi gloss. *in verbo Capitali.* Bald. & Ang. *in summario, C. de famos. libell.* gloss. *in l. lex Cornelia, § si quis librum, in verbo, quid fecit*, & ibi Angel. *numero 1. & 3. ff. de iniur.* Azo *in summa. eodem tit. numero 5. & in tit. de libell. famos. numero 2.*

Hanc autem capitis pœnam, etsi dubitatiuè, seu po- 2
tiùs alternatiuè, aut decapitationem, aut deportationem secundùm ll. esse posse scripserint Turrecrem. *in cap. de prima, versi. si conuincitur 5. quæst. 1.* summ. Syluest. *in rubr. de libell. famos. numero 5. post princip.* & in sum. Angel. *in verb. libell. famos. etiam in princ.* Veritas tamen, & magis communiter videtur receptum esse eam esse decapitationis simpliciter, & mortis naturalis; prout dixit glos. *in d. cap. de prima in 1. gloss.* & ibi Bellam. *num. 1.* Archid. *post num. 1.* Bonifac. de Vital. *in titul. de libell. famos. numero 1.* Iodoc. *in pract. criminal. cap. 125. numero 2.* Petr. à Plaz. *epit. delict. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Anton. Gomez *de delict. cap. 6. rubr. de*

iniur.n.2.post princ.& ibi in addit Soarez *n.2.*Dec.*in tract. crimin.c.20.lib.2.n.2.tom.1.*

3 Et licèt rursus mortis hanc pœnam ab aula recessisse, & non nisi extraordinariam fustigationis,aut triremium imponi posse de consuetudine testentur,Clar.*in pract.§. final.quæst.68.num.25.vers.Ego autem*,& Borsatt.*cons. 94.n. 38.in fine.* Hæc autem contraria obseruantia vltra quòd non procedit, nisi in statu Mediolani , aut Mantuæ , in quo Doctores præfati versabantur,& meritò de illa testari poterant,per iura vulgaria;adhuc pœnæ legali proditæ nullatenus per quamcumque consuetudinem derogari potuisse stante Bulla Pij V.155.de qua in secunda parte Bullarum *fol.* 1162.& in qua approbantur , & innouantur omnes legales pœnæ clausula irritantis, quæ, vt notum est, tollit omnem consuetudinem, nedum in præteritum , sed etiam in futurum , secundùm communem, de qua per Gabriel.*lib.6.rubr. de claus. conclus.3.n.40.*

4 Et hinc est quòd quamuis eadem Bulla non Iudici, sed Sanctitatis vestræ arbitrio remittere videatur pœnam vltimi supplicij , & insimul confiscationis bonorum.Attamen quod attinet ad solam pœnam vltimi supplicij cùm legales pœnas,vt suprà, cõfirmet, nullo pacto tollit arbitrium iudicis in casu in quo secundùm ll. illa imponi debeat,immo non aliter à quocunque iudicare posse mandat,ex clausula sublata,&c.

5 Verùm quod pro sola receptione nedum exemplatione scripturæ in infamiam aliorum conscriptæ iudex ipse,& pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum imponere debeat,adsunt,ni fallor, clara verba bandimentorum Illustrissimi Cardinalis de Camerino dum fuit Gubernator de anno 1586. in quibus hanc pœnam iniungit iis, *Che ardiranno riceuere da qual si voglia persona simili auuisi,lettere,ò scritture, che contengono simili maledicentie,& detrattioni*,ac etiam Illustrissimi Cardinalis de Sancto Eusebio de anno 1600. Dum pariter,& eamdem vltimi supplicij,& confiscationis bonorum pœnam imponit iis,*che riceueranno simili scritture de maledicentia.*

6 Quibus sic firmatis P.tam in pœnis iuris communis, quàm constitutionis Pij V. & bannimentorum prædictorum incurrisse negari non posse videtur,cùm non solùm sub prætextu componendi vitam Pontificis famosum libellum in eiusdem Pontificis infamiam composuerit, sed etiam infamatorias cantilenas Veneto idiomare compositas à Spinola;aliàmque infamatoriam scripturam sub nomine inscriptionis Monumenti Pontificis à Zabrera,& alias plures à pluribus , ac diuersis personis de quibus non recordatur, receperit ,publicéque, & palàm,& domi,& in publica Banchorum via pluribus assistentibus perlegerit,& publicauerit.In singulis enim prædictis casibus etiam constitutio Pij V.& bandimenta prædicta,vt ex eorum lectura clarè deprehenditur,expressè loquuntur.

7 Et tamen etiam circumscripta bulla , & bandimentis de iure communi sola exemplatio huiusmodi infamatoriarum scripturarum sufficit ad imponẽdam ordinariam pœnam.*l.lex Cornelia, §.si quis librum,in verbo, scripserit*,& ibi Angel.*n.1.ff.de iniur.l.item apud Labeonem,§.hæc autem, in verbo, scribat, ff.eodem.* Azo *in summar. de iniur. numer. 4.* Hostiens. *in summar.§. quot mod.fiat iniuria, numer. 3. vers. his verò.* Iodoch. *in practic. criminal.cap. 138. numer. 1. & 3.*

8 Item,& sola publicatio absque compositione libelli famosi ad eamdem pœnam imponendam sufficit. *d. l. lex Cornelia,§.si quis librum,in verb ediderit*,& ibi Iacob.de Arena,& Alber.*in princip.*& Angel.*num.1.ff.de iniur.l.1.*in illis verbis:*Sed vim earum manifestauerit*,& ibi gloss.1.& 2.autig.& Bald.*in summar.*& Salyc.*n.5.C.de famos. libell.* Turrecrem.*in cap.si quis,n.1.& in cap.si quis,post n.1.& in verbo, si quis statim 5.quæst.1.*Azo *in summar.de iniur.num.4.*ibi, *vel ediderit*,Hostien.*in eadem summar. §.quot mod.fiat iniuria , n. 3.vers.literis.*Iodoch.*in pract.crim.n.7.cap.125.& cap.148. num.3.*

9 Non obstat quòd liber vitæ Pontificis nemini fuerit publicatus.Quia bulla Pij V.dum de compositione loquitur publicationem non requirit , prout publicationem & manifestationem requisiuit in sola retentione, seu receptione, vt patet in illis verbis , *antequam vim eorum manifestauerit*, quod est clarissimum signum,quòd si in compositione voluisset, concursum publicationis illum expressisset , sicut expressit in receptione, & retentione.Hoc motiuum non potest intrare respectu exemplationis Pasquinatarum,cùm vltra ius commune, prout dixi , eadem bulla expressè loquatur etiam in exemplante,& tamen P.non solùm exemplauit,sed etiam publicauit,prout liberè confitetur.

10 Non obstant etiam quæ de maledicente Principi in medium afferuntur , quia non faciunt ad propositum; aliud enim est Principi verba maledica dicere , prout sunt termini *l.1.C.si quis Imper.maledix.*& aliud est scribere, componere, recipere,exemplare,publicare scripturas in infamiam alterius,& præsertim Principis,iux.text. *in l.1.C.de libell.famos.* Primo enim casu pœna est Principi arbitraria.Secundo autem casu capitalis , & mortis , vt suprà demonstratum est.

11 Non obstat insuper quòd dicatur in P.abfuisse dolum in compositione vitæ Pontificis,sed solùm intentionem exercendi ingenium , & applicandi dicta & sententias Cornelij Taciti vitæ prædictæ.Hæc enim excusatio admodum leuis est,tum ex eo quòd Cornelij Taciti dicta & sententias in honorem & decus illius Pontificis (prout in hoc latissimum campum dicendi habebat) non autem in dedecus & infamiam applicare poterat, & debebat,si sic suum ingenium exercendi absque mala intentione cupidus fuisset. tum etiam quia, prout fatetur, omnia ea,quæ de illo Sanctissimo põtifice obloquutus est mendaciter,& falsò, scienter conscripsit,& ex hoc mendacio& falsitate apertum oriri dolum notissimi iuris est, *l.si quis affirmauerit, §.final.ff.de dol.*& Ayin.*cons.2.num. 13. & cons.192.n.12.*Roman.*cons.8.n.2.*Vltra quòd ex simplici iniuria(nedum ex libello famoso) & dolus , & malus animus deprehenditur.*l.si non conuicij,in princ.*& ibi Cyn. *n.2.vers.ad l.istam,*Bald *in summar.*Salyc.*n.1. & in 1.opp.f.* & Angel.*n.3.C.de iniur.*tum etiam,& 3.quia quicquid dicatur de exercitio ingenij ex Cornelio Tacito in compositione vitæ Pontificis , cessat omnis excusatio in receptione & exemplatione cum publicatione aliarum scripturarum infamatoriarum,de quibus in processu.

12 Multo minus obstat, quòd dicatur in compositione illa vitæ Pontificis multa esse admixta in laudem eiusdem Pontificis,& consequenter,quòd non intret Constitutio Pij V.ex regula quòd in pœnalibus mixtum sub simplici non continetur,& in specie ex Plutarcho in loco per eum relato sic aduertisse videtur Menoch.*de arbitr.iud.lib.2.cas.278.in fine , n. 26.* loquitur enim Menoch. non in libello famoso contra Principem composito,sed in maledictione verbali , in qua affirmat non admodum graue crimen esse de Principe maledicere insimul,& eum laudare. Non idem inferen. ad scribentem in dedecus Principis,vt supra dixi. Si enim hoc admitteretur , esset sine dubio inuenta via Principis dilaniandi, & in eorum infamiam libellos componendi , ex quo in eo quisque posset aliquid laudis & honoris miscere , prout in Adagio dicitur,facere certi generis fures,qui porcum furantur,& illius epar pauperibus largiuntur. Et sic subintrat vulgatis conclusio,quòd nunquam admittitur illa interpretatio per quam aut lex excluderetur , aut illi fraus fieret.*l.4.§.penult.ff.ad Maced.l.& Iulianus, §. mutui datorem.ff.eodem.*cum similib. Verùm quicquid sit in compositione vitæ Pontificis quæ in re vera non fuit publicata,in reliquis infamatoriis scripturis a P. receptis, publicatis,exemplatis,& retentis nulla prorsus est excusatio à vi à mixtura desumpta.

13 Prout nec etiam obstat asserta consuetudo Sedis vacantis;ad hoc enim respondetur.Primò quòd in crimine iniuriarum, & libelli famosi consuetudo delinquentem non excusat.gl.*in l.iniuriarum actio la 1.§.fin.in verbo vsurpatum,ff.de iniur.*Ias.*in l.de quibus,n.10.de leg.* Tiraquell.*de pœn.temperan.caus.42.num.15.in fine*,Gabriel *lib.7.concl.8. n. 19.* Respondetur secundò quòd ea quo hæc conclusio,

sio, prout dixi, est reprobata in constitutione Pij Quinti, icirco nec pariter delinquentem excusat, Tiraquel. *de pœn.d.caus.42.num.*10. Gabriel *concl.* 8. *num.* 30. Ludouic. Peguer. *decis.crimin.*34.*num.* 9. Respondetur tertiò quòd consuetudo non potest dici introducta, nisi saltem ex cursu decem annorum à tempore primi actus de consensu & scientia populi, seu maius Principis, secundùm mag.com.de qua in his terminis testatur Francisc. Turz. *opin.*96.*n.*6. nec dissentit Bertazz. *cons.*818. *num.*81. *versic. Quartò etiam, lib.* 2.

14 Et demum non obstat quòd bannimenta Illustrissimorum DD. Camerini, & sancti Eusebij loquantur de recipiẽtibus & trãsmittentibus scripturas infamatorias extra Vrbem, non autem in Vrbe, ponderant præsertim, quòd eadem bandimenta Camerini mandant denunciationem dictarum scripturarum fieri debere *alli Gouernatori, & Superiori de' luoghi*, & sic non Gubernatori Vrbis. Hæc enim interpretatio ridicula videtur. Non solùm ex eo quòd non est credendum Vrbis Gubernatorem voluisse prouidere recipiẽtibus huiusmodi scripturas infamatorias in Vrbe, in qua præsertim præest, verumetiam, quia apertè idem Illustr. D. Camerinus reprimere voluit hos nefarios homines talia perpetrantes in Vrbe, vt patet in Proœmio suorum Bannimentorum, ibi, *E solo s'intende, che in questa Alma Città capo della Religione, &c.* & in Bandimentis Illustrissimi Sancti Eusebij, ibi, *e non l'haueranno denunciato subito a sua Signoria Reuerendissima*. Præterquam etiam quòd hæc obiectio non tollit constitutionem Pij Quinti.

15 Quòd autem in casu, de quo agitur, non intret confiscatio bonorum, ex quo P. habet quatuor filios, ad tex. *in l.cum ratio*, §. *si plures*, *ff. de bon. damnat.* cum aliis per Houded. *consil.*110.*lib.*1. & ante eum Roland. *consil.*97.*n.*32.*& seq.lib.*2. Tob. Non. *consil.*95.*num.*12.*& seq.& consil.*97.*n.*8.*& seq.* vbi dixit huic sententiæ se subscripsisse cum aliis Vrbis aduocatis Marcum Antonium Burghesium sua tempestate inter alios omnes, & integritate exemplari, & scientia, prout notum & perspicuum est. Respondet fisci aduocatus dispositionem d. § *si plures*, primò esse sublatam per contrariam Vrbis consuetudinem. Secundò quòd loquitur in casu confiscationis tacitæ, & in cõsequentiam, quando scilicet quis est capitaliter damnatus, iuxta term. *legis* 1.*ff. de bon. damnat.* Non quando expressè à statuto, vel cõstitutione imponitur, prout in casu nostro, & prout in terminis declarat Castren. *in cons.*171. *visa, & ponderata col.fin.vers. præterea, par.*1.

16 Verùm quia de hac consuetudine in Vrbe non mihi
* satis constat, & Castrens. loco præcitato videtur communiter reprobari, vt per Tob. Non. *in locis citatis*, qui in specie consuluerũt in casu expressæ confiscationis, & nõ tacitæ. Idcirco pro nunc crederem dici posse, quòd pluralitas filiorum non impediat publicationem bonorum, sed bene forsan posset operari, vt post eam Princeps ex pietate & gratia motus inclinaret ad illa relaxand. filiis, ex Boss. *in tit. de pub. n.* 10. & non à iudice, sed à Principe talis concessio ipsis filiis fieri debebat, prout etiã voluisse videtur gl. *in l.*1. *in verb. portione, ff. de bon. damn.* & est de mente Ang. *in l. quando, in fine, C. eod.* Confiscationis autẽ condemnatione, & capitali sententia contra P. lata (eò enim vsq; iuris rigor, ni fallor, extendi videtur) maturiùs poterit S. V. deliberare, an simus in casu in quo de iure confiscata bona filiis relaxanda sint necne. Et sic etsi S. V. Aduocato fiscali, atq; Procuratori, & ingenio, & litteris multo inferior existam, conabor tamen diligenti studio, & pro veritate, quid in hac re sentiam explicare.

17 Quòd si sua Sanctitas iuris rigore postposito aliqua misericordia, & æquitate erga carceratũ procedi iubeat, quod vtiq; nec etiam ab omni ratione alienum videtur, stante eius nobilitate, senili ætate, Doctoratu, & quòd aliàs in ciuitate Mediolani, & iurisdictionem exercuerit, & non modicæ expectationis extiterit: quòd sponte omnia liberè fassus fuit, quòd Pontificis vitam non publicauit, quòd ceteras cantilenas & carmina recollegit tempore Sedis vacantis. In qua vtinam prauus vsus non fuisset, ferè communis, & publicus. Et quòd demũ habet quatuor ferè infantes, & filios, qui patre & matre orbatã ab omnibus derelicti remanerent. Cùm nullos P. habeat amicos, causa sine vlla prorsus difficultate expedienda remanet. Cùm ipse carceratus apud Iudicem in dies aliud non exclamet, nisi quòd commutata sibi capitali pœna in aliam mitiorem filiis ne fame pereant aliqua bonorum suorum eiusdem iudicis arbitrio seruetur portio.

Quæ omnia tam in iure, quàm in facto, & secundùm veritatem, sic vt suprà Sanctitati vestræ genuflexus, ego Prosper Farinacius minimus, & deuotissimus seruus, & subditus annorum 62. (senectus autem Pater Sancte citò labitur) explicare volui, vt inde quid à me exequendum sit, mandare dignetur.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

Iste P. fuit capite obtruncatus, & in pœnam confiscationis bonorum condemnatus, sed postea Summus Pontifex ex gratia eius filiis bonam partem bonorum confiscatorum restitui mandauit, & restituta fuerunt per compositionem factam cum fisco tempore quo sic respondens erat fiscalis.

ARGVMENTVM.

Agitur de probãda sana, vel insana mẽte testatoris, tum per relationem medicorum, tum etiam per depositiones testium.

SVMMARIVM.

Medicis testantibus infirmum fuisse, vel non fuisse sanæ mentis omnino standum est, num. 1.

Medicis inter se discordantibus magis credendum est illis, qui fuerunt adhibiti curæ infirmi, quàm illis, qui infirmum non curarunt, num. 1.

Testatorem non fuisse sanæ mentis probat publica vox, & fama, num. 2.

Testes extranei valde coadiuuant depositiones testiũ instrumentariorum, num. 3.

Testis dicens se non audiuisse aliquid, non probat negatiuam, quia potest esse, quòd ille sic dixerit, & testis non audiuerit, num. 4.

Falso testi minimè credendum, n. 5.

Testis falsus in vno in omnibus redditur falsus. num. 6.

Institutio hæredis facta ad interrogationem Notarij nõ sustinetur, quando testator erat valde in infirmitate grauatus, num. 7.

Notarius dicitur falsum committere, quando scripsit testatorem ore proprio nominasse hæredem, quem verè non nominauit, num. 8.

Testibus pluribus deponentibus de non sana mente, magis creditur quàm paucioribus deponentibus de sana mente, n. 9.

Testibus contrariis magis creditur illis, qui sunt adminiculati aliquali præsumtione, quàm non adminiculatis, num. 9.

Testibus contrariis magis creditur illis, qui sunt magis idonei, num. 9.

Testes varij, seu contrarij sibi ipsis adhuc probant si varietas, seu contrarietas non erat substantialis, n. 10.

Testes credulitatis probant, quando reddunt sufficientẽ rationem, num. 11.

Furor censetur probatus, ex eo quòd fuerit probatumquẽ non loqui ad propositum, n. 11.

Testes examinati in causa ciuili, non probant in causa criminali, num. 12.

CONSILIVM CXLVI.

1 IN hac Anagnina falsitatis testamenti dominus ex aduerso scribens, præcipuam vim facit in eo, quòd pro sana mente testatoris deponant tres testes instrumentarij, & cum Notario quattuor: pro non sana autem mente non deponant nisi alij quatruor instrumentarij testes, & concludit, quòd in hac testium contrarietate probatio sanæ mentis præferatur probationi contrariæ iuribus, & Doctorib. per eũ allegatis. Hoc ex aduerso præsuppositum, cùm non sit verum in facto, omnia etiam ex aduerso in iure deducta corruunt. Nam vltra depositionem quattuor testium habemus depositionem periti, nempe medici, qui infirmum testatorem curauit, apertè deponentis, quòd nunquam visitando infirmum, eum inuenit sine delirio, & huic perito in hac præcipuè non sanæ mentis probatione omnino standum esse scripserunt Cyn. in l. si vnus, in 1. no sb. C. qui testam. fac. poss. Bald. in l. 2. n. 3. & ibi Aret. Ang. & Cuman. ff. de testam. Rol. diuers. t. 2. decis 107. n. 5. in fin. & n. 6. & 7. Quicquid secus deponere cogatur alter peritus, cui minus credendum, quia minus infirmatus ex quo non fuit adhibitus curæ testatoris, & nonnisi in genere deponat. Iacob. Buttrig. in tract. de test. n. 5. Franc. Curt. in eodem tract. concl. 19. num. 41. Gabr. tit. de test. lib. 1. concl. 4. num. 64. & seq.

2 Succedit, & publica fama incontinenti post testamenti stipulationem orta, quòd tempore dicti testaméti testator non erat sanæ mentis, quæ publica fama, sicut in ciuilibus, semiplenè probat, ita & in criminalib. non modicam facit præsumtionem, seu saltim coadiuuat alias probationes; imò non sanam mentem probari per publicam famam, scripserunt Bald. Alex. & Dec. in locis relatis per Nauar. in rep. c. si quando, de rescript. excep. 10. n. 1. Petr. à Plac. in Epi. delict. lib. 1. c. 29. n. 6. ante fin. vers. quib. & illud aduciam. Mascard. de probat. libr. 2. conclus. 1045. num. 8.

3 Adsunt etiam duo alij testes extranei qui pariter deponunt de non sana mente, qui dubium non est, quòd verisimiliorem reddunt instrumentariorum testium depositionem pariter de non sana mente deponentium, secundùm Innoc. in cap. cum Ioannes Eremita, n. 7. & 8. & ibi Hostien. col. 5. post med. versic. Dominus noster. Io. Andr. num. 8. & num. 10. Abb. antiq. num. 5. Henric. ibi hic. num. 8. versic. quarta opinio. Bellam. num. 12. & seq. Bald. num. 6. versicul. Innocentius tractat hic. Ancharan. numero 11. & numero 19. & ibi omnes alij Canonistæ, extrà de fid. instrumen.

4 Testes autem pro sana mente deponentes plures notabiles patiuntur exceptiones. Nam Ioan. Baptista de Gazzis non deponit, quòd testator non dixit illa verba, lascio il Polledro, &c. sed tantùm dicit se eadem verba non audiuisse, tum quia vltimus superuenit in testamento, tum quia stabat retrò cameram, & sic poterat esse, quòd talia verba fuerint à testatore prolata, licèt ipse non audiuerit. Aretin. in cap. in nostra, numer. 17. in princ. & num. 19. versic. aliquando testes, & ibi etiam Felyn. num. 4. 5. in prima fallentia, extrà de testib. Gabr. de test. libr. 1. concl. 4. numer. 6. Clar. in pract. quæst. 52. sub versicul. scias autem.

5 Alter testis testamentarius Horatius Romanellus est apertè falsus, & de falso conuincitur ab alijs testibus ex aduerso examinatis in causa ciuili (vltra alias contrarietates) in eo præsertim quòd deponit Notarium testamentum scripsisse prope lectum testatoris, cùm testes prædicti dicant, quòd fuit scriptum extra cameram, & propterea iure vti falsus testis pro vlteriori veritate habenda, fuit à iudice torturæ subiectus, falso autem testi minimè credendum est Salic. in l. nullum, n. 1. in fine versic. item nota. C. de test. Clar. in pract. §. fin. q. 53. versic. frequentissimè autem, in fine.

6 Lactantius alter testis testamentarius vltrà, quòd nimis audacter & animosè deponit, cũ quo concordat Saulina eius vxor, est etiam falsus, cùm audeat dicere, quòd testator interrogatus à Notario, recensuit ferè totum tenorem testamenti ore proprio, & tamen omnes testes etiam aduersarij pro veritate dicunt, quòd testator erat adeò grauatus, vt ad interrogationem Notarij vix respondebat, sic, & non. Ideo falsus in vno, falsus in omnib. Bald. in l. fin. num. 18. C. de edict. diu. Adr. toll. Salic. in l. si ex falsis, num. 14. in princip. iuncto vers. sed veritas est, C. de transact. Gandin. in tit. de falsar. num. 26.

7 Non minus reputari potest falsus, Iacobus Bernardi alter testis, non tamen instrumentarius, cùm audeat dicere, quòd testator ore proprio nominauit hæredem, & non ad interrogationem Notarij recensendo etiam fere totum testamentum, & tamen omnes alij testes etiam aduersarij dicant testatorem acceptasse hæredem sibi à Notario nominatum, & hinc sequitur, testaméntum de quo agitur subiacere etiam vitio nullitatis; licèt enim, vt ex aduerso scribitur, valeat testamentum, & institutio hæredis facta ad interrogationem Notarij: hoc tamen non procedit, quando testator esset valdè in infirmitate grauatus, tunc enim præsumitur potius facta ad suggestionem, quàm alter. Aymo. consilio 143. numero 15. Clar. in §. testamentum, quæstio. 37. versiculo scias ergo. Cartar. in pract. interrogand. reor. libr. 2. cap. 1. num. 59. vbi testatur de communi opinione, & quòd de hoc nemo dubitat.

8 Accedit, quòd, prout deponunt tres testes, Notarius non est integræ fidei, ex quo aliàs falsum mandatum procuræ confecit apponendo maiorem summam ea, quàm sibi commissum fuerat à mandante, quo casu quando Notarius non est bonæ famæ, scripseritque testatorem ore proprio nominasse hæredem, cùm nominauerit ad suam interrogationem, dicitur falsum committere. Boss. in tit. de fals. num. 58. & 59. in fine, & num. 60. etiam ad fin. vers. quando aliàs fuit malus, & 63. in fine vers. & idem si allegetur error. Franc. Becc. consil. 102. num. 23. & seq. lib. 1.

9 Quibus stantibus intrat iuris conclusio, quòd magis credatur testibus pluribus de non sana mente deponentibus, quàm paucioribus de sana mente. Alexan. consil. 141. num. 10. in fine vers. & præferenda est eorum probatio, lib. 2. quem in proposito refert, & sequitur Paciano. de probatio. lib. 1. cap. 50. num. 19. subintrat etiam alia conclusio, quòd magis creditur testibus adminiculatis ab aliqua alia præsumtione, seu coniectura, quàm non adminiculatis. l. ob carmen, §. si testes, & ibi Bald. num. 1. in secundo notab. Iacobin. de Sancto Georgio num. 5. in fine, ff. de testib. Gabr. in tit. de testibus, concl. 4. num. 89. Roland. consil. 24. num. 56. lib. 1. Subintrat tertiò alia conclusio, quòd testibus, qui exceptiones patiuntur, semper minus credendum, quàm testibus non habentibus exceptionem. cap. in nostra, & ibi communiter omnes Canonistæ, etiam de testibus.

10 Non obstat, quòd ex aduerso dicatur testes pro non sana mente deponentes inter se varios, seu contrarios esse, quia si bene eorum dicta perpendantur, non erit varietas, seu contrarietas substantialis, & consequenter fidem testibus non adimit Bald. in l. testium, numer. 11. & num. 16. C. de test. Iacobin. de Sancto Georg. in l. qui falsò, num. 4. & in l. ob carmen. §. fin. num. 24. ff. de testib. Boss. in tit. de tortur. test. num. 27. in fine. Gabriel tit. de test. conclus. 2. num. 63.

11 Nec etiam obest, quòd iidem testes deponunt de eorum iudicio, & credulitate. Nam satis est, quòd eorum credulitatis sufficientem reddant rationem dum dicunt, quòd non loquebantur ad propositum, ex quo legauit Ioan. Ambrosio pullum equinum, quem non habebat; satis enim furor dicitur probatus ex eo, quòd testator ad propositum non loquebatur. Ias. in l. apud Iulianum, § constat, numer. 5. ff. de legat. 1. & in l. furiosum, numer. 4. vers. item iudicatur, C. qui testam. facer. poss. Parit. consil. 88. num. 3. in fine lib. 3. Menoch. de præsumt. lib. 6. præsumt. 45. num. 36.

12 Nec dicatur, quòd istud legatum non est extra propositum, cùm non sit nouum in iure, posse etiam rei alienæ legatum fieri. Quoniam respõdetur hoc legatum satis

satis esse extra propositum, tum quia testator nullam habebat amicitiam cum legatario, nec causam illi faciēdi hoc legatum. Tum etiam quia nullum pullum equinum habebat, & in omnem euentum, si vellemus admittere hoc legatum non esse extra propositum, non potest Notarius pœnam falsi effugere, cum illud in testamento non scripserit. Et ex his credetem fieri, & querelantis intentionem super non sana mente testatoris concludenter probatam esse. Quibus & ad tollendam omnem difficultatem, addo, quòd testes aduersarij examinati in causa ciuili non probant concludenter in iudicio criminali, secundùm communem, de qua aliis relatis testatur Hiero. Cuccalon. *in addit. ad Ang. de malefi. in verbo, & ad querelam, num. 97.*

Prosper Farinaccus I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Discutiuntur in hoc consilio plura indicia mādati ad homicidiū, & præsertim an & quando inimicitia, & alloquutio secreta faciat indicium ad torturam. Quando, & ex quibus oriatur inimicitia, & quādo etiam ad eam, & ex quibus dicatur inferri. Quando & quantum testes de auditu probent.

SVMMARIVM.

Denunciatori secreto non est credendum, num. 1.

Testes de auditu ab occiso nihil probant contra occidentem, n. 2.

Testi deponēti aliquid audiuisse à Titio legante se sic dixisse, vt testis deponit, non est credendum, n. 3.

Causa homicidij cessante omnia indicia contra occisorē ex processu resultantia cessant, n. 4.

Inimicitia & causa delicti, vt faciat indicium debet esse grauis, & capitalis, non autem leuis, n. 5.

Alloquutio secreta non facit indicium ad torturā, n. 6. nisi concurrāt tria. Primò, vt alloquutio sit secreto, & ad aures. Secundò; vt præcedat capitalis inimicitia. Tertio, vt homicidium incontinenti sequatur, ibidē, num. 7. & 8. vbi etiam quādo homicidiū dicatur incontinenti sequutum.

Testis multū præcisè alicuius scripturæ est suspectus, n. 9.

Inuerisimile quod est pro falso habetur, n. 10.

Litteræ productæ à fisco plenè probant contra fiscum, n. 11.

Inimicitia, & odiū excluditur ex eo quòd duo insimul comedunt, & bibunt, n. 12.

Inimicitia non facit indicium ad torturā, quando cōstat de certo interfectore habente particularem causā, & inimicitiam, num. 13.

Testes pro curiæ informatione examinati plenè probant contra curiam, num. 14.

Iniuria illata cēsetur ex frequētia affectationis mulieris, n. 15. Declara quòd non propriè, sed impropriè dicitur illata iniuria, ibid. n. 16. declara dummodo mulier fuerit honesta, aliàs secus, n. 17. & 18. vbi quod non per hoc dicitur illata iniuria domino illius mulieris.

Dictio quasi, *improprietatem significat, n. 16.*

Dictio aliqua, *improprietatē, et diminutionem significat, n. 16.*

Mulier infamis propter meretricium amplius infamari non potest, n. 17.

Mulieri meretrici non dicitur inferri vis per carnalem cognitionem, n. 17.

Iniuria facta ancillæ an & quando censeatur facta domino, num. 18.

Testis de auditu iunctis aliis adminiculis probat, n. 19.

Inimicitia non contrahitur cum D. alicuius ancillæ ex carnali cognitione dictæ ancillæ, licèt secus ex carnali cognitione suæ vxoris honestæ, n. 21.

Testis de auditu nō probat plus quàm probaret illa à quo audiuit, num 21. & n. 26.

Copula carnalis nō probatur per eos qui dicunt carnaliter cognouisse aliquam, num. 21.

Testes deponentes de confessione extraiudiciali eorū, qui dicunt se inuicem carnaliter cognouisse non probant carnalem copulam, n. 22. Declara, vt n. 22.

Confessio vnius alteri non nocet, n. 23.

Inimicitia non oritur ex causa incognita reo inquisito, n. 24.

Testibus de auditu concurrentibus aliis adminiculis iudex credere potest, n. 25. Declara, vt n. 27. & 28.

Inimicitia leuis, & modica, non autem capitalis oritur ex altercatione verborum, n. 29.

Inimicitia grauior præpōderat inimicitiæ minus graui, n. 29.

Inimicitia, & iniuria ex sequenti recōciliatione & nuda voluntate censetur sublata, num. 30.

Iniuria, an dicatur inferri ex impudēti & malo tractādi modo, n. 41 & 32.

Iniuria nunquam infertur verbo, aut facto, nisi alicuius honori, & famæ detrahatur, n. 32.

Mandatum, vt præsumatur ex inimicitia, requiritur nō solùm quòd inimicitia sit capitalis, sed etiā quòd correspondeat offensæ factæ, n. 33.

Fama bona inquisiti tollit omnia indicia, n. 34.

Iniuria grauis oritur ex alapa data alicui nobili, n. 34. in fine.

Indicium remotū siue graue, siue leue sit, debet probari per duos testes, n. 36.

Testi vario, & deponenti inuerisimilia non est credendum, n. 37.

Testis dicens in vno examine plus quàm in alio, licet nō probet propter varietatem nō tamē punitur de falso, num. 38.

Indicium nō oritur, ex eo quod vno, aut altero modo esse potest, num. 40.

Armatorum congregatio facit indicium ad torturam, n. 41. Declara, vt n. 42.

Testis de auditu suppletur ex circūstātiis, & adminiculis, n. 41.

Congregatio armatorum non dicitur, quando sine Duce & non nisi tres fuerint armati, n. 42.

Alloquutio cum occisoribus facit indicium ad torquendum, num. 43. vbi declaratur.

Loquutio facta in via publica, & palā non dicitur secreta, ideo non facit indicium ad torturam, n. 43.

Publicè & palàm factū, sine dolo & delicto factū præsumitur, n. 43.

Testis vnus de auditu nunquam probat, etiam in casu, in quo testes de auditu probarent, n. 44.

Testis de auditu ab vna tantùm persona, nihil probat, n. 45.

Testis de auditu ab eo qui vnus est, & nō fuit examinatus, nihil probat, n. 46.

Testes de auditu iunctis adminiculis nō probant, nisi in casu difficilis probationis, n. 47.

Loquutio secreta non facit indiciū, nisi fuerit facto cum occi-

occisore, num. 48.

Responsiones rei inuerisimiles faciunt indicium ad torturam, num. 49.

CONSILIVM CXLVII.

CONTRA Capitaneum Fuluium de Canonicis, & Laurentium eius filium tria potissimum indicia pro parte fisci contra ipsos prætendi posse existimarem.

Primum altercatio inter eos orta occasione nutricis, paucis diebus ante homicidium. Secundum alloquutio cum occisoribus die ante homicidium. Tertium litteræ scriptæ Alexandro occiso, vt Scandrigliam quamprimum veneri, & quòd sic Scandrigliam proficiscens in itinere fuerit occisus.

1 Ad primum sufficiat dicere quòd in processu non cōstat de aliqua prætensa altercatione. Secreto enim denunciatori quicquid dicatur non est credendum. *l. ea quidem,* cum ibi notatis per Doctores, *C. de accusation.* Campeg. *de testib. reg. 103. in princ.* Boss. *in tit. de denunciat. sub num. 2. vers. & sequitur, & num. 18. & seq.* vbi improbat processum inceptum à secreto denunciatore.

2 Angelo Serafino, & Marcello Baroncello Reatino, & Andreæ q. Nardi pariter nihil credendum, quia non deponunt nisi de auditu ab Alexandro occiso. *c. licèt ex quadam,* vbi Glos. & commun. Doctor. *extr. de testib.* Gabriel *cons. 3. n. 8. lib. 1.* Cephal. *consil. 85. n. 45. lib. 1. & consil. 250. num. 27. lib. 2.*

3 Helenæ vxori Spadaccini deponenti de auditu à Spadaccino, & Spadaccino negante non solùm non credendum, sed vti de falso suspecta omnino teneri debet. Alex. *consil 61. n. 7. col. pen. in fi. lib. 5.* Grammat. *consi. 26. num. 20.* Campeg. *de testib. reg. 410. in fin.* Gabriel *tit. de testib. conclus. 3. num. 11. lib. 1.*

4 Sublatis depositionib. prædictorum testium, non video in processu constare de aliqua inimicitia, seu causa propter quam moueri potuerint inquisiti ad mandandū occidi Alexandrum. Cessante itaq; causa homicidij, omnia prorsus si quæ alia essent indicia, prout non sunt, cessant, & euanescunt. Castren. *in l. fluminum, §. fi. ff. de dam. infect.* Nouell. *in tract. ad defensam, §. an indicia pro reo danda sint, post num. 78.* Bertaz. *consil. 446. n. 20. & seqq. lib. 2.* Menoch. *consil. 230. num. 25. & seqq.*

5 Vltra quòd, vt inimicitia, & causa faciat indiciū debet esse grauis, & capitalis, non autem leuis ex altercatione verborum producta, Casonus *de ind. & tort. tract. 2. c. 3. n. 8. & seq.* Blanc. *de indic. post n. 250.* Vulp. *consil. 99. n. 2.*

6 Secundū indicium tollitur ex eo quòd sola alloquutio etiam secreta, non facit indiciū ad torturam. Bal. *in l. non hoc, in fi. C. vnde legitimi.* Ioan. de Amicis *cons. 134. n. 4.* Hippol. Rimin. *consil. 88. n. 28.* Eugen. *consil. 27. num. 36.*

7 Vt enim eadem alloquutio indicium ad torturam faciat, tria copulatiuè interuenire debent. Primò, vt alloquutio sit secreta, & ad aures. Secundò, vt præcedat capitalis inimicitia. Tertiò, vt homicidium in continenti sequatur. Ias. *in l. 1. n. 31. in 5. limit. C. de seru. fugit.* Fulgos. *in l. si ventri, §. cæterorum ratio, n. 1.* & ibi etiam Ripa *num. 5. vers. intellige tribus concurrentib. ff. de priuil. creditorum.* Blanc. *de indic. num. 232. vers. intellige prædicta.* Boss. *in tit. de mandate ad homicidium, n. 50.* Decian. *in tract. crim. lib. 9. c. 34. n. 11.*

8 In casu nostro cessat loquutio secreta, & ad aures, quia in via publica omnibus videntibus, & audire volentibus, cessat capitalis inimicitia, vt prædixi. Cessat forsan, & tertium requisitum, quia homicidium sequenti die fuit commissum. Honded. *consi. 87. num. 42. & seqq. lib. 2.*

9 Tertium indicium de litteris scriptis Alexandro, vt Scandrigliam veniret ad reaccipiendum nutricem. Posset dici, quòd non plenè constat de earum existentia, & tenore, cùm Baroncellus Reatinus, qui de ea & illius tenore deponit, eas multum præcisè de omnibus verbis dictarum litterarum, & ea recenset, ac si litteras legeret, & ob id apud me valdè suspectus, iuxta tradita per Carell. Cott. *in suis memorial. in vers. testes concordantes, in fine,* Roland. *consil. 35. num. 12. & seq. lib. 2.*

10 Sed data etiam litterarum existentia, & transmissione si constaret fuisse scriptas à Capitaneo, intraret forsan aliqua contra eum suspicio, & etiam leuis, quia aderat causa propter quam Capitaneus potuerit scribere dictas litteras. Sed omnis tollitur difficultas, quia constat in processu dictas litteras fuisse scriptas, vt dicit Baroncellus Reatinus, bona manu, Capitaneus autem bonam scribendi manum non habet, ideo, &c. Vltra quòd quàm verisimile sit, vt Capitaneus volens facere occidere Alexandrum in itinere Scandrigliæ ipsi scribat, vel eius nomine scribere faciat, vt Scandrigliam veniat. Quisque consideret. Et quod verisimile non est pro falso habetur. Tiraquell. cum allegatis per eum *de reuocand. donat. in præfatione num. 37. & seqq.* Decian. *consil. 100. num. 24. & consi. 109. num. 64. lib. 2.*

11 Litteræ productæ si scriptæ & transmissæ fuerunt, dubium non est, quòd fuerunt scriptæ, & transmissæ ab occisoribus sub nomine Capitanei, à quo iam præsciuerant voluntatem, & desiderium Alexandri rehabendi nutricem, & quòd Alexander litteris prædictis facilè crediturus erat, & hoc est præsumendum, cùm constet in processu ex litteris Alexandri Chiauelloni, quòd occisores *voleu no mal di morte à detto Allessandro,* & istæ litteræ cùm fuerint productæ à fisco, plenam faciunt probationem contra fiscum, *l. cùm precum, C. de liberal. caus. Authen. ad hæc C. de fid. instr. cap. olim. in fi. de censibus,* & voluit Rota coram Giptio in vna Militen. Abbatiæ 27. Aprilis. 1592.

12 Et licèt ex præmissis omnia fisci fundamenta credantur sublata, ita quòd intret dispositio *l. qui accusare, C. de eden.* Adhuc tamen, ni fallor, innocentia horum inquisitorum ex processu euidenter apparet, quia non solùm non constat de inimicitia orta ex altercatione propter nutricem inter inquisitos, & Alexandrū, sed etiam constat quòd tempore prætensæ altercationis remanserunt amici; cùm, vt ipsa nutrix, & Andreas q. Nardi testes Curiæ in substantia deponunt, *Allessandro auanti che partisse fece la collatione in casa hebbe quattro scudi, & si contentò non menarla.* Ex qua actione omne odium & inimicitia excluditur. Alex. ad Bart. *in l. non solùm, § iniuriarum actio, numer. 5. littera B, ff. de iniur.* Bonif. de Vitalin. *in tit. de iniuriis, num. 97.* Viu. *opin. 330. num. 5.* Honded. *consi. 87. num. 65. & seq. lib. 2.*

13 Constat secundò, vt prædixi, de particulari inimicitia occisorum cum occiso. Ideo subintrat conclusio, quòd quando constat de interfectore, & interfectoris inimicitia cum interfecto, nihil præsumi potest contra alium etiam inimicum, ex plenè allegatis per Euge. *consi. 27. n. 32.* ergo multo minus contra inquisitos non inimicos, sed amicos.

14 Et demum constat ex depositione Io. Bapt. Batucci, & Benedicti Lupi de causa propter quā occisores venerunt Scandrigliam, imò ex depositione Andreæ q. Nardi constat, de qua re dicti occisores loquuti fuerunt cum Capitaneo, & eius filio. Et sic omnem excludunt præsumptionem accessus, & colloquij ad occidendum, vt prætendit fiscus, & isti testes, cùm sint examinati à curia plenè probant contra ipsam Curiam. Tob. Non. *consil. 98. n. 10. & 18.* Ceph. *consil. 110. n. 26.* Bursa. *consil. 20. numer. 23. & consil. 311. num. 21. & consil. 316. num. 21.* esset quòd de auditu deponant. Gabr. *lib. 1. de test. b. conclus. 1. num. 14. & 15.* Bertazzol. *consil. 316. num. 3.* Bursat. *consil. 235. num. 7. libr. 1.*

Quare nihil superesse video, quod absolutionem horum inquisitorum iure impedire valeat.

In eadem causa aliud responsum.

IN causa Sabinensis prætensi mandati ad homicidium adhuc video ab eruditissimo D. Iudice dubitari contra Capitaneum Fuluium de Canonicis, & Laurentium eius filium extare in processu sufficientia ad tort. indicia.

15 Et primò ex promissione qua prædictus Alexander occisus fuerat, quòd Felix nutrix honestè in eius domo vixisset. Et tamen dictus Alexander frequentius quàm oportebat ibat, & redibat alloquendo Felicem more amantium, ex frequentiori affectatione erga dictam nutricem iniuria censetur illata. *l. item apud Labeonem, §. affectauit,* & ibi Ang. *ff. de iniuriis.* Et etiam quòd ipsa consentiret non per hoc Capitaneus D. domus desinebat esse offensus. Baiard. ad Clar. *in §. iniuria, num. 7. ad fin.* & hæc est prima dubitatio.

16 Tollitur hæc dubitatio pluribus modis. Et primò quòd tex. *in dict. versic. Affectatur*, non dicit quòd hæc assidua frequentia inferat iniuriam, seu infamiam, sed quòd quasi præbeat nonnullam infamiam, & ibi Gloss. in verbo, *nonnullam*, declarat, id est, aliquam: dictio autem *quasi*, denotat diminutionem, & improprietatem. *l. si cum dotem, §. fin. & ibi glos.* in verbo, *quasi, ff. soluto matrimo. l. si quis eum, ff. de condict. indebiti.* Bald. *in l. suis, column. 2. versic. & sic facit ad quæstionem, ff. de liber. & posthum.* Pariter, & dictio *aliqua*, improprietatem, & diminutionem significat. *l. fin. §. sunt, ff. ne quid in loco publico.* Gloss. *in Clement. 1. in verbo, earum parte, de foro competen.* Ias. *in l. legitima, num. 7. ff. de pactis.* Quare ex eo textu non videtur probari verè & propriè iniuriam, seu infamiam inferri ex mulieris affectatione, & hæc sit prima responsio.

17 Secundò respondetur, quòd ille idem textus loquitur, quando quis affectatur mulierem honestam, secus si inhonestam (prout erat nutrix) tunc enim nulla ex affectatione oritur infamia, seu iniuria, prout *in eadem l.* expressè cauetur *in §. si quis virgines, versic. multo minus.* Ratio est euidens, quia mulier infamis propter meretricium amplius infamari non potest. Angel. *in l. item a. ad L. Labeonem, §. interdum, num. 1. ff. de iniuriis*, Belius. *in pract. libr. 1. cap. 3. rubr. de iniuriis, nummer. 76.* & tantum abest, vt mulieri inhonestæ fiat iniuria per solam affectationem, vt immo, nec etiam per carnalem cognitionem vis inferri dicatur. Gloss. & Cyn. & communiter omnes *in l. 1. C. de raptu virgin.* Bald. *in l. raptores, numero 1. versic. hoc tamen fallit in meretrice*, & ibi etiam Doctor. omnes, *C. de Episcopis & Cleric.* Anton. Gomez *ad l. Tauri 80. numero 45.*

18 Tertiò tex. *in dicto versic. affectatur*, dicit inferri iniuriam, seu infamiam mulieri affectatæ: iniuria autem vni illata, alterum non afficit, nec dicatur quòd iniuria facta ancillæ censeatur facta domino domus, etiam ancilla volente, vt dixit Baiard. *in loco prallegato.* procedit enim hæc conclusio, quando iniuria facta ancillæ est facta in contumeliam domini, aliter secus. tex. est *in l. item apud Labeonem, §. item si liberum, ff. de iniuriis.* item & text. *in §. si libero homini*, & ibi Ioann. Faber *numero 1. Instit. eodem.* Angel. *in d. l. item apud Labeonem, §. si vsumfructum, ff. eodem.* Salycet. *in l. 1. numero 2.* & ibi etiam Ioann. Faber, *numero 2. C. eodem.* pract. Belusij *libr. 1. capit. 3. rubr. de iniuriis, num. 48.* Anton. Gomez *de delict. cap. 6. rubr. de iniuriis, num. 6.* Baiard. ad Clar. §. *iniuria, num. 39.* & quòd hæc affectatio nutricis fuerit facta non in contumeliam domini, sed ex causa amoris iam præsupponit in motiuis.

19 Secunda oritur dubitatio, quia Alexander non solùm sectabatur nutricem, sed cum ea se carnaliter immiscuit, prout viuens fassus fuit cum pluribus, qui de auditu ab eo examinati deponentes plenè probant iunctis adminiculis, per ea, quæ dixi *in tractatu de testib. quæst. 69. num. 200.* ex qua carnali cognitione magis Capitaneus videatur offensus, & læsus in æstimatione. & hæc est secunda dubitatio.

20 Quæ licèt ex proximè allegatis videatur sublata: nam quatenus huiusmodi carnalis cognitio vera sit, nullam Capitaneo infert iniuriam, cùm in eius contumeliam non fuerit facta. Nec video iure cautum domino domus inferri iniuriam, ex eo quòd quis eius famulam præsertim aliàs inhonestam secretè, & extra domũ carnaliter cognoscit. Quamuis bene reperiam ex carnali cognitione vxoris honestæ marito iniuriam inferri, & ex eo inimicitiam contrahi cum adultero, ex allegat. per Bertazzol. *consil. 248. num. 10. lib. 2.* & idem forsan ex carnali cognitione cum sorore, vel consanguinea alicuius, ex allegatis per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 898. num. 21.* & per Pegn. *in directorio Inquisit. part. 3. quæst. 67. comment. 116. fol. 658. column. 2. in 9. causa.* ergo secus ex cognitione carnali alicuius pedissequæ, & vt dixi extra domum amoris causa, & non in domini contumeliam.

Attamen, & ex abundanti secundo loco dicitur hanc Alexandri carnalem cognitionem cum nutrice minimè probari ex processu, certum enim est, quòd isti testes de auditu non possunt plus probare, quàm probasset Alexander si fuisset examinatus. *cap. licèt ex quadam, extrà de testibus.* sed sic est quòd depositio eius, qui dicit carnaliter cognouisse mulierem, vel mulieris dicentis se carnaliter cognitam ab aliquo, non solùm non probat carnalem cognitionem, sed nec etiam facit aliquod indicium, secundùm magis communem Doctorum sententiam, de qua post Hostiens. scripserunt Alexand. *cons. 157. in princ. lib. 4.* Grammat. *consil. 45. num. 1.* Paris. *cons. 54. n. 50. lib. 4.* Ias. *consil. 22. lib. 1.* per totum cum aliis per Menoch. *de arbitr. qq. casu 474. num. 23.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1311. num. 8.* Honded. *consil. 100. num. 11. & seqq. lib. 1.* Petr. Caball. *resolut. crim. casu 200. num. 124. & seq. numer. 213. & seq.* ergo multo minus probabunt testes prædicti de auditu ab Alexandro bituario adultero, & offenso. 21 *

Et magis in specie, quòd testes deponentes de confessione extraiudiciali eorum, qui dixerunt se inuicem carnaliter cognouisse, carnalem cognitionem non probent, voluit Gratus *consil. 50. ante num. 1. & num. 4. versic. Immo in casu nostro, & num. 33. versic. nec obstat, libr. 2.* Paris. *consil. 54. num. 50. versic. nec etiam probari, libr. 4* Bertazzol. *consil. 228. num. 7.* Mascard. *de probat. libr. 1. conclus. 62. num. 4. versic. etiamsi deponerent.* Hector Æmil. *in tractat. de testibus, in verbo, testis adulter. numero 45.* Thomas Sanchez *de matrim. libr. 10. titul. de diuortio, disputat. 12. quæst. 3. numer. 48.* 22

Nec obstant per me scripta *in dict. quæst. 69. num. 200.* ibi enim per me allegati, qui in contrarium allegari possunt. Primò loquuntur concurrentibus fama, & adminiculis, quæ hic non adsunt. Secundò loquuntur, quando testes deponunt de auditu non ab vno solo, sed à masculo, & fœmina sic confitentibus, quod non est in præsenti casu. Tertiò loquuntur, vt probent contra confitentes, non contra tertium. Reprobatum enim est à iure quòd voius confessio alteri non noceat, *l. duobus, §. 1. ff. de iureiurand. l. iurisiurandi, in fine, C. de testib. l. Seia, in princ. ff. ad Vellean.* Rota diuers. *part. 1. decis. 685. num. 5.* 23

Respondetur tertiò, & millies dato quòd carnalis cognitio Alexandri cum nutrice esset probata, & quòd ex ea oriretur inimicitia inter Capitaneum, & Alexandrũ, cessat tamen in proposita facti specie omnis amaritudo, quia non constat in processu, quòd talis carnalis cognitio deuenerit ad notitiam Capitanei. *Grammat. voto 6. n. 19.* Aym. *cons. 205. n. 10.* Simon de Prætt. *cons. 15. n. 58.* Bertaz. *cons. 215. n. 10. lib. 1.* 24

Tertia sumitur dubitatio ex altercatione facta inter inquisitos, & Alexãdrum super restitutione nutricis de qua deponunt testes de auditu ab Alexandro viuente, quibus credere potest iudex, cùm eorum dicta sint adminiculata aliis circumstantiis verisimilibus ad trad. per Menoch. *de arbitr. casu 375. n. 2.* 25

Huic dubitationi respondetur. Primò non constare de huiusmodi altercatione. Nam licèt testes de auditu, vt voluit Menoch. *in loco prallegato*, iunctis verisimilibus circumstantiis arbitrio iudicis probent, hoc tamen intelligendum est, quando is, à quo testes dicunt se audiuisse, sunt personæ graues, & honestæ, & omni exceptione maiores. ad text. *in c. licèt ex quadam, extrà de testibus.* vbi gloss. *in verbo, ab vno, in fine, & in verbo, autores,* Hostiens. & communiter omnes Canonistæ, &c. *de testibus.* 26 *

tenendum fuit, quia nemo alium inuitum obligare potest. §. *item verborum, Instit. de inutil. stipulat.* cum vulgaribus. Quæ quidem ratio sicut militat in iis, qui à iudice coacti ex vi legis, seu styli promittunt pro suis consanguineis, ita etiam militat in aliis qui sic ab eodem iudice coguntur ex vi alicuius constitutionis, seu statuti, certissimique iuris sit, quodcumque statutum, seu constitutionem, passiuam recipere interpretationem à iure communi. Rol. post alios, quos allegat *cons. 57. n. 2. lib. 2. & cons. 62. n. 6. & seq. & cons. 72. num. 28. 32. & seqq. lib. 1. & consil. 257. n. 9. lib. 2.*

12 Quamuis enim statutum, seu constitutio dicat, vt quis cogi possit ad cauendum pro se, & suis consanguineis, & vlterius non progrediatur, non tamen per hoc censetur voluisse, vt ipsi consanguinei non ratificantes in casu contrauentionis teneantur ad pœnam, tum quia pœna non habet locum nisi in casu expresso. *l. at si quis, §. diuus, ff. de relig. & sumpt. funer.* Dec. *in l. factum, §. in pœnalib. num. 11. ff. de regul. iur.* Menoch. *de arbitr. qq. libr. 2. cas. 276.* tum etiam, quia statutum, seu constitutio, & præsertim obligans ad pœnam loquens in vno trahi non ad alium non expressum etiam quod plus est stante identitate, seu maioritate rationis. *l. illam*, & ibi Castrens. Alexand. & omnes *C. de collat. & in l. præcipimus, in fine*, & ibi Bart. *C. de appellat.* Sarmien. *select. interpr. lib. 1. cap. 12.* cum aliis nouissimè cumulatis per Honded. *consil. 95. numer. 99. & sequent.*

13 Nec obstet si ex aduerso dicatur, quòd si præmissa vera essent, sequeretur absurdum, quòd dominus Mutius soluisset pœnam pro culpa, & delicto alterius, & quod propterea intrat conclusio, quòd soluens pro alieno delicto potest ab ipso delinquente cuius facto condemnatus fuit, id quod soluit repetere, ne quis pro alterius culpa indebitè damnum patiatur. ad trad. per Castren. & alios *in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. oblig.* Nam pro responsione dicitur, quòd D. Mutius immediatè non soluit propter delictum alteri, sed propter suam obligationem, nisi enim se obligasset vtique non soluisset, etiam quòd D. Brutus deliquisset, & propterea causa solutionis fuit obligatio, & non delictum. vbi enim in aliquo actu concurrunt duæ causæ, vna scilicet proxima, & immediata, alia autem magis remota, & mediata, attenditur proxima, & immediata, non autem remota, & mediata, *l. mulier §. ver. amor. in l. fin. ff. de condict. indeb. l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* Cagnol. *in l. cùm tempus, num. 5. ff. de reg. iuris.* Roland *consil. 48. num. 30. & seq. lib. 1.* Effectusque semper attribuitur causæ immediatæ, & proximæ, non autem mediatæ, & remotæ, Aym. *consil. 131. numer. 15.* Curt. Iun. *cons. 1. num. 4.* idem Roland. *cons. 52. num. 52. eod. libr. 2.* Illaque regula, quòd dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo quod sequitur, procedit quando quis agendo illicitum fuit causa proxima eius, quod sequitur, secus si remota, vt bene explicat Marc. Ant. Eugen. *cons. 64. n. 27. & seqq.*

14 Et rursus alia regula text. *in c. fin. de iniur.* volens quòd damni causam dans, damnum ipsum dedisse videatur, & quòd damnum sua culpa, aut delicto passum, delinquens resarcire teneatur, pariter procedit, quando ipsa culpa ex intentione delinquentis erat præordinata ad illatum damnum, alter secus. text. *in l. verum la secunda, ff. de furt.* Bart. *in l. diuus la 2. in fine, ff. de sicar. 31.* Aym. *cons. 8. num. 29.* Aret. *in cons. 146. num. 8. ad med.* Menoch. *de præsum. libr. 5. præsumpt. 3. num. 138.* Sed sic est quòd D. Brutus non interfecit Equitem Mucciarellum, vt D. Mutius solueret pœnam, sed propter particularem inimicitiam, taléque homicidium non fuit ab ipso præordinatum in odium D. Mutij. Ergo, &c.

15 Quòd si idem dominus Mutius intendebat releuari à D. Bruto, debebat iuxta stylum ciuitatis Asculi, aut illi intimare cautionem iam datam, ipsúmque requirere, & citare ad consentiendum, & ratificandum, iuxta Theoric. Hercul. ex aduerso allegat. *in tract. de caut. de non offend. c. 42. n. 21.* quæ cùm non fecerit, suæ culpæ & negligentiæ potius quam alterius damnum patitur, ideo conqueri nō debet, vulgatis iuribus, nec Doct. ex aduerso citati *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obligat.* aliquid faciunt, quia, vt aliàs dixi, non loquuntur in consanguineis, pro quibus fuit promissum, & non ratificantibus, prout sunt termini propositæ quæstionis, sed in hæredibus succedentibus defuncto promissori, qui propterea licèt non teneantur ex eorum propria promissione, tenentur tamen ex promissione defuncti, non sic in casu nostro, in quo nec D. Brutus ratificauit, nec tanquam hæres ad aliquid tenetur.

Quod demum attinet ad vltimam dubitationem Reuerendissimi D. mei Ponentis quoad sententiam latam contra D. Brutum, quæ prætenditur, quòd in iudicatum transierit. Et in qua expressè declaratur per ipsum, & Capitaneum Agamenonem fuisse contrauentum cautioni, de qua agitur; crederem inprimis dictam sententiam in contumaciam latam vigore fictæ confessionis ex eadem contumacia resultantem, & sic ex præsumptiua probatione non transire in iudicatum. *l. si quis adulterij*, vbi Bart. & Bald. *C. de adulter.* Natta *consil. 44. & seqq.* Rota coram Seraphino in vna Imolen. Castrorum Veneris 27. Aprilis 1575. 16

Et vlterius licèt in ea dicatur propter homicidium à Bruto, & Agamenone patratum fuisse contrauentum cautioni præstitæ per D. Mutium. Hoc tamen est intelligendum quoad præiudicium D. Mutij, & aliorum principalium promittentium, nō autem quoad præiudicium ipsius D. Bruti, qui fuit tantummodo approbator, & vt approbator nominatur in sententia. Et licèt etiam condemnetur ad solutionem pœnæ, pariter, & hæc condemnatio est intelligenda retentis terminis habilibus, scilicet vt approbator: prout etiam fuit sic cōdemnatus Thomas Miglianus, qui fuit tantùm & ipse approbator. Et ista interpretatio est legitima, & iuri consona, quia quando consanguineus in cautione comprehensus offendit alium in eadem cautione comprehensum, licèt quoad ipsum, & in eius præiudicium non dicatur contrauenisse, bene tamen contrauenisse dicitur in præiudicium illius, qui pro eo promisit. Ang. *in l. si quis vxorem, in fine, ff. ad leg. Iul. de adult.* Gozad. *consil. 31. num. 16. 17. & 24. in fine*, Corn. *consil. 40. num. 12. lib. 2.* Soccin. *consil. 87. n. 23. vers. circa primam, lib. 3.* Hippol. Rimin. *d. consil. 103. num. 1. 2. & 10. & seqq. lib. 1.* Hercul. *de caut. de non offend. cap. 15. num. 9. ad fin. vers. sed uerum, consil. 13. vers. ex parte tamen promittentis*, Nicol. Moton. *de fid. treug. & pace, quæst. 135. num. 1. & num. 3.* Vulpell. *in tract. de pac. quæst. 57. num. 2. & num. 3. & quæst. 61. num. 1. & seq.* 17

Et eo magis hæc interpretatio recipienda est, quia aliàs esset redarguere iudicem de iniustitia, quod non est credendum, &c.

Proposita fuit hæc causa in Camera Apostolica Ponente Reuerendissimo D. Crescentio die 5. Nouembris 1601. & fuit resolutum ad fauorem Bruti contra Mutium, postmodum de mense Aprilis 1611. ad instantiam eiusdem Mutij, qui voluit iterum audiri. fuit iterum eadem causa proposita, & nihil resolutum; quæ autem in hac secunda propositione fuerint discussa, ex sequenti meo responso percipies. 18

Ex aliàs scriptis, & resolutis in Camera sub die 5. Nouembris 1601. omnia quæ nunc ex aduerso deducuntur fuerunt euacuata, & cùm habeamus rem iudicatam, nihil vlterius querendum est. Nec prætensa notoria iniustitia suffragatur, quia sicut D. Rubeus ex aduerso scribens admittit causa hæc habet in se difficultatem, sequitur quòd resolutio Cameræ non potest dici notoriè iniusta. Notoria enim iniustitia dicitur illa, quæ est adeò euidens, vt nullam prorsus dubietatem, & responsionem recipiat, Corn. *consil. 10. num. 3. lib. 4.* Aflf. *in tr. de carcer. fideiuss. comminen. num. 17.* Contard. *de moment. possess. limit. 9. n. 10. & n. 34.* Rota *diuers. decis. 85. n. 4. p. 1.* 19

Et licèt hæc sola responsio ad omnia quæ ex aduerso deducuntur sufficeret, cùm dirum mihi videatur ex eisdem Cameræ resolutionem de notoria iniustitia redarguere; adhuc tamen singulis respondendo dico: 20

Non obstare, quòd bonæ memoriæ D. Planca faciat tegmà quòd qui soluit fisco pro delicto alterius debeat releuari ex bonis delinquētis, ad tex. *in l. in fraudē, §. qui pro alio,* 21

alias, ff. de iure fisci. Nam vltra alias responsiones datas in antiquis allegationibus, dicitur, quòd ille text. loquitur in fideiussore debitoris fisci, & propterea soluens debitum dicti debitoris pro quo fideiussit, debet ex eiusdem debitoris bonis indemnis releuari, vt benè ibi declarat Albertic. viden. qui propterea subdit, quòd fiscus isto casu debet fideiussori soluenti cedere actiones, quas contra debitorem condemnatum habebat.

22 In casu autem nostro Brutus non erat debitor fisci, nec Brutus fuit à fisco condemnatus, nec fiscus poterat actiones, quas contra Brutum non habebat, Mutio soluenti cedere, quia eùm Brutus cautionem pro ipso præstitam non ratificauerit offendendo non tenetur ad aliquam pœnam, Bart. *in l. si vxor, §. si quis vxorem, n. 12. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in l. fin. n. 2.* & ibi etiam Salyc. *col. 2. in princ. n. 2. ad med. vers. ex his infertur, C. ad Macedon.* Hippol. Rimin. *conf. 103. n. 1. & seq. lib. 1.* Ergo non intrant termini dicti *§. qui pro alio.*

23 Non obstat secundò alia consideratio D. Andosillæ, quòd scilicet per approbationem fideiussorum factam à Bruto censeatur ratificata cautio de non offendendo, ex regula quòd taciturnitas cum actu positiuo inducat ratificationem, ad tradita per Rot. Ianuen. *decis. 15. n. 9.* loquitur enim illa decisio cum allegatis per eam. Quādo actus positiuus tendit ad approbandum actum, de cuius ratificatione agitur, non contingit in casu nostro, quia Brutus non approbauit promissionem, & contractum à fideiussoribus factum, nec eius approbatio ad promissionem approbandam tendebat, vt loquitur illa decisio, sed approbauit tantummodo personas, & idoneitatem fideiussorum, quo casu intrat alia regula, quòd scilicet ex actu positiuo nūquam inducatur ratificatio, nisi ille positiuus actus fieri nequeat sine præcedenti actus ratificatione, Gabr. *conf. 36. n. 57.* Cornazzan. *decis. 299. n. 25. & seq.*

24 Et hæc eadem responsio adaptatur etiam alteri regulæ, quòd scilicet fideiussor dicitur approbare contractum illius, pro quo fideiubet. Nam hæc eadem regula bene procederet, vt suprà dixi, quando Brutus esset fideiussor contractus, non si simplex personarum, & earum idoneitatis approbator.

25 Et in omnem euentū ex huiusmodi actu, casu, quo velimus inducere aliquam ratificationem, illa vtique non erit nisi tacita. Ex tacita autem ratificatione comprehensus in cautione non incurrit pœnam offendendo. Paul. de Cast. *in l. bonorum, n. 5. & 6. ff. rem rat. hab.* Corn. *conf. 143. n. 6. lib. 4.* Parif. *conf. 109. n. 1.* & hac potissimum ratione aliàs Camera mota fuit ad resoluendum pro D. Colonnello.

26 Nec est omittendum, quod aliàs dixi, quòd quatenus sufficeret hæc tacita ratificatio, adhuc esset nulla vti facta à minore, sine consensu proximiorum & iudicis decreto. Quod quidem iudicis decretum ad tacita non extenditur etiam ex maioritate rationis, Parif. *conf. 200. n. 24. lib. 1.* Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. n. 93. & seq.*

Ex quibus creditur esse standum in iam decretis, & resolutis, &c. prout nihil contra priorem resolutionē fuit statutum, sed tantùm vt audiui dictum non liquere.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De pœna componentis Pasquinatas, & scripturas infamatorias in alterius infamiam, & præsertim tempore Sedis vacantis in infamiam Pontificis, & quid si istæ Pasquinatæ non fuerint publicatæ, & an bona delinquentis habentis plures filios possint confiscari, in quo pro delicto, bonorum confiscatio imponenda est.

SVMMARIVM.

Libelli famosi pœna capitalis est, num. 1. Quæ capitalis pœna aliqui dixerunt alternatiuè, quòd potest esse aut decapitatio, aut deportatio, verius tamen est esse pœnam decapitationis, num. 2.

Libelli famosi pœna de cōsuetudine nō mortis, sed extraordinaria est, sed non in statu ecclesiastico, ex Bulla Pij Quinti, n. 3.

Libelli famosi pœna est vltimi supplicij, & cōfiscationis bonorum arbitrio iudicis. Declara, vt n. 4.

Pœna recipientis scripturam in infamiam alienam confectam vigore bannimentorum Vrbis etiam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, num. 5. & 6. & n. 14. vbi in hoc declarātur bannimēta Gubernatoris Vrbis.

Libelli famosi pœna cōfecti in infamiam Pontificis, n. 6.

Libelli famosi sola exemplatio meretur pœnā libelli famosi, num. 7.

Libelli famosi publicatio sola meretur eamdem pœnam, quam meretur componens libellum famosum, n. 8.

Libelli famosi pœna in componente, locum habet etiam quod non fuerit publicatum, n. 9.

Principi maledicens pœna arbitraria puniēdus est n. 10.

Dolus præsumitur ex mendacio, n. 11.

Libellus famosus in dubio, malo animo, & dolo cēsetur compositus, n. 11.

Principi maledicens infimul, & de eo benedicens, non tam grauiter punitur, ac si solùm malè dixisset, n. 12.

Statuta, & constitutiones, eorúmque verba semper ita interpretanda sunt, ne illis fraus fiat, n. 12.

Consuetudo non excusat delinquentem in crimine iniuriarum, & libelli famosi, n. 13.

Consuetudo reprobata non excusat delinquentem, n. 13.

Consuetudo non excusat delinquentem, nisi saltim cursu decem annorum fuerit introducta, n. 13.

Sede vacante componens Pasquinatas, præsertim in infamiam Principis mortui non excusatur ex consuetudine illius temporis similia permittente, n. 13.

Bonorum confiscatio non habet locum quando delinquens habet plures filios, n. 15. & seqq. vbi declaratur quomodo procedat ista conclusio.

CONSILIVM CXLVI.

PATER Sancte, vt verè scirem qua pœna iure puniendus esset P. qui & libellum & cantilenas aliásve scripturas in dedecus & infamiam Principis aliorúmque Illustrissimorum virorum composuit, & exemplauit, retinuit, & respectiuè publicauit. Discutiendum inprimis mihi propositum quænam sit pœna eorum, qui huiusmodi facinus committunt. Et quidem de iure communi huiusmodi pœnam esse capitalem probat tex. *in l. 1. ibi, capitali sententia,* & ibi gloss. *in verbo Capitali.* Bald. & Ang. *in summario, C. de famos. libell.* gloss. *in l. lex Cornelia, § si quis librum, in verbo, quid fecit,* & ibi Angel. *numero 1. & 3. ff. de iniur.* Azo *in summa, eodem tit. numero 5. & in tit. de l. bell. famos. numero 2.* 1

2 Hanc autem capitis pœnam, etsi dubitatiuè, seu potiùs alternatiuè, aut decapitationem, aut deportationem secundùm illesse posse scripserint Turrecrem. *in cap. de prima, vers. si committitur 5. quest. 1.* summ. Sylvest. *in rubr. de libell. famos. numero 5. post princip.* & in sum. Angel. *in verb. libell. famos. etiam in princ.* Veritas tamen, & magis communiter videtur receptum esse eam esse decapitationis simpliciter, & mortis naturalis; prout dixit glos. *in d. cap. de prima in 1. gloss.* & ibi Bellam. *num. 1.* Archid. *post num. 1.* Bonifac. de Vital. *in tit. de libell. famos. numero 1.* Iodoc. *in pract. criminal. cap. 125. numero 2.* Pert. à Plaz. *epit. delict. lib. 1. cap. 3. num. 1.* Anton. Gomez *de delict. cap. 6. rubr. de iniur.*

sio, prout dixi, est reprobata in constitutione Pij Quinti, idcirco nec pariter delinquentem excusat, Tiraquel. *de pœn. d. caus. 42. num. 10.* Gabriel *concl. 8. num. 30.* Ludouic. Peguer. *decis. crimin. 34. num. 9.* Respondetur tertiò quòd consuetudo non potest dici introducta, nisi saltem ex cursu decem annorum à tempore primi actus de consensu & scientia populi, seu maius Principis, secundùm mag. com. de qua in his terminis testatur Francisc. Turz. *opin. 96. n. 6.* nec dissenait Bertazz. *cons. 818. num. 81. versic. Quærò cùm, lib. 2.*

14 Et demum non obstat quòd bannimenta Illustrissimorum DD. Camerini, & sancti Eusebij loquantur de recipiētibus & trāsmittentibus scripturas infamatorias extra Vrbem, non autem in Vrbe, ponderant præsertim, quòd eadem bandimenta Camerini mandant denunciationem dictarum scripturarum fieri debere *alli Gouernatori, & Superiori de' luoghi,* & sic non Gubernatori Vrbis. Hæc enim interpretatio ridicula videtur. Non solùm ex eo quòd non est credendum Vrbis Gubernatorem voluisse prouidere recipiētibus huiusmodi scripturas infāmatorias in Vrbe, in qua præsertim præest, verumetiam, quia apertè idem Illustr. D. Camerinus reprimere voluit hos nefarios homines talia perpetrantes in Vrbe, vt patet in Proœmio suorum Bannimentorum, ibi, *E solo s'intenda, che in questa Alma Città capo della Religione, &c.* & in Bandimentis Illustrissimi Sancti Eusebij, ibi, *e non l'haueranno denunciato subito a sua Signoria Reuerendissima.* Prætetquam etiam quòd hæc obiectio non tollit constitutionem Pij Quinti.

15 Quòd autem in casu, de quo agitur, non intret confiscatio bonorum, ex quo P. habet quatuor filios, ad tex. *in l. cùm ratio, §. si plures, ff. de bon. damnat.* cum aliis per Honded. *consil. 110. lib. 1.* & ante eum Roland. *consil. 97. n. 32. & seq. lib. 2.* Tob. Non. *consil. 95. num. 12. & seq. & consil. 97. n. 8. & seq.* vbi dixit huic sententiæ se subscripsisse cum aliis Vrbis aduocatis Marcum Antonium Burghesium sua tempestate inter alios omnes, & integritate exemplari, & scientia, prout notum & perspicuum est. Respondet fisci aduocatus dispositionem d. §. *si plures,* primò esse sublatam per contrariam Vrbis consuetudinem. Secundò quòd loquitur in casu confiscationis tacitæ, & in cōsequentiam, quando scilicet quis est capitaliter damnatus iuxta term. *legis 1. ff. de bon. damnat.* Non quando expressè à statuto, vel cōstitutione imponitur, prout in casu nostro, & prout in terminis declarat Castren. *in cons. 171. visa, & ponderata col. fin. vers. præterea, par. 1.*

16 Verùm quia de hac consuetudine in Vrbe non mihi
* satis constat, & Castrens. loco præcitato videtur cōmuniter reprobari, vt per Tob. Non. *in locis citatis,* qui in specie consuluerūt in casu expressæ confiscationis, & nō tacitæ. Idcirco pro nunc crederem dici posse, quòd pluralitas filiorum non impediat publicationem bonorum, sed bene forsan posset operari, vt post eam Princeps ex pietate & gratia motus inclinaret ad illa relaxand. filiis, ex Boss. *in tit. de pub. n. 10.* & non à iudice, sed à Principe talis concessio ipsis filiis fieri debebat, prout etiā voluisse videtur gl. *in l. 1. in verb. portione, ff. de bon. damn.* & est de mente Ang. *in l. quando, in fine, C. eod.* Confiscationis autē condemnatione, & capitali sententia contra P. lata (eò enim vsq; iuris rigor, ni fallor, extendi videtur) maturiùs poterit S. V. deliberare, an simus in casu in quo de iure confiscata bona filiis relaxanda sint nécne. Et sic etsi S. V. Aduocato fiscali, atq; Procuratori, & ingenio, & litteris multo inferior existam, conabor tamen diligenti studio, & pro veritate, quid in hac re sentiam explicare.

17 Quòd si sua Sanctitas iuris rigore postposito aliqua misericordia, & æquitate erga carceratū procedi iubeat, quod vtiq; nec etiam ab omni ratione alienum videtur, stante eius nobilitate, senili ætate, Doctoratu, & quòd alias in ciuitate Mediolani, & iurisdictionem exercuerit, & non modicæ expectationis extiterit: quòd sponte omnia liberè fassus fuit, quòd Pontificis vitam non publicauit, quòd ceteras cantilenas & carmina recollegit tempore Sedis vacantis. In qua vtinam prauus vsus non fuisset, ferè communis, & publicus. Et quòd demū habet quatuor ferè infantes, & filios, qui patre & matre orbati ab omnibus derelicti remanerent. Cùm nullos P. habeat amicos, causa sine vlla prorsus difficultate expedien. remanet. Cùm ipse carceratus apud Iudicem in dies aliud non exclamet, nisi quòd commutata sibi capitali pœna in aliam mitiorem filiis ne fame pereant aliqua bonorum suorum eiusdem iudicis arbitrio seruetur portio.

Quæ omnia tam in iure, quàm in facto, & secundùm veritatem, sic vt suprà Sanctitati vestræ genuflexus, ego Prosper Farinacius minimus, & deuotissimus seruus, & subditus annorum 62. (senectus autem Pater Sancte citò labitur) explicare volui, vt inde quid à me exequendum sit, mandare dignetur.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

Iste P. fuit capite obtruncatus, & in pœnam confiscationis bonorum condemnatus, sed postea Summus Pontifex ex gratia eius filiis bonam partem bonorum confiscatorum restitui mandauit, & restituta fuerunt per compositionem factam cum fisco tempore quo sic respondens erat fiscalis.

ARGVMENTVM.

Agitur de probāda sana, vel insana mēte testatoris, tum per relationem medicorum, tum etiam per depositiones testium.

SVMMARIVM.

Medicis testantibus infirmum fuisse, vel non fuisse sanæ mentis omnino standum est, num. 1.

Medicis inter se discordantibus magis credendum est illis, qui fuerunt adhibiti curæ infirmi, quàm illis, qui infirmum non curarunt, num. 1.

Testatorem non fuisse sanæ mentis probat publica vox, & fama, num. 2.

Testes extranei valde coadiuuant depositiones testiū instrumentariorum, num. 3.

Testis dicens se non audiuisse aliquid, non probat negatiuam, quia potest esse, quòd ille sic dixerit, & testis non audiuerit, num. 4.

Falso testi minimè credendum, n. 5.

Testis falsus in vno in omnibus redditur falsus. num. 6.

Institutio hæredis facta ad interrogationem Notarij nō sustinetur, quando testator erat valde in infirmitate grauatus, num. 7.

Notarius dicitur falsum committere, quando scripsit testatorem ore proprio nominasse hæredem, quem verè non nominauit, num. 8.

Testibus pluribus deponentibus de non sana mente, magis creditur quàm paucioribus deponentibus de sana mente, n. 9.

Testibus contrariis magis creditur illis, qui sunt adminiculati aliquali præsumtione, quàm non adminiculatis, num. 9.

Testibus contrariis magis creditur illis, qui sunt magis idonei, num. 9.

Testes varij, seu contrarij sibi ipsis adhuc probant si varietas, seu contrarietas non erat substantialis, n. 10.

Testes credulitatis probant, quando reddunt sufficientē rationem, num. 11.

Furor censetur probatus, ex eo quòd fuerit probatumquē non loqui ad propositum, n. 11.

Testes examinati in causa ciuili, non probant in causa criminali, num. 12.

CONSILIVM CXLVI.

1 IN hac Anagnina falsitatis testamenti dominus ex aduerso scribens, præcipuam vim facit in eo, quòd pro sana mente testatoris deponant tres testes instrumentarij, & cum Notario quattuor: pro non sana autem mente non deponant nisi alij quattuor instrumentarij testes, & concludit, quòd in hac testium contrarietate probatio sanæ mentis præferatur probationi contrariæ iuribus, & Doctorib. per eũ allegatis. Hoc ex aduerso præsuppositum, cùm non sit verum in facto, omnia etiam ex aduerso in iure deducta corruunt. Nam vltra depositionem quattuor testium habemus depositionem periti, nempe medici, qui infirmum testatorem curauit, apertè deponentis, quòd nunquam visitando infirmum, eum inuenit sine delirio, & huic perito in hac præcipuè non sanæ mentis probatione omnino standum esse scripserunt Cyn. *in l. seruum, in 1. no. ab. s. qui testam. fac. poss.* Bald. *in l. 2. n. 3.* & ibi Bart. Ang. & Cuman. *ff. de testam.* Rol. *diuers. 1. 2. decis.* 107. *n. 5. in fin. & n. 6. & 7.* Quicquid secus deponere cogatur alter peritus, cui minus credendum, quia minus infirmatus ex quo non fuit adhibitus curæ testatoris, & nonnisi in genere deponat. Iacob. Butrig. *in tract. de test. n. 5.* Franc. Curt. *in eodem tract. concl. 19. num. 41.* Gabr. *tit. de test. lib. 1. concl. 4. num. 64. & seq.*

2 Succedit, & publica fama incontinenti post testamenti stipulationem orta, quòd tempore dicti testamẽti testator non erat sanæ mentis, quæ publica fama, sicut in ciuilibus, semiplenè probat, ita & in criminalib. non modicam facit præsumtionem, seu saltim coadiuuat alias probationes; imò non sanam mentem probari per publicam famam, scripserunt Bald. Alex. & Dec. in locis relatis per Natar. *in re. et. s. si quando, de rescript. excep. 10. n. 1.* Petr. à Plac. *in Epit. delict. lib. 1. c. 29. n. 6. ante fin. vers. quib. & illud adiciam.* Mascard. *de probat. libr. 2. conclus.* 1045. *num. 8.*

3 Adsunt etiam duo alij testes extranei qui pariter deponunt de non sana mente, qui dubium non est, quòd verisimiliorem reddunt instrumentariorum testium depositionem pariter de non sana mente deponentium, secundùm Innoc. *in cap. cùm Ioannes Eremita, n. 7 & 8.* & ibi Hostien. *col. 5. post med. versic. Dominus noster.* Io. Andr. *num. 8. & num. 20.* Abb. *antiq. num. 5.* Henric. Bobic. *num. 8. versic. quarta opinio.* Bellam. *num. 12. & seq.* Bald. *num. 6. versicul. Innocentius tractat hic.* Ancharan. *numero 11. & numero 29.* & ibi omnes alij Canonistæ, *extrà de fidanstrumen.*

4 Testes autem pro sana mente deponentes plures notabiles patiuntur exceptiones. Nam Ioan. Baptista de Gazzis non deponit, quòd testator non dixit illa verba, *lascio il Polledro, &c.* sed tantùm dicit se eadem verba non audiuisse, tum quia vltimus superuenit in testamento, tum quia stabat retrò cameram, & sic poterat esse, quòd talia verba fuerint à testatore prolata, licèt ipse non audiuerit. Aretin. *in cap. in nostra, numer. 17. in princ. & num. 19. versic. aliquando testes,* & ibi etiam Felyn. *num. 4. 5. in prima fallentia, extrà de testib.* Gabr. *de test. libr. 1. concl. 4. numer. 6.* Clar. *in pract. quæst. 52. sub versicul. scias autem.*

5 Alter testis testamentarius Horatius Romanellus est apertè falsus, & de falso conuincitur ab aliis testibus ex aduerso examinatis in causa ciuili (vltra alias contrarietates) in eo præsertim quòd deponit Notarium testamentum scripsisse prope lectum testatoris, cùm testes prædicti dicant, quòd fuit scriptum extra cameram, & propterea iore vti falsus testis pro vlteriori veritate habenda, fuit à iudice torturæ subiectus, falso autem testi minimè credendum est Salic. *in l. nullum, n. 1. in fine versic. item nota. C. de test.* Clar. *in pract. §. fin. q. 53. versic. frequentissimè autem, in fine.*

6 Lactantius alter testis testamentarius vltrà, quòd nimis audacter & animosè deponit, cũ quo concordat Saulina eius vxor, est etiam falsus, cùm audeat dicere, quòd testator interrogatus à Notario, recensuit ferè totum tenorem testamenti ore proprio, & tamen omnes testes etiam aduersarij pro veritate dicunt, quòd testator erat adeò grauatus, vt ad interrogationem Notarij vix respondebat, *sic, & non.* Ideo falsus in vno, falsus in omnib. Bald. *in l. fin. num. 18. C. de edict. diu. Adr. toll.* Salic. *in l. si ex falsis, num. 14. in princip. iuncto vers. sed veritas est, C. de transact.* Gandin. *in tit. de falsar. num. 26.*

Non minus reputari potest falsus, Iacobus Bernardi alter testis, non tamen instrumentarius, cùm audeat dicere, quòd testator ore proprio nominauit hæredem, & non ad interrogationem Notarij recensendo etiam ferè totum testamentum, & tamen omnes alij testes etiam aduersarij dicant testatorem acceptasse hæredem sibi à Notario nominatum, & hinc sequitur, testamentum de quo agitur subiacere etiam vitio nullitatis; licèt enim, vt ex aduerso scribitur, valeat testamentum, & institutio hæredis facta ad interrogationem Notarij; hoc tamen non procedit, quando testator esset valdè in infirmitate grauatus, tunc enim præsumitur potius facta ad suggestionem, quàm alter. Aymo. *consilio 143. numero 13.* Clar. *in §. testamentum, quæstio. 37. versiculo scias ergo.* Cartar. *in pract. interrogand. reor. libr. 2. cap. 1. num. 59.* vbi testatur de communi opinione, & quòd de hoc nemo dubitat. 7

Accedit, quòd, prout deponunt tres testes, Notarius non est integræ fidei, ex quo aliàs falsum mandatum procuræ confecit apponendo maiorem summam ea, quàm sibi commissum fuerat à mandante, quo casu quando Notarius non est bonæ famæ, scripseritque testatorem ore proprio nominasse hæredem, cùm nominauerit ad suam interrogationem, dicitur falsum committere. Boss. *in tit. de fals. num. 58. & 59. in fine, & num. 60. etiam ad fin. vers. quando aliàs fuit malus, & 63. in fine vers. & ideo si allegetur error.* Franc. Becc. *consil. 102. num. 23. & seq. lib. 1.* 8

Quibus stantibus intrat iuris conclusio, quòd magis credatur testibus pluribus de non sana mente deponentibus, quàm paucioribus de sana mente. Alexan. *consil. 141. num. 10. in fine vers. & præferenda est eorum probatio, lib. 1.* quem in proposito refert, & sequitur Pacian. *de probatio. lib. 1. cap. 50. num. 19.* subintrat etiam alia conclusio, quòd magis creditur testibus adminiculatis ab aliqua alia præsumtione, seu coniectura, quàm non adminiculatis. *l. ob carmen, §. si testes,* & ibi Bald. *num. 1. in secundo notab.* Iacobin. de Sancto Georgio *num. 5. in fine, ff. de testib.* Gabr. *in tit. de testibus, concl. 4. num. 89.* Roland. *consil. 24. num. 56. lib. 1.* Subintrat tertiò alia conclusio, quòd testibus, qui exceptiones patiuntur, semper minus credendum, quàm testibus non habentibus exceptionem. *cap. in nostra,* & ibi communiter omnes Canonistæ, *etiam de testibus.* 9

Non obstat, quòd ex aduerso dicatur testes pro non sana mente deponentes inter se varios, seu contrarios esse, quia si bene eorum dicta perpendantur, non erit varietas, seu contrarietas substantialis, & consequenter fidem testibus non adimit Bald. *in l. testium, numer. 11. & num. 16. C. de test.* Iacobin. de Sancto Georg. *in l. qui falsò, num. 4. & in l. ob carmen. §. fin. num. 24. ff. de testib.* Boss. *in tit. de tortur. test. num. 27. in fine.* Gabriel *tit. de test. conclus. 2. num. 63.* 10

Nec etiam obest, quòd iidem testes deponunt de eorum iudicio, & credulitate. Nam satis est, quòd eorum credulitatis sufficientem reddant rationem dum dicant, quòd non loquebantur ad propositum, ex quo legauit Ioan. Ambrosio pullum equinum, quem non habebat; satis enim furor dicitur probatus ex eo, quòd testator ad propositum non loquebatur. Ias. *in l. apud Iulianum, § constat, numer. 5. ff. de legat. 1. & in l. furiosum, numer. 4. vers. item indicatur, C. qui testam. facer. poss.* Paris. *consil. 88. num. 3. in fine lib. 3.* Menoch. *de præsumt. lib. 6. præsumt. 45. num. 36.* 11

Nec dicatur, quòd istud legatum non est extra propositum, cùm non sit nonum in iure, posse etiam rei alienæ legatum fieri. Quoniam respõdetur hoc legatum satis 12

fatis esse extra propositam, tum quia testator nullam habebat amicitiam cum legatario, nec causam illi faciendi hoc legatum. Tum etiam quia nullum pullum equinum habebat, & in omnem euentum, si vellemus admittere hoc legatum non esse extra propositum, non potest Notarius pœnam falsi effugere, cùm illud in testamento non scripserit. Et ex his credentem fieri, & querelantis intentionem super non sana mente testatoris concludenter probatam esse. Quibus & ad tollendam omnem difficultatem, addo, quòd testes aduersarij examinati in causa ciuili non probant concludenter in iudicio criminali, secundùm communem, de qua aliis relatis testatur Hiero. Cuccalon. *in addit. ad Ang. de malefi. in verbo, & ad querelam, num. 97.*

Prosper Farinaccus I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Discutiuntur in hoc consilio plura indicia mādati ad homicidiū, & præsertim an & quando inimicitia, & alloquutio secreta faciat indicium ad torturam. Quando, & ex quibus oriatur inimicitia, & quādo etiam ad eam, & ex quibus dicatur inferri. Quando & quantum testes de auditu probent.

SVMMARIVM.

Denunciatori secreto non est credendum, num. 1.

Testes de auditu ab occiso nihil probant contra occidentem, n. 2.

Testi deponēti aliquid audiuisse à Titio legante se sic dixisse, vt testis deponit, non est credendum, n 3.

Causa homicidij cessante omnia indicia contra occisorē ex processu resultantia cessant, n. 4.

Inimicitia & causa delicti, vt faciat indicium debet esse grauis, & capitalis, non autem leuis, n 5.

Alloquutio secreta non facit indicium ad torturā, n. 6. nisi concurrāt tria. Primò, vt alloquutio sit secreta, & ad aures. Secundò; vt præcedat capitalis inimicitia. Tertiò, vt homicidium incontinenti sequatur, ibidē, num. 7. & 8. vbi etiam quādo homicidiū dicatur incontinenti sequutum.

Testis multū præcisè alicuius scripturæ est suspectus, n. 9.

Inuerisimile quod est pro falso habetur, n. 10.

Litteræ productæ à fisco plenè probant contra fiscum, n. 11.

Inimicitia, & odiū excluditur ex eo quòd duo insimul comedunt, & bibunt, n. 12.

Inimicitia non facit indicium ad torturā, quando cōstat de certo interfectore habente particularem causā, & inimicitiam, num. 13.

Testes pro curiæ informatione examinati plenè probant contra curiam, num. 14.

Iniuria illata cēsetur ex frequētia affectationis mulieris, n 15. Declara quòd non propriè, sed impropriè dicitur illata iniuria, ibid. n. 16. declara dummodo mulier fuerit honesta, aliàs secus, n. 17. & 18. vbi q non per hoc dicitur illata iniuria domino illius mulieris.

Dictio quasi, *improprietatem significat, n. 16.*

Dictio aliqua, *improprietatē, et diminutionem significat, n. 16.*

Mulier infamis propter meretricium amplius infamari non potest, n. 17.

Mulieri meretrici non dicitur inferri vis per carnalem cognitionem, n. 17.

Iniuria facta ancillæ an & quando censeatur facta domino, num. 18.

Testis de auditu iunctis aliis adminiculis probat, n. 19.

Inimicitia non contrahitur cum D. alicuius ancillæ ex carnali cognitione dictæ ancillæ, licèt secus ex carnali cognitione suæ vxoris honestæ, n. 21.

Testis de auditu nō probat plus quàm probaret illa à quo audiuit, num 21. & n. 26.

Copula carnalis nō probatur per eos qui dicunt carnaliter cognouisse aliquam, num. 21.

Testes deponentes de confessione extraiudiciali eorū, qui dicunt se inuicem carnaliter cognouisse non probant carnalem copulam, n. 22. Declara, vt n. 22.

Confessio vnius alteri non nocet, n. 23.

Inimicitia non oritur ex causa incognita reo inquisito, n. 34.

Testibus de auditu concurrentibus aliꝭs adminiculis iudex credere potest, n. 25. Declara, vt n. 27. & 28.

Inimicitia leuis, & modica, non autem capitalis oritur ex altercatione verborum, n. 29.

Inimicitia grauior præpōderat inimicitiæ minus graui, n. 29.

Inimicitia, & iniuria ex sequenti recōciliatione & nuda voluntate censetur sublata, num. 30.

Iniuria, an dicatur inferri ex impudēti & malo tractādi modo, n. 41. & 32.

Iniuria nunquam infertur verbo, aut facto, nisi alicuius honori, & famæ detrahatur, n. 32.

Mandatum, vt præsumatur ex inimicitia, requiritur nō solùm quòd inimicitia sit capitalis, sed etiā quòd correspondeat offensæ factæ, n. 33.

Fama bona inquisiti tollit omnia indicia, n. 34.

Iniuria grauis oritur ex alapa data alicui nobili, n. 34. in fine.

Indicium remotū siue graue, siue leue sit, debet probari per duos testes, n. 36.

Testi vario, & deponenti inuerisimilia non est credendum, n. 37.

Testis dicens in vno examine plus quàm in alio, licet nō probet propter varietatem nō tamē punitur de falso, num. 38.

Indicium nō oritur, ex eo quod vno, aut altero modo esse potest, num. 40.

Armatorum congregatio facit indicium ad torturam, n. 41. Declara, vt n. 42.

Testis de auditu suppletur ex circūstātiis, & adminiculis, n. 41.

Congregatio armatorum non dicitur, quando sine Duce & non nisi tres fuerint armati, n. 42.

Alloquutio cum occisoribus facit indicium ad torquendum, num. 43. vbi declaratur.

Loquutio facta in via publica, & palā non dicitur secreta, ideo non facit indicium ad torturam, n. 43.

Publicè & palàm factū sine dolo & delicto factū præsumitur, n. 43.

Testis vnus de auditu nunquam probat, etiam in casu, in quo testes de auditu probarent, n. 44.

Testis de auditu ab vna tantùm persona, nihil probat, n. 45.

Testis de auditu ab eo qui vnus est, & nō fuit examinatus, nihil probat, n. 46.

Testes de auditu iunctis adminiculis nō probant, nisi in casu difficilis probationis, n. 47.

Loquutio secreta non facit indiciū, nisi fuerit facta cum occi-

15 Et primò ex promissione qua prædictus Alexander occisus fuerat, quòd Felix nutrix honestè in eius domo vixisset. Et tamen dictus Alexander frequentius quàm oportebat ibat, & redibat alloquendo Felicem more amantium, ex frequentiori affectatione erga dictam nutricem iniuria censetur illata. *l. item apud Labeonem, §. affectatur*, & ibi Ang. *ff. de iniuriis.* Et etiam quòd ipsa consentiret non per hoc Capitaneus D. domus desinebat esse offensus. Baiard. ad Clar. *in §. iniuria, num. 7. ad fin.* & hæc est prima dubitatio.

16 Tollitur hæc dubitatio pluribus modis. Et primò quòd tex. *in dict. versic. Affectatur*, non dicit quòd hæc assidua frequentia inferat iniuriam, seu infamiam, sed quòd quasi præbeat nonnullam infamiam, & ibi Gloss. in verbo, *nonnullam*, declarat, id est, aliquam; dictio autem *quasi*, denotat diminutionem, & improprietatem. *l. si cum dotem, §. fin. & ibi glos.* in verbo, *quasi, ff. soluto matrimo. l. si quis eum, ff. de condict. indebiti.* Bald. *in l. suis, column. 2. versic. & sic fiet ad quisitionem, ff. de liber. & posthum.* Pariter, & dictio *aliqua*, improprietatem, & diminutionem significat. *l. fin. §. sum, ff. ne quid in loco publico.* Gloss. *in Clemens. 1. in verbo, eorum parte, de foro compete.* Iaf. *in l. legitima, num. 7. ff. de pactis.* Quare ex eo textu non videtur probari verè & propriè iniuriam, seu infamiam inferri ex mulieris affectatione, & hæc sit prima responsio.

17 Secundò respondetur, quòd ille idem textus loquitur, quando quis affectatur mulierem honestam, secus si inhonestam (prout erat nutrix) tunc enim nulla ex affectatione oritur infamia, seu iniuria, prout *in eadem l.* expressè cauetur *in §. si quis virgines, versic. multo minus.* Ratio est euidens, quia mulier infamis propter meretricium amplius infamari non potest. Angel. *in l. item apud Labeonem, §. interdum, num. 1. ff. de iniuriis*, Beluis. *in pract. libr. 1. cap. 3. rubr. de iniuriis, numer. 76.* & tantum abest, vt mulieri inhonestæ fiat iniuria per solam affectationem, vt immo, nec etiam per carnalem cognitionem vis inferri dicatur. Gloss. & Cyn. & communiter omnes *in l. 1. C. de raptu virgin.* Bald. *in l. raptores, numero 1. versic. hoc tamen fallit in meretrice*, & ibi etiam Doctor. omnes, *C. de Episcopis & Cleric.* Anton. Gomez *ad l. Tauri 80. numero 45.*

18 Tertiò tex. *in dicto versic. affectatur*, dicit inferri iniuriam, seu infamiam mulieri affectatæ: iniuria autem vni illata, alterum non afficit, nec dicatur quòd iniuria facta ancillæ censeatur facta domino domus, etiam ancilla volente, vt dixit Baiard. *in loco prallegato.* procedit enim hæc conclusio, quando iniuria facta ancillæ est facta in contumeliam domini, aliter secus, tex. est *in l. item apud Labeonem, §. item si liberum, ff. de iniuriis.* item & text. *in §. si libero homini*, & ibi Ioann. Faber *numero 1. Institut. eodem.* Angel. *in d. l. item apud Labeonem, §. si vsumfructum, ff. eodem.* Salycet. *in l. 1. numero 2.* & ibi etiam Ioann. Faber, *numero 2. C. eodem.* pract. Beluisij *libr. 1. capit. 3. rubr. de iniuriis, num. 48.* Anton. Gomez *de delict. cap. 6. rubr. de iniuriis, num. 6.* Baiard. ad Clar. *§. iniuria, num. 39.* & quòd hæc affectatio nutricis fuerit facta non in contumeliam domini, sed ex causa amoris iam præsupponit in motiuis.

19 Secunda oritur dubitatio, quia Alexander non solùm sectabatur nutricem, sed cum ea se carnaliter immiscuit, prout viuens fassus fuit cum pluribus, qui de auditu ab eo examinati deponentes plenè probant cunctis adminiculis, per ea, quæ dixi *in tractatu de testib. quæst. 69. num. 200.* ex qua carnali cognitione magis Capitaneus videatur offensus, & læsus in æstimatione. & hæc est secunda dubitatio.

20 Quæ licèt ex proximè allegatis videatur sublata: nam quatenus huiusmodi carnalis cognitio vera sit, nullam Capitaneo infert iniuriam, cùm in eius contumeliam non fuerit facta. Nec video iure cautum domino domus inferri iniuriam, ex eo quòd quis eius famulam præsertim aliàs inhonestam secretè, & extra domũ carnaliter cognoscit. Quamuis bene reperiam ex carnali cognitione vxoris honestæ marito iniuriam inferri, & ex eo inimicitiam contrahi cum adultero, ex allegat. per Bertazzol. *consil. 248. num. 10. lib. 2.* & idem forsan ex carnali cognitione cum sorore, vel consanguinea alicuius, ex allegatis per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 898. num. 21.* & per Pego *in directorio Inquisit. part. 3. quæst. 67. comment. 116. fol. 658. column. 2. in 9. causa.* ergo secus ex cognitione carnali alicuius pedissequæ, & vt dixi extra domum amoris causa, & non in domini contumeliam.

21 Attamen, & ex abundanti secondo loco dicitur hanc Alexandri carnalem cognitionem cum nutrice minimè probari ex processu, certum enim est, quòd isti testes de auditu non possunt plus probare, quàm probasset Alexander si fuisset examinatus. *cap. licèt ex quadam, extrà de testibus.* sed sic est quòd depositio eius, qui dicit carnaliter cognouisse mulierem, vel mulieris dicentis se carnaliter cognitam ab aliquo, non solùm non probat carnalem cognitionem, sed nec etiam facit aliquod indicium, secundùm magis communem Doctorum sententiam, de qua post Hostiens. scripserunt Alexand. *consil. 157. in princ. lib. 4.* Grammat. *consil. 45. num. 1.* Paris. *consil. 54. n. 50. lib. 4.* Ias. *consil. 22. lib. 1.* per totum cum aliis per Menoch. *de arbitr. qq. casu 474. num. 13.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1312. num. 8.* Honded. *consil. 100. num. 11. & seqq. lib. 1.* Petr. Caball. *resolut. crim. casu 200. num. 124. & seq. numer. 213. & seq.* ergo multo minus probabunt testes prædicti de auditu ab Alexandro bituario adultero, & offenso. *

22 Et magis in specie, quòd testes deponentes de confessione extraiudiciali eorum, qui dixerunt se inuicem carnaliter cognouisse, carnalem cognitionem non probent, voluit Gratus *consil. 50. ante num. 1. & num. 4. versic. Immo in casu nostro, & num. 33. versic. nec obstat, libr. 2.* Paris. *consil. 54. num. 50. versic. nec etiam probari, libr. 4.* Bertazzol. *consil. 228. num. 7.* Mascard. *de probat. libr. 1. conclus. 62. num. 4. versic. etiamsi deponerent.* Hector Æmil. *in tractat. de testibus, in verbo, testis adulter. numero 45.* Thomas Sanchez *de matrim. libr. 10. titul. de diuortio, disputat. 12. quæst. 3. numer. 48.*

23 Nec obstant per me scripta *in dict. quæst. 69. num. 200.* ibi enim per me allegati, qui in contrarium allegari possunt. Primò loquuntur concurrentibus fama, & adminiculis, quæ hic non adsunt. Secundò loquuntur, quando testes deponunt de auditu non ab vno solo, sed à masculo, & fœmina sic confitentibus, quod non est in præsenti casu. Tertiò loquuntur, vt probent contra confitentes, non contra tertium. Reprobatum enim est à iure quòd vnius confessio alteri non noceat, *l. duobus, §. 1. ff. de iureiurand. l. iurisiurandi, in fine, C. de testib. l. Seia, in princ. ff. ad Velleian.* Rota diuers. *part. 1. decis. 685. num. 5.*

24 Respondetur tertiò, & millies dato quòd carnalis cognitio Alexandri cum nutrice esset probata, & quòd ex ea oriretur inimicitia inter Capitaneum, & Alexandrũ, cessat tamen in proposita facti specie omnis amaritudo, quia non constat in processu, quòd talis carnalis cognitio deuenerit ad notitiam Capitanei. *Grammat. voto 6. n. 19.* Aym. *consil. 205. n. 10.* Simon da Præt. *cons. 15. n. 58.* Bertaz. *cons. 215. n. 10. lib. 1.*

25 Tertia sumitur dubitatio ex altercatione facta inter inquisitos, & Alexãdrum super restitutione nutricis de qua deponunt testes de auditu ab Alexandro viuente, quibus credere potest iudex, cùm eorum dicta sint adminiculata aliis circumstantiis verisimilibus ad trad. per Menoch. *de arbitr. casu 375. n. 2.*

26 Huic dubitationi respondetur. Primò non constare de huiusmodi altercatione. Nam licèt testes de auditu, vt voluit Menoch. *in loco prallegato*, iunctis verisimilibus circumstantiis arbitrio iudicis probent, hoc tamen intelligendum est, quando ii, à quo testes dicunt se audiuisse, sunt personæ graues, & honestæ, & omni exceptione maiores. ad text. *in c. licèt ex quadam, extrà de testibus.* vbi gloss. *in verbo, ab vno, in fine, & in verbo, autores*, Hostiens. & communiter omnes Canonistæ, &c. *de testibus.* *

testibus. Roland. consil. 57. n. 33. lib. 1 & cons. 9. num. 33. lib. 3. Cephal. consil. 250. num. 27. vers. item oportet. lib. 2. Honded. consil. 102. numer. 58. lib. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 8. num. 38. Ideo secus si testes dixerint se audiuisse, prout in casu nostro à birruario adultero, & offenso ab inquisitis, vt prætendit fiscus, prout consuluit Alexand. consil. 112. numer. 17. lib. 6. & consil. 71. numer. 3. & consil. 123. numer. 8. lib. 7. Hippolyt. Riminald. consil. 60. numer. 2. & seq. & consil. 61. num. 33. & seq. & consil. 65. numer. 31. & seq. lib. 1. & alibi pluries.

27 Nec isto casu adminicula supplent, sicut dicunt præallegati Doctores, & est ratio, quia quando testis à testificando omnino repellitur, eius dictum adminiculis non suppletur. ex allegatis per Socinum consil. 118. num. 8. lib. 1. Surd. consil. 132. num. 73. & decis. Mantuan. 135. num. 10. Baiard. ad Clar. quæst. 24. n. 128. ante finem. vltra quòd negatur super altercatione, de qua agitur, extare aliquas verisimiles circumstantias. & hæc sit prima responsio tertiæ dubitationis.

28 Secunda est responsio quòd etiam data veritate altercationis, in qua non præsupponitur iniuriam aliquam verbalem, seu realem interuenisse, sed tantùm altercatoria verba. Non vtique ex ea oritur odium, seu inimicitia nisi modica, & leuis, ideo nullum faciet indicium. ad trad. per Angel. de malefic. in verbo, quòd fama publica, n. 50. Blanc. de indic. num. 175. Marsil. in pract. § diligenter, num. 69. * & vbique passim, & communiter Doctores, stante præsertim alia particulari grauiori, & mortali inimicitia cum occisoribus. ad tradit. per Foller. in pract. crimin. in verbo, recipiantur defensiones reorum, n. 2. in fin. versic. item poterit. Thesaur. decis. Pedemont. 24. num. 7. vers. Præterea. Eugen. cons. 27. n. 32. lib. 1.

29 . Tertia est responsio, quòd in omnem euentum, si ex altercatione prædicta inter inquisitos, & Alexandrum orta fuisset aliqua mala satisfactio, seu rancor per subsequentem reconciliationem, concordiam, & pecuniæ dationem, omnia censentur remissa, cùm indubitati iuris sit nedum huiusmodi altercationes, sed etiam atroces iniurias subsequenti pacto, seu transactione, imò etiam, & nuda voluntate, & præsertim cum interuentu pecuniæ remissas esse, l. non solùm iniuriarum actio, in fin. versic. proinde, & ibi Glosa in verbo, non tenebu. Bartol. post numer. 2. Alberic. num. 3. in fine, & Angel. numer. 2. versicul. si autem, ff. de iniuriis. idem Angel. in l. sed si vnus, §. si ante, num. 1. ff. eodem. Hostien. & communiter omnes Canonistæ in cap. cum te. de re iudic. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 10. n. 7. versic. tertium constat.

30 Quarta oriri videtur dubitatio ex eo, quòd post altercationem Alexander impertinenter, & malè se gessit cum Capitaneo, non spectando scilicet statutum diem Veneris pro restitutione nutricis, fingendo se infirmum, & ob id egere auxilio mulieris, vt Capitaneum induceret ad citius restituendum illam, extorquendo amplius ab ipso mediante persona eius, qui literas super his suo nomine Capitaneo detulit, pecunias, ex quo malo modo, & contra bonos mores videatur quodammodo voluisse deludere ipsum Capitaneum, & sic intrent ea quæ scripsi in quæst. 105. num. 22. & num. 29. & accedente qualitate personæ Capitanei militis grauis, & non soliti proferre iniurias, iuncta vilitate Alexandri birruarij. Hæc iniuria eo atrocior reputanda sit, & sic sufficiens causa ad homicidium, ex allegatis per adden. in meo consil. 102. in fine.

31 Hæc dubitatio præsupponit illud de quo disputatur, præsupponit inquam ex hoc impudenti tractandi modo quo erga Capitaneum vsus est Alexander, illatam fuisse Capitaneo iniuriam. Quod vtique in iure minimè verũ videtur. Nunquam enim alicui dicitur inferri iniuriam verbo, aut facto, nisi ex dictis verbis, aut factis illius honori, & famæ in aliqua parte fuerit detractum. tex. est in l. item apud Labeonem, § generaliter, & §. ait Prætor il secundo, & ibi Bart. & Angel. ff. de iniuriis, l. 1. in fin. ff. de obsequio alijs præstan. Hostien. in summa de iniuriis, §. contra quos, num. 6. in fine. Pract. Bellusi lib. 1. cap. 3. rubr. de iniuriis, numer. 33. Angel. de malefic. in glos. verba iniuriosa, num. 7. Bonifac. de Vital. in titulo de iniuriis, num. 24. & numero 58. Iodoch. in pract. crimin. cap. 135. numero 5. Sed quæso quid deperiit famæ, & honori Capitanei, quòd Alexander voluerit ab ipso extorquere pecunias? quòd finxerit se infirmum, vt mulierem citius rehaberet? Quòd ad hunc effectum aliis modis se impudenter gerere non erubuerit? Nihil certè. Actiones prædictæ præiudicant famæ, & honori Alexandri (si is honorem habuisset, & infamari potuisset) non autem famæ, & honori Capitanei, prout & ita loquuntur Doctores allegati per me in q. 105. n. 22. & seq.

Potest etiam secundo loco responderi, quòd casu 32
quo ex prædicto impudenti modo tractandi Capitaneus non se bene de Alexandro satisfactum sentiret; ergo præsumitur, quòd mandauerit illum occidi, non vtique valet consequentia. Si enim homines mandarent occidi eos à quibus in aliquo negotio pertractando non fuerint satisfacti, vtique mille in dies committerentur homicidia. Et propterea non immeritò dicunt Doctores, quòd ad hoc vt mandatum præsumatur ex inimicitia, non sufficit quòd inimicitia sit capitalis, sed oportet eam esse ortam ex atrocissima iniuria correspondente homicidij mandati, secundùm Fulgos. in l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit, numero 17. & ibi etiam Roman. numero 6. versi. tu pondera. Alexan. numero 15. versi. Ad confirmationem, ff. de acquiren. heredit. Ias. in l. 1. n. 21. in 1. limitatione, C. de seru. fug.

Tertiò, retorquetur argumentum in motiuis factum 33
de qualitate personæ Capitanei grauis militis, in senili ætate constituti familia grauati, & qui nunquam similia mandauit, immo nec vnquam de aliquo delicto imputatus fuit, nec ipse, nec filius. Quomodo igitur est præsumendum, quòd se filiũmque suum animam & bona in tanto discrimine ponere voluerit, vbi nullam prorsus recepit iniuriam aduersùs vilem & infamem birruarium? Certè hoc in caput meum, licèt grossum, intrare non potest; quantum autem polleat bona fama inquisiti ad exclusionem delicti, satis in iure tritum est, nec propterea obstant Doctores allegati, per adden. ad meum consiliũ 102. in fine, quia loquuntur, quando nobilis recepit alapam, seu pugnum, & sic iniuriam ab aliqua vili persona, sed vt dixi Capitaneus ab Alexandro nullam prorsus, nec etiam verbalem iniuriam recepit; ideo, &c.

Quinta dubitatio deducitur ex contrasigno infun- 34
dibili, quod Alexãder debebat deferre Capitaneo, quod quidem contrasignum fuit datum Alexandro ab eo, qui ipsum tradebat, prout deponit Felix Mogliconus. Nec hoc contrasignum, & aliud, quòd scilicet veniret Alexander pro sua amasia, quia Capitaneus aliam inuenerat nutricem, non poterant homicidæ diuinare nisi fuissent reuelata, & subministrata à Capitaneo, & eius filio.

Hoc indicium sic vt suprà explicatum apud me non 35
modicam faceret difficultatẽ, si probaretur in processu, & etiam verum esset, vt in motiuis præsupponitur, quòd prædicta contrasigna non potuissent venire ad aures occisorum nisi mediante persona inquisitorum; sed quòd non probetur facit vera illa & communis conclusio, quòd indicium remotum, prout est istud, siue graue, siue leue sit, vt reum afficiat, debet plenè & concludenter probari per duos testes, secundùm Gloss. in l. final. in verb. vel indicus, vbi communiter Doctor. C. famil. herciscũd. * Bart. in l. final. numero 7. & ibi etiam Marsil. num. 6. Blanc. numero 56. ff. de quæstion. Boss. in tit. de indiciis, & considerat. ante tortur. numero 5. & numero 18. & 19. Clar. in pract. §. final. quæst. 22. in principio, vbi quòd hæc conclusio est indubitata apud omnes, quæ non habet contradictorem. Osasc. decis. Pedemont. 79. ante num. 31. Menoch. de arbitr. casu 270. numero 23. & de præsumt. lib. quæst. 81. n. 2. ergo solus Felix hoc indicium non probat.

Præterea idem testis eo minus probat, quia in sua de- 36
positione est sibi varius. Primò enim dicit, Venerdi prossimo passato, &c. In secundo autem examine dicit, di quanto V. S. mi adimanda, &c. & sic in primo examine nihil dicit,

dicit,quòd ille iuuenis,qui erat cum Alexandro,sibi memoriæ reduxerit,vt infundibulum deferret: in secundo autem examine dicit,quòd dictus iuuenis ipsi recordatus fuit,vt infundibulum acciperet. Et hæc secunda depositio vltra variationem est prorsus inuerisimilis, quia sicut deponit Felix Alexander casu illac transiens fuit ab eo vocatus expresse,& ad hunc effectum,vt emeret, & acciperet dictum infundibulum factū à Ioanne Dominico, qui tunc erat in eius caupona, & de hoc inter eos erat sermo. Quid opus erat, vt ille iuuenis reducerer memoriæ Alexandro , vt acciperet infundibulum si tunc nisi de illius emtione agebatur. Quare huic testi minimè credendum est,tum quia varius.*cap.licèt causam*, vbi Glos. & communiter omnes Canistæ, *extrà de testibus*. Florian. *in l. qui falsa,numer.1.ff.de testibus*.Marsil.*in l. eos, numer.1. in primo notab.ff. de falsis*, tum quia deponit inuerisimilia.Iacob. Ægid. *in tract.de testibus,num.24.* Francisc. Curt. *in eodem tractatu de testibus,conclus.16.numer. 39*. Tiraquell. *de reuocan. donat.in præfat.numero 45. & 46.*

37 Nec dicatur hunc testem non esse varium,quia dicere plus in vno examine, quàm in alio non inducit variationem, & fit concordia de vno cum altero examine. Nam vltra quòd remanet inuerisimilitudo, quæ ex hac concordia nullo pacto tollitur: adhuc dicitur excludi isto casu variationem ad effectum , vt testis euiter falsum, non autem vt probet. Tyndar.*de testib.par.3.cap.12. in fin.versic.vnum quoque notetis,& cap.fin.num.1.& num.4. versicul. aut vnus testis sibi contradicit*.Nell. *de testibus,num. 185. versic.sed aduerte*. Crot. *de testibus,par.3.num.328.& numer.330*. Boss.*in titul. de oppositien. contra testes, numero 2*. Clar. *in pract.§.final. quæst. 53. sub versicul. Quartus est casus*.

38 Verùm,& tertio loco id quod in hoc indicio omnem tollit difficultatem,est quòd non constat in processu de veritate præsupposita,sc.quòd occisores non potuerunt habere notitiam de prædictis contrasignis ab inquisitis. Nam tractatus Alexandri cum Capitaneo circa restitutionem nutricis fuit publicus,& particulariter cum Andrea q. Nardi, qui fuit mediator ad eos concordandos. Ideo occisores hunc tractatum potuerunt scire à dicto Andrea, vel ab ipso Alexandro, qui etiam hoc dixit in terra Montis Leonis dum misit nuntium ad Capitaneum, & litteras fingendo se infirmum , vt sibi transmitteret nutricem , prout deponunt ipsa nutrix, & alij plures testes.

39 Sic, & quòd Alexander emeret infundibulum pro Capitaneo, potuerunt dicti occisores scire ab ipsomet Alexandro à Ioanne Dominico, qui per tot dies antè illud confecerat, & à Felice , qui dictum infundibulum per plures dies domi retinuerat ; vnde data possibilitate,quòd occisores prædictorum contrasignorum potuerint habere notitiam ab aliis quàm ab inquisitis, indicium euanescit , ex regula communi , quòd indicium non oritur ex eo quod vno,aut altero modo esse potest. nald.*consil.59.num.4.lib.1*.Aym.*consil.6.num.12*. Vulpell. *consil.97.num.3*. burfat.*consil.316.numer.32.in fin.& consil. 336.num.16.libr.3*. Franc. necc. *consil.85.numer.1. in fine*, cum simil.

40 Sexta subsequitur dubitatio ex alloquutione inquisitorum cum nonnullis hominibus armatis nemine præsente in die ante delictum. Armatorum enim congregatio præsumitur inita ad malum finem. boss. *de crimin.læsæ maiest.n.27*. franc. necc. *cons.71.n.2*. Et cùm inter dictos homines armatos fuerit recognitus vnus ex occisoribus, oritur inde indicium graue,saltum ad torquendum,ad ea quæ scripsi *cons.102.n.34*.faciunt scripta per bal.*in l.multum interest,n.3.C.si quis alteri,*& per Felin.*in cap.afferte, de præsumtionibus*. Quod autem inter dictos armatos adesset Mancinellus de Reate vnus ex occisoribus, deponit nenedictus Lupus de auditu ab altero,cuius dictum suppletur ex aliis circumstantiis ad ea quæ scripsi *in tract.de testib.q.69.n.34*.

41 Hoc motiuū,in quo videtur consistere vis huius causæ,habet duas partes:vna est,quæ respicit congregationē

armatorum ; altera quæ respicit alloquutionem inquisitorum cum vno ex occisoribus in die ante delictum. Quoad primam partem non multum insistam,quia nossius , & neccius in locis ex aduerso allegatis loquuntur in eo,qui congregat homines armatos,non in eo , qui illos alloquitur. Dicuntque quòd contra sic congregantes homines armatos oritur indicium,quia talis congregatio præsumitur facta ad malum finem. Quæ non applicatur casui nostro, in quo nihil prorsus constat quòd inquisiti congregauerint istos homines armatos. Vltra quòd ista non potest dici congregatio hominum armatorum,de qua loquuntur Bossius,& neccius , vbi suprà, cùm sine duce,& non nisi tres fuerint armati. nald. *consil. 319. Decreto domini cauetur,in fine lib.2*.Mascard. *de probat. lib.1.conclus.450. numer. 4*. Corn.*consil.216. numer. 6.ante fin. lib.3*. Paris.*consil. 171. num. 9. & seqq. lib. 4*. boss.*in tit. de criminal. læsæ Maiestat. num. 26*. & in hac parte non insisto vlterius , quia credo rem non habere difficultatem.

Quod verò attinet ad alloquutionem cum vno ex occisoribus si de ea constaret in processu , prout dixi in prima informatione,& scripsi *in consil.102.num.34*.allegato in motiuis non ad condemnandum , sed tantummodo ad torquendum faceret indicium, iuncta tamen Capitanei inimicitia, & quòd alloquutio fuerit secreta, & ad aures, & ita loquuntur Doctores per me allegati *in consil.102.num.34*.sed sic est quòd asserta capitalis inimicitia in casu nostro non probatur , nec probari potest,quia non adest, nec prætensa alloquutio fuit secreta,sed in via publica;ergo nullum ex ea oritur indicium mandati. Alloquutio enim facta in via publica,& palàm tollit omnem malam præsumtionem,quod enim palàm fit,sine dolo,& delicto factum præsumitur.*l.non ex ftana, ff.de excusatione tutor.l.fin.§.ff.de ritu nuptiar.* Iacob. butrigar.*in l.dolum,in fine*,& ibi Bart.*num. 3. & num. 4* Fulgos. *num.1.*& Salyc.*num.2.in fine,& num.3.C.de dolo*.Boss.*in tit. de decret. Mediolan,num.23*.Menoch.*consil. 98.num.35.& seq. lib. 1*. Mandata enim ad occidendum hoc ideo dicuntur difficilis probationis,quia clam,& secretè committuntur,non autem palàm in via publica,& quod peius est hominibus exteris & incognitis. 42

Cessat autem in casu nostro omnis dubitatio , quia non constat in processu, quòd inter istos homines armatos adesset vnus ex occisoribus , cùm hoc non deponat nisi nenedictus Lupus vnicus testis de auditu ab altero, qui propterea nihil probat etiam quòd eius dictū fuisset adminiculatum aliis circumstantiis,prout in motiuis præsupponitur , & à nobis negatur. Non enim intrant Doctores per me allegati *in tractat.de testibus,quæst. 69.num.34*.Primò,quia loquitur , quando testes , qui de auditu deponunt, sunt plures,non quando vnicus. Vnicus enim testis de auditu nunquam probat etiam in omni casu, in quo testimonium de auditu plenè probat. textus expressus *in d. cap. licet ex quadam* , & ibi Hostien. *num.6.in verbo,si viueret,& num.8.in verbo,si vnus, & num. 2.vers.sextum vetium vnus*.Io.Andr. nald. Anchar. & Abb. *extrà de testibus*,Curt.iun.*in l.1.num.59.ve sic.eodem modo, ff.si cert.petatur.* vbi testatur de communi Menoch. *consil. 421.num.94.libr.5*. 43

Idem testis nihil probat, quia is à quo dicit se audiuisse,pariter non est nisi vnicus , quo casu tale testimonium pro nihilo habetur, etiam vbi aliàs de iure testimonium de auditu admittitur,vt probat tex.*in d. cap.licèt ex quadam*,& ibi Glosa *in verbo,ab vno*,Innoc. *in verbo, duobus*, Hostien. & omnes alij Cannistæ communiter *extrà de testibus*.Curt.iun.*in l.1.num. 59.ff.si certum petatur.* vbi testatur de communi , & ibi etiam Ripa *num. 88. in fine*.Gabriel *tit.de testib.conclus.3.num.4.lib.1*.Honded. *consil. 17. numer. 45. lib. 1*. Fulu. Pacian.*de probation. capitul. 9. numero 37*. 44

Nec idem testis aliquid probat, quia is , à quo dicit se audiuisse, est vnus,& non fuit examinatus.Aym. *de antiquit.tempor.par.1.§.visso de fama, num. 7*. Menoch. *de arbitrar.qq.lib.2.casu 475.num.6.consil.98.num. 54. lib. 1*. Hippol.Rimin.*consil.360.num.95.lib.4*. 45

46 Quartò etiam, quòd prædictus testis esset aliis circumstantiis adminiculatus, adhuc non probat, quia testimonium de auditu iunctis adminiculis, & verisimilibus circumstantiis, tunc demum plenè probat, quando agitur de probatione rei difficilis probationis, aliter secus, secundùm Anan. *in cap. præterea, numero 1. in fine versicul. & procedit illud*, & ibi etiam Imola *numero 1. in secundo notab. extrà de testib.* Natta *consi. 170. numer. 4. lib. 1.* Hector Aemil. *in tractat. de testib. in materia testis de auditu, fol. 254. numero 2.* & cùm ageretur de recognitione personæ de medio die, & in via publica non dicitur agi de probatione difficili.

47 Quare cùm ex præmissis euidenter appareat non constare in processu, quòd alloquutio inquisitorum fuerit facta cum vno ex occisoribus, non potest ex ea contra dictos inquisitos aliquod etiam minimum indicium sumi, etiam quòd alloquutio fuisset secreta, prout non fuit, & etiam quòd præcessisset capitalis inimicitia, prout non præcedebat, ex allegatis per addentes ad dictum meum consilium 102. *littera C.* vbi *in versiculo, Bene tamen verum est*, sic declarat procedere dictum Bal. *in l. nullum interest, num. 3. C. si quis alteri*, & Felyn. *in capit. afferte, in fine, extrà de præsumption.* de quibus in motiuis.

48 Septima, & vltima est dubitatio, quòd inquisiti interrogati super quibus alloquuti fuerint dictos armatos, nihil responderunt ad propositum, solùm dicunt quòd fuerunt requisiti de fide, quòd illa nutrix staret penes eos, quod est inuerisimile. Quæ inuerisimilitudo falsitati æquiparatur, ex allegatis per me *in cons. 24. n. 12.*

49 Hæc dubitatio tollitur ex facto, & immo talis alloquutio est verisimilis, quia illi armati voluerunt inquisitis dicere causam propter quam reuera ad eorum domum accesserant, nempe, vt eriperent nutricem (prout communicarunt cum Benedicto Lupo) noluerunt enim detegere crimen, quod in animo habebant perpetrare, & hoc verè verisimile est, ideo tunc præuenti ab inquisitis aliò diuerterunt sermonem, eósque simulatè requisiuerunt de fide prædicta. Et hæc est veritas.

Ex quibus omnibus facile (ni fallor) existimo resoluta fuisse subtilissima & doctissima motiua mihi ad respondendum data, in quibus si longior forsan fui, quàm par esset, ne obscurus fierem breuis esse nolui.

Fuerunt inquisiti ex carceribus relaxati sub cautione de repræsentando à dicto Locumtenente Gubernatoris Vrbis.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Pœnarũ pars, quæ officiali debetur pro suo labore an soluenda sit officiali condemnanti, an verò exigenti, & quando bona confiscata dicantur incorporata.

SVMMARIVM.

Pœnarum pars, quæ officialibus debetur, soluenda est primo officiali, qui condemnauit, non eius successori, qui pœnam exegit. Declara hoc procedere in officiali ex titulo oneroso, secus in officiali ex titulo lucratiuo, n. 2. & seqq. Vbi respondetur contrarijs, & n. 20. & sequentib.

Exigere pecuniam aliud est quàm eam redigere in communi, num. 4.

Possessio instrumẽtalis, nõ eiecto scilicet vero possessore, & detentore, nõ meretur nomen possessionis, nec aliquem operatur effectum, n. 6. & n. 21.

Bona stabilia incorporata non dicuntur, nisi per actualem possessionem, n. 6.

Possessio tradita ex primo decreto possessionẽ nõ tribuit, n 7. & n. 10. vbi declaratur hæc conclusio.

Bona confiscata incorporata non dicuntur nisi fuerint descripta inter bona Principis, n. 8. & n. 22.

Bona confiscata incorporata non dicuntur quoad pecuniai, nisi fuerint exacta, n. 9. & n. 22.

Legitima patre viuente filiis non debetur, n. 14.

Appellatio suspendit sententiam, n. 16.

Appellatio deserta non dicitur, nisi super desertione fuerit pronunciatum, n. 16.

Appellatio etiam in possessorio operatur effectum suspensiuum, quando Iudex à quo, illi defert, n. 17.

Cõfiscatorum bonorum dominium, licèt ipso iure transeat in fiscum, non tamen eorumdem bonorum transit possessio, n. 18.

Legitima vbi fisco debetur propter delictum filij, quomodo pro illius consequutionẽ agendum sit, n. 19.

CONSILIVM CXLVIII.

REASSVMENDO aliàs hinc inde deducta videtur difficultas restringi ad duo capita. Primum est, nunquid pœna debeatur officiali exigenti, an verò potiùs eius antecessori, cuius tempore commissum fuit delictum, & qui condemnauit. Secundum, nunquid per immissionem in possessionem domus, & vineæ, de qua in processu, dicatur legitima, de qua agitur, soluta, incamerata, vel incorporata fisco Illustriss. D. Cardinalis S. Georgij. 1

Et quoad primum caput dixi, & repeto, quòd licèt communis opinio sit pro primo officiali, illa tamen declaratur, vt procedat in officiali ex titulo oneroso, non autem ex titulo lucratiuo, prout est tex. *in l. susceptores, C. de susceptorib. lib. 10.* vbi dicitur, quòd debitor Reipublicæ debet soluere secundo, non autem primo officiali, seu administratori, etiam quòd debitum fuerit maturatum tempore primi, & ibi Barr. & Angel. testantur ità aliàs in facto habuisse. Rationem autem illius tex. eam esse dixit Alex. *in l. diuortio, §. si vir, ff. solut. matrim.* quia scilicet ibi agitur de officiali ex titulo lucratiuo, secus tenticus in officiali ex titulo oneroso, & Alexandrum sic dicentem refert, & sequitur Guglielm. de Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verbo cætera bona, numer. 40. extrà de testam.* cum aliàs allegatis. & hæc distinctio, prout aliàs dixi, non habet contradictorem, & est conformis generali & notoriæ consuetudini totius status ecclesiastici. 2

Nec verum est in facto quòd Illustr. D. Cardinalis S. Georgij haberet Capraoicam in gubernium ex titulo oneroso. Prout nec verum est, quòd haberet in feudum, & multo minus verum quòd in illa terra fuerit Papa factus Princeps, sed solùm Gubernator, licèt cum amplis facultatibus, & cum donatione omnium pœnarum; ita nec in iure verum est, quòd distinctio Alexandri communiter reprobatur à Rol. *cons. 77. lib. 4.* quia imò Rol. consulendo in officiali ex titulo oneroso refert ibidem *num 9. 10.* Alex. *in loco præcitato.* 3

Decisio autem Angel. *in l. si possessor, §. redacta, ff. de petit. hæred.* cum aliis, qui eum sequuntur, non facit ad propositum. Loquitur enim Angel. in statuto disponente, quòd potestas debet habere quartam pœnarum, quas redigi fecerit in commune. Et hoc casu vult pœnam spectare ad iudicem condemnantem, non autem ad exigentem, quia per solam condemnationem pœna dicitur redacta in communi, vt ibi per eum. Doctrina autem Alexandri distinguentis inter officialem titulo lucratiuo, & titulo oneroso, expresse loquitur non de redactione pœnarum in communi, sed de exactione. Aliud autem est redigere pœnas in communi; aliud autem illas exigere, cùm, vt ibi bene declarat idem Angel. & etiam Bald. *in additione*, pœnæ dicuntur redactæ in communi, etiam quòd non sint exactæ, & sic aliud est redigere, & aliud exigere. Licèt bene pecunia 4

potuisset

potuisset ad hunc effectum dici exacta, si vltra condemnationem condemnatus acceptata condemnatione se fecisset debitorem fisci tempore officialis condemnantis.iuxta consil.Socin. 51.*per totum, lib.* 1.

5 Nec verum est quòd Alex.eo loci dicat, sufficere esse factam exequutionem, quia immo, vt dixi, requirit exactionem, prout etiam volunt Guglielm. de Benedict. *in loco præallegato*, vbi copulatiuè requirit, & exequutionem, & exactionem, & licèt Tiraquell.*de retract. conuent.* §. 5. *ff. de iurisdict. omn. iud.* referendo distinctionem prædictam Alexandri loquantur de exequutione, tamen eorum dicta sunt intelligenda secundùm eundem Alexandrum quem allegant, & sic de exequutione plena cum exactione. Exequutio enim cum exactione debiti facta, dicitur exequutio, vt bene declarat Bart.ex aduerso allegatus *in l.si qui Republica, in fin. ff. quibus ex caus. maior.* & Bald. pariter ex aduerso allegatus *in l. consentaneum, in fine, C.quomodo, & quando iudex.*

6 Quod verò attinet ad secundum caput, nunquid scilicet legitima, de qua agitur, dicatur soluta, & incorporata fisco Illustrissimi D. Cardinalis per prætensam adeptionem possessionis domus, & vineæ, pro indiuiso, & solùm pro octaua parte, quæ est rata legitimæ tangentis filium delinquentem, res nullam prorsus videtur habere difficultatem, quia vltra quòd ex hac possessione partis bonorum non potest inferri ad possessionem aliorum bonorum, & sic ad perfectam solutionem legitimæ, per regulam quòd tantum possessum quantum detentum, adhuc primò dicitur, quòd de quo in huiusmodi possessione non fuit eiectus Franciscus pater delinquentis, & possessor, & contradictor. Hoc ideo non dicitur nisi verbalis, & instrumentalis possessio, quæ possessionis nomen non meretur, & nullum prorsus tribuit ius. *l.peregrè, & ibi glos.in verbo, ingressus, ff.de acquir.possess.* Dec. *consil.* 400.*num.*9. Aretin. *consil.*3x.*num.* 6. *vers. sed in casu nostro.* Bero.*quæst.* 47. qui loquitur in fortioribus terminis, & consequenter hæc legitima non dicitur incorporata, quia in stabilibus non inducitur incorporatio nisi per realem & actualem possessionem, Socin. iunior *consil.* 126. *numer.* 5. *libr.* 2. & ante eum Luc. de Pen. ex aduerso allegatus *in rubric. C. de bon. vacan. libr.* 10.

7 Secundò hæc possessionis immissio fuit facta ex primo decreto, cùm post eam pater, vel erat cogendus ad solutionem legitimæ, iuxta dispositionem Bullæ Sixti Quarti, vel saltem hæc bona debebant dari in solutum, & adiudicari pro solutione legitimæ. Hæc enim prima immissio in possessionem bonorum debitoris pro consequutione legitimæ, dicitur fieri ex primo decreto, non autem ex secundo, & propterea nullam tribuit possessionem, ex allegat. per Menoch.*de retinend. possessio. remed.* 3. *numer.* 163. *& seqq. & num.* 2 2 *x. & seqq.* vbi testatur de veriori, & communi Canonistarum opinione. Si ex hac immissione possessio non fuit acquisita; ergo non legitima potest dici incorporata, ex præallegatis.

8 Tertiò vinea & domus prædicta, quæ prætenduntur possessæ, non sunt positæ, ac descriptæ inter bona Cameræ, & fisci Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis, ideo nec possunt dici incorporatæ, cùm & hoc modo bona incorporata dicantur, per eundem Luc.de Penn. *in d.rubric. C.de bon.vacan.numer.* 2. *in verbo, & fit incorporatio,* Bart. *in l.* 1. §. *eligunt, ff.de ventr. in possessio.mitten.& in l.final.num.* 8. *in fin. C.de bon.vacan. lib.* 10. & ibi etiam Bald. *num.* 7. *in fin.* vbi amplius, quòd talis descriptio debet fieri patiente primo possessore, & fuit dictum coram Illustrissimo Domino Cardinali Seraphino in viæ Romana Secretariatus 26.Iunij 159x. vt *in decisio.* 90. *numer.* 6. post meæ criminalia consilia.

9 Quartò cùm huiusmodi legitima non fuerit exacta, nec pater eam soluerit, promiserit, vel acceptauerit, ideo nec videtur incorporata; exigere enim, & incorporare à Doctoribus æquiparatur, vt videre est apud Bald.*in l.nec damnosa, numer.* 1. *in fine*, & ibi etiam Iason *numer.* 1. *C.*

Farinac.Consi.crim. lib. 2.

de precib. Imper. offeren. Quicquid contrarium credat vnus ex dominis ex aduerso scribentibus.

Quibus non obstet doctrina Bart.*in l.si qui Republica, in fin. ff. quibus ex caus. maior.* & Bald. *in l. consentaneum, pariter in fin. C. quomodo, & quando iudex.* quibus creditur ex aduerso probari, quod per immissionem possessionis post sententiam, & illius exequutionem censeatur acquisita realis possessio ex secundo Decreto. Nam vltra quòd ex aduerso DD. Scribentes supponunt sententiam super legitima, quæ non adest. Amplius dicitur, quòd si eorum dicta bene legantur, vtique fateri necesse est, quòd tale quid non dicant. Dicit enim ibi Bart. quòd exequutio fit pluribus modis, quandoque capiendo pecuniam, & solutionem, & quandoque vno modo, & quandoque alio. Bald.*in d.l.consentaneum*, dicit, quòd ex prima immissione in vim sententiæ, vel instrumenti, etiam non sequuta solutione, dicitur facta exequutio, & sic nihil ad propositum, cùm vt suprà probatum in casu de quo agitur non sufficiat exequutio, sed vel exactio, aut realis possessio: quòd autem ex huiusmodi immissione in possessionem etiam in exequutionem sententiæ diffinitiuæ missus in possessionem non dicatur possessor, cum Bald.*in d.l.consentaneum*, aliísque pluribus per eum allegatis dixit magis communem Menoch. *vbi suprà de retinen.possess.remed.* 3.*n.*225.*& seqq.* 10

Nec etiam obstat quòd per confiscationem bonorum dominium bonorum cõfiscatorum ipso iure transeat in fiscum, tum quia in casu nostro bona Francisci nõ sunt confiscata, tum quia licèt ipso iure dominiũ transeat, non tamen transit possessio quæ inducit incorporationem, vt suprà probaui. 11

Et demum dicere quòd hodie fiscus agat sine interesse, ex quo confiscatio fuit applicata Cameræ Illustrissim. D. Cardinalis, & non Cameræ Apostolicæ, ex friuola oppositione, cùm finito guberno dicti Illustrissim. D. Cardinalis eadem Cameræ succedat in omnibus iuribus. 12

In eadem causa secundum responsum.

ADhuc video ex aduerso insisti super prætensa incorporatione, seu solutione legitimæ propter sententiam confiscationis bonorum latam contra Philippum Gerium homicidam, ex eo quòd lata dicta sententia dominium bonorum confiscatorum ipso iure transeat in fiscum. 13

Hoc motiuum tollitur tribus modis, & primò, quòd hic non agitur de bonis confiscatis delinquenti, & homicidæ contra quem data est sententia, sed de auferendæ legitimæ ipsius homicidæ à bonis ipsius patris, in qua re nulla prorsus data est sententia. Nec potest dici hanc legitimam comprehendi in sententia confiscationis bonorum filij, quia filius viuente patre, nec etiam pro legitima nullum prorsus ius habet in bonis patris. *l.* 1. §. *si impubers, ff.de collat. bonor. l.*2. §. *interdum, ff.de vulg. & pupil.* glos. & Doctor. *in l.cùm à patre, C. de rei vendic.* & hæc responsio, quæ consistit in facto, iudicio meo est ineuitabilis. 14

Nec dicatur etiam vltra sententiam confiscationis bonorum adesse particularem sententiam cõtra patrem pro solutione legitimæ, cùm citatus pater ad videndum decerni, & relaxari mandatũ de immittẽdo in possessionem suorum bonorũ pro cõsequutione legitimæ ipsius filij iudex dictum mandatũ relaxauerit. Nam dato quòd hoc decretum, seu mandatum de immittendo in possessionem dici possit sententia super legitima: non per hoc iure cautum reperitur, quòd ex tali sentẽtia ipso iure legitimæ dominium transeat in fiscum, sicut trãsit ex sententia confiscationis bonorũ. Sed veritas est, quòd istud mandatum de immittendo in possessionem relatum fuit prout ex aduerso præsupponitur, & etiam contenditur in vim præcedentis sententiæ, dum ex aduerso DD. Scribentes ad id allegant Bald.*in l.consentaneum, in fine, C.quomodo, & quando Iudex*, & tamen, vt prædixi, nulla alia præcedit sententia. 15

16 Secundò respondetur, quòd in sententia confiscationis bonorum non potest ex aduerso fieri fundamentum quoad translationem alicuius dominij, quia illa fuit suspensa per appellationem, *l. 1. in fi. ff. ad Trebell. cap. 1. de re iudic. cap. venientes, extrà de iureiuran.* Nec releuat si dicatur appellationem esse desertam ob non prosequutionem illius, quoniam vt appellatio dicatur deserta, & vt desertio suos operetur effectus, est necessaria causæ cognitio, & declaratoria parte citata, quia multa possunt intercedere, quæ appellantem à desertione excusent, & ideo practica communis seruat antequam appellatio pronuncietur deserta, quòd appellans citatur ad docendum de appellatione, & de eius legitima prosequutione, &c. Primò pro prima.

17 Nec obstet, quòd dicatur non fuisse locum appellationi, quia sumus in possessorio, tum quia si agitur de consequutione dominij, vt ex aduerso prætenditur propter confiscationem, non sumus in mero possessorio, tum etiam, quia vt iudex post interpositam appellationem vlterius non procedendo tacitè appellationi detulisse videatur, sequitur quòd appellatio etiam in possessorio effectum suspensiuum operata fuerit. *c. cum appellationibus, §. si verò iudex aduntt. at, de appell. in 6.* Aym. *consil.* 273. *num.* 14. vbi loquitur de appellatione interposita in possessorio parte non opponente, refert eum, & sequitur Corrad. *in practic. rubric. de appell. num. 9. in 25. casu*, cum aliis per Corrad. *de moment. possess. limit.* 13. *numer.* 1. *& seqq.*

18 Tertiò, quicquid sit de translatione dominij bonorum confiscatorum propter solam sententiam, secus est in translatione possessionis, quæ ex sola confiscatione non sequuta reali apprehensione minimè in fiscum transfertur. Boss. *in tit. de public. bonorum, num. 26.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 51. vers. intellige, quòd ius dominij,* & vt aliàs probaui, & ex aduerso DD. Scribentes fatentur, ad hoc, vt bona dicantur incorporata, necesse est vt eorum dominium, ac etiam possessio in fiscum transferatur, quæ quidem possessio in casu de quo agitur non potest dici apprehensa non eiecto Francisco possessore, vt pariter alias dixi, & probaui.

19 Nec omittendum credo, quòd prætensa possessio, etiam quòd fuisset realis, & vera, prout fuit, tantummodo instrumentalis, & verbalis, fuit nulliter capta, quia Sixtus Quartus, qui in sua Bulla condemnat patrem ad soluendum legitimam pro filio delinquente, non mandat fieri hanc immissionem in bonis patris, sed ipsum patrem cogi ad soluendum legitimam pro filio delinquente, & sic debebat pater cogi ad soluendum legitimam, non autem peti immissio possessionis suorum bonorum. Quia cùm hæc legitima iure communi non debeatur, sed iure speciali, debet propterea in illius cõsequutione seruari forma ab eodem iure speciali tradita, & cùm non fuerit seruata, actus remanet nullus.

In eadem causa tertium responsum.

20 DOctorum caterua ex aduerso allegatorum nõ aliò tendit nisi ad firmandum conclusionem illam, quòd pœnæ debentur primo officiali, & non secundo, quando tempore primi officialis est facta condemnatio delicti, & exequutio, licèt exactio fuerit facta tempore secundi officialis. & quidem hæc conclusio licèt plures magni nominis habeat contradictores testantes etiam contrariam sententiam esse veriorem; non tamen negatur quin sit communiter recepta; sed supplicatur aduerti, quòd patitur hanc notabilem declarationem, & distinctionem, vt scilicer procedat quando primus officialis habet iurisdictionem ex titulo oneroso, vtputa conductionis, vel alio, secus si ex titulo lucratiuo (prout in casu nostro) tunc enim non sufficiat tempore primi officialis esse commissum delictum, delictive sequutam condemnationem, & ex condemnatione factam exequutionem, sed requiritur realis, & actualis exactio, secundùm Alex. viden. *in l. diuortio, §. si vir. n. 11. vers. sed quid, ff. solut. matrim.* quem sequuti sunt Ias. *in l. more, num. 25. ff. de iurisd. omn. iud.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 5. gl. 4. n. 26.* Guglielm. de Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verbo, catera bona, num. 38. ad med. vers. pro hac parte facit, & num. 40. extrà de testam.* & probatur hæc distinctio *in l. susceptores la prima, de suscepior, & prapos. libr.* 10. vbi Bartol. & Angel. testantur ita aliàs in facto habuisse, & hæc declaratio, quę contradictorem non habet, est conformis generali, & notoriæ consuetudini totius status ecclesiastici, in quo qui gubernarunt multum benè sciunt, quòd partes pœnarum officialibus debitæ debentur officiali incameranti, & exigenti, non autem eius antecessori condemnati.

Qua stante declaratione, & distinctione sic à generali consuetudine approbata omnia ex aduerso deducta corruunt, quia non sufficit, quòd Vicegubernator Illustrissimi Domini Cardinalis condemnauerit delinquentem. Item nec sufficit quòd vigore condemnationis pro consequutione legitimæ fiscus eiusdem Illustrissimi acceperit possessionem vnius domus, & vineæ, vel quòd in ea fecerit exequutionem. Nam vt ex præallegatis apparet non sufficit exequutio nisi pœna fuerit exacta. Et nihilominus cùm, vt dixi in facto, pater delinquentis remanserit in possessione dictæ domus, & vineæ, sequitur quòd talis instrumentalis possessio nullum prorsus possessori tribuerit ius, ne possessionis nomen mereatur. *l. peregrè, §. fin. & ibi glos. in verbo, ingressus, ff. de acquir. possess.* Dec. *consil.* 400. *n.* 9. Afflict. *decis.* 366. *num.* 10. præsertim cùm eadem possessio fuerit capta contradicente & appellante Francisco, quo casu condemnationis effectus quiescere debebat. *l. 1. & per tot. ff. nil nou. appell. pend.* 21

Dicere autem, prout ex aduerso dicitur, quòd legitima fuerit incorporata Cameræ dicti Illustriss. D. Cardinalis, est prorsus ab omni veritate alienum. Primò, quia non fuit exacta; ergo nec incorporata. Incorporare enim idem est quod exigere, prout exemplificat Bald. *in l. nec damnosa, num. 1. in fin.* & ibi etiam Ias. *numer. 1. C. de precib. Imperat. offerend.* Secundò, quia vt dixi prætensa capta possessio alio remanente in possessione non fuit realis, & actualis; ergo nec inde dicatur incorporatio facta, prout declarat Luc. de Penn. ex aduerso allegatus *in rubric. C. de bon. vac. in. libr.* 10. Socin. iun. *consil.* 126. *num.* 5. *lib.* 2. Tertiò hæc eadem prætensa legitima, seu domus, & vinea, vt prætenduntur possessæ non fuerunt positæ inter introitus dicti Illustrissimi domini Cardinalis; ergo non possunt dici incorporatæ. Bart. *in l. 1. §. eligitur, ff. de venir. in possess. mitten.* & fuit dictum coram Illustriss. D. Cardinali Seraphino in vna Roma, Secretariatus 26. Iunij 1592. vt *in decis. 90. num. 6.* quam posui post mea consilia. Quartò quomodo ista legitima potest dici incorporata, si non fuit declarata à iudice quanta sit. Quare supplicatur silentium imponi agentibus dicti Illustr. D. Cardinalis. 22

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Proposita hæc causa sæpius in sacra Consulta, fuit resolutum legitimam spectare ad fiscum Vrbis ex eo quòd pater filij delinquentis nunquam fuit condemnatus ad soluendum legitimam, nec eam soluere acceptauit, quo casu si videlicet sequuta fuisset cõdẽnatio, & acceptatio patris, cõtractũ resoluebatur, ex doctrina Angeli allegata ab agentibus Illustrissimi & Reuerendiss. D. Gubernatoris Terræ Capranicæ *in l. si possessor. §. reducta, ff. de petit. hæred.* & iuxta cons. Socin. 151. *per totum lib.* 1. & ita exequutum fuit, &c.

A R G V M E N T V M.

Constitutio pœnalis Romę publicata nunquid afficiat vbique locorum etiam quòd non fuerit publicata in aliis Prouinciis, & nunquid etiam constitutio non publicata liget scientes, & ex quibus scientia præsumitur ad effectum incurrendi pœnam.

SVMMA

SVMMARIVM.

Constitutio Papæ pœnalis Romæ publicata afficit omnes etiam ignorantes absque eo quòd fuerit publicata in aliis Prouinciis,n.1. & n 2. vbi quòd ita de consuetudine seruatur contrà,n 3.& 4.

Bannitis gratiam facere prohibitum,& punibile est non solùm vigore constitutionum Papalium,sed etiam de iure communi,n.5.

Barones excedentes fines suæ iurisdictionis committunt crimen læsæ maiestatis,n.5.

Legis prohibitioni contrauenieus extra ordinem iudicis arbitrio punitur, licèt in lege pœna expressa non sit, num. 5.

Constitutio pœnalis puniens actum à iure communi prohibitum,& punibilem,ligat etiam ignorantes, n. 6.

Publicatio constitutionis est de illius solemnitate,n.7.

Constitutionis publicatio præsumitur ex lapsu decem annorum, n. 7. vbi præsertim concurrente aliqua alia præsumtione.

Publicatio constitutionis afficit etiam absentes extra prouinciam in loco vicino,n.7.

Constitutio etiam non publicata afficit scientes,n.8.

Scientia præsumitur eorum, quæ communiter omnibus innotescunt,n.9.

Constitutionis publicatio non est necessaria in loco, in quo constitutio nota est per publicam famam,n.9.

Ignorantia non præsumitur in eo qui ratione sui officij aliquid scire tenetur,n. 10. vbi etiam quòd isto casu is,qui scire tenetur, habetur pro sciente, nec potest ignorantiam allegare nisi probet se diligentiam sciendi fecisse,& non potuisse scire.

Scientia præsumta sufficit ad pœnam pecuniariam,& in materia feudali,n.11.

Supplicans censetur fateri omnia contenta in supplicatione,n.11.

Constitutio pœnalis Romæ publicata afficit etiam absentes post lapsum duorum mensium,prout iudicis arbitrio visum fuerit,n.12.

CONSILIVM CXLIX.



1 IN vna Perusina Gratiæ, siue rebannitionis fuit dubitatum. Nunquid constitutio Papæ, præsertim pœnalis, Romæ solùm publicata afficiat omnes, etiam qui dicunt eam ignorasse absque eo quòd fuerit publicata in aliis Prouinciis status ecclesiastici, & pro parte affirmatiua, quam tunc pro fisco cuius defensor eram propter iniuncti mihi oneris necessitatem adducebam infrascriptas Doctorum auctoritates, videlicet Bellam. post Collectan. quem allegat *in capitulo 2. numer. 6. in fin. versiculo, Et adde quòd, de constitut.* Nec dissentit Henric. Boich. *in cap. 2. num. 6. post med. vers. Nec valet, contrà de constitut.* Bellam. *ibidem numer. 1. col. 3. post med. vers. Et quod hoc.* Anton. Burgos. *in repet. dict. cap. cognoscentes, num. 206. & seqq.* vbi testatur de veriori opinione, reprobàtque Abbatem ibi contrarium tenentem, & illius ratione respondet Quintil. Mandoi. *in eadem repet. num. 78. & seq.* fuit opinio Pauli de Eleazar. *in proœm. Clem.* quem referendo sequuti sunt Cardinal. Zabarell. *in prædicto proœmio in verb. vniuersitati, num. 4.* Io. Andr. *in data sexti, post numerum* 4. Ioan. Menoch. *in cap. in generali, numero 7. de regul. iur. in 6.* Hostien. *in summa, in rubr. de constit. num. 13.* vbi generaliter loquitur in constitutione Principis Cardinal. Alexandrin. *in cap. 1. de postulat. Prælat.* Abbas sibi contrarius *in cap. nouerit, num.* 3. *de sentent. excommunicat.* summa Syluest. *in verbo, lex. quæst. 6.* si verò est constitutio Principis vbi pariter reprobat Abb. *in d. cap. cognoscentes.* Rosella *in eadem summa, verbo, lex, n. 8.* Cappell. Tholos. *decis.* 445. Gomez. *ad regul. Cancell. in proœm. quæst. 2. ver. necessitat, quòd regulæ non publicantur, fol. mihi 8.* Menoch. *de arbitr. quæstio. lib. 2. cas. 185. n. 10. & seq.* Iacob. de Graff. *decis. 63. in fine par. 1. lib. 2.* vbi de communi. Nauar. *in tit. de constit. inter sua cons. n. 18. & seqq.* vbi proponit contraria, & illis respondet Patis. *de resignat. benef. lib. 11. tom. 2. quæst. 9.* vbi latè proponit contraria, & illis respondet, testatùrque de veriori & magis communi sententia etiam canonizata in Rota. Bursat. *cons. 43. n. 48.* vbi aliis relatis testatur de communi Azor *instit. moral. to. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 2. per tot.* vbi ad partes disputata quæstione in hac residet sententia.

2 Et quòd hæc opinio in practica de consuetudine seruetur, testati sunt Ant. de Butr. *in cap. 2. n. 20. de constitution.* licèt de iure contrarium verius credat, & ibi Io. de Imol. *n. 7.* vbi idem dixit Prob. ad Ioan. Monach. *in d. cap. generali, num. 4.* Capr. Patis. Nauar. Azor, & Mandos. *in locis præallegatis* testantur de eadem consuetudine. Turet. *consilio 99. num. 38.* & isto casu hanc consuetudinem seruandam dixit in terminis Fely. *in dicto capitul. 2. post num. 7. de constit.* & ibi etiam Dec. *num. 44.* in secunda lectura. Alex. de Neuo *num. 37.* Mantua *numer. 49.* & Franc. *const. Senen. numer. 10.*

3 Pro contraria parte, quòd scilicet constitutio Papæ non sufficiat, quòd sit publicata in Vrbe, nisi etiam publicetur in Prouincia, ad hoc vt licèt absentes allegabantur infrascriptæ aliæ Doctorum auctoritates, videlicet Ant. de Butr. *in cap. 2. num. 20. de constit.* licèt vt mox eum retuli contrarium seruetur de consuetudine, & ibi etiam Io. de Imol. *num. 17.* vbi videtur residere in opinione Ant. de Butr. licèt etiam ipse contrariæ consuetudini standum esse affirmet Cardin. Zabarel. *num. 4. vers. sextò quæro.* Abb. *n. 7. ante fin. vers. sed pulcrum dubium est,* vbi dixit, arbitrarium est tempus quo constitutio Romæ publicata post duos menses ligat etiam absentes & ignorantes, Felin. *n. 7. & seq.* Dec. *n. 44. in 2. lectura,* & ibi Syluester Aldobrand. *in addit. litera D. in verb. Romana,* vbi testatur aliàs consuluisse Ferrariæ, quòd regulæ de publicandis resignationibus non sit satisfactum per publicationem factam in Curia. Franc. const. Senen. *in rep. n. 99. & seq.* vbi quòd hæc opinio est æqua, & vera, licèt scribentes contrarium tenere testetur Alex. de Neuo *n. 37.* & Mantua *n. 98.* vbi quòd hoc communiter tenetur, & respondet contrariis Aero. *n. 52.* vbi etiam respondet contrariis, & *n. 49. & 50.* vbi videtur consentire opinioni Abbatis in loco præallegato Bonif. de Vital. *in proœm. Clement. §. nunc igitur, n. 28.* Aufr. *in addit. ad Capell. Tholos. d. decis.* 445. vbi quòd hæc opinio est æquior, & quòd contraria videtur satis dura. Prob. ad Ioann. Monach. *in dict. cap. in generali, numer. 4. de reg. iur. in 6.* vbi etiam de communi. summa Angel. *in verbo, lex. quæstion. 12.* Capr. *conclus. 5. numer. 30.* Alex. *cons. 52. num. 1 libro 7. & ibi in addit. litera* B, vbi de magis communi. Osasch, *decis. Pedem* 141. *numer. 2.* vbi de communi. Ancb. Regien. *quæst. 59. num. 1. & seq. par. 2.* vbi de magis communi Bursat. *cons. 200. numer. 105.* vbi de magis communi, & veriori opinione, & amplius loquitur etiam, quòd constitutio Papæ sit publicata in locis vicinis (sed in hoc Bursatus nimis lato ore loquitur) Vulpell. *consil. 2. num. 41. & consil. 19 num. 10.* Menoch. *dict. cas. 185. num. 8. & seqq.* vbi licèt dicat Pontificias constitutiones sufficere Romæ publicari, tenet tamen cum Abbate in loco præallegato tempus esse arbitrarium, in quo post publicationem afficiet, & *cas. 186. num. 1.* vbi idem repetit. ex quibus vides quæstionem à Doctoribus valde controuersam esse, & pro hac secunda opinione videntur adesse plures Doctores testantes de communi, & magis communi sententia.

4 Et hanc contrariam opinionem contra fiscum scribentes eo magis dicebant locum habere in casu nostro, in quo non agitur de inualiditate, seu nullitate actus, sed de pœna capitali & confiscatione bonorum imposita à Clemente Octauo Baronibus remittentibus bannitum, & illis

& illis facientibus gratiam, quo casu negatiuam opinionem magis præualere dicebatur ex communi Doctorum distinctione, de qua per addentes ad Alex. consil. 52. num. 1. litera B, lib. 7. Alciat. Bellarm. Com. Vulpel. Vital. & Mohed. in locis praalleg. Paris. consil. 171. num. 4. lib. 4. Grat. consil. 49. num. 33. & 37. lib. 2. Plot. in l. si quando, num. 858. C. unde vi. Ferret consil. 246. num. 4. lib. 1. Gabriel consil. 178. numero 26. & 54. lib. 2. qui loquitur in bulla Pij IV. contra prouocantes ad duellum. Rota coram Accoramb. decisione 50. libro primo. Put. decisio. 284. libro primo, & in vna Regien. Capellaniæ sancti Martini 17. Octobris del 78. coram Robusterio, & in vna Papien. bonorum 16. Ianuarij 1589. coram Illustrissimo Seraphino, quæ decisiones loquuntur in fortioribus terminis, videlicet decreti irritantis, quòd ligat etiam ignorantes, & bene aduertit Anchar. Regien. quæstione 59. n. 3. par. 2.

5 Et quidem si fiscus non habuisset alia fundamenta, facilè forsan succubuisset; sed vlterius ad fisci fauorem proposita facti specie adducebam, quia facere gratiam bannitis, de quo nunc tractatur, est prohibitum & punibile, non solùm vigore constitutionis Pij Secundi octauæ, quæ loquitur non solùm de legatis & Gubernatoribus, sed etiam generaliter de quocumque alio bannitos aggratiante, vt patet ex illis verbis, nec legatus etiam de latere, aut Gubernator, vel quiuis alius possit auctoritate Apostolica, aut ex officio sua legationis aliquem homicidam exbannitum rebannire, reducere, seu reuocare, & iterum infrà in illis aliis verbis, Hoc autem extendi volumus ad eos, qui reuocati, rebanniti, vel alias quomodocumque remissi fuerint quacumque auctoritate, sine licentia, præterquam ex speciali commissione, seu mandato Pontificis, & iterum infrà, vel qui in futurum rebannientur, &c. per quemcumque, quauis auctoritate. Sed etiam de iure communi barones excedentes fines suæ iurisdictionis committunt crimen læsæ maiestatis, secundùm Luc. de Penn. in l. 1. columna penultima, numero 38. & seqq. C. vt nemo ad suum patrocin. libro vndecimo. adden. ad Guid. Pap. decisione 423. litera A, in verb. deliquerit. Vltra quòd possit etiam dici, quòd contrauenientes prohibitione legis extra ordinem, iudicis arbitrio punitur, licèt in lege pœna expressa non sit. glos. in l. 1. verbo, legis, per illum text. C. de thesaur. libr. 10, & ibi Alexan. in addit. litera E, Bartol. in princ. versic. quarto puniuntur. Bald. ante numerum primum, versiculo, & qui impetrares, & Ioannes de Platea num. 9.

6 Et sic succedit conclusio, quòd constitutio poniens actum à iure communi prohibitum, & multo magis si punibilis sit, ligat etiam ignorantes, secundùm communem, de qua testatur Capra conclusione 5. numer. 34. Franc. Consec. Senen. in dicto capitulo cognoscentes, num. 97. & seq. vbi respondet contrariis Alexand. de Neuo ibidem num. 35. & Bero. num. 8. Clar. quæst. 85. versic. secundus est casus, vbi de magis communi, & qui contrarium tenent intelligendi sunt vt loquantur, vel in pœnis spiritualibus, vel in pœnis impositis ipso iure, prout declarant Doctores præallegati.

7 Præterea & secundò etiam admissa opinione scribentium contra fiscum, quòd scilicet sit facienda publicatio constitutionis Papalis etiam in Prouincia, ad hoc vt liget ad pœnam, adhuc aduertendum videtur, quòd talis publicatio est de solemnitate constitutionis, prout est tex. in l. vnica, § fin. C. de caduc. tollen. ibi, sed edictis ex solemnitate à nostris magistratibus propositis, & ibi Bald. hæc autem solemnitas extrinseca præsumitur per decennium, Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. num. 51. & num. 62. Mascard. conclus. 1376. num. 44. vel saltem intra tempus iudici arbitrarium. Menoch. vbi suprà num. 60. concurrentibus maximè cum temporis cursu tot præsumptionibus, de quibus infrà, & tamen vna sufficit cum cursu decennij. Mascard. ibi numero 45. & quòd publicatio afficiat in loco vicino extra Prouinciam, prout est ciuitas Perusina, Dec. in capitulo 1. numero 47. circa fin. versiculo & ideo, de postul. Prælat. Roman. consilio 59. numero 5. in fine, & ibi Apostilla litera I. Apostill. ad Bertaz. dicto 5. 122. litera A, versic. hæc non ita, vbi quòd hoc pendet à iudicis arbitrio, ea loci vicinitate, conuersatione in loco. ex mente Abb. Fel. & Dec.

8 Tertiò non est necessaria publicatio in ciuitate Perusij supposita scientia Annibalis carcerati, etiamsi sit constitutio extrauagans, sufficit enim excludere ignorantiam. l. final. ff. de decret. ab ord. facien. cap. 1. de postul. Prælat. Bald. in l. leges, numero 4. & ibi Castren. numero 2. versiculo, si tamen, C. de legib. & ex mente gloss. Ioannis Andr. Hostien. Abb. Bart. & aliorum Cols. in repet. cap. 2. numer. 55. in 4. fallen. & ibi Burgos. numer. 206. 212. 213. 215. de constitution. Ancharan. in capitulo Canonum statuta, numero 240. eodem titulo. Dec. dicto capitulo 2. numero 16. & ibi Apostill. ad eum de communi Bero. numero 50. & 51. & ibi communiter omnes dicunt rationem finalem text. in auth. vt nouæ constitutiones, non esse aliam, nisi, ne inducatur scientia, & ideo aliunde probata constitutio afficit, & ligat.

9 Ad exclusionem autem ignorantiæ, præter vicinitatem ciuitatis Perusij, quam considerat Dec. dicto capit. 1. num. 47. de postulat. Prælat. cum aliis suprà allegatis facit, quia dicta extrauagans communiter ab omnibus sciebatur, & illius vigore banniti Perusij, & locorum remotiorum gratiabantur in vrbe. Castr. in dicta l. leges. scientia autem præsumitur in iis, quæ communiter aliis innotescunt. cap. final. 16. distinction. Grammat. consilio 36. Paris. consil. 57. numer. 25. volumine quarto. Becc. cons. 60. numer. 40. & faciunt in puncto scripta per Alexand. d. consil. 52. numer. 1. circa fin. versiculo, Nec obstat, vbi expressè admittit, si in caso suo probata fuisset fama constitutionis in loco, quòd sufficeret absque publicatione, & loquitur ad pœnam incurrendam. & licèt dicat necessariam publicationem, tamen ibi in expressè ex Bulla Apostolica cauebatur, & quando extrauagans est publicè nota in loco, non cadit probabilis ignorantia. Bart. Bald. & Castr. in dicta l. leges sacratissimæ, C. de legib. Fran. in cap. 1. in 4. notab. num. 4. circa fin. de constit. in 6. Abb. in cap. pastoralis, n. 1. & ibi Fel. n. 7. de fid. instrum. Mandos. consil. 57. num. 10.

10 Quartò ignorantia non excusat D. Annibalem, qui cùm emisset dictum castrum vigore chirographi Sanctissimi, vt ipse enunciat in memoriali, debuit de eis, quæ regimen, gubernium, ac administrationem dictæ iurisdictionis respiciunt, se diligentissimè informare, & de omnibus decretis, constitutionibus, ordinationibus, & reformationibus à Sanctissimo Domino Nostro emanatis. cap. cùm illorum, in fine, versic. circa reliquos, de sent. excommun. in illis verbis, Nisi graue fuerit & notabile factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit, vel discretus, vt violenter contra obliuionem, vel ignorantiam præsumatur, & est text. in cap. innotuit, vbi Abb. dicens hoc non esse obliuioni tradendum, de elect. Innocen. in cap. veniens, num. 4. in fine, de fil. Presbyt. idem Abb. in cap. penult. de reg. iur. Castren. in l. 1. § non autem, in princ. ff. de exercitor. Abb. consil. 18. numer. 4. Odd. de restitut. in integr. 1. part. quæst. 8. articul. 11. numero 4. & numer. 69. & articul. 9. num. 47. Imò habetur pro sciente is, qui scire tenetur. l. quod 10, vbi omnes. ff. si cert. petat. Socin. in reg. 2. in verb. ignorantia. glos. in cap. præsumitur, & ibi Franc. num. 3. de regul. iuris in 6. latè Tiraquell. de retract. lignag. § 12. glosa numero 9. Adeò quòd etiam allegando, & probando ignorantiam non excusatur nisi probet se diligentiam sciendi fecisse apud eos à quibus certificari poterat. l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. Rom. consil. 481. nu. 1. Et non inuestigando præsumitur in dolo. l. si procurator, § dolo, & l. dolus, ff. mand. apostil. & Abb. dict. cap. innotuit, lit. C. de elect. & ideo Annibal redditur inexcusabilis, vt multum ad propositum dicit Mandos. consil. 57. n. 11.

11 Et licèt ex præmissis satis supérque liqueat de vera & indubitata scientia Annibalis, tamen, vbi quis insistendo diceret illam præsumptam, adhuc tamen præsumpta scientia sufficit ad imponendam pœnam pecuniariam. Bald. l. 1. numero 2. C. de his qui latron. Dec. consil. 327. in fine. latè Surd. decis. 221. num. 14. & in materia feudali, quòd ex præsumpta scientia vasallus priuetur feudo. Roman. consil.

conf. 127. *in fine*, cum aliis, copiosè per Surd. *d. decis.* 221. *n.* 15. *&* 16. sed particularis, & indiuidua scientia Annibalis, probatur ex eius memoriali sacræ Consultæ transmisso, quod benè probat contra eum *l. cùm precum, C. de lib. cauf.* maximè quia supplicatio non est ad cautelam, sed simplex, & in ea narratur factum ex quo delictum resultat, & fuit etiam producta in actis, ex his quæ scripsi *in tit. de inq. q.* 5. *n.* 25. vbi referuntur plures decisiones Rotæ.

22 Quintò, & vltimò dicebam, quòd in hac opinionum contrarietate, an scilicet constitutio Papalis pœnam irrogans liget etiam absentes, Romæ solùm publicata; an verò post publicationem sit expectandum aliquod tempus etiam post lapsum duorum mensium, æquissima videtur opinio Abbatis *in dict. cap. cognoscentes, n.* 7. *ante finem vers. sed pulcrum dubium est*, dum dixit, arbitrarium esse tempus, quo constitutio Romæ publicata post duos menses liget etiam ignorantes, & Abbatem sic dicentem sequuti sunt *in eodem cap. cognoscentes*. Felin. *num.* 8. Alex. de Neuo *n.* 37. *in fine*. Mantua *n.* 52. & Bero. *n.* 55. Aufr. *in addit. ad Cappell. Tholosan. decis.* 445. *in fin.* addentes ad summam Ang. *in verb. lex. q.* 12. *litera C*, non dissentit Nauar. inter sua cons. *rubr. de constit. n.* 21. *vers. ad quartum respondeo*. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* ... *cas.* 185. *n.* 8. *& seqq. & casu* 186. *n.* 1. Et cùm à die publicationis constitutionis de qua agitur sint lapsi plusquam decem anni, quisque iudex arbitrabitur hoc tempus sufficere ad effectum præmissum, ideo videmus esse extra omnem difficultatem.

Causa fuit expedita per compositionem.

Prosper Fariuacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Pax seu cautio de non offendendo an & quando rupta dicatur per offensionem factam ab eo qui pacem, seu cautionem non ratificauit, & quid si non ratificans fuit offensus. Plura de pœna vindictæ transuersalis quando locum habeat, & etiam de pœna picturæ contra pacem rumpentes.

SVMMARIVM.

Pacis fractæ pœna non comprehendit non ratificantes, offendentes, aut offensos, n. 1. *&* 2. *Immo isto casu pro non ratificantibus, seu offendentibus, non tenentur etiam principales promissores, numer.* 3. *&* 20.

Procurator in criminalibus admittitur pro absente ad opponendum exceptionem notoriam, & quando agitur de honore familiæ, n. 4. *&* 5.

Producens pacem omnia in pace contenta approbasse censetur, n. 7.

Pax seu cautio de non offendendo censetur rupta potius ex antiqua causa, quam ex noua, n. 8.

Producens scripturam non verè, sed fictè, censetur fateri omnia contenta in scriptura producta, n. 9.

Confessio ficta in vno iudicio facta non præiudicat in alio, n. 9.

Pacis ratificatio tacita non sufficit ad incurrendum pœnam nisi fuerit expressa, n. 10. *&* 17.

Producens pacem, seu pacis instrumentum non censetur pacem ratificasse, licèt censeatur fateri omnia contenta in instrumento pacis, n. 11.

Producens scripturam à parte impugnatam non censetur fateri contenta in ea, n. 12.

Confessio contra quam fuerit iudicatum in vno iudicio, facta non præiudicat in alio, n. 12.

Pacis, seu cautionis de non offendendo ratificatio vt rupta dicatur, est necessaria ratificatio nō solùm ex parte offendentium, sed etiam ex parte offensorum, numero 13.

Pœna vindictæ transuersalis an & quando sit pœna picturæ, num. 14. *& seqq.*

Pax facta coram iudice ratificatione non indiget, n. 19. *vbi declaratur hac conclusio.*

Pœna pacis fractæ locum habet etiam nō sequuta ratificatione, quādo agitur de interesse fisci, quod an verum sit, & quando, num. 21.

Qualitas requisita in statuto seu constitutione pœnali probanda est per fiscum, num. 15. *&* 22.

Pœna locum non habet, nisi in casu à iure expresso, numero 23.

Constitutio, seu statutum loquens in casu simplici nō extenditur ad casum mixtum, n. 24.

Vindicta trāsuersalis facta in consanguineos offēdentis vsque in quartum gradum, quomodo intelligatur, n. 24. *& sequen. & num.* 28.

Pœna picturæ inflicta pro pace rupta non semper imponenda est, num. 27.

Fideicommissaria bona confiscari non possunt, numero 29.

Domus fideicōmisso subiecta deuastari nō potest in casu, quo domus deuastari debet, n. 29.

Bandiment. Gubernatorum Status ecclesiastici, an restringant constitutiones Apostolicas, num. 30. *&* 31.

Pugiones, & cultellos paruos deferentes an puniantur pœna Bullarum Summorum Pontificum, num. 31.

Bannimenta de ordine Principis emanata sunt perpetua & non temporalia, num. 32.

CONSILIVM CL.

SIGISMVNDVS, & N. de Seuerolis monētur in partibus ad se excusandum super homicidiis, vt dicitur commissis in personam Thomæ, & Hieremiæ de Naldis, cū qualitate factæ pacis. Non videtur iure, eos pro hac prætensa fracta pace condemnari posse. Quia licèt tam ipsi, quàm occisi essent cōprehensi in pace facta de anno 1590. eòque tempore essent nati licèt forsan, nunquam tamen pacem prædictam ratificarunt, ideo pœna fractę pacis puniri nequeunt. Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 6. *numero* 16. Nicol. Moron. *de fid. treug. & pac. q.* 132. *num.* 1. *& seq. & q.* 135. *numero* 1. *&* 2. Hip. Riminal. *consi.* 103. *numero* 1. *& seq. lib.* ... *& consi.* 470. *numero* 1. *& seqq. lib.* 4. Honded. *consi.* 97. *numero* 1. *& numero* 9. *versi. ego tamen, lib.* 1. *& consi.* 89. *num.* 9. *lib.* 2. 1

Et multo minus pacem fregisse dici possunt, cùm nec ipsi occisi pacem ratificauerint, secundùm præallegatos Doctores, quos & alios retuli *in mea pract. crim. q.* 107. *num.* 274. *& seq.* 2

Quare cessante ratificatione pacis tam ex parte occidentium, quàm ex parte occisorum, & quòd ipsi occisores nō sunt principales promissores, nec de rato aliquid promiserunt, res nullam prorsus habet difficultatem, cùm, si rectè memini, aliàs sacra Consulta resoluit, nec etiam respectu principalis paciscentis pacem dici ruptam, si offenderit vnum ex iis, quem non offendere promisit, qui tamen pacem non ratificauit, secundùm communem, de qua testatur Bero. *in consi.* 199. *numero* 2. *& seqq. lib.* 3. *& in consil.* 206. *num.* 14. *& seq. eod. lib.* 3. Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 15. *numero* 5. 6. *&* 7. Hier. de Monte *q.* 25. *num.* 4. *versicul. vnde si quis mihi pacem fecit*, Baiard. ad Clar. *in pract. crim. §. final. q.* 47. *num.* 37. licèt ego *in mea Pract. q.* 207. *num.* 282. contrarium senserim. 3

Nec dicatur hos contumaces non esse audiendos per 4

Procuratorem, seu defensorem ad tex. *in l. penul. §. ad primum, ff. de public. iudic.* Quoniam cum pictura contra frangentes pacem afferat perpetuum dedecus toti familiæ de Seuerolis, non prohibentur isti de familia hanc exceptionem proponere, non obstante quocumque statuto, seu constitutione contraria. ad plenè trad. per Bertazzol. *consil.* 216. & *consil.* 208. *per totum lib.* 2. præsertim vbi talis exceptio notoriè constat, nec aliquam nedum longiorem requirit indaginem. Abb. Anan. & communiter omnes Canonistæ *in cap. veniens, extra de accusat.* Boss. *in tit. An in criminali iudicio, num.* 13. *& seq.* vbi de communi. Clar. *in pract. §. final. quæst.* 32. *num.* 18. post medium. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 78. *& seq.*

5 Et prout quando Carolus de Naldis interfecit Andream Seuerolum sub pace prædicta, & pro parte fisci instaretur dictum Camillum condemnari cum qualitate fractæ pacis, vel saltim non audiri, vti contumacem, sacra Consulta contra fiscum iure resoluit, ex quo de non fracta pace notoriè constabat, ob non ratificationem ipsum Carolum non esse vti fractorem pacis condemnandum, prout nec condemnatus fuit, ita nunc intrat edictum prætoris, *quod quisque iuris.*

In eadem causa secundum responsum.

6 IN hac Faëntina prætensæ pacis ruptæ, & vindictæ trásuersalis aliàs scripsi, quòd ex quo Sigismundus occisor, licèt in pace facta de anno 1590. esset comprehẽsus,
* & eo etiam tempore natus, quia eam pacem nunquam ratificauerat, non poterat vllo pacto de fracta pace tractari, ex communi Doctorum opinione, quos hîc repetere superfluum putaui.

7 Hodie contra dictum Sigismundum duæ nouæ proponuntur difficultates. Prima est quòd ex quo de anno præterito cótra Camillum Naldum, qui occiderat Equitem Andream Seuerolum ipse Sigismundus produxerat pacem prædictam ad effectum vt idem Camillus condemnaretur vti fractor pacis, videatur ex hac pacis productione ipsam omnino ratificasse. ad text. *in l. cum procum. C. de liberal. caus.* glos. *in l.* 1. *§. editiones sine die, & consule. ff. de eden. & in auth. ad hæc, C. de fid. instrum.* & consequenter exceptio non ratificatæ pacis ipsi amplius non prosit.

8 Secunda est difficultas, quia saltim videtur non posse negari, quin intret vindicta transuersalis & illius pœna, cùm non constito de alia causa inter occidentem, & occisum, præsumatur motus ex antiqua causa pro qua fuit facta pax, non autem ex alia. ad trad. per Herculan. *de caus. de non offend. cap.* 13. *num.* 9. *& cap.* 47. *num.* 27. Vulpel. *in tract. de pace, q.* 47. *num.* 1. *& cons.* 9. *num.* 10. Honded. *cons.* 97. *num.* 30. *lib.* 1. *& cons.* 80. *num.* 75. *lib.* 2.

9 Ad primam difficultatem pluribus modis responderi potest. Et primò quòd confessio, quæ inducitur ex productione alicuius scripturæ, non est vera confessio, sed ficta, & propterea in vno iudicio facta non nocet producenti in alio, Socin. *consi.* 122. *num.* 7. *in fin. libr.* 4. Dec. *in l.* 2. *num.* 8. *C. de instit. & substitutionib.* Gabr. *tit. de confess. conclus.* 5. *num.* 32. fuit doctrin. Bart. *in l. eius qui delatorem, num.* 5. *ff. de iure fisci,* quem sequuti sunt communiter Doctores *in l. is apud quem, C. de eden.* vt videre est, ibi apud Bald. *num.* 22. Dec. *num.* 64. & Purpur. *num.* 80. *in fin. vers. secundò limitetis.*

10 Respondetur secundò, quòd ista ratificatio pacis, quæ prætenditur facta per pacis productionem, in omnem euentum non erit nisi tacita quædam ratificatio: tacita autem ratificatio non sufficit ad incurrendum pœnam fractæ pacis, prout quicquid secus alij Doctores senserint de anno 1601. in fortioribus terminis fuit resolutum in plena Camera Apostolica in vna Asculana fractæ cautionis inter Brutum Odoardum, & Mutium Miglianum de Asculo me scribente, prout dixi *in mea practica crimin. quæst.* 107. *num.* 293. & de mense Aprilis proximè præteriti causa iterum proposita Camera stetit in decretis, & sacra Consulta, nec etiam voluit Camillum Naldum cõdemnari, vti fractorẽ pacis, licèt fuerit per duos testes probatum ipsum habuisse notitiam pacis, & illam approbasse cum prægnantibus verbis.

Respondetur tertiò quòd non inuenio iure cautum, nec a Doctoribus dictum, quòd producens instrumentum pacis censeatur pacem ratificasse, sed bene dicunt, quòd producens instrumentum pacis censetur confiteri omnia in illo cõtenta esse vera, sed sic est quòd in instrumẽto pacis producto nullum verbum de ratificatione; ergo ad ratificationem confessio non trahitur. producens enim scripturam non fatetur nisi ea, in quibus fundat intentionem suam, non alia exteriora non existentia in scriptura. Cephal. post Guglielm. de Cuneo, Florian. & Soc. *in locis per eum relatis in cons.* 236. *n.* 21. *lib.* 2. 11

Respondetur quartò quòd producens scripturam tunc fatetur in ea contenta quando producta scriptura non fuit impugnata à parte, secus si pars productæ scripturæ contradixerit, & eam impugnauerit. Bal. *in c. final. col.* 1. *vers. Quæro produxi. de confess.* Felin. *in cap. imputari, n.* 7. *in fine in* 7. *& vltim. declaratione, de fid. instrum.* Boer. *decis.* 250. *num.* 4. *vers. limita regulam in casu nostro.* pax producta à Sigismundo non solum fuit ex aduerso impugnata, sed etiam contra eam iudicatum, cùm iudex noluerit Camillum vti fractorem pacis condemnare, & ideo intrat alia conclusio, quòd nedum ficta confessio ex productione scripturæ resultans, sed etiam vera, contra quã fuit iudicatum in vno iudicio facta in alio non nocet. Alex. Dec. Rip. & Purpur. *in l. is apud quem, C. de eden.* August. ad Angel. *de malefic. in verbo, & ad querelam, num.* 88. Diaz *regul.* 121. *in* 4. *limitatione,* Caputaq. *decis.* 197. *lib.* 1. & in his terminis Aym. *de antiq. tempor. sect. Visis de verbis enunciatiuis, n.* 53. 12

Respondetur quintò dato millies, quòd Sigismundus verè, & expressè pacem de qua agitur ratificauerit, non per hoc potest vti fractor pacis condemnari, cùm ij qui prætẽduntur occisi pacem non ratificauerint. Ad effectũ enim, vt pœna fractæ pacis locum habeat, ratificatio necessaria est non solùm ex parte offendentis, sed etiam ex parte offensi, prout aliàs non sunt multi menses, me contradicente sacra Consulta resoluit sequendo communem opinionem relatam a Beto *in consil.* 199. *n.* 2. *& seq. lib.* 3. reprobato Castr. contrarium dicente *in l. bonorum, n.* 5. *& 6. ff. rem ratam haberi.* 13

Quod verò attinet ad secundam difficultatem, nempe de vindicta transuersali, breuibus me expediam. Aut enim fiscus vult pœnam sumere ex constitutionibus Pontificiis, & præsertim illa Clementis Septimi in ordine 6. Et de qua in Bullario *folio mihi* 282. & tunc dico quòd constitutiones prædictæ non imponunt pœnam picturæ. 14

Si verò fiscus vult sumere pœnam ex bannimentis generalibus, vt *in c.* 44. *&* 45. & tunc talis pœna non intrat nisi offensus offendenti attineat infra quartum gradum. Quæ coniunctio negatur in casu nostro, & cùm sit qualitas requisita in constitutione pœnali, fiscus eam probare debet. *l.* 2. *§. docere, ff. de vi bonor. raptor. l.* 1. *§. aut prætor.* & ibi Bart. *ff. ne quid in flumin. public.* cum similib. 15

Et ex hac ratione non potui contra Camillum obtinere, vt pro vindicta transuersali condemnaretur in pœnam picturæ, ex quo non erat infra quartum gradum, ideo vt aliàs dixi intrat edictum prætoris, *quod quisque iuris.* 16

In eadem causa tertium responsum.

PLenè scripsi in duabus informationibus non intrare in hac causa, nec pœnam fractæ pacis, nec vindictæ transuersalis, superest modò respondere iis, quæ nuper à domino ex aduerso sine nomine scribente in contrarium adducuntur. 17

Et dum primò dicitur quòd pacis ratificatio sufficit tacita, ex Herculan. Morono, Mascardo, & Honded. *in locis per eum relatis,* & quòd in casu nostro adsit hæc tacita ratificatio per productionem dict. pacis. Respondetur quicquid dixerint prædicti Doctores, quos omnes punctualiter retuli *in mea practica criminali, quæst.* 107. *n.* 290. 18

& seq.

& seq. contrarium aliàs de anno 1601. & in fortioribus terminis fuit resolutum in Camera, prout pariter dixi *d. q.107.n.193.* & non sine ratione, quia condemnate reos ex tacita, seu præsumptiua probatione in pœnas tam graues est contra regulas omninm criminalistarum, & ex hac ratione sacra Consulta aliàs ex prætensa tacita ratificatione noluit in hanc pœnam condemnari Camillum Naldum in personam Equitis Seueroli.

18 Et dato quòd tacita sufficeret ratificatio dum secundo loco idem dominus scribens præsupponit d. tacitam ratificationem ex productione pacis, iam in alia secunda mea informatione dedi plures responsiones, ex quibus hæc obiectio prorsus destruitur, & hic eas repetere superfluum putaui.

19 Dum tertio loco fit fundamentum, quòd pax fuerit facta coram Illustrissimo domino Legato, & sic etiam non ratificata dicatur rupta, vti facta coram iudice, ex bart. Cyn. Iason. Burr. in locis relatis per Paris. *cons. 96. volu. dicere 69. num. 149. lib. 3.* Videant quæso Illustrissimi domini mei quantum ad propositum faciant allegationes prædictæ, & dignentur etiam videre inter consilia criminalia diuers. Marcabrum ab Anguillis *cons. 94. n. 11. & seq.* & inter eadem consilia Bettazz. *cons. 95. n. 2. & seqq.* quos ego retuli *in d. quæst. 102. n. 288.* & iure probant pacem factam coram iudice stipulante pro absentibus operari, vt non possit in præiudicium dictorum absentium amplius reuocari, non autem rupta dicatur à non ratificantibus.

20 Dum quartò formatur conclusio, quòd quando principalis promissor promisit de rato pro comprehensis in pace, tunc pax dicatur rupta absque alia ratificatione, secundùm Castren. Moron. Barard. & Vulpell. *in locis ex aduerso allegatis*, satis est dicere quòd prædicti Doctores loquuntur in casu, in quo principalis promissor offendit alios non ratificantes, hic non est casus noster, & nihilominus etiam in casu in quo principalis promissor offendat vnum ex comprehensis in pace non ratificantem, quòd non dicatur fracta pax aliàs, vt sæpius dixi, ma contradicente sacra Consulta resoluit sequuta communem opinionem, de qua per Bero, reprobato Castren, *in cons. 199. n. 2. & seq. lib. 3.*

21 Dum quintò dicitur, quòd quando agitur de interesse fisci, & Reipublicæ, pœna ruptæ pacis locum habet etiam non sequuta ratificatione, ex Moron. *de treug. & pac. qu. 20. num 5. & in cons. criminal. diuers. 93. num. 10. lib. 2.* sufficeret dicere quòd prædicti Doctores loquuntur, non quando agitur de pœna corporali, & pictura, sed de pœna conuentionali fisco applicata, & stipulata. Et nihilominus etiam si ageretur de pœna conuentionali, multo verius est, pœnam non deberi ratificatione non sequuta, ex allegat. per Marcabr. ab Anguill. *inter consilia criminalia diuers. 94. n. 13. & seqq.* & inter eadem consilia Bettazz. *cons. 95. n. 6. vers. Et in quantum dicitur, & n. 8. & seqq.* Idem Moronus *de fid. treug. & pac. quæst. 32. n. 5. vers. Nec fiscus*, secundùm vltimam impressionem, Hond. *cons. 97. n. 12. & seq. lib. 1.* Quos omnes retuli *in dict. quæstion. 107. num. 286.*

22 Dum sextò quoad vindictam transuersalem dicitur, nobis incumbere onus probandi offensionem non fuisse factam attinenti in quarto gradu, prout requirunt bannimenta, per regulam quòd negatiua quando est fundamentum partis, ab ea probari debeat, retorquetur hoc fundamentum, quia fiscus, qui dicit inter occidentem, & occisum non adfuisse aliquam inimicitiam ad effectum vt faciat intrare pœnam vindictæ transuersalis, debet hoc probari, cùm sit fundamentum suę intẽtionis, etiam quòd consistat in negatiua; sufficit enim neganre delictum, & qualitatem delicti, & hæc negatio habet vim probationis, quia pro se habet iuris præsumtionem, pro non delicto; fiscus igitur, qui nititur bannimentis, & bannimenta requirunt qualitatem existentiæ infra quartum gradum. Hæc qualitas, quæ delictum induit, & constitutionis pœnam intrare facit, probanda est à fisco, & non à reo, vt dixi in alia informatione.

23 Dum septimò dicitur bannimenta esse extendenda ex maioritate rationis, vbi aliàs delictum remaneret inpunitum, non applicatur casui nostro, quia etiam non existente qualitate vindictæ transuersalis homicidium hoc satis erit punitum pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum. Velle autem modò extendere bannimenta, quæ expressè loquuntur de offensionibus factis inter attinentes in quarto gradu etiam ad offensiones extra quartum gradum, aliud non est quàm plus velle, quàm voluerit lex, & hinc intrat regulæ ordinariæ, quòd pœna non habet locum nisi in casu à iure expresso. Quòd vbi verba legis non conueniunt, ibi nec eiusdem legis pœna locum habet. Quòd deficiente qualitate in constitutione pœnali requisita deficit etiam pœna, & aliæ similes, quas si allegationibus ornare voluissem satis longus fuissem, agitur hęc causa coram sapientissimis viris, quibus sufficit annuere motiua absque alio verborum ornamento.

24 Dum octauò prætenditur offensionem fuisse sequutã inter se attinentes in quarto & quinto gradu, possem dicere quòd in pœnalibus constitutio loquens in casu simplici, & sic in quarto gradu non habet locum in casu mixto, quarto scilicet, & quinto, ex plenè allegat. per Contard. *de mement. possess. limit. 2. numero 34. & seqq.* vbi quòd ita aliàs Rota iudicauit in vna Messanen. Baroniæ coram Pureo 20. Martij 1547. Bettazzol. *cons. 126. numer. 13. in fine, & seqq.* vbi testatur de communi decis. Pedemõ. *126. num. 12. & 13.*

25 Sed magis in terminis hæc quæstio dirimitur *in cap. final. de consanguin. & affin.* vbi prohibito matrimonio inter coniunctos in quarto gradu, non censetur prohibitum in quarto, & quinto, cùm in hac graduum computatione attendatur remotior gradus: vt voluit Hostien. *in summa eodem tit. numero 11.* vbi expressè dicit, quòd attinentes in quarto & quinto gradu, non in quarto, sed in quinto attinere dicuntur. Quòd si præmissa procedunt in ciuilibus, & vbi agitur de validitate matrimonij, multo magis procedere debent in criminalibus, & vbi agitur de imponenda grauiori pœna grauissima detrupante totam familiam, nedem ipsum delinquentem. Vltra quòd prodest etiam dici quòd *in dicto cap. final. de consanguin. & affinit.* agitur etiam ad euitandam pœnam criminalem, nempe incestarum nuptiarum, quæ sine dubio intrarent si matrimonium non potuisset contrahi in quarto & quinto gradu.

26 Quæ de grauitate delicti, & de diuersitate inter vnum & alterum homicidium ex aduerso deducuntur in informatione particulari, bene tolluntur per respõdentem in facto, quam videri supplicamus.

27 Et ex præmissis clarè (ni fallor) demonstratum credo, non intrare pœnam picturæ, nec pro prætensa fracta pace, nec pro prætensa vindicta transuersali, & quatenus etiam res esset dubia (prout non est) in dubio pro non pictura, & in hoc non omittam reducere ad memoriam Illustrissimis dominis meis sententiam latam contra occisores Equitis Masuccij de Recineto, in qua licèt dicti occisores iure tanquam fractores pacis fuerint condemnati in pœnam picturæ, nunquam tamen obtinere potui executionem sententiæ quoad picturam, ex eo quòd dicebatur ex hac pictura magis ac magis irritari animos illorum de familia ad peiora patranda, quando præsertim familiæ sunt de principalioribus Prouinciæ, vt in casu nostro, in quo, vt dixi clarè demonstrasti picturæ pœnam non intrare.

In eadem causa quartum responsum.

28 Adhuc audio dubitari de vindicta transuersali, quæ præsuppositis bannimentis requirentibus offensam esse factam inter coniunctos in quarto gradu, dubium non videtur sub illis nõ comprehendi coniunctos in quarto & quinto gradu, qui textus (ni fallor) videtur decidere casum nostrũ cùm loquatur ad euitandam pœnam incestarum nuptiarum. Quæ pœna licèt secundùm veriorem opinionẽ non sit mortis, est tamen corporalis, vt *in authent. incestas nuptias, C. de incestis nuptiis*, cũ aliis per Couarr.

Couar. *in epit. de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 6.* Thesaur. *decis. Pedemont. 1.0. numero 3.* Et amplius pro incestia nuptiis intrat confiscatio bonorum, vt *in auth. ex complexu, C. de incest. nupt. & in §. 1. in auth. eodem titul. & in §. final. in auth. quibus modis naturales efficiantur sui,* & sic ex text. credo posse firmari conclusionem, quòd consanguinitas in quarto gradu non dicatur inter coniunctos in quarto & quinto, quando sumus in pœnalibus.

29 Audio iterum fieri fundamentum in bulla Clementis Septimi in ordine 6. de qua in bullario *par. 1. fol. 187.* quæ generaliter loquitur nedum de offendentibus propinquos, sed etiam amicos. Hæc constitutio quatenus attendenda sit, prout aliàs dixi, non imponit pœnam picturæ, sed confiscationis bonorum, & deuastationis domus principalis offendentis. Quæ quidem pœna stante fideicommisso auito D. Sigismundi, & prohibitione alienandi in manibus Reuerendissimi D. Ponentis existente, non video quomodo possit hæc domus confiscari, nedum deuastari; iuta sunt aperta *in auth. res quæ, C. commun. de leg. in l. Imperator, ff. de fideicommiss. liber.* cum aliis per Peregrin. *de iure fisci, libr. 5. titul. 1. rubr. de publicat. bonorum, numero 98.* & vbi domus non potest à delinquente alienari, non dicitur in illius dominio esse, nec propterea deuastari potest, prout arguit Gigas *de crimine læsæ maiestatis, rubr. de pœn. quæst. 36. numero 2.* sequitur Baiard. ad Clar. *in quæst. 82. numero 98. in fine.* Alioquin deuastaretur nō domus principalis offendētis, prout loquitur constitutio Clementis, sed alterius.

30 Qua in re, & ex abundanti non crederem ponere os in cœlum, dicendo quòd constitutio prædicta Clementis Septimi fuit declarata, & limitata per bannimenta status ecclesiastici de ordine Sanctissimi publicata, quo casu non expirant aliquo tempore, sed sunt perpetua, vt bene docet Vrsill. ad Afflict. *decis. 290. numero 2.* vbi loquitur in bannimentis emanatis de ordine alicuius baronis habentis merum & mixtum Imperium; ergo multo magis in bannimentis emanatis de ordine Sanctissimi.

31 Nec hoc dictum videatur nouum, quia in practica sic sæpius fuit in Vrbe seruatum, & iudicatum in terminis bullæ Pij Quinti 151. *in 2. par. Bullarij fol. 158.* in qua bulla Pij Quarti contra deferentes archibusettos extenditur ad deferentes pugiones, & etiam cultellos cum cuspide breuioris mensuræ trium palmorum, & tamen quoad cultellos fuit derogatum per continua bannimenta Gubernatoris Vrbis de ordine Sanctissimi emanata, in quibus etiam hodie nonnisi pecuniaria, & trium ictuum funis pro eorum delationa inflicta est pœna, & ante Pontificatum S.D.N. Pauli Quinti aderant similia bannimenta pro delatione pugionis, imponentia pœnā triremium, vt videre est in bannimentis Illustrissimi Domini Cardinalis Tuschi tunc Gubernatoris Vrbis, *cap. 14.*

32 Et non sine ratione, quia bannimenta officialium de ordine Principis emanata, seu ab eo confirmata, non solùm sunt perpetua, vt suprà dixi, sed etiam reputantur propria ipsius Principis constitutione, per regulam, *omnia nostra facimus, quibus nostram autoritatem impartimur,* cum aliis per Cephal. *cons. 39. num. 6. lib. 1.* Et sic vt ad rem redeam, non crederem esse malum fundamentum dicere quòd constitutio Clementis Septimi prædicta fuit in parte declarata, & in parte etiam quoad pœnam picturæ ampliata à bannimentis status ecclesiastici.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Excluditur quædam instrumentorum laceratio ex pluribus præsumtionibus hic explicatis. Plura de probatione corporis delicti, & pluretiam de fide testium in criminali causa examinatorum.

SVMMARIVM.

Laceratio chartarum, vbi delictum producit, quia recenter facto fuit, tunc fiscus debet probare recentiam lacerationis, aliter non dicitur probasse corpus delicti, num. 1.

Corpus delicti non dicitur probatum, nisi probata qualitate delicti præsumtiuè, num. 2.

Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, num. 3.

Testis ebriosus, & solitus in cauponis permanere, non probat, num. 4.

Testis falsus semel, semper præsumitur falsus, num. 4.

Testibus peritioribus magis creditur, quàm minus peritis, num. 5.

Corpus delicti, vbi non apparet, indicia nihil operantur, num. 6.

Laceratio, seu falsitas non præsumitur commisso in præiudicium eius, qui de laceratione, seu de falsitate inquiritur, num. 7. & 8.

Laceratio, seu falsitas non præsumitur commissa ab eo, qui ex laceratione, seu falsitate nullam reportauit vtilitatem, num. 8.

Lacerationis, seu falsitatis caussa cessante, cessat etiam præsumtio lacerationis, seu falsitatis, num. 9.

Delicti causa cessante, cessant omnia indicia, & præsumtiones, n. 10. & seq. vbi quòd non sufficit qualibet leuis causa ad præsumendum delictum, sed debet esse magna, & magnæ vtilitatis.

Præsumtio cedere debet veritati, num. 12.

Falsitatis præsumtiones tolluntur per contrarias præsumtiones, num. 12.

Bona fama, & nobilitas Inquisitorum omnem falsitatis tollit præsumtionem, num. 13.

Insanus demens, seu furiosus de præterito, præsumitur etiam insanus demens, & furiosus de præsenti, n. 14.

Falsitas omnis excluditur possibili veritate in contrarium data, num. 15.

Confessio dicentis se occidisse hominem, qui viuus reperitur, confitenti non nocet, num. 16.

Præsumtiones falsitatis non visibiles ad condemnandum non sufficiunt, num. 17.

Testis deponens super negatiuo coarctato loco, & tempore, & super facto, quod verisimiliter vidisset si facta fuisset, probat etiam quòd non dicat si quid fieri potuisset, quin ipse vidisset, num. 18.

CONSILIVM CXLI.

NON insistam in respondendo præsumtionibus pro parte fisci contra nobiles viros adductis, cùm earum singulis in informationibus facti ad saturitatem responsum viderim, seu illa etiam præsuppositis licèt leuibus remotis, & nō probabilibus, adhuc vndiq; & ex toto processu eorumdem dominorum Inquisitorum innocentiam omnino apparere facilè affirmari posse existimo.

Et primò, quia non constat de corpore delicti. Et si 1 dixeris immo constare ex oculari inspectione lacerationis chartarum, quæ vt omnes sciunt de se delictum est. Respondeo in casu de quo agitur ex laceratione contra inquisitos non probari corpus delicti, cùm non probetur quòd fuerit de recenti facta, prout ex aduerso fiscus probare nixus est. Ad hoc enim, vt corpus delicti cōcludenter probari dicatur, non solùm constare debet de facto, nisi etiam constet de qualitate facti scelus & delictū indu

inducente *l. si per alium, §. doctre, ff. ne quis eum qui.* Boss. *in tit. de delict. num. 4.* Et hæc conclusio nullam in iure, & in practica habet difficultatem.

2 In casu nostro quòd non constet de recenti laceratione chartarum apparet. Quoniam periti ad fisci instantiam examinati non deponunt, nisi de recentia incisionis chartæ pecudinæ, ex qua delictum, de quo prætenditur, non infertur. Quo verò ad incisionem chartarum, in qua consistit prætensum crimen, dicunt se nescire, quo tempore facta fuerit, & sic non concludunt: corpus autem delicti, & plenè, & concludenter probari debere, probat text. *in l. 1. §. item illud, ibi, liquere igitur debet, ff. ad Syllanian. & in l. si quis ad se, in verbo, patefacta,* & ibi Bald. *num. 2 & Ias. num. 12. in 4. not. ab. C. unde vi.*

3 Omitto quòd iidem periti in repetitione se corrigunt, dicentes non posse, nec etiam dignosci de quo tempore incisio chartæ pecudinæ fuerit facta, cùm etiam, quòd plenè & concludenter super recentia incisionis chartæ pecudinæ, & chartarum papiri deponerent. Adhuc eorum dicta non sunt attendenda; cùm non sint testes idonei, & omni exceptione maiores, prout in criminalibus tales debere esse testes, voluit Bald. *in l. final. numer. 5. vers. Quædam est probatio maior,* & ibi communiter Doctores omnes, *C. de probat.* Boss. *in tit. de conuict. numer. 11.* Francisc. Marc. *decis. 285. num. 4. par. 2.*

4 Vnus enim ex dictis peritis solitus est se inebriare, assiduèque in cauponis permanere; ideo nullam facit fidem. Albert. *in tract. de testibus, num. 18.* Rolan. *consil. 34. lib. 2.* Anton. Gomez *de delict. cap. 12. rubr. de reprobat. delictorum, num. 18. in fine, vers. & adde.* Alter verò aliàs pro falsa depositione carceratus, conuictus, & condemnatus fuit. Ideo semel falsus, *cap. si quis conuictus 22. quæst. 5.* Innocent. *in cap. fraternitatis, num. 1. ante finem,* & ibi Ioan. Andr. Hostien. & alij omnes, *extrà, de hæretic.*

5 Sed quid plura quòd chartarum tam pecudinæ, quàm papiri laceratio non fuerit de recenti facta, plenè constat ex depositionibus peritorum ad defensam examinatorum, quibus propterea magis standum est, nedum quia nullas patiuntur exceptiones, & quia deponunt ad exclusionem delicti, sed etiam quia, vt probatum est, periciores sunt. Grammat. *voto 24. post num. 8* Cepol. *consi. 91. num. 21. vers. Item quia sunt peritiores.* cum aliis per Hercul. *in tract. de negatiua, num. 325. & seqq.*

6 Exclusa itaque recentia incisionis, & lacerationis chartarũ, & sic non probata qualitate producente delictum, frustrà tractandum est de præsumtionibus, & indiciis, quæ etiam quòd nulla apparcat, nihil tamen operantur, vbi delicti corpus non apparet. *dict. l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.* cum vulgarib.

7 Secundò, innocentia prædictorum inquisitorum eo magis clarescere videtur, cùm in processu non inueniatur causam propter quam verisimiliter induci potuissent ad lacerandas chartas de quibus agitur. Aut enim dicere volumus inter laceratas chartas adesse instrumenta emphyteotica, & præsertim illud quod quærebatur, & tunc ea lacerando, nedum nullam reportarunt vtilitatem, sed damnum, cùm ex laceratione prædicta sequebatur, quòd moniales vti interesse non habentes in instrumento venditionis celebrato cum aduersario consentire non tenerentur, ideo in damnum lacerantis laceratio non præsumitur, Aym. *consil. 75. num. 13. & 14. & num. 18.* Et hoc patet ad sensum.

8 Aut volumus dicere quòd inter chartas laceratas aderant instrumenta censualia, & non emphyteotica, & tunc talis laceratio nullam lacerantibus afferebat vtilitatem, quia Moniales debebant tantùm consentire si instrumentum cum aduersario initum erat emphyteoticum, non si censuale. Et si censuale erat eo minus ius in re vendita Moniales prætendere poterant, & hoc emtoribus vtile erat. Non est igitur præsumenda laceratio contra eos, qui ex laceratione nullam reportant vtilitatem, Sisinn. *consil. 7. num. 11. & seq.* Grat. *consil. 59. n. 6. lib. 1.* Menoch. *de præsum. lib. 5. præsumt. 20. num. 48.*

9 Non sunt spernandæ considerationes factæ in informatione facti, quæ omnẽ prorsus excludũt causam, quæ ab inquisitis committi potuerit ex laceratione prædicta, & vbi quis non habet causam lacerandi, lacerasse non præsumitur, Cuman. *cons. 135. colum. 3. in fine, versic. eodem modo.* Mantua *cons. 208. n. 21. lib. 1.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, item quòd commisit falsitatem, n. 92. ad finem.*

Defectus ergo causæ in proposita facti specie omnes assertas præsumtiones prosternit, quia nemo sine causa delinquere præsumitur, præsertim in crimine falsi. Pract. Conrad. *rub. de fal. sar. n. 6* Rol. *cons. 38. n. 39. lib. 1.* Menoch. *de præsumt. 20. n. 47.* 10

Et ad delinquendum, & falsitatem committendam non quælibet leuis causa sufficit, sed debet esse magna, maximumque lucrum, & vtilitatem afferens. *c. accedens,* & ibi gloss. & communiter Doctores, *extrà de crim. falsi.* Natt. *cons. 304. n. 10.* 11

Tertiò omnis lacerationis præsumtio, quoad inquisitos cessat in casu nostro, quia si attendenda est depositio Petri pro Curiæ informatione examinati, illa commissa fuit breuissimo tempore, quo scilicet, vt ipse deponit, iuit, & rediit pro aqua, & fuit per spatium duorum vel trium credo, & tamen clarè patet ex depositione peritorum tam fisci, quàm ad defensam examinatorum, quòd talis laceratio tam breui tempore fieri nequiuit. Cedant propterea assertæ fisci præsumtiones huic veritati. *l. fin. in princip. ff. quod met. caus. l. nuptium, in fine, ff. de iure dotium,* cùm aliàs etiam certum sit in iure falsitatem omnem excludi per præsumtiuam probationem, nedum ex contraria facti probatione. Innocen. *in c. inter dilect. n. 3. versic. Et si contra has suspiciones,* & ibi etiam Hostien. *n. 5.* Io. And. & alij omnes Canonistæ, *extrà de fid. instrum.* Boss. *in tit. de fals. n. 134.* 12

Quibus quarto loco non est silentio prætereunda inquisitorum bona fama, & nobilitas, quæ omnem prorsus falsitatis præsumtionem tollit, Bald. *consil. 401. lib. 5.* Menoch. *de præsumt. 20. n. 5.* Riminald. Iun. *cons. 58. n. 32. & seq. lib. 1.* 13

Prout nec etiam omittenda est qualitas Petri pro Curiæ informatione examinati, in cuius dicto fiscus omne suum facit fundamentum, præsertim in eo quod dicit, quòd quando liber fuit consignatus inquisitis erat integer, & nõ laceratus. Patitur enim iste Petrus, vt in informatione facti bene deducitur, quamplures notabiles exceptiones, inter quas ea præcipuè non modica videtur quòd aliàs per triennium vti demens & insanus stetit in domo stultorum, & quòd etiam tempore examinis in multa verba extra propositũ prorupit; eapropter intrat conclusio quòd insanus & demens de præterito, præsumitur etiã & de præsenti, Dec. *in l. furiosum, n. 21. C. qui test. facer. poss.* Ias. *in l. patre furioso, n. 5. ff. qui sunt sui, vel alieni iuris,* Crot. *in tract. de testib. par. 7. n. 110. vers. pro confirmatione huius limitationis.* 14

Concludo itaque omnes fisci præsumtiones, & indicia, quamuis, vt dixi, leues, & remotas, sublatas omnino esse per contrarias & concludentes probationes præallegatas.

In eadem causa secundum responsum.

EX aduerso nuper pro parte fisci deductæ dubitationes, seu præsumtiones, vltra quòd singulariter ex informatione facti videnda tolluntur; adhuc tamen ex iam in iure scriptis, vt mox etiam subiiciam, prosternuntur, & eneruantur omnino. Quibus addo in hac causa præcipuè aduertendum, non negari pro parte Inquisitorum librum instrumentorum esse laceratum; sed in hac laceratione, sic genericè sumta nullum adest delictũ, quod respiciat eorum personas, cùm potuerit esse quòd ab aliis antea, vel antequam reponeretur in Archiuio, vel postquam in eo fuit repositus, laceratus fuerit. Quæ sola veritatis in contrarium possibilitas corpus delicti in falsitate excludit, Boss. *in tit. de fals. n. 135.* Bertazz. *cons. 140. n. 10.* Franc. Becc. *cons. 78. sub n. 11.* Honded. *cons. 109. num. 14. & seq. lib. 1.* Viu. *decis. 81. num. 9.* Surd. *cons. 132. num. 20.* 15

Falsitatis delictum isto casu considerabile erit in qualitate 16

litate lacerationis, nempe de recenti, & postquam inquisiti librum in manibus habuerunt, & si de hac qualitate recentiæ, scilicet lacerationis tempore quo inquisiti librum in manibus habuerunt, in processu constat, fateor non modicam contra inquisitos oriri præsumtionem, quòd ipsi lacerauerint, punctus est, & hîc est insistendum. Hic fiscus sua dirigat arma, quòd non solùm in processu constat de laceratione recenti, sed de contrario: inquisiti enim lacerationis recentiam non fatentur. Petrus, & Thadæus, qui super laceratione aliquid deponere audent, patiuntur tot & tantas exceptiones alias in informationibus factis deductas, vt testium nomen non mereantur, & omnino falsi deteguntur. Nedum ex defectu causæ, ex depositione periurorum, & ex breuitate temporis, in quo impossibile fuit tam magnam lacerationem facere, sed ex oculari inspectione. Quisque enim qui librum videt, nisi cæcus fuerit, statim lacerationem non de recenti, sed antiquitus factam iudicabit. Et propterea audeo dicere quòd etiam quòd inquisiti confessi fuissent lacerationem commisisse, non potuissent ex hac confessione condemnari cùm propriis oculis antiquam fuisse lacerationem videat, per id, quod in simili dicunt Doctores non posse condemnari confitentem occidisse Titium, si Titius viuus appareat, cùm sit confessio erronea, & veritati cõtraria. *l. unde Neratius, §. final. & l. seq. ff. ad l. Aquil.* gloss. *in l. 1. in gloss. magna, versi. item quod subiecit, C. de conf. ff. & in cap. final. in verbo confessi, ad fin. vers. item requiritur, extrà de confess.*

17 Fisci ergo dubitationes, & præsumtiones ex aduerso consideratæ circa transmissionem Petri ad hauriendum aquam, mendacium circa dictam transmissionem in recusatione libri deferrentur ad Archiuium, & variatio inter D. Octauium, & D. Nicolaum, nullius prorsus sunt momenti, tum quia ex veritate facti, vt supra, diluuntur, tum etiam, quia sunt præsumtiones latentes, & inuisibiles, quæ ad falsitatem præsumendam nihil operantur, secundùm distinctionem Innocentij communiter à Doctoribus approbatam *in cap. 1. num. 8. extrà de fid. instrum.* Foller. *in pract. crim. nal. in verbo, item quod commisit falsitatem, numero 32.* Boss. *in tit. de fal. numero 6. & numero 13. & 14.* Bertazzol. *consi. 521. numero 6.* Claud. ad eundem Bertazzol. *consi. 41. littera A. versi. Quæ distinctio, & littera B versi. Hæc habent locum,* Viu. *decis. 81. numero 3.* & alibi passim, & communiter Doctores quos recensere longum esset.

18 Et quia istorum proborum virorum innocentia vndique patens est, non est omittẽda depositio Thadæi testis Curiæ, qui vt notissimi iuris est plenè probat contra Curiam, dicentis, quòd dum fuit præsens in Archiuio perquisitioni librorum, videbat, quid faciebant Octauius, & Nicolaus. Et tamẽ constanter deponit nõ vidisse vnquam, nec librum lacerari, nec chartas asportari, & sic plenè probat negatiuam etiam non adiecta illa clausula, nec poterant lacerare, aut transportare quin ipse vidisset eũ deponat super eo, quod si factũ fuisset, verisimiliter vidisset, Dec. *in l. 1. in fine, C. de bonorum possess. secundùm tabulas,* Aretin. *in cap. cùm causam, n. 37. vers. Si verò testificatur, extrà de testibus,* Paris. *cons. 162. num. 14. vers. Ad quod etiam, lib. 4.* Ruyn. *cons. 145. num. 2. vers. Quinimo sufficeret.*

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Falsitas causæ in instrumento debiti apposita an, & quando arguat falsitatem instrumenti. Plura de probatione negatiuæ, & de nonnullis præsumtionibus falsitatem arguentibus & excludentibus.

SVMMARIVM.

Negatiua, siue facti, siue iuris sit, & siue probabilis, siue etiam improbabilis, probanda est ab eo, qui se fundat in illa, n. 1.

Negatiua non censetur concludenter probata per inspectionem actorũ, si omnia acta non producantur, n. 2.

Debitor faciens se alterius debitorem, ex falsa causa donasse præsumitur, num. 3.

Simulatio non est punibilis in eo, qui re vera existẽs debitor ex vna causa, facit se debitorem ex alia, n. 4.

Fiscus tenetur edere reo scripturam ipsius rei propriã ad fundandam eiusdem rei exceptionem, num. 5.

Instrumento publico duobus testibus roborato magis credendum est, quàm aliis pluribus contradicentibus, num. 6.

Testes mortui instrumentarij, aut non examinati, dicuntur stare pro instrumento, num. 6.

Fama bona Notarij tollit omnes falsitatis præsumtiones, si quæ vrgerent contra instrumẽtum ab ipso rogatum, præsertim si tale instrumentum non haberet aliquod vitium visibile, num. 7.

Testis vnicus à fisco examinatus pro informatione Curiæ plenè probat contra fiscum & Curiam, n. 8.

Falsitatis præsumtio oritur, quando scriptura antiqua reperitur in charta recenti, & è contra falsitatis præsumtio excluditur, si eadem antiqua scriptura reperitur in charta antiqua, n. 9.

Falsitatis præsumtio excluditur data possibili veritate contraria, num. 10.

CONSILIVM CLII.

REQVISITVS vt strictè scriberem super prætensa falsitate causæ deductæ in scriptura priuata rogata tamen à Notario ad fauorem D. Patritij, ex qua præcipuè fiscus eandem scripturã falsam esse contendit, dico imprimis, quòd fiscus, qui causæ falsitatem affirmat rogando, quòd D. Angelus tempore confectæ scripturæ esset debitor scutorum mille pro fructibus censuum eò vsque decursorum, & ab ipso nomine Patritij exactorum (vt in scriptura enunciatur) tenetur hanc suam negatiuam probare, per regulam quòd negatiuæ probandæ onus incumbit se fundanti in ea, siue facti, siue iuris sit, & siue probabilis, siue etiam improbabilis existat, Bartol. *in l. penult. § docere, num. 20. ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi exim.* & ibi Bald. *n. 20. versic. secundò nota,* Angel. *in 1. notab.* Castrens. *num. 5. versic. Nota etiam hic casum,* Iacobin. de Sancto Georgio *in princ.* Ias. *n. 10. vers. Nota in verbo docere,* Gab. *tit. de prob. lib. 1. concl. 6. n. 1. & seqq.* Hercul. *in tract. de negatiua, n. 2. & seqq.* 1

Nec facit quòd ex notula instrumentorum censuum rogatorum ad fauorem D. Patritij à Terracio, & Georgio Notariis constet tempore confectæ scripturæ fructus censuum non ascendere nisi ad scuta 250. in circa, nam obiectio bene procederet, si ante tempus scripturæ in illis partibus non extitissent alij Notarij, qui potuissent censuum instrumenta stipulare præter supradictos duos, qui hodie viuunt, sed cùm plures alij hodie mortui, tunc fuerint Notarij, eo ipso negatiua prædicta non dicitur concludenter à fisco probata, Ruyn. *consil. 35. num. 19. lib. 1.* Cephal. *consil. 162. n. 19. & consil. 170. n. 23. & 24. lib. 2.* 2

Secundò dato etiam sine veri præiudicio, quòd fiscus probasset, prout non probauit falsitatem causæ debiti expressæ in scriptura; nempe quòd eo tempore Angelus non exegisset scuta mille ex fructibus censuum, quòd inde ad falsitatem scripturæ inferatur, minimè in iure subsistit, cùm non sit nouũ, quòd quandoque homines sciẽtes non esse debitores alterius, faciunt se tamen illius per apocham, seu instrumentorum debitores falsam exprimendo causam, vt puta mutui, commodati, depositi, 3

aut

aut similium, cùm tunc donasse præsumatur *l. si diuortio*, vbi præsertim Bart. *in summario, ff. de verbor. obligat.* gloss. *in l. qui cum alio, in glossa magna, ff. de regul. iur.* Ias. *in §. in personam, num. 40. Instit. de action.* Socin. *consil. 93. numer. 16. lib. 1.* cum aliis per Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 12. num. 46. & lib. 13. tit. 30. num. 13. & lib. 14. tit. 12. n. 14. versic. Primus casus est.*

Tertiò etiam data falsitate causæ prædictæ, nulla tamen ex falsæ causæ expressione oriri potest delictum, aut delicti præsumtio, cùm veritas sit, quòd licèt Angelus tempore confectæ apochæ non esset debitor Patritij ex causa receptorum fructuum, vt ex aduerso prætenditur; erat tamen debitor ex alia causa, nempe pro censuum plurium sorte principali exacta, & isto casu non intrat, nec falsitas, nec simulatiò; non enim iure prohibitum est, vnam debiti causam veram, in aliam non veram commutare, Bald. *in l. si ex pretio, C. si cert. petat. & in l. sub specie, C. de postulando,* Bart. *in l. 1. C. plus valere quod agitur.* Vital. *de Clausul. rubr. de simulat. num. 6. 7. & 9.* Anton. Canar. *in tractat. de exequut. instrument numer. 28.* Francisc. Marc. *decis. 30. num. 2. vers. Nec obstat si dicatur, par. 1.* Decian. *consi. 62. num. 9. lib. 3.*

5 Nec dicatur non constare in processu, quòd Angelus esset debitor Patritij ex alia causa, quàm expressa in scriptura de qua agitur, cùm satis constet ex libro computorum ipsius Patritij hodie penes fiscum existente. Quem quidem librum cùm esset propriè ipsius Patritij, non potest hodie fiscus illum in actis non producere, *l. in fraudem, §. ex his,* vbi Bar. *& in §. seq.* idem Bart. *ff. de iur. fisci;* præsertim ad fundandam inquisiti rei exceptionē. *l. iustum, C. de edendo;* Canonistæ *in cap. 1.* vbi præsertim, Dec. *sub numer. 43. versi. septimò fallit, extrà de probat.* Pereg. *de iure fisci lib. 7. tit. 3. num. 27.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 65. num. 131. vers. Quæ rei confirmatur.*

6 Et licèt ex supradictis tribus responsionibus, immo ex earum singula bene credatur sublata præsumtio prætensæ falsitatis scripturæ, de qua agitur ex falsæ causæ expressione deducta; adhuc quarto loco, & ex abundanti, dato millies quòd aliqua falsitatis præsumtio oriretur ex huiusmodi falsæ causæ expressione; dicitur eam omnino prosterni ex publico instrumento rogato per Notarium, duobus testibus roborato, quibus omnino magis credendum est, quàm si fiscus haberet plures alios testes (prout non habet) contradicentes, Alexand. *consil. 73. num. 1. lib. 1. & consil. 93. numer. 12. lib. 1.* Aym. *consil. 56. num. 6. & 7.* Neuizan. *consil. 27. num. 6.* Gabriel *titul. de testib. conclus. 4. num. 26. libr. 1.* Bertazzol. *consil. 398. num. 7. in fine, & num. 8.* Nec refert, quòd ex testibus instrumentariis vnus sit mortuus, alter verò non fuerit examinatus. Dicuntur enim adhuc stare pro instrumento, Bald. *cons. 37. Quidam tabellio, in princip. & num. 5. in fine lib. 1.* Aym. *consil. 56. num. 7.* Franc. Marc. *decisi. 486. num. 9. versic. etiam si essent duo testes, par. 1.*

7 Quintò non omittenda bona fama Notarij, & scripturam producentis, quæ absque dubio omnem falsitatis præsumtionem, si qua adesset, superat, Cepoll. *consil. 21. num. 34.* Neuizzan. *consil. 25. num. 20.* Bertazzol. *consil. 521. num. 37. & 38.* Roland. *consil. 38. num. 33. & seq. libr. 1.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsumt. 20. num. 54. in fine versic. Et de Notario probatæ vitæ.* Et cùm scriptura de qua agitur à Notario rogata, nullum habeat visibile vitium, suspecta aliquo pacto reddi non potest, etiam quòd Notarius, & producens essent malæ famæ, Alber. *in l. iubemus, versic. sed licèt, C. de probation.* Baiard. ad Clar. *in §. falsum, num. 113.*

8 Sextò si falsitas, de qua agitur, fuisset commissa, non vtique committi poterat sine participatione Archiuistæ, qui Archiuij retinet claues, & sine eo nullus Archiuium ingredi potest, & etiam retinet Archiuij sigillum, quo nemo sine eius licentia & consignatione vti valeat. Et tamen examinatus Archiuista à Curia clarè probat negatiuam, dicens, quòd tempore, à quo post discessum Cōmissarij ex terra Strooconi in Archiuio fuerunt, Notarius, & alij nullo pacto præ manibus habuerūt librū, in quo priuatæ apochæ archiuiatæ reperiūtur, & si habuissent, ipse vidisset; hic autem testis plenè probat inquisitorum innocentiam, & negatiuam, licèt sit vnicus, tum quia examinatus à Curia, Gabriel *tit. de testibus, conclus. 1. post numer. 14. lib. 1.* Bursat. *consil. 311. num. 1. & consil. 316. numer. 21.* Hector Aemil. *in tract. de testib. versic. Testis aduersæ partis, numer. 2. fol. mihi 50.* Tum etiam, quia ad rei defensionem vnicus sufficit testis, Aym. *consil. 2. num. 16.* Natta *consil. 412. num. 23.* Gabriel *d. concl. 1. num. 37.* Boss. *in tit. de opposit. contra testes, num. 72.* Honded. *consil. 112. num. 27. lib. 1.*

Septimò omnis tollitur difficultas ex identitate chartæ, & signi ipsius chartæ, cùm ex illius inspectione appareat librum Archiuij, in quo apocha, de qua agitur, registrata est, compactum fuisse ex charta eiusdem signi, cuius est apocha ipsa, ideo intrat conclusio, quòd sicut falsitas euidenter colligitur, quando scriptura antiqua reperitur in charta de recenti, ad text. cum ibi notatis per Doctores *in capit. inter dilectos, §. sed contrà, extrà de fid. instrum.* Francisc. Marc. *decis. 151. num. 2. part. 1. & decis. 613. num. 1. versicul. secunda coniectura, part. 2.* cum aliis per Mascard. *de probat. libr. 2. conclus. 740. num. 21. & seq.* Ita pariter & euidenter omnis falsitatis suspicio cessat, quando antiqua scriptura in antiqua charta redacta reperitur, vt contrariorum sit disciplina, & quia etiam qualitas chartæ falsitatem includit, & excludit, vt bene aduertit gloss. *in dict. cap. inter dilectos, §. sed contrà, in verb. videtur.* 9

Octauò, & vltimò veritas scripturæ euidentiùs apparet ex qualitate sigilli ipsius Archiuij, cùm de anno 1591. quo tempore apocha fuit rogata, esset integrum, & in nulla eius parte corruptum, hodie verò, vt videri potest, & à pluribus annis citrà reperitur in eius calce confractum, & diminutum, quòd si apocha fuisset de recenti registrata, & confecta, nō vtique haberet sculptum sigillum integrum, prout habet; & ocularis inspectio omnes quidē tollit amaritudines; cui non obstat si dicatur quòd potuissent inquisiti hoc aduertentes, nouum procurare, & fabricari facere sigillum. Nam vltrà quòd in illis partibus hodie non reperiuntur huiusmodi sigillorum fabricatores: attamen vbi res ad possibilitatem reducitur, nisi fiscus contrariam veritatem probet, falsitas dicitur exclusiua, Boss. *numer. 133. & titul. de defens. reor. num. 70.* Bertazzol. *consil. 140. num. 10.* Francisc. Becc. *consil. 78. sub num. 11.* Honded. *consil. 109. num. 14. & seq. lib. 1.* Viu. *decis. 81. num. 8.* Quare nihil superesse video, quod horum proborum virorum relaxationem & absolutionem iure impedire valeat, prout sic fieri omnino speratur ab integerrimo, & Illustr. A.C. 10

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De matre, quæ filium nouem mensium in lecto, & non in cunis retinēs, contra Patochi & aliorum monitionem, & protestationem, suffocauit. nunquid possit criminaliter puniri, & an suffocati pueri hæreditate tanquā indigna priuetur, illáque fisco applicetur, inde postea sumta occasione discurrēdi plura notabilia in materia indigni, & præsertim, an ad hoc vt talis pœna locum habeat, requiratur dolus, vel culpa, & quæ.

SVMMARIVM.

Indignus hereditatis defuncti reputatur is, qui fuit in culpa, seu negligentia, vt quis moriatur, talísque hereditas fisco applicatur, n. 1. & 9.

Mater in lecto suffocans, & occidens filium suum infantem, priuatur illius hæreditate, quæ ab ea tanquam

ab indigna aufertur, & fisco applicatur, quod an verum sit, n. 1. & omnibus seqq.

Mater si filium infantem in lecto suffocauit, debet criminaliter puniri, si non pœna parricidij, alia saltim mitiori, num. 2. vbi secùs in foro pœnitentiæ, & numero 16.

Mater quando dicatur in culpa suffocando in lecto filium suum infantem, n. 3. & omnibus seqq. in discursu.

Mater, seu nutrix dicitur in culpa suffocando infantem in lecto, ex quo debebat non in cunis, sed in lecto eũ tenere, num. 3. vbi præsertim quando mater, seu nutrix fuis monita à sacerdote, vt puerum non in lecto sed in cunis retineret, & num. 6. 7. & 8. per totum in discursu.

Dolus dicitur in eo, qui aliud facit contra prohibitionem sibi factam à superiore, num. 4. 6. 7. num. 22. 53. & num. 54.

Dolus præsumitur in eo, qui facit contra monitiones, & protestationes sibi factas, n. 6. 7. 22 53. & 54.

Lata culpa dicitur in eo, qui non cogitauit euenturum casum, n. 7. 23. & 43.

Medicum non adhibendo, vel adhibendo imperitum in infirmitate alicuius, priuatur illius hæreditate tanquam indignus, hæredit.ásque fisco applicatur, numer. 9.

Testatorẽ infirmũ negligens illius hæreditate indignus reputatur, hæreditásque fisco applicatur, n. 10.

Indignus, vt defuncti hæreditate priuetur propter culpam, nunquid illa debeat esse grauis, & lata, an verò sufficiat leuis, n 11. & seqq. & n. 47. & seqq in discursu, & n. 28 & seqq.

Indignus, vt hæreditate defuncti priuetur, non sufficit culpa, sed dolus requiritur, quod an verũ sit, n. 11. & seqq. n. 47. & seqq. & n. 28. & seqq.

Culpa leuis criminaliter puniri non potest, quod an verum sit, & quando, n. 11. & seqq. n. 47. & seqq. & n. 34. 44. & 60.

Culpæ appellatione venit, & culpa lata, & culpa leuis, num. 13. 30. & 45.

Hominis vita non potest pecunia æstimari, n. 15.

Mater ob non susceptam tutelam, aut non petitum tutorem filio suo, priuatur illius hæreditate, etiam quod bona pupilli vtiliter administrasset, num. 17. 33. & 46.

Culpa dicitur præordinata ad casũ, quãdo ex ea aliquis casus euenire potest, n. 18. & 34.

Bonarum mentium est, culpam timere, vbi culpa nõ est, num. 24.

Occidens aliquem, indignus efficitur illius hæreditate etiam occidendo, non solum dolo, & manibus propriis, sed etiam occidendo culpa, & negligentia, numero 25.

Dictio, vt, quandoque stat causatiuè, quandoque consequutiuè, num. 26.

Animus occidendi facit homicidium non culposum sed dolosum, & è contra n. 27.

Morti proximam & immediatam causam præbens magis indignus reputatur hæreditate illius mortis, quã qui mediatam, & remotam causam præbet, numero 31.

Hæreditas quando ab aliquo aufertur, tanquam ab indigno, siue auferatur propter delictum, siue propter non delictum, semper fisco applicatur, n. 36. & seq.

Hæreditas ab indigno aufertur, & fisco applicatur, quando testator post factum testamentum hæredem indignum expressis, aut æquipollentibus verbis declarauit, n. 36.

Hæres testatoris necem vlcisci negligens priuatur illius hæreditate, quæ fisco applicatur. n. 37.

Indignus reputatur hæres propter ingratitudinem erga defunctum, vtputa si illum detulerit vti illicitæ mercis negociatorem, n. 37.

Indignus, vt reputetur is, qui sine delicto aliquid contra bonos mores commiserit, n. 37. & seq.

Occidens se hæreditate occisi vigore statuti priuatur; an talis hæreditas applicetur fisco, an verò venientibus ab intestato, n. 40. & seq.

Statutum, quando imponit aliquam pœnam, vltra ius commune pro homicidio, intelligi debet de homicidio odioso, non autem culposo, n. 41.

Dolus præsumitur in eo, qui medio iuramento mendacium dicit, n. 42.

Exempla non restringunt regulam, n. 44.

Negligentia, vbi à iure punitur, intelligenda est, dummodo negligentia contineat latam culpam, aliter secùs, n. 58.

CONSILIVM CLIII.

IN hac causa Spoletana suffocationis pueri, quòd ejus mater, cuius culpa puer in lecto suffocatus reperitur, eiusdem pueri successione priuetur, ab eâque tamquam ab indigna fisco sit applicanda hæreditas, non habet difficultatem, quia verissima iuris conclusio, quòd is, qui fuit in culpa, seu negligentia, vt quis moriatur, & illius hæreditate priuatur, & talis hæreditas fisco applicatur, prout textus *in l. indignum, ff. de his quib. vt indign.* voluit Bald. *in consil. 26. Punctus infrascripti consilij, numer. 4. libr. 2.* Alexand. ad Bart. *in l. si ab ho libus, §. si vir, litera E. in verbo, si leuisse, ff. solut. matrimon.* Rip. *in l. final. n. 155. versicul. Et si institutus interficiat, C. de reu. can l. donat.* Peregr. *de iu. fisc. lib. 2. tit. 3. n. 1. versic. Idem est si culpa, vel negligentia sua defunctus perijsset.* 1

Immo isto casu mater non solùm priuatur hæreditate suffocati pueri, sed etiam debet criminaliter puniri, si non pœna parricidij, alia mitiori, arbitrio iudicis; fuit doctrina originalis, Bonifac. de Vitallin. *in tit. de parricid. n. 4.* quem referendo sequuti sunt, Carer. *in practic. criminal. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. nonò quæro, numero trigesimoprimo,* Petr. à Plach. *in epitom. de delict. libr. 1. capit. 22. numer. 29.* Menoch. *de arbitr. quæstion. libr. 2. consil. 356. numer. 78. in suis additionibus,* Decian. *in tractat. criminal. libr. 9. capit. decimoquinto, numer. 34.* Baiard. ad Clar. *in §. Parricidium, numer. 12.* Quicquid aliter in foro pœnitentiæ disposuerit text. *in cap. fin. de his qui fil. occid.* 2

Quòd autem in proposita facti specie mater sit in culpa, non credo habeat principium difficultatis, cùm puerum in suo lecto penes se, & non in cunis tenuerit, prout declarant *in dicto capitulo final.* Hostien, *ante numer. prim. in verbo, Parentes, versicul. Et si iuxta ipsos,* vbi dicitur, *& si iuxta ipsos infantes reperti sunt suffocati, facile est culpam agnoscere, quia vel non debebant dormire, vel ipsos tenere in cunis propter maiorem securitatem.* Marian. Socin. *numero primo, in primo notab.* vbi dicit, *Nota primò text. notacontra parentes, qui pueros suos in lecto tenent penes se, quia sunt in culpa, & num. 5. versicul. Si verò nulla culpa.* vbi expressè dixit, tunc nullam esse culpam, quando puer fuit positus in cunabulis, Abb. *in versic. in gloss. 1.* vbi dicit grauem culpam esse quando parentes posuerunt paruos filios apud se in lecto, leuem quando posuerunt in loco remoto, nullam quando reperitur mortuus in cunabulis, Anan. *ante numer. 1. versicul. Et pondera bene istum textum,* 3

& n.

& num.10.in fine. vbi refert verba Abbatis in eodem loco, & voluit etiam idem Hostien. *in summa eodem titul. §. quando, & qualis, numer. 3. versic. Siquis sponte.* vbi dixit maiorem esse pœnitentiam agendam à parentibus, si puer in lecto suffocetur, quàm si in cunis, qui quidem Doctores apertè sentiunt hanc culpam non leuem, sed grauem esse, præsertim quando talis retentio in lecto est facta contre præcedentem monitionem, de que *in capitul. consuluisti 2. quæst. 5.* vt per Abb. *in dict. capitulo final.*

4 Et est ratio manifesta, quia faciens contra prohibitionem sibi factam à superiore nedum dicitur in culpa, sed etiam in dolo. *l. ait prætor. §. siquis particeps.* vbi glossa, & Doctores, *ff. de his quæ in fraud. credit.* Luc. de Penn. *in l. quemadmodum, numero 7. in 47. casu, C. de agric. & censit. libr. 1.* Alberic. *in l. dolum, numero 3. versicul. Item ex præmissa denunciatione, C. de dol.* Aym. *cons. 193. numer. 2.* Menoch. *de præsumt. libr. 5. præsumt. 3. num. 81.*

Prosper Ferinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum pro fisco.

5 PRoposite quæstio. Nunquid videlicet meter tenendo in eius lecto puerum nouem meusium contra prohibitionem sibi factam à Parocho, cōmatre, & aliis, priuetur illius hæreditate tanquam indigna, si contigerit illum de nocte suffocatum obiisse. Est vtique exempleris, & secundùm secræ Consultæ resolutionem omnes iudices in posterum iudicabunt. Ideo supplicatur etendi, quæ pro veritate io tam magna causarum & negotiorum mole, que quotidie premor, nunc scribere decreui. Et quidem hæc dubitatio ad duas (ni fallor) inspectiones reduci potest. Prime en, & in qua culpa dicatur mater sic faciendo cubere filium tenellum in eius lecto. Secunda an pro ista culpe debèat illius hæreditate priuari.

6 Et quod attinet ad primam inspectionem indubitabile videtur matrem esse in culpa. Primò, quie à iure prohibitum est parentibus infantes dormientes in suo lecto tenere, *Et propterea monendi, & protestandi sunt ne eos secum in lecto collocent, ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimantur. Unde ipsi homicidij rei inueniantur.* verba sunt tex. *in cap. consuluisti 2. q. 5.* Ergo nedum in culpa, sed etiam in dolo esse dicitur, tum quie fecit contra probibitionem legis, Cyn. *in l. dolum, versic. præsumitur tamen,* & ibi etiam Alberic. *num. 2. C. de dol.* Tum etiem, quia fecit contra monitiones, & protestationes, sicut præfertur à Perocho, & aliis sibi factas. *l. ait prætor, §. siquis particeps,* & ibi Doctores, *ff. de his, quæ in fraud. credit.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsumt. 3. num. 81.*

7 Secundò, & in terminis quando huiusmodi monitio præcessit, quòd mater dicatur esse in graui culpe, voluit Abb. qui non habet contradictorem, *in capitulo final. in primo notab. de his qui fil. occid.* Debebat enim ipsa meter sic præsertim monita bene cogitare, quòd tenendo filium in lecto dormientem facilè inde ex aliqua negligentia eius mors subsequi poterat, prout dicit text. *in dicto capit. consuluisti.* Et iden hoc non cogitando dicitur esse in lata culpa, Salycet. *in l. quoniam multa, numer. 6. ad medium versicul. & supplendo, C. ad l. Iul. de vi public.* Aym. *consil. 97. num. 4. & consil. 179. num. 5.*

8 Tertiò, immo etiem monitione non præcedente, eo ipso quòd mater infantes filios in lecto, & non in cunie dormientes tenent, in culpe esse dicitur, vt videre est apud Hostien. *in dict. cap. final. ante num. 1. in verbo, parentes, versic. Et si iuxta ipsos,* & ibi etiam Marian. Socin. *num. 1. in 1. notab. & numer. 5. versic. Si verò nulla culpa,* Abb. *in versic. in glossa 1.* Auen. *ante num. 1. versic. Et pondera bene istum textum, & numer. 10. in fine, eodem titulo, de his, qui fil. occid.* Nec dissentit Hostien. *in summa eodem titul. §. quando, & qualis, num. 3. vers. si quis sponte.*

Data culpe matris in suffocatione filij (& nunc ingre- 9
dior secundam inspectionem) nec pariter dubitandum est, quin illius hæreditate prorsus indigne sit, cùm indignū sit qué succedere illi, qui eiusdem successoris culpa seu negligētia mortuus est, *l. indignum, ff. de his quib. vt indign.* vbi licèt glossa exemplificet in non adhibendo Medicum, vel adhibendo imperitum, exempla tamen regulam non restringunt, *l. damni infecti stipulatio, ff. de damn. infect.* Dec. *in rubr. de prob. n. 53.*

Et propteree Doctores simpliciter & generaliter non 10
se estringendo ad aliquam negligentem speciem dixerūt eum qui testatorem infirmum negligit illius hæreditete indignum reputari, Bald. *consil. 26. n. 4. lib. 3.* Alex. ad Bart. *in l. si de hostibus, §. siquis vxorem, in verbo, licuisset, littera E. ff. solut. matrimon.* Ripa *in l. final. num. 55. versic. Et si institutus, C. de renoc. and. donatio.* Peregr. *de iure fisci, lib. 2. tit. 3. numer. 1. & num. 15.* facta conclusione, quòd interficins aliquem indignus sit illius successione, postea generaliter subdit, idem esse, si culpa, vel negligentia sue defunctus perisset.

Quibus non obstent subtilissime motiue Reueren- 11
dissimi domini mei Ponentis, quòd scilicet ad hoc, vt eb aliquo tanquam indigno auferatur hæreditas, non culpa, sed dolus requiratur, Bald. *in alia causa numero 9. C. de his quib. vt indign.* Et quatenus culpe sufficiat intelligi debeat non de leui, sed de lata, cùm egatur de pœna, quæ præsupponit delictum, Netta *consil. 462. per tot.* Culpa enim leuis criminaliter puniri non potest. *l. venditione, §. de tempore,* & ibi Bartol. *ff. de bon. autorit. iud. possid.* Clar. *in §. homicidium, versicul. Culpa dicitur,* vbi de communi, ex Boss. *in loco per eum relato.* Præsertim ea quæ non est ed casum ordinata, Bertol. *in l. sicut certò. §. si interdum, ff. commod.* Beld. *in leg. quæ fortuitis, numero 27. C. de pignorat. action.* Et quòd in cesu nostro sit culpa leuis, apparet, quie mater retinuit tenellam filiam in amplo lecto longè à se ed eius faciem cubantem, quo casu leuem tantùm culpam esse, Hostiens. Abb. & omnes tradunt *in d. c. fin. de his qui fil. occid.*

Hæc enim licèt prima facie stringere videantur, fa- 12
cili tamen negocio diluuntur, si facti veritatem, & iurie veras conclusiones attendere velimus. Quòd enim hæreditas ounquam auferatur ab indigno, nisi propter dolum. ad Bald. ex aduerso allegatum *in d. l. alia causa, C. de his quib. vt indign.* Hæc inquàm doctrina Bald. est cōntra text. *in d. l. indignum,* in quo apertè probatur solam culpam, seu negligentiam sufficere, & contra ea quæ idem Bald. censuit *in d. cons. 26. num. 4. libr. 3.* cuius doctrinam communiter sequuti sunt, Alexand. Rip. & Peregr. *io locis suprà citatis.*

Er quòd saltim lata culpe requiratur, cùm leuia cri- 13
minaliter puniri non pōssit, pariter in iure non subsistit. Nam cùm textus *in dicta leg. indignum,* dicat culpam, & negligentiam in morte testatoris sufficere ad priuandum hæredem hæreditate; vtique culpæ appellatione venit, & lata, & leuis, ita ad litteram Bartolus ex aduerso allegatus *in dicta leg. in venditione, §. si quis fructus, final. ff. de bon. autorit. iud. possid.* Et quando à lege fit mentio de culpa, tunc intelligitur de leui, non autem de lata, Decian. *in l. contractus, numero 25. ff. de regul. iur.*

Nec inuenio Doctorem dicentem prout in motiuis 14
presupponitur, quòd l. indignum requirat latam culpam: immo quòd leuis culpa sufficiat, apparet euidenter, quia ad effectum priuandi hæredem succesione testatorie sufficit sola negligentie in illius morte, prout dicūt Bal. & alij præcitati Doctores; negligentie autem propriè ad leuem culpam refertur, prout est text. *in §. præterea,* & ibi gloss. *in verb. culpa, Institution. quibus, mod. re contrah. obligat.*

Nec facit ad propositum inuestigate, an leuis cul- 15
pe puniatur criminaliter nec ne. Nam vltra quòd leuem culpam criminaliter puniri, quando non potest ciuiliter cum restitutione damnorum, & interesse purgeri, prout in casu nostro, ex quo mors infantis non potest pecunia extimari, vt bene declarat Bero. *in cap.*

21. *numero* 40. *&* 41. *extrà de constitut.* Boss. Clar. *in locis supracitatis*, & latiùs explicaui *in mea practic. criminal. quaestio.* 87. *num.* 78.

16 In terminis quòd mater cuius negligentia in lecto puer suffocatus reperitur, criminaliter, & extra ordinem iudicis arbitrio puniatur, voluit Bonifac. de Vitalin. *in tit. de parricid. numero* 5. Plac. *in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 29. Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *num.* 78. *in suis additionibus*, Decian. *in tractat. criminal. lib.* 9. *cap.* 15. *numer.* 34, Baird. ad Clar. *in §. parricidium, num.* 12.

17 Adhuc supplicatur aduertt, quòd ad priuandum matrem hæreditate filij solæ negligentia etiam criminaliter non punibilis sufficit. Patet, quia mater ob nō susceptam tutelam, aut nō petitum tutorem intra annum, priuatur hæreditate filij defuncti, etiā quòd bona pupilli vtiliter administrasset. gloss. *in l.* 2. §. *quod si pater, ff. ad Tertullian*, & ibi expresse Bart. Bald *in l. precibus, num.* 18. *C. de impub. & alijs substitut.* Sic, & priuatur mater si non curauit datum tutorem legitimè administrare, Salycet. & Fulgo. *in dict. l. etiam.* gloss. Bald. & Angel. *in l. matris pietas, C. qui petant tutor.* Et pariter priuatur si post susceptam tutelam transisset ad secunda vota, non reddita ratione, nec non petito alio tutore, *Auth. eisdem, C. de secund. nupt.* vbi Bald. *num.* 5. dicit matres etiam ignorantes incidere in hos laqueos, licèt sit multum rigorosum. Et tamen huiusmodi negligentias criminaliter puniri non posse, nemo est qui dubitet.

18 Nec refert, quòd culpa non ordinata ad casum impunibilis sit, quia licèt non puniatur pœna ordinaria sequuti delicti, punitur tamen pro modo culpæ extra ordinem, & arbitrio iudicis, sicut in puncto dixerunt præallegati Doctores, Surd. *consi.* 12. *num.* 66. quia vt pariter mox dixi, culpa & negligentia matris etiam non punibilis priuat illam hæreditate filij. Tertiò, quia culpa etiā ad casum non ordinata sufficit ad priuandum aliquo commodo, Menoch. *de arbitr. consil.* 185. *num.* 60. Quartò, quia quando ex culpa aliquis casus potest prouenire, prout ex retentione infantis in lecto illius suffocationem contingere posse quotidie experientia docet, & bene probat textus *in dicto capitulo consuluisti*, 2. *quæstione* 5. tunc ipsa illa culpa dicitur præordinata ad illum casum, vt bene declarat Bartolus ex aduerso allegatus *in dict. l. si vt certò, §. sed interdum, versicul. Quandoque culpa potest esse ordinata ad casum, ff. commod.* vbi expressè dixit, tunc culpam dici ordinatam ad casum, quando ex ea potest contingere casus. Sed sic est quòd ex dormitione pueri in lecto potest contingere illius suffocatio. *dict. cap. consuluisti.* Ergo, &c.

19 Additur ex abundanti, quòd tenere in lecto infantem contra Canonis prohibitionem, & monitiones factas, & non cogitando ad pueri suffocationem facilè sic prouenturam, non ad leuem, sed ad grauem culpam refertur, vt suprà probaui. Et quæ in motiuis deducuntur de amplitudine lecti, & quòd suffocata puella retineretur longè ab ipsa matre ad eius faciem cubans non applicatur casui nostro, quia de iis in processu nihil cōstat. Sed vtcumque sit, siue culpa fuerit lata, siue leuis, siue punibilis, siue non punibilis, & siue ordinata ad casum, siue non, quocumque modò sufficit ad priuandum matrem commodo, & successione hæreditatis filij, ex allegatis. Quæ non vt fisci Procurator, sed vt veritatis amator ad eiusdem veritatis defensionem scribere volui. Humiliter tamen, & me, & omnia scripta semper submittendo prudentissimo, & purgatissimo iudicio Illustrissimorum dominorum meorum.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa tertium responsum pro fisco.

20 PRopositam suffocationis pueri quæstionem paulo altius eam reassumēdo in tres partes diuidendam putaui. Quarum prima erit, an & in qua culpa fuerit mater, sic post monitionem à Parocho, & alijs sibi factam tenendo secum infatulam nouem mensium in lecto. Secunda, an ex hac culpa, & negligentia, sequuta filiæ suffocatione, illius hæreditate indigna reperiatur. Tertia, an hæc hæreditas fisco applicetur, vel venientibus ab intestato.

Prima dubitatio resoluitur communiter à Doctoribus *in capitu. final. de his, qui fil. occid.* quòd scilicet eo ipso quòd puer reperitur suffocatus in lecto parentum, & non in cunis, eo ipso, inquam, dicitur obijsse culpa matris, secundùm Hostiens. *in dicto capitulo final. ante numerum primum, in verbo, Parentes, versicul. & si iuxta ipsos*, & ibi etiam Marian. Socin. *numero primo, in primo notab. & numero* 5. *versicul. Si verò nulla culpa.* Abb. *in versicul. in glossa prima*, Anan. *ante numerum primum, versicul. Et pondera bene istum textum, numero* 10. *in fine*, idem Hostiens. *in summa eodem titulo, §. quando, & qualis, numero* 3. *versicul. siquis sponte.* Hanc autem culpam Doctores præallegati, & omnes alij *in dicto capitulo final.* quandoque grauem, & quandoque leuem esse dicunt: grauem quando infans ponitur in lecto prope parentes, leuem quando in loco remoto, & lecto amplo. Quæ lecti amplitudo, licèt à Reuerendissimo domino meo præsupponatur in facto, non tamen creditur de ea constare in processu, & sic sumus in graui culpa. 21

Grauitas autem culpæ eo magis apparet in casu nostro, quia mater hæc non solùm à Paracho, & commatre, sed etiam à Tiberio consanguineo puellę fuit sæpius monita, ne eam in lecto teneret, quia aliàs filia suffocabitur, & ad euitandum hoc periculum, ne mater posset vllo vnquam tempore se excusare, quòd non habebat cunas, illas emit, & sibi consignauit, quod est valde notandum. Quia sic constat in processu; & tamen monitionibus prædictis, & cunarum consignatione non obstantibus, quasi parum curans suæ filiæ vitam, eam in lecto penes se cubantem retinuit, quo casu non culpa, sed dolus animæ præsumitur, secundùm Cynum *in l. dolum, versic. præsumitur tamen*, & ibi etiam Alberic. *num.* 2. *C. de dol.* quorum doctrinæ non indigent interpretatione, vt in vltimis motiuis, quia vulgaris & communis est regula, quòd dolus præsumitur in faciente id quod sibi denunciatum est ne faciat, prout latiùs explicaui *in mea practic. criminal. part.* 2. *in titul. de pœn. temperan. quæst.* 89. *num.* 142. 22 *

Et in terminis quòd grauis culpa sit matris tenere infantem filiam in lecto secum cubantem contra monitionem, de qua *in cap. consuluisti il* 2. *q.* 1. est doctrina Abbat. qui non habet contradictorem *in d. c. fin. in primo notab. de his qui fil. occid.* Debebat enim ipsa mater sic præsertim monita bene cogitare, quòd tenendo filiam in lecto dormientem facilè inde ex aliqua negligentia eius mors subsequi poterat, prout dixit text. *in dict. cap. consuluisti.* Et ideo hoc non cogitando dicitur esse in lata culpa. Salycet. *in l. quoniam multa, num.* 6. *ad medium versic. Et supplendo, C. ad l. Iuliam de vi public.* Aym. *consi.* 97. *num.* 4. *&* 179. *num.* 5. 23

Immo etiam quòd mater non retinuerit infantem filiam in lecto, sed in cunis. Quo casu Doctores præallegati dicunt nullam adesse culpam, adhuc tamen in foro animæ, & ad cautelam præsumenda est culpa, & iniungenda est aliqua pœnitentia, quia bonarum mentium est culpam timere, vbi culpa non est, prout in specie voluit gloss. *in dict. capit. final. in verbo, Nec etiam, in principio, & in fine, versic. Si autem nulla præcessit culpa*, & ibi communiter omnes Canonistæ, de his qui fil. occid. Et bene deducitur in motiuis, sed iste non est casus noster; quia ex quo mater retinuit filiam non in cunis sibi ad hunc effectum consignatis, sed in lecto, & contra monitionem sibi factam, culpa est euidens, & quidem grauis, immo dolus, per præallegata. 24 *

Secunda dubitatio est, an scilicet mater cuius culpa & negligentia filius anniculus in lecto suffocatur, sit indigna illius hæreditate; resoluitur ex vulgata regula, 25

quòd

quòd occidens aliquem illius hæreditate indignus efficitur. *l. cum ratio, §. final. de bon. damnat. l. Lucius,* & ibi gloss. *de iure fisc.* Quæ regula procedit non solùm in occidente dolo, & manibus propriis, sed etiam in occidente culpa, seu negligentia Peregr. *de iure fisc. lib. 2. titul. 3. numero 1.* ibidem est si culpa, vel negligentia sua defunctus periisset, *& numero 15.* vbi dixit, quòd si non ferro, vel veneno occiderit, sed ille decesserit per culpam, & negligentiam illius, dic idem esse. Et hæc ampliatio apertè probatur *in l. indignum, ff. de his quib. vt indignis,* vbi dicitur, *indignum esse Diuus Pius illum decreuit, qui manifestissimè comprobatus est id egisse, vt per negligentiam & culpam suam mulier à qua hæres institutus moreretur,* ex quo textu, si eius mentem & veritatem perscrutari velimus, generaliter colligitur, quòd negligentia & culpa in morte testatoris facit hæredem indignum illius hæreditate. Et conclusio istius textus optimè applicatur casui nostro: nam quòd ista mater tenuerit in lecto, & non in cunis infantem filiam, manifestissimè comprobatur ex illius propria confessione, cuius nulla maior probatio, & quòd ex tali negligentia & culpa mortua fuerit filia, euentus docuit.

26 Et in hoc supplicatur aduerti, quòd illa dictio, *vt*, in textu posita, non stat causatiuè, prout video dubitari ab aliquibus ex Illustrissimis dominis meis, quòd requiratur, quòd mater filiam in lecto retinuerit hoc animo, & proposito, vt moreretur; nam veritas est, quod stat consequutiuè, & sic idem est, ac si fuisset dictum, ex quo per negligentiam, &c. Sic enim hanc dictionem, *vt*, poni in iure non causatiuè, sed consequutiuè, ad litteram dixit Bald. videndus *in sua præludio in fin., in titul. de signific. diction. in verbo, vt,* & sunt iura aperta *in l. properandum, §. & si quidem, & ibi gloss. verbo, quatenus, Cod. de iudic. & in l. prima, & ibi gloss. in verbo, & luminibus, Cod. de seruitut. & aq. & in l. 4. & ibi gloss. in verbo, haberet, de obsequ. patron. præstan.* Quæ Baldi doctrina cum iuribus præallegatis si perlegatur, omnis erit sublata difficultas, quæ ex illa dictione, *vt*, oriri potest.

27 Et quòd hæc interpretatio in illo textu sit facienda, apparet euidenter, quia iam certum est, quòd ibi Iurisconsultus præsupponit mortem testatoris sequutam per negligentiam & culpam hæredis, & ideo si vellemus dicere, quòd sit necesse in hærede animus & propositus faciendi actum ordinatum ad mortem testatoris, vtique ille diceretur mortuus, non culpa & negligentia hæredis, sed dolo, ex vulgata regula, quòd animus occidendi facit homicidium non culposum, sed dolosum, & è contra *l. 1. §. diuus Adrianus, ff. de sicar. l. quòd Respublic. ff. de iniur.* cum aliis per Lucam de Penn. *in l. quoties, n. 6. C. de exactor. tribut.* Et sic ille text. contineret repugnantiam, & sibi de directo contradiceret.

28 Quibus non obstent subtilissima motiua Reuerendissimi domini mei Ponentis adhuc persistentis requiri dolum in pœna indigni, secundùm Bald. *in l. alia causa, numero 9. Cod. de his quib. vt indign.* Et quatenus culpa sufficiat, illa debeat esse non leuis, sed lata, prout voluit Natt. *in consil. 462. numer. 3. versic. Et dicendum est fortius,* eo præsertim, quia cùm agatur de pœna, leuis culpa non punitur, vt ibi per Natt. Clar. *in §. homicidium, versic. Culpa dicitur,* vbi de communi ex Boss. per eum relato.

29 Nam quòd doctrina Baldi requirentis dolum ad hoc vt indigni pœna locum habeat, minimè vera sit, apertè probatur, vt suprà iterum dixi *in dict. l. indignum,* vbi expressè dicitur sufficere culpam, & negligentiam in morte testatoris. Et quòd pariter dispositio *l. indignum* locum habeat in leui culpa, dixit idem Natt. *in dict. consil. 462. numer. 3. in principio,* licèt postea sibi contradicens latam culpam requirere videatur. Et quòd leuis sufficiat, apparet, quia tex. *in dict. l. indignum,* vult non solum culpam, sed etiam negligentiam in morte testatoris sufficere ad inducendum pœnam indigni in hærede; negligentiæ autem nomine venit culpa leuis. *§. præterea, & ibi gloss. in verbo, culpa, Instit. quibus mod. re contr. obligat.*

Prout pariter, & culpæ appellatione venit non solùm lata, sed etiam leuis, Dec. *in l. contractus, numero 25. de reg. iur.* cum aliis per me allegat. *dict. titul. de pœn. temperan. quæst. 88. numer. 91.* & ad litteram id dixit Bart. in motiuis à Reuerendissimo domino meo allegatus *in l. in venditione, §. si quis f uctus, in fine, ff. de bon. auct. iudic. possiden.* Et propterea idem Bald. melius loquendo *in consilio 24. numero 4. lib. 3.* generaliter dixit negligentiam in infirmitate testatoris, facere hæredem illius hæreditate indignum; & Baldum sic dicentem sequuti sunt Alexandr. ad Bart. *in l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, in verbo, leuisset, littera E. ff. solut. matrimon.* Rip. *in l. final. numero 135. versiculo & similiter, C. de reuocand. donation.* Rol. *de lucr. dot. quæst. 64. num. 4.* 30

Et rursus supplicatur aduerti, quòd si per textum *in dict. l. indignum,* gloss. ibi, & communiter omnes ponunt exemplum in negligentia hæredis, qui infirmo testatori Medicum non adhibet, aut imperitum adhibet (vltra quòd exempla non restringunt regulam) vtique multo magis eius legis dispositio debet habere locum in negligentia matris suffocantis filium. Primo enim casu negligentia in non adhibendo Medicum præbet causam morti testatoris non immediatam, aut proximam; sed mediatam, & remotam; quia præcedit infirmitas per quam ille moritur. Secundo autem casu nullo præcedente accidenti, ex quo pueri mors sequi poterat, idem puer immediatè dicitur suffocatus ex negligentia matris, & hoc non potest negari; & sic magis indignus reputari debet is, qui morti proximam & immediatam præbet causam, quàm qui mediatam, & remotam, ad gloss. *in cap. de cætero, in verbo, causam,* & ibi communiter omnes, *extra de homic.* Bald. *consi. 136.* Pri ponitur quòd rinnno percussit, *numero 6. lib. 2.* Aym. *consilio 8. numero 24.* Plach *in epit. delict. lib. 1. cap. 10. numero 8. vers. Quibus, & illud adiiciam.* 31

Quare doctrina Baldi requirentis dolum, & Nattæ requirentis latam culpam in pœna indigni, reiicienda est. Quia loquuntur contra claram dispositionem iuris, & contra omnes Doctorum sententias. Quibus addo quòd Natta in loco ex aduerso allegato, dicit in dispositione *l. indignum,* requiri latam culpam, quia agitur de pœna, tacitè sentiens, prout expressè sentit Reuerendissimus dominus meus Ponens, quòd culpa leuis criminaliter non puniatur, ex Boss. & Clar. *in locis præcitatis.* Quæ ratio apud me non est vera: nam cùm agatur de damno prouenienter propter mortem filij, quod inextimabile est, & sic non possit hoc damnum ex culpa proueniens ciuiliter purgari, hoc ideo sine dubio culpa præmissa etiam leuis criminaliter puniri potest, prout expressè sentiunt Boss. & Clar. ex aduerso allegati, & latiùs dixi *dict. titul. de pœnis temperan. q. 87. n. 74. & seqq.* & præsertim *numero 78.* Sed hæc de lata culpa, seu etiam dolo cessant in casu nostro, quia, vt præmisi, mater retinens filium anniculum in lecto, & non in cunis sibi ad hunc effectum consignatis, & contra monitiones sibi factas, dicitur in graui culpa, non autem in leui, immò & in dolo. 32

Sed vt plenè Illustrissimis dominis meis satisfaciam, amplius dico, quòd pœna priuationis hæreditatis locum habet, quando agitur de priuando matrem filij hæreditate etiam quòd in nulla sit culpa, aut delicto, pater, quia mater ob non susceptam tutelam, aut non petitum tutorem intra annum, priuatur hæreditate filij defuncti, etiam quòd bona pupilli vtiliter administrasset. gloss. *in l. 2. §. quòd si pater, ff. ad Tertullian.* & ibi expressè Bart. Bald. *in l. precibus, num. 18. C. de impuber. & aliis subst.* Sic, & priuatur mater si non curauit datum tutorem legitimè administrare, Salycet. & Fulgos. *in dict. l. sciant.* gloss. Bald. & Angel. *in l. matris pietas, C. qui pet. tutor.* Et pariter priuatur si post susceptam tutelam transiisset ad secunda vota non reddita ratione, aut non petito alio tutore. *Authen. eisdem, C. de secundis nupt.* vbi Bald. numero quinto, dicit matres etiam ignorantes 33

incidere in hos laqueos, licèt sit multum rigorosum. Et tamen huiusmodi negligentias criminaliter non posse puniri, nemo est qui dubitet.

34 Et tamen in terminis quòd etiam criminaliter puniatur mater, cuius negligentia filius in lecto suffocatus repertus fuerit, expresè voluit Bonifac. de Vitallin. *in titul. de parricid. numero* 5. Plach. *in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *numero* 29. Menoch. *de arbit. cas.* 365. *numero* 78. in suis additionibus, Decian. *in tractat. criminal. lib. .. cap.* 15. *numer.* 32. Baiard ad Clarum *in* §. *Parricidium, numero* 12. Et hinc sequitur superfluam esse disputationem, quam Reuerendissimus dominus meus Ponens proponit de culpa ad casum non ordinata, an punibilis sit. Primò, quia quòd modò culpa extra ordinem, & arbitrio iudicis puniri debeat, in puncto dixerunt præallegati Doctores, Surd. *cons.* 12. *n.* 66. Secundò quia, vt pariter mox dixi, culpa & negligentia matris nõ punibilis priuat illam hæreditate filij. Tertiò, quia culpa etiam ad casum non ordinata sufficit ad priuandum aliquo commodo, Menoch. *de arbitr. casu* 182. *numero* 60. Quartò, quia quando ex culpa aliquis casus potest præuenire, prout retentione infantis in lecto illius suffocationem contingere posse quotidie experientia docet, & bene probat tex. *in d. c. consuluisti* 2. *quæst.* 5. Tunc satis illa culpa dicitur præordinata ad illum casum, vt bene declarat Bart. ex aduerso allegatus *in d. l. si vt certo*, §. *sed interdum, versi. quandoque potest esse ordinata ad casum, ff. commodati*, vbi expresè dixi tunc culpam dici ordinatam ad casum, quando ex ea potest contingere casus, sed sic est quod ex dormitione pueri in lecto potest contingere illius suffocatio. *d. c. consuluisti*. ergo &c.

35 Tertia dubitatio an hæc hæreditas à matre, vti indigna, ablata, fisco applicetur, multiloquio non indiget, quia sicut dixi isto casu mater sua saltim culpa, & negligentia dedit causam morti filiæ, propter quam, vt suprà probaui, secundùm communem Doctorum opinionem criminaliter puniri potest; necessariò sequitur, quòd ab ea tanquam indigna propter eius delictum ablata hæreditas fisco applicetur. ad tex. *in l. hæreditas*, & *ibi gloss. magna in versiculo, in secundo*, &c. & communiter omnes, *C. de his quibus vt indign.* Bart. *in l. final. in fine, versiculo aut talis causa, ff. de his quibus vt indign.* Alberic. *in l. si ab hostibus*, §. *si vir. post numer.* 3. *versiculo*, & *idem in quocumque successor*, & ibi Angel. *numero* 1. *versiculo attende bene, ff. solut. matrimon.*

36 Si enim isto casu intrat dispositio *dict. l. indignum*, prout eam intrare ex præallegatis creditur non posse dubitari, pariter etiam intrat, quòd hæreditas fisco applicetur, prout ibi gloss. communiter, & Doctores omnes notant, immo & quod plus, & ex abundanti dico quòd quando hæreditas ab aliquo aufertur tanquam ab indigno, tunc siue illa auferatur propter delictum, siue etiam propter non delictum, semper fisco applicatur. Patet primò, quia vbi testator post factum testamentum hæredem expressis, aut æquipollentibus verbis indignum declarauit, hæc sola declaratio absque vllo heredis delicto facit, vt ipsa hæreditas sic ab ipso vt indigno ablata fisco applicetur. *l. cùm quidam, ff. de his quibus vt indign. l. hæreditas, C. eodem.* Peregr. *de iur. fisc. libro* 2. *titul.* 4. *numero* 1. & *seqq.*

37 Secundò aufertur ab hærede tanquam indigno hæreditas, & fisco applicatur, quando testatoris occisi necem vlcisci neglexit. *l. heredem, ff. de his quibus vt indign.* Peregr. *vbi suprà titulo* 5. & tamen negligentia in vlciscendo necẽ defuncti delictum non est, nec punibile. Tertiò, hæres impugnans testatoris testamentum nullum committit delictum, & tamen si contingat illud iudicari validum, illius hæreditate indignus reputatur, & hæreditas fisco applicatur. *l. cum tabulis, ff. de his quibus vt indign.* Peregr. *libro secundo tit.* 7. Quartò omnis ingratitudo erga defunctum etiam non punibilis facit hæredem indignum, & fisco hæreditas applicatur. *l.* 1. *ff. de his quibus vt indig.* vbi & quod fortius est ponitur exemplum in eo, qui defunctum illicitæ mercis negociatorem detulerit, ex qua declaratione præmium ex publico consequitur, & tamen in isto casu pœna indigni locum habet, & fiscus succedit. Plures alios possem cumulare casus, in quibus quis efficitur indignus sine delicto, & tamen hæreditas fisco applicatur. de quibus per Pergr. *dicto libro secundo, titulo* 10. & ex quibus apparet valde dubiam reddi eorum opinionem, quam dixit communem Boss. *in titulo de his quib. vt indign. il secondo, numero* *
4. volentium fiscum excludi quando quis est indignus, ex eo quòd sine delicto aliquid contra bonos mores commiserit.

Et nihilominus adhuc retenta prætensa communi opinione illa procedit in hæreditate, quæ ex testamento defertur ex dispositione hominis, secus in ea quæ venit ab intestato, prout in casu nostro, ex dispositione l. secundùm Dec. *in l.* 2. *n.* 13. *versiculo, reperio Baldum, C. de secun. nupt.* & ibi Ioan. de Bartonibus *in repit. num.* 63. *in fine vers. etiam posset subtiliter respondere*, & fuit Baldi *in consil.* 6. *incip. punctus talis est, quidam.* Franciscus Herculanus *lib.* 5. 38

Sed hæc omnia cessant in casu nostro, & sint dicta ex abundanti, quia vt probaui mater suffocando partum in lecto, & deliquit, & punitur. 39

Nec obstat statutum Spoletanum volens, quòd occidens aliquem, nec ex testamento, nec ab intestato possit ad illius hæreditatem venire, quo casu hæreditas non fisco, sed venientibus ab intestato deferatur, secundùm Baldum *in l. si quis incesti, num.* 4. *C. de incest. nupt.* Quem secutus est Peregrin. *in tractat. de iur. fisc. lib.* 2. *titulo* 3. *num.* 3. Baiard. ad Clar. *in* §. *Homicidium, num.* 62. vbi in terminis statuti Spoletani testatur ita aliàs fuisse seruatum in ciuitate Spoleti quando ipse fuit Gubernator per suum auditorem. Nam contra Baldi, & qui eum sequuntur, doctrinam, & opinionem sufficiat allegare Alexandrum de Neu. *in cons.* 91. *n.* 10. & *seqq.* Clar. *in* §. *Homicidium, n.* 17. *versic. Sed pone*, & Hieron. Lauten. *decis. Auenionen.* 21. *n.* 12. *vers. Et si filius.* 40

Vltra quòd quando statutum imponit pro homicidio aliquam pœnam vltra ius commune, intelligi debet de homicidio doloso, non autem culposo, prout est hoc de quo agitur, Bald. *in l. data opera, num.* 7. *versiculo item si statutum, C. de iis qui accus. non poss.* Tiraquell. *de pœn. temper. caus.* 14. *num.* 10. Anton. Gomez *de delict. rubric. de homicid. post num.* 15. *versiculo, immo quod magis est.* Clar. *in pract.* §. *final. quæstione* 84. *in princ.* Menoch. *de arbitr. quæstion. libr.* 2. *casu* 324. *num.* 3. & *num.* 7. ex quibus causam hanc ad fisci fauorem omnino resoluendam esse facile crediderim, sed si aliqua superesset difficultas, supplicatur illam restringi, vt plenius possim Illustrissimis dominis meis satisfacere; erit enim hæc decisio exemplaris, & propterea maturè discutienda. 41

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa quartum responsum. Pro fisco.

MAter filiæ suffocatæ, quam in lecto retinuit contra prohibitiones, & monitiones factas, dicitur esse in culpa. *l. aut prætor*, §. *si quis particeps*, vbi Gloss. & Doct. *ff. de his quib. vt indign.* quæ magis afficere debet dum præuio iuramento negauit fuisse monitam. *l. si quis affirmauerit*, §. 1. *ff. de dol.* Doct. *in l. dolum, C. eodem tit.* & in puncto matrem esse in graui culpa tradit Abb. *in c. final. de his qui fil. occid.* 42

Nec talis culpa cessat ex allegata lecti latitudine, de qua nullum verbum in processu, neque est credendum in strato rusticæ mulieris; etiamsi daretur cubile latissimum, altum tamen, & sublime, & quod ex eo aliquis infans decidisset, & obiisset, adhuc fatendum esset matrem fuisse in culpa, quia huiusmodi casum præuidere potuit. Crauet. *consil.* 97. *num.* 4. & *consil.* 179. *num.* 5. Non etiam 43

con

constat, vt præsupponitur, mortem puellæ fuisse causatam à suffocatione obuenta dum cubauit in faciem, & non valuit respirare: nam si inspiciantur acta, mater tantùm ad sui excusationem deponit de tali cubatione, & ad id testes habere non potuit; sola enim cum filia pernoctabat, & longè post oppressionem nonnulli domum ingressi fuerunt, prætereà quòd cubatio in faciẽ non infert, quòd mater se reuoluens in somnis, non dederit causam reuolutioni puellæ, quæ tenellæ ætatis, & fasciata erat impotens ad eam reuolutionem.

44 Inde sequitur quòd mater culposa est arcenda ab hæreditate filiæ suffocatæ. *l. indignum, ff. de his quib. vt indign.* cuius dispositio non est arctanda tantùm ad exempla posita ibi per gl. quia certum exempla non restringunt regulam, *l. damni infecti stipulatio, ff. de damn. infect.* Dec. *in rub. de probat. num.* 53. & licèt culpa non fuisset ad casum ordinata, adhuc procedit dicta lex. culpa enim non ordinata ad casum nocet ad commodum consequendum, prout est acquisitio hæreditatis. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas.* 182. *n.* 60 ampliùs etiam de culpa non ordinata ad casum quis tenetur si dabat operam rei illicitæ, Surd. *cons.* 12. *n.* 66. idque satis deducitur in terminis nostris, dum Doctores volunt culpam matris non ordinatam ad casum suffocationis extraordinariè esse puniendam iudicis arbitrio, vt cum multis tradit dominus meus Farinacius *q.* 98. *caus.* 12. *n.* 72.

45 Et dum dicitur *l. indignum* non procedere in leui culpa, quia non videtur pœnam mereri, facilis est respōsio, nedum negando hanc esse culpam leuem, sed potiùs latam, quòd arbitrio iudicis repositum, sed quia appellatione culpæ, de qua meminit ibi Iurisconsultus, venit etiam leuis. Doctores omnes *in l. quod Nerua, ff. deposit.* immo in dubio appellatione culpæ venit leuis. *l. contractus*, vbi Dec. & Cagnol. notant, *ff. de regul. iur.* & indubitatum videtur *in d. l. indignum*, in qua fit mentio nedum de culpa, sed etiam de negligentia, quæ propriè est culpa leuis. §. *præterea, Instit. de amb. mod. re contrah. obligat.* illúdque receptissimum est leuem culpā in committendo criminaliter puniri accusatore interueniente, vt plenè explicat idem excellentissimus dominus meus *quæst.* 87. *inspect.* 2. post Marant. *in Specul. in* 4. *par. n. mihi* 9.

46 Nec mirum quòd mater propter negligentiam, vel leuem culpam subiiciatur pœnæ dict. l. indignum: nam quando versamur in culpa, vel negligentia commissa circa personam, vel bona filiorum pupillorum, duriùs & seueriùs agitur cum matre. Et ideo mater ob non susceptam tutelam, aut non petitum tutorem intra annum priuatur hæreditate filij defuncti. *l. sciant, C. de legit. hæred.* Quod procedit etiamsi ipsa bona pupilli vtiliter administrasset. glos. *in l.* 2. §. *quòd si pater, ff. ad Tertulian.* & ibi expressè Bart. Bald. *in l. precibus, n.* 18. *C. de impub.* Castren. *in l. omne, n.* 5. *C. ad Tertulian.* priuatur etiam mater si non curauerit datum tutorem legitimè administrare. Salic. & Fulgos. *in d. l. sciant.* glo. Bald. & Angel. *in l. matris pietas, C. qui pet. tutor.* Et idem dicitur si post susceptam tutelam & legitimam administrationem transiisset ad secundas nuptias, non reddita ratione, aut non petito alio tutore, *Auth. eisdem, C. de secundis nuptiis.* vbi Bal. *n.* 5. dicit matres etiam ignorantes incidere in hos laqueos, licèt sit multum rigorosum, &c.

Prosper Biscontes.

In eadem causa motiua Reuerendissimi Domini Ponentis.

Quibus responsum est suprà in 2. responso, num. 11. & seq.

47 RESpondebo rationibus in contrariam partem adductis, præsertim à domino meo fiscali, quem ego tanquam criminalitatis Principem & suspicio, & veneror. Primum quòd *l. indignum, ff. de his quib. vt indign.* dici potest quòd ille textus habet locum in lata culpa, ponderando casum ipsius l. & verba illa, qui manifestissimè comprobatus est id egisse, vt per culpam suam mulier à qua institutus erat, moreretur. Immo, & vltra culpam grauem, concurrit etiam vitium ingratitudinis detestabile, & omni prorsus pietate indignum: vlterius *dicta l. indignum*, præsupponit latam culpam, quia in ea agitur de pœna, videlicet ablatæ hæreditatis. ad Nat. *consilio* 462. *numero* 6. & ibi hæres peccat in substantialibus, cùm non adhibere medium dicatur necare, prout glos. *in dicta l. exemplificat*, & etiam Doctores omnes ex aduerso allegati tradunt: secus autem in casu nostro, in quo negligentia, seu culpa est tantùm in contingentibus, nec potest dici ordinata ad casum, prout requiritur ad hoc vt sit punibilis. Bart. *in l. sicut certo, §. si interdum, ff. commod.* Bald. *in l. quæ fortuitis, numero* 70. *C. de pignorat. act.* Immo ex *eodem capitulo final. de his qui fil. occid.* mors pueri sequuta in lecto parentum consideratur tanquam casus fortuitus, per illa verba ex euentu.

Nec sequitur; retinuit filium in lecto, ergo necauit, seu necare voluit, cùm potiùs ob nimiam dilectionem retinuisse dicendum sit, cùm sit mater, quæ filios tanquam propria viscera amare præsumitur, vt est notissimum, nec vlla lex præsupponit contrarium. Immo non est nouum quòd matres in lecto filios retineant, vt omnes norunt, id quod nonnulli testes fisci repetiti non inficiantur. Affirmantes vlteriùs se nunquam intellexisse, quòd pro huiusmodi euentibus fuerit contra matres processum criminaliter, sed nec ciuiliter etiam. 48

Quod autem nos in præsenti casu versemur in culpa leui, ex quo infans in amplo matris cubile in faciem cubans mortuus repertus est, tradit Hostien. *in capitulo final. de his qui fil. occid. versiculo, & qui non adhibet omnem diligentiam*, Butr. omnino videndus aliud non dicit nisi quòd sit culpa quando in eodem lecto, Hostien. dicit saltem in leui, *ibidem*, & Alb. omnino videndus *in dicto capitulo final. versiculo nota secundò*, contrarium dicit vigere in foro animæ, scilicet quòd præsumatur lata culpa, secus autem in foro contentioso, per regulam quòd in pœnis mitior interpretatio facienda est, *capitulo, in pœnis, de reg. iur. in sexto*, cum similibus. Doctores autem ex aduerso allegati, & ll. ab iisdem adductæ, præsupponunt dolum expressum, vel saltem latam culpam, & sic nullo modo adaptantur casui nostro, immo in terminis, quòd quis non reputetur indignus vbi non est in dolo, tradit notabiliter Bald. *in l. alia causa, numero* 9. *C. de his quib. vt indign.* & quòd ob culpam tantùm leuem non agatur criminaliter, tradit Boss. relat. à Clar. §. *Homicidium, versiculo, culpa dicitur*, vbi de communi, & exempla per eum adducta optimè casui nostro adaptantur. 49

Accedat quòd doctrinæ contrariæ præsupponunt constare delictum commissum fuisse ab eo, de cuius priuatione agitur, dolo, vel saltem lata culpa, vt dictum est. Nos autem sumus in casu dubio, cùm bene contingere possit, vt filia de per se suffocetur in lecto cubando in faciem, prout reperta fuit, & ideo cùm non sit certum matrem commisisse delictum, non venit punienda. ad textum *in l. si maritus, C. de donation. inter vir. & vxor.* Imol. *in l. si ab hostibus, §. si vir in vxorem, in fine, ff. solut. matrim.* 50

Et licèt mater retinendo filium in lecto videatur fecisse contra prohibitionem legis. per textum *in capitulo consuluisti, 2. quæstione 5. & capitulo final. de his qui fil. occid.* & propterea dicatur nedum in culpa, sed etiam in dolo per ea quæ doctissimè dominus meus fiscalis. Nihilominus considerandum crediderim quòd prohibitio dictorum capitulorum habet locum in foro animæ, non autem in foro fori, à quo huiusmodi prohibitio, quòd sciam, nullatenus emanauit. Et ideo quæ fauore animæ ordinata sunt, non debent ad pœnam corporalem, & priuationem hæreditatis extendi: maximè cùm simus in pœnalibus, stante dubietate, prout bene credit Marianus Socin. ni fallor, ex aduerso adductus. 51

Et ita per ea, quæ ex tempore mihi occurrunt, crederem cessare obiectum, quòd scilicet mater sit in dolo, eo quia fecerit contra legis prohibitionem. Non enim, vt existuno, potest dici prohibitio hominis, cùm eur atus huiusmodi prohibitionem faciat ratione animæ, & vigore capitulorum prædictorum. Et ideo consideratur nunquam legis prohibitio.

In eadem causa alia motiua Reuerendissimi domini Ponentis.

Quibus responsum est suprà in tertio responso, num. 28. & seqq.

52 1 VT videat aliqua attentione accuratissimam, ac de more eruditissimã domini mei fiscalis scripturam in causa suffocationis infantulæ studuisse, hæc adnotare statui, præsertim vt quæ in meis motiuis affirmabam, non absque aliqua intelligentia, vel saltem Doctorum autoritate dixisse videar, prout fortasse sentit dominus meus fiscalis. Et primò quod attinet ad dictum Cyni ex aduerso allegati, & Alberic. qui iuxta intentionem fisci magis sentire videntur, considerandum est quòd Alberic. referendo Azon. disputantem an dolus præsumatur, per *l. si procurator, §. dolo, & l. dolus, ff. mand.* duas eiusdem Azonis affert solutiones, quarum altera ea est, quæ à domino meo fiscali adducitur, altera verò quæ paulo inferiùs *sub eodem n.* 2. legitur. Nempe quòd regula quidem firma est quòd dolus non præsumatur, & si quo casu præsumatur hoc fit à iure specialiter inductum, & hanc secundam solutionem approbari ab Odofr. inquit, ex quo infero quòd cùm specialiter de iure non præsumatur dolus in matre, quæ in lecto filiam retinuit, ergo nec nos illum præsumere possumus, aut debemus, maximè quia cùm præsumtio doli contrariis præsumtionibus tollatur, vt per eundem Alberic. *eadem l. versic. & etiam doli præsumtio*, ideo per præsumtionem amoris, quæ militat in matre, tollitur omnis contraria præsumtio, & in puncto, quòd non præsumatur dolus in personam beneuolam, & specialiter in matre, videat seipsum D. meus Fiscalis *in speculo suarum quæstionum, quæst.* 88. *n.* 68. *de pœn. temperan. lib.* 3.

53 . Ad id quòd mater præcedente monitione dicatur in graui culpa, per Abb. *loco ex aduerso citato*, supplicatur aduerti quod Abb. nequaquam absoluté affirmat, sed inferiùs postea se declarat in vltimo notab. vers. exemplum, vbi quòd tunc dicitur grauis culpa quãdo parentes inter se collocant filium, leuis verò quando ambo parentes penes se, sed in loco remoto collocant, si vnus tantùm ex parentibus filium in lecto retinet, vt in casu nostro; nulla quando in cunabulis, & ad hoc confert optimè Butrig. eodem loco omnino viden. Immo si attentiùs consideretur mens Abb. per totum cap. apparet quantum ille faueat parentibus, in quibus non cadit suspicio tanti delicti, & ideo quòd contra ipsos in dubio disponitur, fit fauore animę, hoc enim casu durior interpretatio dicitur mitior, secus in foro contentioso, vt tradit idem Abbas ex aduerso allegat. *in* 2. *notab.* & pariter Marian. Socin. ibi, qui dicit, quòd stãte dubietate, nulla venit imponenda pœna, quod optimè applicatur casui de quo agitur, ex eo quòd puella fuit reperta cubare in facie, & sic potuit absque facto matris perire, nec obstat doctrina Salycet. quia ipse loquitur in violentia commissa ab inuasore fundi alterius, propter quam sequutum fuit homicidium, & ideo, quia violentia per seipsum est criminaliter ordinata ad delicta, & facillimè ad homicidium, prout quisque scire debet, ideo non est mirum si violentus inuasor præsumatur in lata culpa, eo quòd non præcogitauerit mala, quæ ex ipsa violentia procedere poterant, quod certè nullo modo casui nostro adaptari videtur, cum retentio filij in lecto non possit dici ordinata ad aliquod delictũ, & hinc est, vt arbitror, quòd canones disponũt parentes esse monendos, non prohibendos, vbi enim cogitassent retentionem huiusmodi sonare in delictum, illam expressè imposita pœna prohibuissent, prout est omnis violentia à legibus maximis animaduersionibus prohibita, quod est notum, ideo cessat illatio, & obiectum.

54 Quòd etiam monitione non præcedente mater retinendo filium in lecto dicatur in culpa, per Hostien. & alios allegatos respondere liceat, quòd cùm priùs *cap. consuluisti*, huiusmodi monitio ordinata fuerit, ideo Doctores postea scribentes intelligendi sunt retentis iisdem terminis, & sic præsupposita monitione. Sed quicquid sit adhuc replico, Hostien. absolutè loqui in foro conscientiæ, nec discrepare ab aliis, qui plures culpæ gradus ponunt, vt suprà dixi; Marianus verò Socin. tantum habet, vt possit pro contraria parte adduci, vt immo ex se sola ipsius autoritate proposita quæstio optimè terminari videatur in fauorem matris.

55 Quod verò respondendo motiuis meis dicitur, doctrinam Bald. *in leg. alia causa, Cod. de his quibus vt indignis*, per quam disponitur hæreditatem excluso dolo non auferri tanquam ab indigno, nõ esse attendendum, cùm sit contra textum, *in dicta leg. indignum*, quæ ob solam culpam & negligentiam aufert hęreditatem, & contra ea, quæ ipsemet Bald. consuluit *in consilio* 28. *n.* 4. *lib.* 3. paruo labore tollitur, tum ex eis, quæ paulo inferiùs dicam declarando verba illa, *per culpam, & negligentiam*, quę leguntur *in d. l. indignum*, tum etiam, quia consilio Bald. allegat. in quo habetur, quòd occidens, vel negligens curare infirmum priuetur successione, nõ excludit dolum, vel latam culpam, immo si bene consideretur illam includit. per ea quæ in motiuis dixi.

56 Et hinc pariter constat optimè subsistere quod in motiuis dicebam, nempe, quòd lata culpa requiratur, cùm leuis criminaliter non puniatur, quia vltra quòd hæc est communis opinio, vt tunc demonstraui, adhuc replico, quòd culpa, de qua *in leg. indignum*, præsupponitur lata, per ea quæ plus satis adducit Natta *præallegat. consilio* 462. & tamen præsupposito quòd leuis etiam culpa puniatur, hoc est intelligendum extra ordinem & leui pœna, vt notabiliter colligitur ex Bald. *in l. quæ fortuitis, numero* 65. *Cod. de pignor. action.* & dominus meus Farinacius abundè *de pœnis temperan. quæst.* 87 *numer.* 84. *volumine* 3. non autem vt existimo est inferendum, punitur mater aliqualiter pœna extraordinaria; ergo priuatur successione. quia in hac materia ablationis hæreditatis, quæ est odiosa, in his tantùm casibus auferrur hæreditas, in quibus lex præcisè disponit, Bald. *in l.* 1. *C. de hæred. instit.* Alexand. *in l. si ab hostibus, §. si vir. in fine ff. solut. matrimon.* latè Peregr in. *de iure fisci, lib.* 2. *titul.* 2 *num.* 2.

57 Quod verò dicit dominus ex aduerso scribens se non inuenire Doctorem dicentem, prout ego in motiuis præsuppono, quòd lex *indignum* requirat latam culpam, quæso non grauetur videre Nattam *in consilio* 462. aliàs per me allegat. *sub num.* 4. *versic. sed in casu isto*, & si postea non inuenerit Doctorem adhuc non repertum, verberibus me afficiat. verba igitur Nattæ, si Natta est Doctor, hæc præcisa sunt: *Et dicendum est fortius quòd text. in dicta leg. indignum, qui loquitur de culpa commissa ab hærede in non curando infirmum, debet intelligi de lata culpa, quia agitur de pœna, vel de ablatione legati.* Quod confirmatur ex doctrina Baldi *in loco per eum allegato*, vt videre est, quem Bald. ab incunabulis inter primarios Doctores annumerari, semper audiui, immo & hoc supplicatur aduerti, quia destruit præcipuum fisci fundamentum, nempe quòd ob simplicem culpã, immo quòd ob solam negligentiam priuetur mater hæreditate, per tex. ibi, *per negligentiam, aut culpam*. Nam tex. ille *l. indignum*, ad hoc vt quis propter culpam & negligentiam priuetur, talem requirit negligentiam, & culpam, quòd propter illam, nota quod inquam, *propter illam infirmus mortem incurrat*, immo, & quod magis est, hoc nec etiam sufficit, nisi manifestissimè probetur, vt expressis verbis inquit

textus

textus. Ergo si talis culpa & negligentia requiritur per hunc textum, ob quam infirmus moriatur, & quòd ea manifestissimè probetur, quomodo affirmari potest, qualem qualem culpam & negligentiam sufficere ad priuationem, vt ex aduerso dicitur.

58 Addo quòd leges vbi in aliquibus casibus negligentiā puniunt, tunc ipsa negligentia verificatur culpa, saltem lata, textus est expressus *in l.idem ait, in prin. ff. ad l. Aquil.* & ibi gloss. facit *l.1. C. de hered. tutor. & curator. & l.2. C. de magistr. conuenien.* cum similibus, id quod etiam eruditissimè docuit me D. meus fiscalis *de pæn. temperan. q. 88. n. 70 lib.3.*

59 Nec obstat acutissimum, & dignum quidem domini mei fiscalis argumentum, quòd scilicet ex quo mater ob non petitum intra tempora legitima tutorem filio pupillo, & ob transitum ad secunda vota non reddita ratione tutelæ priuatur successione, & tamen non punitur criminaliter; ergo idem, & multo magis in casu de quo agitur. Quia vltra quòd satis remouetur obiectum ex eo quod in casibus allegatis ita expressè cautum est, quod secus est in casu nostro, adhuc dicitur illud procedere, & inductum fuisse fauore pupillorum, vt bona sua diligenter curentur, & in odium matris, ex quo ab amore filij residare videtur, vt ibi per Doctores, quæ quidem ratio cùm casui nostro nullatenus conueniat, ergo nocere non debet, cùm ex diuersis non bene inferatur. vulgat. iurib.

60 Nec pariter obstat doctrina Bart. *in l. si vt certo. §. sed interdum, ff. commodat.* quam licèt à me allegatam, dominus meus contra me ipsum inducit, quia dico Bart. in versiculo ex aduerso allegato, procedere in culpa quæ cadit in contractibus commodati, tunc enim quoquo modo succedat casus, satis illa culpa dicitur præordinata ad casum: secus autem in delictis, in quibus, vt culpa puniatur, requiritur, quòd fuerit ordinata ad casum, vt colligitur ex eodemmet Bart. si rectè consideretur, & clarius per Bald. *in l. quæ fortuitis, n. 65. & seqq. C. de pign. act.*

61 Quod dicitur de monitionibus cessat per ea quæ in motiuis deducta fuere, quibus ex superabundanti additur, solitum ciuitatis nedum Spoleti, sed totius orbis quòd parentes paruulos in propriis cubilibus retineant, ex quo solito omnis excluditur dolus, & delictum, vt optimè tradit dominus meus fiscalis *de pænis temperan. q. 88. interpret. 5, n. 62. & q. 65. n. 27. & seqq.* Hæc dixisse volui, vt vicem cotis fungar, acuendo enim ingenium domini mei fiscalis, vt replicet, & meas nugas irrideat, cur non ego lætari debeam, cùm ex eius eruditissimis lucubrationibus ea me perdidisse te profiteat, quæ nusquam aut percipi, aut audiri nequeant, &c.

Proposita causa in sacra Consulta, in qua, vt mei moris semper fuit, pro veritate fisci partes tuebar, propter mihi sic tuendi iniunctum onus non potui tantum clamare, quin Illustrissimi & Reuerendissimi illi patres, quorum prudentissimo iudicio me semper submisi, & qui vtplurimum mitiorem partem amplecti solent isto casu in contrarium partem declinantes, matrem hanc non esse filij hæreditate priuandam, nec minus criminaliter puniendam, sed solùm ad aliquam persoluendam pecuniæ quantitatem alicui pio loco pro eleemosyna decreuerint, & ita exequutum fuit.

ARGVMENTVM.

Fiscus quando ab indigno hæreditatem sibi latam aufert, nunquid teneatur ad debita per indignum contracta ante commissam indignitatem.

SVMMARIVM.

Hypothecariæ actioni, vt locus sit, sufficit probare, quòd hypothecans post cōtractam obligationem alicuius rei dominium seu possessionem habuerit, n. 1. & n. 14.

Fiscus ab indigno auferre non potest id quod indignus nunquam habuit, n. 2.

Paterna hæreditas ab indigno filio adita, non aufertur ab eo ipso iure, sed per sententiam, & ante sententiam filius dicitur hæres, dominus, & possessor. n. 13. & n. 8. & num. 10. & n. 14. num. 18. & 19.

Hæreditas ab indigno per fiscum ablata transit cum omnibus oneribus, prout erat penes indignum, n. 4. & num. 15.

Confiscatione bonorum sequuta, fiscus tenetur ad omnia debita contracta per delinquentem ante delictum etiam in crimine hæresis, num. 4.

Hæreticus à die commissi criminis amittit ipso iure dominium & administrationem omnium suorum bonorum, n. 4.

Fiscus, qui ab indigno hæreditatem abstulit, tenetur ad omnia debita contracta ab indigno ante commissum crimen, n. 1. & omnibus sequentibus, vbi proponuntur contraria, & illis respondetur, contrà num. 16. & seq.

Hæres contrauenien s voluntati testatoris amittit hæreditatem, illáque non fisco, sed aliis, aut substitutis, aut venientibus ab intestato defertur, n. 5. & 6. vbi quòd isto casu is ad quem vadit hæreditas, propter contrauentionem hæredis non tenetur ad illius debita.

Hæres contrauenien s voluntati testatoris amittit illius hæreditatem ipso iure, n. 6.

Delinquens etiam post delictum in fisci præiudicium potest alienare, & distrahere bona sua, n. 7. & n. 7. & num. 12.

Fiscus auferens hæreditatē ab indigno, tenetur ad debita defuncti, & ad legata, & fideicommissa ab eo facta, num. 16.

Indignus ex suo facinore commodum reportare non debet, num. 17.

Indignus succedendo confundit actiones, quas habebat, nec aduersùs fiscum in illis restituitur, n. 17.

Indigni sunt malæ fidei possessores, & propterea tenentur restituere omnes fructus, n. 18.

Resoluto iure datoris resoluitur etiam ius acceptoris, n. 19. vbi ponuntur exempla.

Venditore in vēditione læso, recuperante ab emtore rem venditam hypothecæ super ea ab emtore impositæ soluuntur, num. 19.

Auocante donatore bona donata propter ingratitudinē donatarij resoluuntur hypothecæ, & donationes per donatarium super illis contractæ.

CONSILIVM CLIV.



IN hac causa indigni, seu pecuniaria inter D. Franciscum Polinum, & dominos defensores montis Cincij, duæ cadunt inspectiones, prima est, An per aditionem paternæ hæreditatis factam per q. Iacobum Cincium sit locus hæpothecæ generali omnium bonorum præsentium & futurorum ad fauorem dicti Francisci, quando Iacobus pro ipsius releuatione occasione fideiussionis factæ in societatibus officiorum omnia bona sua sic vt supra obligauit; secunda erit inspectio nunquid fiscus, qui hæreditatem prædictam Iacobo tanquam ab indigno abstulit, teneatur ad debita per Iacobum contracta ante commissum delictum sub prædicta generali obligatione, & hypotheca, & quod attinet ad primam inspectionem, crederem affirmatiuè respondendum esse, 1

cùm

cùm vt locus sit generali hypothecæ omnium bonorum præsentium, & futurorum, sufficiat probare, quòd hypothecans post contractam obligationem, alicuius rei dominium, seu saltem possessionem habuerit. l. qua nondum, §. 1. ff. de pignor. l. fin. C. qua res pign. oblig. poss. Bart. in l. rem alienam, n. 5. vers. & prædicta sunt vera, ff. de pignor. act. Bald. in l. cùm res, post n. 1. ver. oppone, dicitur hic, C. si alienа res pign. data sit. Negu. de pign. 7. membra 8. p. princ. 6. in prin. vers. prima igitur conclusio.

2 Quòd autem Iacobus Cincius fuerit dominus, nedum possessor paternæ hæreditatis, licèt ab eo vti prætenso patris occisore fuerit postea ablata, difficultatem non habet, quia nisi eam possedisset, & habuisset, fiscus ab eo auferre non potuisset, cùm auferre non possit ab aliquo id quod quis non habet. Bald. in l. hæreditas, n. 6. & ibi etiam Ang. col. fin. vers. quandoque aufertur. Corn. col. 3. ante finem vers. item secundùm Baldum, n. 10. C. de his quib. vt indig. Boss. in tit. de indign. n. 3. & n. 5.

3 Paterna enim hæreditas ab indigno filio adita non aufertur ipso iure, sed per sententiam, & ante sententiam filius dicitur hæres, dominus, & possessor. l. his consequenter, & ibi gloss. in verb. neu pertinere, & communiter omnes, ff. famil. hercisc. Bald. post Nicol. de Matarell. in d. l. hæreditas, numer. 7. & ibi etiam Salyc. eod. numer. 7. C. de his quib. vt indig. Barbat. cons. 8. n. 4. & n. 10. vers. facit textus, lib. 3. Roland. cons. 56. n. 3. lib. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. titul. 2. n. 7.

4 Firmata itaque hypotheca in bonis hæreditariis Francisci Cincij, dum penes Iacobum perstiterunt, quòd transeundo in fisco sint eidem oneri & hypothecæ supposita (vt secundæ inspectioni respondeam) facit verissima illa iuris conclusio, quòd in fiscum hæreditas ab indigno ablata transit cum omnibus oneribus, prout erat penes indignum l. quod placuit, ff. de iur. fisc. l. cum fisco, ff. ad Syllanian. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Azo in summa de his quib. vt indig. n. 25. vers. & est secundum. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. rubr. de indign. num. 18. in princ. & generale est, vt quocunque casu, in quo fiscus aliena bona confiscet, teneatur ad debita contracta per confiscatum, præsertim ante delictum. Boss. in tit. de bonor. public. n. 11. Clar. in pract. §. fin. qu. 78. vers. sed an teneatur fiscus, & vers. fin. Andr. Gail obseruat. 86. n. 6. lib. 1. Simanc. Cathol. instit. titul. 9. rub. de bon. hæret. n. 120. Et procedit præmissa conclusio etiam in criminalibus in quibus quis post delictum amittit ipso iure bonorum suorum administrationem, prout est hæresis, secundùm gloss. in c. cum secundum, in figuratione casus, in princ. & ibi etiam Franc. n. 2. vers. vltimo nota, de hæret. in 6. Alber. in l. Manichæos, n. 20. in verb. consulto, C. de hæret. summa Tabien. in verb. Hæreticus, numer. 5. & voluit Simanch. in loco præallegato. ergo multo magis in crimine indigni in quo indignus, nec dominio bonorum sibi delatorum, nec administratione priuatur ante sententiam, vt suprà probaui.

5 Nec difficultatem faciat doctrina Boss. in tit. de his quib. vt indign. n. 19. in fine, contrarium sentientis, ea motus ratione, quia, si aliàs diceremus, esset in facultate indigni obligare fiscum, & reddere inutilem hæreditatem. ex Bart. quem allegat in l. recusare, §. si fisco, ff. de iur. fisc. & Bossium sic dicentem refert etiam Peregr. de iure fisci, dict. tit. 2. num. 18. in fine. nam pro responsione supplicatur aduerti quòd Bartolus non loquitur præcisè & specialiter in fisco auferente ab indigno, sed generaliter in eo ad quem defertur hæreditas in pœnam alicuius, verba enim Bartoli sunt hæc, facit quòd ille, ad quem vadit hæreditas alicuius in pœnam illius non tenetur ad illa, ad quæ tenebatur ille primus, à quo aufertur, & sic nihil de fisco, & nihil de indigno dicit, sed verè eius verba intelliguntur generaliter in alia persona; in quam hæreditas aliqua defertur in pœnam contrauenientis, vt pura hæredis alienantis contra prohibitionē testatoris, sub pœna, aut aliàs non adimplētis testatoris mentē, & iste est verus intellectus ni fallor verborū Bossij; quo casu res non vadit ad fiscū, sed ad alium vocatū à testatore in casu contrauentionis, vel cohęredi, aut substituto, aut venientibus ab intestato. Abb. consi. 57. numero 4. & seqq. & numero 18. & seqq. Paul. consilio 19. numero 141. & seqq. & consilio 91. numero 67. libr. 2. Clar. de testamen. quæst. 69. vers. sed pone.

Nec mirum si isto casu is ad quem vadit hæreditas in pœnam contrauenientis, non tenetur ad ea, ad quæ tenebatur contrauenienꝭ, quia à principio hæreditas fuit relicta sub ista pœnata conditione, & eo ipso, quòd contrauenit incidit ipso iure in pœnam amissionis hæreditatis. Bald. in auth. hoc amplius, numer. 6. C. de fideicommiss. & ibi communiter alij, non sic in casu nostro, in quo vt probaui, occisor patris non priuatur illius hæreditate ipso iure, sed efficitur hæreditatis dominus, & possessor antequam ab eo auferatur. 6

Respondetur secundò, quòd etiam quòd Bartolus loqueretur in specie (prout verè non loquitur) in fisco auferente ab indigno, & tunc negari non possit quin eius autoritas esset magna, si firmaret id quod in argumentum adducit, sed reuera Bartolus nihil firmat, cùm post verba prænarrata expressè subdat, quod modò nō examino, & sicut Bartolus, à Bossio allegatus, non firmat id quod dicit Bossius, ita nec ratio per Bossium adducta releuans est. dum enim Bossius dicit, Et si aliter diceremus, esset in facultate indigni obligare fiscum, & reddere inutilē hæreditatem. Hæc inquam ratio non concludit, nec à iure efficax reputatur, cessante fraude, prout cessat in casu nostro, ex quo debitum fuit contractum per plures annos, ante prætensum commissum parricidium, cùm etiā post commissum delictum, pro quo confiscatio bonorum imponenda sit si delictum fuerit occultum valeat obligatio, & alienatio à delinquente facta ante accusationem, seu inquisitionem, etiam quòd postea sequatur condemnatio, licèt hoc modo posset delinquens fisco præiudicare, & confiscationem inutilem reddere. Cyn. in l. si quis posthac, numero 2. & ibi etiam Bald. numero 1. & Angel. num. 3. C. de bon. proscript. Natt. consil. 212. numero 4. Clar. in pract. §. fin. quæst. 78. num. 15. vbi de communi, sic & multo magis in casu nostro valida erit hypotheca contracta vigore obligationis factæ ante commissum delictum, licèt postea hypothecaos fuerit reputatus, & condemnatus tanquam indignus, Peregrini auctoritas attendenda non est, cùm alium non alleget nisi Bossium vbi suprà, cuius dictum, & ratio non tollit, quæ suprà secundùm communes iuris regulas tradita sunt, vt probaui. 7

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

ETiam fiscus quando aufert bona, vel hæreditatem tanquam ab indigno, teneri debet ad debita contracta per indignum, donec sequatur ablatio, vel iudicium contrà cùm instituatur, quia dum admittimus ipsum indignum cum effectu succedere, & possessionem, & dominium hæreditatis sibi delatæ consequi, vt hoc admittendum esse fatentur in l. 1. C. de indig. & aliis in locis, quos allegat Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 2. num. 7. Farinac. quæst. 120. sect. 2. numero 36. Menoch. consilio 501. numero 13. & consilio 557. numero 18. inde sequitur, quòd interim possit ille obligare dicta bona, & hæreditatem creditoribus suis, ita vt super eis possint pro eorum credito bona prædicta vendicare etiam in præiudicium fisci. 8

Tum quia stāte dicta acquisitione dominij, & possessionis hæreditatis indigno delatæ concurrunt requisita ad acquirendum hypothecam, de quibus per Mascard. de prob. concl. 870. num. 5. & seqq. tum etiam quia semper quòd bona non deferuntur ipso iure fisco, vel non sit interdicta administratio delinquenti illa, quamuis post delictum, ante tamen institutum iudicium interim alienari & obligari etiam in præiudicium fisco possunt per delinquentem. Bart. in l. post contractum, sub numero 1. ff. de donat. Ang. in l. si quis posthac, numero 4. C. de bon. proscript. Clar. in § fi. q. 78. versiculo cæterum. Gomez de delict. cap. 14. n. 4. ver. si verò talis. Peregr. de iur. fisc. tit. 5. n. 178. 9

Vnde quia non reperitur iure cautum, quòd indigno sit interdicta administratio, quinimo ex quo potest adire & possessionem adipisci, eorum administrationem habet, ita ut non excludatur ab eis, iuxta scripta per Menoch. 10

Menoch, *dict. consil.* 502. *num.* 18. Farinac. *d. quæst.* 102. *sect.* 2. *num.* 36. omnino dicendum est obligationem per eum medio tempore, & multo magis ante delictum factam tenere ad fauorem creditorum, & proinde fiscum facta ablatione teneri ad solutionem debiti antea contracti, sicut attestantur omnes præallegati, & præsertim quando sumus in obligatione, seu in alienatione ante delictum circa fraudem facta. Bartol. *in dict. l. post contractum, numero* 1. Peregr. & alij per eum relati *in dict. lib.* 1. *titul.* 1. *num.* 152.

11 Nec aliquid facit, quòd Boss. *in tit. de his quib. vt indign. sub num.* 19. voluerit bona ab indigno ablata non transire in fiscũ, nisi exemta ab oneribus, & debitis illius, quia fundat se Bossius in doctr. Bart. *in l. recusare*, §. *si fisco. ff. ad Trebell.* qui de hoc nihil dicit, sed solùm mouet quæstionem, an ille ad quem vadit hæreditas alterius in pœnam illius, teneatur ad ea, ad quæ priùs tenebatur, & postea subdit se hunc passum non examinare; cùm ergo deficiat auctoritas Bart. in quo se fundat Bossius, eius etiam dictum cessare debet, ad vulgare dictum eiusdem Bart. *in l. non solùm*, §. *liberat. num.* 7. *ff. de liberat. legat.* cum vulgat. eo magis, quia loquitur contra conclusionem communem superiùs firmatam, nempe quòd delinquens potest ante institutionem iudicij bona ad fiscum deferenda obligare.

12 Propterea Bossius, pro ratione illius dicti, eam rationem allegat, siquidem, quod non debet esse in potestate indigni obligare fiscum, & reddere hæreditatem inutilem, quæ ratio in tantum viget, inquantum colligitur saltem ex coniecturis, quòd obligationes factæ fuere ad fraudandum fiscum, sicut contingit, quando fuit maioris partis bonorum, vel concurrunt præsumtiones, de quibus per Bartol. & Doctores *in dicta l. post contractum*, aut quòd delictum est notorium, vel reus est in delicto deprehensus. Bart. *in dict. l. post contractum, numer.* 12 *in fine*, vbi priùs *numer.* 8. & 10. Peregrin. *de iur. fisc. libr.* 1. *tit.* 2. *num.* 178. *versicul. adeò quòd, & versicul. ampliauerunt*, at quando sumus in debito contracto, ante, vel post delictum, & illud creditores ignorabant, quia hoc erat occultum, & sic bona fide contraxerunt, cùm indigno huiusmodi ratio cessat, & propterea etiam dicta per Boss. cessare debent, & eis locus esse non potest, quemadmodum, eum hac distinctione debiti creati, ante, & post delictum occultum, vel notorium ad effectum sustinendi alienationes, & obligationes delinquentis vltra præallegatos transit Carpan. ad statut. Mediolanen. *in secunda parte super capit. omnium, numer.* 801. & *sequent.*

Antonius Portius Aduocatus.

Dubitationes in eadem causa.

13 FRancisco Cincio defuncto, Iacobus eius filius paternam hæreditatem adiuit, eámque per aliquod temporis spatium possedit; detecto postea quòd Iacobus in patris necem conspirauerat, fuit debito supplicio affectus, atque ab eo, vt indigno per fiscum bona ablata, contraxerat ante huiusmodi delictum nonnulla debita Iacob. pro quibus hypothecauerat omnia bona præsentia, & futura; Quæritur, an ad fauorem talium creditorum sit inducta hypotheca super bonis Francisci patris vt suprà possessis per Iacobum, ita vt teneatur fiscus eis satisfacere motiuando, dicebã hanc quæstionem decidi per Boss. in *tit. de his quibus, vt indign. n.* 19. & Peregr. *de iur. fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 8. qui expresè firmant non teneri fiscum ad debita indigni, vt per eos,

14 Pro D. Cæsare Cincio vnus ex dicti Iacobi creditoribus contra fiscum scripserunt celeberrimi Aduocati Domini Farinacius, & Portius, ac nullum prorsus Doctorem allegarunt tenentem contra Bossium, & Peregrinum, sed solùm conati sunt ostendere eorum doctrinam esse contra communis iuris regulas, deducendo primùm ex obligatione generali Iacobi nactos fuisse creditores hypothecam in hæreditate Francisci Patris, statim, ac eam Iacobus adiuit, ac possedit. *l. quæ nondum*, §. 1. *ff. de pignor. l. final. C. quæ res pignor. oblig. poss.* Negus. *de pignor. in tertio membr.* 8. *part. in princip. num.* 6. *in* 1. *versic.* 1. *concl.* sunt enim interim hæredes, & possessores indigni, donec ab eis hæreditas auferatur, Boss. *in tit. de indign. num.* 17. Molin. *de iust. numer.* 2. *disput.* 178. *in fin.*

Deducendo secundò ex quo creditores ius acquisiuerunt hypothecæ in dictis bonis tali onere, & taliter affecta transire debere in fiscum. *l. quod placuit, ff. de iur. fisci. Authen. hoc amplius, C. de fideicommiss.* cum alijs citatis, & consequenter teneri fiscum illis satisfacere. Clar. §. *fi. quæst.* 78. *versiculo, an teneatur.* 15

Cæterùm quamquam plurimi semper fecerim auctoritatem præfatorum dominorum Aduocatorum, non videtur tamen recedendum à classicis illis Doctoribus Bossio, & Peregrino, quorum assertio confirmatur etiam ex Molina, *dicta disput.* 178. *ad finem, versiculo duo sunt*, vbi explicando ad quæ debita teneatur fiscus, quando aufert bona ab indigno non connumerat istum casum, quòd scilicet teneatur satisfacere creditoribus indigni, sed quòd teneatur ad debita defuncti, & ad legata, & fideicommissa, si testator defunctus ea reliquit, idem voluit Rosental *vbi suprà*, & extat text. *in l. cum fisco* 9. *ff. ad Senat. Consult. Sillan.* & *l. dicitur* 14. *ff. de iure fisci.* 16

Et certè si verum esset, quòd satisfaciendum esset creditoribus indigni de bonis, quæ fiscus aufert, redderentur fisco passim inutiles hæreditates, vt considerat Boss. *dicto titulo de indign. numero* 19. & non esset verum quòd debet fisco applicari quidquid indigno aufertur, vt disponit *l. Papinianus*, §. *meminisse*, *ff. de inoffic. testamen.* quia vtplurimum applicaretur indigni creditoribus, item non esset verum, quòd indignus non debet ex suo facinore commodum reportare: vt *l. sive hæreditaria, ff. de negot. gest. l. si ab hostibus*, §. *finali. solut. matrimon.* Anneus Robertus *rerum iudicatarum libro tertio, cap.* 7. *columm.* 2. *litera A*, & in tantum non debet commodum reportare, vt in pœnam si quas actiones habebat contra defunctum, & aditionem confusæ sint, amplius non restaurentur, & ad fauorem fisci, eas indignus amittat, *l. eum qui decimo octauo*, §. *bonis, ff. quibus, vt indign.* magnum autem commodum esse debitis liberari nemo non videt. 17

Non obstant modò considerationes per dominos Aduocatos factæ: nam licèt indigni dicantur hæredes, & possessores, tamen sunt tantùm possessores iure, non in effectu, vt per Anneum Robert. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *columm.* 1. *fol. mihi* 626. & facit ad hoc quia indigni sunt malæ fidei possessores, & propterea teneantur restituere omnes fructus. *l.* 1. *C. de his quib. vt indign. in l. hæredem*, & *l. eum qui, ff. eodem tit.* 18

Sed esto, quòd indigni interim sint hæredes, & possessores in effectu, vt videtur voluisse Molin. *d. disput.* 178. *in fine*, tamen cùm dicta hæreditas, & bona ad ipsos peruenerint cum illa qualitate, quòd possint à fisco auferri, & auocari. *l. Lucius* 9. *ff. de iure fisci. l. eum ratio*, §. *final. de bon. damnat.* Molin. *dicta disputat.* 178. *column.* 1. *litera D*, & *C*, auferente fisco bona, omnes hypothecæ super dictis bonis per indignum contractæ resoluuntur. *l. lex vectigali, ff. de pignor.* resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris, vt latè prosequitur Mantic. *de tacit. libr.* 11. *tit.* 31. *numero* 67. hinc dicimus si emtor emit cum læsione venditoris vltra dimidiam iusti pretij euincente venditore rem venditam, hypothecæ super ea ab emtore impositæ resoluuntur, Mantic. *vbi suprà numero* 68. & magis ad casum nostrum, auocante donatore bona donata propter ingratitudinem donatarij resoluuntur hypothecæ, & obligationes per donatarium super illis contractæ, vt latè Mantic. *vbi suprà numero* 76. & si hoc procedit in emtore, & donatario, qui verè sunt possessores, & domini, & fuerunt etiam veri possessores ante aliquod, per ipsos patratum delictum, quanto fortius dicendum est in 19

proposito casu, quo iste Iacobus nunquam possedit, nisi post delictum, quod ipsum fecit indignum, & immediatè semper extitit illa qualitas legalis, vt possint ab ipso bona auferri, & nunquam penes ipsum fuerunt bona liberè ad Rip. *l. fin. numero 147. C. de reuocan. donat.*

ARGVMENTVM.

Defenditur quidā Ferrariensis, qui in territorio Venetorum receptauit homicidā Ferrariensem, non tamen bannitum, aut condemnatum, non obstantibus bannimentis Ferrariæ, & constitutionibus Apostolicis.

SVMMARIVM.

Receptans bannitum extra territorium, à quo bannitus est, non punitur, num. 1.
Constitutio non publicata ligat quoad pœnam, n. 2.
Relatum in referente continetur cū omnibus suis qualitatibus, num 3.
Expressum dicitur in referente, quod in relato cōtinetur, fallit in his quæ pro forma requiruntur, n. 3.
Publicatio cōstitutionis debet fieri in publico, aut in rostris, aut in Archiuio ante omniū oculos vidēda, ita vt eam quilibet legere possit, & etiam habere copiā, n. 4.
Testator, seu constituens nō censetur voluisse id quod nō expressit, n. 5.
Contumax, aut verus, aut fictus sine citatione reputari non potest, n. 6.
Qualitas inferens delictū probari debet, vt delicti pœnæ locus sit, num. 6.
Scire non dicitur quis aliquid in genere, nisi etiā in specie sciuerit qualitates, delictum, & pœnā inferentes, numero 7.
Verba dubia bannimentorum interpretanda sunt cōtra fiscum se fundantem in illis, num 8.
Ignorantia iuris dubij excusat omnes etiā peritos, n. 8.
Confessio spontanea dolum abesse significat, & ignorantiam demonstrat, n. 9.
Credulitas eius, qui dicit non credidisse delinquere, iuramento probatur, n. 9.

CONSILIVM CLV.



1 IVLIANVS Nasellus Ferrariensis, qui receptauit Ioānem Bartolottum homicidam in eius villa posita extra territorium Ferrariense in statu Venetorum, non potest puniri pœna receptationis bannitorum, quia talis pœna non trahitur ad receptantem bannitum extra territorium statuentis. Bertazz. *consilio 126. numero 7. versicul. quo verò ad secundum caput*, & ibi Claud. *in addit. litera C. versiculo primo excusatur.* Hippol. Rim. *consilio 28. numero 2. & seq. lib. 1.* Card. Tusc. *pract. concl. in verb. Bannitus, concl. 17. numero 26.*

2 Bulla Sixti V. quæ contrarium disponit, & fuit edita tempore quo Ferrarienses non erant sub iurisdictione Ecclesiæ, non obstat præmissæ conclusioni, quia nunquā publicata in ciuitate Ferrariæ. Ideo non ligat quoad pœnam etiam scientes, Bald. *in l. fi. §. hæc omnia, in princ. C. de caduc. toll.* Dec. *in cap. 1. numero 40.* & ibi etiam Alex. de Neuo *numero 23. ante fi. & numero 35. ad med. versiculo sed præsupposito, extrà de constit.* Nauar. *cons. 1. numero 3. in 5. quæstio. rubr. de constit.*

3 Non obstant pariter bannimenta Illustris. & Reuerendiss. D. Card. Aldobran. *cap. 36.* Nam in eis, nec etiam receptantibus bannitos extra territorium nulla pœna imponitur, & licèt per illa verba, *conforme alla detta Constitutione di Sisto V.* & quæ sequuntur, videatur Bulla Sixti V. confirmata, imò & ad eam facta relatio, quo casu intrant regulæ, quòd relatum in referente continetur cum omnibus suis qualitatibus, & quòd omne, quod in relato continetur, censetur in referente expressum. *l. asse toto. ff. de hered. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demon.* cum simili. Respōdetur tamen, & ni fallor est optima respōsio, quòd prædictæ regulæ non habent locum in his quę pro forma requiruntur. Aret. *in l. 1. n. 1. in fin. vers. & istud dictum est in re verissimum, ff. de liber. & posthum. & in l. si is ad quem, num. 6. col. pen. vers. pro ista ratione, ff. de acquir. hared.* Grat. *cons. 28. num. 5. vers. nec obstat si dicatur, lib. 1.* vbi ponderentur similia verba illis, quæ posita reperiuntur in bannimentis, de quibus agit. Osasch. *decis. Pedem. 128. numer. 2.* sed sic est, quod publicatio constitutionis est de forma, & substantia ipsius constitutionis. *c. 1. de postulat. Prælat. l. fi.* vbi Gloss. Bart. & alij, *ff. de decret. ab ordin. facien.* cum alijs per Barsat. *cons. 200. n. 102. & seqq.* ergo illa non suppletur per relationem ad aliud.

Et pro hac responsione facit vrgentissima ratio, quia 3
publicatio constitutionis præsertim pœnalis, non alia de causa à iure requiritur, nisi ne illius ignorantia ab aliquo allegari possit, & propterea eadem iura præscribendo formam publicationis alicuius legis, vel constitutionis statuerunt, vt ipsa lex, seu constitutio ponatur in publico, aut in rostris, aut in Archiuio ante omnium oculos videnda, ita vt quilibet eam legere possit, & etiam si voluerit copiam habere. *l. 2. §. exactis, vers. postea ne,* dicitur, *ibi, pro rostris, composuerunt, vt possent apertius prospici, & ibi gloss. in verb. pro rostris.* Bald. *in vers. textu pro rostris, ff. de orig. iur.* idem Bald. *in tract. statutorum, in verb. publicare,* Alex. de Neuo *in d. c. 2. numer. 26. extrà de consti.* plenè Roland. *consil. 8. num. 21. & seqq. lib. 3.* Igitur quòd per relationem bannimentorum ad bullam Sixti Quinti censeatur facta eiusdem bullæ publicatio, & publicationis forma, præsertim ad incurrendam pœnam capitalem, & confiscationem bonorum, minimè dicendum est, ex prææallegatis.

Respondetur secundò, quòd ex tenore bannimentorum 5
apparet casum receptationis extra territorium Ferrariæ esse in illis exclusum, si bene eorundem bannimentorum verba perpendantur: nam facta in principio illius capitis confirmatione, seu relatione generali ad bullam Sixti V. quoad receptationem, & persequutionem bannitorum auxilium & fauorem ipsis præstitum, conuersationem cum eisdem habitam, negligentiámque Communitatum, & priuatarum personarum in eorundem bannitorum persequutione, & Curiæ denunciatione; deuenitur postea ad particularem & specialem plurium casuum non comprehensorum in dicta generalitate declarationem, inter quos specificè & expresè declaratur, quòd pœna huiusmodi receptatorum extendatur non solùm ad receptantes bannitos status Ferrariæ, sed etiam totius status ecclesiastici, vt in illis verbis, *Dichiarando per Banditi tutti quelli, che per qual si sia causa sarranno condennati Capitalmente, non solo in Ferrarà, & suo stato mà in qual si voglia altro luogo del stato Ecclesiastico.* Hinc sequitur, quòd sicut Illustrissimus dominus Cardinalis eos esse bannitos ad effectum, de quo agitur, declarauit, qui etiam sunt banniti extra territorium Ferrariæ, quod aliquam dubitationem parere videbatur, ita & multo magis, si hoc voluisset, declarasset eandem pœnam intrare in receptatione bannitorum facta extra statum Ferrariæ, quod magis dubitabile erat. ad scripta per Dec. *in consilio 15. num. 1. versicul. si enim voluisset testator, & consil. 122. num. 1. colum. 2. eodem versiculo, si enim voluisset testator.* Cephal. (qui loquitur in materia relationis ad aliam scripturam, de qua in casu nostro) *consil. 253. n. 23. lib. 2.* cum allegatis per eum.

Verùm, & alio respectu bannimenta prædicta exclu- 6
dere videntur casum, de quo agitur, dum expresè in illis declaratur, quòd banniti, vt eorum receptatio puniatur, intelligantur non solùm capitaliter condemnati, sed etiam non condemnati si fuerint contumaces, quod si verum

vetum est, vt mihi præsupponitur, quòd homicida à Iuliano receptatus, non erat receptationis tempore condemnatus, nec contumax, quia nondum citatus erat tempore receptationis, cùm sine citatione contumax reputari non possit, aut verus, aut fictus. Carer. *in pract. criminal. in primo tractatu, de appellation. §. sextus casus est, numero* 4. Foller. *in eadem practic. criminal. in verbo, & si confitebuntur, in quarta parte, tertia par. princip. num.* 3. Necessariò sequitur, quòd bannimentorum pœnæ locus non sit deficiente qualitate, pœnam & delictum inferente. *l. 2. §. docere, ff. de vi bonorum raptorum. l. 1. §. ait prætor.* & ibi Bartol. *ff. ne q* [illegible] *in loco publico.* cum aliis per Pett. à Plach. *in epit. delict. c. 19. n. 27. versic. cæterùm, &c. lib. 1.*

7 Imò etiam quòd iste homicida receptatus fuisset iam citatus, adhuc n, ec ipsum receptans bannimentorum pœnam incurrisset ex quo quòd fuisset citatus non habebat notitiam; vbicumque enim statutum ad incurrendum pœnam, requirit aliquam qualitatem delicti, non sufficit scientia in genere ipsius delicti, nisi etiam sciuerit qualitatem prædictam, prout in similibus terminis scripsit Felyn. *in cap. quoad consultationem, numero 32. de re iudica.* Bertazzol. *consilio 357. numero 70. & numero 46.* cum allegatis per eum. Hippol. Riminal. *consil. 310. n. 29. libr. 3.*

8 Respondetur tertiò, quòd ex omnibus præmissis negari saltim non potest, rem esse dubiam, & propterea intrant duæ verissimæ iuris conclusiones. Prima est, quòd verba bannimentorum dubia, contra fiscum se fundantem in illis, interpretanda sunt. *l. veteribus, ff. de pact.* Gozzadio. *consilio 60. num. 12.* Grat. *respons. 86. numero 15. & sequent. lib. 1.* Altera intrat conclusio, quòd in his, quæ dubia sunt, quisque etiam peritus facilè decipi potest, & excusatur. Neuizan. *consilio 34. n. 21.* Tiraquell. qui alios refert *de pœn. temper. caus. 11. n. 6.* Plot. *consilio crimin. diuers. 131. n. 7. & n. 11. & 12 lib. 1.* Olasch. *consil. 64. n. 52. in fine, & seq.*

9 Quod vltimum eo magis procedit in proposita facti specie, in qua Iulianus spontè receptationem factam fatetur liberè, dicens se homicidam receptasse, credens non intrare pœnam in receptatione extra territorium Ferrariæ, & quòd si aliter credidisset, non receptasset; hæc autem spontanea confessio, & dolum abesse, & ipsius ignorantiam, apertè demonstrat Port. Imolen. *consilio 95. num. 15.* Francisc. Becc. *consilio 96. num. 15.* Bursat. *consilio 112. num. 33.* Istóque casu ignorantiam iuramento probari dixerunt Cepolla *consilio 21. numer. 33.* Alciat. *de præsumptio. regula 3. præsumptio. 30. numero 7.* prout quod quis non delinquere crediderit, iuramento credentis probari voluit Gabriel *libr. 7. conclusio. 8. numero 65. 68. & 69.* Bertazzol. *consilio 11. numero 21.* post alios, quos allegat concordantes. Quare nihil superesse video, quod Iuliani absolutionem iure impedire valeat, & ita omnino fieri pro certo tenetur, cùm causa agatur coram Illustrissimo legato scientiæ, & integritatis fulgentissimo speculo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Delegato iudice ad faciendum processum, seu ad cognoscendum causam non censetur data potestas sententiandi. De pluribus sociis criminis, quando sufficiant ad condemnandum, vel ad torquendum, si præsertim patiantur plures defectus, de quibus in hoc consilio discutitur. Et an confessio generalis non expresso loco, & tempore commissi delicti, & persona, in quam delinquitur, sufficiat ad condemnandum confitentem.

SVMMARIVM.

Iudex delegatus ad faciendum processum non censetur delegatus ad sententiandum, n. 1. & n. 19. declara vt n. 34. & n. 45.

Iudici delegato ad cognoscendum causam non censetur data potestas sententiandi, n. 1.

Defensiones dandæ sunt reo antequã condemnetur, nec illas potest tollere Princeps de eius absoluta potestate, num. 2.

Defensiones non sunt denegandæ reo etiam confesso, & conuicto, num. 3.

Defensiones dandæ sunt reo cum oblatione copiæ indiciorum, eóque posito ad largam, n. 4.

Defensiones si reo denegentur ab ista denegatione datur appellatio, num. 3.

Socij criminis duo, vel plures nunquam sufficiunt ad condemnandum, n. 6.

Socij criminis si alios patiantur defectus, nec etiam faciunt indicium ad torturam, n. 7. etiam probata cõtraria consuetudine, n. 8.

Mulier de iure Canonico in criminalibus à testimonio repellitur, num. 9

Testis vilis, & pauper, à testimonio repellitur, n. 9.

Famulus expulsus à domino efficitur illius inimicus, & propterea examinatus contra ipsũ nihil probat, n. 10.

Testis meretrix, testificando repellitur, n. 10.

Testes non iurati nihil probant, num. 11.

Iuramentum non dicitur præstitum, nisi illud i actis scripturis præstitum fuerit, n. 11.

Socij criminis etiam plures non faciunt indicium si in eorum dictis sunt singulares, n. 12.

Socius criminis nullum facit indicium, si eius dictum non fuit confirmatum in tortura ad faciẽ rei, n. 12.

Socius criminis periurus, & varius non facit indicium etiam in casibus exceptis, n. 13.

Confessio generalis non afficit confitentem, nisi fuerit specifica de loco, & tempore commissi delicti, & de persona cum qua delinquitur, n. 15.

Confitens in strata plura latrocinia, & disrobationes commisisse, non potest ex hac sua generali confessione condemnari, n. 15.

Confitens commisisse homicidium, condemnari nõ potest nisi expresso nomine occisi, n. 15.

Confitens se occidisse plures homines ignotos, & eorum cadauera proiecisse in mare, non potest ex hac generali confessione condemnari, n. 16.

Confitens adulterium commisisse cum pluribus personis, non potest de adulterio condemnari nisi constito de banno receptati, aliter quàm per confessionem receptantis, n. 18.

Relatio semper censetur facta cũ omnibus qualitatibus de quibus in relato, n. 19. & 33.

Expressum dicitur, quando fit per relationem ad aliud, num. 19.

Verba clara interpretatione non indigent, n. 20.

Referenti non creditur, quando de relato non constat, n. 20. in fine, & n. 43.

Verba semper sunt intelligenda, vt aliquid operentur, etiã illa impropriando, & etiã in materia stricti iuris, n. 21. & n. 22. vbi declara, quòd non per hoc debent inducere nouam & diuersam formam ab expressa, & etiã declaratur, quòd sufficit verba operari

 mai

maiorem declarationem, & num.44.

Verba intelligenda sunt secundum communem dicendi vsum etiam in materia stricti iuris, n.21.

Vsus communis loquendi non præsumitur, ideo probãdus est per allegantem, n.21. in fine.

Forma non seruata, dispositio locum non habet, n.22. in fine.

Stylus probandus est per allegantem, n.23. & 97.

Defensiones, & copiæ indiciorum, reo deneganda non sunt, & cõtraria consuetudo nõ valet, n.23. & n.47.

Appellationi dicitur renunciatum ex non appellatione à processu ad vlteriora, n.24. Declara, vt n.25.

Defensiones, vbi reo denegatæ sunt, omnia inde loquuta ipso iure nulla sunt, nec est necessaria aliqua appellatio, n.24. & n.48.

Appellatio non est necessaria à nõ admissione appellationis factã à iudice à quo, n.25.

Appellatio, an sit admittenda, nec ne, nõ cognoscit iudex à quo, n.25.

Appellationi renunciatum non dicitur per comparitionẽ corã iudice à quo, quando fuit protestatum, quòd non per hoc in illius iurisdictionem consentitur, n.26.

Attentorũ reuocatio peti potest, etiam quòd fuerit appellationis, n.27.

Tortura sociorum criminis debet dari ad faciem rei, numero 22. & 50.

Tortura non purgantur plures defectus, n.28.

Deprehensus in crimine non dicitur quis nisi in fragrãti, & per euidentiã facti repertus; vel per testes legitimos, aut eius propria confessione conuictus fuerit, num.29.

Sodomiæ corpus delicti probatur per visionem peritorũ deponentium super fractura ani, n.30.

Peritorum relatio sine iuramento, & sine citatione partis non valet, n. 30.

Verba delegationis, & rescripti intelligi debẽt secundum dispositionem iuris etiam impropriando, n.32.

Sententia dicitur de processu, n.32. Declara, vt n.45.

Processus appellatione venit etiam sententia, quando verbũ processus profertur in materia, quæ adaptatur sententiæ, num.32.

Disponere in dubio quilibet præsumitur secundum qualitatem, quam habet, n.33.

Defensio licèt non possit tolli, potest tamen à statuto variari, & præscribi modus defẽsionis, imò, & à iudice & à consuetudine, n.35. & seq. vbi quòd reus potest teneri in secretis carceribus, cum potestate alloquendi procuratorem, & Aduocatum.

Defensiones denegandæ videntur in crimine nefando, n.35. in fine, contrà n.46.

Appellatio calumniosa interposita ante diffinitiuã sententiã sperni potest procedendo ad vlteriora, n. 37.

Appellatio ante diffinitiuam non causat attentata ante inhibitionem, n.37.

Socij criminis in delictis occultis, & difficilis probationis admittuntur præsertim iunctis adminiculis etiã ad condẽnandũ, n.38. vbi præsertim in crimine sodomiæ, contrà n.49. vbi quòd nec etiã sufficiunt ad torquendũ, præsertim si plures patiantur defectus.

Testes singulares admittuntur in crimine sodomiæ, numero 38.

Socij criminis admittuntur in crimine sodomiæ propter illius grauitatem, num.39.

Testis mulier, & inhabilis admittitur in criminibus occultis, in quibus veritas aliter haberi non potest, n. 40. Declara nisi patiantur plures defectus, num.52. & 54.

Confessio generalis sufficit, quando ex processu potest reduci ad specialitatem sicut in libello, n.41.

Causa, seu lis non dicitur finita, nisi fuerit sententiatum, num.42.

Defensiones, & indiciorum copiæ dandæ sunt reo etiam quòd non fuerint petitæ, n.46.

Defensiones, & indiciorum copiæ dandæ sunt in quocunque atrocissimo crimine etiam læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ, n.46.

Confessio procuratoris non nocet principali, n.51.

Testium numerus supplet inhabilitatem eorum, n. 40. Declara hoc procedere in ciuilibus, non in criminalibus, præsertim, quando omnes testes patiuntur plures defectus, n.54.

CONSILIVM CLVI.

1 VALDE miratus sum quomodo Nobilis Archidiaconus Meten. vti conuictus de nefando, & confessus de adulterio, fuerit in partibus condemnatus ex processu vndique nullo, & delicta quæ prætenduntur minimè probante. Nullitas enim processus primò euidenter apparet, quia Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Episcopus duos elegit iudices, non solùm ad faciendum processum, sed etiam ad cognoscendum, iudicandum, & decidendum, vocatis aliis duobus iudicibus à capitulo similiter deputandis, Capitulum autem non deputauit iudices ad cognoscendum, & iudicandum, prout deputauit Episcopus, & prout deputare debebat, sed solùm ad faciendum, & perficiendum processum; ergo non poterant sententiam proferre, cùm iudex delegatus ad faciendum processum non censetur delegatus ad sententiandum. Bald. *in l. qui procuratorem, col. 2. vers. pone quod datur, ff. de procur.* Amod. *de syndicatu, num.* 141. Benintend. *decis. 31. n.6. & 7.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 1. qu. 37.* vbi, & quod plus est pluribus probat data potestate cognoscendi causam non censeri datam potestatem sententiandi, & ibi aliis relatis testatur de veriori & magis communi Doctorum sententia.

2 Eadem nullitas pariter & euidenter apparet ex eo quòd fuerit condemnatus non datis defensionibus, nec indiciorum copia, decreta, seu oblata, nedum ipso ad largam non posito, qui quidem procedendi modus non solùm iudicibus ordinariis, sed etiam ipsi Principi de absoluta eius potestate à iure interdictus est. *Clem. pastoralis, & ibi gloss. in verb. tenueris,* & cæteri scribentes communiter *de sent. & re iud. c. 1. de caus. possess. & propriet.* Bald. *in l. 3, § is pro quo, vers. in eadem gl. ff. quod quisque iuris,* cum aliis per Roland. *cons. 12. n.45. in fine 46. 53. & seq. 62. 64. & seqq. lib. 3.* *

3 Nec iudices excusat quòd reus esset confessus, & conuictus. Nam vltrà quòd, vt mox subiiciam, nulla in processu adest delictorum confessio, aut conuictio, adhuc etiam confesso, & conuicto antequam condemnetur dandæ sunt defensiones etiam non petitæ, Boss. *in tit. de confess. post n.6. vers. contrarium tenet.* Foller. *in pract. crimin. in verb. & si confitebuntur, in prima parte tertiæ partis, n.64.* Clar. *in § vlt. § final. q. 64. vers. sed nunquid.* Bonacoss. *in commun. opin. crim. part. 1. vers. indiciorum copia est danda reo, ad fin. fol. 89.* qui omnes de communi, & seruata opinione testantur.

4 Nec etiam eiusdem iudices excusat, quòd quædam facta (vt in processu dicitur) reprobatoria fuerint per eos recollecta, interrogatoque reo quid circa illa probare poterat, ad probandum sibi assignatus fuerit terminus vnà cum Aduocato. Non enim per hoc suppletur indiciorũ copiæ oblatio, positio ad largã, & libera cum Aduocatis, & Procuratoribus suis loquendi potestas, sicuti

bene aduerterunt Blanc. *in tract. de indic. & tortur. num. 26.* Boss. *in tit. de indic. & considerationib. ante torturam, numero* 80 Clar. *in pract. § final. quæst. 49. versicul. sed quæro nunquid.* Bursat. *consilio* 201. *numero* 77. *libro* 2. Flamin. Cartar. *in practic. interrogandorum reorum, libro 4. capit. 1. numero* 185. *&* 187.

5 Et propterea non immeritò ab hoc indebito procedendi modo fuit à reo appellatum, & licèt iudices appellationi huiusmodi iure deferre debebant. Gandin. *in rub. de quæst. & torment. num* 23 *circa med. versic. dicatis, quòd defensio.* Guid. de Suzzaria *de indic. & tortur. n.* 63. Marsil. *in l. vnius, § cognitorum, n.* 85. *ff. de quæst.* Franc. Marc. *decis.* 60. *num.* 3. *par.* 1. Bursat. *consil.* 201. *num.* 76. *libr.* 2. cùm ad condemnationem non obstante appellatione processerint, dubium non est quòd nulliter processerunt, & attentasse dicuntur.

6 Verùm non minus notoriè iniusta, quàm vt probaui, nulla condemnatio huius Nobilissimi viri oculariter, & ex eodem processu inspicitur cùm ad mortem fuerit cōdemnatus ex depositione assertorum sociorum criminis in prætenso nefando, contra omnem iuris communis regulam, volentem duos, aut plures socios criminis reum non conuincere, de qua per Marsil. *in pract. § diligenter, n.* 68. Boër. *decis.* 316. *num.* 1. *in fine.* Blanc. *de indic. num.* 384. *etiam ad finem.* Clar. *in pract. § fin. q.* 21. *vers. sed pono, in princ.* Osasch. *consil.* 65. *num.* 12. *libr.* 1. quicquid secus, & contra communem sensisse videatur Ant. Gomez *de delict. c.* 12. *n.* 18. *versicul. sed his non obstantibus*, & quicquid etiam apud eum seruari testatur Ludouic. Peguet. *deci. crimin.* 5. *num.* 38. *& seq.*

7 Et in casu de quo agitur isti prætensi socij criminis nō solum ad condemnandum non sufficiunt, sed nec etiam ad torquendum, aut aliàs ne minimum quidem faciunt indicium, nec etiam leuem producunt suspicionem ob tot tantósque quos patiuntur defectus. ad tradita per Marsil. *singul.* 200. Grammat. *consil.* 35 *num.* 23. *& seq.* Aym. *consil.* 6 *num.* 55. *& seq.* Gigas *de crimin. læsæ maiest. lib.* 2. *titul. quomodo, & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæst.* 7. *num.* 7. *& seqq.* Natt. *consil.* 298. *num.* 6. *& seq. libr.* 2. Roland. *consil.* 16. *num.* 20. *& seqq. libr.* 2. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cas.* 474. *num.* 54. & alibi passim, & communiter Do-
* ctores omnes.

8 Et hîc aduertat circumspectus dominus meus iudex, quòd etiam millies ex aduerso, vt prætenditur, probata consuetudine contraria illa nunquā intelligetur quando socij criminis alios patiantur defectus, sic enim huiusmodi consuetudines, aut statuta intelligenda esse declarat Bursat. *consil.* 20. *numero* 97. *libro* 1. *iuncto consil.* 69. *num.* 25. *& consil.* 239. *numer.* 34. *& seqq. & consil.* 275 *num.* 18. *in fine.* Bonacoss. *in commun. opin. crim. par.* 1. *versic. socio criminis non creditur, fol. mihi* 152. *col.* 4. Menoch. *de arbitr. libr.* 2. *cas.* 474. *num.* 67.

9 Defectus autem horum prædictorum criminis sociorum sunt plures, & incipiendo à Desideria olim famula carcerati, sufficeret dicere quòd est mulier quæ propterea de iure Canonico in criminalibus non admittitur in testem. *cap. mulierem* 33. *quæst.* 5. *cap. forus, in fine, de verb. signific.* Clar. *in pract. § final quæst.* 24. *versicul. de iure Canonico.* Honded. *consilio* 10. *numero* 24. sed addo, quòd est pauperrima, imò médica, vilis, imò vilissima, licèt enim sola paupertas, aut sola vilitas, quandoque testibus fidem omnem non adimat, vbi tamen in teste, & vilitas, & paupertas concurrit, tunc eum omnino à testificando repellunt. Paris. *consil.* 54. *numer.* 57. *libro* 4. Aymon. *consil.* 249. *numero* 12. Roland. *consil.* 63. *numero* 34. *libro* 2.
* vbi de communi Menoch. *de arbitr. quæst. libro* 2. *cas.* 96. *numero* 6. *&* 7.

10 Addo etiam quòd fuit expulsa à seruitio eius contra quem deponit, & sic effecta inimica. Bald. *in l. vt Titius testamento, § Lucius Titius, de legat.* 2. Marsil. *in l.* 1. *§ præterea, num.* 55. *versicul. item inimicus Tit.* 3. *ff. de quæstion.* Blanc. *de indic. numero* 110. Bertazzol. *consilio* 280. *num.* 10. *libro* 2. Addo rursus, quòd ipsamet fatetur se aliàs à pluribus fuisse cognitam, & meretricem, ideo eo magis à testificando repellitur. *leg. palàm, § non solùm, ff. de ritu nupt.* *l.* 1. *§ lege Iulia, ff. de testib.* Paris. *consil.* 67. *num.* 80. *libr.* 3. Nouell. *reg.* 218. *num.* 8.

11 Addo amplius, quòd deposuit non iurata, cùm in primo examine nulla de iuramento fiat mentio, & in secundo non dicatur iuramentum præstitum tactis scripturis, quod de necessitate & substantia iuramenti à iure requiritur. *cap. hortamur* 3. *quæst.* 9. *gloss. in l. iusiurandi, gloss.* 1 *in princip.* & ibi Bart. *in* 2 *lectura num.* 3. *vers. quæro qualiter debeant iurare testes,* & ibi addentes *litera C. in verb. corporaliter.* Alber. *num.* 2. *versic. sed nunquid testes, iuncto versic. & communiter, C. de testib.* Campeg. *de testib. reg.* 170. *in* 2. *fallen.* Rota *de iuramento calumniæ, decis.* 1. *aliàs* 37. *num.* 4. *in nouis.* Caputaq. *decis.* 123. *aliàs* 5. *num.* 1. *par.* 2. *& decis.* 246. *numero* 1. *eadem par.* Thesaur. *decisio.* *Pedemon* 47. *numero* 1. *versic. alij verò, & numero* 4. vbi de magis communi. *

12 Addo demum, quòd hæc asserta socia criminis, in suo dicto non solùm est singularis, ideo eo minus indicium facit, etiam quòd essent plures. Natt. *consil.* 298. *num.* 9. *in fin. & num.* 40. *libr.* 2. sed etiam fuit confrontata sine tortura, ideo non purgata infamia, nullum prorsus facit indicium nedum probationem. Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. num.* 160. *versic. ita tamen.* Bertazzol. *consil.* 71. *num.* 66. *libr.* 1. Honded. *consil.* 100. *post numer.* 19. *iuncto num.* 26. *libr.* 1.

13 Et hæc quoad depositionèm Desideriæ mulieris. Quo verò ad depositionem Dominici, ipse etiam examinatus fuit sine iuramento pauperrimus & vilissimus in hospitali expositus, singularis, de se, & de Claudio Sorin, qui ab ipso nominatus negat expulsus à D. Archidiacono sine tortura confrontatus, & amplius, vt Bertæ deducitur in informatione facti varius, & periurus de primo ad secundum examen & consequenter etiam quòd essemus in casibus exceptis, & in quibus socius criminis facit indicium, non tamen indicium faceret stante eius periurio, seu variatione prædicta. Roland. *consil.* 16. *numero* 9. *& seqq. consil.* 72. *numero* 6. *& seq.* 18. *& seqq. libro* 1. Cephal. *consilio* 204. *numero* 32. *& consilio* 231. *numero* 6. *&* 7. *libr.* 2. Honded. *consil.* 100. *numer.* 29. 38. *& seq. libr.* 1.

14 Claudius Lemosin, Theodorus Boulier, & Ioannes Lotet, qui de actibus impudicis, & obscœnis, attentatóque nefando audacter deponunt, patiuntur & ipsi easdem exceptiones, nempe varietatis, periurij non totti, in quo dicto persisterent, nec minus in confrontatione, non iurati, vilissimi, & pauperrimi; nescio ergo videre quomodo iudices ad hanc horrendam mortis condemnationem deuenire potuerint ex depositione assertorū sociorum criminis tot tantísque defectibus subiectorum vltra processus nullitatem, quæ, ni fallor, inconuincibilis est ex duplici capite, vt suprà probaui.

15 Et hæc quoad caput nefandi, in quo dominus Archidiaconus prætenditur conuictus, quo verò ad caput adulterij commissi cum pluribus mulieribus, vt ipse fatetur, & in quo prætenditur confessus, quòd ex hac sua confessione sic generali, dicendo se cognouisse plusquam quadraginta mulieres etiam nuptas, non exprimendo earum nomen, nec nomen maritorum, non locum, non tempus commissi adulterij, nullo pacto, in nullámque pœnam condemnari probatur, ex illa iuris verissima conclusione, quòd confessio, vt confitentem afficiat, debet esse non generalis, sed specifica, non solùm de loco, & tempore commissi delicti. Boss. *in tit. de confess. num.* 43. *& seqq.* sed etiam de persona in quam delinquitur. generalis enim ambiguitatem parit, & ambiguitas confitenti non nocet. ita arguit Roman. *in consil.* 455. *numero* 4. Paris de Put. *de syndicatu, in verbo, tortus, cap.* 10. *numero* 2. *fol. mihi* 351. *columna* 4. vbi de eo, qui confitetur se in strata plura latrocinia, & ditobationes commisisse, & *in verbo, tortura, capitul.* 3. *numer.* 1. *& seq. fol. mihi* 316. vbi de eo qui fatetur commisisse homicidium non expresso nomine personæ occisæ. Alber. *in l. quoniam, sub numer.* 1. *versic. quidam enim, ff. de infamib.* vbi pariter de eo, qui homicidium commisisse confitetur non nominata persona occisa. Aretin. *in capit. cùm*

Clerici, num. 28. column. fin. in princip. extr. de indic. Anton. Gomez *varia. resolut. tom. 3. cap. 13. rubric. de probatio. delict. num. 8. ver. & intellige prædictam conclusionem.* Ludou. Peguer. *decis. crim. 17. num. 4.* communiter dicentes confessionem etiam extraiudicialem confitenti non nocere nisi expressa persona in quam delinquitur, sic & in proposito confessio domini Archidiaconi dicentis plures mulieres carnaliter cognouisse, & adulterasse, non expressis nominibus dictarum mulierum ipsi nullo pacto nocere potest.

16 Et quod fortius est procedit præmissa conclusio etiã quòd confitens dicat se ignorare nomen personarum in quas deliquit, vt in simili dicunt Doctores de eo, qui homines ignotos occidisse, & in mare proiecisse confiteretur. Aym. *consil. 211. num. 3.* Boss. *in tit. de delict. num. 15.* Roland. *consil. 51. num. 13. lib. 1.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 55. versic. quomodo autem*, sed in casu, de quo agitur eo minùs admitteretur confessio dicentis se carnaliter cognouisse plures mulieres quarum nomina ignorat, cùm non sit verisimile, quem ignorare nomina mulierum, cum quibus rem habet carnalem.

17 Quæ omnia multo magis procedunt in eo, quod dicit dominus Archidiaconus cognitas ab ipso mulieres plures fuisse nuptas. Nuptiæ enim faciunt hoc casu diuersum, & grauius crimen à fornicatione, nempe adulterium, ideo nisi de qualitate nuptiarum constet de corpore adulterij cõstare nõ dicitur. *l. si per alium, §. decere, ff. ne quis eum qui.* Boss. *in tit. de delict. num. 4.* Nec refert quòd idem dominus Archidiaconus eas nuptias fateatur, quia corpus delicti per confessionem rei non probatur. Boss. *in tit. de delict. num. 15.* Cephal. *consil. 230. numer. 11. libr. 2.* Roland. *consil. 51. numer. 13. lib. 1.*

18 Simile est de confitente se receptasse bannitum quòd non possit pro receptatione condemnari, nisi fiscus aliter quàm per confessionem rei receptatum fuisse bannitum probauerit, ex allegatis per Fab. Turett. *in consil. 8. num. 7. libr. 2.* & per Card. Tusc. *pract. conclus. litera R, conclus. 47. num. 17.* ita quamuis dominus Archidiaconus fateatur mulieres ab ipso cognitas fuisse nuptas, de adulterio puniri non potest nisi ex parte fisci fuerit probatum matrimonium, sed nec de adulteriis, nec de aliis fornicationibus ipse dominus Archidiaconus puniri potest ex sua confessione, cùm in ea, vt suprà probaui, non expresserit nomen mulierum, cum quibus dixit fornicationem cõmisisse, nec locum, nec tempus commissæ fornicationis.

In eadem causa secundum responsum.

19 Dicebam aliàs, & (ni fallor) etiam probaui, sententiam in partibus latam contra Nobilem Archidiaconum Meten. fuisse nullam ex defectu iurisdictionis, cùm iudices à Capitulo delegati non haberent potestatem nisi ad faciendum processum, non autem ad sententiandum, secundùm communem, de qua testatur Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 37.* post Bald. Amad. & Benintend. *in locis per eum relatis*, quæ quidem conclusio, cùm non possit per dominum ex aduerso scribentem in iure controuerti, respondetur, quòd delegatio facta ab Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Cardinali censetur facta, cum eisdem qualitatibus (& sic etiam ad sententiam) prout facta fuit delegatio dicti Illustrissimi Domini Episcopi, per regulam, quòd relatio semper censeatur facta cum omnibus qualitatibus, de quibus in relato. *l. 1. ff. de receptator. l. 1. §. 1. ff. si famil. furt. fecisse dic.* & per aliam regulam, quòd satis per relationem ad aliud censeatur verè & propriè facta expressio. *l. ait Prætor. §. 1.* vbi Bart. & alij, *ff. de re iud.* iuncta conclusione, quod quando plures delegantur in vna causa, eorum par & vniformis sit iurisdictio, *cap. prudentiam, & cap. causam matrimonij, de offic. delegat.*

20 Hæc responsio satis probabilis esset, si in facto verificaretur, non enim inuenitur in decreto delegationis factæ à Capitulo aliquam relationem ad delegationem Illustrissimi D. Episcopi, sed tantum expressè & specificè iudices fuerunt deputati ad faciendum & perficiendum processum, quæ verba cùm sint clara, interpretatione nõ indigent. *vulgata l. continuus, ff. de verbor. obligat.* imò, & in hoc supplicatur aduerti etiam quòd in delegatione Capituli esset facta relatio ad delegationem Illustrissimi domini Episcopi, adhuc nullam maiorem eius, quod verba prædicta expressa importabant, tribuebat iurisdictionem, cùm illo tempore nondum Illustrissimus D. Episcopus suam fecisset delegationem, ex quo delegatio Capituli fuit facta 15. Nouembris 1610. & delegatio Illustrissimi Episcopi fuit facta die 17. eiusdem, vnde cùm tempore factæ relationis relatum non esset in rerum natura, malè arguitur de referente ad relatum. Bald. *consil. 10. Duo sunt, numero 2. libro 1.* Dec. *consil. 302. numero 14. & sequent.* Boër. *decisio. 28. num 4.* Roman. *consil. 305. num. 9. & seq.*

Nec facit, quòd illud verbum ad perficiendum, debeat 21
importare facultatem pronunciandi, cùm aliàs per præcedens verbum ad faciendum, satis videbatur data facultas faciendi processum, per regulam, quòd verba semper sunt intelligenda, vt aliquid operētur. ad Bart. *in l. si quãdo quis, num. 1. ff. de leg. 2.* & secundùm communem vsum loquendi etiam impropriè, & largè, & etiam in materia stricti iuris. ad Bart. *in rubr. de nou. oper. nunciat. n. 6.* Nam quòd per facultatem datam ad perficiendum processum secundùm communem vsum loquendi, censeatur data facultas pronunciandi; negatur iste loquendi communis vsus, ideo illum probandi onus fisco incumbit. Bart. *in l. Labeo, ff. de supellect. leg.* Menoch. qui alios refert, & requisita ad hanc probationem explicat *de arbit. qq. lib. 2. cas. 489. num. 1 & seq.*

Et licèt hæc verba regulariter interpretanda sint, vt 22
aliquid operentur, non tamen interpretanda sunt aliter, vt nouam & diuersam inducant dispositionem ab expresso, Alciat. *consilio 36. numero 16. libro 9.* per text. *in auth. de restitut. fideicomm.* refert eum, & sequitur Mantic. *de coniect. libro 3. titul. 6. numero 4.* facultas enim faciendi processum, admitto quòd implicitè & virtualiter continebat perfectionem processus, sed explicitè & specificè exprimere id, quod implicitè & genericè in præcedenti dispositione continebatur, vt in casu nostro non dicitur superfluum, sed maioris declarationis causa additum. *capitul. 1. & ibi Gloss. in verb. & filio, de Summa Trinit. & fid. Cathol. in 6. l. testamentum, Cod. de testament. l. 1. §. sed sciendum. versicul. ego puto. ff. de adilit. edict.* Paris. *consilio 110. numero 47. libro 1.* cum aliis per Mantic. *vbi suprà dict. titul. 6. n. 2 & seqq. omnibus libro 1.* prout & multo minus facit Concilium Tridentinum *sessio. 23. cap. 26.* cùm, vt aliàs dixi, decretum illius Concilij non facit ad propositum, cum forma, de qua in eo, seruata non fuerit. *l. cùm hi, §. prætor, ff. de transact. l. Mænius, & l. qui hæredi, ff. de condit. & demonstr.* Rol. *cons. 60. num. 24. & cons. 72. num. 55. lib. 3.*

Dicebam etiam sententiam nullam, propter denega- 23
tas indiciorum copias, pendente præsertim appellatione à tali denegatione, quibus non obstat, dum primò in contrarium allegatur Franciæ stylus, quia non sufficit stylum allegare, nisi etiam probetur. Paris. *cons. 168. num. 15. lib. 4.* Roland. *cons. 4. num. 35. lib. 3.* Rota Lucen. per Ludou. *decis. 36. num. 6. par. 1.* cum aliis per Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 138. num. 1. & 2.* & dato etiam, quòd esset probatus, prout non est, adhuc non esset attendendus, cùm defensiones, & sic datio copiæ indiciorum sit de iure diuino, eui à quacunque contraria consuetudine derogari non potest, Rota *de consuetud. decis. 6. num. 3. in antiq.* Alex. de Neuo *consil. 86.* Bonacoss. *in commun. opinio. par. 1. sub versic. indiciorum copia, fol. mihi 88. à tergo, in fine.* Bursat. *consil. 201. numer. 70. versicul. quod procedit, libro 2.* præsertim, vbi agitur non de torquendo reum, sed de condemnando.

Dum secundò dicebatur appellationi à denegatione 24
copiæ indiciorum fuisse renunciatum, aut eam desertam extitisse ex non appellatione à processu ad vlteriora, iuxta trad. per Moron. *in spec. part. 6. de appellation. num. 471.* Item & ex eo quòd coram iudicibus à quibus fuerit

pro

pro parte D. Archidiaconi comparitum, & petitum, vt ad eum accederet Aduocatus, & quòd dilationes datæ prorogarentur. *c. sollicitud. nem, de appellat. c. grauatum, de offic. deleg.* Responsio prima est facilis, quòd etiam, quòd non fuisset appellatum, omnia gesta post denegatas defensiones sunt ipso iure nulla. ad tex. expressum *in Clem. Pastoralis, in fine*, & ibi Gloss. & communiter omnes Canonistæ, *de sent. & re iud.* Angel. *de malefic. in verb. quòd fama publica, n. 37.* Vulpel. *cons. 21. n. 6.* Hieron. Lauren. *decis. Auenionen. 15. per totam.*

25 Secundò respondetur, quòd à non admissione appellationis facta à iudice à quo, non est necessaria appellatio, quia ad ipsum non spectat cognitio, an appellatio sit admittenda, nec nec. Specul. *in tit. de appellat. §. qualiter autem, n. 25. in fine, & n. 26.* Franch. *in c. constitutus, n. 17. & 19. extrà de appellat.* Contard. *in l. 1. C. si de momen. possess. q. 19. num. 8.*

26 Tertiò respondetur quòd, quando appellans redit ad iudicem à quo, cum expressa protestatione de non recedendo ab interposita appellatione, vt in casu nostro protestatum fuit, tunc nullo pacto dicitur appellationi renunciatum, secundum veriorem, & communem opinionem, de qua per gloss. *in capitulo sollicitudinem, in fine, extrà de appellat.* Innoc. Hostien. Ioan. Andr. Franc. Cyn. & alios relatos à Gabriel. *in tit. de appellat. conclus. 2. num. 2.*

27 Respondetur quartò, quòd etiam quòd pro parte domini Archidiaconi per comparitionem coram Iudice à quo tacitè fuisset appellationi renunciatum, imò & expresse, adhuc non est sibi prohibitum petere reuocationem attentatorum. *cap. cùm non ssent*, & ibi præsertim Anton. de Butr. *extrà de appellat.* Milu. *in repert. in verb. attentata, vers. 2. & in verb. appellationem deserens, fol. mihi 10.* Boër. *decis. 256. n. 2.* Rota *decis. 20. alias 130. incip. si post inhibitionem, de appellat. in n.* ... apud quos etiam generalis firmatur conclusio, quòd per desertionem appellationis attentata non conualescunt.

28 Dicebam tertio loco sententiam esse notoriè iniustã, cùm quoad nefandum fuerit dictus Archidiaconus condemnatus ex depositione asseitorum sociorum criminis, innumeras ferè, & in dicto, & in personis exceptiones patientium, & qui sine iuramento, & tortura ad faciem inquisiti deposuerunt, ex allegatis in alia informatione, quæ hîc repetere superfluum est, quibus per dominum ex aduerso scribentem, nihil, ni fallor, releuans responderi video, cùm certè nihil respondere possit; quantum enim valeat responsio data, quòd dicti socij criminis fuerint torti à iudice seculari, quisque consideret, quam habeant in sacerdotes potestatem seculares iudices, vltrà quòd tortura debebat ad faciem dicti Archidiaconi inferri, & non separatim, Boër. *decis. 319. post num. 4.* Clar. *q. 21. versic. quæro nunquid, in fine.* Vulpell. *cons. 30. n. 7. & cons. 83. num. 8.* Carrar. qui ponit formulam ponendi in tortura socios criminis ad faciem inquisiti, *in pract. interrogandor. reor. lib. 4. cap. 2. num. 14.* & nihilominus etiam quòd prædicti socij criminis fuissent torti ad faciem domini Archidiaconi, adhuc per eam plures testium defectus minimè purgantur. Bursat. *consil. 192. n. 21. & cons. 239. n. 42.* Honded. *cons. 100. num. 37. lib. 1.*

29 Bulla Pij V. de Clericorum nefandi criminis reorum pœna ex aduerso allegata in Bullario *part. 2. constit. 70. fol. 1028.* ad propositum non facit, quia, vt pœna ibi irrogata locum habeat, necesse est, vt Clericus in tali crimine fuerit deprehensus, vt ex eiusdem constitutionis lectura clarè legitur, deprehensus autem non dicitur quis in crimine, nisi in fragranti, & per euidentiam facti repertus, vel per testes legitimos, aut eius propria confessione conuictus fuerit, secundùm glos. *in c. ad abolendam. §. præterea, in verb. deprehensi*, & ibi Hostien. *num. 4.* Ant. de Butr. *num. 19. extrà de hæretic. in cap. excommunicamus il secundo, in eodem verb. deprehensi, extrà eodem*, & ibi etiam Hostien. *post numerum* ... & alibi passim, & communiter Doctores.

30 Et quod attinet ad depositionem chirurgorum super inspectione armorum, tam asseitorum sociorum criminis, quàm ipsius D. Archidiaconi, deponentiúmque ex signis per eos relatis, illos sodomiticum actum passos fuisse ipsis videri, vltra plures responsiones, quæ huic peritorum iudicio dari possunt, & præsertim, quòd hæc eorum assertio probaret, forsan non delinquentes, qui autem legitimè conuicti, aut confessi non sunt, sed corpus delicti tantùm, iuxta scripta per Follet. *in pract. crimin. in verbo capiat informationem, num. 20.* Plot. *consil. crim. diuers. 132. num. 22. tom. 1.* Clar. *in pract. §. fi. quæst. 4. versic. quando verò, in fine*; adhuc eorum relatio minimè attendenda est, & mulier recepta fuit, tum quia sine iuramento secundùm communem, de qua per Menoch. *de adipiscen. possess. remed. 5. num. 164.* Villalob. *in commun. opinio. litera S, numero 27.* Suarez *receptar. sententiarum litera P, numero 93.* Alexand. Sriaticus *in pract. iudiciali, cap. 16. num. 77.* tum etiam quia parte non citata secundùm aliam communem, de qua per eundem Villalob. *in commun. opinio. litera E, num. 19. & seq.* cum aliis per Mascard. *de prob. lib. 1. conclus. 930. num. 21.*

Dicebam vltimo loco confessionem generalem domini Archidiaconi dicentis, quòd plures fœminas carnaliter cognouerit etiam maritatas, ipsi minimè præiudicare, cùm in ea exprimãtur nomina mulierum, nec locus, aut tempus commissæ fornicationis, aut adulterij, iuribus & argumentis aliàs allegatis quibus nihil video ex aduerso responderi, quòd imò ipse dominus Archidiaconus verbis expressis, & specificatis confessus est, adulterium commisisse cum vxore eiusdem fabri lignarij Metensis, quod an verum sit, quòd ipse dominus Archidiaconus sic verbis expressis & specificatis de ista muliere fateatur, dominus Iudex ex lectura suæ confessionis apertè dignoscet. Quare sententiam contra D. Archidiaconum latam notoriè nullam & iniustam esse negari non potest. 31

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa tertium responsum.

NOn potest sententia de partibus censeri nulla ex defectu iurisdictionis sub prætextu, quod deputati à Capitulo fuerint solùm deputati ad faciendum, & perficiendum processum, ac propterea non habuerint facultatem pronunciandi, quia ista deputatio Capituli fuit facta secundùm dispositionem Concilij Tridentini *sess. 25. capitul. 6. de reformat.* vbi disponitur, quòd Episcopus in causis Capitularium exemtorum procedat cum consilio & assensu duorum electorum à Capitulo etiam vsque ad sententiam inclusiuè, & propterea verba huius delegationis factæ à Capitulo debent intelligi secundùm formam, & dispositionem dicti Concilij Tridentini. ad tradita per Dec. *consilio 233. numero 7. & 274. numero 13.* vbi dicit, quòd hoc fieri debet etiam impropriando verba rescripti. Cassad. *decisio. 6. sub numero 4. de rescript.* præsertim, quia in hac deputatione non dixit simpliciter ad faciendum processum, sed etiam ad perficiendum: ne igitur hoc verbum ad perficiendum sit superfluum, debet intelligi, quòd processus perficeretur per prolationem sententiæ. nam etiam sententia dicitur de processu, secundùm magis communem opinionem, vt per omnes *in capit. quoniam contrà*, vbi Abb. *numero 5.* Dec. *in 11. notab. de probatio.* Cyn. & Bald. *in leg. 2.* & ibi Ias. *numero 5. C. vt lit. penden.* & ponderetur, quod etiam Conc. Trid. in loco suprà citato non facit mentionem de sententia, sed solùm dicit hæc formula, *Tam in formando processu, quàm cæteris omnibus actibus vsque in finem inclusiuè, &c.* & tamen sine dubio dictum Concilium intelligitur etiam de sententia, vt patet *in versic. sequentib. & infrà per tot.* idem ergo debet dici in nostra delegatione, cùm hoc verbum ad perficiendum parum differat ab illis verbis in omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiuè, &c. Et hoc bene comprobatur ex traditis per Geminian. 32

in cap. vt super, n. 8. de appellat. in 6. vbi dicit, quòd quando verbum processus profertur in materia, quæ adaptatur sententiæ, tunc appellatione processus venit etiam sententia, vt ibidem etiam dicit Franc. *n. 3.* & Felyn. *in d. cap. quoniam contrà, sub n. 7. in fine,* & Dec. *ibidem in 15. notab. in fine.*

33 Cùm ergo in casu nostro, ista verba ad faciendum, & perficiendum processum sint prolata in materia, quæ adaptatur sententiæ propter d. dispositionem Concilij Tridentini, debent ita interpretari, vt sub illa perfectione processus comprehendatur etiam sententia inclusiuè, &c. Et tandem hoc comprobatur ex facultate Capituli, cùm in dubio quilibet censeatur disponere secundùm facultatem, quam habet, Abb. *in cap. cum tempore, numer. 4. de arbitr.* Decius *in cap. Ecclesia S. Mariæ, numer. 50. de constit.* cùm ergo Capitulum ex dispositione Concil. Tridentini deberet deputare adiunctos, qui vnà censentur eo modo deputasse, præsertim cùm in ipsa quoque dispositione hoc ipsum expressum fuerit, vt scilicet isti deputati coniunctim cum delegatis à Reuerendiss. Episcop. facerent, & perficerent processum: vnde colligitur quòd Capitulum in hac deputatione habuit respectum, & relationem ad deputationem factam ab Episcopo, & consequenter multo magis censeri debet, quòd voluerit suos deputatos procedere, vsque ad sententiam inclusiuè, sicut processuri erant deputati ab Episcopo, per *reg. l. asse toto, ff. de hared. instit.* Aym. *consil. 45. n. 4.* & sic omnia consonant ad hunc intellectum, quòd censeatur data facultas sententiandi, nempe dispositio Concil. Tridentini, propria significatio illius verbi ad perficiendum, subiecta materia, & relatio ad deputationem factam ab Episcopo.

34 Non obstant autem Doctores ex aduerso citati, quia loquuntur in diuersa quæstione, videlicet an dato arbitrio in procedendo, censeatur etiam datum in pronunciando, qood nihil habet cum quæstione nostra, quia in illa præsupponitur iudicem posse pronunciare, & solùm quæritur, an possit vti arbitrio in pronunciando, & negatiuè respondetur, quia illa facultas vtendi arbitrio, est contra iuris communis dispositionem, & consequenter strictè interpretanda: in casu autem nostro facultas pronunciandi non est contra ius, sed est secundùm dispositionem iuris communis, hoc est, secundùm dispositionem Concil. Trident. & secundùm subiectam materiam vltra proprietatem significationis illius verbi, ad perficiendum, vt suprà dictum est.

35 Minus potest diei nulla sententia, ex eo quòd fuerint denegatæ defensiones, & copiæ indiciorum, quia ex processu ipso omnino tollitur iste obiectus, cùm, vt mihi præsupponitur, non solùm copiæ, sed ipsæmet depositiones testium illi perlectæ fuerint in ipsorum testium confrontatione, & fuit etiam ei data facultas reprobandi dictos testes, prout quantum in se fuit reprobare tentauit, & vlteriùs fuit ei data facultas respondendi omnibus contra eum depositis, & se defendendi cum procuratore, & Aduocato, cum quibus se quantum potuit defendit, & quæcumque voluit allegauit, quibus sic stantibus apparet nullo modo posse dici fuisse ei denegatas defensiones, nec esse denegatam copiam indiciorum, quam tamen non petiit cùm audiuerit de verbo ad verbum depositiones originales, & testes in facie viderit, & licèt iste modus defensionis non sit omnino conformis stylo, quo in Italia vtimur, tamen satis est quòd defensiones denegatæ non fuerint, & quòd iste reus non fuerit indefensus, quia licèt defensio non possit tolli, potest tamen à statuto variari, & præscribi modus defensionis. Felyn. *in cap. dilecti filij, numero 7. de except.* Alexand. *consil. 225. numero 7. lib. 6.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. sub numero 9. in fine.* Imò, quòd iudex ipse possit hoc facere, tradit D. Farinac. *de indic. & tortur. quæstion. 39. numer. 112. in 6. limit.* multo magis hoc facere potest consuetudo, quæ viget in illis partibus. *l. de quibus, cum ibi not. ff. de leg.* & secundùm dictam cõsuetudinem, iudex appellationis iudicare debet. Alex. *consilio 164. ante numer. 1. lib. 6.* Rolan. *consilio 48. numero 13. per totum lib. 3.* & hæc eo maximè admittenda sunt, ex quo agitur de crimine nefando, in quo aliqui crediderunt non esse dandas defensiones, vt post Bald. & Barbat. tradit Menoch. *de arbitr. casu 286. numero 13.*

Ex his etiam patet responsio ad obiectum, quòd reus non fuerit positus ad largam, ad hoc, vt potuerit liberè loqui cum suis procuratoribus, & Aduocatis, quia in criminibus grauissimis, quale est istud, huiusmodi libertas loquendi cum procuratoribus, & Aduocatis, non est necessaria: vt ex communi opinione docet idem dominus Farinacius *quæstio. 39. numero 14.* Huic autem reo non defuit facultas alloquendi procuratores, & Aduocatos, qui illum etiam defenderunt, licèt non fuerit positus ad largam. 36

Cessantibus igitur huiusmodi prætensis grauaminibus in procedendo, sequitur calumniosam fuisse appellationem ex aduerso interpositam ante diffinitiuam, & propterea potuisse à iudicibus sperni per processum ad vlteriora. Marant. *de ordinat. iudic. par. 6. cap. penult. numero 171. versiculo, sextò limita, &c.* Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 12. de attent. appellat. penden. limita. 6. in princ.* & quicquid satis pro nunc sit, quòd huiusmodi appellatio ante diffinitiuam non causat attentata antequam inhibeatur iudici à quo. Marant. *vbi suprà proximè numero 161.* latè per Lancellot. *eodem cas. 12. in prima limitatio.* Præsertim cùm hodie huiusmodi appellationes ante diffinitiuam in Tribunalibus ecclesiasticis sint prohibitæ per Concil. Trident. *sessio. 24. cap. 20. post princip.* vltra quod in facto demonstratur hanc appellationem fuisse restrictam ad ea, quæ officialis munus importabant, non autem se extendisse ad processum super sodomia, & adulterio. 37

Quo verò ad iustitiam non obstat, quòd iste reus fuerit condemnatus ad solam depositionem sociorum criminis, qui etiam non fuerunt torti, tum quia in hoc pessimo crimine, quòd propter suam turpitudinem nedum occultè, sed etiam occultissimè committi solet, etiam socij criminis admittuntur, vt post alios tradit dominus Farinacius *quæstione 43. numero 89.* & bene per Rot. *decisio 283. n. 3. par. 1. diuers. & pluribus sequentibus,* maximè cùm aliæ etiam sufficientes probationes, nedum adminicula, & præsumptiones concurrant, vt sunt alij testes præter duos socios, & inspectio corporalis facta per chirurgos, & peritos, quæ omnia simul iuncta debuerunt facilè mouere illos Iudices ad condemnandum, vt in specie dicit Aretin. *in cap. cum P. Manconella, col. antepenult. versic. in socio autem criminis, &c. de accus.* vbi dicit, quòd vltra adminicula & coniecturas requiritur, quòd ex numero testium, vel ex qualitate deponentium, vel ex persona eorum contra quos deponitur, verisimile sit eos non mentiri, & illum citat & approbat Rota dicta *decisio. 283. numero 3. par. 1. diuers.* quæ bene applicantur casui nostro, cùm magnus sit numerus testium, quorũ aliqui etiam io tortura, & vsq; ad mortem in eorũ depositione perstiterunt, & persona huius rei sit valde diffamata de crimine luxuriæ etiam per propriam confessionem, cùm in crimine adulterij fassus fuerit se cognouisse plusquam quadraginta mulieres nuptas, & de simili probatione sodomiæ traditur per consulentes apud Farinacium *consilio 25. numero 15. & pluribus seqq.* & melius infrà *numero 53. & 55. 56. & seqq.* vbi etiam *numero 570. & seqq.* dicit quòd testes singulares in crimine sodomiæ saltem sufficiunt ad priuationem beneficiorum. 38

Neque obstat, quòd isti socij criminis, non purgauerint infamiam per torturam, tum, quia iste obiectus non applicatur aliis testibus, qui non sunt socij criminis. Tum quia etiam dicti socij fuerant torti à Iudicibus laicis, & in tortura perstiterunt in eorum dicto, propter quod etiam vti principales, vltimo supplicio affecti fuerunt, & bene fecerunt iudices ecclesiastici remittendo hanc torturam iudicibus laicis, per ea, quæ dixit Fuller. *in sua praxi Canonica, parte secunda capitulo 31. numer. 11.* allegando Præpos. *in capitulo illo, in fine,* 39

ne, 5. *quæstione* 5. & valdè scandalosum esset in illis partibus, si iste Clericus impunitus de tanto crimine euaderet, cùm laici eius criminis socij vltimo supplicio affecti fuerint, & in hoc vltimo attendenda est consuetudo, quæ in multis locis hos socios criminis admittere solet etiam sine tortura propter criminis prauitatem, vt testatur Peguer. *decisio*.5.*num* 38.*&* 39. Defectus autem iuramenti tollitur ex facto, & ipsimet D. ex aduerso scribentes hoc admittunt, dum sæpe dicunt dictos testes fuisse periuros.

40 Quo verò ad alias exceptiones, quæ dantur contra personas testium, bene tolluntur ex responsione facti, præsertim cùm, vt sæpe dixi, simul in criminibus occultis, in quibus veritas aliter haberi non potest, in quibus propterea, & mulieres, & alij inhabiles admittuntur, ad tradita per eundem Dominum Farinac. *quæstione* 59. *numero* 8. in secunda limitatio. & hoc casu potest commodè applicari illa vulgaris conclusio, quòd inhabilitas testium suppletur ex numero. Felyn. *in capitul. testimonium, numero* 5. *de testibus*, Aymon. *consilio* 73. *numer*.27.

41 Quo verò ad vlteriora habemus confessionem iudicialem ipsiusmet rei, quæ non est omnino generalis: vt ex aduerso asseritur, sed est specialis de quadam vxore fabri, & de aliis, de quibus deponunt testes, ad quos reus se refert, & nihilominus etiam generalis sufficit, quando ex processu potest reduci ad specialitatē sicut in libelo, Bartol. *in l. si quis inuentione ambigua, sub num, primo, de iudic*. Bald. *consil*. 166. *à libello Bart. incipiendum est, numer*. 1. *lib*.4.

Ioannes Baptista Spada fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

42 Licèt omnibus ferè nouissimè per Excellentissimum dominum fisci Aduocatum adductis, fuerit, ni fallor, in alia mea informatione sufficienter responsum; non tamen singulariter iterum iam dicta replicare ab re esse putaui. Et quod primò attinet ad Concil. Trident. *session*. 25. *capitul*. 6. *de reformation*. iam dixi, quòd ex eo non potest saluari nullitas processus defectu iurisdictionis delegatorum à Capitulo, cùm illis nulla prorsus data fuerit ad sententiandum auctoritas, sed tantummodo ad faciendum, & perficiendum processum; loquitur enim Concilium Tridentinum in electione Iudicum ad vniuersitatem causarum facienda à Capitulo in principio cuiuslibet anni. Nos autem sumus in singularis causæ delegatione infra annum facta, & rursus, vt bene etiam aduertit dominus ex aduerso scribens, loquitur quando iudicibus à Capitulo electis data est facultas, non solùm formandi processum, sed etiam faciendi cæteros omnes actus vsque ad finem causæ inclusiuè, & sic de necessitate includit sententiam, quia nisi, fuerit sententiatum, causa non dicitur finita, & è contra. Rota *decisio. decima, aliàs* 411. *si lite, num*. 3. *vt lit. pendent. in nouis*. Afflict. *decis*.342.*n*.3. Mandos. *super reg. de subrog. collig. qu*.12.*n*.2. cum aliis per Lancel. *de attentat. part*. 2. *capit*.4.*in præfat. num*.213.

43 At in casu nostro solùm iudicibus data est facultas faciendi, & perficiendi processum. De aliis autem actibus vsque ad finem causæ, nihil dicitur, ideo nec etiam dici potest, quòd iudices à capitulo in præsenti casu deputati sint, iuxta formam Concil. Trident. deputati, cùm nec etiam possunt dici, vt ex aduerso contenditur, deputati habita relatione ad deputationem Episcopi, tum quia in deputatione nullum adest verbum importans hanc prætensam relationem; tum etiam quia impossibile erat hanc relationem facere, cùm eo tempore Episcopus nondum deputauerat suos iudices, & sic ad id quod non erat, relatio fieri non poterat, Bald. *consilio* 10. *duo sunt, numero primo, libro* 1. Dec. *consilio* 302. *numero* 14. *& seq*. Roman. *consil*. 305. *n*. 6. *& seq*. Boër. *decis*.28.*n*.4.

44 Quòd verba, *ad perficiendum processum*, debeant aliquid plus operari, quàm præcedentia in deputatione apposita, videlicet ad *faciendum processum*, iam dixi quòd ista pluris operatio, non debet nouam & diuersam inducere dispositionem. ad tex. *in auth. de restu. fideicom*. cum aliis per Aleiat. *consil*.36.*num*.16.*libr*.9.*&* per Mantic. *de coniect. lib*.3.*tit*.6. prout sine dubio diuersam induceret dispositionem, si sententiandi facultatem importaret, & sic verba prædicta, ad perficiendum processum non dicuntur superflua, & satis operantur, cùm fuerint addita, maioris declarationis causa, vt *in cap*. 1. & ibi glosa *in verb. & filio, de summa Trinit. & fid. Cathol. in* 6. *& in l. testamentum, C. de testam*. cum aliis per Mantic. *vbi suprà, d. tit. titul*.6.*num*.3.*& seq*.

45 Quòd sententia dicatur de processu, ex Cyn. Bal. Gemin. Franc. Felyn. Dec. & aliis ex aduerso allegatis transeat pro nunc, postquam scilicet est lata à iudice, sed antequam feratur, quòd veniat appellatione processus, etiam quòd iudex ad procedēdum censeatur etiam datus ad sententiandum, magis communis est in contrarium, vt patet ex pluribus relatis Doctorū autoritatibus, de quibus per Menoch. *de arbitr. lib*. 1.*q*. 37. aliàs per me allegatum, qui quidem Doctores non solum loquuntur in arbitrio dato, sed etiam generaliter *in iudice dato*, & sic in iurisdictione delegata *ad procedendum*, & quod plus est etiam *ad cognoscendum*, vt ex Bart. Gulielm. do Cun. Bald. Alexand. & aliis pluribus ibi per eundem Menoch, *relatu numero* 13.*& seqq*.

46 Et hæc quoad nullitatem ex defectu iurisdictionis, quo verò ad nullitatem ex defectu denegatæ copiæ indiciorum, nullitas est adeò clara, vt tergiuersari nullo modo possit. Non enim conquerimur, quòd Archidiaconus non fuerit positus ad largam; cùm bene sciam potuisse in secretis carceribus contineri cum potestate alloquendi Procuratorem, & Aduocatum, prout factum fuit, sed hoc non supplet traditionem copiæ indiciorum. Bene etiam fateor, quòd fuerunt Archidiacono lectæ testium depositiones, in confrontatione ipsi facta, sed neque hoc supplet traditionem copiæ indiciorum quæ etiam, quòd non fuerit petita, prout in casu nostro petita fuit, dari omnino debebat, Paris de Put. *de Syndicatu, in verb, condemnatio, capitulo quarto, incipiente, an potestas qui misit ad supplitium, numero* 2.*&* 13. Marsil. *in pract*. §.*nunc videndum, numero* 6.*in fine*, *& seqq*. Foller. *in pract. crim. in verbo, facta litis contestatione, numero* 1. & alibi passim, & communiter Doctores etiam in crimine nefando, cùm huiusmodi denegatio iniusta sit etiam in crimine læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ, Boss. *de indic. & considerat. ante tortur. numero* 68. *& numero* 69. *ad finem, in titul. de haret. numer*.9. Clar *in pract*. §.*finali, quæstione* 49. *numer*.3.*versiculo, habē que locum*, Rolan. *consilio* 12. *numer*. 59.*& sequen. libro* 3. Viu. *opir*. 717. *numero* 3.*& numero* 5. *& num*. 11.

47 Stylus, seu consuetudo ex aduerso allegata non suffragatur, tum quia de ea non constat in processu, prout constare debet, Paris. *consilio* 168.*num*.15.*lib*.4. Roland. *consil*. 4. *num*.35.*libr*.3. tum etiam quia, etsi probata fuisset, non esset vllo pacto attendenda, cùm defensiones, & sic datio copiæ indiciorum sit de iure diuino, cui à quacumque contraria consuetudine derogari non potest. Rota *de consuetud. decis*.6.*num*. 3.*in antiq*. Bursat. *consil*.201.*numer*.7.*versic. quod procedit*, *libr*. 2. præsertim vbi agitur non de torquendo reum, sed de condemnando.

48 Nec propterea insistendum est an fuerit necessaria appellatio, & an interposita appellatio causet, vel non causet attenta ante inhibitionem, cùm notissimum sit in iure, quòd negatio copiæ indiciorum & defensionis reddit processum, & omnia acta ipso iure nulla, etiam quòd non fuerit appellatum. Clem. *Pastoralis*, *in fine*, & ibi Glosa & communiter omnes, *de sent. & re iud*. Vulpel. *cons*.21.*num*.60.

49 Et hæc quoad nullitatem ob non decretas petitas indiciorū copias, quo verò ad iniustitiā est magis euidens, quàm nullitas, cùm Archidiaconus condemnatus fuerit

ex dicto sociorum criminis plures patientium exceptiones, & defectus sine iuramento & sine tortura, quibus non obstat, quòd in crimine nefandi socij criminis admittantur, vt per Rot. *diuers.* 283. *n.* 3. & per me scripta *in pract. crim. q.* 43. *n.* 89. *& in cons.* 25. *n.* 15. *& seqq.* quæ procedunt, vt ibidem videre est, non ad condemnandum, sed ad torquendum, iunctis tamen adminiculis, tortura, & quòd alios non patiantur defectus, prout in specie declaraui *in eadem quæstione* 43. *n.* 39. *&* 40. 134. *& seqq.* & hoc nullam habet difficultatem, tam in iure, quam in practica.

50 Defectus torturæ ad faciem rei est insanabilis, nec suppletur ex eo, quòd dicatur hos criminis socios fuisse tortos à iudicibus secularibus; primò quia sunt in hac causa incompetentes; secundò, quia non constat quòd fuerint torti in caput Archidiaconi; tertiò fuerunt torti post latam sententiam; quartò non ad faciem rei prout torqueri debebant, Boër. *decis.* 319. *post n.* 4. Clar. *q.* 21. *vers. quæro nunquid, in fine,* Vulpell. *cons.* 30. *n.* 7. & in contrarium allegata consuetudo non probatur.

51 Defectus iuramenti in testibus contra Archidiaconum examinatis est notorius, nec facit quod pro Archidiacono scribentes, dum dicunt testes periuros, videantur fateri eorum iuramentum. Nam dicti scribentes intellexerunt de testibus, qui iurarunt. Vltra quòd scribentium confessio principalibus non nocet, nec facti veritatem tollit. Aret. *cons.* 13. *n.* 23. *vers. circa sextum.* Bellamer. *decis.* 694. *num.* 2. etiam quòd in iudicio facta fuisset, Rota coram R.P.D. Ludouisio in vna Romana Census 23. Iunij 1600. & coram Orano Burgen. Decimatum 10. Decembris 1593. & Romana computorum 7. Februarij 1580.

52 Tot tantósque defectus, quos patiuntur prædicti testes, & socij criminis, non negantur à domino ex aduerso scribente, sed tantùm dicitur, quòd etiam mulieres, aliíque testes inhabiles admittuntur in delictis occultis, in quibus aliter veritas haberi non potest. ad ea, quę scripsi *in tract. de testib. q.* 59. *n.* 8. *& in secunda limit.* & quòd testium inhabilitas suppletur ex numero. Felyn. *in cap. testimonium, n.* 5. *de testib.* Aym. *cons.* 73. *n.* 37. sed respondetur, quòd quando mulieres patiuntur plures defectus, tunc nec etiam in delictis occultis & dubiis vbi veritas aliter haberi non potest admittuntur, Bart. *in l. qui testamento, §. eum qui, n.* 1. & ibi etiam Imol. *in §. mulier. in summario,* & Iacob. de Sancto Georg. *in princ. ff. de testam.* Ant. Gomez *de delict. c.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 13. *vers. quod intellige.* Vulpell. *consil. nonagesimoquinto, n.* 5. & dixi *in dict. q.* 59. *num.* 24.

53 Sic nec testes inhabiles admittuntur in delictis occultis, & difficilis probationis, quando inhabilitas resultat ex pluribus defectibus. *cap. quod Nuncios,* & ibi Ant. de Butr. *n.* 2. *extrà de testib.* Cephal. *cons.* 65. *n.* 27. *&* 28. *libr.* 1. Roland. *cons.* 3. *n.* 49. *& seq. lib.* 3. Bursat. *cons.* 70. *n.* 43. *lib.* 1. & latiùs dixi *in tract. de testib. q.* 62. *num.* 381. *& seq.* vbi ampliatur hæc conclusio etiam quòd testes inhabiles in tortura deposuissent; ergo multo magis in casu nostro in quo nulla interuenit tortura.

54 Sic etiam testium numerus non supplet in criminalibus, præsertim ad condemnandum, Grammat. *consil.* 1. *numer.* 5. Cater. *in pract. in tract. de indic. & tortur. §. in textu ergo, ibi, testibus superatus, numer.* 46. *vers. tamen illud procedit.* Natta *consil.* 362. *numer.* 10. Bertazzol. *consil.* 474. *numer.* 3. *&* 4. *libr.* 2. Bursat. *consil.* 430. *numer.* 23. *libr.* 4. Præsertim quando omnes patiuntur plures defectus, prout in casu nostro. Natta *cons.* 520 *n.* 18. Bertazzol. *cons.* 41. *num.* 20. Cephal. *cons.* 107. *num.* 11. *lib.* 2. Bursat. *consil.* 321. *numer.* 31. *libro* 3. iniustitia ergo sententiæ est adeò notoria vt quò se vertat fiscus non possit vllo pacto eam defendere.

55 Quod demum attinet ad confessionem fornicationis, & adulterij, iam in alia informatione fuit dictum Archidiacono non nocere, cùm sit nimis vaga, & generalis, sine loco, sine tempore, & sine nomine fœminarum, & quod nunc dicitur de commisso adulterio, cum quadam vxore fabri, de qua deposuerunt testes, ad quod reus se refert in processu, hanc assertam confessionem, nec præcisè, nec relatiuè vllo pacto inuenire potui.

Fuerat ille Archidiaconus in partibus, vt confessus, & conuictus respectiuè condemnatus in pœnam vltimi supplicij, degradationis, & traditionis Curiæ seculari, sententia hæc in Vrbe à domino Locumtenente criminalibus Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ fuit reuocata, & condemnatus in pœnam carceris per decennium, causa adhuc indecisa pendet in tertia instantia.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De separatione tori inter virum, & vxorē, propter viri sæuitiam, verbera, & percussiones in vxorem illatas, quando concedenda sit, quandóve maritus dicatur immoderatè & atrociter vxorem verberare, pluráque de testibus probantibus hanc sæuitiam.

SVMMARIVM.

Testes singulares sæuitiam non probant. n. 2.

Testes sæuitiam probantes debēt esse idonei, & omni exceptione maiores, n. 3. *& n.* 13. *& n.* 22.

Testibus deponentibus sæuitiam minus creditur, quàm deponentibus de bonis tractamentis vxoris, n. 3.

Tori, seu matrimonij separatio, vt concedatur propter verbera, seu percussiones, sæuitia debet esse atrox, & talis, vt non possit reparari per cautionem de non offendendo, n. 4. *& seq. & n.* 15.

Maritus potest vxorem verberare, & corrigere, dummodo moderatè, & non atrociter, n. 5. *& n.* 16 *vbi amplius, quòd non valeat promissio de non corrigendo vxorem.*

Maritus si propter verbera & percussiones causauit abortum vxoris, separandus est ab ipsa vxore, n. 6.

Testibus deponentibus de auditu ab vxore dicēte, à viro fuisse verberatam, non creditur, num. 6.

Delictum constare non dicitur, nisi etiam constet de qualitate delictum inducente, n. 7.

Testibus deponentibus pro non delicto, magis credendū quàm deponentibus pro delicto, n. 8.

Tori seu matrimonij separatio propter sæuitiā viri verberantis vxorē quando cōcedatur, quandóve verbera, & percussiones dicātur atroces ad effectū separādi torum, n. 9. *& seq. vbi ponuntur plura exempla.*

Tori seu matrimonij separatio propter viri sæuitiam nō potest peti ab vxore postquam se reconciliauit cum viro, n. 11.

Causa separationis tori inter virum, & vxorem dicitur causa grauis, & ardua. n. 12.

Sæuitia mariti in vxorem ad effectū separandi matrimonium debet plenè & concludenter probari, n. 12. *& n.* 13.

Verba iniuriosa, aut minæ viri in vxorem non inducunt sæuitiam talē, vt peti possit separatio tori, n. 24.

Tori seu matrimonij separatio nō conceditur ex eo quòd vir verberauit vxorem, nisi verbera & percussiones fuerint iteratæ, n. 16.

Tori, seu matrimonij separatio non conceditur ex eo quòd maritus sit aleator, & blasphemus, n. 17.

Sæuitiæ mariti cum vna vxore nō inducit probationem sæuitiæ cum alia vxore, num. 18.

Testes de auditu non probant sæuitiam viri in vxorem, num. 19.

Saui

Sæuitia mariti in vxorem non probatur per testes dicentes audiuisse mulierem vociferantem, n. 20.

Tori, seu matrimony separatio conceditur ex eo, quòd maritus apposuerit gladium ad gulam vxoris. Declara, vt num. 21.

Tori, seu matrimonij separatio non datur propter capitalem inimicitiam ortam ex datione querelarum hinc inde, quando à querelis fuit recessum, n. 23.

Tori, seu matrimonij separatio, quando non conceditur ex eo, quia mariti sæuitia nõ sit concludẽter probata, debet tamen maritus præstare cautionem de nõ offẽdendo vxorem si aliqua sæuitiæ apparuerint indicia, num. 24.

CONSILIVM CLVII.

1 IN hac Romana prætensi diuortij propter viri sæuitiam, tria discutienda sunt. Primum an de dicta sæuitia plenè constet; secundum quatenus cõstet, an sit talis vt tori separationem iure inducere valeat, tertium an huic actioni ad tori separationem censeatur per subsequutam reconciliationem post prætensam sæuitiam renunciatum.

2 Ad primum negatiuè respondendum videtur nedum, quia testes verbera, & percussiones probantes sunt singulares, vt voluit Paris. *consilio* 54. *numero* 18. 22. *&* 24. *lib.* 4. sed etiam quia patiuntur exceptiones, & non sunt idonei, & omni exceptione maiores, prout esse debent. Paris. *dict. consil.* 54. *numero* 14. *& sequentib. libro* 4. Natta *consilio* 161. *sub numero* 1. Viu. *opinion.* 470. *numero* 10. Bertaz. *consilio* 228. *numero* 5. & voluit Rota in vna Rom. separationis tori 28. Ianuarij anni præsentis coram R.P.D. Sacrato.

3 Et dato quòd testes aliquo modo sæuitiam probarent, eorum dicta confunduntur ex testibus examinatis pro Andrea deponentibus ipsum Andream amabiliter & bene semper tractasse Margaritam vxorem, illíque bonam societatem fecisse, quibus magis credendum est quàm deponentibus de sæuitia, Paris. *dict. cons.* 54. *numero* 30. *&* 31. *lib.* 4. Roland. *consilio* 27. *numero* 30. *lib.* 3. Bertazzol. *consil.* 228. *numero* 16. *in fine princ.*

4 Verùm (& nunc respondeo ad secundum) etiam dato quòd probentur percussiones, & verbera ab Andrea vxori data, non per hoc tamen sunt talia, quæ tori separationem facere possint, ad quem effectum verbera, & percussiones debere esse atroces, & tales vt cum ratione de non offendendo, illis separari non possit, probat tex. *in cap. litteras, in fine,* & ibi Hostien. *numero* 15. *in verb. alioquin.* Io. Andr. *numero* 13. Butr. *numero* 21. & Imol. *numero* 9. *ver. si autem non est tanta, extrà de restit. spol.* Petr. Barboss. *in repet. rubr. ff. solut. matrim. par.* 2. *numero* 24. *in fine, versiculo quinimo cessat, & numero* 26. *etiam in fine, versiculo similiter, neque licitus est recessus, & numero* 41. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuort. disput.* 18. *numero* 3. *versiculo & si aliter.*

5 Maritus enim, quòd possit vxorem verberare, & verberandu corrigere, dummodo non atrociter, probat tex. *in c. hæc imago* 33. *quæst.* 5. voluit glosa *in cap. sicut alterius, in verb. iudicati, vers. sed temperari potest,* 7. *quæst.* 1. Hostien. Io Andr. & alij omnes Canonistæ *in cap. quemadmodum, de iureiurand.* Tiraquell. *de leg. connub. glos.* 1. *par.* 1. *numero* 22. Bertazzol. *consi.* 228. *numero* 14. Roland. *consi.* 27. *num.* 15. *lib.* 3. Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 16. *numero* 4. & voluit eadem Rota vbi suprà allegata *in versi. quinimo nec sufficiunt verbera,* & hanc distinctionem inter percussiones, & verberationes, atroces, & non atroces, vt primo casu possit torus separari, secundo autem casu non, admiserunt etiam, Paris. *consilio* 54. *numero* 7. *& seqq. lib.* 4. Petr. Barbos. *in repet. rubr. ff. solut. matrim. parte secunda, numero* 31. *& seqq.* Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *titul. de diuort. disput.* 18. *n.* 14. *& seqq.*

6 Restat igitur difficultas, nunquid in casu de quo agitur, sint probatæ percussiones & verbera atrocia, & immoderata, & quidem si ex illis sequutus fuisset prætẽsus abortus, res nõ sic facilè trãsiret, vt in casu in quo cõsuluit Aldobr. *cons.* 71. *n.* 53. *& n.* 55. sed cùm de hoc prætenso abortu non constet, nisi per depositiones duorum testium de auditu à principali sic dicente in propria causa, *cap. licet ex quadam, extrà de testib.* & in his terminis Paris. *dicto consilio* 54. *n.* 17. Bertazzol. *consil.* 228. *n.* 12. *in fine.* Roland. *consil.* 27. *n.* 11. *lib.* 3.

7 Imò etiam, quòd plenè & concludenter constaret de abortu (prout non constat) non tamen per hoc sequeretur, quòd fuisset causatus propter viri percussiones, nisi præcedentes percussiones fuissent etiam probatæ, cùm abortus euenire potuisset etiam, & casu, & culpa mulieris, & sic sine delicto viri, vnde, vt abortus virum afficeret, non solùm abortus, sed etiam causa abortus virum afficiens probanda erat, per regulam, quòd non dicatur constare de delicto, nisi etiam constet de qualitate facti delictum inducente *l.* 2. *§. docere, ff. de vi bonor. raptor. l.* 1. *§. aut Prætor,* & ibi Bart. *ff. ne quid in flum. publ.* Boss. *in titul. de delict. n.* 3. *&* 4.

8 Omitto, quòd in proposita facti specie constat plenè prætensum abortum non fuisse causatum culpa Andreæ, cùm per duos testes omni exceptione maiores, fuerit probata extraiudicialis confessio Margaritæ, dicentis se ignorasse abortus causam, quare illis testibus magis credendum est, quàm aliis deponentibus contrarium de auditu ab ipsa margarita, tũ quia sunt grauiores, & omni exceptione maiores, tum etiam, quia deponunt pro reo ad exclusionem delicti. Boss. *in titul. de defens. reor. n.* 7. *in fine,* Gabr. *in tit. de testib. conclu.* 4. *n.* 21. *lib.* 1. Roland. *consilio* 57. *n.* 48. *&* 49. *lib.* 4. Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 496. *n.* 15. *&* 16.

9 Quod verò attinet (circumscripto abortu) ad alias percussiones, & verberationes, sæpius illatas cum cingulo, dicitur eas iure reputari non posse atroces, & tales, vt tori separationem producere valeant, in terminis Paris. *dict. cons.* 54. *n.* 9. *iuncto n.* 33. *&* 39. *lib.* 4. vbi, & quod plus est, loquitur de vxore verberata cum fune, fercula, seu corrigia, & in fortioribus terminis Roland. *in consil.* 27. *n.* 17. *lib.* 3. dixit, nec etiam ad separationem tori sufficere percussionem baculi cum sanguine, ex Guidone Pap. quem allegat *in tract. de præsumt. num.* 91. Quod tamen vltimum de percussione cum sanguine pro nunc non firmo, cùm de sanguinolentis percussionibus nihil constet.

10 Et quòd in hoc casu non possint dici percussiones, & verberationes immoderatæ & atroces, & ad tori separationem sufficientes, percurrenda sunt tradita per Aldobrand. *in dict. cons.* 71. *n.* 6. *& n.* 20. *& seq. & n.* 42. *& n.* 54. vbi eas sæuas & atroces verberationes esse reputat, ex quibus, vel sanguis exiuit, vel in capite, facie seu oculo illatæ fuerint, vel cum hasta, seu baculo fracto in percussionibus, vel in pectore, ex quibus per decem dies percussi sanguinem expuerint, vel in manibus, ex quibus verberata stetit per decem dies, quòd non poterat manibus vti, aut similibus percussionibus, quæ fecerunt percussam stare in lecto, quorum nullæ in proposita facti specie probatæ reperiuntur. Ideo, &c.

11 Et demum vt tertiæ propositæ dubitationi respondeam, dato millies, quòd viri immoderata sæuitia probata fuisset (prout non est) cessat omnis actio ad tori separationem, cùm postea coniuges reconciliati susceperunt alium filium, & insimul semper per plures annos vsque ad diem motæ litis in vnione & quiete permanserunt, sempérque & præsentes, & absentes cum literis, & alio quocunque modo se inuicem beneuolè tractarunt, in terminis viden. Bertazzol. *dict. consil.* 228. *n.* 12. *& seqq. & n.* 15. cum aliis per me relatis *in titul. de delict. & pæn. q.* 142. *n.* 68. *& seqq.* quos hîc repetere superfluum est, & ad id quod dicitur mulierem à viro fuisse in carcere priuato domi retentam, & propterea non potuisse vnquam reclamare, satis bene in facto respondetur.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO.

ROMANA SEPARATIONIS tori.

Lunæ 28.Ianuarij 1613.

11 FVit resolutum sententiam extra Rotam latam quæ separat torum inter Petrum, & Claricem eius vxorem, esse reuocandam, etenim sæuitia Petri, cuius prætextu fuit lata prædicta sententia, non visa fuit probari; licèt enim appareant aliqua indicia sæuitię Petri, attamen in hac materia, quæ existimatur grauis, & ardua, Specul. & alij per Paris. *cons.* 54. *n.* 14 *lib.* 4. Natta *cons.* 616. *n.* 1. Domini desiderauerunt plenam & concludentem probationem, iuxta notata per Paris. *d. cons.* 54. *num.* 15. Roland. *consil.* 27. *n.* 10. *lib.* 3. Natta *dict. consil.* 616. *n.* 1. *vers. & in ea requiruntur.* Bertaz. *cons.* 228. *n.* 5.

13 Tam circa existentiam facti, vnde testes patientes exceptiones minimè admittuntur in hac materia. Abb. *in c.* 1. *n.* 5. *de consang. & affin.* Paris. *dict. cons.* 54. *n.* 16. Natta *dict. consil.* 616. *n.* 1. *vers. & testes,* Bertazol. *consil.* 228. *n.* 5. quàm circa illud quòd factum per necesse concludat sæuitiam, iuxta trad. per Angel. *cons.* 405 *in fine,* & per Dec. *consil.* 483. *n.* 25. cùm pro hoc requirantur causæ non leues: Thom. Sanch. *de matrim. parte* 2. *lib.* 10. *disput.* 18. *n.* 10. & 16. *per totam.*

14 Vnde non sufficiunt verba iniuriosa, nec minæ, nisi aliàs probetur, quòd minans sit natura terribilis, & solitus illas exequi. Roland. *consil.* 27. *n.* 20. *vers. aut vim, & n.* 21. *lib.* 3. Paris. *consilio* 54. *n.* 32. *lib.* 4. Natta *consil.* 616. *num.* 4. Bertazzol. *cons.* 228. *n.* 15. Sanch. *disput.* 18. *n.* 13.

15 Quinimo nec sufficiunt verbera, nisi aliàs sint immoderata, cùm nedum liceat marito ad correctionem verberare vxorem, Bald. *consilio* 176. *n.* 3. *libr.* 1. Roland. *consil.* 27. *n.* 13. & 17. *lib.* 3. latè Tiraquel. *de legib. connub. gl.* 1. *n.* 22. sed imò debet hoc facere, *gl. fin. in cap. quemadmodum, in fin. de iureiuran.* Bald. *dicto consil.* 176. *n.* 3. *versic. imò certè, libr.* 1. Bertazol. *cons.* 228. *n.* 14.

16 Adeò vt nec teneret promissio de non corripiendo tanquam contra bonos mores, & præbens causam delinquendi. Bald. *consil.* 176 *n.* 1. *lib.* 1. Paris. *consil.* 54. *n.* 33 *lib.* 4. Roland. *consil.* 27. *numer.* 14. & 25. *libr.* 3. Bertazol. *d. cons.* 228. *numer.* 14. & tanto minus sufficiant prædicta, quando non sunt reiterata. Bald. *cons.* 176. *n.* 3. *vers. & si mulier, lib.* 1. Roland. *consil.* 27. *n.* 12. *lib.* 3. Rim. Iun. *cons.* 174. *num.* 3. *lib.* 2.

17 Probationes autem factæ pro parte Claricis, minimè visæ fuerunt sufficere: nam dum deponunt testes, Petrum esse aleatorem, & blasphemum, quidquid sit de eo, an probent talem qualitatem, hoc nihil refert ad sæuitiam cum vxore.

18 Sicut etiam non concludunt mali tractatus cum prædefuncta vxore: nam omisso, an bene probentur, potuerunt procedere ex particulari odio, quod cum illa vxore ex particularibus causis Petrus habuisset, de quo datur fumus ex assertione malæ vitæ illius mulieris facta per Claricem, de qua in confrontatione.

19 Alij testes deponentes de verberibus datis per Petrum Clarici, sunt de auditu: vnde nihil probant. *c. tamen literis, de testib. l. testium. vbi Glossa C. eodem titul.* Paris. *consil.* 54. *n.* 17. *lib.* 4. tam circa factum verberationis, quàm circa immoderationem verberum, ex qua sola immoderatione oritur sæuitia, per suprà allegata.

20 Et quatenus vnus ex testibus dicit se audiuisse Claricem vociferantem, vltra quòd est vnicus. ad tex. *in cap. licèt vniuersis, de testib. & in l. iusiurandi, C. eodem titul.* vociferatio non concludit verbera. Paris. *cons.* 54. *n.* 23. *lib.* 4. Roland. *cons.* 27. *n.* 10. *lib.* 3. Bertazzol. *cons.* 228. *n.* 13. & multo minus immoderationem verberum.

21 Difficultas reducebatur ad duos testes deponentes de confessione Petri, quòd ipse apposuerit gladium ad collum Claricis, quòd videtur inducere iustum metum. *ad l. metum, ff. quod met. caus.* gloss. *in cap. dilectus, de his quæ vi, vel met. caus.* etenim fuit consideratum, quòd dictum istorum testium est accipiendum cum qualitate, quam deponunt, nempe, quòd Petrus hoc fecerit non animo feriendi vxorem, sed vt ab illa sciret à quonam intellexisset quædam quæ ipsa Clarix protulerat contra honorem primæ vxoris dicti Petri, & sic ista non fuit propriè sæuitia, cùm non esset ordinata ad feriendum Claricem, sed quædam ars, seu calliditas ad explorandum auctorem verborum nimis impudenter prolatorum à Clarice, vnde in manu Claricis est magis prudenter loquendo, in futurum vitare istam talem qualem sæuitiam.

Prædictis accedant exceptiones contra testes, de qui- 22
bus per informantes pro Petro maximè considerabiles in hac materia separationis tori. ex Paris. *consi.* 54. *num.* 16. *lib.* 4. cum aliis suprà allegatis.

Circa odium capitale, quod prætendebatur ortum 23
ex duabus querelis porrectis per Petrum contra Claricem, vna scilicet, quòd ipsa Clarix sponte procurauerit abortum communis fœtus, altera scilicet quòd ipsa fuerit auctrix quarondam percussionum cum lapidibus ab incerta persona tempore noctis ipsi Petro factarum, fuit responsum, quòd cùm Petrus huiusmodi querelas minimè fuerit prosequutus, sed imò statim ab illis recesserit, visum fuit quòd ex illis non possit dici natum tale odium, quod sufficiat in materia tam graui, maximè cùm ex circumstantiis appareat, quòd Petrus maximo amore prosequebatur hanc suam vxorem.

Quia tamen omnibus simul iunctis non deficiunt 24
indicia terribilitatis Petri, voluerunt domini, quòd ipse Petrus ante restitutionem vxoris præstet idoneam cautionem de illa non offendenda, & bene tractanda, iuxta trad. per Abb. *in capit. ex transmissa, num.* 2. & 3. *de restitut. spol. & in capitulo* 1. *n.* 7. *ut lit. non contest.* Paris. *dicto consilio* 54. *numero* 35. *lib.* 4. Natta *consilio* 616. *numero* 2. & 6. Roland. *consilio* 27. *n.* 16. *lib.* 3

ARGVMENTVM.

Corpus delicti quomodo probatum censeatur in crimine furti, & an, & quando scriptura reperta in Archiuio publico, faciat plenam probationem.

SVMMARIVM

Corpus delicti in criminibus difficilis probationis indiciis & coniecturis probatur, n. 1.

Furti corpus probatur indiciis, & coniecturis, n. 1.

Singula si non prosunt multa collecta iuuant, quando sumus in delicto difficilis probationis, num. 3. *Præsertim vbi non agitur de condemnando, sed de inquirendo.*

Præsumtiones hominis admittuntur in casu, vel in crimine, in quo præsumtiua admittitur probatio, n. 4. *vbi etiam an sufficiant duæ præsumtiones, vel requirantur plures.*

Indubitatum indicium sufficit ad condẽnationem, n. 5.

Furti corpus probatur ex fractura ostij, vel muri, n. 6.

Furtum non censetur probatum ex fractura ostij, vel muri, nisi probentur res quæ subtractæ dicuntur fuisse in loco fracturæ, n. 7. *fallit quando querelans est vir bonæ famæ. item fallit quia satis est probare quòd semel in loco fracturæ fuerint res subtractæ, d. num.* 7.

Furtum non probatur per fracturam ostij, nisi etiã fuerit probata rerum furatarum identitas, quod an verum sit, n. 8. *& seqq. & n* 14.

Testes instrumentarij non reprobant instrumentum, nisi probetur eos fuisse illos qui sunt descripti in instrumento, n. 8. *& n.* 14.

Fur

Furtum probatur coniecturis, n. 9.

Furti pœna habet locum etiam quòd persona illius cui res subtracta est, sit ignota, n. 9. & n. 14.

Citatio non est necessaria in processu informatiuo, n. 10.

Citatio suppletur per præsentiam partis, n. 10.

Scriptura reperta in Archiuio plenè probat, etiam quòd non sit confecta manu Notarij, nec in forma probanti, num. 11.

Liber rationum continens plures partitas, quarum aliquæ verificentur, præsumitur etiam verus in aliis partitis, n. 12.

Scriptura reperta in Archiuio non solemnis probat etiam in criminalibus, n. 13.

Delictum non probatur per scripturam. Declara vt numero 13.

Identitas rei non præsumitur in criminalibus ad inclusionem delicti, n. 14.

Furti corpus probatur per publicam vocē, & famā, n. 15.

Testes probātes famam nō est necesse quòd dicāt à quib. audiuerint quando fama ortum habuit ex pluribus verisimilibus, & probabilibus coniecturis, n. 16.

CONSILIVM CLVIII.

1 IN hac Papien. Sacrilegij licèt adeò magistraliter & luculenter alij Excellentissimi DD. I. C. in suis duplicatis allegationibus scripserint, vt illis nihil addi, aut minui posse facile crediderim, vt tamen eis parere debeo obtemperem, pauca nonnulla in medium afferam, quibus, ni fallor, eorum sententia clarior reddetur, præmittendo inprimis nonnullas verissimas, & receptas Doctorum opiniones, quarum primâ est, quòd in delictis, quæ sunt difficilis probationis, illius corpus, indiciis, & coniecturis probatam, plenè & concludenter dicitur probatum, secundùm Bos. *in tit. de delict. n. 20.* Gabr. *lib. 7. conclus. 16. num. 14.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 66. in princ.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæstione 58. num. 2.*

2 Secunda est conclusio, & ea quidem in specie, de qua agitur, videlicet in crimen furti (sacrilegium enim isto casu, furtum esse dubitandum non est, ex traditis per Berber. *in pract. par. 1. rubr. 15. n. 4.*) quod furti corpus coniecturis probatur. Bart. *in l. si quando, ad fin. num. 4. in fin. C. unde vi.* Grat. *consil. 94. num. 11. & seq. & num. 21. & seqq. lib. 5.* vbi de communi Petra Sancta *sing. num. 1.* vbi etiam de communi Pract. Contad. *rub. de furib. num. 14. ante fin. versicul. & cum premissa.* Bonif. *in tract. de furt. §. vel etiam visu, numero 35. versiculo quæ tamen probatio, & numero 53.* Cardinal. Tusch. *pract. concl. in verb. furtum; concl. 558. n. 3.*

3 Tertia est conclusio quòd quando sumus in casu, vel crimine difficilis probationis, tunc si non prosunt singula, multa iuuant, & plura etiam imperfecta coniunguntur ad faciendam plenam probationem; Rom. *consil. 7. n. 3.* Marsil. *cons. 44. num. 10.* Aym. *cons. 73. num. 19. & seq.* Grat. *consil. 104. num. 15. & seq. lib. 1. tit. de prob. concl. 1. num. 30. & num. 32.* Menoch. *de præsum. lib. 1. quæst. 40. num. 13.* & quicquid alij aliter senserint, ita à Doctoribus receptum esse testatur Petrus Barbos. *in repet. l. 1. in princ. part. 1. num. 81. vers. aduertis quos fecit, & num. 82. ff. solut. matr.* qui omnes Doctores loquuntur etiam, quòd agatur de condemnando. Verùm vbi agitur ad effectum inquirendi, prout in casu nostro, res videtur indubitata, vt per Gabr. *ad concl. 1. num. 18.* Menoch. *dict. q. 40. num. 9.* & Honded. *consil. 292. num. 6. lib. 2.*

4 Quarta sit conclusio, quòd pariter quando sumus in casu, vel crimine, in quo præsumtiuè admittitur probatio, tunc admittuntur non solùm præsumtiones iuris, sed etiam hominis, secundùm Dec. *in capit. tertio loco, n. 57. in fine, extra de probat.* Abb. *in cap. afferte, post num. 5. extra de præsumt.* Boss. *in titul. de conuictis. num. 20. & 21. & in titul. de partu supposito, numer. 34.* Ioseph. Ludouic. *conclus. 45. in 5. ampliat.* Menoch. *de præsum. lib. 1. quæst. 58. num. 2. & seq.* vbi alios refert. & licèt non ignorem hanc conclusionem habere aliquos contradictores, vbi tamen præsumtiones sunt plures, quàm duæ, res transit sine difficultate, etiam quòd tales præsumtiones non fuerint vehementes, & violentæ, secundùm Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæstion. 40. num. 10.* Ioseph. Ludou. *conclus. 46. versic. si tamen.* & est ratio quia plura dubitata indicia faciunt vnum indubitatum ad condemnandum sufficiens. Bald. *in l. fin. num. 2. versic. sed quando, & versic. item ponit. C. de probat.* Igneus *in l. excipiuntur, numero 36. & seqq. ff. ad Syllanian.* Brun. *de indic. & tortur. parte 1. quæst. 4. num. 3. versic. quandoque tamen, & num. 5.*

His præmissis conclusionibus non videtur hæsitandum quin in proposita facti specie adsint nedum indicia & coniecturæ, sed etiam concludentissimæ probationes corporis delicti, de quo agitur, & sic de existentia corporum Sanctorum, de quibus quæritur, præsertim cùm præsupposito, quòd negari non potest, quòd simus in casu difficilis probationis, tum ratione temporis; historiæ enim scriptura in Archiuio reperta, tabella antiquissima in Sacristia existens, publica vox, & fama, liber etiam antiquissimus in domo Marci Antonij Orij repertus, euidentia loci cum relatione peritorum. Addo tractatum ab inquisitis confessatum de perquirendo corpora Sanctorum in loco simulatæ sepulturæ, inuentum lapidem cum signo Thau, iuxta descriptionem in scriptura Archiuij cōtentam, cessationem operariorum ab opere de die & tēpore, quo verisimiliter dictus lapis fuit inuentus. Depositionem Sacristæ, quòd in restauratione Ecclesiæ fuerunt inuenta corpora Sanctorum. Secundum, quòd erant descripta in dicta tabella, & alia pleraque ex processu resultantia, & respicientia non solùm delinquentes, sed etiam delictum. Omnia simul saltim iuncta adeò rem claram & indubitatam ante oculos iudicis ponunt, vt aliter credere non valeat. Ex indubitato autem indicio posse ad condemnationem deueniri dubitandum non est, iuxta ea, quæ scripsit Aretin. *in cap. tertio loco, n. 17. & 18. de probat.* cum aliis per Boss. *in tit. de conuict. num. 27.* 5

6 Verùm id quod in præsenti causa omnem tollit difficultatem, est quòd inter præmissas coniecturas, seu præsumtiones adsunt nonnullæ, quæ per se solas delicti corpus & existentiam corporum Sanctorum sufficienter probant, & primò euidentia loci cum relatione peritorum; oculari enim inspectione apparet terram fuisse excauatam in loco in quo eam excauare necesse nō erat, prout construenda simulata sepultura. Ex hac autem sola excauatione, & sic ex fractura loci ex quo dicuntur corpora Sanctorum, subtracta etiam pro nunc circumscripta relatione peritorum furtum, & furti corpus in genere probari, dixerunt Bart *in l. si quando, in fin. num. 5. C. unde vi.* Petra Sancta *singul. 8. num. 2.* Grammat. *cons. criminal. 14. num. 2. & cons. 41. num. 2. in fine,* Natt. *cons. 47. post numer. 5.* Vulpell. *cons. 247. num. 7. versi. Vnde merito.* Addita autem peritorum relatione res clarior redditur.

7 Nec obstat si dicatur fracturam non probare furtum, nisi probetur res, quæ subtractæ dicuntur, fuisse in loco fracturæ. Quia vltrà quòd ad effectum inquirendi quando præsertim querelans est vir bonæ famæ, hoc probare non sit necesse, secundùm Grat. *consil. 45. numer. 27. & 28. lib. 2. & consi. 10. num. 8. in fine, & sequenti eodem libr.* Adhuc in præsenti casu satis dicitur probatum eo loci fuisse corpora Sanctorum per coniecturas, & indicia, stante difficultate probationis, ex præallegatis. Nec est necesse probare quòd tempore fracturæ fuissent in dicto loco, cùm satis sit semel ibidem fuisse reposita; Grat. *respons. 94. num. 26. vers. Vltimò non obstat, & num. 27. & cons. 95. numer. 28. vers. & prædicta, & num. 29. & consil. 87. num. 8. libr. 2.* cum aliis per Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 829. numer. 5.*

8 Nec etiam obstat, quòd dicatur fracturam minimè probare existentiam corporum Sanctorum, & successiuè furtum, cùm non sit probata eorum identitas ad scripta per Abb. Dec. & Aym. *in locis relatis* per Mascard. *de probat.*

ARGVMENTVM.

Confiscari an,& quando possint bona fideicõmissaria,seu prohibita alienari,&quid si prohibitio non est perpetua,sed ad tẽpus facta filio durãte minori ætate. An tunc saltim legitima,& Trebellianica transeat in fiscum, præsertim si filius ante delictum nõ conquestus est de prohibitione alienationis,seu onere legitimę adiecto, & hinc sumta occasione bene discutitur,an ius petẽdi supplemẽtum legitimæ, & reiiciendi onus ob ea,sit transmissibile ad hæredes,& quos?

SVMMARIVM.

Vsusfructum confiscari non potest,quando bona sunt fideicommissaria cum prohibitione alienationis,n. 1. & num.30.

Legitima,& Trebellianica confiscari potest,etiam quòd bona sint fideicommissaria, & alienari prohibita,n. 2.& seq.& n 20.vbi ampliatur etiam quòd filius delinquat in minori ætate,& n.41.

Trebellianica filiis primi gradus prohiberi non potest,n. 3.contrà n.15.

Trebellianica prohibita non censetur,nisi expressè dicatur,num.4.

Trebellianica non censetur prohibita filijs primi gradus per generalem prohibitionem alienationis,n.5.& n. 11.& seqq.vbi de materia, & num.14.& 15.contrà num.22.

Legitima confiscari non potest quando prohibitio alienandi ad certum tempus filio facta est,n.6.licèt alij contrà n.19.& n.33.Declara primò dummodo talis prohibitio fuerit facta durãte minori ætate,secus si postea, vtputa vsque ad quadraginta annos,n.7.& n.17.& seq.vbi quòd isto casu talis prohibitio non valet,& durante minori ætate,& n.22.34.& seq. vbi de materia.Declara secundò dummodo testator exprimat causam imbecillitatis propter minorem ætatem,n.8.aliàs secus,n.25.& seqq.vbi bene declaratur materia contrà numero 36. Declara tertiò dummodo imbecillitas filij parum industriosi cõstet aliunde quàm ex patris assertione, num. 9.& num.29.

Clausula,vt bona remaneant in familia adiecta prohibitione alienationis operatur tacitũ fideicommissum, non solùm in casu alienationis,sed etiam mortis,n.12.& n.21.

Prohibitio alienationis non censetur facta per clausulam,vt bona remaneant in familia,n.12.13.

Specialia plura non sunt multiplicanda,n.13.

Legitimæ onus adiectum à patre non censetur approbatum à filio per simplicem aditionem hæreditatis absque protestatione,sed requiritur specialis,& expressa approbatio, n. 23.24.

Ratio vnica,cùm alia reddi non possit,censetur expressa in dispositione,n.28.

Vxor relicta vsufructuaria à marito,delinquente marito reassumit totum vsumfructum,& non alimenta solùm, & sic vsusfructus non transit in fiscum, numer. 31.

Prohibitio alienationis non dicitur onerosa etiam adiecta clausula,quòd bona remaneãt in familia, n.37.

Legitima confiscari an possit, quando à patre in ea fuit adiectum onus, & filius ante delictum non reclamauit,n.38.& seqq.omnibus.

Legitimæ supplementum petendi ius,an transeat in fiscum quãdo filius ante delictum non contradixit, n. 38.& seqq.omnibus.

Legitimæ supplementum petendi ius, an trãseat ad hæredes,n.38.& seqq.omnibus.

Confiscari possunt omnia ea quæ transeunt ad hæredes extraneos,n.45.

Ius deliberandi, & adeundi hæreditatem, & dicendi nullum testamentum patris,an, & quando transeat in fiscum,n.47.52.& 61.

Fiscus an sit propriè hæres,vel impropriè, & an loco hæredis extranei habeatur,n.51.

CONSILIVM CLIX.

PERVINIVA Costa obiit de anno 1592. cõdito testamento,ac hærede Iosepho eius filio infante sub certis conditionibus instituto, qui de præsenti anno appensatè homicidium commisit. Quæritur pro veritate, an fiscus de bonis hæreditatis prædictam legitimam, Trebellianicam, & vsumfructum detrahere valeat,non obstante superueniente Tarquinij in casu mortis substituti, & prohibitione alienationis omnium bonorum per certum tempus, vt legitur in testamento.

Illustrissime Domine, vt pro veritate respondeã propositæ dubitationi. Quoad vsumfructum fiscum nullum in eo ius prætendere posse facilè existimarem stante fideicommisso vnà cum prohibitione alienationis, Gabriel *lib.7.concl.24.num.3.& num.5.& 6.* Clar. *in pract. §.final.q.78.vers. item quæro nunquid.* Roland. *consil. 98.per tot.lib.2.* Gabriel *consil.73 num.4.lib.2.& consil. 123.per tot. lib.1.* Sforzia Odd. *cons.83 num.1.& seqq.* Quorum opinio absque dubio magis communiter recepta est, quicquid secus dixerit Alciat. *in consil.783.* 1

Quo verò ad Trebellianicam, & legitimam, quòd non obstante quacunque testatoris prohibitione possit filius hæres institutus ex bonis fideicommissariis, & alienari prohibitis illas detrahere,& consequenter transeant in fiscum,voluerunt Gigas *de crimin. læs.maiest. lib.2. tit.de pœn.quæst.15.* Natt. *consil.518.numer.33.& seqq.libr.3.* Roland. *consil.31.num.28.& seq.libr.1.& consil. 98. numero 21.libr.2.* Clar. *in pract. d.quæst.78. versic. item quæro nunquid, propè fin.* Hippol. Riminald. *consil. 50. num.70. & seqq.lib.1.& cons.131.n.10.& seqq.lib.2.* Et in hac parte sentio pro fisco. 2

Et licèt non ignorem prædictæ conclusionis veritatẽ pendere ab illa altera satis controuersa quæstione,an scilicet Trebellianica possit filiis primi gradus à testatore prohiberi,prout omissis aliis Doctorum autoritatib. partem negatiuam amplexus est Mantic. *de coniect.vlt.volunt. libr.7.titul. 11.numer.6.* vbi testatur de communi, & seruata opinione, post alios plures quos allegat concordantes. 3

Adhuc tamen admissa contraria affirmatiua opinione cessat in proposita facti specie omnis dubitatio, cùm in testamento, de quo agitur, nulla fuerit facta expressa Trebellianicæ prohibitio, prout sic expressè eam fieri debere probat textus *in §.si verò expressim, in authen. de hæredibus, & Falcid. & in auth.Sed cùm testator, ad leg. falcid.* 4

Et quicquid secus fit in prohibitione alienationis facta in legatis particularib. in prohibitione tamen alienationis vniuersæ hæreditatis,& præsertim in filiis primi gradus,quòd nõ cẽseatur prohibita Trebellianica ex prohibitione alienationis omniũ bonorũ, plenè cõsuluit Rol. 5

prout dicunt plures Doctores ex aduerso allegati. Quãuis non desint etiam non modicæ autoritatis Iurisconsulti, qui contrarium teneant, vt videre est apud Ripam *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 28. ff. de legat. 1.* Aretin. *in conf. 19.* Natta *conf. 528. num. 1. & seqq.* Hieronym. Gabr. *consil. 184. num. 8 & seq. lib. 1.* Aliósque relatos per Anton. Gabriel. *lib. 6. tit. de legitima, conclus. 1. num. 21.* & per Menoch. *consil. 57. num. 13. lib. 1.*

17 Vbi tamen hæc prohibitio non est facta propter imbecillitatem minoris ætatis, sed ad longius tempus, tunc nec valet, nec legitimam continet, quia non vtilis, sed onerosa dicitur, & in terminis adducebam Menoch. *in consil. 57. libr. 1.* Qui quidem optima ratione suam hanc fundabat declarationem. Quia nempe iura non reputant minorem imbecillum, & non aptum ad gubernandum bona sua, nisi infra vigesimum quintum annum, cùm non plus vltra illi prouideant de tutore, & curatore, nec eidem restitutionem concedant, nisi per quatuor annos. Et sic vsque ad annos 30. *l. 1. & per totum ff. de tutorib. & curatorib. l. 1. & pariter per totum, si maior factus.*

18 Ergo post illud tempus cessante ratione imbecillitatis, prohibitio alienationis legitimæ non vtilis, sed onerosa dicitur, cùm illi adimat rei suæ propriæ liberam administrationem, contra textum *in l. in re mandata, C. mãdati,* & voluit Dec. *in l. 1. n. 5. C. de secundis nuptiis*, Socin. *conf. 110. colum. 2. vers. Præmitto etiam, lib. 3.*

Ideo cessante imbecillitate, cessat etiam prohibitio propter imbecillitatem à testatore facta. Rimin. Iun. *conf. 50. num. 81. & seq. lib. 1.* Et hæc ratio apud me est inconuincibilis.

19 Respondent primò DD. ex aduerso scribentes, quòd communis opinio Doctorum est in contrarium cùm loquantur non solùm de prohibitione alienationis vsque ad annos vigintiquinque, seu triginta, sed etiam ad quadraginta. Quod minimè verum credo, nec inueni aliquos Doctores loquentes de quadraginta, sed solùm de vigintiquinque, aut triginta, & ista est communis opinio, prout testatur Roland. *conf. 98. num. 25. libr. 2.*

20 Respondent secundò, quòd si hæc prohibitio non valet vsque ad annos quadraginta, valebit vsque ad annos vigintiquinque. Quo interim commissum est homicidium, quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur. Sed certè omissa per nunc disputatione illius brocardicæ quæstionis, quando scilicet vtile per inutile vitietur, dico ex aduerso deductam conclusionem non procedere in casu nostro ad effectum de quo agitur, cùm certissimi iuris sit, quòd per simplicem prohibitionem alienationis non censetur prohibita legitimæ detractio, etiam vsque ad tempus vigintiquinque annorũ, & si en tempore talis prohibitio posset dici minori fauorabilis, vt ex aduerso prætenditur, eáque non obstante filius etiam minor detrahit legitimam (& successiuè fiscus) ex traditis per Catelli. Cott. *in memorial. in verbo, filius grauatus à patre, versic. Vlterius etiam notandum est,* post Bald. *in locis per eum relatis*, Gabriel. *lib. 6 tit. de legitima conclus. 1. num. 15.* post Bertrand. quem allegat Viu. *opin. 160. num 4.* post Iason. *in consil. 161. libr. 2.* Roland. *consil. 31. num. 30. libr. 1.* post Iason. *in l. filiusfamil. §. Diui, ff. de legat. 1.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 78. num. 10. versic. Item quæro nunquid, ante finem,* Hippolyt. Riminald. *consil. 50. num. 71.* post Aretin. Rip. Iason. & Crot. *in locis per eam relatis, & num. 77. & seqq.* vbi ampliat etiam quòd filius fuerit hæres institutus, & sic plus fuerit ei relictum quàm importat legitima. & testatur de communi, reprobato Bero. ex aduerso allegato contrarium tenente, *in quæst. 87. numer. 10.* Quicquid secus sensisse videatur Riminald. Iun. *conf. 131. num. 57.* qui propterea loquitur contra communem Doctorum sententiam, vt ex præallegatis apparet.

21 Et quòd in casu nostro testator alienationem prohibuerit, nõ propter imbecillitatem minoris ætatis, & filij fauorem, sed ex fauore agnationis, & familiæ, & quòd fuerit non ad tempus, sed perpetua, apertè demõstratur, ex clausula post prohibitionem alienationis in testamẽto apposita, eo quia voluit bona sua perpetuò remanere in agnatione, & familia. Ex qua quidem clausula inductam esse prohibitionem alienationis perpetuam ad fauorem agnatorum iam vnus ex dominis ex aduerso scribentibus, vt suprà dixi, bene fundauit, & probauit; & isto casu dubitandum non est, quin tale onus nullo vnquam tempore filij legitimam, & successiuè fisci successionem afficiat ex suprà mox allegatis.

22 Alio modo respondent domini ex aduerso scribentes, quòd scilicet Menoch. ad fisci fauorem allegatus *in conf. 57.* loquatur in alienatione facta à maiori, & non à minori, ponderando renunciationem suo fauori, de qua per Menoch. *ibidem, n. 15.* Sed hæc responsio vltra quòd videtur diuinatiua, non videtur etiam releuans, quia siue alienatio fuerit facta in minori ætate, siue in maiori, satis est quòd fuit facta infra tempus à testatore prohibitum, & tamen Menoch. ibidem apertè consuluit per viuas & concludentes rationes illam prohibitionem nullo pacto extendi ad legitimam.

23 Respondent quòd per approbationem testamenti paterni factam à Iosepho simpliciter, & sine protestatione adeundo hæreditatem grauatam censetur omnino etiam approbasse prohibitionem alienationis sibi factam, ex Acharan. Gabriel. & aliis ibi per eum relatis. Sed hæc obiectio non obstat, tum quia in testamento non est expresse prohibita legitima, & vt suprà probaui per simplicem prohibitionem alienationis, non censetur illa prohibita.

24 Tum etiam, quia ad hoc vt legitimæ fiat præiudicium, non sufficit simplex aditio hæreditatis, seu simplex approbatio, sed requiritur specialis, & expressa quoad legitimam, Gabriel *lib. 6. tit. de legitima, conclus. 1. num. 7.* Roland. *consil. 78. num. 5. lib. 1. & consil. 26. num. 22. lib. 3.* cum allegatis per eos. Et ita aliàs resoluit Rota coram Iusto in vna Romana legitimæ Lunæ 25. Maij 1600. & coram R. P. D. Manzanedo etiam Romana Legitimæ, Veneris 2. Decembris 1609. quæ quidem decisio loquitur etiam in filio vniuersaliter hærede instituto.

25 Dicebam secundo loco, quòd prohibitio alienationis facta Iosepho ad tempus non impediebat legitimæ detractionem, quia in ea testator non expresserat causam prohibitionis, nempe filij imbecillitatem & ineptitudinem ad gubernandum res suas. Paul. de Castro. Paul. de Monte Pico, Ferdinand. Loazes, Alciat. Catellian. Cotta, Michael Crass. & Gabriel in locis aliàs allegatis. Quibus nunc addo Roland. ex aduerso allegatum *in conf. 98. num. 28. in fine, lib. 2.* & Surd. pariter ex aduerso allegatum *conf. 77. num. 39. lib. 1.* Ex quibus sine dubio ita communiter receptum esse dubitari non potest.

Quibus non obstet quòd ex aduerso dicatur non esse necessariam causæ expressionem in prohibitione alienationis facta minori, quia à iure præsumitur facta propter eius imbecillitatem. ad tradita per Bero. *q. 87. n. 14.* Surd. *conf. 77. num. 29. & conf. 395. num. 12.* cum allegatis per eos. iuncta regula, quòd satis dicitur expressum, quod tacitè inest, vel quod à iure præsumitur.

26 Hoc enim argumentum vltra quòd non tollit communem conclusionem Doctorum volentium causam hanc esse exprimendam in testamento intelligentũ non de expressione præsumta, aut tacita à iure, sed de ea, quæ in testamento scripta est, & quæ propriis oculis legi potest. ad *l. 1. in princ.* vbi Bart. & alij, *ff. de iis quæ in testamento,* Put. *decis. 184. n. 2. lib. 1.*

27 Adhuc tamen posset forsan procedere, quando prohibitio alienationis esset facta minori non vltra minorem ætatem, tunc enim cùm non alia ratio prohibitionis reddi possit quàm imbecillitas propter minorem ætatem, hoc ideo habetur expressa. ad glos. *in l. quamuis, C. de fideicommiss.* Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 20. glo. 1. numero 3. in fine*, & bene aduertit Surd. extensè allegatus *dict. consil. 77. numero 39. versic. Nam vbi prohibitio est ad minorem ætatem coarctata, & dict. consil. 394. num. 29.* prout, & alij ex aduerso allegati sic loquũtur in prohibitione alienandi facta infra minorẽ ætatem, & non vltrà. Effectus enim maior non præsumitur imbecillis, & ineptus ad sua bona gubernanda, Rimin. Iun. *d. conf. 50. n. 82.*

Cessante igitur iuris præsumtione imbecillitatis in prohibitione alienandi facta vltra minorem ætatem frustrà prætenditur eam haberi pro expressa, cùm non sit expressa.

28 Verùm id quod in præsenti casu omnem tollit difficultatem est quòd prohibitio, de qua agitur, non est facta propter imbecillitatem filij minoris, sed vt bona remaneant in familia, & agnatione. Ideo ex ea non impeditur legitimæ detractio, vt suprà probaui.

29 Et ex præmissis cessat disputatio, nunquid patri in testamento asserenti filium quem alienare prohibet non esse industriosum, credatur. Qua in re Doctores dissentire videntur, cùm aliqui tenuerint partem affirmatiuam, & alij negatiuam. Cùm in testamento, de quo agitur, nulla super hoc adsit patris assertio.

Quare non obstantibus ex aduerso deductis crederem legitimam, & Trebellianicam Iosephi ad fiscum spectare, prout aliàs scripsi, & ita vt suprà pro veritate respondi.

In eadem caußa, & contra præmissa responsum.

30 IN bonis fideicommissariis quon. Peruenij Costæ non solùm vsusfructus non spectat ad fiscum ex persona Iosephi eius filij condemnati stante prohibitione alienationis, vt voluit Roland. *consil.* 98. *per tot. lib.* 2. Gabriel *cons.* 73. *n.* 4. *lib.* 2. Clar. *in punct. q.* 78. *vers. item quæro.* Siot. Odd. *cons.* 53. *n.* 1. *& seq.*

31 Sed etiam quia vsusfructus in casu nostro fuit relictus vxori testatoris, quòd relictum, licèt stantibus filiis, resoluatur in alimenta. Glos. Bart. & alij *in authen. hoc locum, si sec. nups. mul.* tamen confiscatis bonis filiorum vxor reassumit integrum vsumfructum. textus est expressus *in l. si mulieri, ff. de vsufruct. accresc. & in l. 1. quemad. vsusfruct. amit.* vbi Bart. *num.* 1. Peregr. *de iur. fisc. libr.* 1. *titul.* 1. *num.* 8. Tob. Non. *consil.* 107. *num.* 9. 10. 11. *&* 12. Gabr. *lib.* 5. *tit. de vsufruct. conclus.* 3. *n.* 8. Borgn. *de vsufruct. num.* 337. *vers. quod potest extendi, & vers. vnde nota.* vbi voluit, quòd delinquente proprietario vsufructuarius lucretur proprietatem, & appellat hoc dictum aureum.

32 Neque Trebellianica ex dictis bonis venit confiscanda sub prætextu quòd illa non fuerit expresè prohibita, quia satis expresè prohibita videtur per prohibitionem alienationis omnium, & quorumcunque bonorum, vt relictis innumeris autoritatibus voluit Rota per Cassad. *decis.* 4. *de test. bin,* & Crescent. *decis.* 2. *eodem tit.* & in nouissimis diuer. *decis.* 317. *par.* 2. *n.* 1. & Franc. *in decis. Neapol. decis.* 612. *parte* 4. *n.* 6. à quibus Rotæ decisionibus in iudicando non est recedendum. Honded. *cons.* 59. *num.* 48. *& cons.* 74. *n.* 58. *lib.* 4.

33 Sed ista difficultas videtur omnino reiicienda in casu nostro stante prohibitione de non alienando, & multo minus Trebellianica, vt communiter voluerunt Doctores omnes *in l. Imperator Antoninus, C. de fideicommiss. liber.* Boss. *de bon. publ. n.* 41. Dec *cons.* 442. *n.* 28. Clar. *in pract. q.* 78. *§. fin. il. vers. item quæro.* Grammat. *decis.* 105. *num.* 31. Boër. *decis.* 87. *n.* 4. Ac denique Farinac. *in suis quæstionibus crim. tit. de delict. q.* 25. *n.* 45. qui omnes de communi, & magis communi testantur.

34 Quæ prohibitio fortius debet operari in casu nostro, vbi cùm D. Ioseph. deliquerit intra vigesimum quintum annum, concurrit triplex prohibitio, legalis scilicet, cùm minor vigintiquinque ann. prohibeatur alienare. *l. ob æs, C. de præd. minor. l. magistratu, §. passim, ff. de reb. cor.* tacita resultans ex fideicommisso. *auth. res que, C. commun. de leg.* & demum expressa à testatore facta quæ omnes prohibitiones simul iunctæ fortiùs impediunt. Ruyn. *cons.* 23. *n.* 11. *in fine lib.* 5. Alex. *cons.* 67. *n.* 3. *vers. secundo principaliter, lib.* 4.

35 Nec obstat quòd dicta prohibitio fuerit facta ad quadraginta annos, & propterea sit onerosa filio, iuxta tradita per Menoch. *cons.* 57. quia tollitur istud fundamentum ex traditis per Rimi. Iun. *cons.* 131. *n.* 58. *& n.* 6. *in fin. lib.* 2. *& numero* 61. *&* 62. vbi firmat quòd prohibitio vtilis de non alienando facta filio minori etiam simpliciter, & perpetuò donec filius minor est, iudicatur fauorabilis, & complectitur legitimam, ita vt si filius delinquat non confiscatur, & est de mente Dec. *consilio* 442. *numero* 23. *versiculo ad declarationem, numero* 25. *versiculo & pro confiscatione.* vbi prohibitio facta nepoti, videlicet ne diuiderent bona viuentibus eorum patruis, tenet durante minori ætate, etiam quoad legitimam, licèt quisque præsumatur viuere ad centum annos, per tex. vulg. *in l. final. de sacros. Eccle.* & Grammat. *numero* 43. *cum duobus sequen. vol.* 2. & Ruyn. *consilio* 23. *numero* 22. *in fin. lib.* 5. *& per tot.* Præterea vtile per inutile non vitiatur in separabilibus, præsertim in testamentis. *l.* 2. *ff. de his, quæ pro non script. haben.* Rot. *decis.* 33. *numero* 17. *par.* 2. *& decis.* 486. *numero* 16. *par.* .. *in nouiss.* Surd. *consilio* 428. *numero* 24. *in fin.* & opinio Menoch. posset procedere quando prohibitio alienationis esset facta maiori vigintiquinque annorum, vt in terminis respondet Becc. *cōsilio* 112. *numero* 20. *lib.* 2. post Riminal. Iun. *consilio* 394. *numero* 44. *vsque ad* 50. *vol.* 4. & hoc etiam colligitur ex ratione qua vtitur Menoch. dum ait, quòd ille prohibitus potest renunciare tali prouisioni, quæ non viget tantùm in maiore, cùm minor renunciare non possit. Dec. *consilio* 442. *numero* 15. & Bart. *in d. §. diui, vers. extra Glosam,*

Minus obstat, quòd ista prohibitio non teneat quoad legitimam, cùm pater non expresserit causam imbecillitatis, quia hæc expressio necessaria est, quando prohibitio fit maiori, vel quando est simplex, indiffinita & absoluta: secus autem quando fit minori, & restringitur ad certam ætatem, quia tunc præsumitur facta ad commodum minoris, vt illius imbecillitati prouideatur, etiamsi hoc non exprimatur *l.* 2. *C. de vsucap. pro emp.* Bart. *in l. filius fami. §. diui, de leg.* 1. *num.* 1. *vers. appono extra glos.* vbi etiam Ripa *n.* 23. *vers. & ideo dico,* vbi ait quòd prohibitio testatoris vestitur à causa, qua vestitur prohibitio legis. Bald. *in l. quoties, n.* 4. *&* 5. *C. de fideicommiss.* Becc. *cons.* 100. *n.* 4. *lib.* 1. Bero. *q.* 88. *num.* 14. Aretin. *cons.* 22. *n.* 6. & Federic. Loez *in d. §. Diui, n.* 4. qui testatur de communi. 36

Nec denique obstat, quòd dicta prohibitio videatur onerosa tanquam facta fauore agnationis, quia responsio est, quod testator hoc adiecit, vt magis coerceret filium ab alienatione, adiiciendo personas in quas bona deuenire debeant in casu contrauentionis, quæ prohibitio non propterea redditur filio onerosa. Boss. *de bon. publ. n.* 41. *post med. vers. tamen valet.* 37

Sed dato etiam, quòd talis prohibitio esset onerosa, quia sit facta vltra triginta annos, vel aliorum fauore, adhuc tamen fiscus non potest prætendere legitimam: nam quòd ex legitima onus reiiciatur solus filius allegare potest, cùm eius fauore hoc sit introductum, glos. *in l. scimus, in princip. in verbo, ipso iure, C. de inoffic. testamen.* Et hæc facultas non trāsit in fiscum, vt in indiuiduo trad. Alciat. *cons.* 67. *num.* 8. *lib.* 9. Rolan. *cons.* 98. *num.* 29. *vers. vel etius. lib.* 2. Tob. Non. *cons.* 107. *num.* 4. Surd. *consilio* 344. *num.* 43. *in fine, & num.* 44. *& cons.* 412. *num.* 47. *in fine, & n.* 48. *& seq.* vbi alios allegat. 38

Tertium responsum Farinacij in eadem causa.

QVæ vltimo loco per Excellentissimum D. ex aduerso scribentem adducuntur aduersùs per me scripta ad fisci fauorem in causa Spoletana confiscationis in alia informatione singulariter & omnino eneruata & sublata fuerunt, excepto vltimo fundamento, in quo dicitur quòd onus adiectum à patre in legitima per prohibitionem alienationis, non potest à fisco allegari, cùm solus filius, cuius fauore iura statuerunt ex legitima reiiciendi omne onus possit hoc dicere. ad gloss. *in l. scimus, in princip. & in verbo ipso iure, C. de inoffic. testament.* & in terminis Alciat. *cons.* 67. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 9. *aliàs* 521. *num.* 5. *& sequ.* Roland. *cons.* 98. *n.* 29. *lib.* 2. Tob. Non. *cōs.* 107. *n.* 4. Surd. *cō.* 394. *n.* 34. *& cōs.* 410. *n.* 47. *&* 48. 39

Hoc

40 Hoc motiuum licèt prima facie releuans videatur, vnica tamen responsione tolli potest, dicendo scilicet quòd conclusio firmata à præallegatis Doctoribus, quorum vnus post alium eamdem sequuti sunt sententiam fundatam in glosa *in l. scimus, C. de inoffic. testament.* minimè vera est, & communiter reprobata, sicut etiam communiter reprobatur eadem gl. *in dict. l. scimus*, in qua, vt dixi, fundant se præallegati Doctores, prout latè post longam disputationem concludit, & testatur Roderic. Suarez, videndus *in repetit. l. quoniam in prioribus, in decima ampliatione, n. 1. & seqq.*

41 Et quòd Alciat. *in dict. cons. 67.* qui originaliter hanc protulit sententiam, & qui eum sequuntur, loquantur contra omnium cōmunem & practicatam opinionem, apparet euidenter, cùm quotidie videamus fiscum consequi legitimam filiorum, non obstante prohibitione alienationis, seu quocunque alio fideicommisso, aut onere in ea per patrem imposito, siue filius viuens eam petierit, siue non, & sicut in practica hoc non habet difficultatem, ita etiam, & communiter à Doctoribus receptum est, vt videre est apud Natt. *in cons. 528. n. 26. & seqq.* cum aliis plerisque per me allegatis *in pract. crimin. q. 25. numer. 43.* Quos etiam refert Surd. ex aduerso allegatus *in cons. 411. n. 19.* & si aliter diceremus resultaret absurdum, quòd nunquam fiscus posset consequi legitimam de bonis prohibitis alienari contra prædictam communem & practicatam opinionem.

42 Et quòd eadem Alciati & sequacium sententia iure non sustineatur, dignoscitur etiam ex eo quòd præcipua eiusdem sententiæ ratio, per eos adducta, est quia scilicet ius petendi legitimam, & illius supplementum, vti ius liberorum, non transmittitur ad hæredes extraneos, voluerunt Bald. *cons. 432. Duo erant fratres, n. 1. lib. 3.* Paris. *cons. 45. n. 8. lib. 2.* Tiraq. *de retract. lign. §. 26. gl. 3. n. 25.* Auchar. Regien. *q. 47. n. 10. par. 2.* Peregr. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. de public. bonor. n. 79.*

43 Sic, & ius agendi ad supplementum legitimæ, quòd transeat ad hæredes extraneos, scripserunt cum allegatis per eos, Boër. *decis. 150. numer. 4* Anton. Gomez *var. resol. tom. 1. cap. 11. numer. 13 vers. Ex quibus infertur*, Roderic. Suarez *vbi supra in decima ampliatione, numer. 6.* vbi reprobat Angel. in loco per eum relato contrarium tenentem.

44 Et magis in specie, quòd ius petendi legitimam grauatam aliquo onere à patre testatore transeat ad hæredes etiam extraneos, scripserunt Dec. *cons. 81. num. 1.* Paris. *cons. 9. numer. 5. & seq. & cons. 45. n. 7. & seqq. lib. 2.* Cephal. *cons. 59. num. 21.* Iacob. Port. Imolen. *cons. 38. numer. 5.* Qui alios refert. & in terminis quòd onus legitimæ adiectum à patre possit ab hærede filij peti, vt reiiciatur etiam quòd filius viuens hoc non petierit, voluit Salycet. *in l. scimus, num. 4. in fine, vers. Fa eo bene, C. de inoffic. testament.* quem sequuti sunt Aretin. *in §. 1. n. 7. Instit. de inoffic. testament.* vbi quòd ita aliàs in facto Bononiæ obtinuit, Rip. *in l. 1. num. 7. ff. de pignorib.* vbi præsertim loquitur fauore fisci, Alexand. *cons. 55. num. 5. vers. Tamen istis non obstantibus, & cons. 150. numer. 8. lib. 2.* vbi alij referuntur concordantes, Aym. *consil. 312 volum. 4. in fine, & num. 4. etiam in fine, vers. Quartò dubitatur*, Natta *cons. 199. n. 5. & cons. 352. num. 9.* Cephal. *cons. 56. num. 21.* Roderic. Suarez *in loco præallegato.*

45 Igitur si ius petendi legitimam, & illius supplementum non obstante onere imposito transit ad hæredes etiam extraneos, & etiam quòd filius viuens de onere prædicta conquestus non fuerit, retorquendo rationem ab Alciat. & aliis, qui contrarium affirmare ausi fuerunt. Necessariò sequitur quòd idem ius transeat in fiscum, per regulam, quòd ea, quæ ad hæredes extraneos transmittuntur etiam in fiscum, de qua per Peregr. *de iure fisc. lib. 5. tit. 1. de publicatione bonorum, n. 58.*

46 Et licèt ex præmissis satis credatur apparere non esse veram conclusionem firmatam ab Alciato *in d. cons. 67.* & ab iis, qui eum sequuntur. Adhuc tamen pro clariori resolutione distingui potest. Quòd si onus legitimæ à patre adiectum cōsistit in quantitate, vt puta, quia pater pro legitima filij reliquerit minus eo quod debetur. Et tunc si viuens filius nihil dixit, nec etiam fiscus aliquid dicere possit; si verò onus non in quantitate consistit, sed in aliqua dilatione, conditione, seu prohibitione alienationis, prout in casu nostro, & tunc etiam quòd filius in vita contradixerit: potest tamen contradicere & oneris reiectionem petere filij successor, qui est fiscus, prout hanc distinctionem bene probauit Roderic. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, n. 8. & 9.*

47 Vel meliùs distingui potest alio modo, quòd si ius legitimæ non est adhuc formatum, vt quia filij bona confiscantur patre viuente, & tunc ius petendi legitimam dicitur personale, nec transit in fiscum. Bald. *in l. si qua pœna, in prima lectura, numero 3. versiculo, Quæro an filio banito, & versiculo, Sed quæro pone, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, quem sequuti sunt Aretin. *in l. si quis mihi bona, §. seruus municip. in fine, ff. de acquiren. hæredit.* Iason *in l. si filius familias, numer. 12. ff. de liber. & posthum.* Alciat. & alij ex aduersò allegati; secus si iam ius legitimæ formatum est, bonáque filij publicantur mortuo patre. Nam tunc, quòd ius illam petendi, sicut & ius deliberandi, vel dicendi nullum testamentum patris, transeat omnino in fiscum, voluerunt Bald. *in l. mihi bona, § si quis plane, versicul. vnde dictio, ff. de acquiren. hæredit.* & ibi etiam Alexand. *numero 2. ad med. versicul.* in ea glossa Imola, *§. si seruus, numero 41. ad med. versic. In glossa pro non scripto.* Iason *in §. si seruus municipum, numero 11. versiculo in tertia parte glossa.* vbi testatur de communi, reprobatis Nello, & Fulgos. contrarium tenentibus, Boss. *in titulo de publicat. bonorum, numero 16. & numero 17.* Peregr. *de iure fisci, lib. 5. titul. 1. rubr. de publicat. bonorum, numero 97.* vbi propterea, & in terminis dixit dictum Alciat. *in dicto cons. 67.* non sibi satis verum videri.

Secundum responsum ex aduerso scribentis in eadem causa.

48 QVòd fiscus non possit allegare onus à patre impositum super legitima filij, iuxta opinionem Alciati *consilio 67, numero 7. lib. 9.* Roland. *consilio 98. n. 29. lib. 2.* Tob. Non. *consilio 107. numero 4.* Surd. *consilio 254. numero 33. in fine, & consilio 417. numero 47. cum seq.* Adhuc videtur verum non obstantibus in contrarium deductis à doctissimo Farinacio pro fisco scribente.

49 Nam gloss. *in l. scimus, C. de inoffic. testament.* allegata à prædictis DD. pro fundamento principali eorum opinionis non solùm, vt ex aduerso præsupponitur, non est communiter reprobata, sed est communiter recepta, teste Iason. *in dict. l. scimus, numero 2.* Ripa *in l. 1. numero 7, de pignoribus.* Corn. *consilio 126. num. 9. volum. 2.* ac nouissimè Gratian. *in decis. Mar. decis. 4. num. 21.*

50 Nec prædicta opinio videtur contra communem, & practicatam opinionem, ex eo quòd si illa esset vera, sequeretur fiscum nunquam consequi posse legitimam ex bonis alienati prohibitis, quia hoc tollitur ex eo quòd dispositio facta generaliter non porrigitur ad casum, in quo quis non habet potestatem. *cap. à nobis el. 1. de sent. excommunicat.* Natt. *in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit.* Dec. *consilio 81. num. 1.* Vnde infertur quòd in prohibitione alienationis perpetua facta à testatore filio non excluditur legitima super qua non habet potestatem, & propterea fiscus potest illam petere, & consequi ex delicto filij, non obstante dicta prohibitione, sed secus in casu nostro, vbi cùm prohibitio sit facta filio minori ad certum tempus, includitur etiam legitima, vt aliàs per me firmatum fuit per Doctor. omnes *in l. filius familias, §. Diui, de leg. 1. & in l. Imperator Antoninus, C. de fideicommiss. liber.*

51 Quòd autem ius petendi legitimam, & eius supplementum transeat ad hæredes extraneos, licèt hoc non sit omnino totum, cùm ex aduerso adsit autoritas Angel. & sequacium *in dict. l. scimus, §. istud præterea, numero 2.* Tamen admissa contraria opinione, respondetur quòd licèt huiusmodi ius transeat ad hæredes extraneos,

vt per Boer. *decis. 250. num. 4.* & alios adden. per D. Aduocatum fisci, tamen non sequitur necessariò, quòd transeat in fiscum, quia non in omnibus fiscus reputatur extraneus hæres, Bart. *in l. inter eos, §. final. in fine, de fideiuss. & in l. quoties. num. 2. de nouat.* Ergo si in omnibus non est hæres, potest de facili recipere limitationem, quòd non succedat in ius petendi reiectionem oneris à legitima, iuxta opinionem Alciati, & aliorum cuius limitationis ratio ex eo apparet, quia multum interest esse hæredem, & haberi loco hæredis. arg. *l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupillar. Instit. quib. mod. testam. infirment. in fine,* Soccin. Sen. *consil. 116. num. 15. volum. 1.* Cùm reuera hæres reputetur eadem persona cum defuncto, & succedat bonis, & personæ, *§. 1. Auth. de inrestu. à mor. præst.* quod non sequitur in fisco, qui cùm propriè non sit hæres, *l. non intelliguntur, §. cùm ex causa,* vbi Bart. *de iure fisci, & l. 2. C. ad Iul. l. de vi pub.* & propterea non reputetur eadem persona cum defuncto, & succedat potius bonis quàm personæ. Ioann. de Platea *in l. 1. in princip. C. de bon. vacan.* Boss. *de bon. publ. numer. 13.* Non potest sicut verus hæres succedere in illud ius, quod est personale filiorum, vt petere oneris reiectionem à legitima *l. eorum, ff. ad leg. Iul. maiest. l. iura libertorum ff. de iurepat.* Castr. *in l. quoniam in prioribus, numer. 8.* Ias. *in l. si arrogator, num. 32. de adopt.*

52 Sicut fiscus non succedit in ius adeundi, Dec. *consil. 442. num. 19.* Cephal. *consil. 321. vol. 2.* Cott. *in memoral. in verbo, testamentum, in quo patre, in fin.* D. Farinac. qui innumeros recenset *variar. quæstion. versic. 25. num. 141.* Neque etiam potest dicere testamentum nullum ex causa præteritionis, vt per Bald. *in l. si qua pœna, ff. de iis, qui sunt sui, &c.* & Iason. *in l. cum mota, C. de transaction. numero 16.*

53 Non obstat prima distinctio circa onus impositum in quantitate, vel in conditione secundùm opinionem Suarez, quia posset forsan procedere dicta distinctio, quando à testatore veniret imposita conditio lege resistente, vel non permittente, prout si esset prohibita legitimæ alienatio in perpetuum, vel aliud simile, secus si quando esset imposita conditio lege permittente, vel non resistente, puta si esset prohibita alienatio ad certum tempus, vt in casu nostro. Tunc enim cùm filius vellet prætendere dictam conditionem sibi onerosam, oporteret vt probaret. ad trad. per Bart. *in l. nam postea, §. si minor, numero 7.* Iason *in capitul. auditis, extrà de in integr. restitut.* & reiectionem peteret, iuxta gloss. *in d. l. scimus.*

54 Neque etiam secunda distinctio procedit ad fauorem fisci, in casu de quo agitur, quia dato quòd ius petendi legitimam patre viuente dicatur personale filij cùm non sit formatum nisi mortuo patre, & sic fisco non quæratur ob delictum filij viuo patre commissum. iuxt. doctrin. Baldi, & aliorum ex aduerso deductam *in l. si qua pœna, de his qui sunt sui, &c.* Ita etiam in terminis nostris ius petendi onus reiici à legitima durante minori ætate filii dicitur personale cùm non sit formatum, nisi facto maiore, quo tempore permittitur ei alienatio, & sicut durante minori ætate non potuisset alienare, *l. ob æs, C. de prad. minor. l. magis puto, §. ne passim, ff. de reb. eorum, &c.* sic non potuisset petere conditionem de non alienando reiici à testatore impositam. Quod multo minus facere poterit fiscus, qui habet causam ab eo. *l. lex vectigali, ff. de pignor. l. si quis domum, ff. locati.* Ccauett. *consi. 299. numero 4.* Cephal. *consilio 4. numero 42. libro 1.* Et sic casu nostro doctrinæ Bald. Aretin. & Iason. ex aduerso allegatæ possunt de facili contra fiscum procedere.

55 Ex quibus ex abundanti deductis pro clariori veritate videtur necessariò concludendum saltem in casu, de quo agitur, ius petendi reiectionem oneris à legitima, nullo pacto in fiscum transire posse, licèt pro resolutione præsentis difficultatis satis fuisset dicere contra fiscum extare communem opinionem, Alciat. & sequacium, quibus addo Surd. Alciat. à contrariis defendentem, *consil. 570. libr. 4. per tot.* Beto. *famil. quæst. 87.* & nouissimè Gail *de pac. public. capitul. 14. numero 10. libro 1.* à quorum opinione tanquam communi in iudicando non est recedendum, præsertim cùm ex aduerso aliquis scribentium non allegetur, qui in terminis fisci contra tantorum virorum opinionem loquatur.

Quartum responsum D. Farinacij in eadem causa.

56 ERuditissimus dominus ex aduerso scribens non adhuc acquiescit vltimis meis scriptis, in quibus ex firmissimis & inconuincibilibus rationibus reprobabam opinionem Alciati *in consilio 67. num. 7. libro 9.* & sequacium volentium ius petendi supplementum legitimæ, & ab ea reiiciendi onus non transire ad hæredes extraneos, & sic nec ad fiscum, quando filius ante delictum dicto oneri non contradixit. Et quia dicebam glossam *in leg. scimus, in verbo, ipso iure, Cod. de inoffic. testament.* ita qua idem Alciat. facit principale fundamentum esse communiter reprobatam, ad docendum de contrario, quòd immo dicta glossa sit communiter recepta, allegauit sic testantes Iason *in dict. leg. scimus, numero 2.* Ripa *ibidem num. 7.* voluit dicere *in leg. 1. ff. de pignoribus,* Corn. *consilio 126. numero 9. libro 2.* & Gratian. *decis. Marchiæ 4. num. 21.*

57 Quibus sufficit respondere, quòd ex numero Doctorum in alia informatione allegatorum, clarè constat, & negari non potest, prout etiam fatetur idem D. scribens *in versic. quod ante;* quòd ius petendi dictum supplementum transit etiam ad extraneos hæredes. Et quòd propterea nihil obstat gloss. *in dict. l. scimus,* quæ dato etiam communiter esset recepta (prout non est) nihil tamen dicit de transmissione ad hæredes extraneos, nec eam vllo pacto negat, sed solùm dicit, quòd licèt onus legitimæ adiectum reiiciatur ipso iure, hoc tamen intelligitur dummodo petatur à filio, & hoc non habet dubium, & admitto per regulam, quòd in his, quæ ipso iure acquiruntur, adhuc est necessaria petitio, ex latè congestis per Tiraquell. *de renocand. in verbo, reuertantur, numer. 1. & seqq.* Ergo filio non petente ius hoc non transmittitur ad hæredes, consequentia non valet: vt bene declarat Salyc. videndus *in d. l. scimus, num. 4. in fine, vers. fateor bene.* quam sequuti sunt, Aret. Rip. Alex. Aymon. Natt. & Cephal. in alia informatione allegati *in versic. Et magis in specie.*

58 Nec obstat responsio ex aduerso data, quòd scilicet fiscus non est propriè hæres extraneus, sed loco hæredis, & sic non propriè hæres. Nam vltra quòd an fiscus sit propriè hæres, vel impropriè, est quæstio satis controuersa. Nihil tamé refert ad effectum, de quo agitur, quòd fiscus non sit propriè hæres, quia satis est, quòd subintrat illa firma conclusio, de qua per Peregr. post alios de iure fisci *lib. 5. tit. 1. de public. bonorum, num. 38.* quòd ea quæ ad extraneos hæredes transitoria sunt, transeunt etiam in fiscum, ex confiscatione bonorum, & sic retorquetur Alciati, & sequacium opinio, dicentium ius petẽdi supplementum legitimæ non transire in fiscum, quia est ius personale, & non transitorium ad extraneos hæredes. Hoc enim assumtum non est verum in iure, quia immo est transitorium ad hæredes, vt probaui, & ex aduerso dominus scribens fatetur.

59 Comprobantur præmissa ex doctrina Baldi *in dict. l. scimus, post numer. 2.* quem etiam sequuti sunt, Corn. *in consil. 264. num. 1. vers. Baldus autem, lib. 1.* Ias. *in dict. l. scimus, num. 2. versicul. Sed aduerte.* Salicet. *ibidem, numero 4.* Vasq. *de successsion. creat. in repet. leg. Quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. testament. §. 10. numero 404. in fine versicul. Neque ad rem pertinet, & numero 523. versicul. Itaque vt rectè præsensit Baldus,* Mantic. *de coniectur. libro 7. titul. 8. numero 10.* Gratian. ex aduerso allegatus *dicta decision. 4. numero 2. & numero 3. iuncto numero 20 & sequentibus, & numero 29. & num. 30.* qui omnes declarando gloss. *in d. l. scimus,* expressè dicunt illam procedere solùm quoad effectum incommutabilis acquisitionis ipsi filio supplementum non petenti, non autem quoad transmissionem

dicti

dicti iuris ad hæredes extraneos. Cum quo ad dictam transmissionem ius petendi supplementum legitimæ transeat ad extraneos hæredes etiam quòd filius non petierit, vt ibi per eos.

60 Quòd si glossam *in d.l. scimus* dicere velimus voluisse intelligere quòd ius petendi supplementum legitimæ non petitum à filio viuente non transeat ad hæredes (prout certè hoc non dicit) sine dubio loqueretur contra communem opinionem Doctorum, de quibus suprà. Et propterea eam communiter reprobatam, & communem esse in contrarium testatur Ruyn. *in cons.* 107. *n.* 12. *& consil.* 26. *n.* 2. 12. 14. *&* 16. *lib.* 3. Corn. *cons.* 116. *n.* 20. *& seqq. lib.* 2. *& cons.* 264. *n.* 1. *& n.* 24. *& seqq. lib.* 1. Vasq. *dict.* §. 10. *n.* 404. vbi testatur de communi, & verissima opinione, *& n.* 522. vbi pariter de veriori, & communi opinione, *& n.* 523. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 9. *&* 10. vbi aliis pluribus relatis concordantibus pariter testatur de communi Michaël Crass. *de successoribus,* §. *legitima, q.* 37. vbi pariter reprobata glossa *in dicta l. scimus* testatur de veriori & magis communi Doctorum sententia, à qua nullo pacto recedendum esse admonet. Nec dissentit Gratian. ex aduerso allegat. *dict. decis. quarta, n.* 21. *ver. Et licèt Mantic.* vbi aliis pluribus relatis Doctorum autoritatibus, quoad effectum transmissionis dixit hanc conclusionem non posse negari, quia verissima est, nec de ea dubitandum.

61 Quæ de iure adeundi non transmissibili ad fiscum ex aduerso adducuntur allegando per me scripta *in practic. criminal. par.* 1. *quæst.* 25. *n.* 141. tolluntur ex iis, quæ ibidem dixi *dicto n.* 141. *in fine,* vt videlicet non semper ius adeundi sit intransmissibile in fiscum, sed tunc demum quando illud non est transitorium ad hæredes extraneos, secus si ad hæredes extraneos transitorium sit, prout declarat Boss. *in titul. de bonorum publ. n.* 16. Sed sic esse quòd ius petendi supplementum legitimæ est transitorium ad hæredes extraneos; ergo, &c.

62 Cætera ex aduerso allegata inter prohibitionem alienationis perpetuam fauore aliorum, & prohibitionem alienationis ad tempus fauore filij, & ob eius minorem ætatem, iam sunt sublata, ea aliàs scriptis, in quibus bene probauimus prohibitionem, de qua in casu nostro, non esse factam ad fauorem filij minoris, nec propter eius minorem ætatem, sed vltra minorem ætatem, & fauore aliorum de familia, quo casu non afficit legitimam. Quare à prioribus scriptis minimè recedendum censeo, non obstante autoritate Alciati, & aliorum, qui eum sequuntur, quorum opinio non solùm non est communis, vt ex aduerso creditur, sed contra communes & irrefragabiles Doctorum conclusiones, de quibus suprà.

Gubernator ciuitatis Spoleti sicut suprà consultum fuit pronunciauit ad fauorem Thesaurarij dictæ ciuitatis. Modò causa pendet in secunda instantia in Tribunalibus Illustrissimi domini Auditoris Cameræ.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Administrator, seu Procurator ad exigendum pecunias alienas, si exactas pecunias in vsum proprium conuertit, an criminaliter conueniri possit, & quando. Quid de socio communes pecunias penes se retinente; quando criminalis actio cesset, vbi dolus potest purgari actione ciuili, ex contractu, & quando causa criminalis faciat supersederi in ciuili, & econtra.

SVMMARIVM.

Procurator, seu exactor conuertens pecunias exactas in vsum proprium non tenetur furti, nec criminaliter conueniri potest, si exactam pecuniam non negat, & illam restituendi animum habet, num. 2. *& num.* 7. *& seqq.*

Depositarius pecuniæ alienæ, conuertens depositam pecuniam in vsum proprium non tenetur furti, nec criminaliter puniri potest, quando pecunia fuit depositata numerata, & non in sacculo, n. 3. *&* 4.

Furti actione non tenetur recipiens pecuniam numeratam ab aliquo, vt illam alteri deferat, si in vsũ proprium conuerterit, num. 4.

Mendacium in litteris, seu in contractu ex quo nulla oritur obligatio impunibile est, n. 4. *& n.* 10.

Mendacium nunquam punibile est, nisi in causa à iure expressa, num. 5.

Mendacium punibile nõ est, quando mendax ex eo nullum lucrum, aut commodum reportauit, num. 6. *& num.* 20.

Furti actio semper cessat, vbi res habuit originem contractu, & quando traditæ pecuniæ fuit translatum dominium, num. 9.

Falsa computa trãsmittens pœna falsi non tenetur, numero 10.

Falsitas quæ non nocuit, nec erat apta nocere, nulla pœna, nec etiam extraordinaria puniri potest, n. 10. *&* 11. *& num.* 22.

Falsitas, & falsitatis pœna non habet locum pro omni assertione falsa, seu deceptione etiam dolosa, nisi simus in capitibus expressis in l. Cornelia de falsis, n. 12.

Dolus non transiens in certam speciem delicti non criminaliter, sed actione ciuili ex contractu purgari debet, num. 13.

Causa criminali pendente, & primò incepta supersedendum est in ciuili, num. 14. *& n.* 24. *& n.* 25. *&* 26. *vbi declaratur materia.*

Præuentio, seu pendentia litis non censetur inducta per solam querelam, n. 14. *& n.* 27.

Socius rem communem in propriam vtilitatem conuertens furti actione non tenetur dummodo non animo celandi hoc faciat, num. 15. *num.* 16. *& num.* 19. *& num.* 20.

Socius communes pecunias retinens, & in vsum proprium conuertens non criminaliter, sed ciuiliter ratione mandati conueniri potest, n. 17.

Stellionatus criminis pœna nunquam intrat ratione doli, quando dolus non habet particulare nomen delicti, n. 18.

Pecunias debitoris Cameræ accipiens ad effectum illas Cameræ deferendi qua actione teneatur, num. 21. *& num.* 23.

Pœnam non incurrit, qui mutato proposito à priori voluntate recedit, n. 21.

Peculatus crimine non tenetur, qui pecunias à debitore Cameræ accipit, vt Cameræ deferat, & eas in vsum proprium conuertit, n. 21. *&* 23.

Causa ciuilis, an & quando sit criminali præiudicialis, num. 26.

CONSILIVM CLX.

NOBILIS Don Franciscus Martinez Hispanus Procurator constitutus ab Illustrissimo Domino Don Petro de Dezza ad exigendum fructus, & sortem principalem suorum censuum in casu extinctionis criminaliter molestatur, quòd dictorum censuum fructus exactos, immo & 1

sortem principalem sibi in extinctione censuum restitutam in vsum proprium conuerterit, & quod peius videtur in literis per ipsum scriptis eidem Illustrissimo Domino Don Petro mendaciter affirmauerit census non esse extinctos, & fructus currere, & sic quòd, & furtum, & falsum cõmiserit. Eo præsertim quòd in mandato procuræ, & expresè ei fuerit iniunctum, vt pecunias ex extinctione censuum redigẽdas penes se in depositũ teneret.

2 Sed quidem, quòd nec furtum, nec falsum commiserit, nec propterea quòd contra ipsum minimè possit criminaliter agi, cùm omnia fecerit tanquam procurator, pecuniæque prædictæ ad eius manus peruenerint vigore mandati, & ex voluntate dicti Illustrissimi Domini constituentis, & sic ex contractu, facit communis Doctorum distinctio, dum dicunt furtum non committi, si pecunia ad aliquem peruenit ex contractu, quando quis, ad quem peruenit pecunia, illam non negat, sed restituendi animum habet (prout in casu nostro) secus si negat, aut furandi, & non restituendi animum habet, contractus enim velamen furti actionem tollit, probatur hæc distinctio *in l.1.§.in tutela, & in l. actione, & ibi gloss. in verbo quòd si furandi, ff. de tutel. & ration. distrahen. & in l. tutor. ff. de furt. in l. tres tutores, vbi etiam gloss. in verbo, contrectare, ff. de administrat. tutor.* declarat Bart. *in l. posthumo*, & ibi Nicol. de Neapol. *numero 2. in fine, & numero 3. ff. de tutel. & ration. distrahen.* & melius Alberic. *in l. infitiando, num 4. & numero 5. ff. de furt.*

3 Et in terminis, quod procurator ad exigendum, cui commissum est, quòd exactas pecunias teneat in depositum, furti actione non teneatur, nisi pecunia in sacculo obsignato sibi data fuerit, etiam quòd eam in vsum proprium conuerterit, sed quòd tantummodo ciuiliter ad interesse teneatur, probat tex. *in l. quinimo, C. deposit.* gloss. *in l. 3. in verbo, obnoxium*, & ibi Salycet. *numero 1. C. eod.* Angel. *in summa, in verbo depositum, num. 12.* Cappell. Tholos. *decis. 168.* Plot. *de in lit. iurand. §. 10. num. 24.*

4 Immo quando pecunia non in sacculo alicui consignatur, vt eam in certum vsum expendat, recipiens autem in proprium vsum conuerterit, quòd non criminaliter de furto aut de dolo inquiri possit, sed tantùm ciuiliter, voluit Baldus *in l. incendium, num. 4. C. si cert. petat.* Ioan. Sichard. *in l. si is cui, num. 1. versic. quod intelligas esse verum.* Paul. de Castr. omnino viden. *in consil. 141. versic. versa quadam in inquisitione, num. 4. libr. 1.* secundùm antiquam impressionem. Ergo multo minùs criminaliter inquiri potest Dominus Martinez, cui minimè iniunctum fuit, vt de exacta pecunia aliquid faceret, sed tantùm eam penes se in depositum teneret; quo casu, vt probaui, omnis cessat criminalitas.

5 Quòd autem idem D. Martinez falsum commiserit scribendo in litteris Illustrissimo Domino Don Petro, affirmando census non esse extinctos, & fructus currere, minimè verum credo, licèt mendacium dixerit; mendacium enim nedum in litteris, sed & in contractu, ex quo nulla oritur obligatio, eius cui scribitur, impunibile est, & aliter dicere esset valde absurdum, vt bene declarat Bald. viden. *in consilio 15. ad euidentiam, columna 2. versicul. Et valde absurdum, libr. 1.* Nec mendacium vnquam punibile est, nisi in casu à iure expresso, Gozzadin. *consilio 44. numero 2. versic. preterea, & secundò*, refert eum, & sequitur Menoch. *de arbitr. quæstion. libr. 2. cas. 276. numero 8.* cum aliis per Bonacoss. *in commun. opin. crimin. sub versic. negans in delictis.*

6 Et eo minus ex hoc mendacio potest intrare pœna falsi, cùm illa nunquam habeat locum, nisi adsit lucrum, & commodum mendacis. Aym. *consilio 75. numero 13. 17. & 18.* Follet. *in pract. crim. in verbo item quòd commisit falsitatem, numero 26.* Thesaur. *decis. Pedem. 171. numero 7.* At hîc non solùm non adest lucrum D. Martinez, sed etiam damnum, quia sic affirmando census non esse extinctos ipse tenetur ad solutionem fructuum, ideo eo minus intrat falsitas, & illius pœna nunquam locum habet quando alteri præiudicium non attulit, nec afferre poterat, Vulpel. *consil. 6. numer. 1. & seq. & consil. 129. per tot.* Honded. *consil. 109. numer. 52. & numer. 56. & seqq. libr. 1.* quare indebitè istum nobilem virum criminaliter vexari existimo,

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Aliud responsum in eadem materia.

7 NOn tenetur D. Pompilius de furto ex eo quòd cùm esset procurator D. Petri Thesaurarij Prouinciæ Romandiolæ pecunias quamplures exegerit, & pro dicto Thesaurario eas non soluerit, vt per literas se fecisse eundem Thesaurarium pluries admonuit, quia velamen administrationis, seu autoritatis sibi concessæ de exigendo dictas pecunias, temperat, & impedit ortum criminis furti, ex quo tunc cessat contrectatio. gl. *in l. tres tutores, in verbo contrectare, ff. de administrat. tutor.* Bart. *in l. posthumo, §. continua, n. 3. ff. de ration. distrahen.* & in effectu voluit Alber. *in l. faciendo, ff. de furt. n. 4. & 5.* dum concludit, quando quis recepit pecuniam in quantitate etiam sub nomine depositi cessare actionem furti, quia cùm potuerit expendi pecunia cessat contrectatio.

8 Saltem, & quia ipse Pompilius in libris eius administrationis, hæc omnia descripsit, & fecit Thesaurarium prædictum creditorem de omnibus dictis pecuniis receptis, quoniam inde colligitur, quòd hæc omnia fecit tanquam illius minister, & non tanquam priuatus, seu quòd non exegit dictas pecunias animo nec restituendi, & idcirco cessat crimen furti, vt firmat ipse Bart. *in d. l. posthumo, in §. continua, in fin.* & quando adest iste animus restituendi, Bertazzol. *consil. 224. num. 14. & seq. lib. 1.* & admittit Farinac. *in consil. 69. num. 20.* non potuit ergo, nec debuit ipse Pompilius hac de causa de crimine furti querelari per Thesaurarium, sed vtique actione negociorum gestorum pro reddenda ratione suæ administrationis ciuiliter conueniri debet.

9 Nec aliquid facit, quòd dicatur, hæc non applicari respectu pecuniarum quas Thesaurarius ad illius instantiam sub asserto prætextu, quòd totidem solutis pro eo per literas cambij persolui mandauit, quoniam, nec in his cadit contrectatio illa quæ semper de essentia furti requiritur, cùm dominium pecuniarum solutarum in Pompilio etiam ex falsa, & non vera causa translatum fuerit, ad scripta per Gomes. *in §. item si quis in fraudem, numer. 1. in fine Instit. de act.* per Grat. *consil. 117. numer. 1. libr. 1.* per Bursat. *consil. 175. num. 16.* & per Honded. *consil. 46. numero 8. libr. 1.* & proinde non intrat furtum, quòd semper cessat, quando res habuit originem à contractu. Alberic. qui hoc pro regula tradit *in d. l. infitiando, num. 50. ff. de furtis.*

10 Non tenetur etiam idem Pompilius de falsitate ex eo quòd contenta in dictis litteris non sint vera, quia dum literæ per eum scriptæ ipsi Thesaurario nullam faciebant probationem ad fauorem scribentis, nec etiam astringebant ad soluendum, seu ad bonam faciendum summam in eis contentam, nisi postea inspicerentur libri administrationis, & super eis hæc omnia calcularẽtur, & verificarentur, non resultat ex eis aliqua falsitas punibilis, & considerabilis, sicuti in puncto de eo, qui computum falsum, seu diuersum a libris transmiserat socio, arguit Honded. *consil. 109. num. 46. lib. 1.* cum quo simpliciter transit Farinac. *de fals. quæst. 150. num. 333.* & respectu pœnæ extraordinariæ, quoniam semper cùm falsitas non est nociua, nec apta ad nocendum, vt ex illa, quæ in scriptura priuata nullius fidei committitur, nedum pœnæ ordinariæ, sed nec extraordinariæ est locus, Vulpel. *consil. 129. per tot.* Honded. *d. consil. 109. n. 52. 53. 54. & seqq.* Farinac. *d. q. 150. n. 336. & 338.* Bertazz. *cons. 127. n. 5.* & ibi addentes *in lit. E, lib. 1.* Franc. Veg. *consil. 45. n. 6.* & alij alleg. per Farin. *d. q. 150. n. 342.*

11 Nec obstat quòd dicatur cùm effectu d. Thesaurariũ passum esse damnum ex pecuniis exactis per Pompilium, & non solutis creditoribus illius, quoniam hoc nocumentum, si quod accidit, non prouenit ex dictis literis,

vel

vel ex eo, quòd dictæ literæ scriptæ fuerint, cùm earum vigore non fuerint pecuniæ exactæ, sed virtute mandati eidem Pompilio dati ad exigendum, & propterea non potest dici ob id, quòd dictæ literæ contineant falsitatem notabilem, vel aptam ad nocendum, vel quòd nocumētum ex illis immediatè prouenerit, vt loquuntur omnes quos allegat Farinac. *in citata q.* 150. *n.* 334.

12 Et hoc est dicendum non obstante, quòd obiiciatur saltem resepectu literarum Cambij ex causa falsa in literis Pompilij contenta, transmissarum Placentiæ damnum passum esse, quoniam hoc non fecit Pompilium teneri pœna falsi, sed tantùm actione de dolo ciuili, vt in puncto probat tex. *in l. quidam, ff. de dolo*, & ibi tradit Alber. *n.* 1. ex quo non pro omni assertione falsa, seu deceptione etiam dolosa committitur falsites, nisi simus in capitibus expressis *in l. Cornelia, de falso*, Imol. *in consil.* 104. *num.* 1. *& infrà*, & alij, quos sequitur Farinac. *in toties allegata q.* 150. *n* 9. & in puncto Bertazzol. *consil.* 224. *num.* 10. 11. *&* 12. *lib.* 1.

13 Præterea non potuit quoque criminaliter querelari idem Pompilius, & ob id teneri ratione doli ex huiusmodi assertionibus, vt prætenditur commissi, quia cùm assertus dolus non transierit in certam speciem delicti, sed possit actione ciuili ex contractu, vel quasi prouenien. purgari, de eo criminaliter hodie agi non potest. Honded. *d. consil.* 109. *num.* 59. Menoch. *consil.* 98. *num* 82. *& seq.* Osasch. *decis.* 132. *n.* 5. & alij communiter allegati per Farinac. *q.* 19. *n.* 36.

14 Vlterius, & quia cùm idem Pompilius in suis libris fecerit Thesaurarium creditorem de dictis pecuniis, & prōtus sit, & paratus reddere de eis rationem, iudicium iam sit cœptum, silere debet omne iudicium criminale. idem Honded. *d. cons.* 109. *num.* 60. *&* 61. non vrgente in contrarium, quòd priùs fuerit intentatum iudicium criminale per querelā Thesaurarij, quia dum nō fuit in vim illius priùs citatus Pompilius, sola illa querela non induxit præuentionem, adeò vt dicatur prius esse cognoscendum de criminali, quàm de ciuili. ad *Clem.* 2. *vt lit. pend.* & alios citatos per Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *in præfat. num.* 10. 51. *& seqq.* maximè quia ex hac redditione rationum apertè cognosceretur, an Thesaurarius fuerit, néc ne damnificatus, & an verè sit creditor Pompilij, quod etiam facit, vt hoc iudicium ciuile censeatur præiudiciale criminali: sicque illud silere debet, licèt ciuile postea fuisset motum, vt aduertit post alios Farinac. *in quæstion.* 105. *numer.* 61. & 62.

15 Insuper si verum est quòd sit ipse Pompilius socius in negocio Thesaurarię, & quòd ratione suæ portionis fuerit, & sit creditor etiam maioris summæ quàm importēt credita per eum exacta, vt ex redditione rationum clarè colligi poterit, vtique sequitur quòd cessauerit, & cesset omnis dolus in ipso Pompilio, quandoquidem certi iuris est quòd socius propotrione ad eum spectante potest res sociales occupare, & in suam vtilitatem conuertere, etiam consocio reluctante, dummodo non animo celandi id faciat. ad *leg. rei communis*, *& l. merito, ff. pro soc.* de quibus per Anton. Gabr. *in tit. de malef. conclus.* 1. *num.* 1. & alios citatos per Menoch. *de retinen. remed.* 3. *numer.* 629. & ideo semper socius pro credito, quod contra societatem habet, potest retinere, vel surripere pecunias communes in satisfactionem sui crediti, Bertaz. *dict. consil.* 224. *num.* 21. 22. 23. *&* 24. *lib.* 1.

16 Non obstat, quòd Alber. *in dicta l. quidam, ff. de dolo*, attestetur hoc casu posse saltem crimine stellionatus agi, quia ibi in casu dictæ l. non competebat actio ciuilis creditori ex contractu contra debitorem, quem iam vigore literarum liberauerat, & propterea crimen stellionatus intrabat, in casu autem Pompilij præcessit mandatum, & contractus societatis, adeò quòd actione ex contractu, vel quasi, dolus, si commissus fuit, potest ciuiliter purgari, ideo cessat crimen stellionatus, vt post alios declarat Farinac. *d. q.* 19. *n.* 36.

Antonius Portius Aduocatus.

Aliud responsum in eadem materia.

17 NOn potest dari criminalis actio contra D. Pompilium in casu de quo agitur, quia cùm ipse tanquam socius partis aduersæ res communes administrans etiam in vim mandati habiti à consocio pecunias, de quibus quæritur, retineat, cessat criminalitas, dum parti aduersæ consultum est per ciuilem actionem ex contractu descendentem etiam per iuramentum in litem, Corn. *consil.* 366. *num.* 12. *&* 32. *lib.* 3. Rol. *consil.* 75. *num.* 31. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 98. *num.* 82. *& seq. lib.* 1. Aym. *cons.* 6. *num.* 105. Hond. *consi.* 109. *num.* 59. *lib.* 1. & sunt tex. *in l. tres tutores, vbi etiam gloss. ff. de administrat. tutor. & in l. in eos, ff. de tutel. & ration. distrahen.*

18 Et sine dubio procedit, quando ex dolosa, quæ prætenditur, administratione nullum insurgit particulare nomen delicti, sed sola doli prætensio, quia tunc neque etiam intrat pœna criminis stellionatus, ex quo interesse reparatur per actionem ciuilem, Bald. *consil.* 14. *numer.* 3. *& consil.* 15. *num.* 1. *lib.* 1. Osasch. *decis. Pedem.* 237. *num.* 18. Farinac. *de delict. & pœnis, quæst.* 19. *num.* 37. & in terminis dolosæ administrationis *consil.* 96. *num.* 19. & generale est quòd nunquam actio de dolo, & criminis stellionatus datur, quando prætendentibus damnum alia via succurri potest. Castr. *consil.* 411. *num.* 4. *lib.* 1. Farin. *consi.* 7. *num.* 9. & est tex. *in l. eleganter, in prin. ff. de dol.*

19 Nec obstat, quòd in hoc casu detur particulare delictum furti, quia etiam socius in re communi, vtens illa ad vsum non destinatum, & in rem propriam vertens committat furtum. *l. si socius, ff. de furt.* quia vltra quod procedit conclusio, quando socio aufertur commoditas partis suæ, vt declarat Bart. *in dict. l. si socius, in fine*, quæ cōmoditas non aufertur in hoc casu, cùm de ea in computis habeatur ratio, vt infrà adhuc obiectum non obstat, cùm D. Pompilius pecuniis, de quibus agitur, iure suo vsus fuerit ratione condominij, & partis illum tangentis, sicut creditum ipsius in societate ratione lucri hactenus facti, apparet in prædicta & maiori quantitate, cùm immo in dubio magis credendum sit, eum qui partis dominus est, iure potius suo vti, quàm furti consilium inire, vt inquit in verbis & terminis nostris tex. *in l. merito* 51. *ff. pro soc.* vbi Bart. Bald. & cæteri communiter not. in dubio dandam non esse contra socium actionem furti. siquidem criminis accusationem cessaret, quando quis aliquid suppressit non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem, quòd ea res ad se spectet, iusta ductus ratione, inquit etiam in verbis tex. *in l. Plagij* 14. *C. ad l. Fabiam de Plagiar.*

20 Minus obstat quòd punibile sit mendacium assertum à D. Pompilio in scribendo se soluisse quod non soluit, quia vltra quòd stilus est mercatorum ita scribendi, quando soluendi propositum ab initio habent, neque etiam de iure simplex mendacium est punibile, cùm non præsumatur dolosè dictum, ac propterea actionem de dolo non inducat, quando vt hic ita asserens nullum exinde lucrum habet, vt est tex. & ibi in not. Bart. *in l. & eleganter, §. final. ff. de dolo*, præsertim cùm D. Pompilius in libris suæ administrationis nihil de iis, quæ verè non soluit, ad debitum partis posuerit, & semper etiam in ipsis constitutis obtulerit separatim de illis bonam rationem reddere habita consideratione crediti, quia cessat propterea non solùm actio furti, sed etiam omnis prætensio doli, etiamsi alias pecunias communes ad sui priuatam exposuisset vtilitatem. tex. est *in l. non existimo, in fine, ff. de administr. tutor.* Paris. *consilio* 159. *n.* 62. *versiculo, cessabit, libro* 4. Honded. *dict. cons.* 109. *num.* 33. *lib.* 1.

21 Eóque magis cùm D. Pompilius pecunias huiusmodi etiam tanquam partis aduersæ procurator exegerit, quia cùm propterea illas habuerit ex domini voluntate, cessat actio furti, etiamsi habuisset ad effectum illas soluendi Cameræ, & tamen iuxta conuenta non soluisset, cùm tunc actio dūtaxat mandati sui præscriptis verbis detur, iuxta tex. *in l. si rem sibi*, 19. *§. si quis sponsionis, ff. de præscript. verb.* & cessat etiam prætensa qualitas mendacij dum

dominus

dominus Pompilius ingenuè fatetur ab initio huiusmodi propositum habuisse, sed tamen deinde se mutasse, quia audiebat partem aduersam secum malo animo agere, & expediebat propterea sibi retentionis magis, quam actionis remedio rebus suis consulere, quandoquidem in pœnam non incidit, qui mutato proposito à priori voluntate recedit, Bart. per illum tex. *in l. cætera, §. sed si parauit, n. 3.* vbi etiam Alex. *n. 7. ff. de leg.* 1 *l. 3.* & ibi Bald. *§. vnde quæris Offilius, ff. de exercit.*

22 Minus autem prætendi potest dominum Pompilium falsitatem commisisse dicendo in literis scriptis domino aduersario soluisse Cameræ seu domino Roberto Primo id quod verè non soluerat, quia cùm in rationibus retentis per dominum Pompilium, vt suprà dictum est, nulla huiusmodi solutionis sit facta mentio, & ex inspectione librorum dicti domini Roberti, & aliorum sciri possit contrarium, & simplicibus literis dicti domini Pompilij non esset standum, & consequenter eæ nociuæ esse non possent, neque etiam potest de falsitate dari, tum quia falsitas sine dolo, & dolus sine commodo non committitur, Menoch. *consil. 98. numer. 28. libr.* 1. tum quia mendacium, & falsitas nemini præiudicialis, non est punibilis, neque etiam pœna extraordinaria, Surd. *decis. 282, n. 18. & seq.*

23 Sed vanitas est, quod prætenditur dominum Pompilium peculatus crimen commisisse, tum ex prædictis, tum etiam quia agitur de pecunia priuata, non publica, neque fisci, etiamsi dominus aduersarius sit Thesaurarius, & consequenter forsan Cameræ, seu fisci debitor, cùm etiamsi pecuniæ debitori Cameræ intercipiantur, maneat tamen ipse nihilominus fisci, seu Cameræ, debitor, ac propterea peculatus nequaquam committatur, vt verbis claris inquit text. *in l. peculatus 13. ff. ad leg. Iul. peculat.*

24 Præterea si quæ posset applicari criminalitas, ea cessat in hoc casu, quia cùm prius ceptum fuerit iudicium ciuile à domino Pompilio super rationibus reuidendis, non admittitur simultanea cumulatio iudicij criminalis, sed duntaxat successiua post finem iudicij ciuilis, ita enim procedit tex. *in l. 1. C. quand. ciuil. act. crimin. præiudic.* cùm in simultanea cumulatione regula sit contraria, quòd durante iudicio ciuili priùs intentato, cumulatio criminalis actionis reprobetur *l. interdum. C. de public. iudic. l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi bonor. raptor.* glos. *in dicta l. 1. in verbo, vtraque. C. quando ciuil. act. &c.* Farinac. *q. 100. c. 3. n. 123. & seqq.*

25 Ideóque non obstat alia regula, quòd immo pendente criminali causa, supersedendum esset in ciuili tanquam minori, iuxta text. *in l finali, C. de ordin. cognit.* & Put. *decisione 275. libr.* 1. cum aliis, quæ circumferentur, quia vel procedit obiectum, quando criminalis, & ciuilis descendunt ex diuersis factis, non autem quando ab eodem, vt in hoc casu Put. *vbi suprà*, Surd. *consilio 139. numero 1. & sequentib. libro* 1. Honded. *dicto consilio 109. numero 60.* & aliis, vel quando criminalis præiudicialis est ciuili, non autem econtra quando ciuilis præiudicialis est criminali, vt prædicti admittunt, & sæpius resoluit Rota, vt in Romana de Stochis nona Martij 1598. coram Gyptio, & plenissimè Interamnen. pecuniaria 23. Iunij 1603. coram R.P.D. Coccino, vbi contrariis omnibus respondetur.

26 Quòd autem in hoc casu ciuilis causa præiudicialis sit criminali apertè constat, quia à iudicio reddendarum rationum ciuiliter intentato pendet cognitio an dominus Pompilius sit debitor, vel creditor, & an pecunias, quas habet, retinere possit pro parte in societate ipsum tangente, vel econtra, quamobrem sententia ferenda in ciuili si pronunciaretur dominum Pompilium remanere creditorem, pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali, ciuilis dicitur illi præiudicialis, iuxta text. *in l. præses, ff. ad l. Fabiam de plagiar.* Cyn. *in l. 1. num. 6. vers. ratio est,* & ibidem Salyc. *numer. 9. C. quand. ciuil. act.* Bart. *in l. 2. §. hoc edict. numer. 3. vers. videte domini,* & ibi etiam Angel. *n. 2. ff. de vi bon. rapt.* Rota *in d. Interamnen.* coram R. P. D. Coccino.

Nec obstat quòd D. aduersarius dicatur præuenisse, 27
dum querelam contra D. Pompilium porrexit sub 17. Martij, & tamen monitorium in causa ciuili non fuit contra dictum aduersarium exequutum, nisi sub 19. eiusdem, quia cùm de querela nihil dominus Pompilius nouerit, nec illius occasione aliquid aliud actum fuerit, nec illa, nec inquisitio sine citatione, & carceratione aliquam induxit præuentionem, vt post Bald. & alios quos allegat inquit Boss. *tit. de for. com. numero 103. & seqq.* Farinac. *par. 1. qq. crim. tit. de inquis. q. 7.*

V. de Vermigliolis Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Agitur hîc de exculpatione socij criminis, qui in tortura fassus est de se, & alios prætensos complices exculpauit; nunquid huiusmodi exculpatio tollat indicia contra dictos prætensos complices existentia, an falsa moneta, seu instrumenta ad illam fabricandum apta reperta in domo alicuius faciant contra ipsum indicium ad torturam, aliáque nonnulla explicantur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Tortura data prætenso criminis socio purgat indicia non solùm contra reum tortum, sed etiã contra alios prætensos complices, n. 1. & seqq.

Tortura tollit omnia indicia contra reum tortum existentia, n. 1.

Exculpatio socij criminis tollit omnia & quæcunq; indicia existentia contra prætensum complicem, quando præsertim est facta in tortura, & exculpans se ipsum inculpat, n. 1. & seqq.

Auxilium præstans post delictum ad occultandum delinquentem, non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniendus est, n. 4. quæ non poterit esse corporalis, sed tantùm pecuniaria, n. 5.

Instrumenta falsæ monetæ reperta penes aliquem, faciunt contra eum indicium ad torturam, si is fuerit malæ famæ. secus si bonæ famæ, n. 6. & 7.

Cadauer occisi repertum in domo alicuius, facit contra dominum domus indicium ad torturam si is fuerit malæ famæ, secus si bonæ famæ, n. 7.

Testis affinis, & consanguineus probat ad defensionem carcerati, n. 8. vbi præsertim si fuerit examinatus à fisco.

Testibus verisimiliora deponẽtibus magis credendum, quàm deponentibus inuerisimilia, n. 9.

Publica vox, & fama contra inquisitum tollitur per cõtrariam famam, n. 10.

CONSILIVM CLXI.



N hac Tiburtina prætensæ falsæ monetæ ex deductis in facto, quæ multum ordinatè explicata fuerunt, video fiscum duas habere prætensiones contra dominum Octauium Cicco iuum, vna est, quòd fuerit complex & particeps in falsa moneta aliàs fabricata per Vincentium Siculum, & alios; altera, quòd saltem postquam prædicti Vincentius & socij fuerunt carcerati, partem monetarum, & instrumentorum in eius stabulo abscondendo, & partem proiicendo in cursum aquæ publicæ prope eius domum existentem, negari non possit quin post delictum ad illud celandum auxilium præstiterit. Quod attinet ad primam prætensionem, non immorabor in indiciis contra Octauium vt prætenditur vigentibus, 1

bus, licèt admodum leuia sint, prout est conuersatio stricta Octauij cum Vincentio, quæ non probatur, commoditas expẽdendi falsam monetam cum quolibet anno de redditibus monasterij perciperet scuta 3000. & vltrà. Hæc enim commoditas nihil habet commune cum falsitate monetæ, & demum immoderata impensa Octauij post conuersationem cum Vincentio, quæ pariter non probatur. sufficit enim dicere, quòd huiusmodi leues, & non probabiles, nec probatæ suspiciones fuerunt sublatæ fiscomet, & iudici per torturam aliàs illatam Vincentio ad habendum complices conscios, & fautores, in qua cùm perstiterit negando alios interuenisse conscios, seu complices, veritatem dixisse iuris præsumtio est. *l. edictum, & ibi Glos. in verb. efficacissima.* Alber. *num. 3. ff. de quæst.* talisque exculpatio sic facta in tortura, quòd tollat omnia contraria indicia quotquot sint. ad scripta per Aym. *consil. 99. numer. 10. in fine vers. sed vltra inhabilitatem.* Cephal. *in consil. 75. numer. 46. & seq. lib. 1.* Bertazzol. *consil. 538. numer. 6. & seq. lib. 2.* Claud. ad eundem Bertazzol. *consil. 3. n. 1 in fine, sub lit. A, & ad cons. 246. etiam lit. A. vers. tertio modo.* Mascard. *de prob. lib. 3. concl. 1130. n. 4. & n. 15.*

2 Et licèt non ignorem nonnullos alios Doctores contrarium sensisse, quòd scilicet exculpatio socij criminis exculpato non prosit, ex Bald. *in l. quoniam liberi, C. de testib.* quem post alios sequutus fuit Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 474. numer. 13.* est tamen aduertendum, quòd isti contrarium tenentes loquuntur quando socij, & particeps criminis inducuntur in testes ab ipso inquisiti, non sint carcerati, & à iudice examinati, cessante omni subornationis timore prætensum socium exculpari, & præsertim in tortura, prout in casu nostro, tunc enim, quòd talis exculpatio omnia tollat indicia, multo verius esse, & iuribus, & rationibus, & Doctorum auctoritatibus, ad saturitatem probaui *in mea pract. crim. in tit. de indic. q. 43. num. 10. & seqq.* vbi scripta hîc repetere superfluum est.

3 Immo exculpatio socij criminis sic facta in tortura ad fisci instantiam, & ex officio iudicis prodest exculpato, etiam quòd is esset confessus, & sic probat etiam errorem confessionis alterius socij, prout pariter probaui *d. q. 43. n. 19.* & ni fallor est elegans tex. *in l. 1. §. si quis vltro, vers. prudenter, ff. de quæstion* vbi fuit liberatus quidam seruus, qui metu reuertendi ad dominum, homicidium commisisse cum alijs falsò confessus fuit, & ob id condemnatus erat, ex quo socij ab ipso nominati in tormentis perstiterunt, & eundem seruum de se, & de ipsis confessum exculparunt; ergo multo magis in casu nostro, in quo socius criminis de se confessus, de altero negat, & torturam patitur: augentur præmissa considerando verba Vincentij in tortura emissa, cùm in ea eleuatus dixerit, *Eh Signore mostra la tua potenza, & vorei io cosi fermi tormentare per altri, se sapesse altro? Misericordia Signore, & non giustitia, non è stato nessuno altro, & Signore & non so altro, se non quelche hò detto.* Quæ quidem verba, si bene considerentur ab integerrimo, & oculatissimo iudice, nulli dubium, quòd ea pro veritate, & ex intimo cordis prolata extitisse iudicabit.

4 Quod verò attinet ad aliam fisci prætensionem de auxilio præstito post delictum proiiciendo monetam, & instrumenta in cursum aquæ, & respectiuè in stabulum eius domus: præmisso prius, quòd hoc auxilium post delictum exclusa præcedenti scientia (prout ex præallegatis satis exclusa creditur) non esset pœna ordinaria plectendum, sed tantùm extraordinaria, Butr. *in cap. 1. n. 16. in fine.* & ibi etiam Felyn. *n. 13 ante finem versicul. limita dummodo.* Dec. *n. 66.* & io *post n. 107.* & Mantua *n. 44. de offic. deleg.* cum alijs per Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 159. n. 23.* vbi de magis communi.

5 Hæc autem extraordinaria pœna non erit nisi pecuniaria, ex constitutione Marchiæ *capitulo 54. in versiculo, & qui non associauit, libro quarto.* vbi, & quòd plus est loquitur in occultante delinquẽtem domi suæ ne capiatur, ergo multo magis in eo, qui non prætenditur, quòd occultauerit delinquentem, sed alias res, subtrahendo fisci probationes, quo casu nec etiam intrat pœna falsi, sed tantum arbitraria pro motu iudicis, Boër. *decisione 292. numer. 1. iuncto numer. 9. ad finem,* Boss. *in titul. de fals. post numerũ 164.* Nec dissentit Petr. Caball. *resol. crim. libro 1. casu 43.* vbi alij referuntur, & sic hoc caput prætensi auxilij post delictum præstiti non est tam grauiter, & rigorosè tractandum, sicut crimen falsæ monetæ.

Adhuc dico, quòd hæc inuentio falsæ monetæ, ac in- 6
strumentorum etiã in eius domo & stabulo abscondita, licèt regulariter contra retinentem, seu dominum domus faciat indicium. ad tradita per Grat. *consilio 151. numero 2. & seqq. parte 1.* Boss. *in tit. de fals. monet. numero 7. & 8.* hoc tamen procedit, quando is, in cuius domo falsa moneta, & instrumenta reperta fuerunt, esset homo malæ famæ, secus si bonæ famæ, vt probatum fuit, fuisse Octauium, secundùm Marsilium *in l. qui falsam, numero 115. & seqq. ff. de fals.* vbi ita aliàs obtinuisse testatur Boss. *in titul. de fals. monet. numero 7. & 8.* Decian. *in tractat crim. lib. 7. cap. 26. num. 6.* Bertazzol. *consil. 562. num. 2. lib. 2.*

Sic nec dominus domus potest torqueri, si in ea 7
fuerit repertum occisi cadauer, nisi is fuerit malæ famæ. Blanc. *in pract. in quarta parte defensionis, num. 13.* Boss. *in titul. de indic. num. 50. versiculo, tamen possunt omnes torqueri, iuncto versiculo, intellige tamen,* & multo minus si non domi sed extra domum fuerit repertum dictum cadauer. Roman. *in l. 1. §. si quis in villa, numero 4. ff. ad Sillan.* Angel. *de malefic. in verbo, quod fama publica, numero 51.* & ibi August. *in addit. numero 52. versiculo fateor tamen.* Foller. *in pract. crim. in verbo capiat informationem, num. 35. & 39. in fin.* Blanc. *de indic. numer. 298. vers. Hoc autem puto verum.*

Sed in casu nostro res videtur extra difficultatem, 8
quia in processu non solùm non probatur Octauium non habuisse scientiam monetæ, & instrumentorum in eius stabulo reconditorum, immo etiam constat ex depositione Picciotti, quòd ipse nullam habebat scientiam de hoc, & quòd Cola eius famulus dictam monetam & instrumenta ad stabulum asportauit, qui quidem Picciottus, licèt sit nepos Octauij, probat ad illius defensionem. Aym. *consilio 2. numero 01. & consil. 119. numer. 9.* Crot. *de testib. parte 3. numero 80. & seq.* & ibi Moncada *in addit.* etiam quòd deponat de auditu ab Euandro. Cephal. *consilio 678. numero 6. & seq. & numero 25. lib. 5.* Honded. *consilio 100. numero 33. lib. 1.* eo præsertim quòd est testis fisci. Farinac. *consilio 511. numero 21. & cons. 516. etiam n. 21.*

Ipsique Euandro multo minus credendum est quàm 9
Picciotto, primò, quia inimicus Octauij, vt in summatio *numero 2. l. 3.* & ibi Glos. & Doctores. *ff. de testib. cap. cum oporteat, de accusat.* secundò quia facit se socium criminis in occultatione dictarum monetarum, & instrumentorum, & venit ad deponendum promissa sibi impunitate fretus, quo casu nullum facit indicium. *l. non omnes, §. si. ff. de re militar.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero 21.* tertiò quia ea monetis delatis per ipsum fratri Gregorio furatus est non modicam pecuniariam quantitatem, vt in summatio *numero 3.* quartò quia depositio Picciotti est multo verisimilior, & probabilior depositione Euãdri ex pluribus, quæ in informatione facti bene deducuntur, ideo intrat conclusio iuris, quòd testi verisimiliora deponenti magis credendum est, quàm deponenti inuerisimilia. *l. ob carmen. §. si testes,* & ibi Bal. *in 1. notab.* & Alber. *numero 6. ff. de testibus, cap. licet causam, vers. ex præmissis,* & ibi communiter Canonistæ *extrà de probat.* Gabriel. *in tit. de test. concl. 4. n. 28. lib. 1.*

Nec obstat prætensa publica vox, & fama circa proie- 10
ctionem monetarum, & instrumentorum in cursum aquæ; nam vltra quòd non probatur, fas est dicere quòd in processu defensiuo probata est contraria fama quæ præualet, Bal. *in l. ea quidem, num. 54. C. de accus.* Bos. *in tit. de man. ad homicid. num. 45.* Paris. *cons. 66. n. 107. lib. 3.* Roland. *cons. 2. n. 58. lib. 1.*

Fuit iste inquisitus relaxatus sub cautione, & postea absolutus.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGV

ARGVMENTVM.

Interesse lucri cessantis, aut damni emergentis quando à principio taxari possit in contractu venditionis, locationis & societatis, & in dictis contractibus, an & quando valeat pactum, quòd capitale sit saluum. Plura de nullitate & inualiditate laudi. Quando illud ratificari possit. Et an vsurarum exceptio impediat cameralem obligationem.

SVMMARIVM.

Interesse lucri cessantis, aut damni emergentis incertum quomodocumque, & qualitercumque prætensum à principio minimè taxari potest, numero 1. & num. 18.

Aestimatio facit emtionem, & venditionem, n. 2. & n. 14. & 15. vbi ampliatur hoc procedere etiam in cõtractu locationis, & societatis.

Interesse verisimile licèt à principio taxari possit, hoc tamen procedit, quando res vendita de sui natura est fructifera, & dummodo taxatio non excedat fructus qui verisimiliter ex ea percipiuntur, aliter secus, n. 3. & n. 9. & n. 16.

Interesse legale ascendit ad quinque pro centenario, non vltrà, n 4. & n. 11. & n. 35.

Locatio non datur in oleo, grano, fœno, vino, & aliis quæ seruando seruari non possunt, n. 5. & n. 22. & 23. & 26. vbi declaratur.

Locari possunt bona mobilia, sed eius deterioratio pertinet ad locatorem, num. 6. n. 10. vbi propterea quòd locator non potest illis saluis aliquod lucrum recipere, & num. 21. & n. 22. & num. 23. & 24. & n. 29. & 30 & 33.

Capitale saluum vbi remanet, talis conuentio est illicita, & vsuraria, n. 7. declara vt n. 8. & n. 20 vbi quid in societate, & n. 24. & seqq. & n. 26. & seq. & n. 29. & n. 72.

Interesse lucri cessantis non debetur cessante mora, n. 11.

Dilatione pendente non debentur fructus, n. 11.

Laudum si non valet in tota summa, corruit in totum, nec sustinetur in parte, n. 11.

Societas dicitur finita ob alienationem rerum socialium, n. 13.

Societas officij censetur finita per venditionem officij, numero 13.

Interesse incertum taxari non potest propter dilationem factam ad soluendum, n. 12. & n. 25. & n. 50.

Laudum continens illicitam taxationem interesse est ipso iure nullum, n. 19.

Obligatio ad vsuras, seu interesse illicitum inualida est, num. 19.

Vsura non debetur pro pecunia, n. 25.

Vsura vt excludatur omnis interpretatio facienda est, num. 28.

Aestimatio facit, vt rei æstimatæ cõmodum, & incommodum spectet ad recipientem, n. 30.

Pactum de soluendo certa quantitate salua rei substantia illicitum est, n. 32. & seq.

Taxatio certi lucri, & vniformis illicita est, n. 34.

Industria personæ æquiualet fructibus capitalis ab altero immissi in societate, n. 36.

Vsurarum exceptio retardat obligationem cameralem, præsertim quando est clara, n. 37. & n. 54.

Vsuram committens ius diuinum lædit, n. 37.

Laudum iniustum exequẽdum non est, non obstante camerali obligatione, n. 37.

Exceptio oriens ex eodem contractu, vel ex ventre laudi impedit obligationem cameralem, n. 39.

Verba futuri temporis conditionem inducunt, n. 40.

Verba conditionalia qualificant, & informant obligationem cameralem, n. 40.

Venditio facta ad mensurationem faciendã donec mẽsuratio non sit facta impedit illius exequutionẽ, n. 41.

Laudum datum post tempus in compromisso adiectũ, est ipso iure nullum, n. 42.

Laudum datum ex abrupto, & infra tres dies, & sic præcipitanter est nullum, & executionem non meretur, num. 43.

Laudum latum vltra ea super quibus est factum compromissum non valet, n. 44.

Laudum latum super rebus, super quibus non est factũ compromissum minimè valet, etiã quòd arbitris fuerit data ampla autoritas de omnibus differentijs cũ annexis, & cõnexis, & alijs amplissimis verbis, quæ restringi debẽt tãtũ ad res deductas in iudicio, n. 45.

Læsio non potest dari, vbi adest æstimatio iusta, n. 46.

Læsio in dubio non præsumitur, n. 47.

Princeps non potest rescindere instrumentum iuramento vallatum. n. 47.

Clausula compromissi de procedendo altè, & bassè auferendo vni, & alteri dando importat arbitrium boni viri, num. 48.

Laudum fundatum in falsa causa iniquum & iniustum est, n. 39 & n. 52. vbi quòd ratificari nõ potest.

Ratificatio laudi nulli. & iniqui ratificanti non nocet, nisi ratificans fuerit certioratus de nullitate, & iniquitate laudi, n. 51.

Laudi nulli, & iniqui etiã emologati, exequutio dari non potest, num. 53.

CONSILIVM CLXII.

AVDVM datum inter D. Franciscum Bacattellum, & D. Vrsulam de Piccionibus, & D. Laurentium eius maritum, in quo declaratur locationem hospitij restare debere vnà cum vsu Massaritiarum, & bonorum dicti Hospitij liberam, & absolutam penes d. Franciscum qui econtra tam pro vtilibus auuiamentis, & inquilinatu, quàm pro vsu dictarum massaritiarum, & bonorum, ac etiam pro quauis alia prætensione pensionis, & interesse, & fructuum quem ipsa D. Vrsula, & d. Laurentius habere possit occasione prædicta, eisdem coniugibus solueret scuta 3150. pro rata quolibet anno durante locatione: adiecta etiam conditione, quòd dicta bona, & massaritiæ finito nouennio redderentur à Francisco in eodem valore, quo fuerunt extimatæ, non credo saluari possit, quin à iure illicitum & improbatum dicatur. Stante communi & verissima conclusione, quòd interesse lucri cessantis, aut damni emergentis incertum, quomodocumque & qualitercumque prætensum, minimè à principio taxari possit. ex allegatis per Plot. *de in lit. iuran. n. 452.* secundum antiquam impressionem, & per Cephal. *consil. 190. n. 7. & seqq. lib. 2* & voluit Rota *diuers. 67. n. 1. & seqq. & decis. 192. n. 1. par. 1. & decis. 315. n. 7. par. 2.* & coram Illustrissimo Cardinali Lancelloto in vna Lucana locationis 18. Martij, & 29. Aprilis 1611. *in vers. Et in primis, & vers. seq.* vbi aliis pluribus relatis Rotæ decisionibus ampliat etiã in Mercatore, solito negotiari, *
& hanc

& hanc esse communem Legistarum, Canonistarum, & Theologorum opinionem, & sæpius iudicando seruatam testatur Accorramboo. in suo voto per me relato *in conf. 15. n. 84. & seq.*

2 Nec facit, quòd in laudo rata dictorum scutorum 3150. annuatim soluenda sit, non solùm pro interesse lucri cessantis, seu damni emergentis, propter cessionem, seu sublocationem dicti hospitij, & auuiamenti, sed etiã pro inquilinatu, pensionibus, vsu bonorum, & massaritiarum hospitij, & fructibus: nam quod attinet ad inquilinatum, videtur color quæsitus, cùm illius iuri in instrumento locationis fuerit renunciatum à prædictis DD. Laurentio, & Vrsula; sic pariter quoad pensionem hospitij, cùm illius pensio satis magna soluatur dominis hospitij. Quo verò ad pensionem, seu vsum massaritiarum, & bonorum mobilium, cùm fuerint data extimata, & in eodem valore finito nouennio restitui debeant, sequitur, quòd earum dicatur facta venditio (dilata solutione pretij in fine nouennij) *l. si extimatio, ff. de iur. dot. l. æstimatæ ff. solut. matrim.* cum alijs per Couarr. *pract. qq. cap. 28. n. 6.* & per Roland. *consil. 92. n. 10. libr. 2.*

3 Sed quòd interim soluantur scuta 3150. & sic quolibet anno scuta 350. quæ ascendunt ad summam scutorum sexdecim pro quolibet centenario, æquitas *l. curabit, C. de action. emt.* in qua forsan ex aduerso fiet fundamentum, nunquam patietur hanc exactionem; licèt enim sit controuersia inter Doctores, nunquid facta dilatione pretij rei venditæ ad tempus, interesse verisimile possit in pactum deduci, & plures grauissimi iuris periti, quos referre non est opus, tenuerint negatiuam, admissa tamen contraria affirmatiua opinione, quam opinionem originaliter tradidit Dec. *in cap. cùm venerabilis, sub numer. 65. versic. Putarem tamen, extrà de except.* Illa tamen communiter declaratur, vt procedit dummodo res vendita sit de sui natura fructifera, prout sunt prædia, ex quibus emtor certum est, quòd fructus percipit, & dummodo etiam taxatio non excedat fructus, qui verisimiliter ex ea re percipiuntur, secus si vendita res non sit fructifera, prout in casu nostro, in quo bona, & massaritiæ hospitij, pro quorum vsu soluenda sunt annuatim scuta 350. non solùm non sunt fructifera, sed vsu consummuntur, & eorum pars, prout est oleũ, frumentum, vinum, & fœnum, seruando seruari non potest, tunc enim, quòd huiusmodi taxatio dicatur illicita, & reprobata, voluit Riminal. sen. *consil. 318. num. 18.* Roland. *conf. 14. lib. 2.* per totum Accorramhon. in voto, vbi suprà *n. 89. vers. tertiò, & vltimò,* Rota diuers. *decis. 340. n. 1. & seq. par. 1.*

4 Deficit itaque in casu nostro ad effectum sustinendi taxationem verisimilis, interesse primum requisitum, quòd scilicet res sit fructifera, deficit etiam & secundum, dato etiam, quòd esset fructifera (prout non est) consideret quisque quàm sit fructibus proportionabile soluere sexdecim pro centenario, cùm isto casu vix posset taxari interesse legale, videlicet quinque pro centenario, vt in eodem voto Accorambon. *n. 88. & 89. versic. secundo respons. Regien. q. 33. n. 9. par. 2.* Et ex præmissis sequitur, quòd cùm bona, & massaritiæ hospitij prædicta, nõ sint res fructiferæ, prout prædia, taxatio interesse, etiam facta pro fructibus, minimè sustineatur, ex allegatis per Plot. *de in lit. iuran. n. 452.* Rimin. sen. *d. conf. 318. n. 1. & seqq.* Rimin. Iun. *conf. 463. n. 41.* Anchar. Regien. *d. q. 33. num. 1. & seqq. part. 2.*

5 Quòd si fortè ex aduerso prætendatur hanc massaritiarum & bonorum consignationem non subiacere titulo vẽditionis (prout verè subiicit propter factam æstimationem) sed titulo locationis, quæ etiam datur in rebus mobilibus earum recepta pensione, respondetur quoad oleum, granum, fœnum, & vinum, quæ seruando seruari non possunt, locatio non datur. *l. hoc Senatusconsultum, §. fin. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumuntur,* cum alijs per Caroc. *in tract. de locat. par. 3. q. 17.* vbi de rebus, quæ vsu consumuntur, *n. 1.*

6 Et in omnem euentum, in omni mobilium, seu se mouentium locatione, vbi est facta æstimatio rerum locatarum, & in eadem æstimatione res locatæ reddendæ sunt, lucrum quod inde interim percipitur illicitum est, vt per Laurent. de Rodolphis. *in tractat. de vsur. q. 23. in primo vers.* Summ. Angelic. *in verbo Vsura il primo, num. 53. vers. Virùm locans rem quam æstimat.* Quare exactionem scutorum 3150. de quibus agitur, subsistere minimè posse crediderim, nec ex contractu locationis, nec ex contractu venditionis, nec tanquam interesse lucri cessantis, aut damni emergentis propter auuiamentum datum, nec pro pensionibus, nec pro aliqua alia prætensione, vt in laudo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

7 PRo inualiditate laudi videtur respondendum: nam vult quòd D. Franciscus noster principalis habeat vsum rerum, & massaritiarum Vrsulæ valoris scutorum 2154. per nouennium, & versa vice Franciscus pro vtilibus auuiamento, inquilinatu, & vsu supradictarũ rerum, & massaritiarũ, ac pro interesse, & fructibus supradictarum rerũ, & massaritiarũ teneatur soluere quolibet anno scuta 359. & in totum 3150. ita vt finito nouennio capitale rerum, & massaritiarũ saluum remaneat in eodem valore, & consequenter sumus in contractu vsurario, & illicito. Primò, quia vbi contrahentes volunt, quòd capitale sit saluum ad fauorem alterius, cõuentio ista est illicita, & vsuraria, cùm damnum capitalis communiter subeundem sit. glos. *in cap. plerique 14. q. 3.* Natt. *conf. 403. n. 5. & 404. num. 1. & 2. lib. 2.* Bero *conf. 168. num. 21. lib. 1* Couar. *var. lib. 3. cap. 2. n. 3.* Sanctus Thomas *2. 2. quæst. 78. art. 1. ad 5.* Corrad. *de contract. lib. licit. & illic. 1. tract. 3. quæst. 59. in 2. conclusione, col. 2.* videtur enim datum mutuum cum spe illicitè consequendi lucrum, Bero. *d. conf. 168. num. 16. & 21. lib. 1.* Abb. *in cap. nauiganti, num. 12. de vsur.*

8 Ad effectum enim vt capitale reddatur totum, necesse est quòd soluatur aliquid pro contractu illi, qui assecurat capitale, vel quòd alter ponat operam tantùm, longè minoris æstimationis, Natt. *d. conf. 403. num. 5. vers. nihil autem, & conf. 404. num. 4. vers. prima interpretatio,* Nauarr. *in manual. cap. 17. num. 254. & sequen.* Couarr. *variar. libr. 3. cap. 2. num. 4.* hîc pars aduersa non posuit operam, immo expressè dicitur, quòd nullo modo possit se ingerere in negocio, & nihil dedit pro assecuratione capitalis, meritò cùm totum lucrum consistat in industria, & opera posita per meum principalem non potuit dici, quòd capitale remaneret saluum, cùm in dubio opera præsumantur correspondere pecuniæ, *l. cum duobus, §. in coeunda, ff. pro soc.* Natt. *d. consilio. 403. num. 5. post medium.* Præcipuè cùm præcesserit venditio istarum massaritiarum, quo casu non potest stare societas, Bero. *d. conf. 168. num. 17. libr. 1.* Natt. *conf. 403. num 5. lib. 2.* Riminald. Iun. *consilio 218. num. 61. lib. 2.* Immo aduersaria in societate hospitij nil poterat prætendere, cùm per mortem Antonij fuerit finita, nec transeat ad hæredem. *l. actione §. morte l. societatem, §. dissociamur, l. adeò, ff. pro soc.*

9 Secundò pro inquilinatu nihil poterat dari, cùm esset renunciatum, & licèt pro auuiamento vnica vice arbitrio boni viri, aliquid esset dandum, non potuit ferri laudum, quòd quolibet anno solueretur certum quid pro auuiamento, & multo minus pro fructibus massaritiarum, quæ cùm de sui natura non sint certitudinaliter fructiferæ, non potuit aliquod lucrum constitui in recompensationem fructuum, Cagnol. *in l. curabit, num. 22. vers. Secundò nota, & numero sequen. C. de action. emt.* Sanctus Thomas *2. 2. quæstion 78. art. 3. ad 7.* Capic. *decisio. 175. numero 1.* Conrad. *de contract. licit. & illicit. lib. 5. quæst. 87. & seq.*

10 Et si dicatur, quòd licèt istæ massaritiæ de per se non producant fructus, sunt tamen aptæ ad producendum

cendum quando sunt in exercitio alicuius trafici. Respondetur quòd non inde infertur, quòd potuerit certa fieri taxatio ad rationem sexdecim pro centenario, cùm ex quo lucrum est incertum, & aliquando potest euenire damnum in istis euentibus, non possit fieri ista taxatio certa ad sexdecim pro centenario, aliàs est vsura etiam in mercatore, cum ad summum potuisset dari quantitas incerta ex euentu liquidanda, l. cum quis decedens, §. codicillis, & §. Titia, ff. de legat. 3. l. qui testamentum, ff. de legat. 2. l. qui testamentum, ff. de probat. Aym. consi. 189. numero 8. versic. Aut summus, & consi. 87. num. 5. Dec. consil. 156. num. 2. & consil. 119. numero 3. & 5. de magis communi, Roland. consil. 55. numer. 20. in fin. lib. 2. Mandell. consi. 211. num. 7. & consi. 512. num. 11. Cagnol. in l. curabit, num. 54. C. de act. emt. Lapus de vsu. commentar. 5. §. 6. numer. 21. & fuit dictum in Romana, seu Mediolan. simulationis pretensa Iulij 1602. coram Illustriss. Milino. *

11 Et multo magis non potuit fieri taxatio ad rationem sexdecim pro centenario, cùm illa ad summum admittatur pro quinque. Natt. consil. 497. numero 11. & consil. 498. numero 11. Borgnin. decis. 35. num. 21. part. 1. Eo magis quia est data dilatio nouem annorum, ideo cùm cesset mora, non potest debere interesse lucri cessantis, Socin. consi. 88. num. 19. vers. Sed Ioannes Andreas, & numer. 20. lib. 4. Roland. consil. 55. numer. 20. par. 2. & dilatione pendente non debentur fructus, nec potest taxari quantitas, Dec. consil. 119. num. 3. & 5. & consil. 116. numer. 2. Socin. sen. consil. 130. num. 9. & num. 14. & consil. 88. num. 19. & 20 libr. 4. Roland. consil. 55. numer. 20. lib. 2. Vltra quòd ne laudum sustineatur, sufficit quòd fructus non debeantur pro massaritiis, vel adsit excessus in taxatione ad sexdecim pro centenario, quia si non valet in tota summa, non sustinetur in parte, sed corruit in totum. Put. decis. 323. num. 1. lib. 1. Rot. diuers. decis. 221. num. 1. par. 2. Et in terminis laudi Socin. sen. consil. 105. numer. 6. lib. 4. Bart. cons. 159. num. 8. libr. 1.

Lucas Antonius Vitalis Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

12 Concludendum est laudum esse fœneratitium, & fructus in sortem computari ex his quæ in facto narrantur, videlicet venditione rerum socialium per exequutores testamentarios, & postea æstimatione facta inter socios, quod videtur implicare contrarietatem, ideo his suppositis. Et quidem præsens dubium tres habet inspectiones, quarum prima est, an societas hospitij per venditionem rerum socialium sit finita, & quatenus sit finita, an illarum æstimatio faciat emtionem, & an pro vsu huiusmodi pretij pensio scutorum 350. sit vsuraria. Secunda est, dato quòd societas non foret finita, an æstimatio rerum socialium restituendi in fine cum lucro taxato scutorum 350. sit vsura. Tertia est, esto quòd non esset societas, sed locatio rerum æstimatarum, cum pacto de illis restituendis in eadem bonitate, & qualitate, quatenus extarent, sin minus, pretium, & pro pensione certa scutorum 350. sit vsura.

13 In prima inspectione affirmatiuè concludendum est societatem ob venditionem rerum socialium esse finitam, clara enim est iuris regula societatè dissolui statim, atque res super quibus fuit inita alienentur, & de dominio sociorum exeunt, siue casu, siue ex contractu. text. in l. verum, § final. ff. pro socio, Petr. Vbald. de duob. fratr. parte 11. numero 3. Gabriel consilio 63. numero 19. libro 2. Illustrissimus Mantic. de tac. & ambig. conuent. libro 6. titulo ... numero 1. Hinc videmus, quòd vendito officio super quo societas fuit contracta, statim videtur societas dissoluta. Gabriel dicto consilio 63. numero 19. Illustrissimus Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 25. numero 18. Hector. Felic. de societ. cap. 34. numero 10. Boccac. de societ. numer. 40. & 140. Tiber. Salust. fol. 36. vbi extendit etiamsi vendatur ab officiali ignorante alio socio.

Præsupposito igitur, quòd societas foret finita, infertur ad aliam conclusionem affirmatiuè resoluendam; 14 clara enim est iuris regula in omni dispositione æstimationem rei facere emtionem, & venditionem, & vera dicitur venditio l. plerumque §. si ante ff. de iure dot. Socin. consil. 69. lib. 4. Mascard. concl. 663. & conclus. 619. & in dubio semper est iudicandum esse venditionem, vt dicit * glos. communiter recepta in l. inter virum, C. de iure dotium. Doct. in l. ex conuentione, num. 6. de pact. Bald. in l. 1. num. 4. C. de iure dotium. Castren. in l. si æstimata, n. 4. in fine, & l. æstimata, n. 1. ff. solut. matr. Nom. cons. 52. n. 10. Peregrin. consil. 24. n. 1. lib. 8.

Maximè in proposito nostro; siue enim volumus esse 15 locationem, & in locatione æstimatio facit emtionem, quando adest pactum, quòd alia restituantur, vt in casu nostro, Rota decis. 729. num. 2. par. 1. aut volumus esse societatem, & in societate æstimatio facit venditionem. Angel. de Pergul. de societat. par. 2. num. 19. Bald. in l. si poscendo, vbi Castren. & not. Alexand. in fine, C. de pact. Ambros. de Vignat. de vsur. cap. salubriter, num. 189. Hector. Felic. de societat. cap. 19. num. 48. & cap. 9. num. 27. Ludouic. decisio. Perus. & Rota in Agnanina 14. Martij 1607. coram R. P. D. Manzanedo impressa per Hector. Felic. de societ. d. cap. 19. num. 48.

Præsupposita emtione sequitur alia iuris conclusio 16 affirmatiuè resoluenda, quandoquidem domina Vrsula aduersaria ratione emtionis creditrix domini Francisci mei principalis illa quantitate scutorum 2154. quia fuit venditio habita fide de pretio, §. vendita. Instit. de rerum diuisione, l. ex lege, Cod. de pact. inter emt. l. incivile, Cod. de rei vend. Nam, aut hæc domina Vrsula prætendit hoc interesse ex l. curabit, Cod. de pact. inter emt. & vend. & illud prætendere non potest, ex quo illa procedit in re fructifera ex sui natura, ideo emtor non tenetur nisi ad fructus perceptos, & propterea huiusmodi interesse non debetur. dicit Cagnol. in dicta l. curabit. numero 48. sed melius Laurent. de Rodulphis in capitul. de vsur. quem refert, & sequitur Aretin. consilio 151. numero 2. hanc distinctionem solet adhibere Rota vt in illa Romana dotis 5. Iunij 1599. coram bon. mem. Iusto, & alias sæpe.

Aut domina Vrsula prætendit hoc interesse, ex quo 17 erat creditrix, & dilationem concessit ad soluendum, & ratione moræ promissæ non poterat conuenire de certo interesse ab initio, & sibi est imputandum cur dilationem concessit, hæc quæstio est ardua, difficilis, & plurimum agitata inter Canonistas, & legistas, & tamen in hoc omnes ferè communiter concordant Doctores, * quòd huiusmodi interesse non debeatur. Innoc. in capit. nauiganti, ante med. de vsur. vbi dicit, quòd nescit excusare hanc mulierem, vbi Ioann. Andr. numero 5. Bartol. numero 8. Calderin. quæstio. 3. de vsur. Lauren. de Rodulphis insignis Doctor in cap. consuluit, parte 2. quæstio. 11. de vsur. Aretin. consil. 151. Alexand. consilio 20. & consil. 65. Cranuet. consil. 189. numero 7. vbi dicit hanc opinionem esse indubitatam, & consilio 87. numero 5. Deci. consilio 156. vbi attestatur de communi Socin. consilio 179. libr. 2. Corne consil. 195. libro 4. Anchar. consil. 376. & hanc partem * sequuta fuit Rota in vna Mediolanensi pecuniaria coram Illustrissimo domino Millino impressa per Farinac. decisio. 91. vbi citat tres alias decisiones. & 315. parte 2. multos alios cumulat Menoch. consilio 1180. numero 165. & consilio 1181. Neque quisque admiretur de hac congerie Doctorum, quia opus erat ad reprobationem aliquorum, qui contrarium tenent, & malè

Aut prætendit interesse, quod potuisset cum illis 18 pecuniis superlucrari, & illud non detur nisi cum debitis requisitis. Castren. in l. 3. §. nunc. numero 2. C. de eo quod certo loco, cuius hæc sunt verba, quando esset certum, quòd fuisset lucratum si pecuniam habuisset. Mohedan. decision. 3. numero 6. de vsur. Put. decision. 227.

part. 1.

per.1.Rot decis.98.n.3.par.2. Afflict. decis.20. Peregr. consil. 19.n.10.&.11.Hondedd.consil.50.n.30.libr.3. & consil.38.n.48. lib.2. vbi dicit, quod interesse debet necesse concludere, & non extimatum ordinarié.Bertaz.consil.259.num.13. libr.2. Gabr.consil.147.n.3.& 4.lib.2.

19 Ac prætendit interesse ratione laudi, & rei litigiosæ, quod est fortius fundamentum, quod aduersario potest conuertere,& tamen illud non debetur, quia huiusmodi laudum est ipso iure nullum. Gabriel consil.26.numero 12. libro primo, vbi alios citat. Cùm igitur istud interesse non debeatur, sequitur quòd nec actio aduersariæ competere potest ad aliud. Alexander consilio 39. libro 3. Ias. in leg.3.§.iurare,ff.de iuramento. calumn. Crauett.consilio 60. numero 103. Ratio, quia obligatio huiusmodi interesse est. Gaiu. Papæ consilio 180.numer.4.& consilio 81. numer. 5. & decisione 143. & est textus in leg.eos qui, §.vbi, Cod. de vsur. Couarru. libro 3.variarum resolution.capitul.3. numero 6.

20 In secunda inspectione præsupposito societatem durare, concludendum est illam laborare vitio vsurario prauitatis, clara enim est iuris regula, quòd conuentio in societate facta, vt vnus socius suum habeat capitale saluum cum taxatione ab initio lucri; alter verò socius suum habeat capitale sub periculis, sine vlla certitudina lucri, est societas leonina, & vsuraria, imò dicitur simulatus contractus, Bald.in l.1.num.29.C.pro soc.glos.in cap.plerique,14.quæst.3.Calderin.& alij quos refert,& sequitur Inann. de Anania in capitul. nauiganti, de vsur.ar. Castrens.consil.330. Abb.consil.114. lib.2. Dec. consil.223. et ea med u n. Riminald. iun. consilio 400. Nauarr. in manual.conf.capitul.12.numero 25. & quòd hæc societas dicatur vsuraria, Bald.consilio 89. libro 5. Riminald. consil. 403. numero 100. Romanus consilio 238. Abb. consil. 114. libro 2.

21 In tertia inspectione præsupposito non esse societatem, sed esse locationem rerum animalium, mobilium, & auuiamenti, concludendum est esse contractum vsurarium, clara est iuris regula, vt locatio rerum æstimatarum cum pacto de illas restituendo in eadem bonitate, & qualitate,& quatenus nò extarent illarum pretiū,maximè in rebus, quæ seruando seruari non possunt, vt in casu nostro spatio nouennij, est à iure reprobatum, argum.text.in l.mutui ò,ff.pro soc. Corn.in l.si pascenda,num.46. C.de pact. Laderch.con.69.per tot.lib.1. Nauarr.consil. 37.de vsur.Cauaican.decisio.44.n.4. multos cumulat Caroc. de locat.tit.de vsur.q.2.n.14.& q.9.

22 Maximè in casu nostro, ex quo res locatæ seruando seruari non possunt,cùm consistant in vino,bladis, vasibus fictilibus, equis, & auuiamento hospitij tanti temporis spatio,difficile est illas seruari,& quia de natura locationis est, vt res locatæ si pereant, aut ex vsu naturali fiant deteriores, sine culpa conductoris,damno locatoris cedant,non autem conductionis, & si fiat pactum contra naturam locationis,transit in aliam speciem contractus,& ob id æstimatio importat emptionem, & venditionem, & dominium rerum in conductorem transire necesse est, & ob id impossibile est posse saluari hunc contractum à labe vsuræ prauitatis,nec refert dicere,bona in genere videntur locata, quod quidem genus nunquam perit,& certo modo videtur contrahi stipulatio, rem dari, & rem tradi, & successiuè per subrogationem conseruari bona, & sic in genere locata, quia hæc est imaginaria locatio,& non vera;minúsque obstat dicere, æstimatio fuit facta, vt certus valor esset ad effectum, si deteriores fieret culpa còductoris ab eo vt culpo so solui deberet deterioratio, quia hæc excogitata malitia non potest saluari, ex quo versemur in genere rerum, quæ seruando seruari nequeunt,& quod in diem ex vsu naturali, etiam adhibita omni exactissima diligentia recipiunt deteriorationem, ideo iste contractus nullo modo seruari potest.

Thomas Zaulus Aduocatus.

Farinac.Consil.crim.lib.2.

In eadem causa quartum responsum.

Existimo non posse excusari laudum ab vsura in ea parte,in qua pro bonis mobilibus ad vsum hospitij pertinentibus,videlicet massaritus, vinis, & alijs huiusmodi traditis æstimatis in summa scutorum 2154. condemnatur Franciscus ad præstandum annuam pensionem, ita vt finito nouennio teneatur etiam reddere tot alias res eiusdem generis ascendentes ad eandem summam;nam siue ista sit societas, siue locatio, non potest ita fieri quòd debeatur pensio, & lucrum pro rebus locatis,socialibus,& illæ sint saluæ, nullúmque periculum ad dominum spectet,vt latè per Abb. in cap. nauiganti, n. 11.de vsur.Bald.in l.1.quæst.9.C.pro soc.Roman.cons.238.n. 7.& 8.per tot.Nat.cont.403.& cons.seq.Ruyn.cons.102.libr. 1.Decian.respo.f.96.num.54.lib.2.Surd.consil. 389.num 6. Flamm.de Rub.consil 32.num. 33.cum alijs per Lup. de vsur.in comment.3.§.1.num.24. qui omnes loquuntur de societate. 23

Idemque in locatione exemplificando in locis locatis sub certa pensione grani, & æstimatis in certa summa, vt finita locatione damnum contingens in valore boum esset commune, vel solius conductoris, tradunt Petr.de Vbald.in tract.de duob.fratribus.part. 5.quæst. 26. num.29.Sum.Rolandin.de arte Notar.in rubric.instrumentum boum datorum ad laborandum, in fine, & ibi adden. Bonacoss.in tractat.equorum,quæstio.11. Lup. in cap. per vestras,no.6.§.vndecimo, numero 9. & sequent.fol. mihi 415. Borgnin.decisio.44.numero 52.part.1.& decisio. 49.seu 3. de contract.par.e, scrum 1, numero 11.quibus in locis dicit hoc esse pactum illicitum, vsurarium, & diabolicum Lupus in dicto tractat. de vsuris, commentar. 3. §.primo, numer.27. 24

Quòd eo magis procedere debet in casu isto,quia dici potest non fuisse factam societatem,nec locationem,sed venditionem,ex quo fuerunt tradita mobilia æstimata, quæ non debebant restitui in eadem specie, sed in genere,ideóque potius noluerunt arbitri pro pecunia debetur vsuram quàm pro mercede, vel lucro,vt bene per Denum respons.8 n.3.4.5.& 9.19.lib.3. 25

Neque obstare videtur,quòd in rebus,quæ vsu consumantur, æstimatio cum assecuratione succedat loco rei,quia istud concedo,sed inde non sequitur, quòd liceat assecurare rem, & percipere pensionem, ideóque Borgnin.ex aduerso allegat.decis. 13. de contract. alias 59. par.2.n.59.qui facit istud motiuū,ie declarat ibi,detracto damno illarum rerum, aut subrogatarum, casu quo in societate contingeret pro rata temporis, & capitalis, & suprà n.58.vult quòd quatenus in societate fiebat mètio de lucro,intelligeretur etiam de dāno,ita vt contingente dāno in societate capitale dimmueretur,prout etiā quādo respōdet,n.70.& 71.suprà per eū in contrariū deductis n.5.in 3.responsione,quæ est bona,idē concludit,quòd,scilicet in casu suo capitale non esset saluum.Et ita bene conciliantur doctrinæ suprà, & ex aduerso allegatæ. Imò eadem decis.Borgnin.quòd scilicet tunc committatur vsura quando capitale in totum, vel in parte debet esse saluum ex conuentione;secus verò,quando non debet esse saluum,sed periculum sit commune, & aliter intelligendo autoritas Borgnini non esset attendenda, quia loquitur contra communes Doctorum conclusiones. 26

Quod autem in casu nostro, arbitri voluerint capitale esse saluum, patet manifestè, quia non solùm quoad mobilia, quæ maximè in hospitio modicum durant, & ideo quoad illa D. ex aduerso scribens videtur dare manus;sed etiam quoad vina,fœna,& alia huiusmodi, potest contingere deteriotatio,vt experientia docet, & nihilominus fuit laudatum, quòd finito nouennio tot aliæ res deberent restitui,quæ ascenderent ad eandem summam scutorum 2154.hoc expresse addito,quòd vbi non extarent tot bona in hospitio, quæ ascenderent ad talem summam,D.Frācîscus teneretur supplere in pecunia 27

numerata, ex hoc enim colligitur manifestè, quòd licèt mobilia hospitij necessariò consumantur, & vina fœnáque deteriorationem pati possint, ita vt in totum, vel in parte non extarent, tamen voluerunt in pecunia suppleri æstimationem, & sic capitale esse saluum contra doctrinas omnes suprà allegatas.

28 Hincque tollitur id quod ex aduerso primo loco respondetur, capiendam esse interpretationem, vt vsura euitetur, iuxta *decis. 763. num. 13. part. 1. diuers.* Nam ibi ex præcedentibus capi poterat huiusmodi interpretatio, hîc verò omnino repugnant verba laudi, & præcipuè sequentia, ibi, *Et in caso, che nell' Hostaria non ci fosse tanta robba, che ascendesso alla detta somma M. Francesco sia obligato supplire in danari contanti*; quæ cùm sit clara, ideo cessat omnis interpretatio *l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg. 3.* cum vulgat.

29 Nec obstat, quòd mobilia se habeant ad instar immobilium, idcóque locari possint sub aliquo fructu, vt per Riminal. iun. *cons. 177. num. 20. & seq.* Nam istud concedo, sed inde non sequitur, quòd liceat illa locare æstimata, ita vt eadem æstimatio restituatur etiam rebus in totum, vel in parte non extantibus. Et licèt idem Riminal. *ibidem num.* 26 pro responsione ad ea quæ suprà deduxerat *num. 7.* & ego etiam suprà deduxi in principio, dicat licere pacisci, quòd capitale sit saluum, quando aliquid datur pro assecuratione capitalis, prout in casu suo, in quo mediante societate alter socius factus fuerat dominus capitalis pro duobus tertiis, tamen ista responsio cessat in casu nostro, in quo aliquid pro assecuratione datum non fuit, quod si datum fuisset, procul dubio licuisset capitale assecurare, cùm sint duo contractus, vt declarat Lup. *dicto comment. 3. §. 1. num. 29.* & ista est prima responsio Borgnin. *in dicta decisio. 13. numero 70. versiculo ad quantum per dicta suprà, numero 57.*

Id verò, quod addit Riminal. vbi suprà se nescire videre, quòd periculum subsit in mercibus existentibus in apotheca venalibus; iudicio meo est mera vanitas, quia vltra quod in quibuslibet mercibus semper contingunt deteriorationes, vt patet, & docet experientia, contingere etiam possint mille casus fortuiti cuilibet notissimi, quod non recipit difficultatem vllam in mobilibus, de quibus agitur, quæ semper consumuntur... præcipuè verò in hospitio propter frequentiam, & modicam curam illorum, qui propriis rebus non vtuntur; & in vinis etiam dici potest, quæ multis modis notissimis deteriora fiunt, vltra alios casus fortuitos, quæ tam in prædictis, quàm in aliis rebus contingere possunt, & nullo modo subibat D. Aduersaria, ex quo fuerunt omnia data æstimata, quæ æstimatio facit, quòd commodum & incommodum spectet ad recipientem. Afflict. *decisio. 270. numero 4. & per tot.* vbi Vrsill. *numero 1.* Socin. *cons. 289. num. 1. & per tot. lib. 2.* Roland. *consil. 92. numero 9. 10. & seq. lib. 2.* Ioseph. Ludouic. *concl. 10. amplias. 13.* Silu. nupt. *lib. 2. num. 71.*

31 Non obstat etiam, quòd tanta pensio non soluatur pro mobilibus æstimatis in summa scutorum 2154. sed etiam pro inquilinatu, & auuiamento; quia omisso pro nunc, an iste inquilinatus sit locabilis pro tanta pensione, quod deinde videri poterit, satis est quòd pro rata summæ prædictæ pensio diminui debeat, iuxta ex aduerso allegat. decis. Borgni. *13. num. 37. & 40.*

Antonius Certus Aduocatus.

In eadem causa quintum responsum.

32 LAudum non potest sustineri. Primò, quia pactum de soluenda certa quantitate, salua rei substantia, seu capitali est illicitum, siue sumus in contractu societatis, siue locationis, vt de societate tradit Bald. *in l. 1. quæst. 9. num. 29. C. pro soc.* Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsur. quæst. 19.* Riminal. *consil. 61. numer. 40. lib. 1.* Natta *consil. 403. numer. 1. & 2.* Couarr. *variar resolut. lib. 3. cap. 2. numer. 3.* vbi testatur de communi Bero. *consilio 168. n. 19. lib. 1.* Borgnin. *decis. 3. par. 2.* Prosper Barth. *consil. 170.* & de contractu locationis Specul. *in tit. de locat. § nunc dicendum, circa principium*, Riminald. sen. *cons. 91. nu. 10. lib. 1.* Nauar. *consil. 24. num 3. de vsur. lib. 2.* tenuit Romana vsurariæ prauitatis 4. Maij 1597. coram Peregrino & aliis causis.

Maximè, quia nondum fuit dictum, quòd restituantur eædem masseritiæ, sed quòd fiat æstimatio, & deterioratio earum soluatur in pecunia, vnde non potest intelligi, vt restituatur capitale quatenus extat, vt fuit dictum in dicta Romana vsurariæ prauitatis, & in Ferrarien. Societatis 28. Iunij 1599. coram Illustrissimo Millino. Siquidem si non extat, arbitri voluerunt, quòd refundatur in pecunia, quod est illicitum, quia de natura locationis est, vt damnum, vel interitus rei locatæ spectet ad locatorem, non autem ad conductorem. *c. propter sterilitatem, extra de locat.* Nauar. *in manual. c. 17. n. 179. & in vers. 24. n. 3. de vsur.* 33

Secundò, quia taxatio certi lucri, & vniformis facta ab arbitris est illicita, quia censetur habitus respectus ad pecuniam, non autem ad fructus, qui sunt incerti, & varij pro varietate temporum, & ideo nisi iustificetur ex perceptione fructuum in ea quantitate non subsistit. *cap. consuluit, & cap. final. de vsur.* Hostien. *in summa de vsur. vers. 1.* Purpur. *in l. rogasti, §. si tibi, num. 40. & 41. ff. si cert. petat.* Plot. *in l. si quando, numer. 452. versicul. vbi verò, Cod. vnde vi.* Couarr. *lib. 3. variar. resolut. capit. 1.* cum aliis concordantibus per Bursat. *cons. 321. num. 60.* Rota *decis. 70. num. 4. part. 2. & decis. 340. num. 2. par. 1.* Cæsar de Grass. *decisio. 187. num. 2.* 34

Præsertim in hoc casu, in quo est taxatum lucrum ad rationem plusquam sexdecim pro centenario, & tamen taxationem esse indebitã, & fœneratitiam ad summam scutorum decem pro centenario, tenet glos. *in Authent. Præterea C. de sacrosanct. Eccles. in versicul. iusta*, Bald. *consil. 336. prope finem, lib. 2.* Natt. *consil. 198. num. 6. & 14. lib. 1.* Roland. *consil. 55. num. 26. lib. 2.* Quinimo Rota non solet taxare nisi ad rationem quinque pro centenario, Cæsar de Grassis *decis. 188. num. 3.* Rota *diuers. decis. 340. num. 7. part. 1.* latissimè post alios Honded. *consil. 30. numer. 20. lib. 1.* Et in terminis Apothecæ venditæ cum massaritiis ad rationem quinque pro centenario, Ruy. Iun. *cons. 177.* Mandell. Alban. *consil. 629. num. 8.* vbi loquitur in Aromataria. 35

Eóque magis, quia hoc lucrum non prouenit simpliciter ex illis massaritiis, neque ex auuiamento, sed adiuncta industria exercentis hospitium, quæ debet principaliter considerari. Alba. *dicto consil. 629. num. 9.* & illa attenta minus taxatur lucrum. nam industria æquiualet fructibus capitalis ab altero immissi. Alex. *consil. 131. lib. 5.* Rota Ianuen. *decis. 159. numer. 2.* & tenuit Rota in vna Anagnina vsurarum 24. Maij 1609. coram Reuerend. P. D. Manzanedo. 36

Firmato igitur, quòd laudum continet pacta illicita, & iniusta, sequitur quòd non est exequendum etiam quòd adsit obligatio Cameralis, quia exceptio vsurarum retardat obligationem Cameralem, maximè quando, vt hîc, est clara, quia vsuram committens ius diuinum lædit. Benedict. de Barz. *in tract. de Guarentig. in 3. parte principali, quæst.* Galles. *ad form. Cam. oblig. part. 3. post quintam quæstionem, §. incipit secunda consideratio*, Borgnin. *decis. 2. numero 37.* cum aliis per Surd. *consil. 127. num. 9. & 30. lib. 2.* Maximè, quia iuramentum, & obligatio Cameralis non est præcisè super istis pactis, sed super obseruatione laudi, quod recipit illam interpretationem, quatenus sit iustum, aliàs semper potest peti reductio ad arbitrium boni viri. Cassador. *decis. vnica de emt. & vendit.* Viuius *decis. 58. lib. 1. & decis. 131. lib. 1.* & quòd stante etiam obligatione Camerali adhuc supersedeatur in Rota in executionem laudi, quando apparet iniustum. Verall. *decis. 180. lib. 1. in manuscript.* 37

Fuluius de Fuluiis Benignus Aduocatus.

In

In eadem causa sextum responsum.

38 PRæsens causa plures habet inspectiones, quarum prima est, an ex ventre laudi oriatur exceptio sufficiens ad retardandam illius exequutionem. Secunda, an nullitas laudi notoria appareat, vt illius exequutionem retardare possit. Tertia, an notoria iniquitas laudi appareat, vt illius exequutionem impediat. Quarta, an prauita vsuraria sit clara, vt exequutionem laudi impediat. Quinta, an ratificatio, & omologatio laudi sit notoriè nulla, vt impedire illius exequutionem possit.

39 In prima inspectione clara est iuris regula, quòd exceptio ex ventre laudi oriens impedit illius exequutionem, Bald. *cons.* 397. *n.* 2. *lib* 4. vbi dicit quòd non dicitur noster principalis venire contra laudum, dum excipit exceptione nascente ex eodem laudo. Ruyn. *cons.* 22. *n.* 9. *lib.* 1. Surd. *cons.* 186. *n.* 2. vbi dicit, quòd non dicitur impugnare instrumentum, qui nititur instrumento, Galles. *de obligat. cameral. par.* 4. *quæst.* 1. *n.* 8. *&* 6 *fol.* 66. Canar. *de exequut. quæst.* 2. *n.* 58. Gabr. *consil.* 142. *n.* 25. *lib.* 2. Dec. *in c. ex parte il secondo.* vbi exornat hanc materiam per tot. *&* *n.* 24. *in fi. de offic. delegat.* Rot. impress. per Statil. Pacific. *decis.* 168. *num.* 2. *post medium.*

40 Exceptiones verò resultantes ex ventre laudi apparent, siquidem laudum damnat dominum Franciscum nostrum principalem, vt finito nouennio restituat res, & massaritias, *da estimarsi, & inuentariarsi*, quæ verba respiciunt tempus futurum, & inducunt conditionem, Paris. *consil.* 18. *num.* 4. *libr.* 2. & ante Bal. *in l. falsus, num.* 6. *de furt.* Bart. *in l. si te à patre, in fine, de heredib. instituen.* Magon. *decis. Florentin.* 1. *num.* 8. Decian. *consil.* 72. *num.* 24. *&* 30. *lib.* 2. Quinimo talia verba informant, & qualificant obligationem mei principalis de restituendo, dicit Paris. *consilio* 19. *numero* 4. *libro* 2. Alexandr. *consilio* 2. *numero* 22. *libro* 3.

41 Præterea exceptio æstimationis faciendæ impedit de sui natura exequutionem laudi, & instrumenti, vt in simili dicitur de mensuratione facienda. Canar. *de exequut. instrumenti, quæst.* 27. Galles. *de oblig. cameral. par.* 4. *quæst.* 1. *numero* 7. Afin. *de exequut.* §. 1. *capit.* 26. *post med.* Franc. *decis.* 292. *numer.* 2. *circa finem.* Ant. *de iud. in tract. de liquid. instrum. in secunda consideratione, num.* 7. vnde donec pendet cognitio æstimationis non potest peti exequutio laudi.

42 In secunda inspectione, affirmatiuè concludendum est. Nam potestas in compromisso arbitratoribus data fuit vsque ad diem Martis concessa, quo elapso compromissum esset ipso iure nullum, & illud fuit prolatum sine die, mense, & anno. Vnde cùm hæc qualitas temporis non iustificetur, redditur ipso iure nullum vti latum extra tempus in compromisso datum. tex. *in l. in non diem, C. quando prou. non est necesse, & in l. si cùm dies*, §. *intra, ff. de arbitr.* Bald. *consil.* 470. *num.* 1. *libr.* 1. *& consil.* 60. *libr.* 5. *& consil.* 101. *num.* 15. *libr.* 3. Angel. *consil.* 404. *in princ.* vbi si partes volunt laudum fieri extra certum tempus, & non apparet latum infra dictum tempus, est nullum. Rom. *consil.* 67. *num.* 11.

43 Secunda nullitas est, quia compromissum fuit vt pronuncieretur intra tres dies, quod fieri non potest, ex quo datur facultas præcipitandi, maximè in negotio graui, & consequenter laudum nullum ob fraudem præsumptam, ex quo veritatem inuestigare non potuerunt. Dicit Castren. *consil.* 68. *num.* 2 *lib.* 1. Bald. *consil.* 340. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. vbi dicit, quòd ex abrupto laudum datum sine probationibus, & cognitione causæ in continenti est nullum, nullámque meretur exequutionem. Ang. *consil.* 218. *num.* 4 vbi dicit, quòd arguitur maxima iniquitas arbitrorum volentium ita breui tempore laudare. Anchar. *consil.* 164. *num.* 5. *circa med.* dicit, quòd tempus vnius mensis est parum in cognitione arbitrorum, item nullum quando intra modicum tempus. Cum. *consil.* 50. *numero* 3. *&* 4. dicit, quòd huiusmodi laudum ob breuitatem temporis videtur continere maximam iniquitatem.

44 Tertia nullitas est in laudo, quia illud videtur continere repugnantiam, & contraria. Nam D. Franciscus erat emtor portionis societatis tangentis D. Vrsulam, ac locationis domus, & ipsa D. Vrsula prætendebat rescissionem contractus, vnde dum arbitri damnant D. Vrsulam non posse molestare D. Franciscum, cùm approbant instrumentum emtionis, & sententiam Rotæ, & postea in eodem laudo damnant D. Franciscum ad soluendum scuta 3150. & restitutionem eiusdem portionis bonorum societatis elapso nouennio, ideo in eodem laudo modò approbant, & modò reprobant. Anchar. *consil.* 207. *num.* 7. nec refragari potest si replicaretur, quòd arbitri voluerint compensare D. Vrsulam petentem locationes, & suas res cum illa pecunia, quia respondetur, quòd ex hoc capite redditur nullum laudum, quia super hoc non erat lis, nec fuit petitum: sed sola rescissio venditionis & possessionis hospitij; ergo vltra compromissa, & petita laudarunt, & sic nulliter. Anchar. *consil.* 111. *numero* 3. Cuman. *consil.* 7. *numero* 8. *versic. in contrarium, post med.* Roman. *consil.* 88. *num.* 2. *lib.* 3. Fulg. 119. *n.* 1.

45 Nec obstare videtur ampla autoritas de omnibus differentiis cum annexis, & cónexis, & aliis amplissimis verbis, quæ restringi debent tantùm ad res deductas in iudicio, aliàs si vltra ea laudum feratur, est nullum, nec potest ratificari, & si ratificatur, ratificatio est nulla, nisi expressè partes dicant quòd nolunt valere in vim laudi, sed tantùm in vim nouæ transactionis. Socin. *consil.* 220. *num.* 2. *versic. sed ad hanc, & num.* 3. *lib.* 2. & melius Bald. *consil.* 191. *num.* 1. vbi de verbis amplissimis, *& num.* 3. *lib.* 2. dicit, quòd tale laudum non valet, & Alexand. *consil.* 124. *num.* 5. *&* 6 *libr.* 2. vbi recitat omnia verba huius prætensi compromissi, & concludit, quòd nullo modo comprehendunt illa, quæ isti arbitri laudarunt. Roman. *cons.* 403. *n.* 5.

46 In tertia inspectione concludendum est pro iniustitia & iniquitate laudi, siquidem in facto non potest controuerti quin fuerit facta æstimatio à tribus peritis electis à sociis, & venditio portionis tangentis D. Vrsulam subsequuta iuxta æstimationem prædictam, ac venditum ius conductionis, ac omne lucrum quomodolibet dictæ Vrsulæ competens scut. 648. & periculo creditorum, quod D. Franciscus in se suscepit, quod ascendit ad scut. 400. postea in iudicio Vrsula petit rescissionem venditionis ex capite læsionis arbitri vnico cótextu in eodem laudo vnico die, vel duobus diebus ad plus indicant, approbant æstimationem à peritis factam, & condemnant D. Franciscum ad restitutionem dictarum rerum elapso nouennio; ergo ex lectura laudi constat nullam extare læsionem, quia si æstimatio est iusta; ergo cessat læsio. *l. nam ad ea*, §. *si minor.* vbi Doctores, *ff. de minor. l. verum*, vbi Bart. *ff. de minor.* Bart. *in l. final. in fin. C. de in integr. restit.* Surd. *consil.* 355. *n.* 71. *& cons.* 576. *n.* 5. Rota *diuers.* 34. *num.* 1. *part.* 2.

47 Nec in dubio præsumitur læsio. Arius Pinellus *in l.* 2. *par.* 3. *cap. vlt. num.* 43. *C. de rescinden. vendit.* Hondcd. *cons.* 51. *n.* 58. *lib.* 1. Nec credendum est arbitris circa iustitiam causæ nisi coram eis plenè sit probatum. Dec. *consil.* 587. *num.* 6. Cuman. *consil.* 50. *num.* 4. *& consil.* 9 *post princ.* Et tamen ex hac causa ausi fuerunt rescindere instrumentum venditionis iuramento vallatum, quod Princeps de plenitudine potestatis in sua sententia facere non potuisset, cùm sit contra ius partis. Franc. *in cap. dilecto, de appellat. & in consil.* 55. Contard. *de moment. possess. limitat.* 9. *num.* 60.

48 Nec possunt se tueri sub prætextu potestatis eis datæ procedendi *alto, e basso, e torre ad vno, & dare all'altro*, quia hæc clausula operatur arbitrio boni viri, non autem rescindere instrumenta iuramento vallata, & venditiones. Bal. *cons.* 171. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 3. ad saturitatem Menoch. *de arb. in q.* 7. *n.* 41. *lib.* 1. & Vital. dicit, quòd si arbiter vigore dictæ clausulæ iniquitatem committit, potest eidem iudex illi occurrere, & impedire, & reuocare. *in suo tract. de clausul. sub rub. de reductione arbitr. bon. numer.* 46. *versicul. de ista, fol.* 435.

49 Accedat maior iniustitia, ex quo in instrumento venditionis ius conditionis, & pro lucro prætenso futuro D. Franciscus soluit scuta 648. & in se suscepit periculum creditorum pro scutis 400. & vltrà, & arbitri nulla habita consideratione ad istum pretium, nullisque factis calculis, nec sumptis informationibus vnica die de facto ex suo capite condemnarunt ad scuta 3150. in nouem annos soluenda, iniquissimum & dolosum est laudum, dicit Bal. *consil.* 463. *n.* 4. *lib.* 1. Gabr. *consil.* 26. *n.* 12. *lib.* 1. & tanto magis hæc iniustitia non est toleranda, ex quo est fundata super causa falsa, & erronea; nam in laudo fit mentio inquilinatus hospitij, quòd domini Arbitri credebant competere aducì satiæ, & excessiuè & enormissimè læserunt D. Franciscum, ideo redditur iniquum, & nullum. Anchar. *consil.* 207. *n.* 8. Socin. *consil.* 273. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *&* *consil.* 101. *n.* 6. *lib.* 3. Paris. *consil.* 24. *numer.* 144. *lib.* 2.

50 In quarta inspectione concludendum est pro vsuras nam aut volumus dicere, vt illa condemnatio scut. 3150. sit pro interesse inquilinatus, & portionis societatis, & vt fuit dictum, est iniquum, & nullum, aut volumus quòd sit ratione interesse pretij illarum rerum socialium dilatum in nouennium, & res transit sine difficultate, quod est vsura. Innocent. *in cap. nauigantis, ante med. de vsur.* vbi dicit, quòd nescit excusare istam mulierem, vbi Andr. *numer.* 5. autr. *numer.* 8. Cald. *question.* 3. Laurent. de Rodulph. insignis Doctor. *in cap. consuluit, part.* 2. *question.* 11. *de vsur.* Aretin. *consil.* 151. Alexand. *consil.* 20. *&* *consil.* 65. Crauett. *consil.* 189. *numer.* 7. vbi dicit hanc opinionem esse indubitatam, *&* *consil.* 87. *numer.* 5. Dec. *consil.* 156. *in fine*, vbi attestatur de communi Socin. *consil.* 179. *libr.* 2. Corn. *consil.* 379. & hanc opinionem semper sequuta fuit Rota in dla Mediolaneñ. pecuniaria prima Iulij 1592. coram Illustrissimo Domino Cardinali Melino impressa per Farinac. *decis.* 91. *p.*.. vbi alias tres citat, *& in alia decis.* 315. *par.* 2. *inter diuersas*, alios numerat Menoch. *consil.* 1180. *numer.* 6. 15. *& consilio* 1181.

51 In quinta inspectione concludendum est pro nullitate ratificationis, siquidem clara est iuris regula, quòd ratificatio laudi nulli & iniqui fieri non potest, maximè quando in ratificatione non sit certioratus is qui ratificat de nullitate laudi. Decius *consil.* 475. *n.* 28. & requirebatur, vt D. Franciscus dixisset, confirmo, & ratifico dictum laudum, licèt sit nullum, & inualidum, ac iniquum, & cùm hoc non dixit, non valet ratificatio vti nuda, dicit Crauetta *consil.* 29. *n.* 6. Socin. *consil.* 220. *n.* 3. *lib.* 2. Bald. *consil.* 201. *n.* 15. *lib.* 3. Gabr. *consil.* 161. *n.* 21. *lib.* 1. Dec. *consil.* 475. *n.* 35. vbi sequitur *vbi suprà* Socin. & concludit, quòd licèt laudum nullum ratificatum possit sustineri in vim pacti, tamen procedit, quando interuenit pactum expressum nullitatis.

52 Maximè ex quo laudum est latum ex falsa causa inquilinatus, vt suprà, quo casu ratificari non potest etiam pacto expresso, quia illa causa falsa influit in ratificationem, quæ annullatur ob eandem causam. Castren. *cons.* 122. *n.* 3. *lib.* 2.

53 Executio autem an sit impedienda, nemo est qui negare possit, vt in puncto tradit Dec. *consilio* 475. *numer.* 36. vbi dicit, quòd non datur executio laudi emologati, quando est nullum, & non sit dictum, non obstante nullitate. Florian. *consil.* 15. *per totum.* Marant. *par.* 6. *tit. de appell. numer.* 266. *&* 269. maximè stante iniquitate laudi, à qua iudex debet abstinere in exequendo, vt post multos firmat Reueren. P.D. Marchesanus *in suo tractatu de commissione, part.* 2. *tit. de restitutio. in integr. cap.* 2. *num.* 216. *fol.* 414. De stilo Curiæ attestatur Gabriel *consil.* 43. *numer.* 47. *libr.* 1. Rota *decis.* 165. *par.* 1. *&* *decis.* 1378. *par.* 3. *libr.* 3. Viuius *decision.* 304. *numer.* 6. Crescent. *decision.* 1. *numer.* 2. *de re iud.* Guidon. Papæ *decis.* 295. *&* *decisio.* 368. Ioseph. Ludou. *decision. Lucen.* 27. *numer.* 6. Put. *decision.* 401. *numer.* 3. *lib.* 1. Accedat, quòd ex ventre laudi resultat exceptio, quæ impedit donec verificetur noua æstimatio, vt suprà fuit deductum, & in specie Anchar. *consil.* 207. *n.* 11.

Accedat exceptio vsurariæ prauitatis, quæ impedit, 54
licèt nonnulli contrarium sentiant, tamen hæc est vera iuris conclusio, Bart. *de instrumento Guarantigia, quæst.* 38. Gallesi. *de oblig. camera. tit. de vi instrumenti, numero* 1. & hæc fuit opinio Bald. *in l. final. C. de fideicommiss.* Federic. de Sen. *consilio* 226. *&* *consilio* 98. *&* *consilio* 300. Butr. *in cap. debitores, de iure iuran.* Laurent. de Rodulphis *in cap. consuluit. de vsur.* Alexand. *in l.* 4. §. *condemnatum, numero* 15. *de senten. & re iudic.* Capic. *decis.* 175. *numero* 1. Viuius *decis.* 304. *numero* 1. Dec. *in cap. ex parte il secundo, numero* 28 *de offic. delegat.* & hanc opinionem sequitur Rota 9. Decembris 1579. coram Seraphino, & in alia Rauennateñ. de Coccapanis 1607. coram Iusto. Non obstant ex aduerso deducta, quia non applicantur ex quo adhuc factum præsentis causæ non erat notum.

Thomas Zaulus Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Gratia Principis facta delinquenti de bonis incorporatis, an trahatur ad bona non incorporata, & propterea, an, & quomodo sit interpretanda, & declaranda gratia Principis facta per verba generalia. Plura de extẽsione, & restrictione verborum generalium. Et an, & quomodo contra fiscum in bonis confiscatis seu incorporatis currat præscriptio.

SVMMARIVM.

Verba generalia subsequentia sunt intelligenda, & restringenda secundum præcedentia, n. 1. *n* 2.

Gratia non dicitur subreptitia quãdo Princeps concedẽs cogitauit in genere de eo, quod subreptum pratẽditur, n. 2. *vbi hoc declaratur non procedere, quãdo expresso aliquo casu speciali subsequitur generalis expressio Tunc generalis illa expreßio, & cogitatio in genere non extenditur vltra pracedentem casum expressum dicto, n.* 2.

Gratia subreptitia dicitur. nec sufficit cogitatio in genere quãdo Princeps verisimiliter interrogatus non cõcessisset illud de quo dicitur in genere cogitasse, n. 3.

Gratia Principis præsumitur facta iuxta petita & supplicata, n. 4.

Dictio aliqua, non est generalis, sed verificatur in qualibet re etiam minima, n. 4.

Exceptio debet esse de regula, declarátq; in quibus terminis regula procedat, illámq; restringit ad similia, & eiusdem generis, n. 5.

Gratia principis latè interpretãda est, fallit si ad supplicationem partis, quia tunc strictè intelligenda, nec in ea procedit argumentum de minori ad maius, n. 6.

Notorium non præsumitur, ideo probandum ab allegante, num. 7.

Notorium in Vrbe non dicitur notorium Pontifici, n. 7.

Scientia partis facit præsumere scientiam totius rei, n. 8. *Declara hoc procedere, quando pars est vnita simul cum toto, aliàs secus, n.* 9.

Scientia præsumta non sufficit ad effectum, vt quis censeatur donasse bona sua, n. 8.

Donans rem aliquam censetur etiam donasse ius, quod habet ad illam rem; Declara vt n. 9.

Ignorantia præsumitur, nisi appareat de scientia, n. 10.

Excipiens debet probare suam exceptionem, n. 11.

Ignorans non præsumitur donare rem quam ignorat, num. 11.

Præ

Præsumtio ignorantiæ est fortior, quàm præsumtio scientiæ, num. 12.

Princeps non præsumitur scire, ea quæ à suis officialibus, & Procuratoribus geruntur, n. 13. vbi præsertim, quando scientia officialis non est certa, sed præsumta.

Verba generalia se referentia ad aliquam scripturam, non extenduntur plusquam extenditur scriptura ad quam sit relatio, num. 14.

Verba generalia restringuntur ad causam suam, n. 14.

Confiscandi ius ad fauorem possidentis, cum titulo, & bona fide præscribitur spatio decem annorum, sine autem titulo, & cum bona fide requiritur præscriptio viginti annorum, cum mala autem fide nunquam currit præscriptio, num. 16.

Bona confiscata, & incorporata non præscribuntur minori spatio quàm triginta, aut quadraginta annorum, num. 17.

CONSILIVM CLXIII.

1 VT clariùs liquear de iure fisci singulariter respondebo omnibus motiuis per quatuor ex aduerso Doctores scribentes factis. Et primò, quod attinet ad verba generalia, & vniuersalia ponderata in gratia seu donatione, de qua agitur vltra alias responsiones iam datas, quibus plenè creditur huic argumento satisfactum, adhuc considero, quòd in principio chirographi Clemens Octauus duo præcipuè affirmat, & præsupponit. Primum, quòd Alphonsus fuerat condemnatus in pœnam confiscationis omnium bonorum. Secundum, quòd omnium prædictorum bonorum realis possessio à fisco fuerat capta, vt patet ibi, *hà pigliato il possesso di tutti gli altri beni predetti.* Quare dum ex aduerso dicitur gratiam, seu donationem Pontificis in dicto Chirographo contentam, & post præmissa verba subsequentem esse generalem, & generaliter intelligendam de omnibus bonis incorporatis, & non incorporatis; consequentia non est bona, quia subsequens generalitas donationis intelligenda est de omnibus bonis incorporatis, non autem de non incorporatis. videatur in terminis Bertrand. *consil.* 203. *libr. 2. par. 2.* quem refert, & sequitur Gabriel *lib. 5. tit. de reg. iur. conclus. 4. num. 33.* & Riminald. iun. *in consil. 199. numero 99. vsque ad 109. lib. 2. & consil. 391. n. 56. vsque ad 62. lib. 5.* & optimè facit text. *in l. hæres meus, §. 1. de legat. 3. & l. cui dulcia, ff. de tritic. vin. & oleo legat.* Quæ iura multum bene à præallegatis Doctoribus in proposito ponderantur.

2 Ad secundum quod dicitur Pontificem saltim in genere cogitasse de bonis non incorporatis, & quòd hæc cogitatio in genere sufficit ad effectum, de quo agitur: respondetur tribus modis. Primò non esse verum, quòd Papa in genere cogitauerit. Doctores ex aduerso scribentes niti hoc probare ex generalitate verborum ipsius donationis, quæ verba, vt mox dixi, nullo pacto trahuntur ad bona non incorporata. Et licèt hæc sola responsio sufficeret; adhuc, & secundo loco respondetur, quòd cogitatum in genere, sufficit quando nullus specialis casus est antea expressus, sed si expresso aliquo casu speciali subsequatur generalis expressio, illa subsequens generalis expressio, seu cogitatio in genere non extenditur vltra præcedentem casum expressum. fuit doctrina Pauli de Castro *in cons. 30. ad finem, vers. sed certè vera prædicta, libro 1.* quem referendo secuti sunt Ruyn. *consilio 88. numero 10. & seq. libro 3.* & alij plures relati per Hippolyt. Riminald. *dicto consi. 199. num. 46. & 116. lib. 2.* sed sic est quòd in casu nostro primo in specie fuerunt expressa bona incorporata; ergo cogitatio in genere propter verba subsequentia generalia non egreditur speciem bonorum incorporatorum; & hæc declaratio (ni fallor) optimè videatur resoluere propositam dubitationem.

3 Respondetur, & tertiò, quòd cogitatio in genere non sufficit, nec trahitur ad ea, quæ non verisimiliter quis non esset concessurus, si de illis in specie cogitasset, prout voluit Alex. *in l. si ab hostibus, n. 15. ad fin. versic. & sic contra Cynum, iuncto vers. tu dicas, ff. solut. matr.* quem refert, & sequitur Ioan. Lopez *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. numer. 9. in fine versic. Non obstat si dicatur, & nnmer. 10.* Gabriel *dict. tit. de reg. iur. eadem conclus. 4. numer. 18.* sed sic est quòd verisimiliter Pontifex nunquam fuisset donaturus tam notabilem pecuniarum quantitatem, quantum est hæc de qua agitur, si de ea specialiter fuisset interrogatus, & cogitasset; ergo cogitatum in genere non sufficit, ex præallegatis.

4 Tertiò ad argumentũ ex aduerso sumtum ex generalitate petitionis, nẽpe, quòd sicut petitiò fuit generalis, ita & gratia generaliter intelligi debeat. Respõdetur tantum abesse, quòd cõstet de tali generali petitione, vt imò appareat contrarium ex illis verbis in dicto Chirographo contentis, *Ricercati di calche gratia.* Cùm dictio aliqua non solùm sit generalis, sed verificetur in qualibet re etiam minima. glos. *in Clem. in verb. earum, de foro compet.* Rimin. iun. *cons. 15. n. 60. lib. 1.* Menoch. *in tract. de recuper. possess. remed. 14. n. 8.*

5 Quarto loco dum sumitur argumentum ab exceptione, quòd firmet regulam in non non exceptis, nempe quòd exceptione de castris, & quibusdã allodialibus in gratia, cætera omnia concessa præsumantur. Respondetur retorquendo argumentum, quòd sicut exceptio fuit facta de bonis possessis, & incorporatis, ita & concessio ac donatio censeatur facta de bonis incorporatis, & non de alijs, cùm certum sit exceptionem de regula esse debere, *l. nam quòd liquida. §. fin. ff. de penu legat.* declaràtque exceptio de quibus bonis donatio facta fuerit, & sic illam restringit ad similia, & eiusdem generis, *l. si cum fundum, ff. de verbor. signific.* cum alijs per Couarr. *var. resolutio. libro 2. capit. 5. numero 4. & sequent.* Exceptio quarumdam rerum effectum hunc habet, vt de rebus omnibus præter expressa donatio facta præsumatur, sicut declarat Bertrand. *dict. consilio 230. numero 2. libro 2. part. 2.*

6 Quintò ad id quod dicitur Pontificis gratiam latè esse interpretandam, iam fuit responsum, hoc non procedere in gratia facta ad supplicationem partis, prout est hæc de qua agitur, & vlterius respondetur, quòd dum loquitur Pontifex de bonis possessis, & incorporatis, interpretatio fieri non potest de non possessis, & non incorporatis. Hæc enim interpretatio esset intolerabilis, obscura, calumniosa, & Iudaica, vt bene considerat, & bene loquitur Rota diuers. *decisio 366. num. 7. & 8. lib. 1.* verba enim gratiæ in tantum sunt attendenda, vt in ea non procedat argumentum de maiori ad minus, etiamsi sit verisimile, quòd Pontifex, id quod minus est concessisset. trad. Ber. *consilio 176. numero 15. libr. 2.* ergo multo minus, vbi verisimile est, quòd non concessisset id quod maius est, prout in casu nostro, & dixi suprà.

7 Sextò, dum proponitur notorium fuisse Alphonsum habuisse bona, de quibus agitur, & præsumi debere de tali notorio Pontificem scientiam habuisse. Respondetur de hoc notorio in facto non constare, & ideo ab allegante probandum. Milu. *in suo repertor. versicul. notorium quotiescumque negatur.* Mascard. *de probat. libr. 2. conclusio. 1103. numero 8.* Nec ex eo, quòd instrumenta census & societatis officiorum sint rogata in officiis Auditoris Cameræ, potest propterea dici notoriè de illis constare. Et nihilominus notorium in Vrbe, non dicitur notorium Pontifici. Bartol. *in l. præscriptione, numero 10. C. si contra ius, vel vtil. public.* Bald. *in l. final. numero 7. ad med. C. sentent. rescindi non posse.* Decian. *consilio 14. numer. 76. libr. 3.* in omnem euentum hæc scientia non esset nisi præsumta, quæ non sufficit, vbi agitur de graui præiudicio, prout aliàs probaui.

8 Septimò, id quod dicitur, quòd sicut Pontifex habuit

scientiam duorum creditorum, nempe de Vrsinis, & de Vitellesch is, super quibus mandauit assecurari dotem dominæ Octauiæ, quorum possessio capta non fuit. Ita etiam præsumendum sit illum habuisse notitiam aliorum bonorum non incorporatorum, per regulam, quòd ex scientia partis præsumatur scientia totius, *l. non est ferendus, ff. de transact.* Surd. *consil.* 22. *num.* 28. Duplici modo respondetur. Primò, cum distinctione, quam facit idem Surd. *in cons.* 150. *numer.* 133. *lib.* 1. vbi dixit quòd ex scientiā partis, arguitur scientia totius, quando pars est vnita simul cum toto, vtputa quando in vno instrumento, vel testamento plura capita continentur, tunc enim procedit præsumtio prædicta, & isti sunt termini *d. l. non est ferendus*, secus si pars non est vnita cum toto, quia tunc scientia partis non arguit scientiam totius, & probatur *in eadem l. non est ferendus, §. si tamen*, & bene comprobat Surd. *in loco præcitato.* sed sic est quòd bona Alphonsi non incorporata non sunt vnita, sed disiuncta, nec continentur in eadem scriptura. Ergo ex scientia aliquorum bonorum non infertur ad scientiam omnium bonorum. Secunda est responsio, quòd ad effectum, vt quis donet bona sua, quod est plusquam se obligare ad aliquid, scientia hæc præsumta non sufficit, ad gloss. *in cap. concertationi, versicul. scierit, de appellat. in* 6. &c. in his terminis, de hac præsumta scientia partis illatiua ad scientiam totius, arguit idem Surd. *dicto consilio* 150. *num.* 136.

9 Octauò, ad id quod dicitur de donante rem, quòd etiam censeatur donare iura ignorata, cum re ipsa existentia, per tex. *in cap. Pastoralis, de donat.* Respondetur, quòd ex eodem textu elicitur responsio ad hoc argumentum. Agitur enim in eo de iuribus existentibus in re ipsa donatis. Nunc autem agitur de rebus penitus diuersis ab illis quæ donata præsumuntur, & hæc longè diuersa esse inter se colligitur ex traditis à glos. *in d. cap. Pastoralis, in verbo, quod suum est*, & à Glosa *in l. Maritus, §. penult. ff. de legat.* 2. & patet ad sensum.

10 Nonò, dum dicitur pro parte fisci probandam esse ignorantiam bonorum non incorporatorum, cùm sit eius fundamentum. Tollitur hoc obiectum, quia satis dicitur probata ignorantia ex eo, quòd in contrarium non apparet scientia, *l. super seruis, & ibi gloss. in verbo ostendere*, & Bart. *numer.* 6. *C. qui militare possint, vel non. l. si tutor petitus, & ibi glos. in verbo ostendens, Cod. de periculo tutor.* item gloss. *in l.* 1. *in verbo, & docere potes, Cod. ad Maced.* item Bartol. *in l. si cui, §. iisdem, numer.* 2. *ff. de accusat. & ibi glos. super verbo, doceat.* Andr. Gayl *libr.* 2. *pract. obseruationum obseruat.* 48. *post numer.* 22. *vers. Probatur autem ignorantia*, & hos sic referendo declarat idem Mascard. ex aduerso allegatus *de probat. libr.* 2. *conclusion.* 88. *numer.* 3.

11 Sed in hoc crederem aduertendum, quòd fiscus non præcipuè fundat suam intentionem in ignorantia, quia etiam data scientia bonorum incorporatorum credit ad illa donationem non extendi, cùm vt suprà & aliàs fuit latè demonstratum, dicta donatio sit restricta solùm ad bona incorporata, & sic fundat se non in ignorantia, sed in scientia, in qua omnia bona Alphonsi sunt confiscata, & pars aduersa, quæ excipit de donatione, quòd comprehendat omnia bona etiam non incorporata debet probare suam exceptionem. *l. in exceptionibus, ff. de probat.* Et consequenter scientiam Pontificis, & validitatem donationis, quia vbi est ignorantia, non procedit donatio. *l. nec ignorans, C. de donat.* & gratia, in qua quis se fundat, semper verificanda & iustificanda est, aeto *consil.* 14. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. & in omnem euentum dicitur ignorantiam esse probatam per assertionem Pontificis in principio Chirographi, in quo affirmat esse captam possessionem omnium bonorum confiscatorum iuncto inuentario, in quo apparet non esse captam possessionem censuum, & pecuniarum Vrbis; prout sic arguit Paris. aliàs per me allegat. *in consil.* 20. *n.* 64. *lib.* 1.

12 Dum dicitur ignorantiam bonorum, de quibus agitur, non præsumi, nec probabilem esse ex eo quia fiscus ex sui officij debito tenebatur perquirere, & incorporare bona confiscata. Hic intrat eadem responsio, quam dedi suprà, quòd scilicet etiam data scientia donatio nō comprehendit bona non incorporata, quia est restricta tantum ad incorporata, intrà etiam alia data responsio, quòd in omni casu non esset nisi scientia præsumta, quæ non sufficit, vbi agitur de graui præiudicio. Datur & alia responsio quòd præsumtio scientiæ in fisco deducta ex eo, quòd tenetur, perquirere, & inuestigare, &c. tollitur ex alia fortiori præsumtione ignorantiæ, de qua dixi in alia informatione, quia scilicet si fiscus inuestigando inuenisset alia bona quàm incorporata, quis dubitat, quòd illa incorporasset. Hæc itaque verisimilis ignorantiæ præsumtio tollit contrariam præsumtionem scientiæ. Nam quando concurrunt præsumtio ignorantiæ, & scientiæ, illa ignorantiæ tanquam fortior tollit præsumtionem scientiæ, ex allegat. per Osas. *decis. Pedemont.* 71. *num.* 35.

Potest etiam quarto loco responderi, quòd non est 13
fiscus ille, qui donauit, sed princeps. princeps autem non præsumitur scire, quæ à suis officialibus & procuratoribus geruntur. Non enim est bona consequentia: procurator, seu officialis hoc sciuit; ergo & princeps. ita Angel. *in l. item veniunt, §. petitam il secundo, versiculo nota, quòd denunciatio, ff. de pet. hered.* Alex. *consilio* 84. *numero* 5. *lib.* 1. Nat. *consilio* 636. *numero* 190. *& seq. lib.* 3. Surd. *consilio* 38. *numero* 102. *lib.* 1. verum id, quod tollit omnem difficultatem in hoc obiecto, dato millies, quòd ex scientia officialis, ac fisci vellemus præsumere scientiam Principis, adhuc hoc argumentum, seu præsumtio non procederet nisi scientia officialis, aut fisci esset certa, non autem præsumta, quia ex præsumto, præsumtio capi non potest. Ruyn. *consilio* 29. *num.* 4. *lib.* 4. Anchar. *consilio* 302. *ad fi.* Curtiat. 271. *numero* 26. *lib.* 3.

Vndecimò, ad oppositionem de decreto Gubernato- 14
ris Vrbis, in quo absoluit Alphonsum ab omnibus pœnis in sententia contentis, & mandat cassari sententiam, & processus. Responsio est facilis, & desumitur ex ventre ipsius decreti, quod fuit factum in exequutionem, & iuxta mentem Chirographi Clementis Octaui, vt in eo expressè legitur; quare succedit conclusio, quòd verba generalia subsequentia, licèt sint prægnantia, & efficacissima, non tamen possunt continere plusquam contineat Chirographum ad quod habet relationem, vt plenè probat Hippolyt. Riminald. *consilio* 491. *numero* 51. *& sequen.* Causa enim huius decreti fuit Chirographum Clementis Octaui: ideo quæcumque verba quamuis generalia in decreto opposita restringuntur iuxta mentem Chirographi tanquam causam ipsius decreti, vt pulcrè exemplificat Ancharanus videndus *in capitulo* 1. *numero* 6. *de transaction.* vbi etiam principaliter dixit, quòd regula illa, quòd quælibet concessio restringitur ad suam causam, habet locum etiam in sententiis. refert eam, & sequitur Gabriel *libro* 6. *tit. de regul. iur. conclus.* 4. *numero* 25.

Duodecimò ad id, quod dicitur de transactione facta 15
cum Camera mediante solutione scutorum decem millium pro quibus fuerunt restituta castra, non est multum elaborandum, quia verba transactionis sunt clara, & restricta ad bona incorporata, & licèt Pontifex in narratiua dicat, quòd donauit Alphonso omnia bona confiscata. Hæc narratio cùm referatur ad Chirographum donationis, non potest plus operari, quàm ipsum Chirographum, vt sæpius fuit dictum.

Tertiodecimò, & vltimò ad fundamentum præscri- 16
ptionis, licèt Doctores quanto tempore inducatur, in varias prorupperint sententias, verior tamen & receptior est sententia, quòd in possidente cum titulo, & bona fide sufficiat præscriptio decem annorum, sine autem titulo, & cum bona fide requiratur præscriptio viginti annorum, vt videre est post alios quos allegant antiquiores apud Baldum *in tract. de præscript. in* 2. *par. quintæ partis principal. quæst.* 1. *n.* 4. *in fine*, Boss. *in tit. de bonorum public. numero* 78. Tob. Nonius *consilio* 105. *numero* 1. Eugenius *consilio* 9. *numero* 54. Peregr. *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 31.

31.32.& 36.& textus est apertus, qui cauillari non potest *in l. omnibus, ff. de diuer. & temp. præscript.* Si verò adsit mala fides in possessore prout in Alphonso, qui sciens bona sua per sententiam fuisse confiscata, & incorporata, illa indebitè retinuit, & tunc nullo tempore præscriptioné induci, relatis, & reprobatis contrariis firmat idem Peregrin. *vbi suprà, num.* 35.

17 Verùm hęc exceptio præscriptionis tollitur ex facto, supplicatur enim aduerti, quòd omnes Doctores, qui volunt ius confiscandi præscribi spatio decem, aut viginti annorum, loquuntur aut in bonis nondum confiscatis, aut confiscatis, & nondum incorporatis; quòd si bona sint incorporata, aut acquisita, prout Bulla Sixti Quinti contra auxiliatores bannitorum, eorum bona ipso facto absque alia declaratoria fisco incorporata esse statuit, & prout etiam sententia contra Alphonsum lata expressè declarauit, & tunc ad fauorem vsurpantium hæc bona incorporata non requiritur minor præscriptio quàm triginta, aut quadraginta annorum, vt bene declarat Peregrin. attestans de communi post alios Doctores, vbi suprà *eodem titulo* 8. *numero* 1. & *numero* 8. Quare ex his fiscum non esse in aliqua calumnia; prout vnus ex aduerso scribens dicere ausus fuit, sed calumniam esse sic fiscum de calumnia redarguere euidentissimè apparet.

Causa fuit expedita per compositionem satis fisco vtilem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

De pluribus præsumtionibus falsitatem arguétibus, & illam excludentibus.

SVMMARIVM.

Falsitatis præsumtiones plures explicantur, ante n. 1.
Falsitatis præsumtio non oritur ex cassatione scripturæ, quando id, quod cassatum est, legi potest, n. 1.
Notarius potest impunè corrigere erroré notorium, n. 2.
Notarius potest instrumentum à se rogatum aliena manu scriptum publicare, & subscribere, n. 3.
Comparatio litterarum in criminalibus, non solum non probat, sed nec etiam facit indicium ad torturá contra hominem bonæ famæ, n 4.
Testes recognoscentes scripturam, ex eo, quòd dicant se habere notam manum scribentis, non probant, nisi viderint scribere, n 5.
Diuersitas characteris, & scripturæ non probat falsitaté, cùm manus scribentium ex pluribus causis mutari soleant, n. 5.
Falsitatis præsumtio cessat data possibili veritate in cótrarium. n. 6
Notarius extendendo matricem instrumenti, non prohibetur clausulas in ea virtualiter contentas in instrumento apponere, & exprimere, n. 8.
Pactum de retrouendendo infra certum tépus tacitè continet, quòd post tempus expressum, vendita res redimi non potest n. 8.
Conuersatio cum delinquente non facit indicium, nisi sit assidua, & continua, n. 6.
Falsitatis præsumtio omnis cessat ex bona fama, & nobilitate, inquisiti, n. 10.
Falsitatis præsumtio excluditur ex longa possessione, num. 11.
Testis examinatus tanquam principalis, & tanquá reus non per hoc dicitur reus & principalis, si contra ipsú in processu non adsunt aliqua indicia, n. 12.
Falsitatis præsumtio excluditur ex multitudine, & pluralitate personarum, n 13.
Protocollum, seu matrix instrumentorum facit fidem quando Notarius est mortuus etiam sine signo, præsertim quando tale protocollum reperitur in Archiuio publico, n. 24.
Falsitatis præsumtio excluditur, quando non adest causa propter quam falsitas committi deberet, n. 15.
Falsitatis præsumtiones excludétes delictum præferuntur præsumtionibus falsitatem arguentibus, etiam quòd numero minores sint, n. 16.

CONSILIVM CLXIV.



IN hac fulginaten. prætensæ falsitatis percurram breuiter quæ prima facie contra D. L. vrgere videntur ex processu mihi exhibito, quem propter temporis angustiam, non exactè, & prout par erat considerare valui. Prætenditur namque cuidam protocollo, seu matrici instrumentorum q. Iosephi de Hieronymis, dum vixit Cancellarij Communitatis additum fuisse quinternum, in quo continebatur quoddam instrumentum eiusdem Iosephi falsum in eius scriptura, falsum in subscriptione, & publicatione, & etiam falsum in signo ad effectum validandi dictum protocollum, seu matricem signo carentem, in qua erant scripta nonnulla instrumenta emptionum paludum, super quibus vertitur lis ciuilis coram Illustrissimo & Reuerendissimo D. meo Cardin. Capponio. Præcipua autem contra eundem D.L. indicia, seu præsumtiones sunt infrascripta. Primò, noua cartulatio, seu numeratio foliorum totius libri cum deletione antiquorum numerorum. Secúdò diuersitas manus, & signi reperti in quinterno addito à vera manu, & signo dicti Iosephi. Tertiò, quòd in inuentario communitatis non fuerint adnotati folij albi, noua cartulatio, & diuersitas mánus, quæ in libro seu matrice prædicta, & quinterno addito respectiuè reperiebantur. Quartò diuersitas copiæ ab originali aliàs traditæ vnius instrumenti in dicto libro contenti. Quintò familiaritas L. cum Cancellario. Sextò frequens accessus Laurentij ad Archiuium Communitatis ad videndum d. dubium post motam litem ciuiliter. Septimò vtilitas quam percipere potest D.L. ex falsitate prædicta.

Ad primum de mutata numeratione nullum facit indiciú, ex quo numerus non est taliter cassatus, vt nó possit videri, nec vnquam cassatio inducit suspicionem falsitatis, quando id, quod cassatum est, legi potest, vt in casu nostro. Aym. *cons.* 37. *n.* 15. Vrsil. *addit. ad Afflict. decis. vltima, n.* 7. refert hoc, & sequitur Baiard. ad Clar. *in §. falsum, n.* 200. Add. ad Albam *cons* 224. *lit. K.* 1

Vltra quod noua cartulatio non fuit facta ad occultandum veritatem, sed ad corrigendum errorem primæ cartulationis, quæ veris numeris secundùm eorum ordinem non correspondebat, & cùm talis error esset notorius, & euidens, potest impunè corrigi. Bald. *in l. Imperator col.* 1. *vers. secunda lectura, & col.* 2. & ibi etiam Fulgos. *numer.* 2. *vers. de stat. homin.* Felyn. *in cap. ex literis, numer.* 9. *de fid. instr.* Vital. *in tract. Clausularum, in clausula de errore Notarij, §. restat videndum il* 1. *numer.* 5. *versic. si autem illis tradiderit.* 2

Ad secundum de diuersitate manus respondetur, quòd quoad scripturam tenoris instrumenti, hæc diuersitas suspicionem non inducit, quia non est prohibitum Notario instrumentum à se rogatum, aliena tamen manu scriptum, publicare, & subscribere, secundùm communé & practicatam opinionem, de qua per Roland, *cons.* 44. *n.* 29. & *seqq. lib.* 1. Osasc. *decis. Pedem.* 37. *n.* 2. *vers. contrariam opinionem.* Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 740. *n.* 15. subscriptio enim Notarij tollit suspicionem ex diuersitate manus orientem, vt per præallegatos. 3

Quo

4 Quo verò ad diuersitatem manus subscriptionis Notarij, periti super ea deponentes non solùm illam non probant. Rip. *in l. admonendi, num. 99. & seq. ff. de iureiuran.* Dec. *consil. 915. col. 2. ante med. vers. & ideo videtur.* sed nec etiam faciunt indicium vbi criminaliter agitur, præsertim contra hominem bonæ famæ. Franc. Curt. *in l. admonendi, num. 115.* & ibi etiam Purpur. *num. 187. ff. de iureiuran.* Aym. *de antiq. temp. par. 1. §. quæritur etiam in hac materia, numer. 72.* Vulpell. *consil. 135. num. 14.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 330. num. 27.*

5 Testes verò deponentes super eadem diuersitate, eo quia notam habeant scribentium manus, nec etiam probant in criminalibus, nisi viderint scriptorem tempore quo scribebat. Pur. *decisio. 1. de fid. instrum.* Paleott. *decisio. 145.* eo præsertim quia hominum manus mutantur, quandoque ratione temporis, quandoque ratione ætatis, quandoque ex qualitate atramenti, & quandoque ex qualitate calami; ita quòd non possunt testes affirmatiuè deponere aliquam scripturam manu alicuius. Authen. *de instrum. cautel. & fid. in princip. vers. videmus tamen, & ibi Glos. in verb. tempus*, vbi amplius quòd vno modo scribitur in hyeme, & alio modo in æstate, *& in verbo, non inuenimus*, vbi quòd non possunt dici omnes causæ quibus nascitur dissimilitudo literarum in diuersis scripturis eadem manu scriptis. Imol. *in cap. 2. numero 6. ante finem col. 3. & in princip. versi. & ratio iuris*, vbi refert, & sequitur Glosam *in d. verbo tempus*, Odofred. *in l. comparationes, numero 1. in fine vers certè videtur, C. de fid. instrument.* vbi dixit quòd non fuit homo, nec erit ab Adam vsque in diem iudicij, qui in scribendo formam literarum non mutaret, ex quibus sine dubio appatet quàm periculosum sit deponere scripturam aliquam non esse manum alicuius.

6 Et quoad prætensam diuersitatem signi testes non dicunt esse diuersa in pluribus, sed in aliquibus lineis parui momenti, quod facilè contingere potest in eodem scriptore facienti signum, qui vna vice ponat in signo aliquas lineaturas plures quàm in alio, prout sæpe contingere solet in signis quæ non imprimuntur, sed manu Notarij depinguntur, & sic data possibili diuersitate aliquarum linearum etiam in signo ab eodem Notario confecto, excluditur signi falsitas. Boss. *in titul. de falsis, n. 183.* Vin. *decis. 81. num. 9.* Surd. *consi. 132. n. 20.* vltra quod si rectè huius causæ iudex hanc signi diuersitatem in aliquibus parui momenti lineis considerabit, eo minus illud falsificatum iudicabit: nam si carcerati voluissent illud falsificare, vtique ad vnguem, & absque vlla linearum diuersitate falsificassent.

7 Ad tertium de non adnotatione in inuentario foliorum alborum, mutationis numerorum, & diuersitatis manus responsio est facilis, tum quia D. L. hanc manus diuersitatem, quatenus adesset, non aduertit, tum quia non erat de substantia illa adnotare; tum & tertiò quia non inferunt ad falsitatem, & præsertim quoad ipsum L.

8 Ad quartum de diuersitate copiæ instrumenti ab originali, seu matrice descripti in quinterno addito circa pactum de retrouendendo cùm in originali nō adsit pactum nisi de retrouendendo, infra duos menses, & in copia addatur, quòd hoc termino lapso pactum sit nullius roboris, & momenti; respondetur hanc diuersitatē nullam inducere falsam suspicionem, cùm id quod in copia explicat, tacitè subintelligatur in pacto de retrouēdēdo. Tiraq. *de retract. conuen. §. 1. gl. 2. intra tantum tempus, n. 49. 52.* Nec prohibetur Notarius extendere matricem addendo clausulas virtualiter & tacitè contentas in instrumento. Paul. de Castr. *consilio 361. numero 3. in fine versic. nempe tabellioni permissum est, lib. 1.* Aym. *consil. 75. numero 6. versic. quintò dico.* Martinus de Garatis *consil. crim. diuers. 82. libr. 1. in paruis.* Cephal. *consil. 88. numero 15. & seq.*

9 Ad quintum de familiaritate cum Cancellario respōdetur nihil prorsus facere, cùm iam Cancellarius non sit declaratus delinquens; vltra quod familiaritas cum delinquente non facit indicium, nisi sit continua, & stricta, Mascard. post Castren. quem allegat *de probat. libro primo, conclus. 451. num. 9.*

Ad sextum de frequenti accessu ad Archiuium non probatur in processu, nisi de vnica tantùm vice, ideo non potest dici frequens. Ad vltimum de vtilitate, quam verisimiliter Laurentius reportare potuit ex prætensa falsitate, retorquetur in contrarium, vt mox dicam. Verùm ad fauorem Laurentij vrgent plura, quæ illius innocentiam vndique præseferunt, & primò eius bona fama, & nobilitas, quæ omnem falsitatis suspicionem, & præsumptionem tollit. Foller. *in pract. crim. in verb. item quòd commisit falsitatem, num. 78. & n. 92.* Bertazzol. *consil. 571. n. 18.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsum. 20. n. 5. & n. 44.* Hippol. Rimin. *cons. 58. num. 32. & seq.* & alibi passim, & communiter Doctores. 10

Secundò concurrit, quòd Domini de Iacobillis iam diu sunt in possessione illorum bonorum, de quibus in instrumentis de quibus agitur, quæ longa possessio pariter falsitatis suspicionem tollit, Aym. *cons. 65. num. 1.* Foller. *in d. verbo, item quòd commisit falsitatem, n. 26.* Menoch. *de præsump. d. præsumpt. 20. numer. 56.* Bertazzol. *consil. 398. num. 10. & seq. & ibi in addit. litera D*, alij referuntur concordantes. 11

Tertiò non est paruifacienda depositio Sixti, qui omnia ad eius præsentiam, & de eius consensu gesta fuisse affirmat, & omnem prorsus excludit falsitatem, qui quidem Sixtus non potest negari, quin sit testis Curiæ, & sic plenè probet contra Curiam, licèt à iudice, & non à iure nì fallor fuerit reus reputatus; nulla enim prorsus suspicio, nullúmque indicium ex processu contra ipsum colligitur, est senex ferè septuagenarius, nullum habet interesse in causa, & approbatus ac deputatus electus à communitate aduersaria, ideo non est curandum de modo, seu forma sub qua fuit examinatus, & constitutus, sed de veritate rei, & effectu, *l. 3.* & ibi Bald. *C. de instit. & subst. & l. quoties, §. si quis nemem*, & ibi Imol. *ff. de hered. instituen.* cum alijs in proposito per Bertazzol. *consil. 124. numer. 4. lib. 1.* 12

Quartò succedit, quòd si falsitas hæc commissa fuit (prout non fuit) vtique in ea committenda fuerunt quatuor personæ, quod quàm verisimile sit subornare tres homines ad falsitatem committendam, optimè Illustrissimi Domini mei Cardinales iudicabunt, & propterea eam nō esse commissam omnino præsumendum est, prout in his terminis dixerunt Foller. *d. verbo, item quòd commisit falsitatem, n. 8. & n. 94. versic. sextò cessat præsumptio*, Aym. *consilio 75. numero 19.* Iacob. Port. Imolen. *cons. 95. num. 13. vers. quinta coniectura.* Franc. Bec. *consil. 78. num. 21. & seqq.* Surd. *cons. 132. num. 20. ad finem, & num. 21. & seq.* 13

Quintò & vltimò, & nunc respondeo ad assertam vtilitatem, quæ prætenditur, quod D. L. reportare ex hac falsitate potuisset, retorquendo, vt dixi, hanc præsumptionem contra Communitatem, prætenditur hæc falsitas à D. L. commissa ad effectum conualidandi fidem protocolli, seu matricis illius Notarij, non habentis signū, & hæc asserta causa nullo pacto vera est, cùm Notarij præsertim mortui matrix, seu protocollum etiam sine signo fidem facit, Aymon. cum allegatis per eum *consil. 158. numero 7. versicul. similiter videmus*, cum aliis per Neuizan. *consil. 24. numer. 5. & seq.* vbi testatur de magis communi & practicata opinione, præsertim quando matrix, seu protocollum Notarij reperitur in Archiuio publico, cùm tunc plenè probet etiam quòd careat solemnitatibus requisitis. Caputaq. *decis. 3. num. 10. par. 2.* cum alijs per Aym. *de antiq. tempor. p. 1. sectione, quarto limitatur, num. 1. & seq.* 14

Quare cessante causa, propter quam communitas falsitatem esse commissam prætendit, cessant eiusdem falsitatis omnes præsumptiones, & indicia. Bertazzol. *consil. 8. numero 4. libro 1.* vbi quòd non præsumitur quis velle committere falsitatem, quando sine ea potuisset obtinere illud idem, quod obtinuit cum falsitate. Iacob. Port. Imolen. *consilio 95. num. 14. versicul. sexta coniectura*, vbi pariter, quòd excluditur omnis falsitatis 15

præsumptio

j ... ctitutio, quando sine falsitate poterat quis consequi illud, quod prætenditur consequi voluisse cum falsitate. Gab. *consilio 169 num. 11. lib. 1.* Honded. *consilio 96. num. 60. lib. 2.*

56 Ex quibus concludendum arbitror nullas contra D. L. vigere falsitatis præsumtiones, & quatenus aliquæ vigerent, eas omnino fuisse sublatas per prædictas contrarias præsumtiones, imò euidentes probationes ex illa vera, & communi conclusione Doctorum volentium, quòd præsumtiones non falsitatis excludant falsitatis præsumtiones, etiam quòd pauciores & leuiores sint, secundùm Innoc. *in cap. inter dilectos, numero 3.* & ibi communiter omnes Canonistæ *de fid. instrum.* Boss. *in tit. de fals. numero 134.* Bertaz. *consilio, 521. num. 7. & seq.* Gabr. *consilio 169. num. 4. in fi. lib. 1.* & propterea prædictum D. L. omnino liberandum, aut saltem cum aliqua cautione bene visa Illustrissimis DD. meis habilitandum, de quo supplicatur.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Latè discutitur an, & quando Notarius recipiēs fideiussorem non idoneum teneatur de suo proprio. quando fideiussor dicatur idoneus, non possidens præsertim bona stabilia in loco iudicij, sed alibi in eadem, vel diuersa prouincia, & quando etiam possit contra Notarium procedi non facta discussione fideiussoris an sit idoneus néc ne.

SVMMARIVM.

Fideiussor dicitur idoneus si possidet bona stabilia extra locum iudicij, suppositum tamen iurisdictioni Iudicis, coram quo fuit præstita fideiussio, n. 1. contra n. 2. declara vt n. 3. & seqq. omnibus, vbi latè hæc materia pertractatur.

Fideiussor, vt idoneus dicatur debet bona stabilia possidere in loco iudicij, & non extra illum, n. 2. vbi de magis communi. & n. 3. & seqq. vbi latè disputatur de veritate huius conclusionis, declaratúrque quando habeat locum, & quando non.

Fideiussor dicitur idoneus si possidet bona stabilia in Prouincia illius loci, in quo fideiussit, secus si extra Prouinciam, n. 3. Quod an verum sit, & quando, n. 4. & omnibus seqq. in discursu, vbi plenè declaratur materia.

Prouincia vnius appellatione, an veniat tota Italia, an verò illa solùm, quæ stat sub vno præside, n. 4. & n. 48. vbi an totum Regnum Neapolis dicatur vna Prouincia, & n 43. & 53. & seqq. & n. 89.

Fideiussor idoneus non dicitur etiam, quòd possideat bona stabilia in eadem Prouincia in qua fideiussit, nisi etiam dicta stabilia bona sint vicina loco iudicij, n. 5. & seq. vbi ad istum effectum, quando locus dicatur vicinus. Declara vt num. 79. & 91.

Locus dicitur vicinus etiam si distet per centum millia, ria, vltra autem centum milliaria locus non dicitur vicinus, n. 6. contrà n. 26.

Fideiussor idoneus non dicitur nisi possideat stabilia in territorio eiusdem ciuitatis, vbi vertitur iudicium, num. 7.

Fideiussor an sit idoneus, & quando, iudicis arbitrio remissum est, n. 8. Declara, vt n. 80.

Fideiussor recipi etiā potest de mandato iudicis, n. 8.

Dolus præsumitur in eo, qui aliquid facit, quod ad suū officium non spectat, n. 8. in fine.

Fideiussor, ad hoc vt dicatur idoneus, non solùm debet esse subditus iurisdictioni iudicis, coram quo præstatur fideiussio, sed etiam debet esse talis, ex contra eū faciliter posset fieri exequutio, n. 9.

Excussio fideiussoris non est facienda quando fideiussor possidet bona in loco remoto, vel in quo exactio non est facilis, vel quando principalis est absens, & latitat, quæ omnia iudicis arbitrio remittuntur, n. 10. & 11. vbi quòd nec pariter excussio requiritur, quando proceditur summariè sola facti veritate inspecta, & manu regia, ad quæ vide etiam n. 14 & seqq. & n. 24. & seqq. & n. 27. & n. 31. & omnibus sequen. in discursu.

Subscribens non dicitur approbare contenta in scriptura ab ipso scribente ignorata, & in scriptura non expressa, n. 13.

Notarius si recipit fideiussorem non idoneum, non tenetur de suo nisi in subsidium, n 13. & 15. & n. 24. 63. 65. & 95. & propterea non potest conueniri, nisi prius facta discussione bonorum ipsius fideiussoris, quod an verum sit, & quando, vide n. 10 11. 14. 24. & seq. 27. 29. 31. per totum consilium in discursu.

Excussio facienda est etiam contra obligatos absentes & non solùm extra locum iudicij, sed etiam extra Prouinciam, quando non est difficilis, n. 14. & 24.

Fideiussor quilibet, & præsertim fideiussor indemnitatis, qui propriè fideiussor non dicitur, potest se tueri beneficio ordinis per excussionem contra suos principales, n 15.

Excussionis beneficium competit in bonis vbicunque sitis, etiam extra Prouinciam iurisdictionem, n. 17. & 24. 27 29. 31. 64. & 96.

Excussionis beneficium non denegatur propter omnem difficultatem, sed tantùm per eam, quæ est euidens, magna & probabilis, n. 18. vbi ponitur exemplum huius magnæ difficultatis, & n. 19. 25. 31 68. & 81.

Excussionis beneficium non denegatur, etiam quòd is qui excutiendus est, Princeps sit, dummodo non sit tyrannus, num. 19.

Excussionis difficultas non consideratur contra subditos, num. 20.

Fideiussor præstandus ex causa necessaria, non autem voluntaria dicitur idoneus, si possideat bona stabilia extra locum iudicij, n. 22. 23. 60. 67. 73. & seq. & n. 47. 90.

Fideiussor etiam minus idoneus recipiendus est quando principalis per se ipsum est valde diues, n. 23.

Notarius non tenetur de suo proprio, recipiendo fideiussorem minus idoneum, quando principalis est diues, num. 23.

Fideiussor dicitur idoneus, etiam quòd sit forensis, soluendóq; sit, num. 23.

Fideiussor in criminalibus præstandus, præstari debet in loco iudicij, & non alibi, num. 16. 30. 35. 61. & 72.

Præsumtiua probatio non sufficit, quando agitur ad pœnam, n. 36.

Fideiussor citandus est, quando fit discussio bonorum principalis debitoris, n. 37.

Notarius præsumitur fecisse omnia ad quæ pro actus validitate tenebatur, n. 88.

Ignorantia iuris dubij excusat sicut ignorantia facti, præsertim vbi agitur de damno vitando, n. 93.

Notarius recipiens fideiussorem non idoneum, excusatur & non tenetur de suo, vbi aliqua rationabili causa illum recepit, n. 94.

CON-

CONSILIVM CLXV.

1 EX aduerso scribentium multitudo ab aduersario procurata, sicut ab infirmo, qui malè se torquens in lecto Medicorum multitudinem conuocat, non deterruit me à defensione iurium fisci, quæ adeò potens est, vt in quamcumque voluam partem eam clariorem reddi conspiciam, Et licèt multa contra fiscum profundantur, vnanimiter tamen ijdem scribentes maximam vim faciunt in eo quòd possidens stabilia extra locum iudicij, suppositum tamen iurisdictioni iudicis, coram quo fuit præstita fideiussio, idoneus dicatur, secundum Iacob. de Areti. in l. sciendum, §. possessor. & ibi etiam Petr. de Bellaper. Cyn. Bart. Angel. Bald. Fulg. Ias. & Socin. ff. qui satisd. cog. Ioan. Fabr. in §. sed hodie, n. 5. Instit. de satisdat. Roderic. Suarez in tit. delle ampliationes, §. vlterius, n. 2. vbi testatur de communi.

2 Hoc fundamentum tollitur pluribus modis. Et primò respondetur veriorem & magis communem Doctorum sententiam esse contrariam, quòd scilicet ad hoc vt fideiussor idoneus dicatur, debeat omnino in loco iudicij, & non extra stabilia possidere, & pro ea adducitur tex. clarus, & apertus in d. l. sciendum, §. possessor. ff. qui satisdar. cog. n. vbi Iurisconsultus facta conclusione, quòd qui stabilia possidet à satisdandi onere releuatur, subdit per hæc verba, Possessor autem is accipiendus est qui in agro vel in ciuitate rem soli possidet, & ibi glos. in verbo, qui in agro exponit, idest, in villa, & ibi hoc expressè adnotarunt Bal. n. 2. in fi. ver. s. extra glos. quare. Ang. n. 8. in fi. in vltimis verbis. Paul. de Cast. n. 1. & n. 3. in fi. & Ruinus n. 1. vbi quòd ita tenent Doct. & est glos. ordinaria in l. fin. in ver. cautionem, in fi. C. de princ. agen. lib. 12. vbi Luc. de Penna col. 2. in fi. n. 4. ad med. in verb. moueantur, vers. post ep. sim. gl. Bar. n. 1. Io. de Platea n. 2. vers. tertiò nota, & Rebuf. n. 1. idem Bal. in l. si fideiussor, §. si necessaria, ante n. 1. ff. qui satisd. cog. & in l. qui crimen, n. 11. C. de his qui accus. non poss. Paul. de Castr. in l. plures fundias, n. 3. in fi. Firmian. in repertor. in ver. fideiuss. idoneus, n. 1. Marsil. in rub. de fideiuss. n. 247. quare demtis ex prima opinione Petro de Bellem. Bar. Bal. Ang. & alijs nonnullis qui non sic clarè prout ex aduerso præsupponitur illam firmant, facilè apparebit hanc vltimam sententiam magis communiter receptam esse, sicut & veriorem negari non potest, cùm habeat pro se tex. apertum in d. §. possessor. & auctoritatem glosæ, tam in eadem §. possessor. quàm in d. l. final. Cod. de princ. agen.

3 Respondetur secundò quòd admissa sine veri præiudicio prima opinione, adhuc illa hanc communem recipit declarationem, dummodo scilicet bona, quæ possidentur, sint in eadem Prouincia, secus extra eam. verba sunt clara tex. in l. si fideiussor. §. si necessaria, ibi, in alia Prouincia ciuitate, ff. qui satisd. cog. & ibi hoc expressè adnotarunt Ang. n. 1. Soc. n. 1. & n. 5. post med. Ias. in prin. & n. 8. ver. puto contrarium, & Iac. de S. Geor. in prin. & communiter etiā hoc admittitur à Doctoribus contra fiscum allegatis pro prima opinione. vt videre est apud Cyn. in d. l. sciendum, §. possessor. n. 24. post med. ver. at vbi est in loco remoto. Alex. n. 1. vbi quòd ita seruatur in præstatione fideiussoris. Fulgos. n. 9. & Iacobin. de Sancto Georgio n. 2. Hering in tract. de fideiussor. c. 14. n. 25.

4 Et hæc conclusio, sicut non habet contradictorem, ita etiam admittitur ab omnibus ex aduerso scribentibus, quorum vnus difficultatem sentiens quærit illam superare dicendo, quòd omnis Italia reputatur pro vna Prouincia: sed responsio est facilis, quòd in casu, & ad effectum de quo agitur vnica Prouincia reputatur ea quę stat sub vno Præside, vbi enim ciuitates sub diuersis præsidibus constitutæ sunt, tot reputantur Prouinciæ quot sunt ciuitates, & ita loquitur Soc. ex aduerso allegatus in d. l. sciendum, num. 13. ff. qui satisd. cogan. dum dixit sufficere quòd quis possideat bona stabilia sub eodem Præside, & expressè etiam declarat Angel. in l. hodie, §. tutor, ff. eodem tit. qui satisd. cogan. vbi in proposito pro vna Prouincia ponit exemplum in Marchia, pro alia explicat Prouinciam Romandiolæ, & pro alia Prouinciam Matrimonij. Alex. consilio 57. numer. 5. ver. sed dubium faciat, lib. 3. & ante istos Bart. in l. 1. numero 4. versiculo circa tamen, C. de metrop. lib. 11. idem Bart. in l. nationem. vbi etiam bene exemplificat in Prouincia Tusciæ, & Marchiæ, & ibi etiam Alciat. in §. continentes, in fi. ff. de ver. sign. notant communiter Doct. in l. fi. & ibi præsertim Alber. numero 2. & Cyn. numero 5. C. de præscript. long. temp. est tex. in l. si eadem, de ff. offi. assessor. & nouissimè Hering in tract. de fideius. c. 14. numero 53.

5 Respondetur tertiò quòd non sufficit possidere bona stabilia in eadem prouincia nisi etiam eadem bona existant in loco vicino ipsi loco iudicij, sic enim admittunt communiter omnes Doctores, & etiam illi qui pro cōtraria allegantur opinione, vt videre est apud Cyn. in l. sciendum, §. possessor, num. 24. ff. qui satisd. cog. & ibi etiam Bar. num. 1. in fi. Alb. sub num. 8. Ang. num. 8. in fi. Paul. de Cast. num. 3. etiam in fi. Fulg. num. 10. Alex. num. 1. Rom. n. 7. ver. ponamus quod quis possideat. Soc. num. 12. & Iacob. de S. Geor. n. 1. & seq. idem Bar. in l. de die, §. videtur. num. 1. ver. hoc tamen intelligo, ff. eod. Ant. Hering in tract. de fideius. c. 14. n. 33.

6 Et hæc cōclusio sicut pariter contradictorem non habet, ex aduerso scribentes illam admittunt, solùm contendunt Bononiæ ciuitatem dici vicinam vrbis Romæ, quod quam verum sit docet gl. ex aduerso allegata in l. 4. §. si tam vicinum, ff. de dam. infect. vbi dixit locum dici vicinum etiamsi distet per cētum milliaria, quasi pro firmo teneat quòd si distat vltra centū milliaria non possit dici locus vicinus, & tamen illa glos. in eo quod credidit dici locum vicinum distantem per centum milliaria, est communiter reprobata, cùm verius sit locum dici vicinum, & non vicinum iudicis arbitrio, prout bene deducit ex aduerso scribens ex Alexandro, & Menochio in locis per eum allegatis, & cùm Bononia distat ab Vrbe per milliaria ducentum, certissimum est non posse dici vicinum.

7 Imò in terminis quando agitur de fideiussore præstando extra locum iudicij, quod tunc vt idoneus reputetur, debeat possidere immobilia in territorio eiusdem ciuitatis vbi vertitur iudicium, declarat Paul. de Castr. in l. sciendum, num. 3. in fi. & in l. si famil. extrà numero 3. in fi. ff. qui satisd. cogan. Angel. in eadem l. sciendum, numero 8. in fine, & Roderic. Suarez ex aduerso allegatus in tit. de los emplazamentos, §. vlterius quæritur, numero 2. nec ex aduerso negatur. Quòd autem Bononia non possit dici in territorio vrbis Romæ, omnes sciunt.

8 Respondetur quartò quòd licèt non possidens stabilia in loco iudicij admittatur ad satisdandum in alio loco supposito iurisdictioni eiusdem iudicis. Hoc tamē intelligitur si ipsi iudici visum fuerit; iudicis enim arbitrio remissum est, an præstandus fideiussor sit idoneus. Bald. in l. sciendum, numero 2. ante medium, versiculo & hoc crede verum, & ibi etiam Angel. numer. 3. versiculo & hoc totum est committendum, iudicantis arbitrio, idem Angel. in l. si verò. §. qui pro rei, num. 5. ff. eodem. Io. de Platea in l. fin. num. 3. & ibi etiam Rebuff. numero 4. in 2. notab. C. de princip. agen. lib. 12. Caspar. de statut. Mediolanen. par. 1. cap. 44. nu. 20. & in hoc requiritur etiam aliqua causæ cognitio, prout bene aduertit Ant. Hering in tract. de fideiussor. cap. 14. post numerū 32. & est tex. in l. si fideiussor, §. si necessaria, in illis verbis, potest audiri, & in alijs verbis, in alium locum remittitur, & in l. de die. §. iubetur, ibi. Quam municipium remiserit, ff. qui satisd. cogan. Quæ verba non ad Notarium, sed ad iudicem diriguntur, vt in dictis iuribus notant communiter Doctores, & communiter etiam practicatur, vt notum est, quòd quando iudex arbitratur recipiendum esse in fideiussorem aliquem de partibus, solet facere particulare decretum, & tunc Notarius illum recipit. Verùm quòd ex se ipso Notarius possit facere hoc, monstruosum est, & faciendo non solùm est in culpa, sed etiam videtur esse in dolo, cùm faciat id quod ad suum officium non spectat. l. si procuratorem, §. ignorans, ff. mand. Aym. cons. 115. n. 2. Decio cons. 561. n. 18. & n. 44. lib. 1. & alibi passim, & communiter Doct.

Resp

9 Respondetur quintò non esse verum in facto, quòd Auditor Cameræ habeat iurisdictionem in ciuitate Bononiæ, nec sequitur, mandata relaxata in Vrbe vigore Cameralis obligationis possunt exequi in ciuitate Bononiæ. Ergo fideiussor sub obligatione Camerali receptus idoneus est si in eadē ciuitate stabilia possidet. Ponamus enim quòd Romæ sub Camerali obligatione fuerit receptus fideiussor multa possidens stabilia in ciuitate Auenioni, in qua etiam mandata Auditoris Cameræ exequutioni mandantur, non per hoc tamen quisque sani capitis iudicabit illum esse idoneum fideiussorem propter loci distantiam, & difficultatem exactionis; cùm ad hoc, vt fideiussor dicatur idoneus non solùm debeat esse subditus iurisdictioni illius iudicis coram quo præstatur fideiussio, secundùm lecturam ex aduerso scribentium, sed etiam debeat esse talis, vt contra eum faciliter possit fieri exequutio, facilísque possit esse exa-* ctio, prout est text. & ibi communiter omnes notant *in leg. 2. ff. qui satisd. cogan.* & in his terminis de fideiussore præstito extra locum iudicij etiam sub iurisdictione eiusdem iudicis, scripsit Bart. *in l. sciendum, §. possessor, versi. ut quod intelligo*, & ibi etiam Roman. *numero 7. versic. ponamus.* Socin. ex aduerso allegatus *numero 12. versicul. dum tamen actori consultum sit.* Bald. *in leg. sententiam, in fin. C. de fideiussor.* idem Bartol. *in l. de die, §. iubetur, ff. qui satisd. cogan.* qui omnes Doctores ad effectum vt fideiussor extra locum iudicij dicatur idoneus, non solùm requirunt quòd contra ipsum possit fieri exequutio, sed etiam, quòd facilis possit hæc exequutio fieri, facilísque inde possit sequi exactio: quantum autem in ciuitate Bononiæ sit difficilis exequutio, & exactio, bene sciunt creditores DD. de P.... quorum bona iam per duos annos posita sub hasta nullum inueniunt oblatorem.

10 Ex his quinque responsionibus, quarum singula sufficiens est, sit sublatum aduersarij fundamentum de fideiussione præstanda extra locum iudicij suppositum iurisdictioni iudicis, coram quo fideiussio præstatur. Quæ de excussione facienda extra territorium ex aduerso deducuntur, vltra quod non procedunt, quando locus est remotus, & quando ibidem exactio non est facilis. Gabr. *tit. de fideiussor. concl. 1. num. 61. lib. 3.* Thesaur. ex aduerso allegatus *decis. 40.* Suarez pariter ex aduerso allegatus *tit. de los empl. et amentos, versicul. vlte im creditur, n. 4. & 5.* Franc. *de fideiussor. cap. 5. n. 273. & seqq.* Anton. Hering *in tract. de fideiussor. cap. 27. num. 263.* vbi id totum iudicis arbitrio remittit. item etiam non procedunt quando principalis est absens, & latitat, prout in casu nostro Guid. PP. *q. 570.* Gabriel *tit. de fideiussor. concl. 1. n. 46. & 47. & 61. lib. 3.* Franch. *d. c. 5. n. 331.* Anton. Hening *de fideiussi. c. 27. n. 262. & seqq.*

11 Adhuc in proposita facti specie non est tractandū de aliqua excussione, quia nec etiam procedūt quando prout in casu nostro tam vigore commissionis, quàm facultatum Auditoris Cameræ proceditur summariè, sola facti veritate inspecta, & manu regia. Gabriel *d. concl. 1. n. 66. & num. 95.* vbi præsertim quando causa est criminalis. Anton. Hering *d. cap. 27. num. 288. & seqq. & num. 293. & seq. & num. 316.* vbi etiam quando causa est criminalis, fideiussórque fuit receptus ab aduersario sine iudicis mandato sine consensu fisci, & propterea quæ dicuntur de excussione facienda contra debitorem principalem receptum de consensu patris, non sunt trahenda ad fideiussorem receptum parte dissentiente, & contra iuris dispositionem, vt ex aduerso allegatis apparet.

12 Nec verum est, quòd fiscus subscribendo mandatum de relaxando D. N. sub fideiussione in actis præstita censeatur ipsam fideiussionem approbasse. Nam in man-* dato nulla fiebat mentio quòd in fideiussorem fuisset receptus D. Flephantutius, ideo ignorans fiscus personam fideiussionis subscribendo mandatum non videtur illum acceptasse, prout in his terminis notant communiter Doctores *in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* & præsertim Cyn. *num. 6. colum. 2. versic. primo casu.* Bald. *numer. 1. eadem colum. 2. in princ. eodem versi. primo casu.* Alberic. etiam *numero 2. & pariter col. 2. in princ. versiculo alij dicunt.* Odofred. *concl. 2. in princ. versi. vel dicatis*, & Paul. de Castr. *n. 2.* Quare supplicatur pro relaxatione mandati.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa primum responsum contra fiscum, incerti scribentis.

13 NOtarius qui recipit fideiussorem non idoneum non tenetur nisi in subsidium, sic nec magistratus, vt est tex. *in l. 1* & ibi Salicet. *in princ. & in 1. notab. C. de magistr. conuen.* vbi notat quòd primò sunt discutienda omnia bona, & subdit quòd prius debent reuocari in fraudem alienata, nec tenetur quando principalis est soluendo, Paris de Put. *in tract. syndicatus, in verbo fideiussor officialium, numero 3.* & in puncto D. Farinacius *in tractat. de carceribus & carcerat. q. 93. n. 91.*

14 Excussio autem est facienda etiam contra obligatos absentes, & non solùm extra locum iudicij; sed etiam extra prouinciam, quando non est difficilis. Bald. *in l. fin. §. sed si. numero 8. versiculo sed pone, ff. si cert. pet.* Angel. *in Authen. de fideiuss. §. sed neque, numer. 4.* Papien. *in prax. in forma respon. libell. hypothec. in verbo exceptione, numero 15.* Alex. *consil. 84. numero 11. & 12. vsque in finem vol. 3.* Neguf. *de pignor. prim. membr. 8. par. 8. numero 42.* Marsil. *singul. 220. incip. fideiussor.* Puteus *decis. 191. numero 2. l. 1.* quæ non potest in proposito reputari difficilis, cùm non sit extra Prouinciam, sed sub eodem Principe. Et ideo hodie non potest vexari Notarius nulla præcedente excussione contra principalē, & fideiussorem qui in omnem casum non potest cōueniri exequutiuè, sed ordinariè, iux. *tit. C. de magistr. conuen.*

15 Si enim quilibet fideiussor potest se tueri ex beneficio ordinis per excussionem contra suos principales, *Auth. præsentes, C. de fideiuss.* quanto fortius est firmandum in fideiussore indemnitatis, qui in subsidium tantùm teneatur, & propriè non dicatur fideiussor, vt bene considerauit Castr. *in consilio 239. numero 1. lib. 1.* Ias. *in l. cum filiusfamilias. §. si stipulatus, de ve b. obligat.* Magon. *decis. Flor. 45. numero 1. & seq.* & prout dicitur iste Notarius Auditoris Cameræ, qui tantùm tenetur in defectum Lambertini, & eius fideiussoris, & in subsidium Iul. Clar *q. 46. numero 12. versi. sed certè*, & Farinac. *in q. 33. numero 91. in fine.* vbi ad literam dicit hoc non habere difficultatem, vt si fisco succursum sit alia via in bonis principalis, Notarius non teneatur.

16 Nec obstat si dicatur, vt audio ex parte fisci huiusmodi qualitatem idoneitatis esse respiciendam in loco iudicij, & sic cum dd. principalis, & eius fideiussor in proposito hîc in Vrbe bona non possideant, ideo ex abrupto fiscus omisso ordine excussionis possit deuenire ad exequutionem contra Notarium, forsan per autoritatem eiusdem Iul. Clar. *in d. q. 46. numero 13.* quoniam Iul. Clar. hoc non dicit, sed tantummodo firmat, quòd non delegatur, neque committatur alteri loco receptio fideiussionis, sed dari debeat in loco iudicij, prout bene tradit Afflict. quem ipse allegat *super 2. parte constitut. Regni, rubr. 10. n. 6.*

17 Minúsque est verum, quòd isti possidentes tot bona in ciuitate Bononiæ non dicantur idonei, quamuis hîc in Curia nihil habeant, vt Notarius non possit modò suffragari ex d. beneficio excussionis, quia inuenio quòd doct. in pūcto tenent, vt huiusmodi beneficiū excussionis competat fideiussori in bonis vbicumque sitis, etiam extra Prouinciam, & iurisdictionem, vt post Iacob. de Arena firmat Angel. *in Authen. de fideiuss. §. sed neque, num. 4.* latè Alex. *consil. 84. num. 11. cum pluribus seq. vol. 3.* Marsil. *sing. 220.* & latè Decian. *respons. 37. num. 42. vol. 2.* omnino viden.

18 Nec omnis difficultas remouet excussionem, sed illa tantùm, quæ est euidens, magna, & probabilis, vt in terminis post glos. Angel. Imol. Alex. & Dec. bene declarat Decian. *in d. respon. 37. num. 44.* & ponit exemplum, si bona

principalis forent castra expognatu difficilia, vel si principalis esset valde potens, & rixosus, ita quòd non sine maxima difficultate ab eo possit fieri exactio, & Franc. Cremen. *in singul.* 44. loquitur quando principalis esset Castellanus alicuius castri, vel fortelitij.

19 Immo si bona essent in alieno territorio, & Princeps cui dicta bona subiacent non esset tyrannus, sed Princeps iustus, non poterit fiscus allegare difficultatem excussionis. Roma. *singul.* 641. qui loquitur in fortioribus terminis in Principe debitore, qui præstauit fideiussionem, vt fideiussor etiam tueatur, vt bona eius fisci excutiantur, & ibi firmat, ita obtinuisse, idem Roman. *in consi.* 93. *num.* 3. *& seqq.* & ibi Mandos. *in littera D. in fine.* vbi testatur cum Roman. extare com. opin. & ibi alios concordantès allegat, & latè Decian. *in d. respons.* 37. *num.* 46. omnino vidend.

20 Ideo non video, quomodo fiscus modò possit dicere quòd adsit difficultas excussionis contra istos Labertinum & Lesantutium bona possidentes in statu ecclesiastico, & subiacentes iurisdictioni immediatè A.C. prout subiacent illi qui bona in Vrbe possident, & ob id non posse aliquo modo considerari illam euidentem magnã ac probabilem difficultatem à Doct. supra contrarium allegatis requisitam, & quod contra subditos non detur difficultas excussionis post Marcombrun *in consil.* 28. in terminis firmat Petr. Surd. *cons.* 309. *num.* 1. *vol.* 3. & Farinacius mer *in d. q.* 33. *n.* 52. *vers. & secus credo*, & latè in terminis nostris Rimin. Iun. *cons.* 482. *num.* 22. *& seq.* qui loquitur in fideiussore carpi supposito ciuitati Ferrariæ.

In eadem causa secundum responsum contra fiscum.

21 NOn tenetur D. Octauius Cellius de suo proprio ad summam in fideiussione contentam per eum receptã de qua agitur. Primò quia plurima bona immobilia iste fideiussor possidet in ciuitate, & agro Bononiensi longissimè excedentia valorem dictæ fideiussionis, quare non debet censeri non idoneus etiam quòd nulla bona stabilia possideret in Vrbe, & sic in loco iudicij, sicut ad hoc, vt quis releuetur ab onere satisdandi, sufficit quòd possideat immobilia in Prouincia propinqua, licèt non in loco iudicij: prout de mente Doct. declarat Bart. *in l. sciendum.* §. *possessor. lib.* 2. *qui satisdare cog.* multo ergo magis cùm ciuitas Bononiæ sit in eadem Prouincia Italiæ, & sub iurisdictione nedum eiusdem Principis, verumetiam eiusdem iudicis ab eodem Principe delegati, ac etiam Auditoris Cameræ respectiuè exequutoris harum obligationum Cameralium sufficit etiam, vt quis possideat immobilia sub eadẽ iurisdictione, licèt non in loco iudicij, vt per Io. Fabr. *in* §. *sed hodie, in tit. de satisd.* & est communis opinio, vt per Roderic.
* Suarez *in tit. de los emplaz. iamentos*, §. *vlterius quæritur, n.* 2.

22 Cùm enim iste fideiussor sit præstitus ex causa necessaria, non autem voluntaria, voluntarièque possideat immobilia extra locum iudicij, sicut certum est quod &
* ipse præstari poterat etiam extra locum iudicij. *l. si fideiussor*, §. *si necessaria*, vbi Bart. Bal. Alex. Iason ac communiter Doctor. *ff. qui satisd. cog.* Gomez *var. resolut. tom.* 2. *tit. de fideiussor. num.* 6. & præsertim quia iudicium istud primo loco cœptum fuit in ciuitate Bononiæ, & successiuè per principalem in Vrbe delegatum, quare sicut si in prima instantia fuisset ista cautio præstanda, satis fuisset illam præstare in ciuitate Bononiæ, vel dando fideiussorem ibidem possidentem stabilia, idem etiam est dicendum in secunda, seu vlteriori instantia, quæ in locum prioris subrogatur. *l. si eum*, § *qui iniurians*, *ff. si quis caut.* ac bene faciunt tradita per Abb. *in cap.* 2. Aon. *num.* 32. *vers. & hæc opinio de mutua.*

23 Accedat quòd D. N. principalis, qui præstitit istam fideiussionem, est etiam ipse valde diues, ideo non requiritur quòd fideiussor esset idoneus, Alex. *in l.* 2. *num.* 4. *ff. qui satisd. cog.* & quando principalis est diues, non tenetur Notarius, qui recepit fideiussorem minus idoneum, Paris. *syndic. cap.* 3. *incip. si iudex maleficiorum, numero* 5.

24 Et licèt Notarius, qui accepit fideiussorem minus idoneum, teneatur de suo, tamen hoc est verum in subsidium, & quando alicui indemnitati partis consuli non potest, iuxta terminos § *sciendum, Instit. de satisdat. tut. & l.* 2. *& toto titulo, & C. de magistr. conuenien.* prout in his terminis loquuntur Amod. Paris de Pur. & alij omnes Doctores, qui ex aduerso allegantur, & allegari possint: sed quando quis tenetur in subsidium alterius, nunquam potest conueniri, nisi priùs per iudicem fiat discussio bonorum eius in cuius subsidium tenetur, vt per Socin. sen. *consil.* 55. *num.* 2. *vol.* 1. Dec. *in l. final. in princip. num.* 3. *& seqq. ff. si cert. pet.* in tantum, vt proinde requiratur sententia declaratoria, iuxta communem Doctorum sententiam, vt per Corn. *cons.* 93. *num.* 7. *cons.* 215. *num.* 3. cum concordantibus ibidem allegatis per addentes, & quòd in istis terminis antequam peruenire possit aduersùs Notarium, qui accepit fideiussorem non idoneum priùs fieri debeat discussio bonorum tam ipsius principalis, quàm fideiussoris, est tex. apert. *in l. aduersùs nominatum, Cod. de magistr. conuenien.* & quòd huiusmodi discussio fieri debeat etiam de bonis sitis in alio territorio, quia vbicumque quis habeat bona soluẽdo dicitur. trad. Iacob. de Arena *in tract. excuss. num.* 6. Bened. de Plumbin. *in tract. de excuss. num.* 7. etiam quòd bona sint extra iurisdictionem illius Principis, Alex. *consil.* 84. *n.* 12. *lib.* 3. Decian. *cons.* 37. *num.* 42. *lib.* 2. multo ergo magis quando sunt sub iurisdictione eiusdem Principis, quia tunc nulla subest difficultas: vt per Rebuff. *in l. si ita stipulatus.* §. *vndecimò debet, ff. de verb. oblig.*

25 Non obstat quòd ex aduerso dicatur de potentia istorum, contra quos fieri debet discussio, & de difficultate illos in partibus conueniendi. Quoniam vltra quòd de prædictis non constat, respondetur etiam quòd non omnis difficultas remouetur excussione, sed tantũ quæ est probabilis, & maxima, veluti quando bona discutiẽda essent sub aliena iurisdictione, ac subdita alicui tyranno, à quo non possit sperari iustitiæ complimentum, vel essent castra expugnatu difficilia, vt declarat Decian. *d. cons.* 37. 43. *& seqq.*

26 Minus etiam obstat quod dicitur de distantia loci ab Vrbe ad ciuitatem Bononiæ, quoniã ista nõ est considerabilis, cùm nõ possit dici locus multum remotus, prout loquitur Bart. *in d. l. sciendum.* §. *possessor.* vt declarant Doctores, dum dant exemplum de bonis sitis in Alemania, vt per Benedict. de Plumbin. *in tract. de excuss. n.* 7. & Bal. *in l. final.* §. *sed si cũ Seio, ver. si. sed pone scholaris de Alemania. ff. si cert. pet.* & in omnem casum, quando etiam difficultas esset maxima, teneretur fiscus excutere sumtibus, ac periculo D. Octauij, vt post alios tradit Decian. *cons.* 37. *n.* 47. *lib.* 2.

Papinianus Bombellus.

In eadem causa tertium responsum contra fiscum.

27 EX sequentibus venit D. N. liberandus. Primò quia non potest deueniri contra Notarium occasione fideiussionis receptæ, non facta priùs legitima bonorum principalis, & fideiussoris, discussione, ex quo actio, quæ dirigitur contra Notarium, est subsidiaria. *leg. aduersùs*, vbi Salicet. *in summario*, & ibi Bartol. *pariter in summario, Cod. de magistr. conuenien. in versicul. & in istis magistratibus*, *leg.* 1. *versicul. sed aduersùs*, iuncta glos. *in verb. bonis exclusis, Cod. eodem titulo*, & ibi optimè Salicet. *sub numero* 2. *in versicul. item nota extra casum.* De legitima autem excussione non constat, immo constat de contrario, quia non fuit facta Bononiæ excussio bonorum D. N. Principalis, & aduersùs Notarium contra quem deuenitur in subsidium agi minimè potest, nisi principalis bonis priùs discussis non solũ in loco iudicij, verumetiam in loco sui domicilij. Bald. *in l. final. ff. si cert. pet. sub num.* 8. *in versicul. sed pone scholaris*, vbi dicit quòd

quòd scholaris Germanus, qui dedit Perusij fideiussoré, debet excuti in Germania in loco sui domicilij antequã deueniri possit ad eius fideiussorem. Roderic. Suarez qui refert, & sequitur Bald. *in l. 2. titulo de los emplazamentos, §. vlterius quæritur, sub numero* 5. Alexand. *consilio* 84. *n.* 12. *lib.* 3. Marsil. *sing.* 220. Praxis Papien. *in libello hypothecariũ, in verbo exceptionem, numer.* 15. Put. *decis.* 191. *libr.* 1. idem Bald. *in l. si fideicommissum, §. tractatum, numero* 3. *ff. de iudic.*

28 Non obstat quòd non possidens stabilia in loco iudicij, videlicet in ciuitate, vel in agro loci iudicij, non sit idoneus, ad tex. *in l. sciendum, §. possessor.* vbi Bart. *num.* 1. *ff. qui satisdar. cog.* Gl. *in l. final. in verbo cautioni, in fin. C. de princ. agen. in reb. lib.* 12. cum aliis per D. meum Farinacium allegatis. Quoniam dupliciter respondetur. Et primò dictas doctrinas loqui ad effectum vitandi satisdationem ratione possessionis immobilium, casus verò noster est diuersus, quia fuit data fideiussio in loco iudicij, & dumtaxat agitur aduersùs Notarium sub prætextu quòd idoneum fideiussorem non acceperit, aduersùs quem, vt dixi, agi minimè potest, nisi excusso principali tam in loco iudicij quàm in proprio domicilio, quo casu loquuntur doctrinæ per me allegatæ, & per eamdem rationem non obstat quòd fideiussor debeat esse idoneus in loco iudicij, quia respondetur quòd quatenus id verum esset, procedit vt possit agi contra Notarium, sed non indistinctè, sed discusso priùs principali tam in proprio domicilio, quàm in loco iudicij, ad præallegata.

29 Non obstat, quòd acerbum sit creditorem alicubi mittere, §. 1. *de fideiussorib.* in authenticis cum aliis ex aduerso allegatis, quia ille textus loquitur in casu, in quo de iure non erat necessaria excussio principalis, quia creditor poterat conuenire debitorem non excusso principali. *l. iure nostro, leg. non rectè. C. de fideiussor.* quæ iura corriguntur quantum ad hoc, vt præsente debitore non possit deueniri ad fideiussorem, vnde quia d. authentica grauauerat in hoc creditorem, vt principalem præsentem, teneretur discutere prius quàm agere posit contra fideiussorem illum versa vice releuauit, vt non teneretur excutere absentem. Nos autem versamur in casu in quo de iure est priùs principalis excutiendus, quo in casu cùm nihil reperiatur immutatum, est facienda excussio bonorum principalis, siue sit absens, & etiam si in in Regione longinqua bona existerent. ad suprà allegata, quia, quæ non mutantur, quare stare prohibentur. *leg. sancimus, C. de testam.*

30 Non obstat quòd in criminalibus non admittatur reus ad dandum fideiussorem extra locum iudicij, quia non versamur in illo casu, quia fuit datus in loco iudicij, & quatenus nõ sit idoneus tenetur Notarius in subsidium, excusso tamen priùs principali.

31 Non obstat quòd Bald. *in d. l. fin. ff. si cert. petat.* limitet eius dictum quando excussio esset difficilis, quia debet intelligi de alia difficultate, quàm ratione distantiæ loci, vtputa, quia scholaris esset minor vel minus potens, vel bona essent in aliqua arce, quia si intellexisset de difficultate ratione distantiæ loci, non esset limitatio, sed regulæ destructio, & amplius resolutio dictæ quæstionis non esset vera, quod de tanto viro, & tot aliis, qui eum sequuntur, nequaquam dici potest.

32 Secundò respondetur quòd sufficit habere domiciliũ sub eodem præside, vt sit inprimis, & ante omnia excutiendus in loco domicilij, non obstante quòd non habeat bona in loco iudicij, etiamsi locus domicilij longè distet, quia omnes Doctores conueniunt, quòd quando quis possidet immobilia in proprio domicilio sub eodẽ præside, etiam quòd domicilium longè distet à loco iudicis, releuetur ab onere satisdationis, ex quo tunc non est difficilis exactionis. Io. Fabr. *in §. sed hodie, num.* 6. *in fin. Instit. de satisdat.* Roder. Suarez viden. qui dicit communem *in d. l. 2. titul. de emplazamentos, lib. 2. foro ll. dicto §. vlterius quæritur, num.* 1. *&* 2. *in fin. versic. ex quo infertur,* qui ponens quæstionem in eo qui conuenitur in Cancellaria regia, quæ habet iurisdictionem per totum Regnum Castellæ dicit esse communem opinionẽ, & seruari quòd sufficiat possessio immobilium, in quocumque loco sub iurisdictione Cancellariæ, vt talis possessor releuetur ab onere satisdationis perinde ac si possideret immobilia in loco iudicij. Vnde cùm Illustrissimus D. Auditor Cameræ habeat iurisdictionem per totum statum ecclesiasticum, sumus in domicilio sub eodem præside, & consequenter istud motiuum ni fallor facit omnem prorsus difficultatem cessare.

Secundò venit absoluendus, quia non sufficit discutere fideiussorem loco iudicij, sed erat quoque discutiendus in loco proprij, quia & forensis, qui est soluendo, est idoneus fideiussor. Bal. *in l. fideiussor §. si necessaria, sub numero* 1. *ff. qui satisd. cog.* Non obstat quòd fideiussor non possidens bona in loco iudicij non sit idoneus, quia dupliciter respondetur. Primò quòd iura ex aduerso allegata loquuntur in principali, vt non releuetur ab onere satisdandi nisi possideat bona in loco iudicij, in fideiussore autem secus, quia si fideiussio est necessaria, est fideiussor idoneus, etiamsi detur extra territorium ciuitatis loci iudicij. *d. l. si fideiussor, in d. §. si necessaria, ff. qui satisd. cog.* & ibi Doct. omnes. fideiussio autem danda per relegatum de seruandis finib. est necessaria, Franc. Aret. *cons.* 87. *sub n.* 20. Pedem. *decis.* 70. *sub n.* 2 33

Secundò respondetur quòd quando domicilium cõsistit sub eodem Principe, indistinctè est idoneus fideiussor vbicumque detur extra locum iudicij, quando fideiussio est necessaria, Roderic. Suarez vbi suprà *num.* 11. vnà cum *numero* 13. & etiam dixi quòd Auditor Cameræ habet iurisdictionem per totum statum ecclesiasticum, & consequenter versamur sub vno præside, & sub eadem iurisdictione. 34

Non obstat quòd in criminalibus sit præstandus fideiussor in loco iudicij, quia sufficit quòd præstetur in loco iudicij, vel ciuis, vel forensis. Bald. in terminis *in d. §. si necessaria, sub dicto num.* 1. item respondetur quòd sub eodem præside est perinde ac si præstitus fuisset in loco iudicij, ad præallegata, insuper respondetur quòd in criminalibus est præstandus in loco iudicij, quando agitur de repræsentando, sed quando præstatur in executionem sententiæ diffinitiuæ, tunc sufficit quòd præstetur extra locum iudicij, saltem sub eodem præside, quia non agitur tunc de præsentando personam, sed de soluendo pœnam. Vltra quod opinio quòd in criminalibus non possit dari fideiussor extra locum iudicij non est tuta, quia contrarium tenent meliores Doctores, prout Iacob & Alex. *in d. §. si necessaria.* 35

Tertiò est liberandus, quia non constat de violatione confinationis, quia negatiua, quòd relegatus non reperiatur in Vrbe probata per Cursorum relationem non est vera, sed præsumtiua tantùm, probat Rip. *in cap. cum Ecclesia, de caus. possess. & propr. num.* 87. *in fine.* vbi autem agitur ad pœnam saltem ordinariam, hoc est, ad totam pœnam impositam, non sufficit præsumtiua probatio. Mohedan. *decis.* 4. *de probat.* præsertim verò ex quo non agitur de pœna legali, sed conuentionali, cuius incursus omnino per veras probationes debet probari. Ias. *cons.* 49. *vol.* 1. 36

Quartò venit liberandus, quia non fuit D. Cellius citatus in discussione, qui erat nominatim citandus secundùm veram & magis communem opinionem, Roland. à Vall. *cons.* 9. *numero* 8. *lib.* 1. neque fuit lata sentẽtia super excussionis legitimitate, Put. *decis.* 32. *lib.* 1. 37

Ginnesius Proyda Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum contra fiscum.

PRo faciliori intelligentia replicationis faciendæ ad eruditam admodum Ill. D. Fiscalis informationem sunt distinguendi tres articuli. Primus an principalis sit discutiendus in loco proprij domicilij, antequam deueniatur ad Notarium. Secundò an fideiussor receptus in Curia, & idoneus Bononiæ loco proprij domicilij fuerit bene per Notariũ receptus, ita vt in nihilo teneatur. 38

principalis forent castra expugnatu difficilia, vel si principalis esset valde potens, & rixosus, ita quòd non sine maxima difficultate ab eo possit fieri exactio, & Franc. Cremen. *in singul.* 44. loquitur quando principalis esset Castellanus alicuius castri, vel fortelitij.

19 Immo si bona essent in alieno territorio, & Princeps cui dicta bona subiacent non esset tyrannus, sed Princeps iustus, non poterit fiscus allegare difficultatem excussionis. Roma. *singul.* 641. qui loquitur in fortioribus terminis in Principe debitore, qui præstauit fideiussionem, vt fideiussor etiam tueatur, vt bona eius fisci excutiantur, & ibi firmat, ita obtinuisse, idem Roman. *in consi.* 93. *num.* 3. *& seqq.* & ibi Mandos. *in littera D, in fine.* vbi testatur cum Roman. extare com. opin. & ibi alios concordantes allegat, & latè Decian. *in d. respons.* 37. *num.* 46. omnino vidend.

20 Ideo non video, quomodo fiscus modò possit dicere quòd adsit difficultas excussionis contra istos Laberti- num & Lefantutium bona possidentes in statu ecclesiastico, & subiacentes iurisdictioni immediatè A.C. prout subiacent illi qui bona in Vrbe possident, & ob id non posse aliquo modo considerari illam euidentem magnã ac probabilem difficultatem à Doct. supra contrarium allegatis requisitam, & quod contra subditos non detur difficultas excussionis post Marcombrun *in consil.* 28. in terminis firmat Petr. Surd. *cons.* 309. *num.* 1. *vol.* 3. & Farinaciusmet *in d. q.* 33. *n.* 52. *vers. & secus credo*, & latè in terminis nostris Rimin. Iun. *cons.* 482. *num.* 22. *& seq.* qui loquitur in fideiussore carpi supposito ciuitati Ferrariæ.

In eadem causa secundum responsum contra fiscum.

21 NOn tenetur D. Octauius Cellius de suo proprio ad summam in fideiussione contentam per eum recepta de qua agitur. Primò quia plurima bona immobilia isto fideiussor possidet in ciuitate, & agro Bononiensi longissimè excedentia valorem dictæ fideiussionis, quare non debet censeri non idoneus etiam quòd nulla bona stabilia possideret in Vrbe, & sic in loco iudicii, sicut ad hoc, vt quis releuetur ab onere satisdandi, sufficit quòd possideat immobilia in Prouincia propinqua, licèt non in loco iudicij: prout de mente Doct. declarat Bart. *in l. sciendum.* §. *possessor. lib.* 1. *qui satisdare cog.* multo ergo magis cùm ciuitas Bononiæ sit in eadem Prouincia Italiæ, & sub iurisdictione nedum eiusdem Principis, verumetiam eiusdem iudicis ab eodem Principe delegati, ac etiam Auditoris Cameræ respectiuè exequutoris harum obligationum Cameralium sufficit etiam, vt quis possideat immobilia sub eadẽ iurisdictione, licèt non in loco iudicij, vt per Io. Fabr. *in* §. *sed hodie, in tit. de satisd.* & est communis opinio, vt per Roderic.
* Suarez *in tit. de los emplaz. iamentos*, §. *vlterius quæritur, n.* 2.

22 Cùm enim iste fideiussor sit præstitus ex causa necessaria, non autem voluntaria, voluntarièque possideat immobilia extra locum iudicij, sicut certum est quod &
* ipse præstari poterat etiam extra locum iudicij. *l. si fideiussor*, §. *si necessaria*, vbi Bart. Bal. Alex. Iason ac communiter Doctor. *ff. qui satisd. cog.* Gomez *var. resolut. tom.* 2. *tit. de fideiussor. num.* 6. & præsertim quia iudicium istud primo loco cœptum fuit in ciuitate Bononiæ, & successiuè per principalem in Vrbe delegatum, quare sicut si in prima instantia fuisset ista cautio præstanda, satis fuisset illam præstare in ciuitate Bononiæ, vel dando fideiussorem ibidem possidentem stabilia, idem etiam est dicendum in secunda, seu vlteriori instantia, quæ in locum prioris subrogatur. *l. si eum*, §. *qui iniurians*, *ff. si quis caut.* ac bene faciunt tradita per Abb. *in cap.* 1. Ann. *num.* 32. *vers. & hæc opinio de mutua.*

23 Accedat quòd D. N. principalis, qui præstitit istam fideiussionem, est etiam ipse valde diues, ideo non requiritur quòd fideiussor esset idoneus, Alex. *in l.* 2. *num.* 4 *ff. qui satisd. cog.* & quando principalis est diues, non tenetur Notarius, qui recepit fideiussorem minus idoneum, Paris. *syndic. cap.* 3. *incip. si iudex maleficiorum, numero* 5.

24 Et licèt Notarius, qui accepit fideiussorem minus idoneum, teneatur de suo, tamen hoc est verum in subsidium, & quando alicui indemnitati partis consuli non potest, iuxta terminos § *sciendum, Instit. de satisdat. cur. & l.* 1. *& toto titulo, & C. de magistr. conuenien.* prout in his terminis loquuntur Amod. Paris de Put. & alij omnes Doctores, qui ex aduerso allegantur, & allegari possint: sed quando quis tenetur in subsidium alterius, nunquam potest conueniri, nisi priùs per iudicem fiat discussio bonorum eius in cuius subsidium tenetur, vt per Socin. sen. *consil.* 55. *num.* 2. *vol.* 1. Dec. *in l. final. in princip. num.* 3. *& seqq. ff. si cert. pet.* in tantum, vt proinde requiratur sententia declaratoria, iuxta communem Doctorum sententiam, vt per Corn. *cons.* 93. *num.* 7. *cons.* 211. *num.* 3. cum concordantibus ibidem allegatis per addentes, & quòd in istis terminis antequam peruenire possit aduersùs Notarium, qui accepit fideiussorem non idoneum priùs fieri debeat discussio bonorum tam ipsius principalis, quàm fideiussoris, est tex. apert. *in l. aduersus nominatum, Cod. de magistr. conuenien.* & quòd huiusmodi discussio fieri debeat etiam de bonis sitis in alio territorio, quia vbicumque quis habeat bona soluẽdo dicitur. trad. Iacob. de Arena *in tract. excuss. num.* 6. Bened. de Plumbin. *in tract. de excuss. num.* 7. etiam quòd bona sint extra iurisdictionem illius Principis, Alex. *consil.* 84. *n.* 12. *lib.* 3. Decian. *cons.* 37. *num.* 42. *lib.* 2. multo ergo magis quando sunt sub iurisdictione eiusdem Principis, quia tunc nulla subest difficultas: vt per Rebuff. *in l. si ita stipulatus.* §. *vndecimò debet, ff. de verb. oblig.*

25 Non obstat quòd ex aduerso dicatur de potentia istorum, contra quos fieri debet discussio, & de difficultate illos in partibus conueniendi. Quoniam vltra quòd de prædictis non constat, respondetur etiam quòd non omnis difficultas remouetur excussione, sed tantũ quæ est probabilis, & maxima, veluti quando bona discutiẽda essent sub aliena iurisdictione, ac subdita alieni tyrano, à quo non possit sperari iustitiæ complimentum, vel essent castra expugnatu difficilia, vt declarat Decian. *d. cons.* 37. 43. *& seqq.*

26 Minus etiam obstat quod dicitur de distantia loci ab Vrbe ad ciuitatem Bononiæ, quoniã ista nõ est considerabilis, cùm nõ possit dici locus multum remotus, prout loquitur Bart. *in d. l. sciendum.* §. *possessor.* vt declarant Doctores, dum dant exemplum de bonis sitis in Alemania, vt per Benedict. de Plumbin. *in tract. de excuss. n.* 7. & Bal. *in l. final.* §. *sed si cũ Seio, ver. si. sed pone scholaris de Alemania. ff. si cert. pet.* & in omem casum, quando etiam difficultas esset maxima, teneretur fiscus excutere sumtibus, ac periculo D. Octauij, vt post alios tradit Decian. *cons.* 37. *n.* 47. *lib.* 2.

Papinianus Bombellus.

In eadem causa tertium responsum contra fiscum.

27 EX sequentibus venit D. N. liberandus. Primò quia non potest deueniri contra Notarium occasione fideiussionis receptæ, non facta priùs legitima bonorum principalis, & fideiussoris, discussione, ex quo actio, quæ dirigitur contra Notarium, est subsidiaria. *leg. aduersùs*, vbi Salicet. *in summario*, & ibi Bartol. *pariter in summario, Cod. de magistr. conuenen. in versicul. & in istis magistratibus, leg.* 1. *versicul. sed aduersùs*, iuncta glos. *in verb. bonis exclusis, Cod. eodem titulo*, & ibi optimè Salicet. *sub numero* 1. *in versicul. item nota extra casum.* De legitima autem excussione non constat, immo constat de contrario, quia non fuit facta Bononiæ excussio bonorum D. N. Principalis, & aduersùs Notarium contra quem deuenitur in subsidium agi minimè potest, nisi principalis bonis priùs discussis non solũ in loco iudicij, verumetiam in loco sui domicilij. Bald. *in l. final. ff. si cert. pet. sub num.* 8. *in versicul. sed pone scholaris*, vbi dicit quòd

quòd ſcbolaris Germanus, qui dedit Peruſij fideiuſſoré, debet excuti in Germania in loco ſui domicilij antequã deueniri poſſit ad eius fideiuſſorem. Roderic. Suarez qui refert, & ſequitur Bald. *in l. 2. titulo de los emplazamentos, §. vlterius quæritur, ſub numero* 5. Alexand. *conſilio* 84. *n.*12.*lib.*3. Marſil.*ſing.*240.Praxis Papien.*in libello hypothecarij, in verbo exceptionem, numer.*15.Put. *deciſ.* 191. *libr.* 1. idem Bald. *in l.ſi fideicommiſſum, §.tractatum, numero* 3.*ff. de iudic.*

28 Non obſtat quòd non poſſidens ſtabilia in loco iudicij, videlicet in ciuitate, vel in agro loci iudicij, non ſit idoneus, ad tex.*in l.ſciendum,§.poſſeſſor.*vbi Bart. *num.* 1.*ff. qui ſatiſdar.cog.*Gl.*in l.finalam verbo cautioni,in fin.C.de princ. agen.in reb.lib.*12. cum aliis per D. meum Farinacium allegatis. Quoniam dupliciter reſpondetur. Et primò dictas doctrinas loqui ad effectum vitandi ſatiſdationem ratione poſſeſſionis immobilium, caſus verò noſter eſt diuerſus, quia fuit data fideiuſſio in loco iudicij, & dumtaxat agitur aduersùs Notarium ſub prætextu quòd idoneum fideiuſſorem non acceperit, aduersùs quem, vt dixi, agi minimè poteſt, niſi excuſſo principali tam in loco iudicij quàm in proprio domicilio, quo caſu loquuntur doctrinæ per me allegatæ, & per eamdem rationem non obſtat quòd fideiuſſor debeat eſſe idoneus in loco iudicij, quia reſpondetur quòd quatenus id verum eſſet, procedit vt poſſit agi contra Notarium, ſed non indiſtinctè, ſed diſcuſſo prius principali tam in proprio domicilio, quàm in loco iudicij, ad præallegata.

29 Non obſtat, quòd acerbum ſit creditorem alicubi mittere, §.1.*de fideiuſſorib.*in authenticis cum aliis ex aduerſo allegatis, quia ille textus loquitur in caſu, in quo de iure non erat neceſſaria excuſſio principalis, quia creditor poterat conuenire debitorem non excuſſo principali.*l.iure noſtro, leg. non rectè.C.de fideiuſſor.* quæ iura corriguntur quaotum ad hoc, vt præſente debitore non poſſit deueniri ad fideiuſſorem, vnde quia d. authentica grauauerat in hoc creditorem, vt principalem præſentem, teneretur diſcutere prius quàm agere poſſit contra fideiuſſorem illum verſa vice releuauit, vt non teneretur excutere abſentem. Nos autem verſamur in caſu in quo de iure eſt priùs principalis excutiendus, quo in caſu cùm nihil reperiatur immutatum, eſt facienda excuſio bonorum principalis, ſiue ſit abſens, & etiam ſi in in Regione longinqua bona exiſterent. ad ſuprà allegata, quia, quæ non mutantur, quare ſtare prohibentur. *leg. ſancimus,C.de teſtam.*

30 Non obſtat quòd in criminalibus non admittatur reus ad dandum fideiuſſorem extra locum iudicij, quia non verſamur in illo caſu, quia fuit datos in loco iudicij, & quatenus nõ ſit idoneus tenetur Notarius in ſubſidium, excuſo tamen priùs principali.

31 Non obſtat quòd Bald. *in d.l. fin.ff.ſi cert. petat.* limitet eius dictum quando excuſio eſſet difficilis, quia debet intelligi de alia difficultate, quàm ratione diſtantiæ loci, vtputa, quia ſcholaris eſſet minor vel minus potens, vel bona eſſent in aliqua arce, quia ſi intellexiſſet de difficultate ratione diſtantiæ loci, non eſſet limitatio, ſed regulæ deſtructio, & amplius reſolutio dictæ quæſtionia non eſſet vera, quod de tanto viro, & tot aliis, qui eum ſequuntur, nequaquam dici poteſt.

32 Secundò reſpondetur quòd ſufficit habere domiciliũ ſub eodem præſide, vt ſit inprimis, & ante omnia excutiendus in loco domicilij, non obſtante quòd non habeat bona in loco iudicij, etiamſi locus domicilij longè diſtet, quia omnes Doctores conueniunt, quòd quando quis poſſidet immobilia in proprio domicilio ſub eodé præſide, etiam quòd domicilium longè diſtet à loco iudicis, releuetur ab onere ſatiſdationis, ex quo tunc non eſt difficilis exactionis.Io.Fabr. *in §.ſed hodie, num.*6.*in fin.Inſtit. de ſatiſdat.*Roder. Suarez viden. qui dicit communem *in d.l.*2.*titul. de emplazamentos,lib.*2.*foro ll.dicto §.vlterius quæritur,num.* 1. *&* 2. *in fin. verſic. ex quo infertur,* qui ponens quæſtionem in eo qui conuenitur in Cancellaria regia, quæ habet iuriſdictionem per totum Regnum Caſtellæ dicit eſſe communem opinioné, & ſeruari quòd ſufficiat

poſſeſſio immobilium, in quocumque loco ſub iuriſdictione Cancellariæ, vt talis poſſeſſor releuetur ab onere ſatiſdationis perinde ac ſi poſſideret immobilia in loco iudicij. Vnde cùm Illuſtriſſimus D. Auditor Cameræ habeat iuriſdictionem per totum ſtatum eccleſiaſticum, ſumus in domicilio ſub eodem præſide, & conſequenter iſtud motiuum ni fallor facit omnem prorſus difficultatem ceſſare.

Secundò venit abſoluendus, quia non ſufficit diſcutere fideiuſſorem loco iudicij, ſed erat quoque diſcutiendus in loco proprij, quia & forenſis, qui eſt ſoluendo, eſt idoneus fideiuſſor. a al.*in l.fideiuſſor §.ſi neceſſaria, ſub numero* 1.*ff.qui ſatiſd.cog.*Non obſtat quòd fideiuſſor non poſſidens bona io loco iudicij oon ſit idoneus, quia dupliciter reſpondetur. Primò quòd iura ex aduerſo allegata loquuntur in principali, vt non releuetur ab onere ſatiſdandi niſi poſſideat bona io loco iudicij, in fideiuſſore autem ſecus, quia ſi fideiuſſio eſt neceſſaria, eſt fideiuſſor idoneus, etiamſi detur extra territorium ciuitatis loci iudicij.*d.l.ſi fideiuſſor, in d.§.ſi neceſſaria,ff.qui ſatiſd. cog.* & ibi Doct. omnes. fideiuſſio autem danda per relegatum de ſeruandis finib. eſt neceſſaria, Franc.Aret. *conſ.*87.*ſub n.*20.Pedem.*deciſ.*70.*ſub n.*2 33

Secundò reſpondetur quòd quando domicilium cõſiſtit ſub eodem Principe, indiſtinctè eſt idoneus fideiuſſor vbicumque detur extra locum iudicij, quando fideiuſſio eſt neceſſaria, Roderic.Suarez vbi ſuprà *num.* 11.vnà cum *numero* 13.& etiam dixi quòd Auditor Cameræ habet iuriſdictionem per totum ſtatum eccleſiaſticum, & conſequenter verſamur ſub vno præſide, & ſub eadem iuriſdictione. 34

Non obſtat quòd in criminalibus ſit præſtandus fideiuſſor in loco iudicij, quia ſufficit quòd præſtetur in loco iudicij, vel ciuis, vel forenſis. Bald. in terminis *in d.§. ſi neceſſaria, ſub dicto num.* 1. item reſpondetur quòd ſub eodem præſide eſt perinde ac ſi præſtitus fuiſſet in loco iudicij, ad præallegata, inſuper reſpondetur quòd in criminalibus eſt præſtandus in loco iudicij, quando agitur de repræſentando, ſed quando præſtatur in exequutionem ſententiæ diffinitiuæ, tunc ſufficit quòd præſtetur extra locum iudicij, ſaltem ſub eodem prǽſide, quia non agitur tunc de præſentando perſonam, ſed de ſoluendo pœnam. Vltra quod opinio quòd in criminalibus non poſſit dari fideiuſſor extra locum iudicij non eſt tuta, quia contrarium tenent meliores Doctores, prout Iacob & Alex.*in d.§.ſi neceſſaria.* 35

Tertiò eſt liberandus, quia non conſtat de violatione confinationis, quia negatiua, quòd relegatus non reperiatur in Vrbe probata per Curſorum relationem non eſt vera, ſed præſumptiua tantùm, probat Rip. *in cap. cum Eccleſia, de cauſ.poſſeſſ.& propr. num.*87. *in fine.* vbi autem agitur ad pœoaoi ſaltem ordinariam, hoc eſt, ad totam pœnam impoſitam, non ſufficit præſumtiua probatio. Mohedan. *deciſ.* 4. *de probat.* præſertim verò ex quo non agitur de pœna legali, ſed conuentionali, cuius incurſus omnino per veras probationes debet probari. Iaſ. *conſ.*49.*vol.*1. 36

Quartò venit liberandus, quia non fuit D.Cellius citatus io diſcuſſione, qui erat nominatim citandus ſecundùm veram & magis communem opinionem, Roland.à Vall.*conſ.*9.*numero* 8.*lib.*1.neque fuit lata ſentẽtia ſuper excuſſioois legitimitate, Put.*deciſ.* 32.*lib.*1. 37

Ginneſius Proyda Aduocatus.

In eadem cauſa quartum reſponſum contra fiſcum.

PRo faciliori intelligentia replicationis faciendæ ad eruditam admodum Ill. D. Fiſcalis informationem ſunt diſtinguendi tres articuli. Primus an principalis ſit diſcutiendus in loco proprij domicilij, antequam deueniatur ad Notarium. Secundò an fideiuſſor receptus in Curia, & idoneus Bononiæ loco proprij domicilij fuerit bene per Notariũ receptus, ita vt in nihilo teneatur. 38

Tertiò an quatenus non censeretur idoneus, sit tamen Bononiæ fideiussor excutiẽdus antequam deuenire possit aduersus Notarium. Et quantum ad primum articulum abundè in prima informatione deduxi, quòd non potest deueniri contra Notarium, nisi priùs excusso principali in loco proprij domicilij, etiamsi proprium domicilium sit in aliena iurisdictione, adducendo exemplum Bald. de scholari Germano, qui se obligauit Perusij, qui venit excutiendus in Germania in loco sui domicilij, vbi est idoneus, & plures allegaui, & signanter decisiones Putei, quos non repero. Quod tanto magis dixi in dicta informatione procedere, ex quo versamur in casu Bald. & Put. de præsenti domiciliato sub alieno Principe, sub eodem Principe, & sub iurisdictione eiusdem Principis, quia mandata Illustrissimi Auditoris Cameræ exequuntur Bononiæ absque literis exequutorialibus, vel subsidiariis. Et nunc de nouo addo Afflict. *decis.* 109. qui dicit totum Regnum Neapolis reputari vnam Prouinciam, vt possessor immobilium in qualibet parte Regni non teneatur tanquam idoneus satisdare. Nunc addo Gregor. Lup. viden. idem dicentem in toto Regno Castellæ *in l. 41. tit. 2. p. 5. vers. en la tierre.* Petr. Roch. pariter omnino viden. *in tract. de iure pat. fol. c. 31. n. 7. in fine.*

39 Ad huiusmodi articulum prædictus Dominus respõdet non esse in casu nostro tractandũ de excussione principalis, quia leges quæ disponunt principalem esse discutiendum, loquuntur quando fideiussor fuit receptus de consensu creditoris, quæ trahi non possunt ad casum nostrum, vbi fideiussor non fuit receptus de fisci consensu. Sed replicatur per leges quæ disponunt principalem fore discutiendum ante Notarium, loquuntur quando Notarius recepit fideiussorem non idoneum, sine partis, vel iudicis consensu, quia si illum recepisset de alterutrius consensu, minimè teneretur. D. Prosper Farinacius *q. 33. n. 90. & 92.* qui alios allegat.

40 Respondet secundò quòd excussio non est facienda extra territorium, quando locus est remotus, & quando ibidem exactio non est facilis, allegat Gabr. *de fideius. concl. 1. n. 61.* Thesaur. *decis. 40.* Suarez *tit. dello compl. 2. mento, in vo. Celterius quaritur, n. 4* Franc. *de fideiuss. c. 5. n. 273.* Henr. *de fideius. c. 57. n. 263.* qui dicit id iudicis arbitrio remittere. Sed replicatur quòd Gab non dicit contrariũ, quia de loco remoto nec verbum quidem dicit, sed dumtaxat dicit non esse faciendam excussionem in bonis existentibus extra territorium, quæ de facili haberi non possunt, cuius dictum non applicatur casui nostro, quia in Bononia de facili haberi possũt, præsertim verò fiscum, qui habet manus longas, & ibi imperat. Ant. Thesaur. *decis. Pedem. 40.* expressè facit pro nobis, quia ex Doctor. per eum pro affirmatiua allegatis, qui sunt numero decem, videlicet Iacob. de Arena, Angel. Bald. Luc. de Penna, Socin. Negusant. Alex.... constat istam esse communem opinionem, cùm Doctores per eum pro negatiua allegati sunt numero sex, scilicet Baldus sibi contrarius, Iason, Alexander sibi contrarius, Soc. Iun. Gab. & Simon. de Præt.

41 Præterea dicti Doctores tenentes negatiuam, fundantur in argumento Bald. de personis ad res, videlicet quòd sicut persona principalis non sit excutienda extra iudicis territorium, & neque eius bona, quod argumentum reprobatur communiter per Doctores, vt per Put. *d. decis. 591. num 2. vers. tamen ad istud fundamentum, lib. 1.* Maximè, ex quo Bald. tenuerit contrarium in duobus locis, videlicet *in l. fin. ff. si cert. pet. & in l. si fideicommissum, §. tractatur, ff. de iudic.* magis debet præualere eius opinio affirmatiua, quæ est communis, quàm eius negatiua, quæ non est communis.

42 Rursus Antonius Thesaurus tenet pro nobis, dum concordando opiniones distinguit, videlicet quòd in aliena Prouincia non sit facienda excussio, si locus sit remotus, aliàs si non sit remotus sit facienda excussio, etiam in aliena prouincia, cum Put. *decis. 191. libr. 1.* quia dict. distinctio quatenus admittit excussionem vbicumque bona existant in eadem prouincia, facit pro nobis, quia ipse intelligit illam esse alienam prouinciam, quæ est subiecta aduerso Principi, sicut intelligit Put. quem allegat, qui ponit exemplum de excussione facienda Florentiæ extra territorium ecclesiasticum. Nos autem versamur in excussione facienda sub eodem principe, qui ad istum effectum non est aliena prouincia, maximè ex quo excussio facienda per ipsummet principem, seu potiùs per eius fiscalem qui Bononiæ imperat. Item versamur in excussione facienda sub eodem præside, idest, sub iurisdictione eiusdem iudicis, coram quo causa pẽdet, quia Bononiæ exequuntur mandata Auditoris Cameræ absq; litteris subsidiariis, seu requisitoriis, vnde omnis difficultas cessat.

Rursus Doctorum communis opinio non excipit quòd locus alienæ prouinciæ non sit remotus, quia nominat Florentiam, quia casus ita euenerat, sed se fundat in doctrina Baldi *in l. fin. ff. si cert. pet.* in scholari Germano qui Perusij se obligauit, quem dicit excuti debere in Germania in loco proprij domicilij, quę est prouincia remotissima, Roderic. Suarez *in d. num. 4.* fundans se in d. argumento Bald. *in d. l. sciendum*, de personis ad res, quod est communiter reprobatum, vt per Put. vbi suprà. item non firmat pedes, sed statim allegat doctrinam Baldi *in d. l. fi.* de scholari Germano, quia in effectu sequitur, modò locus alienæ Prouinciæ non sit multum remotus, vt facilis sit exactio. Nos autem versamur sub iurisdictione eiusdem iudicis, nedum sub eodem principe, cuius fiscalis qui debet facere excussionem, imperat vtrobique, ideo non facit contra nos, maximè ex quo ipse dicit communem, quòd sufficiat posidere stabilia in quocunque loco iurisdictionis eiusdem iudicis. Roderic. *vbi suprà n. 4.* 43 *

Franc. & Ant. Hering *de fideiuss.* non vidi, quia non potui illos inuenire, sed mouebuntur eodem erroneo argumento de personis ad res: & non loquuntur quando locus domicilij principalis est sub iurisdictione eiusdem iudicis, & est ipse princeps, qui debet facere excussionem, cuius respectu non est difficultas in exigendo, nec prætensa remotio loci attenditur, quia princeps habet longas manus, quas non habent priuati; vltra quod, vt prætatus Dominus dicit, Hering id iudicis arbitrio remittit, cuius arbitrium, quando eius opinio esset vera, debet pro ista parte inclinari, quia in dubiis & arbitrariis quæstionibus est contra fiscum pronunciandum. *l. non puto, ff. de iure fisci.* præsertim verò, ex quo agitur de interesse eiusdem principis, qui vtrobique pariter imperat. 44

Rursus prædictus D. respondet non esse faciendam excusionem quando principalis est absens, vel latitat, allegat Guid. papæ *decis. 670.* Gab. *de fideiuss. dict. conclus. 1. numero 46. & 47.* Franc. & Anton. Hering *in suo tract. de fideius.* sed replicatur quòd loquuntur in fideiussore, in quo reperitur particulariter dispositum, vt absente vel latitante principali posit conueniri, non excussis bonis principalis. *Authen. præsente. Cod. de fideiussoribus*, quia abesse, vel latitare, paria sunt, vt Guido PP. dicit. Nos autem non versamur in fideiussore, sed Notario, in quo non reperitur dispositum, quòd absente vel latitante principali posit agi contra Notarium bonis principalis non discussis, ideo erit standum iuris dispositioni, quòd non posit agi contra eum nisi priùs facta excusione bonorum principalis, ac fideiussoris, siue absint, siue latitent, quia quę non mutantur, minimè stare prohibentur. 45

Insuper respondet D. meus non esse locum excusioni, quando proceditur summariè sola facti veritate inspecta, & manu Regia. allegat Gabr. vbi suprà *numero 66. & 95.* & Ant. Hering *de fideiussoribus.* Sed replicatur Auditorem Cameræ non habere talem potestatem. Item huiusmodi opinionem non esse veram, nec seruari saltim quando constat quòd principalis habet bona: in casu autem nostro constat quòd principalis posideat plura bona, ex quibus fisco satisfieri posit, vt in actis confessus est dominus fiscalis. Item replicatur, quòd etiamsi constaret principalem 46

non

non habere bona, contraria opinio est verior, & communis quoque, quam tanquam talem sequuti sunt Pedemont. vt habetur in decisione Thesaur. 52.

47 Denique respondet prædictus Dominus non esse locum excussioni in criminalibus. sed replicatur doctrinas prædictas non applicari, quia procedunt dumtaxat in fideiussore, qui non potest opponere exceptionem excussionis, & ita loquuntur Doctores ex aduerso allegati, quo in casu non sumus, sed in Notario, qui non tenetur, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, nisi quatenus facta excussione nec principalis nec fideiussores sint soluendo: vt testatur ipsemet dominus prosper Farin. *q. 33. num. 91.* qui expressè loquitur in criminalibus. Replicatur id quod dicitur de criminalibus procedere dumtaxat in fideiussore, qui promisit reum præsentare, vt expressè colligitur ex Roman. *in l. fideiussor, sub numer. 8. ff. qui satisdare cogan.* qui non est casus noster, non solùm quia Notarius non promisit reum præsentare, verumetiam, quia nec fideiusit, sed in subsidium tenetur soluere pœnam si non seruauerit fines, & in summa dicitur quod Roder. Suarez, petr. paul. Affl. & Greg. Lup. qui in loco suprà citato dicunt sufficere, quòd principalis sit idoneus in toto Regno, tollunt difficultates postquam non sumus in fideiussore, sed in Notario, qui non tenetur nisi in subsidium.

48 Quantum ad secundum articulum, an sufficiat quòd fideiussor sit idoneus extra locum iudicij, in loco tamen subdito iurisdictioni eiusdem principis pariter abundè deduxi in dicta informatione, sic allegando inter alios Suarez dicentem *in titulo dello emplazamento, in §. vlterius quæritur, numero 1.* & modò de nouo omnium meliùs id dicentem, & tractantem allego petr. peck. Titicen. *de iure sisten. & manuum iniectione, cap. 31. numero 7.* qui dicit esse idoneum fideiussorem, quamuis possideat extra locum, ac territorium iudicij, dummodo locus sit sub iurisdictione eiusdem iudicis, loco iudicij, & pariter Afflict. Gregor. Lup. qui dicunt de toto Regno tolli difficultatem, & Dominus prosper *quæstione 33. numero 42.* qui pariter dicit sufficere præstare fideiussorem extra locum iudicij.

49 Nec non dico quòd nemo ex Doctoribus hactenus scribentibus teneat contrarium, sed omnes vnanimiter sunt concordes, quia nulla subest controuersia inter Doctores quando sunt bona sub iurisdictione eiusdem iudicis, sed tantùm quando sub diuersa iurisdictione, in eadem tamen prouincia sub eodem principe, hoc est, quando ciuitas loci iudicii, & ciuitas bonorum habens diuersos Gubernatores, sed sunt sub eodem præside illius prouinciæ, in qua illæ ciuitates consistunt, sed non ponunt casum, quando iudicium agitabatur coram ipso præside prouinciæ; coram quo fuit satisdatus, & coram quo causa agitabatur, sicut est casus noster. Quo in casu allegaui ego in terminis Suarez & petr. peck. vbi suprà, omnes tamen concordant in hoc quòd quando bona sunt in loco subdito iurisdictioni iudicis coram quo causa agitabatur, vbicumque bona sita sint fideiussor sit idoneus, vt per Iason. qui refert Doctores vtriusque factionis *in l. sciendum, §. possessor, numero 1. ff. qui satisdare cogan.* ex quo clarè percipitur quòd illi qui tenent contrarium præsupponunt quòd bona sint in alieno territorio non subdito iudici, coram quo fideiusio fuit præstita, & idem colligitur ex Socin. *in d. l. sciendum, numero 13.* ac meliùs per Alex. *in d. § possessor*, qui loquendo per infrascripta formalia verba dicit, quòd tenentes contrarium, volunt quòd locus sit subditus iurisdictioni iudicis coram quo causa agitur.

50 Et nihilominus Soc. vbi suprà *in d. numer. 13.* dicit esse communem opinionem modernorum, quòd sufficiat esse sub eodem præside, etiam quòd locus non sit subditus iudici coram quo causa agitur, immo etiam quando est subditus eidem Principi cessat omnis prorsus difficultas. ad Roderic. Suarez. Petr. Peck. Afflict. Gregor. Lup. & cæteri omnes. Nec obstat quòd Dominus meus dicat contrariam opinionem esse veriorem, & magis communem, quòd omnino debeat esse idoneus in loco iudicij, quia licèt eius autoritas sit maxima, tamen non sufficit dicere, sed opus est allegare saltim aliquem id dicentem, & testantem de communi; ego verò allego Suarez dicentem communem, Petr. Peck. Afflict. & Gregor. Lup. qui loquuntur de toto Regno & omnes referunt, & sequuntur Suarez. pariter Afflict. qui de eo non meminit. & licèt hoc sufficeret pro replicatione, tamen sigillatim eius inductionibus respondebo.

51 Inprimis etiam inducit pro contraria opinione *d. l. sciendum, § possessor.* in illis verbis, *quæ in agro seu ciuitate*, iuncta glos. quæ exponit, *in agro, id est, in villa*, & allegat Bald. Angel. Paul. Riminal. & alios. sed dicitur non esse inspicienda verba, sed mentem Doctorum, prout quidam loquuntur de loco iudicij, præsupponunt quòd iudex vnius loci non habeat iurisdictionem extra territorium eiusdem loci, vt constat ex Alex. viden. *in dicto §. possessor, sub num. 2. in vers. sed Iacob dicit*, quod Iacobi dictum Baldus, & Fulgos. autores contrariæ opinionis loquuntur, quando locus non est subditus iudici, coram quo causa agitur, & pariter Socin. *in d. l. sciendum, n. 93* declarat Doctores tenentes opinionem domini mei loqui quando locus non est subditus iudici, coram quo causa agitur.

52 Respondet dictus Dominus, quòd admissa sine veri præiudicio nostræ opinione, venit intelligende dummodo bona sint in eadem Prouincia. *ad l. si fideiussor, §. necessaria. ff. qui satisdare cog.* sed replicatio est, quia ille tex. & Doctores, qui occasione tex. id dicunt, loquuntur cum præsupposito, quòd locus non solùm non sit subditus iurisdictioni iudicis coram quo causa agitur, licèt Prouincia quoad alium effectum sit diuersa, attamen quantum ad istum est eadem, quia sufficit quòd sit sub iurisdictione eiusdem iudicis, coram quo causa agitur, & hanc dicit esse communem in istis terminis Roderic. Suarez *in d. n. 2.* Petr. peck. *d. c. 31. d. n. 7.* quo expressè & explicitè declarant Doctores loqui Afflict. & Greg. Lup. vbi suprà, qui dicunt sufficere quòd sit idoneus in toto Regno.

53 Nec obstat quòd tot reputentur prouinciæ, quot sunt ciuitates, quia istud procedit quoad alienum effectum, quantum autem ad istum, prouincia reputatur illa, quæ habet vnum præsidem multarum ciuitatum, & ita declarat expressè Socinus *in d. l. sciendum, num. 13.* vnde ego non percipio quomodo Dominus meus dicat Socinum contrarium dicere. & declarant optimè Suarez *in d. §. vlterius quæritur, num. 13.* qui dicit, quòd vbi ciuitas haberet iurisdictionem separatam ita vt non subiaceret vni præsidi multarum ciuitatum, omnes illæ ciuitates sunt de vna prouincia ad effectum de quo agitur, Afflict. ac Greg. vbi suprà dicunt sufficere in toto Regno.

54 Respondet dictus Dominus non sufficere bona esse in eadem prouincia, nisi sint in loco vicino: sed replicatur Doctores ex aduerso allegatos loqui quando locus eiusdem prouinciæ non est sub iurisdictione iudicis coram quo causa agitur, sed est sub iurisdictione vnius præsidis qui in omnibus ciuitatibus totius prouinciæ præest: quando verò locus est sub iurisdictione eiusdem iudicis coram quo causa agitur, non curatur de vicinitate, seu longinquitate, sed vbicumque fideiussor bona possideat in proprio domicilio sub iurisdictione eiusdem iudicis dicitur idoneus. Roderic. Suarez *in titulo dellos emplaziamentos, in dicto §. vlterius quæritur, num. 2. & in fine in vers. ex quo infertur*, quia dicit quòd illi qui conueniuntur in regia Cancellaria, sufficiat, vt sint idonei, quòd possideant stabilia in quocunque loco eidem iurisdictioni subdito. petr. peck. vbi suprà *d. n. 7. in fi.* immo Afflict. & Greg vbi suprà tenent sufficere quòd indistinctè sit idoneus in toto Regno.

55 Et est sciendum pro intellectu dictæ doctrinæ, quòd Cancellaria habet iurisdictionem per totum Regnum Castellæ, quæ continet x r s i. Regna, & continet longitudinem milliarium 700. & si Domini mihi non credunt,

creduntur, se possunt informare ab Illustrissimis Dominis Nuntiis Hispaniarum ab omnibus Doctoribus Hispanis, & signanter à R.D. Manzanedo Rotæ Auditore, qui est Castellanus. Et idem tenet Petr. Peck. *in dicto tractatu de iure sisten. d. cap. 37. d. num. 7. in fine.* Afflict. & Gregor. Lupus vbi suprà cuius differentiæ ratio est. Nam cùm iudex sub cuius iurisdictione locus est quantumuis remotus non teneatur implorare iurisdictionem alicuius Præsidis eiusdem, vel alterius Prouinciæ, non consideratur loci remotio, postquam bona exequi possunt per eumdem iudicem causæ, vt per Roderic. & Petr. Peck. vbi suprà. & in summa videatur Ias. *in l. si fideiussor. §. si necessaria, ff. qui satisdare cogantur. sub num. 8. vers. ad denotandum,* ex eius doctrina manifestè colligitur non esse vim in loci distantia, sed dumtaxat in eo an fideiussor sit subditus siue possideat bona sub iurisdictione illius iudicis coram quo fideiussio pertractanda est, quia si est subditus, est idoneus fideiussor.

56 Replicatur, Doctores ex aduerso allegatos non loqui de fideiussore idoneo, non propter loci distantiam, sed an releuetur reus ab onere satisdandi propter possessionem bonorum in loco multum remoto; quia si agitur de præstando fideiussore indistinctè, fideiussor est idoneus, in quocumque loco eiusdem Prouinciæ stabilia possideat, vt probatur *in d. §. si necessaria,* & ibi Alexand. Iason. & cæteri, & respectu Auditoris Cameræ totus status ecclesiasticus vna Prouincia reputatur. Petr. Peck. & Gregor. vt suprà. Maximè ex quo respectu fisci, non potest considerari loci distantia, qui est ita potens Bononiæ, sicut Romæ, quia Doctores considerant loci distantiam propter incommoditatem, & difficultatem priuati, quæ non cedit in fisco, cui sufficit quòd transmittat ad Illustrissimum D. Legatum mandatum exequutiuum, vt habeat intentum perinde ac si exequutio fieret in bonis sitis Romæ, nec in libris meis inueni quòd etiam vbi agitur de fideiussore præstando extra locum iudicij debeat fideiussor possidere immobilia in loco iudicij, vt sit idoneus etiam quòd omnes Domini mei allegationes perquisiuerim.

57 Respondetur per prædictum Dominum, quòd id quòd sit idoneus fideiussor, possidens extra locum iudicij, seu potius quòd quis remittatur ad satisdandum extra locum iudicij, intelligitur si ipsi iudici visum fuerit: sed responden quòd pariter perquisiui maiorem partem Doctorum per eum allegatorum, vt in libris meis non reperi, nec Bald. nec Ang. nec alios ad id dicentes, sed dumtaxat inueni in locis ex aduerso citatis, iudicis arbitrio remitti an fideiussor sit pauper, vel locuples, & an vsusfructus vel iura habeantur loco stabilium ad effectum releuationis à satisdatione. Qui potius omnes *in d. § necessaria,* tenent, quòd debet per iudicem fieri, licèt text. dicat, *potest audiri,* & ita Gregor. Lupus vbi suprà dicit esse committend. fideiussorem in toto Regno. &, Afflict. pariter vbi suprà, dicit idem similiter Petr. Peck. & nouissimè idem dicit dominus Prosper Farinacius, vbi suprà, vidisse seruari, vt sufficiat quòd fideiussor in criminalibus sit idoneus in qualibet parte totius Regni ecclesiastici. Et patet quia licèt verbum *potest*, non importet regulariter necessitatem, attamen id est ad effectum ne iudex si id non fecerit, non faciat litem suam, nec possit de negligentia puniri; importat tamen necessitatem ad effectum, vt per superiorem ad id faciendum cogi possit. Pan. vidend. quia omnium optimè id tractat *in cap. exceptionem, de exceptionibus, numero 12. in fin. versic. tamen bene puto si superior,* vt iudex compellatur, quod est in casu quòd Doctores *in d. §. necessaria,* de super nihil dixerunt, sentientes quòd quando iudex non audiebat offerentem fideiussorem extra locum iudicij, poterat per superiorem compelli, & D. Prosper vbi suprà testatur in criminalibus præstari fideiussorem extra locum iudicii.

58 Respondet prædictus dominus non esse verum, quòd Auditor Cameræ habeat iurisdictionem in ciuitate Bononiæ, sed replicatur minimè negari posse cùm expressè in eius facultatibus *numero 9.* deputetur iudex ordinarius omnium, & quarumcumque causarum criminalium qualitercumque veniant in Curia tractanda, nec non deputetur iudex omnium causarum criminalium per viam appellationis, reclamationis, ac recursus, etiam extraiudicialis deuoluantur ad sedem Apostolicam à iudicibus totius status ecclesiastici. Nam cum sit in iudiciariis causis iudex per totũ statum ecclesiasticũ potest exequi quidem sua mandata per totum statum Ecclesiæ, & etiam cognoscere de causis deuolutis ad sedem Apostolicam per viam recursus querelæ reclamationis, Vant. *de nullitate ex defectu iurisdictionis, sub num. 12.* dicit quòd est iudex ordinarius omnium appellationum, recursuum, & querelarum, siue reclamationum in toto statu ecclesiastico.

59 Quantum ad tertium respondetur quòd quatenus fideiussor non esset reputandus idoneus ob id quòd non haberet bona in loco iudicij, dico quòd nihilominus Notarius non tenetur si sit idoneus extra locum iudicij in ditione maximè eiusdem Principis, quia cùm non teneatur nisi in subsidium, sufficit quòd ex fideiussoris bonis, vbicunque existentibus fiscus releuari possit, per ea quæ dixi in primo articulo de principali excutiendo in Germanaria, & per latè quoque dicta in secundo articulo, & ita in terminis quod seruatur in criminalibus recipere fideiussorem extra locum iudicij vbicunque sub eodem Principe. D. Prosper Farinac. *quæst. 33. numero 42. in fin.* & quòd non teneatur Notarius si aliũde ex principali se releuare possit fiscus, etiam fideiussorem non idoneum non receperit, idem D. Prosper *dict. q. 33. numero 91. in fin.* cessat omnis prorsus difficultas; ex quo sufficiat Notarium habere iustam excusationis causam, vt minimè teneatur, maximè stante quòd principalis possideat multa mobilia, & pariter fideiussor, sicut fuit resolutum coram Illust. D. Car. Platto in Roman. Pecuniaria 19. Febr. 1590. in casu autem nostro venit excutiend. ex quo D. Prosper Farin. testatur vbi suprà *numero 42.* recipi per Notarium fideiussores qui sint idonei extra locum iudicij, cuius dictum cùm esset fiscalis probet excusatorem.

Ginnesius Proyda Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum contra fiscum.

60 DVo sunt videnda. Primum an Notarius in hoc casu teneatur. Secundum dato quòd teneatur, an cõtra eum rectè agatur. Quoad primum credo non teneri, quia cùm Decretum non requirat, nisi præstari fideiussionem de seruanda relegatione in Vrbe, prout seruare tenebatur in insula Militensi, satisfactum est decreto eo ipso, quòd datus est fideiussor idoneus, quamuis non possideat bona in loco iudicij. Quia cùm versetur in satisdatione necessaria, & non voluntaria, sufficit etiam extra locum iudicij satisdare, iuxta textum *in l. si fideiussor, §. si necessaria, in principio,* vbi notant omnes scribentes, *ff. qui satisd. cogantur.* Scio Baldum ibi voluisse, vt non procedat in delictis, in quibus requiri videtur satisdatio de ciue in loco iudicij, quasi ei non sit succurrendum, qui ex promissione tenetur. Quia Baldus non bene dicit, & reprebenditur ibi à Socino *numero 6.* & ab Alexandro *numero 4. versic. vltimo.* qui dicit non esse tutum tenere dictum Baldi, quia textus non loquitur de se arctante ratione actus præambuli, sed de eo, qui nullo modo, neque præcisè, neque causatiuè tenebatur. Vltra quod culpa delinquentis non erat ad hoc principaliter ordinata, & ideo glosa, Angelus & alij intelligunt necessariam satisdationem, quæ ex legis dispositione præstari debet., quantumcumque causa propter quam inducitur necessitas præstandi fuerit voluntaria. Et Aretin. *conclusio. 87. numero 2.* necessariam satisdationem esse dicit, quæ à carcerato pro sua liberatione exigitur.

Et ita respondetur ad Clarum *in §. final. q. 46. num. 13.* 61
& Afflict.

& Afflict. *in rub. 10. num. 6. par. 2.* constitut. Regni, dum dicunt, quòd in criminalibus seruatur, vt semper in loco iudicij detur fideiussio, quia si de iure loquuntur, dicunt contra textum *in d. §. si necessaria.* si de consuetudine illorum tribunalium, non potest trahi ad forum nostrum, vbi ipsemet celeberrimus Iurisconsultus D. Farinacius testatur contrarium obseruari in sua doctissima praxi, & Theorica criminali *quest. 33. ampliat. 1. numer. 41.* subiungens quòd dictum Clari potest esse verum, quandò fideiussor daretur extra locum iudicij in aliquo alio non subdito Principi, seu domino loci, vbi est carceratio. Sed in casu nostro etiam hoc cessat, quia satisdatio data est in loco iudicij, & licèt fideiussor sit forensis, hoc non facit quin non sit idoneus. *d. §. si necessaria*; quia vbicunque quis habeat bona, soluendo esse dicitur, Iacob. de Arena *in tract. de excussionib. n. 6. 7.* & propterea etiam forensis si sit idoneus non repellitur, secundùm eundem Bald. ibid.

62 Et cùm sit sub dominio eiusdem Principis non potest allegari difficultas conueniendi, eo quòd bona alibi possideat, cùm de mandato superioris contra eum exequutio fieri possit. Socin. ita opiniones concordat *in l. 2. num. 8. & 9. eod. tit. qui satisdar. cogan.* Nec dicatur non debuisse Notarium hoc facere, talem fideiussionem recipere ex seipso, sed debuisse expectare mandatum iudicis, quia ad hunc effectum de quo agitur satis est quòd de iure esset admittenda, & satis est, quòd tacitè ab ipso iudice fuerit approbata qui reũ excarcerauit sub tali fideiussione: talem autem iudicis approbationem sufficere post alios quos allegat comprobat idem Farin. *d. q. 33. num. 92.*

63 Quoad secundũ esto quòd Notarius hoc casu teneretur, certũ est quòd non tenetur nisi in subsidiũ, vbi fideiussor non esset idoneus, Clar. *d. q. 46. n. 32.* cum aliis per eundem D Far. *d. q. 33. lim. 7. n. 88.* quando autem quis in subsidium tenetur, non potest prius conueniri, quàm contra principalem facta sit excussio, iuxta textum *in l. 1.* ibi, *ita demum competit si vniuersis bonis excussio, &c. Cod. de Magist. conuen. l. fi. in fi.* loquens de scriba, *eod. tit.*

64 Excussio autem facienda est in omnibus bonis vbicumque ea bona sita sint, etiamsi in alieno territorio, & extra iurisdictionem iudicis, vbi iudicium agitur. Iacob de Arena *de excussionib. n. 6. & 7.* Bened. de Plumb. *de excussionib. n. 7.* Bald. *in l. fin. §. sed si cum Seio, col. 2. in. fine, ff. si cert. pet.* Angel. *in §. sed neque, n. 10. Authen. de fideiuss.* Alex. latè *consil 84. col. vlt. num. 12. lib. 3.* quem sequitur Marsilius *singul. 220. fideiussor.* Decius *in l. fin. in princ numer. 26. si certum petatur*, præsertim quando non est difficultas in exequutione facienda, licèt simus in diuersa iurisdictione, vt habetur per Put. *decis. 194. per totam, lib. 1.* quam etiam sequitur Thesaurus *decision. 40. per totam.* plura Surdus *consil. 319. in princip. volum. 3.* concludentes rem non habere difficultatem, quando sumus sub eodem Principe. Quare cùm in casu nostro principalis sit idoneus, & habeat bona Bononiæ, quæ subest Sedi Apostolicæ, in qua propter existentiam legati potest fiscus exequi mandatum pro summa, qua se reus obligauit, non est molestandus Notarius, qui vt dixi non tenetur, nisi in subsidium, ex quo alia via succursum est fisco in bonis principalis, ita concludit idem D. Farinacius, dicens hunc casum non habere difficultatem, *d. q. 33. numer. 91.*

Alexander Gratianus Aduocatus.

In eadem causa sextum responsum contra fiscum.

65 Conclusio firmata pro fisco, quòd Notarius teneatur de proprio, quando fideiussorem non idoneum recepit, est intelligenda in subsidium, ita loquitur Paris de Puteo, Clar. io locis ex aduerso allegatis, & ipse excellens D. Farinac. *in quaest. 33. num. 91.* quem refert, & ita intelligit Ioan. Baptista Costa *in tractatu de facti scientia, & ignorantia, Centur. 2. d. 5. num. 7. & 8.* & hæc ex decis. Rotæ coram Illustrissim. Platto in vna Romana pecuniaria 9. Februarij 1590. de qua etiam in decis. Prouinciæ Marchiæ per Stephanum Gratianum *decis. 69. num. 4.* Et licèt Amod. & Ioseph. ex aduerso citati, & forsan alij Doctores non ponant dicta verba in subsidium, tamen ita, & non aliàs intellexerunt, fundant enim omnes hoc dictum *in l. 1. & fin. C. de magistr. conueniendis*, quæ licèt loquatur in fideiussore pupilli, extenditur ad fideiussores Reipublicæ, quæ pupillo æquiparatur. Amod. *d. numer. 210.* ex aduerso allegat. & D. Farinac. *d. quaest. 38. num. 88.* quæ leges procedunt in subsidium, hoc est, excussis priùs fideiussoribus, & principalibus, vt dicunt, ad locum, & notat Salycet. *in d. l. 1. num. 3.* & propterea vocatur actio subsidiaria, *§. sciendum*, & ibi omnes, *de satisd. tutor.* notat addit. ad practicam Rolandin. *par. 1. cap. 7. in rubr. de tutelis in 5. vocab. fol. 164. in secunda facie.* Et in hoc deberet acquiescere D. Fiscalis, quia & leges, & Doctores, & ipsemet in suis scriptis ita tenent.

Alia conclusio, quòd non dicatur idoneus fideiussor, 66 si non possideat immobilia in loco iudicij. Primùm non est simpliciter vera. Nam si aliqui ex allegatis *in l. sciendum, in princ. & § possessor, qui satisdar. cogan.* id requirant, tamen contraria opinio est verior, vt dicit Alex. *in d. §. possessor, numer. 2. in fine.* Et vlterius non idem tenet ibi Petrus de Bellapert. Cyn. *column. 5. numer. 18.* & Bartol. *numer. 1.* Angel. *in fine*, Socin. *numer. 12.* Iason *numer. 1.* reprobata opinione Iacobi ab Arena; Baldi, & Fulgosij, qui tamen Fulgosius secundùm Iason. in alia lectura, pro nobis, & ibi omnes concludunt, quòd dicatur idoneus fideiussor si possideat immobilia alterius ciuitatis in eadem Prouincia, vel etiam in Prouincia vicina, in qua fieri possit exequutio. Imò qui contrarium tenent sunt intelligendi, quando talia immobilia essent in aliena iurisdictione, quia si sunt sub eadem iurisdictione, vel saltem sub eodem Præside, omnes tenent, quòd non sit necesse possidere in loco iudicij, cùm possit iudex iudicij scribere ad iudicem territorij, vbi sunt bona pro facienda exequutione, vt dicebat Cyn. & Ias. & ita declarat Io. Faber *in §. 1. n. 6. Instit. de satisdat.* & Angel. *n. 3.* & Socin. qui dicit quòd est communis *in dicto §. possessor, n. 14.*

Secundò est aduertendum, quòd hîc sumus in satis- 67 datione necessaria ex præcepto iudicis, quæ non est præstanda in loco iudicij, vt de hominibus possidentibus in loco iudicij, prout bene ad litteram *in l. si fideiussor. §. si necessaria, qui satisd. cogant.* & ita vno ore intelligunt omnes Doctores ibi reducentes concordiam allegant. *l. sciendum, in princip. & in §. 1.* quæ procedit in satisdatione voluntaria, & conuentionali, vt deduxi in prioribus allegationibus, quas supplicamus reassumi, ne idem repetere videamur, & ad hoc non. fuit ex aduerso responsum.

Ad alia quòd fideiussor receptus in hoc casu esset 68 familiaris vnius Illustrissimi Cardinalis, & persona potens Bononiæ, & difficilis exactionis, in difficultate conueniendi propter distantiam ab Vrbe, & alia ex aduerso considerata salua bona venia D. Scribentis non militant, cùm notorium sit ciuitatem Bononiæ vicinam esse Vrbi, sedi Apostolicæ, & sic eidem Principi subiectæ, vbi quotidie contra principalis personas mandantur exequutioni mandata D. Auditoris Cameræ sine repugnantia, præsertim ad instantiam D. Fiscalis, qui cùm sit generalis totius status ecclesiastici latas vbique habet habenas. Et certè sit iniuria obedientiæ illius nobilis ciuitatis erga sedem Apostolicam, si contenderemus non posse sine multa difficultate ibi fieri exequutionem, cùm hucusque de ea facienda non sit facta aliqua experientia.

Et licèt vera essent hæc quæ dicuntur. Ideo agitur 69 contra Notarium, quia si Notarius seruasset illa requisita, non posset conueniri, nec ad aliquid teneretur, sed non propterea quando agitur contra Notarium non debent seruari ea, quæ de iure requiruntur antequam

Notarius exigatur, quæ sunt, vt fiat priùs excussio contra fideiussorem, imò & contra principalem ipsum, vt probauimus, & non habet difficultatem, vt dicit Paris de Puteo *loco allegato, n. 4.* & fideiussor non conuenitur nisi excusso principali, *Auth. præsente. C. de fideiuss.* Amod. ex allegat. .207. *cum seq.*

70 Excussionem autem faciendam esse de omnibus bonis per principalem possessis vbicumque sita sunt, est
* communis, & verior opinio ex Matthæo Collero & alijs in primis allegationibus deductis.

71 Ad illud, quòd D. Octauius recipit fideiussorem, licèt non esset Notarius causæ; respōdetur, quòd re vera principium huiusmodi causæ in eius officio fuerat cœptum, licèt etiam in tribunali recipi soleant fideiussores in alijs officijs, nihil tamen facit ad causam, si D. Octauius teneatur, & quomodo teneatur.

72 Clarus *in versicul. Pone, quòd Papianus*, loquitur de stilo illius Curiæ, & malè loquitur, vt dicit idem D. Farinacius, & alij, quos allegaui in primis informationibus, quas, vt dixi, supplicamus videri, quia ex illis constat de bono iure nostri principalis.

Alexander Gratianus Aduocatus.

In eadem causa septimum responsum contra fiscum.

73 DIxi in alijs allegationibus, & est vera conclusio, quòd licèt satisdatio, quæ ex pacto, seu promissione voluntaria præstanda est, dari debeat in loco iudicij, & de hominibus loci vbi est contractum, seu promissum, & non de alijs, tamen satisdatio, quæ ex necessitate præstatur, in quo casu hodie versamur, non est necesse, quòd in loco iudicij, vel de hominibus eiusdem loci præstetur, immo satisfit præcepto si alibi in Prouincia, vel de personis sub eodem Principe commorantibus interponatur, iuxta textum, qui hoc ad litteram dicit *in leg. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan.* Et rationem assignat ibi, quia minus succurritur ei qui sibi necessitatem satisdatione imposuit, quàm ei, qui ex necessitate ad satisdandum cogitur. Et quia non propterea idonea est fideiussio eius, qui in loco non possidet, si alibi in Prouincijs possideat, vt inquit textus *in l. final. post princ. C. de principibus agent. in rebus, libr.* 12. Et ista est communis distinctio Doctorum *in d. §. si necessaria*, vbi Ias. *num.* 8. *cum seq.* post omnes ibi.

74 Neque contrarium voluit Antonius Gomez in suis commentarijs, *tom. 2. capi .. 3. de fideiussoribus, numero 6.* quinimmo eamdem distinctionem approbat expressis verbis, vt obligatus ex legis dispositione in alieno loco, & iurisdictione fideiussorem præstare possit, inducendo *dict. §. si necessaria*, quem dicit esse singularem, & expressum ad hoc propositum, allegat alios in conformitatem dictæ distinctionis. ita etiam loquitur Antonius Heringius autor Germanus *in suo tractatu de fideiussoribus, capitul. 14. numero 6.* Ponit enim ibi regulam, quòd in dubio promittens dare fideiussorem intelligitur promisisse præstare in ciuitate, in qua promisit, de hominibus loci, vbi promisit, quòd est verissimum loquendo de eo, qui voluntate, non necessitate obligatur ad satisdandum, prout loquuntur omnes per eum allegati *dict. num. 6. cum seqq. vsque ad num.* 12. vbi requirit etiam, quòd in eodem foro bona possideat. Et verum dicit, sed non procedit dictum in obligato ad satisdandum aliqua necessitate legis, vel iudicis arctatus. Hic enim alibi satisdando satisfacit obligationi, vt seipsum declarat idem Antonius Heringius *eodem capitul. numero 25. per dict. §. si necessaria*, ad quod plures autoritates cumulat, *numero 29. cum sequentibus.* Quibus addi potest Valentinus Francus *in simili tractatu de fideiussoribus, capitul. 41. conclus. 2. numer. 48.* & 52. vnde dictæ autoritates faciunt pro nobis.

75 Necessariam autem esse satisdationem, hoc casu nemo dubitare potest, cùm à lege ad id reus astringeretur, & à iudice si se liberare volebat ex carceribus, licèt prima causa fuisset voluntaria, vt declarat Bart. *in l. de die, §. iuror. ff. qui satisd. cog.* & dixi ex Socin. & Alex. in primis allegationibus. Et in omnem casum non posse conueniri D. Octauium, nisi facta excussione principalis, est plusquam indubitatum, ex allegatis, addo Matthæum Collerum *in tractatu de processibus exequutiuis, par. 1. c. 10. numero* 188. vbi vult excussionem faciendam etiam in bonis in alieno territorio existentibus, & dicit hanc esse veriorem, & maiori æquitate fundatam sententiam. Et in casu ipso fisci agentis contra Notarium dicit esse casum qui nō habet difficultatem, ipse excellens Dominus Farinacius fisci patronus *in sua quæst. 33. numero 91.* quod nobis satis est ad victoriam, & ad exclusionem protensionis fisci.

Alexander Gratianus Aduocatus.

In eadem causa contra fiscum incerti scribentis octauum responsum.

QVòd fideiussor possidens stabilia extra locum, in 76
quo agitatur iudicium, suppositum tamen iurisdictioni ipsiusmet iudicis, dicatur idoneus, tenuit Ioannes Faber *in §. sed hodie, Instit. de satisdat.* multi Doctores, inter quos Ias. & Socin. sen. *in l. sciendum, § possessor, ff. qui satisd. cog.* de communi dicit Roderic. Suarez *in titulo de los emplazamientos, §. vlterius.* Idem videtur tenere Affl. *decis.* 309. D. Proyda de nouo addidit Gregorium Lupum *in l. 41. tit. 2. par. 3. in vers. Alatier.* Petr. Peck. *in tractatu de iure satisd. cap. 31. n. 7.* quos tamen non vidi.

Nec contrarium dicere videntur Doctores allegati 77
à domino meo Fiscali. Et primò, Bald. *in d. § possessor, numero 2.* nullum verbum facit de hoc. Angel. *in d. § numero 8. in fine*, videtur præsupponere locum, seu territorium esse alterius, non autem eiusdem iurisdictionis, dum considerat suspicionem fugæ, quæ attenditur tantùm in loco alterius, non autem eiusdem iurisdictionis, Paul. de Castro *in eodem §. numero 1. & 3. in fine*, facit potiùs pro prima opinione, quia loquitur de loco, in quo iudex potest facere exequutionem, qui intelligitur eiusdem iurisdictionis. Riminal. *in d. §. numero* 1. non vidi, quia eum non habeo, glos. ordin. *in l. final. versiculo ac iuratoria cautioni, in fine, C. de princ. agent. in rebus, lib.* 12. non videtur loqui in cautione præstanda, sed tantùm, quòd teneatur iurare, quòd habet bona in loco subiecto iurisdictioni iudicis, ita eam declarat Alberic. *l. sciendum, numero 8. in fine, ff. qui satisd. cog.* qui videatur, & consideretur circa opinionē, & intellectum d. glos. Rebuff. *in d. §. numero* 1. non habeo, Bald. *in l. si fideiussor, §. si necessaria, ante numerum 1. ff. qui satisd. cog.* non est pro hac opinione, sed tantùm, quòd cautio præstetur in loco iudicij, quòd fuit adimpletum in casu nostro, ex quo cautio fuit stipulata in loco iudicij, & quatenus Bald. velit intelligere de identitate fideiussionis in loco iudicij, dicitur satis dici posse locum iudicij illum in quo iudex habet iurisdictionem, Bald. *in l. qui crimen, numero 11. C. de his qui accus. non possunt*, loquitur de eodem foro, & sic intelligitur, vt ad proximum Paul. de Castro *in l. filius familias numero 3. in fine*, loquitur de loco iudicij, qui verificatur in eo, in quo iudex habet iurisdictionem. Firman. *in reperi. in versiculo fideiussor idoneus, numero* 1. loquitur simpliciter de loco, in quo fideiubere velit, quod videtur verificari in loco in quo iudex habet iurisdictionem.

Quare cùm Doctores allegati pro prima opinione 78
loquantur in specie de loco supposito iurisdictioni iudicis, quis in hoc casu dicatur locus iudicij videtur eis standum, & non alijs, qui in genere loquuntur de loco iudicij simpliciter, cùm non contradicant primæ opinioni, & data prima opinione pro vera, non videtur intrare limitationem allegatam per D. Fiscalem, quòd talis locus intelligatur de loco eiusdem Prouinciæ, quia

licèt hæc limitatio sit vera, tamen procedit etiam in loco supposito iurisdictioni iudicantis, cùm talis locus semper dicatur esse in Prouincia. Prouincia enim dicitur à Præside, vnde cùm Præses habeat vnam & eandem iurisdictionem in pluribus Prouinciis; illæ omnes Prouinciæ dicuntur vna Prouincia, quoad vnum Præsidem, qui in illis pluribus habet iurisdictionem, & ita videntur sentire omnes Doctores allegati à domino fiscali in casu isto, & præsertim Antonius Heringius *in tractatu de fideiussorib. cap. 14. numer.* 33. & priùs ante eum Bart. *in l.* 1. *vers. sic arbitror tamen, C. de met. opol. lib.* 11. Alciat. *in l. nationem, §. continentes, in fine, ff. de verbor. signif.*

79 Nec videtur procedere tertia responsio data per D. Fiscalem, nempe quòd requiratur possessio in loco Prouinciæ, & vicino per Doctores ab eo allegatos, quia illi Doctores dum loquuntur de loco vicino intelligunt de loco extra iurisdictionē, sed tamen vicino. vide Albericum loquentem *in d. l. sciendum, num.* 8. Angel. 161. *num.* 8. *in fine, ff. qui satisd. cog. in.* Antonius Heringius *de fideiussorib. §.* 14. *num.* 33. qui loquitur in diuersis rectoribus, nos autem sumus in loco intra, & non extra iurisdictionem, & sic non cadit consideratio, quòd ciuitas Bononiæ sit vicina, vel non.

80 Ita etiam non videtur attendenda quarta responsio, quia Doctores in ea allegati loquuntur quando fideiussor non recipitur in loco iudicij, vel dubitatur, an sit idoneus, quia tunc requiritur super hoc cognitio, & decretum iudicis, ita Angel. *in d. l. sciendum, numero* 3. *vers. vt hoc totum, ff. qui satisd. cog.* Idem Angel. *in l. si verò, §. qui pro rei. num.* 5. *ff. eod.* Nos autem sumus extra dubium, quia fideiussor fuit receptus, & se obligauit in loco iudicij, nempe, & coram eodem iudice, & est idoneus, quia possidet stabilia in loco iudicij, nempe Bononiæ, quæ est subiecta iurisdictioni iudicis, nec in hoc potest considerari dolus Notarij tanquam quòd se immiscuerit in his, quæ ad officium suum non spectant.

81 Pariter non videtur obstare quinta responsio, quia indignum videtur dicere Auditorem Cameræ non habere iurisdictionem Bononiæ, nec videtur attendendum quòd in d. ciuitate sit facilis, vel difficilis exequutio, vel exactio, quia de hoc non potest constare, nisi præuia discussione, quæ est notoria ad hoc, vt Notarius teneatur in subsidium, & ita intelligunt Doctores allegati, nempe Bart. & hoc sentit *in d. l. sciendum, ff. qui satisd. cog.* Imò notoriam esse discussionem bonorum existentium extra territorium, & Prouinciam, quando exequutio, seu exactio non est difficilis, tenet Put. *decis.* 141. *lib.* 1. Thesaur. *dec.* 40.

82 Quæ dicuntur de principali discutiendo per *authent. præsente, C. de fideiussor.* vt non procedant quando est difficilis exactio, satis suprà fuit dictum in hoc casu non reputari difficilem exactionem si non fuerit facta excussio. Item etiam dicitur non procedere, quando principalis latitat, quia d. authent. dicit, quòd in hoc casu datur tempus ad effectum faciendi discussionem; quæ est necessaria. Vltra quòd in casu nostro iam certum est adesse bona stabilia, quæ priùs discuti debent, & sic non obstant ea, quæ dicunt Doctores in hoc allegati, quia intelligunt, vt suprà; sicut etiam non est verum, quod dicitur non esse necessariam excussionem quando proceditur summariè, & manu regia, & sola facti veritate inspecta, quia Antonius Heringius *in tract. de fideiussorib. c.* 27. *n.* 288. contrarium dicit, & videatur Ioseph. Ludouicus *decis. Perus.* 45. *num.* 8. Thesaur. *decis.* 52. Prout etiam idem Antonius Heringius *in eodem tract. & cap.* 25. *numer.* 316. dum loquitur in causa criminali non applicatur casui nostro, cùm Notarius non sit datus fideiussor, nec repertitur obligatus, sed tantùm tenetur in subsidium, etiamsi receperit fideiussorem sine mandato iudicis, & absque consensu fisci.

In eadem causa contra fiscum nonum responsum.

Non tenetur Notarius primò, quia fideiussor se obligauit in Curia, & possidet immobilia in ciuitate Bononiæ, quæ sufficiunt pro summa petita; ergo est idoneus, Alciat. per illum text. *in l. quos hostes, §. locuples, ff. de verbor. significat.* Paris de Put. de *Syndic. in vers. de fideiussorib. officialium, cap.* 3. *num.* 6. & sic est satisfactum duobus requisitis à Doctoribus in hac materia, quòd vt cautio sit idonea, debeat dari in loco iudicis, vt dicit Cla. *in pract. crimin. cap.* 46. *vers. Pone*, & quòd possideat stabilia, Ias. *in l. sciendum, numero* 30. *ff. qui satisd. cog.* Igitur solùm reducitur difficultas, an ista stabilia requisita ad identitatem debeant possideri in eodem loco iudicij, vbi fideiussor se obligauit, vel sufficiat alibi, in quo licet. gloss. *in l. final. in vers. Adiuratione, C. de praposit. agen. in reb. lib.* 12. tenuerit, quòd qui non possidet, Romæ, sed in Prouincia, non iudicetur idoneus, vt releuetur ab onere satisdandi, quam ibi probauit Bart. *numero* 1. & sequuti fuerunt nonnulli alij ex aduerso allegati, tamen contraria opinio, quòd sufficiat possidere immobilia in Prouincia, maximè si locus sit subditus iurisdictioni eiusdem iudicis, ita vt possit esse consultum actori, cui fuit satisdatum, est communis, vt post relatas hinc inde opiniones testatur Socin. *in d. l. sciendum, in princ. num.* 10. *ff. qui sat. sd. cogan.* quam tenet Bart. qui in hoc pro sibi contraria notatur *in d. l. sciendum, §. possessor, n.* 1. vbi quòd sufficit possidere immobilia in territorio alterius ciuitatis, vel in Prouincia propinqua, & solùm limitat hanc conclusionem, vbi in illo loco non esset actori consultum propter potentiam partis, vel vbi locus esset multum longinquus. 83

Et hanc opinionem probat Iacob. de sancto Georgio *in d. §. possessor; num.* 1. *&* 2. vbi quòd sufficit possidere bona immobilia in alio loco, quàm in loco iudicij, dummodo locus non sit valde remotus, & sit de eadem Prouincia, & quòd credit istam opinionem esse veram, non obstante gloss. *in d. l. final.* quæ contrarium non clarè determinat, prout in eamdem sententiam post relatas hinc inde opiniones, residet Ias. *d. §. si possessor. num.* 1. vbi quòd eamdem opinionem sufficere possessionem bonorum extra locum iudicij in territorio alterius ciuitatis, tenent vltra Bart. Guglielm. Petr. Cyn. Angel. & Alex. *num.* 2. 84

Et pro hac opinione arguunt ibi Alex. *d. §. possessor, num.* 1. *&* 2. & Ias. *num...* quòd Glos. & supradicti Doctores ponunt quæstionem in possidente immobilia extra locum iudicij, an releuetur ab onere satisdationis tamquam idoneus, qui non est casus noster, sed Alex. & Ias. sequentes communem, quòd ille sit idoneus, arguunt à simili de fideiussore qui dicitur idoneus, si possidet bona in alia ciuitate; ergo in materia nostra fideiussionis habent pro indubitato, quòd sufficiat receptio fideiussoris non possidentis immobilia in loco iudicij, per textum, quem infrà ponderabo *in l. fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan.* & Iason loquitur in fortiori casu, etiamsi illa ciuitas non sit subdita iudici, coram quo fuit datus fideiussor, quia dicit, quòd iudex iudicij poterit scribere iudici in cuius territorio sunt bona. 85

Et hanc opinionem apertè probat tex. *in d. l. final. C. de Princip. agen. in reb.* ibi, *qui vel in sacratissima Vrbe, vel in Prouinciis immobiles possident facultates, adiuratoria cautioni & substantia sua credantur.* idem probat glos. iuncto tex. *in authent. de fideiussorib. in princ. vers. Si verò non valuerit, in vers. præsentes,* vbi debitor dicitur præsens ad effectum, vt fideiussor gaudeat beneficio excussionis, dummodo sit in territorio, vel in Prouincia; ergo si in persona, idem, in bonis, vt in istis terminis arguit Bald. *in l. final. num.* 8. *ff. si cert. petat.* 86

Melius in puncto idem probat tex. *In d. l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan.* vbi, *si necessaria, &* 87

non

non voluntaria sit satisdatio, & reus non possit facile eam præstare in loco vbi conuenitur, potest audiri, si in alia eiusdem Prouinciæ ciuitate satisdationem dare paratus sit, quod verbum Prouinciæ explicat ibi Bald. in summario de loco domicilij ipsius rei, vt propriè hic accidit. sequitur ibi Socin. *num. 5. vers. Si autem sit necessaria*, quòd si reus est forensis in loco iudicij, & dicat se ibi non reperire fideiussorem, potest dare fideiussorem in suo domicilio, si est de Prouincia. Paul de Castro *n. 3.* Alex. *num. 2.* & meliùs ibi Ias. *n. 7.* & 8. quod sufficit si alia ciuitas sit sub eodem Principe, & sub iurisdictione illius Magistratus, vbi fuit datus fideiussor.

88 Et licèt hic textus procedat in subsidium, quando reus dicit se non inuenire fideiussorem idoneum in loco iudicij, tamen vltra quod est satis verisimile, cùm Comes N esset forensis, præsumtio est pro Notario, quòd priùs fecerit hanc diligentiam cum ipso reo, quia præsumitur Notarius fecisse omnia ad quæ pro actus validitate tenebatur, iuxta cumulata per Menoch. *lib. 2. præsumt. 79.* & dum textus dicat, tunc reum posse audiri, id spectat ad Notarium, cui est commissa à iudice simpliciter receptio fideiussionis, ob quam receptionem ipse obligatur, vt inquit glos. *in §. final. Instit. de satisd. tutor. in vers. neque vltra.* quòd si fecit Notarius, quod Iudex facere cogebat, nil potest sibi imputari.

89 Cùm igitur vera & communis conclusio sit sufficere possessionem bonorum immobilium extra locum iudicij dummodo sit in Prouincia, & sub iurisdictione eiusdem iudicis, ita vt non reddatur difficilior exactio, sequitur quòd cùm mandatum Audit. Cam. contra bona obligati in forma Cameræ possit exequi in ciuit. Bononiæ subiecta facultatibus Auditoris Cameræ cum eadem facilitate prout possit in vrbe illa, dicatur in Prouincia ad hunc effectum, stante quòd est in statu ecclesiastico, quia ciuitates, quæ sunt in Italia, dicuntur esse in eadem Prouincia Italiæ. Glos. *in Authen. qua in Prouincia in vers. in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport.* & probat tex. *in l. notionem, §. continentes Prouincias*, & ibi Alciat. *in vers. sic. continentes, ff. de verbo. signif.* qui considerat identitatem eiusdem dominij prout est Bononia sub eodem Principe, Balb. *de præscriptionib. 2. par. 4. part. principalis, quæst. 4.* vbi plenè declarat, quæ dicantur loca sub eadem Prouincia, vbi tamen concludit Prouinciam accipi secundùm subiectam materiam, & considerari si loca sunt sub eodem dominio, & iurisdictione, quæ materia subiecta hîc cadit, tum quia Bononia est in statu Ecclesiæ, tum quia est subiecta iurisdictioni Auditoris Cameræ etiam in prima instantia quoad obligationes Camerales, tum quia pro fisco Cameræ Apostolicæ, & sic ipsius domini ciuitatis, cui multo facilior redditur exactio, quàm priuato, quam solam rationem facilioris, vel difficilioris exactionis perpendunt Doctor. in hac materia, vt bene post Angel. *in Authen. de fideiussor. §. sed neque, numero* 10. considerat Negusan. *de pignorib. 8. par. 1. membr. numer. 42.* ibi, *dummodo talis excussio de rebus existentibus extra territorium non possit fieri absque difficultate, secus si subsit difficultas*, ideo Paul. de Castro *d. l. sciendum, in princip. numero 3. in fine*, tenens opinionem contra communem, quòd bona debeant esse in loco iudicij, considerat solùm quòd iudex causæ possit in sua iurisdictione facere exequutionem super illis bonis.

90 Hinc principalis iudicatur idoneus, ita vt non possit omitti excussio etiamsi commoretur in fortilitio munitissimo, dummodo sit sub eodem Principe, à quo possit expugnari, vt declarat Angel. *in l. 2. ff. qui satisd. cogan.* Iacobin. de sancto Georgio *in l. si de vi, num. 18. ff. de iudic.* Gozzadin. *cons. 7. sub num. 22.* Ruyn. *consil. 37. numer. 3. lib. 4.* Rubr. Alex. *in §. nihil commune, num. 146. ff. de acquiren. possess.*

91 Et ita etiam tollitur dum aliqui Doctores in hac materia loquuntur de loco vicino ad locum iudicij, quia vltra quòd Bart. quem cæteri sequuntur communiter *in d. §. possessor*, loquitur de loco non multum distanti. Alex. *consil. 57. num. 5. lib. 5.* tum omnes Doctores circa locum vicinum, remmittunt se ad textum, cum ibi notatis *in l. 4. §. si tam vicinum, ff. de damn. infect.* vbi textus intelligit locum vicinum, qui sit sub iurisdictione, & glos. *in vers. Vicinum*, exemplificat etiamsi distet per centum milliaria, & Bart. *ibidem num. 2.* dicit locum vicinum iudicari secundùm arbitrium iudicis, considerata qualitate personæ, loci, & factorum, quæ doctrina est communiter recepta. Alex. *d. cons. 57. num. 5. & 6.* plenè Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 222. num. 26.* ideo in hoc casu attenta potentia Fiscalis Cameræ Apostolicæ, qui exigit hanc pœnam pro bursa Principis, & quòd ambo obligati principalis, & fideiussor non sunt in ciuitate Bononiæ personæ potentes, quin cum eadem facilitate possit fieri exequutio in eorum bonis, prout si essent in districtu Vrbis, vel alio loco illi propinquiori, & quòd ciuitas Bononiæ est, vt dixi, subiecta, & est in Italia, nec distat ab Vrbe, nisi per ducentum milliaria; iudex debet arbitrari hunc locum pro non multum remoto ad istum effectum: vt in fortiori casu idem sequitur Alexander *dicto consilio 57. num 4. 5. & 6. lib. 3.* loquens in cautione data sub diuerso Principe, idoneitas enim fideiussionis potissimè pendet ab arbitrio iudicis. Surd. *decis. one 320. num. 13.*

Non obstat textus *in d. l. sciendum*, dum dicit in ciuitate, vel in agro. tum quia communis interpretum scholi, vt dixi, hunc textum interpretatur de agro, idest, de Prouincia, vbi se extendit iurisdictio illius iudicis, tum quia non loquitur in fideiussore, in quo habemus textum apertum *in d. l. si fideiussor. §. si necessaria, ff. eodem.* loquens in Prouincia, tum quia text. *in d. l. sciendum*, in casu suo satisdationis dandæ à principali debitore, qui non possidet stabilia in loco iudicij non comprehendit forensem ibi litigantem, qui possidet immobilia in suo domicilio, Dec. *cons. 75. colum. final. vers. 8. & versic. Vel tertiò.* quam limitationem probauit Rota in Venetiarum fideiussionis coram R. P. D. Deciano die 17. Iunij 1605. 92

Secundò principaliter dico, quòd etsi in puncto iuris possit defendi ex prædictis Notarium recepisse fideiussorem idoneum, tamen negari non potest, quin saltem hic articulus sit multum dubius in iure, postquam Doctores tenentes communem, quòd sufficiat possessio stabilium extra locum iudicij, non aperiunt quanta debeat esse ista distantia loci, qualis dicatur Prouincia, & iurisdictionis cohærencia illius iudicis, quo casu articulus iuris dubius, excusat sicuti ignorantia facti. Dec. *in l. penultima, numero 31. C. de pact.* Capic. *decis. 10. numer. 20.* Gomes. *super regul. de publican. quæst. 3. in fine.* Ægid. *decis. vlt.* quod sequitur passim Rota diuers. *decis. 214. 1. part. num. 5.* cum infinitis, qui dabuntur si opus erit, maximè vbi agitur de damno vitando, vt dicit Rota. 93

Et in istis terminis clarum est excusari Notarium à propria obligatione, vbi concurrit aliqua probabilis causa. Bald. *in l. 1. §. si Magistratus, in fine, ff. de magistrat. conuenien.* Paris de Put. *d. cap. 3. num. 6.* & tenuit Rota in Romana Pecuniaria coram Cardinali Platto, vt in copia maximè stante tacita, seu præsumpta approbatione iudicis & Fiscalis, qui post receptum hunc fideiussorem subscripserunt mandatum de excarcerando reum, attenta fideiussione præstita in actis, ex quibus verbis præsumuntur habuisse scientiam, & de nomine fideiussoris, & de qualitate, sicque tacitè illum approbasse, vt in terminis satis in proposito firmauit Rota in dicta Romana pecuniaria, ideo dicunt Doctores, quòd principalis recipiens fideiussorem non idoneum dicitur illum approbasse, & habuisse scientiam de illius qualitate, ex quo inuestigare debuit & petere si habebat stabilia in loco. Alex. *cons. 60. num. 1. cum seqq. lib. 5.* Surd. *cons. 18. num. 1. & cons. 528. num. 46.* 94

Tertiò Notarius non tenetur nisi in subsidiũ, quando fideiussor, vel principalis facta diligentia non sunt soluturi, vt inquit Paris de Puteo *in tract. Syndic. in verb. fideiussor officialium, cap. 3. num. 2. & probat tex. in §. sciendum, Instit.* 95

Institu. de satisdat. tutor. ibi subsidiariam actionem esse quòd repetit glos. *in d. §. final. in verb. Neque instituta, eodem titul.* ibi, vt Tabelliones, & aliqui milites iustitiæ, cui talia committuntur, tenentur in subsidium, Salicet. *in l. 1. C. de magistrat. conuenien.* tenuit Rota coram Cardinali Platto in dicta Roman. Pecuniaria.

96 Quando autem non potest aliquis conueniri, nisi facta priùs excussione bonorum alterius, tunc debent excuti priùs nedum bona sita in loco iudicij, sed etiam bona vbicumque sita extra territorium, Bart. *in tractat. excussionum, quæst. 5.* ibi vbicumque sunt bona fiat excussio, & allegat in argumentum textum in materia nostra *in d. l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cog.* Bald. viden. *in l. final. §. sed si cum Seio, versiculo sed pone, ff. si cert. pet.* qui in fortiori casu dicit faciendá esse excussionem etiam de bonis sitis in Alemania, bene Alex. *consil. 84. numero 8. libro 3.* vbi etiam quòd bona sint sita in territorio Principis confinantis cum iurisdictione Principis sub quo facta fuit promissio, veniunt priùs discutienda antequam agatur contra debitorem subsidiarium, quando exactio non esset difficilis, quam solam difficultatem considerant Doctores in hac materia. Gabr. qui cumulat concordantes *conclus. 1. de fideiussor. numero 66.* vbi *num. 64.* in contrarium considerat tantum quòd adesset difficultas excutiendi bona sita intra territorium. Pract. Papien. *in form. libell. resp. in actione hypothecar. in versiculo exceptionem excussionis, numero 15.* vbi conciliando opiniones distinguit, aut cum difficultate non potest fieri exequutio in alieno territorio, & non excutiantur bona, aut sine difficultate excutiuntur, loquitúrque in dominio alieno plenè Thesaur. *decis. 40.* qui post deductam acerbitatem creditoris mittendi alicubi consideratam ex aduerso per eximium cõsultorem, refert *num. 3.* si locus est remotus, & in aliena Prouincia, ita vt difficilis & incommoda sit excussio non esse faciendam, aliàs debere fieri de bonis extra territorium iudicantis, & quòd ita iudicauit Senatus non debere fieri Mediolani, quia sub diuerso Principe, quam etiam opinionem sequitur Neguf. vbi suprà, & approbat Rota apud Put. *decis. 191. lib. 1.* cum eodem temperamento, quando facilis est exactio, adeò quòd difficultas seu acerbitas quam considerant Doctores in hac materia, nõ est solùm respectu distãtiæ loci, vt patet exemplo scholaris Alemani, sed respectu alicuius impedimenti extrinseci, quod in loco difficultaret exequutionem, prout acciderat in dominio diuersi magni principis, vbi mandatum Auditoris Cameræ non potest exequi, nisi cum difficultate, & cum Placet regio.

Hippolytus Merenda Aduocatus.

HVius causę, quæ à Sanctissimo commissa fuit omni, & quacunque appellatione remota, Gubernatori Vrbis, Auditori Cameræ, & Vicegerenti Illustrissimi D. Cardin. Vicarij resolutio fuit, quòd fideiussor à Notario receptus, qui à fisco dicebatur non idoneus, ad eiusdem fisci instantiam fuit captus, & carceratus Bononiæ, vbi cùm per plures & plures dies carceratus stetisset absque eo quòd solueret iuxta formam suæ obligationis pœnam conuentam, dicti iudices satis arbitrati sunt eundem fideiussorem non esse soluendo, aut saltim difficillimæ exactionis, & propterea vnanimiter relaxarunt mandatum contra Notarium: qui postea fuit releuatus indemnis ab ipso fideiussore antequam excarceraretur.

ARGVMENTVM.

Plura discutiuntur de testium fide, & probatione, & etiam de rixa quando præsumatur potius quàm præmeditatio.

SVMMARIVM.

Assistentes delicto præsumuntur potius casu quàm præmeditatè astitisse, n. 1. & n. 3.

Tractatus præcedens, seu deliberatio non præsumitur, sed potiùs causalis rixa, n. 2.

Assertioni iurata assistentis in rixa quòd casu, & ignoranter, non autem scienter astiterit, omnino standum est, num. 3.

Iuris præsumtio operatur, vt volens probare contrarium plenioribus & clarioribus probationibus vti debet, num. 4.

Homicidium in rixa casu potius, quàm præmeditatè commissum censetur vbi inter occisorem & occisum nulla præcedebat inimicitia, n. 5.

Præmeditatio cessat, & non præsumitur, quando id quod fit non potuit ante actum præcogitari, n. 6.

Præmeditatio non præsumitur, sed rixa, quando vulnera sequuta sunt ex aliquibus verbis præcedentibus, numero 6.

Procurator, & aggressor præsumitur is qui erat magis associatus, n. 7.

Rixa operatur, vt in ea interuenientes non possint puniri, nisi de eo, quod fecerunt.

Homicidium in rixa commissum dicitur etiam quod ex interuallo commissum fuerit, durante eodem calore rixæ, & ira, n. 9.

Testis depositio secunda contraria primæ non est attendenda, quando post primam habuit commoditatem alloquendi partem, n. 10.

Socij alicuius offensi, & vulnerati non sunt idonei testes contra offendentem, & vulnerantem, n. 11.

Testes birruarij examinati pro curia plenè probant cõtra curiam, n. 12.

Testes varij inter se non solùm non probant, sed sunt de falso suspecti, n. 13.

Testes inuerisimilia deponentes non solùm non probant, sed sunt de falso suspecti, n. 14.

Testes deponentes se vidisse de nocte etiam Luna lucẽte nõ sunt integræ fidei, & in criminalibus nec ad cõdemnandum, nec ad torquendũ sufficiunt, n. 15.

Testis mendax in vno dicitur mendax in omnibus, n. 16.

Testes deponentes se non vidisse aliquid bene probant negatiuam, etiam quòd non dicant, nec poterat esse, quin ipsi vidissent, quando agitur de re ad quam ipsi testes multum bene erant attenti, n. 17.

Testibus deponentibus ad defensionem rei magis creditur quàm deponentibus contra reum, n. 18.

Testis mulier patiens alios defectus, non admittitur etiam in subsidium, n. 19.

Testis impossibilia deponens nihil probat, n. 23.

Testis non probat, nec concludit data possibili veritate in contrarium, n. 24.

Testis vnus non potest supplere defectum alterius, quãdo eorum nullus est integer, & idoneus, n. 25.

CONSILIVM CLXVI.

VOD Augustinus carceratus astiterit quãdo Capitaneus Florentinus fuit vulneratus non refricatur in dubium, sed quod præmeditate astiterit, & cooperatiuum auxilium præstiterit, exonerando & ipse archibusium in Capita- 1

neum

neum, sicut in facto hoc verum non est, ita nec in processu mihi transmisso probatum video, & in dubio assistentem, potius casu, quàm præmeditatè astitisse à iure præsumitur. August. ad Angel. *de malefic. in verbo, dictus Andreas armatus, num.* 4. Paris. *cons.* 152. *sub n.* 32. *& seq. lib.* 4. Boss. *in tit. de homicid. num.* 29. Menoch. *de arbitr. qq. lib.* 2. *cas.* 350. *n.* 3. Vulp. *consi.* 96. *n.* 1. vbi quòd ita communi calculo probant omnes Doctores, quicquid secus alij pauciores dixerint.

2 Sicut & pariter præcedens tractatus & deliberatio non præsumitur, sed potiùs casualis rixa, sicq́ue contrarium asserenti incumbit onus probandi tractatum, & deliberationem. Marsil. *in l. si in rixa, num.* 28. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Boss. *in dicto tit. de homicid. numer.* 23. *ad med. & numer.* 25. Bursat. *consil.* 316. *nume.* 34. *libr.* 3. Surd. *consi.* 40. *numero* 17. *&* 48. apud quos plures alij reperiuntur concordantes.

3 Et hinc intrant duæ iuris conclusiones, vna est quòd assertioni iuratæ assistentis in rixa, quòd casu & ignoranter, non autem scienter astitit, omnino credendum sit. Guido papæ *decis.* 423. *n.* 3. Barb. Theg. *in pract. crimin. parte* 12. *versiculo & si auxiliator*, Ceph. *consil.* 79. *& seq. lib.* 1. Bursat. *consil.* 216. *num.* 58.

4 Altera est conclusio, quòd contra hanc iuris præsumtionem ad probandum tractatum, & præmeditationem, non præsumtiones, sed liquidissimæ requirantur probationes, Bald. *in l. non ideo minus, num.* 26. *C. de accusat.* Mars. *in l. si in rixa num.* 27. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* & est generalis regula, quòd qui habet præsumtionem iuris cõtra se, grauatur onere probandi contrarium plenioribus & clarioribus probationibus, ex allegat. per Aym. *de antiquit. temp. part.* 2. *num.* 46. *&* 47. Osasch. *consil.* 66. *numer.* 3. Menoch. *cons.* 130. *num.* 48. *& sequen. & de præsumt. libr.* 1. *quest.* 11. *num.* 8. *&* 9.

5 Et licèt non ignorem tractatum, & præmeditationem ad effectum torquendi posse etiam præsumtionibus deduci: attamen in casu nostro tantum abest, vt aliquæ adsint præmeditationis præsumtiones, vt potiùs contrarium clarissimè ex processu apparere omnino dicendum sit, & primò ex propria confessione Capitanei vulnerati, dicentis *che trà il Caualiere Agostino, & lui non ce fu mai cosa alcuna per la quale si siano potuti mouere à fare quello che fecero, anzi che il giorno medesimo hauendo incontrato il Caualiere doi volte ci siamo salutati amicheuolmente*; vbi enim inter vulnerantem & vulneratum nulla præcessit inimicitiæ causa, vulnera potius casu, & in rixa, quàm præmeditatè illata præsumuntur, sicut & homicidium, ex traditis per Gandin. *in tit. de homicid. num.* 29. Alber. *in l.* 3. *§. diuus, sub num.* 3. & ibi Angel. *num.* 3. *versic. & si amici vel fratres.* Marsil *n.* 43. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Capol. *cons.* 31. *num.* 3. *& seqq.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 98. *num.* 30.

6 Secundò ex eiusdem Capitanei confessione, dum dicit, quòd tempore, quo fuit vulneratus Caminata à Spasso, &c. Quomodo ergo potuit interuenire præmeditatio in hoc facto, si eques ignorabat (nisi diuinasset) quòd Capitaneus ea hora illac vbi fuit sequuta rixa pertransire deberet. Cessat autem præmeditatio, quando id quod fit non potuit ante actum præcogitari. Boss. *in tit. de homicid. num.* 58. eo præsertim, quia ex eadem confessione clarè constat rixam ortam fuisse ex eo quòd Capitaneus trãsmisit Hippolytum ad recognoscendum equitem, & videndum si erat eius frater, dum dicit, *Che quando al cantone di san Giacomo della Pena, vedendo vn sotto la finestra del Dottor Viarani, pensando che fosse Pietro Paolo suo Fratello, mando Hippolito à vedere se era esso.* Et quòd propterea eques dixit, *Hippolyte; so fare ancora io il bel humore, &c.* Quare præmeditatio non datur, vbi vulnera ex verbis aliquibus, vel ex aliqua alia causa in subitanea rixa ortis illata fuerunt, Boss. *d. titul. de homicid. numero* 64. *ad fin.* Clar. *in pract. §. homicidium, numero* 5. *versiculo dol sum autem.* Menoch. *de arbitr. libro* 2. *cas.* 307. *numero* 8. *& seqq.* Bertazzol. *consil.* 28. *numero* 7. *in fine, & numero* 8. *libro* 1.

Tertiò accedit quòd eques erat ab Augustino tantùm associatus à tribus alijs, & ideo non solùm excluditur præmeditatio, sed etiam præsumitur quòd nisi ipse eques fuisset prouocatus, & grauiter, nonquam capitaneum vulnerasset. Blancus *in pract. criminal. §. tertia parte defensionis, num.* 17. Vulpel. *cons.* 44. *num.* 11. Bertaz. *cons.* 1. *n.* 10. *lib.* 1. vbi quòd non est verisimile, quòd vnus aggrediatur tres, sic etiam non est verisimile quòd duo aggrediantur quatuor. 7

Exclusa itaque præmeditatione ex parte equitis, & cùm non constet in processu Augustinum aliquid mali fecisse, nec Capitaneum vulnerasse, immo nec ensem euaginasse, sequitur quòd nulla possit plecti pœna. Bald. *in l. ob hac verba, post num.* 5. *vers. quod tamen, ff. de his qui notan. infam.* Felin. *in cap. sicut dignum, num.* 6. *in fin. vers. & omnia ista limita, extrà de homicid.* August. ad Angel. *de malefic. in verbo dictus Andreas armatus, numero* 3. *&* 4. *versic. & dicit Baldus.* Boss. *in titul. de homicid. num.* 21. *versiculo intellige tamen.* Menoch. *de arbitr. libro secundo, casu* 356. *num.* 3. 8

Nec obstat si dicatur, quòd quoad Augostinum res fuit præmeditata; quia non fuit cum equite in principio rixæ, sed illinc ad quartam partem vnius horæ comparuit cum eodem equite, quando eques, vt dicitur, exonerauit archibusatam in Capitaneum, quasi quòd prætendat fiscus, quòd eques post verba habita cum Hippolyto illum vocauerit in sui auxilium ad perpetrandum delictum, quod commisit, vt dicitur. Nam omisso quòd quoad equitem adhuc excluditur præmeditatio, & remanet pura rixa ex quo durabat idem iracundiæ calor, ex eo quòd Capitaneus transmisit Hippolytum ad ipsum recognoscendum, etiam quòd non incontinenti, sed ex interuallo Capitaneum vulnerauerit. Boss. *in titul. de homicid. num.* 61. Cardinal. Alban. *d. cons.* 12. *num* 2. Menoch. *de arbitr. libr.* 2. *cas.* 361. *num.* 18. *& seq.* Bertazzol. *cons.* 85. *n.* 11. & ibi addentes *litera A*, Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, num.* 21. Adhuc dicitur, quòd non excluditur præsumtio iuris, quòd prout ipse Augustinus dicit casu inuenerit equitem, & casu cum eo se associauerit, ex præallegatis. 9

Et tamen quòd Augustinus etiam fuerit cum equite in principio rixæ, idem Capitaneus in primo suo examine liberè fatetur, licèt non verè dicat, quòd ab ipso fuerit vulneratus, & quamuis in secundo examine sub simulato prætextu, quòd tunc non stabat in recto sensu, factum alio modo recenseat, & se cõcordare nitatur cum depositionibus Petri Pauli, Hippolyti, & Petri, est tamen aduertendum quòd dicti Petrus Paulus, Hippolytus, & Petrus fuerunt examinati per aliquos dies antequam Capitaneus secundo loco examinaretur, habuerúntque commoditatem communicandi cũ illo omnia ea quæ deposuerunt. Ideo non est mirum si secunda vice factum alio modo explicauit, & cum prædictis suis socijs se concordauit, & consequenter non secundo, sed primo examini in hoc standum est. Rota *de rest. h. dict.* 19. *in nouis*, & inter diuers. *decis.* 1. *aliàs* 21. *n.* 10. *tit. de rest. in integr.* Gabriel *libro septimo concl. s.* 27. *num.* 11. iunctis notatis per Ioann. Andr. Hostien. Butr. Felynum, & alios communiter, *in capitulo præterea, extra de testibus.* 10

Verùm quoad Capitaneum quicquid contra Augustinum dicat tam in primo, quàm in secundo examine deponere audeat, sufficit dicere, quòd est vulneratus inimicus, & querelans, & quoad alios testes, quòd Petrus paulus est eius frater Germanus, Petrus eius famulus, & Hippolytus erat in eius societate, quando fuit vulneratus eques, & prout dicit Capitaneus etiam admenauit dictus eques ensem in Hippolytum, omnésque euaginatis ensibus equitem & Augustinum hostili more insequuti sunt, & sic sunt principales in rixa, & tamen ad tollendum fidem testibus sufficit eos fuisse in societate insultãti, insultúmque ad animum reuocasse. Bald. *in l. quoniam liberi, numero* 4. & ibi etiam Salyc. *num.* 8. & Io. Sichard. *num.* 5. *C. de te, lib.* Grammat. *decisio* 25. *numero secundo.* Boss. *in titulo de oppos. contra testes,* 11

post

post numerum 56. versiculo quod socius iniuriis, Hippol. Rimin.*cons... n.23.lib.5.*

12 Quod autem Augustinus in hac rixa in Capitaneum Archibusatam exonerauerit, nullus dicit, nisi idem Capitaneus, licèt etiam in hoc varius in tempore, & de credulitate tantùm deponat, sed quòd fuerit eques, qui aliam exonerauit archibusatã, apparet ex depositionibus birruariorum dicentium, quòd eques fugiens proiecit in terram duos terzarolos cum balandrano, qui delati Curiæ reperti fuerunt cum canibus declinatis, & exonerati, & istis birruariis examinatis pro informatione Curiæ plenè credendum est. *l.sed & si quis, C.de testibus.* cum vulgar. præsertim ad carcerati defensionem, ex traditis per Hippol.Rimin.*cons.133.n.9. lib.2.* Paul.Grammat. *Tot. rem.19.n.10.in fin.*

13 Quod verò attinet ad delationem terzaroli, & illius proiectionem in puteum, dicam primò de delatione, & postea de proiectione. De delatione deponunt Capitaneus Florentinus, Hippolytus, Petrus Paulus & Petrus, quibus nihilominus credendum est, quia sunt principales in rixa, vt suprà dixi, & hoc sufficeret, & quia etiam sunt inter se varij, & contrarij, cùm Capitaneus Florentinus in secundo examine dicat, *che Agostino hauea doi Pistole alla Cinta, & vna in mano, Hippolitus che vedde ad Agostino vn terzarolo in mano, Petrus Paulus, Petrus, che Agostino haueua il terzarolo alla cinta*, ob quam varietatem testes non solùm non probant, sed etiam valde de falso suspecti sunt, immo & puniuntur, secundùm communem, de qua testantur, Aretin.*consilio 71.numer.3.*Simanc. *in tract. de heret.tit.64. numero 62.* & quicquid sit, quoad punitionem quòd nihil omnino probent nulla apud Doctores est dubitatio etiam in criminibus exceptis, *Bertraz.cons.41.num.12.lib.1.*Mascat.*de probat.lib.3.conclus. 1361.n.4.*

14 Deponunt prædicti omnes etiam inuerisimilie, si enim Augustinus fugiens habuisset archibusium oneratum, verisimile est quòd illud exonerasset in eos, qui ipsum denudatis ensibus insequebãtur, prout dicitur fecisse equitem; inuerisimilia autem deponentes non solùm nõ probant, sed de falso pariter suspecti sunt. Franc. Curt. *in tract de testibus, conclusio. 16. numero 39. versiculo illud enim, & conclus.23.numero 69.* Boss.*in titul.de opposit. contra testes, numero 94.* etiam quòd plures sint. Mascard. *de probation. libro 3. conclusione 1364. numero 1. & sequen. & numero 13.* Gabriel quem allegat *in consilio 159.numero 14.*

15 Non omitto, quòd licèt tunc Luna luceret, testes tamen deponentes se vidisse ad lumen Lunæ non sunt integræ fidei. Felyn.*in cap.sicut, numero 5.versiculo & eadem ratione, iuncto versiculo, potest etiam videre, extrà de re iudic.* Boss.*in tit.de indic.numero 173.versiculo & eodem modo.* vbi propterea dicit quòd quicquid sit in ciuilibus, in criminalibus tamen talis probatio non concludit, nec quoad condemnandum, nec ad torquendum, quod & idem affirmauit Mascard.*de probat.libro 2.conclus. 1109. numero 5.* Menoch.*de arbitr.quæst.centur.6.cas.525. numero 15.& numer.19.* quæ omnia aduersùs prædictos sint dicta ex abundanti, cùm vt suprà præmonui sufficiat dicere, quòd sunt principales rixantes.

16 De proiectione archibusij in puteum deponunt Capitaneus Florent.& birruarij. Capitaneus omisso quòd est principalis inimicus, & quòd deponit de iudicio suo, conuincitur de mendacio, ni fallor, ex sua propria depositione: dicit enim, *che dopoi, che gli fu tirata l'Archibusata da Agostino, vedde, che quande fu da quel pozzo buttò giu non so che, che fece rumore assai nell'acqua, che non potei vedere, che si fusse, ma giudico fusse, vna pistola*, immemor, quòd in eodem examine antea dixerat, *che dopoi la secunda Archibugiata Pietro, & Hippolito seguitorno Agostino, & esso, & Pietro Paulo seguitorno il Caualiere, & fatti quatro ò cinque passe accorgendosi che la ferita era pericolosa non ando piu innanzi, & com Pietro Paulo se ne tornorno per la medesima strada*, & sic liberè fatetur, quòd ipse non erat prope puteum, quando Augustinus proiecit, vt prætenditur, archibusium in puteum, & quando fuit captus, vt dicunt birruarij, & propterea Petrus Paulus frater equitis, qui erat in illius societate, nihil dixit de proiectione archibusij: mendax autem in vno, mendax in omnibus, Bald.*in l.finali, numero 18. C. de edict.diu. Adr. tollend.* Innoc.& alij communiter *in capitulo fraternitas, extrà de haret.*

17 Birruarij autem vltra quòd vti viles personæ non admittuntur ad testificandum contra reum, *vulgatis iuribus*, & quòd non deponunt, quòd Augustinus proiecit Archibusium in puteum, *ma non so che potrei conoscert, & sentij il rumore nell'acqua*, conuincuntur insuper de mendacio ex depositionibus Hippolyti, Petri Pauli, & Petri, qui Augustinum insequentes fuerunt præscientes quando fuit à birruariis firmatus, & captus, & tamen nihil dicunt de proiectione alicuius rei in puteo, nec tale quid viderunt, aut audiuerunt, prout nec etiam de hac proiectione aliquid dicit Petrus Paulus birruarius, qui & ipse tunc cum aliis duobus sociis firmarunt Augustinum, & tamen cùm agatur de re ad quam multum bene attenti erant, verisimiléque facilè erat quòd vidissent si Augustinus aliquid in puteum proiecisset, sequitur quòd optimè probant negatiuam, etiam quòd non dicant quòd non potuisset proiicere, quin ipsi vidissent. Non enim isto casu intrat conclusio quòd potest esse, vnum vidisse, quod alter non vidit, Aretin.*in cap.tertio loco, numero 9.*& ibi etiam Felyn. *numero 5.extrà de probation.* Dec.*in l.2.in fine, numero 8.C.de bon.possess.sec.tab.* Paris. *cons.162.n.14.& seq.lib.4.* Ruyn, *cons.145.n.2.vers. quinimo sufficeret, lib.5.*

Prædictis autem testibus magis credendum est quàm birruariis, tum quia deponunt ad defensionem rei, & ad exclusionem delicti, tum etiam quia Petrus Paulus est frater equitis, & Hippolytus socius. Salicet.*in l.quoniam liberi, numer.6.in fine vers.si autem socius, C.de testib.* Campeg. *reg.88.in 3.fallen.* Menoch.*de arbitr.quæst.lib.2.cas.474.numero 2.* 18

Superest solùm respondere depositioni Mariæ dicentis, *hauer trouato la matina sequente alla rissa, nel pozzo nel pescare con la stadera ligata ad vna corda vn Calcedro che gli era cascato vna pistola senza piede, & rotta, & portatale à casa, & datala ad Barigello*, & aliàs, prout latiùs in sua depositione, ex qua quidem depositione fiscus credo prætendat hanc pistolam fuisse illam, quam Augustinus proiecit in puteum, & sic quòd hæc mulieris depositio adminiculetur depositioni birruariorum, vel birruariorum depositiones adminiculentur hanc mulieris depositionem. Hæc inquam depositio, vltra quòd est mulier vnica, & de familia Capitanei, patitur adhuc plures defectus, quo casu vbi aliàs mulier ad testificãdum admittitur, non tamen admittitur, vel saltim nihil probat, Bart.*in l.qui testamento, §.cum qui, numero 5.*& ibi Imol.*in §.mulier, in summario,* Iacobin.de sancto Georg.*in princ.ff. de testam.* Gomez *de delictis cap.12.rubr de probat.delict.numero 13.versiculo quod intellige.* Vulpel.*consilio 95.numero 5.* vbi quòd isto casu mulier nec etiam admittitur in subsidium, & expressè cauetur in constitutione Menoch. *lib. 5.cap.17.* in illis verbis, *si aliud non obstat.* 19

Primò enim mulier hæc deponit inuerisimilia dum ex se ipsa non præcedente iudicis interrogatione quod apertè indicat ad examen venisse instructa, quòd nullus in via publica in qua erat puteus, eam expiscantem vidit ac etiam nemo pariter vidit deferentem pistolam domum suam, quod quàm verisimile sit in via publica in tanto tempore, in quo dicit se expiscasse Calcedrum, & pistolam, neminem apparuisse, optimè iudex arbitrabitur. 20

Secundò deponit aliud inuerisimile, quòd scilicet extraxit ex puteo pistolam sine pede & fractam; hæc enim qualitas fuit ab ipsa deducta, & valde suspicor, vt magis colorarer ex illo puteo pistolam extraxisse, quasi quòd in proiectione pistolæ facta fuerit, quod pariter mihi nõ admodum verisimile videtur. 21

Tertiò, & multo minus verisimile creditur quòd ipse 22

pes fuerit insimul eum calcedro à muliere extractus, & tmus illud repertum, hæc enim omnia sic accuratè per ipsam explicata satis meo iudicio illius depositionem inuerisimilem reddunt, ideo nihil probat, ex præallegatis.

23 Quartò eadem depositio non solùm inuerisimilis, sed impossibilis apparet, ex eo quòd cum rampinis staterae existimo propter eorum angustiam non posse extrahi pistolam ex puteo, cùm pistola præsertim sine ponticulo nihil habeat vbi rampini stateræ sic angusti & parui possint adhærere, & illam extrahere, quare repellitur hæc mulier, non solùm propter inuerisimilitudinem, sed etiam propter impossibilitatem suæ depositionis. Marsil. *consil.* 20. *num.* 60. Alexand. *consil.* 162. *num.* 6. cum aliis per Mascard. *de probation. libro* 2. *conclusione* 745. *num.* 17.

24 Quintò & in omnem euentum, dictum dictæ mulieris non concludit, quia potest esse, quòd in illo puteo inuenerit pistolam, & quòd dicta pistola fuerit ibidem proiecta, non ab Augustino, sed ab alio, & quòd magis verisimile est ab Hippolyto, vel Petro, qui Augustinum insequebantur, & qui Curiam videntes, ne ab illa eum armis inuenirentur, eorum aliquis pistolam in puteum proiecerit. Data igitur possibilitate in contrarium testis non concludit, nec probat, *l. absentem, ff. de pœnis, cum vulgar.*

25 Et hinc sequitur, vt fisci prætensioni respondeam, vt dictum mulieris non possit suppleri per depositionem birruariorum, nec birruariorum depositiones per depositiones mulieris, cùm omnes patiantur plures defectus, nec vnius testis dictum suppleatur per alium, nisi testis suppletiuus sit omni exceptione maior tam in dicto quàm in persona. Corn. *consil.* 172. *num.* 20. Aym. *consil.* 99. *numer.* 10. Gabr. *libr.* 7. *conclus.* 5. *numer.* 7. *&* 8. *titulo de test. b.* Franc. Becc. *consil.* 85. *numer.* 20. Ex quibus nihil superesse video quod Augustini carcerati absolutionem impedire valeat.

Causa, vt audio, per compositionem finita.

Prosper Farinacius I.C. Romanus

ARGVMENTVM.

Sententia non visis actis, & sine probationibus an sit nulla, seu potiùs iniusta, & an, & quando ob non transportationem actorum sententia dicatur nulla.

SVMMARIVM.

Probationes de substantia iudicij, numer. 1. *& omnibus sequentib.*

Sententia lata non visis probationibus dicitur nulla, n. 1. *& seqq. & num.* 11. *declara quando vna pars produxit suas probationes, & altera fuit negligens in transportando, quia tunc index potest super productis pronunciare, d. n.* 11. *& seqq. vbi de materia.*

Sententia lata absque actorum transportatione est nulla, num. 2. *& seqq.*

Sententia lata sine transportatione actorum dicitur nulla defectu iurisdictionis, num. 2. *& seqq. omnibus in discursu.*

Sententia vbi est nulla, non potest index appellationis, & nullitatis in eadem causa pronunciare super meritis omissa nullitate, parte instante, n. 3.

Appellatio datur à pronunciatione super desertione causa, num. 4.

Actorum transportatio est necessaria, & reddit sententiam nullam, si acta non sunt transportata, etiam quòd procedatur summariè, num. 5.

Negatiua probatur per inspectionem actorum, n. 6.

Clausula, statum, & merita causæ, &c. *an tribuat iurisdictionem, num.* 7.

Clausula, quorum tenores, &c. *an tribuat iurisdictionem, num.* 7.

Transportatio actorum est necessaria, & actis non transportatis sententia est nulla, etiam quòd in commissione adsit clausula, constito de præmissis, quantum sufficere videbitur, *num.* 8.

Actorum non transportatio, non reddit sententiam nullam quando vna pars transportauit sua acta, & altera pars fuit negligens in transportando, num. 11. *declara vt num.* 12. *&* 13.

Actorum transportatio est necessaria, & actis nō transportatis sententia est nulla, etiam quòd acta transportanda essent irrelevantia, num. 14.

Actorum nō transportatio reddit sententiā nullā, etiam quòd datum fuerit iudici summarium testium, n. 15.

Actorum non transportatio reddit sententiam nullam, etiam quòd in commissione causæ appellationis adsit clausula, quam & quas, &c. *num.* 17.

CONSILIVM CLXVII.

DOCTORIBVS ex aduerso allegatis volentibus, quòd probationes non sint de substantia, sed de ordine iudicij, & quòd propterea sententia lata non visis probationibus non dicatur nulla, sed iniusta, sufficiat respondere, quòd in contrarium est magis communis opinio, vt videre est apud Gabr. *tit. de sent. concl.* 9. *n.* 5. *& n.* 9. *& n.* 10. *vers. contrarium, & num.* 13. *&* 14. vbi præsertim in criminalibus, vel quādo fuit appellatum, vt in casu nostro. Cag. *in l.* 2. *n.* 68. *C. de eden.* vbi expressè reprobat Dec. ex aduerso allegatū eo loci contrarium tenentem. Et in terminis, quòd sententia sit nulla ob non transportationem testium sine aliarum probationum vltra decisionem Blancherti aliàs allegatam dantur aliæ duæ decisiones. 1

Nec obstat, quòd in statu ecclesiastico vigore constitutionum Pij IV. & Clementis VII. non possit dari de nullitate, nisi ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati, & quòd decisio coram Illustr. Blanchetto per me allegata loquatur in causa Maioricen. & sic extrà statum ecclesiasticum, in quo constitutiones prædictæ non habent locum. Nam defectus non transportationis actorum influit in defectum iurisdictionis, quia actis non transportatis, appellationis iudex non habet iurisdictionem. Et ideo non obstantibus dictis Bullis etiam in causis subditorum Ecclesiæ nullitates sententiæ ob non transportationem actorum attendendas, sæpius Rota iudicauit, vt videre est in vna Bononien. de Herculanis 5. Iunij 1599. coram Illustr. Platta, & in vna Faentina fideicommissi Lunæ 5. Iunij 1596. coram bo. me. Litta, & in vna Farfen. bonorum coram Reuerediss. nunc Decano sub die Mercurij 28. Iunij 1605. quarum copia datur, hoc in curia est notissimum, & præsertim aduersario, quia non sunt multi dies, quòd ad occultandum similem nullitatem addidit in extractu quasdam testium depositiones falsificando extractum, ob quod confessus & conuictus fuit ab exercitio procuræ suspensus, quod vtique non fecisset si talis nullitas non nocuisset. 2

Et si sententia est nulla, sequitur quòd fisco sic instante debeat prius super nullitate pronunciari ex decisionibus aliàs datis, & voluit Vant. ex aduerso allegatus *in titulo, quot, & quibus modis de nullitate, &c. numer.* 14. *ver. intellige insuper,* & Gabriel pariter ex aduerso allegatus *in consilio* 28. *numero* 1. *libr.* 2. vbi quòd ita Rota obseruat, & vsu seruatur. Nec verum est, quòd fiscus passus fuit procedi super meritis sine oppositione, & protestatione nullitatis, quia immo citatus expressè de 3

huiusmo

huiusmodi nullitate protestatus fuit, & super ea pronuntiari petiit.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Sequuntur plures decisiones Rotæ in materia nullitatis sententiæ ob non transportationem actorum.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS BLANCHETTI.

TVDERTIN. SPOLII.

17. Martij 1586.

DECISIO.

4 FVit dubitatum 17. Martij 1586. in causa Tudertina Spolij, seu bonorum, an sententia Auditoris Cameræ sit notoriè iniusta, ita vt non sit exequenda, & dixerunt Domini hinc inde adesse attentata à sententia N. Fulginaten. cùm præcessisset etiam priùs sententia diffinitiua, vt ipse pronunciasset desertam appellationem, dabatur appellatio. Rebuff. *in l. quod iussit, numero 51. de re iudic.* Aym. *cons.* 151. *num.* 30. ideo possessio per ipsum consignata non potest sustineri, sententia pariter Auditoris Cameræ patitur defectum nullitatis, si non constat de transportatione actorum, & ideo omnia inde sequuta sunt nulla.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS PLATTI.

BONONIEN. DE HERCVLANIS.

Lunæ 5. Iunij 1589.

DECISIO.

5 FVit resolutum sententiam Auditoris Cameræ esse nullam ob non transportationem actorum iuxta decretum Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20.* Quod locum habet etiam in prophanis, patet ex decisione facta coram R. P. D. Blanchetto in vna Tudertina bonorum 17. Martij 1586.

6 Non obstat quòd Auditori Cameræ fuisset commissum, vt sententiam Rotæ Bononien. reuocaret, constito sibi summariè, & quantum sufficere videretur, quòd fuisset pronunciatum per Prætorem Bononien. à cuius sententia dicebatur per Bernardinum Herculanum fuisse appellatum, quia debuerunt saltum ad Tribunal A. C. transportari omnia acta & processus existentes coram Auditore Rotæ Bononien. & sic etiam processus Bagnacaualli, Lughi, Corognolæ, & alij, qui ad Auditorem Rotæ Bononiensis transportati fuissent de ipsis actis fuerant effecti, & hoc maximè quando agebatur coram A. C. de probando quòd commissio facta Ioachimo Auditori Rotæ Bononiensi esset nulla, & nullam tribueret iurisdictionem, ex quo fuerat in ea falsum expressum, quod pronunciatum fuerat à Prætore Bononien. & ab eius sententia appellatum, quæ sanè negatiua erat probanda ex inspectione actorum coram ipso Ioachimo transportatorum, iuxt. trad. per Dec. *cons. 303. colum. 2. & cons. 483.* Alex. *cons. 95. in princ. lib. 4.* Bald. *in l. si contra, C. de appell.* neque enim ad hanc negatiuam probandam sufficit quòd in sententia Ioachimi nulla de sententia Prætoris Bononien. mentio habeatur, & ad solas sententias iudicum Ferratien. relatio fiat, per ea quæ tradit Felyn. *in cap. quoniam contrà, num. 34. de probat.* Alex. *cons. 42. col. 2. lib. 5.* oportebat igitur ad docendum non fuisse pronunciatum à Prætore Bononin. nec ab eo appellatum ad Ioachimum afferre ac transportare omnes processus ad tribunal Ioachimi transportatos, vt ex eorum inspectione apparere posset de hac negatiua.

Addebant etiam Domini, quòd cùm commissio di- 7
recta Ioachimo haberet clausulam, *statum & merita causa, &c.* & clausulam, *quorum tenores, &c.* tribuebat iurisdictionem: vt per Cassador. *decisione prima & secunda de rescript.* Achill. *de commiss. decisione quinta.* & propterea non videbatur satis esse A. C. pro reuocatione dictæ sententiæ, quòd si constaret non fuisse à Prætore Bononin. appellatum ex visione gestorum coram Ioachimo, sed debebat etiam videre alios processus coram aliis iudicibus factis, vt cognoscere posset bonæ ac malæ fuissent sententiæ aliorum iudicum à Ioachimo reuocatæ.

Non obstat, quòd commissio A. C. dicat constito 8
de præmissis quantum sufficere videbitur, quia in eadem etiam dicitur, quòd sententiam Ioachimi, prout iuris fuerit, reuocet, & sic debuit iuris dispositio Concil. Trident. super transportationem processuum seruari.

Præterea in eadem commissione A. C. non solùm 9
narratur quod à Prætore Bononien. non fuerit pronunciatum, sed & plura narrantur coram aliis iudicibus agitata, ex quibus fuit Signaturæ insinuatum causam hanc ad iudices laicos Serenissimi Ducis Ferrariæ remittendam esse; clausula igitur illa constito de præmissis ad omnia narrata videlicet referenda, de quibus sanè constare non poterat, nisi iuris processibus coram illis iudicibus agitatis, & per consequens sententia Auditoris Cameræ reuocans sententiam Ioachimi, & ad illos iudices exequutionem remittens non visis processibus coram iisdem iudicibus factis maximè cùm iam fuissent, vt dictum est, coram Ioachimo transportati, remanet nulla, &c.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS PLATTI.

CORTONEN BONORVM DE AORBALLO.

Mercurij 28. Iunij 1689.

DECISIO.

REsoluerunt Domini sententiam latam ad fauorem 10
Episcopi Cortonen. per Episcopum Montis Politiani fuisse nullam ex pluribus, & primò ob non transportationem omnium actorum, quæ fuit necessaria; cùm enim Episcopus Montis Politiani sententiam Episcopi ciuitatis Castelli latam in exequutione literarum si in euidentem, non potuit hoc facere, nisi visis actis coram Episcopo ciuitatis Castelli, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20.* & fuit pluries in Rota resolutum, apparet autem ex processu transportato plura in eo omissa, quæ fuerunt opponenda, cessat responsio data per informantes pro Episcopo, dum dicebant testium examinatorum transportationem non fuisse necessariam, quia ex solis articulis apparebat de iniustitia sententiæ Episcopi ciuitatis Castelli. Nam in dicto processu non solùm desiderantur dicta testium, sed & inuentarium, & alia deducta per informantes pro Marchionibus, vltra quod, & testium dicta fuerunt necessaria, quia testis qui iurauit dicere veritatem super articulis & tota causa, potest etiam vltra articulata deponere.

GIPTII

MAIORICEN. OFFICII POENITENTIARIÆ & Canonicatus.

Lunæ 4. & 18. Februarij 1591.

DECISIO.

11 ADuersùs sententiam Rotalem duæ potissimum afferebantur nullitates, quarum altera in eo versatur quòd ante prolationē dictæ sententiæ non fuerant transportata nonnulla acta coram iudice subdelegato facta pro liquidatione fructuum; altera verò quòd processus primæ instantiæ A.C. non erat integer. Quod attinet ad primam nullitatem Domini concluserunt pro validitate sententiæ: nam licèt regulariter sententia non visis actis probatoriis sit nulla, tanquam sine cognitione causæ lata. *l. properandum*, §. *si quidem*, vbi Bart. *C. de iud.* idē Bar. *in l. 2. C. de eden.* & ibi Alex *n. 8. & seq.* Cagn. *n. 68. vers. ad opposit.* Doct. *in l. quod iussit, de re iud.* Fel. qui articulum discutit, & de communi attestatur *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 17. de constitut.* Nihilominus hoc non procedit, quando vna pars produxit suas probationes, & altera fuit admodum negligens in transportando; quo casu iudex super productis pronunciare potest. Alexand. vbi suprà *numero 6.* Roman. *num. 12. ve fic. limita, in fine.* Cagnol. *numer. 70.* Felyn. *in dict. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, in prima limit. num. 18.* Negligentia verò ex parte Ioannis Segui, qui distulit per tot menses suas probationes coram iudice subdelegante exhibere, satis clarè patet ex deductis pro Malal.

12 Nec refragatur, quòd saltem requirebatur monitio iudicis ante dictam sententiam, vt animaduertit Cagnol. post alios, quos citat *dicto numero 70. & sequent.* quoniam termini substantiales reiterati pro huiusmodi monitione, ac iussu iudicis sufficere videntur, quandoquidem respiciunt defensionem rei, & causæ cognitionem, vt per Modern. *de nullit. ex defect. process. numero 59.*

13 Non obstat decretum Conc. Triden. *sess. 24. capit. 20.* §. *Præterea, de reformat.* Quia loquutur in causa appellationis, & sic quando à iudice à quo ad iudicē ad quem omnia acta transportanda erant; non autem quando vna ex partibus eidemmet iudici non exhibet aliqua acta de mādato ipsius coram subdelegato facta; ideo casus iste tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione, *leg. commodissimè, de liber. & posthum.* concordant. Circa verò aliam nullitatem Domini dixerunt esse locum dispositioni prædicti Concilij Tridentini à qua recedere non licet, & plures fuit per Dominos resolutum, vt patet ex decisionibus per informantes citatis, & consequenter ex isto secundo capite resoluerunt domini sententiam vti nullam esse reuocandam, &c.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS

BLANCHETTI.

MAIORICEN. OFFICII POENITENTIARIÆ, & Canonicatus.

Veneris 21. Iunij. 1591.

DECISIO.

14 DOmini dixerunt non esse recedendum à resolutione facta coram R. P. D. Giptio, videlicet sententiam latam fuisse nullam ob non integram transportationem actorum coram iudice à quo, prout fuit resolutum in Rota in pluribus causis. Nec obstat irrelevantia, quia vbi est aliquid inductum à lege, qualitas rei, vel personæ non attenditur, *leg. non solum, in fine, ff. de rit. nupt.*

Nec etiam obstat summarium testium fuisse datum, 15 quia de hoc non constat, & summarium, ac integra dicta longè distant inter se. Nec refragatur, quòd Concilium loquatur de gestis coram Episcopis, quia Rota intelexit semper, vt procedat coram quocunque Iudice, &c.

LITTÆ

FAVENTIN. FIDEICOMMISSI

Lunæ 5. Iunij 1589.

DECISIO.

FVit dictum acta non esse integrè transportata, cùm 16 in processu legatur multa fuisse omissa de voluntate compulsare facientis, & propterea non posse in causa vlterius procedi stante dispositione Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20.* & fuit aliàs dictum in vna Calaguritana Anniuersariorum, & in vna Tudertin. bonorum coram Reuerendo Patre D. Pamphilio.

Nec obstat, quòd in cōmissione causæ appellationis 17 adsit clausula, *quam, & quas, &c.* per quam potest procedi, prout in prima, quia non per hoc is, qui vult, vt sic in causa procedatur, excusatur à transportatione actorum, prout aliàs fuit dictum in causa Valentina de Campanaia 23. Ianuarij 1586. coram Reuerendo Patre D. Blanchetto in causa Fauentin. de Giarellis 15. Maij 1589. coram Reuerendissimo Perusino, & in causa Liccen. Abbatiæ 19. Nouembris 1595. coram R. P. D. Pamphilio, &c.

ARGVMENTVM.

In hoc responso ecclesiasticæ immunitatis materiam respiciente, quinque præcipuè discutiuntur: primò, an ad effectum tradendi iudicibus secularibus reos confugiētes ad Ecclesiam pro delictis qualificatis, de quibus in Bulla Gregorij XIIII. necessarium sit, quòd qualitates ipsorum criminum plenè & concludenter probentur; secundò, an probatio huiusmodi possit desumi ex processu Curiæ secularis; tertiò, an in præmissa cognitione sit nessaria citatio, & cuius, videlicet Ecclesiæ, seu fisci pro ea, an rei, vel vtriusque; quartò num etiam dandus sit libellus, contestanda lis, dandæ dilationes, & publicandus processus; quintò, & vltimò, an occidens inimicum suum ex insidiis, dicatur proditoriè occidere, & quid si aliquem sub pace, seu fide data quis occiderit.

SVMMARIVM.

Immunitati ecclesiasticæ contra confugientes ad Ecclesiam, vt locus non sit propter qualificata delicta, de quibus in Bulla Gregorij XIIII. an necessarium sit quòd qualitates ipsorum criminum, plenè, & concludenter probētur, an verò sufficiat leuior probatio, n. 1. & plurib. seqq. vsque ad n. 21.

Confugiens ad Ecclesiam impunè extrahi potest, si constat eum commisisse delicta qualificata, & excepta, de quibus in Bulla Gregorij XIIII. Sed vtrum hæc criminum qualitas ad effectum prædictum sit plenè & concludenter probanda, an verò sufficiat leuior probatio, n. 1. & seqq. vsque ad n. 21.

Qua

Qualitas tribuens iurisdictionem in iudicio præparatorio sufficit quòd summariè probetur, secus autem in qualitate tribuente iurisdictionem in iudicio plenario, quia tunc requiritur plena probatio, n. 1. Declara, vt n. 12. & 13.

Remissio rei ad suum iudicem facienda, vt ab eo puniri possit sufficit, vt remittens iudex aliqualiter cognoscat de delicto, n. 2. Declara, vt n. 14. & 15.

Verba iudicio suo, de sui natura important arbitrium boni viri, n. 3. vbi declaratur, nisi adiungantur cum verbo, videbitur, tunc enim important liberum arbitrium. Subdeclara, vt n. 16. 17.

Videtur verbum, importat arbitrium boni viri, n. 3.

Verba geminata etiam quæ de se singulariter importarent arbitrium boni viri, important tamen arbitriũ liberum propter vim geminationis, n. 3. Declara vt n. 16. & 17.

Verba importantia arbitrium boni viri important liberum arbitrium, quando diriguntur ad iudices ordinarios, num. 4.

Verba sequentia, generalia, vel obscura declarantur, & determinantur à præcedentibus, n. 5.

Iudex habens liberum arbitrium, potest se informare prout sibi placuerit, & conscientia sua dictauerit, etiã nulla adhibita formali causæ cognitione, n. 5.

Assassinij qualitas, vt is habeatur, tamquam excõmunicatus, depositus, & diffidatus, sufficit quòd constet & probetur per argumenta probabilia, n. 6. & 18.

Qualitas tribuens iurisdictionem probanda semper est, antequam iudex sua iurisdictione vtatur plenè, & concludenter, n. 8.

Probatio vbi requiritur à iure, vel à statuto, intelligẽda est de plena, & concludenti, non autem de leuiori, n. 8 in fine.

Verbum nisi, conditionem importat, n. 9.

Conditionis verificatio probanda est plenè, & concludenter, non autem præsumtiuè, n. 9.

Verè dicitur apparere illud, quod indubitanter apparet, non quod ex præsumtionibus, & coniecturis resultat, n. 10.

Iudex ecclesiasticus, an teneatur stare processui facto à iudice laico, ad effectum, vt reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate ecclesiastica, n. 21. & seqq. & vsque ad n. 39.

Reus de crimine conuictus in iudicio seculari, potest à iudice ecclesiastico communione priuari, n. 21. Declara, vt n 31. 32. & 33.

Iudex secularis, apud quem clericus, de aliquo maleficio est delatus, debet conficere processum, illúmque vnà cum clerico ad iudicem ecclesiasticum transmittere, n. 22. Declara vt n. 34.

Clericus coram iudice laico, ciuiliter de crimine reconuentus, & damnatus, potest absque nouo processu à suo iudice suspendi, numer. 35. Declara, vt num. 35. & 36.

Probationes facta coram vno iudice fidem faciunt etiã apud alium iudicem, n. 34. Declara, vt num. 36. in fine & num. 37.

Acta facta in foro seculari, probant etiam in foro ecclesiastico, n. 25. Declara, vt n. 38.

Acta instructoria vnius iudicis, non probant in alio, nisi inter easdem personas, aut alias, quibus sententia si fuisset prolata, nocere potuisset, n. 26.

Acta vnius iudicij etiam inter easdem personas non probant in alio, quando causa non est eadem, vel si eadem ad alium effectum agitur, n. 27.

Acta coram iudice ecclesiastico non probant coram seculari cognoscente de eo in quo Ecclesiasticus non fuisset competens, & è contra, num. 28.

Testes super crimine coram vno iudice examinati apud alium iudicem fidem non faciunt, num. 29.

Probationes receptæ parte non citata fidem non faciunt, num. 30.

Acta non publicata in vno iudicio facta non probant alio, etiam inter easdem personas, num. 30.

Iudex secularis de delicto clerici cognoscere volens excommunicationis pœnam incurrit, num. 34.

Imperator non potest condere legem contra Ecclesiam, num. 34.

Clericus coram laico iudice reconueniri non potest de crimine ciuiliter, num. 35.

Iudex ecclesiasticus, quando informationes assumit super qualitate delicti ad effectum remittendi delinquentem nec ne ad iudicem secularem, eo quia ad Ecclesiam confugit, an debeat citare fiscum, seu partem, & quem, num. 39. & seqq. vsque ad n. 63.

Clausula constito, &c. requirit citationem, n. 39.

Iudex, arbitrium in procedendo habens liberum, adhuc debet partes citare, n. 40.

Citanda semper est pars, de cuius interesse agitur, num. 41. & 50.

Ecclesia citanda est semper quòd agitur de illius interesse, num. 41.

Delinquens confugiens ad Ecclesiam, an citandus sit, quando agitur de illius remissione ad iudicem secularem, num. 42. & seqq. vsque ad num. 63.

Ecclesia immunitatis priuilegium non reis ad Ecclesiam confugientibus, sed ipsi Ecclesiæ concessum est, num. 42. Declara, vt num. 48. 49. & 53.

Citanda non est pars de cuius interesse agitur, non principaliter, sed in consequentiam, num. 45. Declara, vt num. 53. 61. & seq.

Citatio partis non requirtur in crimine assassinij, num. 44. Declara, vt num 54. & 55.

Citatio necessaria non est vbi probatio fit ad instructionem solius iudicis, numero 45. Declara, vt numero 56. & 57.

Priuilegium vni concessum ratione connexitatis, vel alia ratione, alteri etiam competit, num. 48.

Delinquens confugiens ad Ecclesiam, si ex ea inuitus extrahatur, agere potest, vt pristinæ libertati restituatur, num. 39.

Delinquens confugiens ad Ecclesiam volens, potest ab ea extrahi, num. 49. vbi ampliatur etiam reclamantibus Ecclesiæ ministris.

Delinquentis remissio vbi facienda est de vno ad alium iudicem, citanda semper est pars, num. 51.

Notorium adhuc requirit sententiam declaratoriam, num. 52.

Tertius comparens in iudicio pro suo interesse, exequutionem impedit, & in causa citandus est, numer. 61. & seq.

Iudex ecclesiasticus, quando cognoscit, an confugiens ad Ecclesiam gaudere debeat illius immunitate, quem ordinem in huiusmodi cognitione, & processu seruare debeat, an scilicet sit dandus libellus, contestanda lis, danda dilationes, & processus publicandus, num. 63. & seq. vsque ad num. 68.

Libellus non est necessarius, quando iudex ex officio procedit, & extraordinariè cognoscit. num. 63.

Litis contestatio non est necessaria in extraordinaria iudicis cognitione, præsertim in iudice habente liberum arbitrium, num 63.

Publicatio processus fieri semper debet, ne defensiones tollantur, num. 65. & 66.

Absurda duo quando concurrunt, semper eligendum est minus absurdum, num. 66.

Homicidium proditorium, an dicatur committere is, qui per insidias inimicum occidit, numer. 68. & seqq. vsque ad num. 74.

Communis loquendi vsus non attenditur in statutis conditis à iuris peritis, num. 73.

Homicidium proditorium, an dicatur commissum ab eo, qui sub pace, vel fide data aliquem occidit, num. 74. & omnibus seq.

Proditio nihil aliud est, quàm deceptio contra fidem datam debitam in perniciem alicuius, num. 75.

Proditor dicitur; qui malitiosè alium circumuenit, & callidè seducit, vt in periculum salutis trahat, numero 76.

CONSILIVM CLXVIII.

DVBITATIONES, quæ in materia immunitatis ecclesiasticæ nuper excitatæ fuerunt in causa illius militis Hispani, qui in loco Casalis maioris Cremonensis diœcesis patrato proditoriè (vt prætenditur) homicidio, confugit ad Ecclesiam, reducuntur ad quinque articulos, & primò an ad effectum tradendi iudicibus secularibus, reos confugientes ad Ecclesiam pro delictis qualificatis, de quibus in bulla Gregorij XIV. necessarium sit, quòd qualitates ipsorum criminum plenè & concludenter probentur. Secundò an probatio huiusmodi possit desumi ex processu Curiæ secularis. Tertiò an in præmissa cognitione sit necessaria citatio, & cuius, videlicet Ecclesiæ seu fisci pro ea, an rei, vel vtriusque. Quartò num etiam dandus sit libellus, contestanda lis, dandæ dilationes, & publicandus processus. Quintò, & vltimò, an ex hactenus deductis reus, de quo agitur, sit consignandus.

1 Quoad primum videtur non requiri plenam probationem, sed sufficere summariam. Primò, quia vbi qualitas tribuēs iurisdictionem ab aliquo probanda est in iudicio præparatorio, & item postea iudicio principali, vel ante litem contestatam ad fundandam iurisdictionem, & post litem contestatam ad obtinendum in meritis causæ, tunc sufficit summaria probatio in iudicio præparatorio, vel ante litem contestatam, & plena requiritur in iudicio principali, vel post litem contestatam, ita Iac. Butr. *in l. præscriptione, col. 3. ad fin. ver. & 1. quæro, C. si cont. ius vel vtil. pub.* & ibi Bart. *num. 7. & 8.* Bald. *num. 32. & 33. & seq.* Anc. *in cap. postulasti, num. 35. de for. comp. & in cap. ea quæ, de reg. iur. in 6. num. 14.* Abb. *in cap. si clericus, num. 16. ver. sed quia, de for. comp.* & ibid. Soc. *num. 6.* & indistinctè, quòd summariè probanda sit ista qualitas à principio si negetur, dicunt Felyn. *in d. cap. clericus, num. 2. vers. limita secundo, de for. comp.* Alex. *cons. 1. num. 8. lib. 5.* Tiraq. *in tract. de retract. lign. §. 8. gl. 5. numer. 19.* Vant. *de null. tit. 9. ex defect. iurisd. num. 53. ver. & si à principio*, qui omnes testantur de communi. Cùm igitur qualitates in dict. bulla expressorum criminum nedum sint probandæ coram iudice ecclesiastico ad effectum traditionis confugientium, & fundandæ iurisdictionis iudicis secularis in ipsos reos, non obstante immunitate, verumetiam coram iudice ipso seculari in ipsorum reorum condemnationem, videtur coram iudice ecclesiastico summaria probatio sufficere.

2 Secundò quia in remissione rei ad suum iudicem facienda, vt ab eo puniri possit sufficit aliqualis cognitio remittentis. glos. *in Clem. pastoralis, in verb. de more, ver. dicunt etiam, de senten. & re iu.* & ibi Zab. *in §. denique, num. 16.* Ioan. de Imol. *num. 96.* Bonif. *num. 57.* Henr. *in cap. 1. de rap. num. 11.* Abb. *in ca. fin. num. 18. de for. comp.* & Aret. *num. 21.* Soc. *in d. c. postulasti, num. 15. eod. tit.* Oldr. *cons. 224. num. 4.* Bald. *in l. 1. in prima oppos. Cod. vbi de crimin. agi oport.* Franc. Marc. *decis. 400. num. 6.* & Peguer. *decis. 66. numero 18.* etiam inter Principes, inter quos vigent conuentiones, vt delinquentes remittantur ad locum delicti, Cepol. *cons. 59. col. 11. in princ.* & Boss. *in tit. de for. compet. n. 50. in fine.*

Tertiò, quia in dicta Gregoriana constitutione cauetur, quòd Prælati sibi tradi & consignari faciant delinquentes, qui ad aliquod ex delictis ibi expressis iudicio suo commisisse videbuntur. Hæc enim verba, *iudicio suo*, licèt de sui natura importent boni viri arbitrium, *l. Thais, §. Lucius, ff. de fideicomm. libertat.* secundùm intellectum Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur, num. 4.* quem sequitur Alexand. *in l. si sic legatum, numero 2. ff. de legat. 1. & in consil. 33. numero 2. libro 1.* glos. *in capit. tria, in verb. iudicauerit 36. quæst. 2.* Felyn. *in cap. 1. num. 51. paulo post princip. de constitut.* & Menoch. *in tract. de arbit. iud. quæst. 8. num. 14. & seq.* Attamen cùm ea iungantur illi verbo, videbuntur quòd pariter idem boni viri arbitrium tribuit, *leg. fideicommiss. libertas.* cum aliis cumulatis per Menoch. loco proximè citato, *numero 2.* sicque verba denotantia arbitrium boni viri fuerint geminata, videntur importare liberum ordinarij arbitrium, vt aliquid amplius operentur, quàm si absque ipsa geminatione fuissent prolata, iuxta regulam, quam tradit Felyn. *in cap. nonnullis, num. 14. vers. post. fallentia, de rescript.* & ita in puncto consuluerunt Corn. *cons. 38. n. 6. vol. 4.* Crauet. *consil. 201. num. 42. volum. 1.* & Dece. *ad consil. Ias. 4. numero 13. lib. 3.* 3

Et hoc maximè comprobatur ex eo, quòd prædicta verba arbitrium boni viri importantia diriguntur ad ipsos ordinarios, qui illos habebant, ideo ne sint superflua debent liberum arbitrium tribuere, Imol. *in l. filius familias, numero 6. versicul. potest dicere, ff. de donat.* Alexand. & Ias. *in leg. si sic legatum vterque, sub numero 10. ff. de leg. 1.* Dec. *in leg. in personam, §. generaliter, numero 2. versiculo secundo regula*, & ibi etiam Cagnol. *numero 2. ff. de regul. iur.* Felyn. *in capit. 1. numero 51. versiculo et si dicatur, de constitut.* Beneintend. *decision. 31. numero 3. versiculo contrarium tamen*, & Menoch. *de arbitr. iud. dict. q. 7. n. 35.* 4

Quibus non videtur obstare clausula (*cognito*) quæ in Bulla subiicitur, quoniam videtur declarari, & restringi à superiori clausula (*iudicio suo commisisse videbuntur*) magis speciali, & clara; vt sit sensus, quòd ipsa cognitio pro libero Episcopi arbitrio fiat, sequentia enim generalia, vel obscura determinantur, & declarantur à præcedentibus. *leg. si seruus plurium, §. fin.* & ibi Ias. *numer. 3. ff. de leg. 1.* Cyn. & Bal. *in l. legatorum, §. final. circa fin. ff. de leg. 2.* & Rot. *decisio. 125. num. 38. parte 2. in nouiss.* Cùm igitur arbitrium liberum intelligatur tributum, non videtur tam plena probatio necessaria, sed ordinarios posse de ipsis delictis se informare, prout sibi placuerit, & conscientia sua dictauerit, etiā nulla adhibita formali causæ cognitione, per ea quæ diffusè tradit Menoch. *in alleg. tractat. de arbitr. iud. quæstion. 23. numer. 2. & seq. & in quæst. 19. num. 10.* 5

Quartò, quia etiam in terminis assassinij sufficiunt argumenta probabilia, ad hoc, assassinus habeatur tamquā excommunicatus depositus, & diffidatus, *capit. 1. in fin.* Ioan. Andr. *numero 7. in ver. constiterit*, Dec. *in consilio 188. numero 4.* Boss. *in titulo de mand. ad homicid. numero 20. circa princ. versicul. sed veritas est.* Placha *in epit. delict. libr. 1. cap. 9. numer. 15. & 16.* Clarus *in §. Assassinium, numer. 6.* Catal. *de iudic. cap. 32. numer. 34.* & Gutter. *pract. quæst. lib. 3. quæstion. 7. num. 21.* 6

Quintò, & vltimò, quia pluries fuit iudicatum in Regno Lusitaniæ, & Aragonum, quòd sola indicia non sufficientia ad pœnam ordinariam, sed tantùm ad 7

pœnam

pœnam extraordinariam, vel ad torturam satis sint ad effectum denegandi hanc Ecclesiarum immunitatem, vt apud Gramm. *in decis.* 179. *&* 281. & apud Portoles. in Schol. ad Molyn. *in §. Clericus, foro* 8. *q.* 9.

8 Contrarium tamen videtur verius, plenam scilicet probationem desiderari. primò, quia cùm qualitates delictorum requisitæ in dicta Gregoriana constitutione sint ante omnia probandæ, si negentur, siue tanquam tribuentes Curiæ seculari iurisdictionem puniendi confugientes ad Ecclesias, non obstante immunitate, *l.* 2. *§. sed etsi dubitetur, ff. de iudic.* Beninrend. *decis.* 18. *numero* 3. Plaça *in epitom. delict. libr.* 1. *cap.* 19. *numero* 27. *versic. Caterum.* Gail *in tract. de pac. publ. cap.* 13. *numero* 12. *& seqq. libro* 1. cum aliis per Farin. cumulatis *in tract. crimin. quæstione* 8. *numero* 86. siue vti qualitates ipsius constitutionis super quibus Curia secularis se fundat pro reis habendis, *l. Prætor la* 2. *§. si quis aduentu, versic. docereque actor, ff. de vi bon. raptor. l.* 1. *§.* 1. & ibi Bart. *ff. ne quid in flum. publ.* Alex. *in cons.* 100. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *in cons.* 260. *n.* 2. *& in consil.* 524. *n.* 1. Roland. à Valle *in consil.* 45. *num.* 9. *volum.* 1. Felyn. *in capitulo* 2. *numero* 25. *de rescript.* Bellam. *in consil.* 11. *sub numero* 5. *versiculo, tertiò esset necesse*, & Surd. *in consil.* 45. *numero* 14. *& in consilio* 130. *numero* 1. Consequens est, vt concludenter, & plenè istiusmodi probatio fiat, regulariter enim omnis probatio debet esse concludens, & plena, & iura, quæ requirunt probationem, intelliguntur de concludenti, & plena. *l. iudices, C. de iudic.* & ibi Bartig. Bald. & alij *capit. in licantem* 30. *quæstione* 5. Idem Bald. *in l.* 2. *numero* 33. *C. si contra ius, vel vtil. public.* Dec. *in rubric.* 10. *de probat. numero* 133. Grat. *consilio* 94. *numero* 2. *libr.* 2. & Mascard *in tract. de prob. q.* 4. *num.* 12.

9 Secundò quia clausula memorata Gregorianæ constitutionis, *nisi cognitio, an verè crimina superius expressa commiserint, conditionem importat.* Veral. *decisio* 230. *numero* 3. *part.* 2. Grat. *in consilio* 54. *numero* 55. *libr.* 1. *& in consilio* 94. *numero* 6. *libro* 2. vnde non nisi per veras probationes verificari potest, Bald. *in l. in bona fidei, numero* 28. *C. de reb. credit.* Anan. *in cap. si constiterit, numero* 6. *de accusat.* & ibi Felyn. *numero* 4. Paris. *in consilio* 104. *numero* 8. *& seq. libr.* 4. Natt *in consilio* 29. *numero* 3. *& in consil.* 202. *num.* 8. *& seq. lib.* 1. & Grat. *in d. consilio* 54. *numero* 56. *& in d. cons.* 94. *num.* 6. etiamsi aliter quàm per coniecturas probatio fieri non posset, vt asseuerat idem Grat. *in consil.* 10. *num.* 9. *&* 10. *libr.* 2.

10 Tertiò quia dicta constitutio vult, quòd Episcopi cognoscant, an ipsi confugientes talia crimina verè commiserint, illud enim verum dicitur quod quis indubitanter nouit. Innoc. *in cap. cùm in causa, numero* 1. *versic. illud autem, de iura. calum.* & ibi Host. *sub numero* 4. Ioan. Andr. *numero* 3. *&* 4. & ibi addentes. Aegid. *numero* 4. & Anchar. *in consil.* 392. *numero* 5. non autem quòd resultat ex præsumtionibus, & coniecturis *l. vnic.* ibi, *quia ex coniectura non propriè scriptus videretur, ff. si tabul. test. null. ext.* Bart. *in l. Lucius, ff. de condit. & demonstr. in princ.* & ibi Castr. *n.* 2. Alex. *in l.* 1. *n.* 5. *C. de mil. testam.* & ibidem Rom. Ruyn. *in consil.* 68. *num.* 18. *libr.* 1.

11 Postremò, quia ita in specie nostra censuerunt Auendan. ante dictam Gregorianam constitutionem *in tract. de exequut. mandat. reg. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 9. *vers. Nam supradicta*, & in terminis eiusdem constitutionis sequitur Molin. *in d. tract. de sacr. hom. amitt. imm. cap. fin. n.* 140. *& seq. vbi n.* 161. subdit, quòd suspecta, ne dicat iniqua, praxis videtur, quæ in tertij ad Ecclesiam confugientis, tum eiusdem Ecclesiæ præiudicium, voluerit semiplenam sufficere probationem, & Ambros. *in tract. de immun. & liber. Eccles. cap.* 11. *num.* 4. *& seqq.* & dixit Farinac. *consil.* 76. *num.* 21. cui se subscripsit Falconius.

12 Ad contraria respondetur, & ad primum, quòd conclusio illa procedit, quando qualitas iterum probanda est plenè coram eodem iudice in iudicio principali, vel post litem contestatam, ne bis idem plenè probando lites diutius protrahantur, & ita loquuntur Doctores in contrarium citati, vt colligitur exemplis per eos positis, & ex traditis per Afflict. *in decis.* 297. Nos autem agimus de probatione facienda coram iudice ecclesiastico, quæ reperenda erit coram iudice seculari, & sic coram diuersis iudicibus, & in diuersis & distinctis iudiciis.

13 Item respondetur, quòd vbi agitur de pleno, vel irreparabili præiudicio afferendo, semper in quocunque iudicio, & qualitercunque agatur, siue summariè, siue extraordinariè, necessaria est plena probatio. Specul. *in titul. de offic. omn. iud. §. final. numero* 18. & Bald. *in l. iudices, num.* 2. *C. de iudic.* & ita sentit Farin. *in alleg. quæst.* 7. *num.* 86. *paulo post prin.* in casu autem nostro nedum agitur de graui & pleno præiudicio Ecclesiæ, cuius immunitas tollitur, & ipsius confugientis qui Curiæ seculari traditur, sed de præiudicio vtriusque etiam irreparabili de facto, & de iure, propter periculum ne iudices seculares sibi traditos puniant pro delicto, etiamsi qualificatum non appareat, prout Bulla requirit, & cùm quæuis appellatio ab eadem Bulla fuerit sublata.

14 Ad secundum de remissione respondetur, contrarium fuisse in Senatu Lusitaniæ sæpius decisum in terminis conuentionum inter diuersos Principes, quòd immo veræ, & integræ probationes requirantur, vt apud Gramm. *decis.* 279. *& decis.* 362. vbi circa finem subdit, quòd opinio contraria procedit in requisitoriis de vno iudice ad alium iudicem eiusdem regni, secus in requisitoriis de vno regno ad aliud, & idipsum consuluerat antea Gratian. *consil.* 92. *numero* 24. *versicul. sed vt magis libr.* 2. cuius sententiam contra Cep. amplexus est Senatus.

15 Item respondetur, quòd in casu nostro plena & vera probatio expressè requiritur ex dispositione d. Bullæ Gregorianæ, per illam clausula, *cognitio an verè, &c.* quæ superiùs fuit considerata, quod tamen non est in casu simplicis delinquentium remissionis, de qua Doct. in contrarium allegati loquuntur.

16 Ad tertium respondetur, contrarium quoad illam geminationem consideratam verius esse: nam in fortioribus terminis verbum importans arbitrium boni viri iunctum verbo importanti liberum arbitrium, resoluitur in arbitrium boni viri, Zabarel. in *Clem. sæpe, in verb. non sic tamen, num.* 6. *de verb. signif.* Ias. *in l. si sic legatum, num.* 31. *&* 34. *ff. de leg. & in cons.* 3. *num.* 13. *lib.* 3. & plures alij quos refert & sequitur Menoch. *in d. tract. de arbitr. iud. quæst.* 7. *num.* 14. *& seq.* qui dicit, quòd opinio ista est probabilior, æquior, & magis benigna, & laudabitur à prudentibus, vt ratione & lege regulata, quod ex his confirmatur quæ tradit idem Menoch. *in eodem tract. q.* 9. *in princ.* vbi concludit, crebriorem esse sententiam, quòd iudicandum sit in dubio, censeri tamen arbitrium boni viri concessum, quamuis verba, vtruo & alterum sensum haberent.

17 Item respondetur, quòd quatenus dicta verba liberum importarent arbitrium, non ideo tamen censetur aliquid, quoad probationes legitimas, sublatum, vbi de criminibus agitur, sed quoad eas reducitur ad arbitrium boni viri, Signor. *cons.* 245. *num.* 16. Alex. *in cons.* 65. *num.* 2. *lib.* 1. Ias. *in dict. l. si sic legatum, num.* 24. *ff. de legat.* 1. Menoch. qui alios congerit *in dict. tract. de arbitr. iudic. quæst.* 9. *num.* 3.

18 Ad quartum respondetur id specialiter esse in crimine assassinij constitutum, ob illius criminis atrocitatem, & immanitatem, Aret. *in cap. cùm non ab homine, num.* 59. *in fine, de iudic.* Felyn. *in c. afferte, num.* 6. *de præsumt.* Clar. *in §. assassinium, num.* 6. Catal. *de indul. c.* 32. *num.* 34. Guttier. *pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 21. & Farin. *in alleg. quæst.* 86. *num.* 41.

19 Ad quintum, & vltimum, scilicet decisiones Senatus Lusitaniæ, & regni Aragonum, respondetur Gramm. fateri istud negotium dubio non carere, immo dubitatissimum esse, & Rotales asserere, quòd decisiones per eum relatæ impugnantur à doctissimis viris, & contrarium debuisset declarari. Et verè ex prædictis liquet,

eas decisiones non esse iuri consonas, & ideo non attendendas cum legibus, & non exemplis sit iudicandum. *l. nemo, C. de senten. & interloq. omn. iud.* qua de re plura cumulat Menoch. *in tract. de praesumt. libr. 1. q. 1. numero 14. & seq.*

20 Nec obstat asserta obseruantia, consuetudo, seu praescriptio, ex quibus conatur Portoles suas tueri decisiones, quia huic ecclesiasticae immunitati, nec per laicos, nec pro obseruantiam, seu praescriptionem aliquam, quae corruptela censenda esset, fieri potest praeiudicium, vt respondent in specie nostra Molin. *in d. tract. de sac. hom. amit. imm. cap. fin. num.* 166. & Falcon. *in suo consil. posito post consil. 76. Farin. num.* 19. stante maximè Concilio Tridentino quod *sess. 25. de reform. c.* 20. innouat omnes sacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis, & immunitatis ecclesiasticae editas, & constitutione nostra Gregoriana, quae superuenit, & nouam in hac materia formam statuit cum amplissimis clausulis, & decretis irritantibus.

21 Ad secundum articulum, an scilicet ecclesiasticus iudex stare possit processui facto à iudice laico, videbatur prima facie respondendum posse. Primò quia de crimine conuictus in seculari iudicio potest à iudice ecclesiastico communione priuari. *cap. multi, & ibi Glos. in vers. seculari 2. q. 1.* Abb. *in c. etsi Clerici, num. 11. & 12.*

22 Secundò, quia iudex secularis, apud quem Clericus est de aliquo maleficio delatus, processum conficere debet, eúmque confectum cum Clerico ipso ad Episcopum transmittere, qui ex transmisso processu sententiam deinde proferet. *§. si verò prius*, & ibi Ang. *numer. 24. & 25. Auth. de sanct. Episc. glos. vnic. in l. nemo qui condemnare, ff. de reg. iur.* Si itaque iudicandus ab Episcopo est, ex gestis in tribunali laico, quanto magis ex eisdem debebit iudicari laicus.

23 Tertiò, quia Clericus, qui coram iudice laico fuit ciuiliter de crimine reconuentus, ac damnatus, potest absque nouo processu à suo iudice suspendi. Glos. *in d. c. etsi Clerici, in ver. non tenet*, vbi Host. *num. 3. & 7.* Io. Andr. *col. 4. vers. vbi grauata, & vers. dixit autem Host. istum suspendi*, & Ancharan. *num. 7.*

24 Quartò, quia probationes vni iudici factae etiam apud alium iudicem fidem faciunt. *l. cum antea*, vbi Bart. *num. 8.* Bald. *num. 12. C. de arbitr. l. iubemus*, & ibi Bald. *numer. 2. not. pen. C. de lib. caus. cap. vltimo. cum glos. 1. & 2. de probat. cap. causámque il 2. cum glos. vnic. de test.* vbi Abb. *num. 1. versic. sed dubito*, & Felyn. *numero 2. fall. 2.* & Franc. *in cap. vltimo de except. in 6. numero 2.* dicunt habere locum etiam in iudice alterius Tribunalis, vel territorij.

25 Quintò, quia nominatim de actis in foro seculari factis, vt in ecclesiastico probent, est text. *in d. cap. vltimo, de excep. in 6.* & ibi Franc. *numero 2.* Bald. *in l. 2. ff. de feriis, in addit. num. 3.* Angel. *in d. § si verò prius, numer. 25. in fine.* Abb. *in d. cap. etsi Clerici, num. 13.* Dec. *num. 90.* Turrecrem. *in d. cap. multi, num. 8.* Felyn. *in d. cap. causam quae, n. 4.* Cap. Tholos. *decis. 199.*

26 Praedictis tamen non obstantibus firmandum videtur contrarium. Primò, quia acta instructoria vnius iudicij non probant in alio, nisi inter easdem personas vel alias, quibus sententia si fuisset prolata, nocere potuisset. *cap. inter dilectos, §. nominibus, de fid. instr.* Innoc. *d. cap. causámque, numero 3.* Host. *num. 1. & 3.* Ioan. Andr. *col. 1. vers. tu verò dicas, & vers. immo & plus videtur.* Anch. *numero 3.* Abb. *numero 2. versic. secundò dubitatur, & numero 4.* Felyn. *numero 18. glos. in versic. seculari, in d. capit. multi glos. vltima in d. l. cum antea, glos. vlt. in l. 2. C. de eden.* vbi Bart. *numero 12.* Fab. *numero 2.* Bald. *numero 18. & 19. in princ. & versic. si verò,* Ang. *numero 5.* Salyc. *numero 5.* Castr. *numero 13* Ias. *numer. 23.* Bart. *in l. 2. ff. iud. solu. numero 6,* Franc. *in d. cap. vltimo, de except. in 6. numer. 4.* Ruyn. *cons. 7. lib. 5. numero 15.* Afflict. *libr. 2. constitut. regn rub. 5. numero 18.* Quare probationes in foro laico factae inter fiscum, & reum, non possunt in iudicio immunitatis obesse Ecclesiae, quae & aliam gerit personam, & laedi ex sententia lata ex eis actis non potuisset, quia nullam connexitatem, aut communionem cum illa causa habebat, vt DD. requirunt in sententia, quae debet praeiudicare tertio, sed erat ab ea omnino independens.

Secundò, quia vnius iudicij acta in altero etiam inter easdem personas non probant, cùm non est eadem causa, vel si eadem ad alium effectum agitur. glos. *in vers. in modum; ibi, sed quid, &c. in c. 2. de ordin. cognit.* vbi Innoc. *num. 7.* Abb. *num. 25.* Innoc. *in d. c. causámque, num. 3.* Host. *num. 1. & 3.* Io. Andr. *col. 1. vers. tu verò dicas, vers. si verò ad aliud, & vers. sed obijcies,* Anchar. *num. 3.* Felyn. *n. 4.* Abb. *in c. cùm in tua, de test. num. 2. in fine*, Fab. *in d. l. 2. C. de eden. num. 2.* Feder. de Sen. *cons. 160. num. 3.* Anchar. *cons. 146. num. 7.* vbi dicit Doctores omnes in hoc esse concordes, Imol. *cons. 146. num. 7. ad fin. vers.* & licèt dicatur, quòd autem in hoc iudicio diuersa causa tractetur, & ad alium, finem, patet, quoniam in iudicio seculari agitur principaliter de homicidio ad effectum illud puniendi, in ecclesiastico verò principaliter de immunitate, & ad effectum cognoscendi, an reus ea frui debeat, nec ne. 27

Tertiò, quia acta coram iudice ecclesiastico non probant coram seculari cognoscente de eo, in quo ecclesiasticus non fuisset competens, & è contra. Bart. *in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud. num. 4.* per text. *in §. si verò crimine, cum glos. in verb. secundùm leges. Auth. de sanctiss. Episc.* quare cùm in quaestione immunitatis, quae coram ecclesiastico discutitur, secularis non fuisset competens, processus ab illo factus fidem facere non poterit ecclesiastico. 28

Quartò, quia etiamsi in hoc iudicio agatur, vt dictum est principaliter de Ecclesiae immunitate, negari tamen non potest, quin admixtam habeat cognitionem criminis, cùm ex eo iudicium pendeat an reus delictum in Bulla exceptum commiserit, nec ne, testes autem super crimine coram vno iudice examinati apud alterum fidem non faciunt, Socin. *in cap. qualiter & quando il 2. de accusat. num. 179* post Angel. quem allegat, *in l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10.* qui ea ratione mouentur quòd iudex debet videre testes, vt agnoscat, trepidi, an constantes in depositione sint, & quia maior est autoritas testium praesentium, quàm testimoniorum quae recitantur, & testibus non testimoniis credendum est. *l. 3. §. idem Diuus Adrianus, & §. Gabino, ff. de test.* 29

Et si immunitatis controuersia contingeret, quemadmodum solet vt plurimum, antequam rei conijcerentur in carcerem, atque ita iudicis laici processu adhuc imperfecto, minorem tunc res haberet difficultatem, tum quia probationes receptae sunt sine citatione, contra tex. *in c. 2. de test.* tum quia acta nondum sunt publicata, & propterea in alio iudicio etiam inter easdem personas non probant *l. gesta,* & ibi Iac. de Aren. *C. de re iudic. num. 2.* Bart. *in l. 2. ff. iud. solu. num. 5.* Fab. *num. 3.* Ias. *num. 20.* Alex. *cons. 82. lib. 3. num. 23.* qui dicit esse opinionem communem, vt Felyn. quoque *in d. c. causamque, num. 14.* ac demum, quòd in terminis Bullae stari non debeat probationibus fori secularis, sed conficiendus sit nouus processus, asseruit Far. *in cons. 76. num. 1.* licèt alijs rationibus. Ambros. *de immun. Eccles. c. 11. num. 3.* 30

Non obstant contraria: nam ad primum *d. cap. multi,* respondetur, quòd dum ibi dicitur non esse excommunicandum, nisi qui conuictus est in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio, accipi iudicium potest pro crimine non pro foro, vt sic non forum seculare ab ecclesiastico, sed seculare crimen ab ecclesiastico distinguatur, & erit sensus eum dumtaxat excommunicari, qui conuictus sit alicuius delicti, siue secularis, siue ecclesiastici: in quo autem foro, cùm non dicatur, in ecclesiastico intelligemus. Et haec fuit prima expositio glosae *ibi in verb. seculari*, quam amplexus est Archid. *num. 1. eod. ver. & num. 9.* Gemin. *col. 1 illo ipso verbo, & col. tertia, versic. ibi in secularibus.* Turrecrem. *num. 6. vers. 1 modo, & versiculo primò tamen, & num. 8. & vers. quidam verò, & verbo conuictum,* Praepos. *num. 9.* 31

Item quamuis tex. loqueretur de excommunicando 32
conuicto

conuicto in foro seculari, non tamen continuo, sequeretur vt Ecclesia ferret sententiam excommunicationis ex actis in iudicio laico, quoniam non ob condemnationem iudicis secularis, sed ob sequentem contumaciam coram ecclesiastico commissam intelligitur ibi excommunicatio fieri, adeò vt ibi contumacia cessaret, ferenda excommunicatio non esset, condemnatione laici nequaquam obstante. Ita Arch. *d. vers. secular.* Gemin. *eodem verb. & col. 3. versic. ibi ad pœnitentiam.* Turrecrem. *numero 6. versic. nota hic, num. 7.* Præpos. *num. 9. versic. vel potest.*

33 Prætetea etiamsi sententia *in d. cap. multi*, ferenda esset ex processu iudicis laici, quod non conceditur, ea noceret ipsi soli, aduersùs quem fuit factus processus: at sententia in casu nostro, non reo tantùm præiudicaret, contra quem processus est directus, sed etiam Ecclesiæ, cuius immunitas controuertitur; vnde sequitur, vt propter interuentum nouæ personæ standum non sit attestationibus alterius iudicij, vt dictum est suprà, atque tandem *in d. cap. multi*, fuerunt coram laico, quando sic tex. intelligeretur, quod non creditur, factæ plenæ probationes, quod apparet, quia text. loquitur de reo conuicto: at in eo casu, quo ante reum in carceribus detentum de immunitate disputatur, qui casus frequentior est, probationes fori secularis non sunt plenæ, immo nullius prorsus fidei, vtpote receptæ aduersario non citato, *dicto cap. 2. de testib.*

34 Ad secundum *de §. si verò prius, de sanct. Episcop.* & not. ibi per Angel. & glos. *in d. l. nemo qui condemnare*, dicitur non obtinere iure canonico, quo non licet laico de clerici delicto citra excommunicationem agnoscere. *capitulo vt fama, de sent. excomm. cap. cùm non ab homine, de iudic. cap. 2. d. for. compet. capit. vnico, de cler. coniug. in 6.* Nec Imperatori licuit eam constitutionem contra Ecclesiam condere. *capit. vltimo, de reb. Eccles. non alien. capitul. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constitut. capitulo 1. distinct. 96.* atque ita respondit Bathat. *in capitulo etsi clerici, de iudic. numero 70.* & Afflict. *libro 1. constitut. Regn. rubric. 27. numero 32.*

35 Ad tertium quòd clericus ciuiliter de crimine coram laico reconuentus & condemnatus suspendi possit ab ecclesiastico, dicitur primò verum non esse quod supponitur, vt de maleficio scilicet possit clericus ciuiliter coram laico reconueniri, prout voluit Gul. de monte Lauduno *in cap. vnico*, per illum tex. *in §. cum insta, de Cler. coniug. in 6. ad fin. versic. Guido contradicit.* Gemin. *in cap. 1. §. cuius in agendo 3. q. 8. col. 4. vers. secundò probo.* Anchar. *d. c. etsi clerici, numer. 9.* Abb. *num. 20.* Dec. *numer. 148.* Præpos. *in d. cap. multi, num. 10.* Auf. *Clem. 1. de offic. ordin. quæstion. 3. conclus. 7. num. 84.* etsi tres postremi asserunt hanc esse communem sententiam.

36 Deinde quatenus contrarium esset verum, suspensio tamen à iudice ecclesiastico non infertetur ratione sententiæ latæ à seculari, sed infamiæ exinde surgentis, prout declatarunt Gloss. Host. Ioan. Andr. & Anchar. in contrarium allegati *in d. cap. etsi Clerici*, vbi Abb. *num. 8. in fin.*, testatur de communi, glos. *in verb. seculari*, & Præpos. *numer. 11. in d. cap. multi*, ac demum, cùm agatur de condemnato per laicum, agitur consequenter de plenis probationibus apud eundem factis, & propterea tanto minus obstat, cùm de immunitate agitur, antequam reus detrudatur in carcerem, quemadmodum agi plerumque solet.

37 Ad quartum, quòd acta vnius iudicij probent in alio, respondetur verum esse, dummodo eadem causa sit, & inter easdem personas, & ad eundem finem, vt diximus suprà, quorum hîc nullum concurrit, & dummodo parte citata testimonia recepta sint, & publicata, quod non est, cùm ante reum captum de immunitate disceptatur.

38 Ad quintum de *cap. vltimo, de except. in 6.* respondetur, quòd ibi agitur de admittenda ab Ecclesiastico exceptione rei iudicatæ coram laico, atque ita eadem causa supponitur, & inter easdem personas, vt ibi rectè animaduertit glos. *in verb. admitti*, Anchar. *numero 3.* Franc. *numero 4.* Dec. *in d. capit. & si Clerici, numero 90.* Aliàs enim exceptio iudicati non prodesset, *l. 3. & l. si quis cum totum, §. & generaliter, ff. de except. rei iud.* Atque insuper cùm de re iudicata agatur, plenè supponuntur probationes, cùm tamen hîc, & alia causa sit, & aliæ personæ, sicut dictum est, & probationes, quibus stari oportere prætenditur, vtplurimum minus plenæ. Quibus rationibus, neque etiam obstant hi, qui gesta in foro laico probare in ecclesiastico specialiter dixerunt, quoniam eandem agitari causam, & inter easdem personas semper, & ipsi supponunt.

Ad tertium articulum de citatione sigillatim & distinctè procedendo. Respondetur inprimis, citationem necessariam esse vigore illius clausulæ constitutionis Gregorianæ, *cognito an verè, &c.* Guid. Pap. *decis. 70. numero 1. & 3.* sicuti de simili clausula, *constito, vel si constiterit*, dicunt, gl. *in Clem. 2. §. locorum, in verb. constiterit. de pœn.* & ibi Card. *in princip.* Anchar. *in fine*, Imol. *numero 6.* Gulielm. *in verb. constiterit*, Abb. *in fine*, & Vital. *numero 34.* gloss. *in Clem. præsenti, in verb. constiterit, de censib.* & ibi omnes, Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de pect. & possess. §. 2. in vltim. addit. vers. Quod verba*, Abb. *in capit. sacro, de sent. excomm. numero 13.* Rota Romana *decis. 16. de dolo, & contum. in antiq.* Papaz. *ad decis.* Rotæ 12. *de offic. deleg. numero 3. in nouis.* Vestr. *in prax. libr. 8. capit. vltim. numero 13.* & si fuerit omissa, processus redditur nullus, Alex. *in cons. 128. libr. 2. numero 1. & cons. 70. libr. 1. numero 10.* 39

Quod procedit etiamsi per illam clausulã (*iudicio suo*) superius consideratam, conferetur arbitrium ordinariis concessum, nam etiam habens arbitrium ad citationem adstringitur, gloss. *in Clemen. pastoralis, §. cæterum, in verb. licuerit per illum text. de sent. & re iud.* & in Clem. *sæpe, in verb. defensiones, in vers. excludi etiam per illum tex. de verb. signif.* Ancharan. *in cap. final. circa princ. vers.* Sed hic quæro, *de hæret. in 6.* Dec. *in c. ad id, numero 23. de iudic.* Alex. *in d. cons. 218. numero 6. lib. 2.* & alij, quos sequutus allegat Menoch. *in tract. de arbitr. iud. libr. 1. q. 17. n. 3. vers. Contrarium est verius, & num. seq.* 40

Data igitur citationis necessitate, sequitur Ecclesiam esse citandam, cùm de illius immunitate agatur, *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. nam ita diuus, ff. de adopt. & cap. 2. de testib.* Bellam. *decis. 688. in princ.* & pro eo promotorem, seu Fiscalem Curiæ Episcopalis, cuius partes sunt tueri iura Ecclesiæ, Foller. *in pract. crim. canic. p. 2. cap. 5. numero 16.* & in hoc nulla videtur subesse difficultas. 41

At de reo confugiente prima facie respondendum videtur illum necessariò non esse citandum. Et primò, quia immunitatis priuilegium Ecclesiæ, & nõ reis delinquentibus ad eum confugientibus concessum fuit, *c. inter alia, de immunit. Eccles. & l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* & ita tradunt, Anchar. *in cons. 329. num. 1. versicul. sic dicimus*, Couar. *var. resol. libro 2. capitulo 20. numero 11.* Decian. *in tract. crim. libro 6. capit. 29. numero 1. in fine*, Molin. *tract. de sacr. hom. amitt. imm. in capit. fin. numero 185.* vbi dicit ita tenere omnes; cùm igitur non tractetur de iure, vel priuilegio ipsorum confugientium, non est cur ipsi citari, vel audiri debeant, *cap. non solent 2. quæst. 6.* cum ibi notatis. 42

Secundò, quia in omnem casum videtur non posse, nisi de illorum interesse in consequentiam agi, & tamen constat eos, de quorum interesse in consequentiam agitur, nõ esse citandos, *l. 1. §. denunciare, ff. de vent. inspic.* glos. *in d. l. de vnoquoque, in ver. causæ, ff. de re iud.* & ibi Alex. *num. 17.* & Imol. *in fine*, Dec. *in l. in iure ciuili, num. 4. ff. de reg. iur.* Marant. *in prax. p. 6. par. princ. memb. 1. de citatione, num. 30.* & plures allegant, Tiraquell. *in tract. res inter alios acta, col. 1. vers. sed hæc multis*, & Gabr. *in suis comm. tit. de citat. concl. 1. num. 316.* 43

Tertiò, quia in crimine assassinij non est necessaria citatio partis, Host. *in cap. vnic. de homicid. in 6. num. 37. super verbo, constiterit*, & Ioan. Andr. & Gemin. *ibidem* 44

super

super eodem verbo, vnde inferunt Gemin. & Philip. Franc. ibi, quòd vbicumque lex non requirit plenam probationem, sed contenta est indicijs, seu probabilibus argumentis omitti potest partis citatio, & illos sequitur Dec. in c. 2. num. 54. de probat. Ergo multo minus requiri debet in hac nostra cognitione, in qua non agitur de tanto partis præiudicio.

45 Quartò, quia citatio necessaria non est, vbi probatio fit ad instructionem solius iudicis; Innoc. in ca. tenor, circa med. de sent. & re iud. & in cap. ex parte, de accusat. Bart. in l. 3. §. si causa, num. 7. ff. de bon. poss. & ibi Extrauag. ad reprimendum, super verb. per edictum, num. 4. Bald. in l. non dubium, numer. 13. C. de leg. Soc. in tract. de citatione, articul. 7. numer. 68. versicul. decimus casus, & Afin. in prax. §. 7. capit. 5. limit. 88. numero 9. quod autem in casu nostro ista cognitio fiat ad instructionem ordinarij tantùm, videtur probari ex bulla Gregoriana, ibi, iudicio suo commisisse videbuntur. & ibi, cognito an verè. & suadetur à simili ex textu in dicto capit. vnic. de homicid. in 6. ibi probabilibus constiterit argumentis, iunctis ibidem traditis per Hostiens. numer. 37. & per Ioan. Andr. numero 7. & Gemin. numero 9. qui verbum illud, constiterit, ad iudicem referunt, non etiam ad partem.

46 Quintò ita tenuit Remig. Gonij in tractat. de immunit. Eccles. in secunda quæstione, num. 3. vers. & attenta opinione, & n. 11. vbi concludit informationes secretas sufficere absq; partis citatione.

47 Sextò, & vltimò, quia hoc idem, quòd rei confugientis citatio sit omittenda, videtur receptum à praxi, & obseruantia curiarum ecclesiasticarum, quæ est optima legum interpres, & attendenda. l. sed & Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. si seruum plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Bartol. in l. cætera, §. final. ff. eodem. Natta consilio 406. numero 25. & sequent.

48 Contrarium tamen videtur verius. Primò, quia licèt istud immunitatis priuilegium sit Ecclesijs concessum, nihilominus suum in confugientibus effectum consequitur, vnde & ipsi ratione Ecclesiarum hanc immunitatem habent, quod ex verbis dict. capit. inter alia, & dict. leg. præsenti, & expressiùs ex capit. maior, & cap. frater. 17. quæst. 4. colligitur quatenus in personas confugientium diriguntur. & hinc fortè motus Molin. in tractat. de sacr. homicid. amitt. immun. capit. final. numero 186. censuit non Ecclesiarum principaliter, sed personarum ad eas confugientium intuitu immunitatum iura concessa fuisse, sed quicquid sit de opinione Molin. non est nouum, quòd priuilegium vni concessum, eius intuitu alteri competat, connexitatis, vel alia ratione, vt de priuilegiatis socijs dixit Abb. per illum textum. in cap. quàm sit, num. 1. de Iudæis, & de emtoribus & conductoribus, Dec. in consil. 48. num. 4. versic. tertiò principaliter, & num. 1. versic. tertiò respondetur, & de familiaribus coniunctis, & alijs, Oldrad. in consil. 11. & Surd. in cons. 301. num. 11. & seq.

49 Secundò, quia si reus, qui confugit, extrahatur ab Ecclesia inuitus, agere potest, vt pristinæ libertati restituatur, Bartol. in dict. leg. præsenti, numero 5. Abb. in dict. capit. inter alia, numero 26. & ibi Andr. Sicb. Apostil. ad Capel. Tholos. quæst. 423. numero 2. Syluestr. in summ. titul. immunitas 3. numero 11. Angel. in summ. verb. immunitas, num. 20. & Remig. in tracta. de immunit. Eccles. quæstion. 10. ex quo consequitur immunitatis priuilegium illi competere, aliàs enim agere non posset. capit. non solent 2. quæst. 6. & ibi gl. & Doctor. leg. si patroni, §. qui fideicommissaria, & ibi Angel. Alexand. ff. ad S.C. Trebell. Bart. in l. si vnus, §. ante omnia, in tertio notab. ff. de pact. Anchatan. in consilio 119. post princip. & Dec. in consilio 302. num. 4. & comprobatur, quia si ipse confugiens voluerit, potest ab Ecclesia licitè extrahi, Archid. in cap. reum 17. q. 4. num. 1. Host. in cap. vlt. de immunit. Eccles. num. 1. in fine, & ibi Io. Andr. versic. dixit autem. Gulielm. in Clem. 1. de pœnit. & remiss. post princ. vers. secundò quæro. idque etiam reclamantibus Ecclesiæ ministris, quia videtur per hoc renunciare suo iuri, & priuilegio, Archid. in capit. frater, dict. quæstio. 4. numer. 2. & ibi Turrecrem. numero 21. idem Turrecrem. in capit. diffiniuit, eadem quæst. 4. numer. 1. in fine, & ibi Th. de Visch. numero 56. Remig. in d. tract. fall. 12. ad fin. licèt aliud sentiat. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 36. numer. 12. & si fuerit ab Ecclesia extractus inuitus, quamuis sufficeret, quòd restitueretur alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, nihilominus illo petente debet ad Ecclesiam, à qua fuit extractus, remitti; Remig. vb. supra, q. 10. in fine.

Tertiò, quia id, de quo agitur, verificari debet ex facto ipsorum confugientium, vnde cùm lædi possint, si declaretur, eos tale delictum commisisse, videntur omnino citandi. Abb. in c. fin. de præsumt. num. 13. in 5. col. versic. tertius casus, & ibi Felyn. num. 25. 50

Quartò, quia etiã in terminis remissionis delinquentium de vno iudice ad alium necessaria est ipsorum citatio coram iudice remittente, sicuti traduut, Guido Pap. decisione 419. numero 2. Franc. Marc. decis. 400. num. 8. & Molin. de brach. sec. cap. 40. num. 38. 51

Quintò, & vltimò, quia licèt delictum propter quod confugiens immunitate gaudere non debet, notorium sit, cum tamen tradendum non esse, nisi priùs facta declaratione super delicti notorietate, parte citata, tenuit Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. 52

Ad contraria respondetur de interesse istorum confugarum tractari æquè principaliter & propter se, iis verò secundariò, & intuitu Ecclesiæ, in his tamen terminis attendendum non est qualiter, & quomodo quis iura & interesse acquisierit, an principaliter vel secundariò, seu propter se, vel propter alium, sed tantùm an præiudicium, quod ex iudicio de quo agitur generari potest, quem immediatè, & principaliter tangat, vt in casu isto tangit huiusmodi confugas, an verò immediatè seu in consequentiam, & in his terminis loquuntur iura, & Doctores præcitati. 53

Ad tertium respondetur, quòd contrarium, vt nimirum citatio in crimine assassinij necessariò requiratur, magis à DD. receptum est; ita enim tenuerunt Franc. Aret. post Abb. quem citat in cap. 2. num. 11. versic. quintò fallit, de test. & ibidem Felyn. num. 11. Gramm. in cons. 1. num. 64. & sequentibus, vbi dicit Host. super cuius auctoritate contraria opinio fundatur, loqui per dictionem, forsan, & sic non firmare pedes, quinimo id dicere propter periculum, non autem simpliciter, & indistinctè, prout aliqui ex citatis in contrarium firmarunt, & sequitur Mascar. in tract. de probat. conclus. 137. num. 3. versic. contrarium. 54

Item respondetur, quòd Doctores in contrarium citati sentiunt in crimine assassinij, non esse necessariam citationem, eo quia lex est contenta probabilibus argumentis. Nos autem versamur in causa, in qua necessariò requiritur plena & vera probatio, vt in præcedenti articulo dictum fuit. 55

Ad quartum respondetur, quòd tunc probatio fit ad solam iudicis instructionem, quando ex ea nullius iuri detrahitur: at vbi de tertij præiudicio agitur, fieri debet etiam respectu partis, & sic in forma iudicij, & citato eo cuius interest, ita distinguit Innoc. in cap. fin. vers. sin autem in litera, & vers. seq. de præsumt. & illum sequuntur ibi Host. num. 5. versic. sin autem, Abb. num. 13. vers. hæc possum tacere, & Felyn. numer. 15. & idem Abb. in cap. conquerente, numero 6. de restit. spol. Alexand. in consil. 218. numero 1. libr. 2. & Dec. in consil. 197. numero 7. vers. Accedit etiam; neque obstat auctoritas Bart. & Bald. ac aliorum in contrarium citatorum, quia Bart. in alleg. l. 3. §. si causa, numero 7. de bon. possess. loquitur in iisdem terminis, quando scilicet nulli iuri detrahitur, vt patet ex casu, in quo loquitur de danda nimium bonorum possessione, quæ nullum tribuit aduersario præiudicium, vt ipsemet Bart. probat ibidem numero 4. & de eadem re loquitur etiam Asin. pro contraria parte citatus; & ita quoque intelligitur Bald. in alleg. l. non dubium, vbi citat Innoc. in alleg. capit. ex tenore, & capit. ex parte, & Bart. in extrauag. ad reprimen. ij enim loquuntur de pertinentibus tantùm ad iudicem circa modum, & normam explicandi suum officium, non autem de pertinentibus ad partem, licèt dici quoque possit illos esse intelligendos de notorio, de quo sc potest iudex

Iudex absque iudiciario ordine informare, vt per Abb. post Ant. de Butr. *in cap. 2. numero 7 de testib.* & ex his facilis est etiam responsio ad auctoritatem, Soc. *in alleg. tract. de citat.* cùm enim simpliciter & indistinctè loquatur, debet intelligi secundùm præmissam distinctionem, & simile, quod de stylo Curiæ adducit, quòd potest Iudex se absque partis citatione informare, respondetur id procedere, quia stylus pertinet ad modum & ordinem procedendi in iudicio, & est notorius in Curia, ideoque sufficit allegari, quamuis ad sui instructionem possit Iudex absque partis citatione, & in Camera de illo se informare, vt tradit latè Mascard. *in alleg. suo tract. conclus.* 1338. *numero* 4. *&* 6.

57 Quare cùm in casu nostro agatur de præiudicio tertij, scilicet Ecclesiæ, & rei ad eam confugientis, nec aliquid notorium allegetur, dici non potest quòd ista cognitio adhibeatur ad solius ordinarij instructionem, sed facienda est etiam ratione partium in forma iudicij, & partibus citatis. Non obstante auctoritate Host. Io. Andr. & Gem. in contrarium alleg. ij enim referunt illud verbum, *co-fiteerit,* ad iudicem, quia quælibet probatio Iudici facienda est, non parti, *l. 3. C. de condict. ob turp. caus. cap. statutum, §. cùm verò, de rescrip. in 6.* cum alijs adductis per Dec. *in rubr. de probat. numero* 25. nec aliud tradunt, ex quo rectè inferri possit.

58 Ad quintum argumentum de auctoritate Remigij respondetur illam ex præmissis esse reijciendam cùm iuribus, rationibus, & auctoritatibus pro hac parte allegatis repugnet, nec aliquod habeat firmum fundamentum, præterquam quòd præsupponit, summarias tantùm informationes in hoc negocio esse assumendas, eásque à iudice seculari, & tamen plenæ & veræ probationes coram iudice ecclesiastico requiruntur, inter hos enim casus multum interest, vt in præcedenti articulo 1. & 2. dictum fuit.

59 Ad sextum, & vltimum respondetur non apparere de aliqua contraria praxi, & obseruantia interpretatiua, immo constare nonnullos casus fuisse absque formali cognitione terminatos ex speciali mandato Sanctissimi, vnde regula firmatur in contrarium.

60 Item respondetur, quòd vbi de aliqua obseruantia appareret, ea tamen non esset attendenda, cùm non in dubijs, sed in claris videamur versari, per prædicta *in l. ille, aut ille, ff. de leg.* 3. Aret. *consilio* 115. *numero* 2. Menoch. *consilio* 845. *numero* 24. & Surd. *consilio* 303. *numero* 24. idque maximè cùm de tertij præiudicio eóque pleno, & irreparabili, & de auferendis ab eo defensionibus ipso naturali iure debitis agatur.

61 Illud autem non videtur hîc prætereundum, quòd vbi etiam ageretur de confugientium præiudicio, in cõsequentiam, sic vt non essent de necessitate citandi; nihilominus si sponte, seu non citati comparerent, & peterent se pro eorum interesse audiri, tunc absque dubio essent omnino audiendi, Rom. *in l. peregrè, §. quibus, ff. de acq. poss.* Felyn. *in c. ex præpositorum, numero 2. versiculo sed intelligitur, de accusat.* Tiraq. *in dict. tract. res inter alios acta, col. 9. vers. secundò declara,* & Follet. *in pract. crim. can. p. 2. c. 9. n.* 14. Abb. *in c. si. de præs. numero* 13. *versùs finem, versiculo, sed si compare*, & ibi Felyn. *n.* 33. *vers. & subdit.*

62 Quinimo eo in casu possent etiam se opponere executioni declarationis ordinarij de non competantia immunitatis. nam quamuis hi, de quorum præiudicio agitur, in consequentiam non sint de necessitate citandi, id tamen verum est, quoad actus validitatem, non autem quoad præiudicium illis generandum, ita vt eueniente casu præiudicij non possint actum impugnare, vt declarat Imol. *in d. l. de vnoquoque, in fin.* & ibi Alex. *numero* 17. Soc. *de citat. in artic. 5. circa princ.* Ias. *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, numero 36. de offic. procons.* Dec. *in d. l. de iure ciuili, numero* 4 Boss. *in tit. de sent. numero* 17. Gabr. *in d. conclus. p. de citat. num.* 330. & Tiraq. *in allegato suo tractatu res inter alios acta, columna 9. versiculo, hactenus satis,* verius tamen videtur, quod immo de necessitate etiam quoad actus validitatem citandi sint per prædicta.

Ad quartum articulum de modo procedendi, respondetur libellum non esse exhibendum, neque litem contestandam, stante quòd proceditur non ad pœnam delicti, sed ad ipsius qualitatis cognitionem, & ex officio, & nullo accusatore interueniente, & sic versari videmur in cognitione extraordinaria, in qua necessarius non est libellus, nec litis contestatio. Specul. *in titul. de offic. omn. iud. §. fin. num.* 9. & eo magis stante arbitrio ordinarijs concesso, de quo dictum est suprà *in secundo articulo*, eo enim in casu hanc libelli & litis contestationis solemnitatem non esse necessariam, scribit Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. q.* 8. 63

Quo autem ad dilationes, cùm in casu nostro agatur extra ordinem, & concessum fuerit ordinarijs arbitrium, videntur posse restringi, ita tamen vt aliqua omnino detur; cùm enim ob plenum & irreparabile præiudicium probationes plenæ requirantur, vt suprà in primo articulo ostensum fuit, non potest dici plenè probatum, nisi aliqua dilatio detur, intra quam reus, de cuius præiudicio agitur, audiri possit, & suas defensiones facere. Specul. *in d. § fin. num.* 18. 64

De publicatione verò processus non videtur dubitatum quin fieri debeat, aliter per indirectum tollerentur defensiones, ad quas ipsa publicatio processus ordinatur, vt dicit Follet. *in pract. crim. can. par. 2. cap.* 14. vnde in ijs etiam causis necessaria est, in quibus proceditur sine strepitu, & figura iudicij, Anchar. *in cap. si, in princ. de heret. in 6.* & ita etiam in terminis si constiterit quòd facienda sit publicatio, tenet Rota *decis. 25. de dol. & contum. in antiq.* 65

Nec obstat quòd ex hac processus publicatione instruatur reus ad principale iudicium in foro seculari agitandum, quia aut Curia secularis habet testes quibus plenè probet delictum coram iudice ecclesiastico, & tunc cùm eosdem testes possit etiam in suo foro examinare, & reum conuincere, parum refert, vt reus instruatur, aut non habet testes quibus plenè id probet, & tunc minus considerabile erit præiudicium, quia reus debebit immunitate gaudere, & conclusum fuit in primo articulo. Præterea dato quòd hinc fortè durior causa fisci secularis in aliquo efficeretur, attamen maius absurdum esset, quòd iudex ecclesiasticus traderet ipsos confugientes, tanquam grauissimorum criminum in d. Bulla expressorum reos, eis non vocatis, atque eorum defensionibus non auditis, quod ipsum ius naturale, diuinum, & humanum valde abhorret, vbi autem duo absurda concurrunt, absurdius est euitandum. *l. ita vulneratus. §. quòd si quis absurdè, ff. ad l. Aquil.* & ibi glos. & Albet. *& l. nemini nihil*, & ibi latè Dec. & Cagn. *ff. de reg. iur.* 66

Nec etiam obstat, quòd ex huiusmodi concessione dilationum ad probandum, & receptione defensionum, negotium iustitiæ nimis protrahatur, quia videtur satis prouisum ex eo quòd libelli & litis contestationis solemnitates omittuntur, dilationésque minuuntur, & præciduntur, & quælibet appellatio denegatur. 67

Quoad quintum, & vltimum articulum, an reus iste sit iudici seculari tradendus, inspiciendum est, vtrùm iudici constet per proditionem occidisse, qua in re duæ suboriuntur difficultates, vna, an is homicidium per proditionem commisisse dicatur, qui per insidias occidit; altera an ille, qui de nõ offendendo inimicum fidem dedit. Ad primam respondendum videtur affirmatiuè. Primò quia ad tex. *in cap. 1. de homicid.* quatenus verba illa per industriam & insidias exponuntur per proditionem à Felyn. ibi *ante numer.* 1. Boët. *decis.* 109. *numero* 5. Remig. *de immunit. ecclesiast. fallen. 14. num.* 2. Couarr. *libr. var. resol. 2. cap. 10. num. 7. vers. tandem his.* Petr. à Plaz. *epit. delict. lib. 1. cap. 21. num.* 2. Molyn. *de sac. homic. amitt. immunit. cap. vltimo, num.* 39. 58. Menoch. *de arbitr. cas. 461. num.* 27. Peguer. *in decis. 54. n.* 79. Germon. *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 13. numero* 64. 68

Secundò ex vulgari loquendi consuetudine, secundùm quam proditorius homicida dicitur, qui occidit ex insidijs. Petr. Gerard. de Pet. Sanct. *sing. 14. nnmer.* 7. quæ 6

consuetu

consuetudo in Gregorianæ constitutionis interpretatione spectanda videtur, ob reg. l. librorum, §. quod autem, ff. de leg. 3. & l. Labeo, ff. de supell. leg. quam ab vltimis voluntatibus ad statuta extendit Bar. in d. §. quod autem, numer. 1. & in rubr. ff. de nou. oper. nunc. numer. 6. Ias. in l. 3. §. Nerua, ff. de acquir. poss. numero 11. Socin. Iun. consil. 6. libr. 1. num. 15.

70 Verumtamen concludendum videtur contrarium, quia homicidium proditorium insidiæ non faciunt, sed quòd eum quis interficiat, cui nulla ab interfectore cauenda occasio erat. Bart. in cap. constit. qui sint rebell. verba rebellis, numero 4. & in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. numero 1. Luc de Penn. in l. vl. vna, C. de delat. libr. 10. col. 2. versic. item nota mores prodit. Bald consil. 361. libro 4. numero 3. versic. 2. Aret. de malef. verb. fecit insultum, numera 4. Alexand. consil. 145. libro 7. numero 5. Felyn. in d. capit. 1. numera 1. Afflict. decis. 265. num. 64. & ibi Vrsill. numero 70. Carer. in pract. tract. de appell. in crim. §. vigesimus casus, num. 8. Ign. in l. si percussor certus, §. si vnus. ff. ad Sillan. numero 14. Gomez var. resol. libro 3. cap. 3. numer. 5. qui testatur esse communem, vt ibi quoque Eman. Soar. in addit. Clar. § homicidium, numero 8. vbi Baiard. numero 25. & nouissimè Ioan. Aloys Catalan. in tract. de abolit. & indult. limit. 4. capit. 31. in alleg. factis à Ioan. Baptist. de Leonard. numero 1. & omn. seqq. fol. mihi 240. & sequent. vbi latissimè Bartol. doctrinam defendit Villagut de extens. leg. in constitution. Gregor. super immunitat. ecclesiast. numero 53. versiculo quartus modus. Vinc. de Franc. decisione 711. Pract. Archiepisc. Montis Marani capitulo 94. numero 1. & seq. Alexand. Ambros. in tract. de immunit. Eccles. capit. 6. numero 3. & sequent. & addunt interficientem per insidias eum, cui se palàm profitebatur inimicum, propterea proditorem non esse, quòd illum cauendi causa quia inimicitus habebat, prout dixit etiam Plaz. dict. cap. 1. 21. numera 1. Baiard. dict. § homicidium, numera 25. & hinc receptum est in praxi, vt in accusatione, seu inquisitione contra proditorem formanda adijciatur ad denotandum proditionem, clausula, nulla inimicitia præcedente, Blanc. de indic. homicid. numera 194. Decian. libr. 7. capit. 30. numero 20. & dicit Baiard. ad Clar. in §. homicidium, numero 25. se nunquam vidisse contra homicidam insidiosum de proditione inquiri, & ita etiam fuisse in statu Mediolani mihi præsupponitur per Senatum decisum in causa cuiusdam de Bauerijs, vt in literis eiusdem Senatus, ex quibus etiam, iunctis narratis in precibus, videtur Senatus sensisse quòd simulatio amicitiæ requiratur in actu ipso proditionis, & non sufficiat præcedens.

71 Non obstat intellectus ad tex. in d. cap. 1. de homicid. suprà relatus, quia tex. ille debet intelligi de eo, qui à tergo, vel ex abdito aliquo loco, quem de improuiso adoritur, & occidit, & hoc modo eum text. interpretantur Inn. Host. & Ioan. Andr. ibi & Turrecrem. in cap. sicut antiquitus 17. quæst. 4. numer. 2. dum ad declarandum qui per insidias interficere dicantur exemplum afferunt publicorum latronum, qui ex insidijs viatores aggrediuntur, l. 1. C. quand. lic. vnic. sine iudice. ibi, numera frequentata insidijs aggressionis obsederit, capit. inter alia, de immunit. Eccles. vbi Innoc. in verbo, qui, Ioan. Andr. in verb. insidijs, Host. numero 4. Archid. & Turrecrem. in d. capit. sicut antiquitus, & hanc interpretationem ad d. cap. 1. videtur quoque sensisse ibi Abb. ante numer. 1. dum per insidias interfici dixit, cùm insidiæ parantur; insidiæ enim parantur, cùm quis habitu mutato, vel quia alia fictione facie, vt cautè prætereuntem aggrediatur. Menoch. de arbitr. cas. 361. numer. 28. & DD. qui insidias exposuerunt, id est, per proditionem in iis insidijs intelligendi sunt, quæ proditionem efficiunt, nempe cum odij dissimulatione & ostentatione amicitiæ, prout apertissimè demonstrant exempla quæ statim ad proditionis declarationem attulit ipse Felyn. in d. cap. 1. numero 1. Anchar. numero 2. Ioan. de Anan. ante num. 1. Alex. d. cons. 145. num. 5. Remig. d. fallen. 14. numer. 2. quæ prorsus illa sunt, quæ Bart. & alij suprà allegati deducunt. Et ratio quare insidias pro proditione sumserunt esse potuit, quia qui amicum se simulat, cùm hostilem animum gerat insidiatur, vt animaduertit Decian. libro 7. capitulo 29. numero 24. Menoch. dicto cas. 361. numero 27. quamuis re vera dicta expositio accommodari non possit ad illum tex. magis enim ei congruit interpretatio Innoc. & aliorum superiùs allata.

Nec propterea dicatur homicidam insidiosum im- 72
munitate non gaudere, quia præterquam quòd varios intellectus tex. ille habet relatos per Abb. ibi, & Guido. Pap. decisione 121. quorum nullus vno excepto immunitatem exclusit, vnde quoad hoc fieri in eo fundamentum non potest, præter hoc inquam habemus hodie constit. Gregor. quæ ad remouendas interpretum dissensiones declarauit, vt immunitate homicida non priuetur nisi proditoriè occidat, & quamuis Couar. Plaz. Molin. & alij suprà deducti de quocumque homicidio insidioso generaliter dixerint esse proditorium, eorum tamen ratio habenda non est aduersùs communem sententiam, & rationes, de quibus suprà.

Non obstat communis loquendi vsus, quia is non at- 73
tenditur in statutis conditis à iure peritis, & præsertim latino sermone: hæc namque non ex vulgarium illiteratorúmque hominum, sed ex eruditorum vsu, & verborum proprietate interpretanda sunt. Bartol. in leg. si quis filiab. ff. de testam. tut. numero 3. Bald. in leg. 1. C. de succ. edict. numer. 3. & de succ. feud. capit. 1. numer. 6. Alexand. in leg. stipulatio ista, §. hac quoque, ff. de verbor. obligat. numer. 4. & consilio 115. lib. 2. numer. 2. Alban. consil. 763. numer. 44. Quare cùm constitutio nostra sit latinè conscripta, & non modò à iuris peritis, sed ab ipso summo iuris conditore emanauerit, iuxta vulgarem loquendi modum explicanda non est.

Ad secundam videretur dicendũ, homicidium contra 74
fidem de non offendendo commissum, proditorium nõ esse, quoniam ille qui per proditionem occidit, aliud intus gerit, aliud foris ostendit, odium scilicet corde nutrit, & ore iactat amorem, verbis amicum se simulat, & tandem factis se detegit hostem, vt docent, & varijs exemplis declarant, Bartol. & alij, de quibus suprà. Vnde is, qui inimicitias publicè exercebat cum eo, quem necauit, videri nequit occidisse proditoriè, licèt fregerit fidem.

Nihilominus contrarium videtur verius. Primò quia 75
proditio nil aliud est, quàm deceptio contra fidẽ datã, vel debitam in perniciem alicuius. Syluest. in summ. verb. proditio, in princip. quod senserunt, Angel. in leg. 1. ff. de pact. ante numer 1. & Bald. numer. 8. Alexand. consilio 13. volum. 6. numero 8. Gig. de crimin. læsæ maiestat. tit. de prodit. numero 8. Decian. dict. capit. 29. numero 23. dum fidem non seruantes proditores appellarunt. & Hostiens. in capit. 1. de feud. num. 8. Ioan. Andr. col. 1. ad finem, versic. vnde domino, qui vasallum violantem domino fidem, proditorem vocarunt. atque Bald. quibus mod. feud. amitt. §. 1. numero 16. addentes ad Bartol. in const. qui sint rebell. verbo rebellis, addit. vltim. & Baiard. ad Clar. §. final quæstio. 68. numer. 107. Nam hi proditorem nuncuparunt, qui eum occidit, qui occisori ipsi confidebat, ac Vulpell. tractat. de treug. & pac. quæstion. 48. in fine. Collegium Aduocatorum Marchiæ inter consil. criminal. consilia 150. libro 1. numero 38. dum proditorem esse dicunt, qui pacem frangit. magis in terminis Angel. in leg. 1. § non fuit, ff. de dolo, numero 3. in fine, ait proditoriè occidisse, qui fidem frangit de non offendendo eo, quem occidit; hoc amplius addit Clar. §. homicidium, numera 61. in fine, quòd licèt possit bannitus proditoriè occidi, secus tamen esset cùm expresè data fuisset fides de ipsum non offendendo.

Secundò quia malitiosè circumueniens alium, & cal- 76
lidè seducens, vt in periculum salutis trahat, proditor dicitur, Glos. 2. in capit. 3. dist. cum qua transeunt ibi Archid. Gemin. & Præpos. & Anchar. in Clem. 1. de statu Monach. num. 28. & probat expresè Turrecrem. in dict. capit. 3. numer. 5. Luc. de Penn. in l. vltima, C. de delat. libr. 10. col. 1. versic. item, qui malitiosè. addentes ad summ. Angel. in verb. proditio, & ad Bartol. dict. constitut. qui sint rebelles, verbo rebellis, addit.

add. vlt. quamobrem qui sub promissione de non offendendo nihil tale metuentem oppressit, per proditionem sine dubio occidisse videtur.

77 Non obstat, quòd homicidium proditoriè ab eo fieri dicatur, qui amicum se fingit, quod iste non fecit, quoniam proditorium quidem illud est, sed etiam istud, & qui eo modo homicidium proditoriè committi affirmant, perpetrari alio modo posse non negant, immo verò innuunt, dum enim aiunt, idcirco ab aperto inimico homicidium proditoriè non fieri, quia cauendi ab eo causa est, sentiunt à contrario, vt vbi cauendi occasio nõ sit, licèt amicitia non simuletur proditio committatur, prorsus vt in casu nostro contingit: nam ob datam fidẽ, non est quid præcaueri debeat.

78 Et ex his inferendo ad casum nostrum, pater, nulla ratione dandum esse iudici seculari militem de quo agitur, quoniam insidiosè ab eo esse homicidium commissum, probatum est quidem plenè, sed solæ insidię ad proditionem non sufficiunt, de fidei autem violatione, quæ probata satis esset, vnicus tãtùm testis deponit, supra verò firmatum est probationes ad hunc effectum plenas esse oportere.

Benedictus Beoleus.
Augustus Paccinellus.
Stephanus Benassaius.

ADDITIONES FARINACII.

A *IRritantibus.* In occurrenti simili casu, etsi Farinacius aliàs consultus ita vt hic excellentissimus consultor responderit, vt videre est *in eius consi. 76. numero 1. & seqq.* Sanctissimus tamen tunc Clemens Octauus in vna Panormitana immunitatis ecclesiasticæ per particulare Breue Panormitano Archiepiscopo rescripsit, vt super prædictis qualitatibus criminis excludentibus immunitatem ecclesiasticam, se informaret summariè, simpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro suæ conscientiæ informatione sufficere sibi visum fuerit, ita quòd in illo casu Sanctissimus ille Pontifex verè annuit non esse exquirendam plenam & concludentem probationem d. qualitatum, vt videre est apud Montemaran. *in sua pract. Archiep. cap. 94. fol. mihi* 511. Nisi dixeris Pontificem ad sic ordinandum motum fuisse in illo speciali casu ex aliqua particulari causa.

B *Contrarium.* Etsi eruditissimus hic consultor, & acerrimus ecclesiasticæ immunitatis defensor in huiusmodi cognitione ab ecclesiastico iudice facienda ad effectum remittendi confugientem ad Ecclesiam ad iudicem secularem Ecclesiæ, & confugientis citationem necessariam bonis rationibus fundet, obstat tamen hujc sententiæ Breue Clementis VIII. summi & Sanctiss. Pontificis, de quo suprà in præcedenti additione, & in quo declaratur sufficere summariam, immo & extraiudiciale informationem, tãtam quantam ecclesiastici iudicis cõscientiæ sufficere visum fuerit.

C *Contrarium.* Et hanc Bartoli sententiam, sæpius in sacra Consulta, me etiam assistẽte dum fui Cameræ Apostolicæ procurator fiscalis, canonizatam fuisse facile affirmare possum, & licèt *in mea pract. crim. in tit. de delict. & pœn. q. 18. numero 76. ad finem,* contrarium verius mihi visum fuisse asseruerim, postea tamen mutato consilio, magis veram hanc Bartoli sententiam arbitratus sum, prout latiùs explicaui *in meis additionibus in d. numero 76.* non adhuc impressis, & etiam consului *in meo consilio 76. numero 7. & 8. & numero 15. & seqq.*

D *Deponit.* Proposita de ordine Sanctissimi dubitatione præmissa in sacra Consulta, sic instante Illustriss. & Reueren. D. Car. S. Ceciliæ dignis. Cremonæ Episcopo, qui ad hunc effectum præpositum responsum mihi transmisit, & quia in processu & facti serie descripta apparebat de pace facta inter occisorem, & occisum, & fide data de non offendendo cuidam militi non solùm ex depositione d. militis, qui pacem tractauit, & fidem recepit, & sic de facto proprio deponebat, sed etiam ex aliis quibusdam adminiculis, de quibus in eodẽ processu, hoc ideo fuit resolutum homicidam hunc non debere gaudere immunitate ecclesiastica, & ita ordine eiusdem sacræ Consultæ rescripsi d. Illustrissimo, & Reuerendissimo Card. Episcopo.

ARGVMENTVM.

In hoc consilio primò declaratur quando testes de vniuersitate admittantur, & probent pro ipsa vniuersitate. Secundò testibus hinc inde contrariis super possessione, quibus magis credendum. Tertiò quando possessio antiquior, præferatur iuniori. Quartò quando autoritate propria rẽ suam vel alienam inuadens puniatur. Quintò quando Bulla Sixti V. contra facientes armatas, & Caualcatas locum habeat. Sextò armorum appellatione an & quando veniant fustes, secures, pugnetti, lapides, & similia.

SVMMARIVM.

Continuans possessionem suam attentare non dicitur. Declara dummodo possessio sit pacifica, secus si turbida, num. 1.

Defẽdere possessionem suam vnicuiq; licet etiam armata manu. Declara dummodo possessio sit pacifica, secus si turbida, & conuersa, n. 1.

Testibus hinc inde contrariis super probatione possessionis, standum est illis, qui magis idonei à iure reputantur, n. 2.

Testes vniuersitatis non probant pro vniuersitate quando agitur de rerum interesse, vtputa de pascuis, & nemoribus, n. 3. & 4. & n. 6.

Testes vniuersitatis repelluntur, & non probant pro vniuersitate si agitur de eorum interesse etiam in consequentiam, n. 4. Declara, vt n. 5.

Testes vniuersitatis etiam in casu in quo de iure possunt deponere pro vniuersitate non tamen sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, n. 7.

Testium diminuta fides nunquam suppletur ex depositione aliorum testium, qui non sint præstantissimæ fidei, & omni exceptione maiores, n. 8.

Testis falsus in parte, in totum falsus reputatur, n. 9.

Testibus de antiquiori possessione deponentibus, magis creditur, quàm deponentibus de iuniori, n. 10.

Possessio antiquior præfertur iuniori possessioni, n. 10.

Testes subditi, & vasalli in temporalibus admittuntur ad deponendum pro suo domino, n. 11.

Possessio iunior præfertur antiquiori, quando antiquior possessor sciens posteriorem possidere, eum possidere permiserit, n. 12.

Precibus frustrà petitur, quod iure communi conceditur. num. 12.

Testibus verisimiliora deponentibus, & magis adminiculatis magis creditur, quàm testibus non adminiculatis, n. 13.

Sententia in antiquis probat etiam contra tertium, n. 13. & 14. vbi præsertim quoad semiplenam probationem.

Confinia designata in aliquo instrumento probant etiam contra tertias personas, n. 13.

Confinia in antiquis probantur per præsumtiones, n. 14.

Testis falsus in redditione rationis non solùm non probat, sed de falso punitur, n. 15.

Autoritate propria inuadens possessionem suam vel alterius, quomodo puniatur, n. 10. & 17.

Vniuersitas inuadens propria autoritate rem suam, vel alienam consilio conuocato, & pracedente deliberatione punitur, vt num. 18.

Bulla Sixti V. contra facientes caualcatas, nunquid cōprehendat collectam hominum armatorum, n. 19. & seq. & n. 26.

Zappæ, fustes, lapides, pugnetti, & secures, nunquid veniant appellatione armorum, n. 9. & seq.

Statuta sunt extendenda de casu ad casum, quando sic statuentes interrogati idem respondissent in vtroque casu, numer. 20. vbi idem quando alteri statuto fieret fraus.

Armorum appellatione veniunt omnia instrumenta, qua nocere possunt, n. 21.

Armorum appellatione veniunt etiam lapides, n. 21.

Telorum appellatione veniunt omnia ea, quæ nocere possunt, num. 21.

Dolus præsumitur in eo, qui facit actum à iure ciuili, vel naturali prohibitum, num. 24.

Bulla Sixti V. contra facientes armatas, & caualcatas an habeat locum in faciente huiusmodi armatas, & caualcatas ad bonum finem, n. 19. 24. & 25.

Tumultum facere dicitur, qui hominum turbam colligit, num. 26.

Tumultus propriè significat rumorem, & strepitum populi commoti, & in turbam ruentis, num. 26.

Turbam facere dicitur, qui colligit homines decem, aut quindecim, n. 26.

CONSILIVM LXIX.

1 OMnia quæ per Dominum ex aduerso scribentem deducuntur sunt fundata in præsupposito, quòd vniuersitas sancti Oracchij possideat siluam, de qua controuertitur; & cum hoc præsupposito idem dominus scribens facit suas iuris, & veras conclusiones, quòd continuat, non attentat, & quòd possessionem suam quis etiam armata manu defendere, & etiam incontinenti recuperare potest, verùm cùm hoc præsuppositum non subsistat in facto, quia si aduersarij nolont fateri possessionem siluæ, de qua agitur, stare apud Ecclesiam Spoletanam, prout verè stat, negare tamen nō possunt suam quam prætendunt possessionem non esse pacificam, sed turbidam, controuersam, & etiam ab Ecclesia prætensam, vt patet ex testibus pro parte eiusdem Ecclesiæ examinatis, & ex toto processu. Hoc ideo vnico verbo possem omnibus ex aduerso dictis conclusionibus respondere, quòd procedunt in eo, qui habet pacificam possessionem, non autem quando possessio, quam prætendit, est turbida, controuersa, & ab aduersario in dubium reuocata, prout in casu nostro. Alex. *cons. 99. numer. 6. lib. 5.* Dec. *consil. 103. num. 2. vers. ast à concl. lib. 1.* Rota coram Cantuc. in vna Bononien. attentatorum 23. Iun. 1561. cum alijs per Lancel *de attent. p. 2. c. 4. n. 79. & seq. & c. 20. limi. 9. num. 5.* & voluit eadem Rota coram S. Clemente VIII. in vna Valentia decimatum de Carlet. 27. Feb. del 76. faciunt scripta per Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. n. 741. & de adipiscen. possess. remed. 5. n. 37.*

2 Et licèt hæc sola responsio sufficeret, adhuc, & secundo loco respondeo, quòd in casu de quo agitur, res nullam prorsus habet difficultatem, quia constat in processu quòd vera possessio siluæ erat penes Ecclesiam, & nō penes aduersarios, & sic intrant scripta per eundem Lancel. *vbi sup. d. p. 2. c. 4. n. 78.* quòd autem Ecclesia Spoletana sit in possessione siluæ, non autē Vniuersitas S. Oracchij, præmitto priùs cōclusionem, quòd quando super possessione duo contendentes hincinde super illius probatione testes examinare fecerunt, præferuntur illi qui magis idonei à iure reputati sunt, Bal. *in l. testium, num. 21. versic. primò dic, C. de testib.* Cur. Sen. *in tract. de test. concl. 16.* cum alijs per Menoch. *de retinen. pos. rem. 3. num. 719. & seq.*

Et quòd testes Ecclesiæ sint magis idonei, quàm aduersariorum, patet euidenter, quia dicti Ecclesiæ testes nullas patiuntur exceptiones: testes autem aduersariorum ferè omnes deponunt in causa propria, cùm in ea habeant interesse, propter pascua quæ gratis habeant in territorio sancti Oracchij, & præsertim in silua, de qua agitur, quòd pascuum, prout ipsi testes expliciè deponunt, gratis non haberent, si eadem silua non spectaret ad vniuersitatē sancti Oracchij, quo casu, vt dixi, dicuntur deponere in causa propria, & sic nullam prorsus faciunt fidem, Ang. *in l. in omnibus, n. 2. versic. aut respicit singulos,* & ibi Paul. de Castro *num. 2. versi. & per prædicta patet, quòd si est quæstio de pascuis, C. de testib.* & est communis, vt per Villalob. *in commun. opin. litera S. num. 60.* Roland. *cons. 72. n. 13. & seq. lib. 2.* & per Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 106. num. 13.* 3

Non obstat, quòd hoc interesse sit in consequentiam, & propterea testes non repellat, quia immo non est interesse in consequentiam, sed principaliter: vt per Doctores præallegatos, qui in terminis loquuntur de testibus vniuersitatis, qui habent ius pascendi, vltra quod etiam interesse in consequentiam repellit testem, secundùm glos. *in l. in omnibus, in verb. inter propria secundariò,* Salyc. *in t. versi. sed nec videtur vera, infrà num. 2. C. de testib.* Ceph. *cons. 65. num. 37.* & est communis, vt per Roland. *cons. 98. num. 32. versi. nec obstat, lib. 4.* 4

Et licèt non ignorem hanc opinionem habere contradictores, est tamen indubitata, & omnino admittenda sine dubio, quando commodum & interesse etiam in consequentiam est certum, & immediatè ex sententia ferenda proueniens, prout in casu nostro, ad Bal. *in l. dictantibus, num. 3. in fin. C. de testam. & in l. qui testamento, in princ. versi. sed solutio est, ff. eodem.* Felyn. *in c. insuper, numero 6. ad fi. iuncto num. 17. extra de testib.* Nell. *in tract. de testib. num. 105. versi. vel dic,* Osasch. *decis. Pedem 99. numero 19.* & in omnem euentum commodum in consequentiam, licèt non repellat (prout verè repellit) testem in totum, quòd tamen ei diminuat de fide, clarissimi iuris est, secundùm Abb. *in c. insuper, num. 2. col. 2. in fin. versi. & licèt sit dubium, extrà de testib.* Nec dissentit Hippol. Rimin. *consi. 49. num. 28. & seq. lib. 4.* 5

Nec etiam obstat, quòd dicatur hoc interesse modicum. nam vbi testes ex eorum testimonio consequuntur ius pascendi, non dicuntur consequi interesse modicum, cùm iure à testimonio repellantur, vt dicunt Doctores suprà allegati, vltra quod prædicti testes non reputarunt hoc interesse modicum, cùm aliàs impediti in hoc iure pascendi obtinuerint decretum à superioribus, vt pascere possint, ac si essent oriundi ex Castro sancti Oracchij. 6

Nec demum obstat, quòd testes prædicti suppleantur ex depositionibus Victorij, Christophori & Bernardini; Victorius enim est de Castro S. Oracchij. & incola Fulginei, Christophorus est de Fulgineo, & Bernardinus est de villa S. Stephani Comitatus Fulginei, cuius interest castrum S. Oracchij possidere siluam, de qua agitur. & sic cùm sint de vniuersitate ciuitatis Fulginei, sequitur quòd licèt non repellantur deponendo pro sua ciuitate, non tamen sunt testes omni exceptione maiores, Alberic. *in l. in tantum, §. vniuersitatis, numero 6. in fine, versi. minor tamen fides,* & ibi Fulgos. *num 3. versi. videretur tamen, ff. de rer. diuis.* Afflict. *decis. 400. numero 3. & 4.* & ibi Vrsil. *in addit.* Crot. *in tract. de testibus, num. 132.* vbi testatur de communi, Couar. *pract. qq. c. 18. num. 4. vers. quam & ipse admonendum esse censeo.* Benitend. *decis. Bonon. 70. numero 8.* Roland. *cons. 72. num. 5. lib. 2.* & sine dubio hæc est magis communis opinio, quicquid alij pauciores contradixerint. 7

Et consequenter intrat conclusio, quòd testium diminuta fides nunquam suppletur ex depositione aliorum testium qui non sint præstantissimæ fidei & omni exceptione maiores, Corn. *consi. 172. n. 20.* Aym. *cons. 99. n. 10.* 8

Gabriel

Gabriel *libr. 1. tit. de testib. conclus. 5. numero 7. & 8.* Franc. Becc. *consil. 85. numero* 20. sed hic frustrà agitur de supplendo fidem testium, cùm testes supplendi, vt præfertur, habeant interesse in causa. Socin. *in l. si quis ita, num. 6. col. 3. vers. & ex communi opinione colligitur vnum, ff. de reb. dub.* Roland. *consil. 98. num. 34. & seq. libr. 4.* Bertazzol. *cons. 178. num. 8. lib. 6.*

9 Augetur hoc secundum fundamentum de inhabilitate testium Vniuersitatis sancti Oracchij, cùm eorum aliqui falsi detegantur in eo, quòd asserunt incisionem saxi incisi respici versùs collonem, cùm verè respiciat versùs Ecclesiam S. Stephani, vt patuit ex inspectione loci formiter facta parte præsente, & testibus in loco examinatis; & rursus duo ex prædictis testibus sunt etiã falsi in eo, quòd dicunt non accessisse ad syluam per duos annos ante examen, & sunt conuicti per alios testes deponentes, quòd ipsi fuerunt in silua ad effectum recognoscendi confinia quindecim diebus ante examen: testes igitur in parte falsi, in totum reputantur falsi, Bald. *in l. finali n. 18. C. de edict. diu. Adria. tollend.* Gandin. *in tit. de falsar. num. 26.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 53. vers. sed quæro.*

10 Tertiò dato quòd testes ex aduerso examinati nullas paterentur exceptiones, adhuc testes Ecclesiæ sunt præferendi, quia deponunt de antiquiori possessione, Bart. *in l. si duo, in princ. n. 4. vt sic. si verò testes, ff. vti possidetis,* Afflict. *decis. 363. num. 3.* Socin. Iun. *cons. 146. num. 25. & seqq. lib. 1.* Roland. *cons. 9. n. 49. lib. 3.* cum alijs per Menoch. *de retin. poss. remed. 3. num. 725.* & quòd testes Ecclesiæ deponant de antiquiori possessione, patet ex depositionibus Vincentij, Origæ, & Brautij. Vincentius enim deponit de possessione anno 70. & vltra Origa, & Brautius de possessione anno 60. & vltra testes autem Vincentius sancti Oracchij deponunt de prætensa possessione multo minoris temporis.

11 Nec obstat, quòd Origa non deponat de quantitate siluæ, quia satis est, quòd deponat de silua sancti Stephani, quæ est controuersa cum silua sancti Stephani in toto processu vocetur silua eliciorum. Nec etiam obstet quòd Brautius, & alij forsan testes Ecclesiæ, sint de diœcesi Episcopi, & sic tanquam illius subditi repellantur a testimonio. hoc enim forsan procederet in subditis alicui domino in temporalibus, prout loquuntur Doctores ex aduerso allegati, non autem in spiritualibus; & tamen quòd etiam subditi in temporalibus admittantur ad deponendum pro suo domino, magis com-
* muniter receptum est, vt videre est apud Bald. *in l. eos, numero 2.* & ibi etiam Alber. *in fine l.* Paul. de Castr. *etiam, numero 2.* & Ioan. Sichar. *num. 4. C. de testib.* Felyn. *in cap. in literis, numero 3. extrà eodem.* Boss. *in tit. de opposit. contra te-*
* *stes, numero 69. & 99.* vbi de communi, & seruata opinione cum alijs per Gabriel. *libr. 1. tit. de testib. conclus. 10. numero 21.*

12 Nec pariter obstat quòd possessio iunior præferatur antiquiori, quando antiquior possessor sciens posteriorem possidere, eum possidere permisit. Hæc enim obiectio tollitur in facto, quia non est verum quòd Episcopi Ecclesiæ Spoletanæ vnquam permiserint homines S. Oracchij possidere hanc siluam, immo contrarium, cùm tempore felicis memoriæ Cardinalis Vicecomitis contigisset homines sancti Oracchij incidisse aliqua ligna in ista silua, Illustrissimus Episcopus eos impediuit, ne deferrent ad villam ex quo prædicti homines recursum habuerunt ad Episcopum, cum supplicando, vt stante parua quantitate lignorum incisorum eis licentiam cõcederet deferendi ad ipsorum domus, & Illustrissimus dominus Episcopus stante parua quantitate, vt suprà, licentiam petitam concessit, & ex hac licentia apparet siluam spectare ad Ecclesiam Spoletanam, & non ad vniuersitatem sancti Orachij, quia nisi ad Ecclesiam spectasset, non supplicassent licentiam Episcopo. Et hoc in facto est fortissimum fundamentum pro Ecclesia, & in iure est validissimum fundamentum, quia frustrà precibus petitur quod iure communi conceditur. *l. fin. in fin. ff. ad municipal. l. Imperatores, ff. de priuil. credit.*

& l. 1. C. de thesaur. lib. 10. per quæ iura Socin. Iun. *consi. 18. numero 9. & 10.* ferè in terminis dixit, quòd ex petitione licentiæ clarè ostenditur eam petentem non possidere.

Quartò & his omnibus cessantibus possessio Ecclesiæ probatur per testes quorum depositiones sunt magis adminiculatæ, quàm testes vniuersitatis sancti Oracchij, ideo illis magis credendum. *l ob carmen. §. si testes,* & ibi Bald. *num. 1. in 2. notab.* & Iacobin. de sancto Georgio *num. 5. in fine versic. tertiò debet iudex considerare, & numero 12. versic. sed ponamus, & numero 13. ff. de testib.* Gabriel *tit. de testib. conclus. 4. numero 89. lib. 1.* & in his terminis Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. numero 721.* Adminiculum autem vehemens, quòd silua spectet ad Ecclesiam Spoletanam, colligitur quia constituta est in diœcesi & territorio Spoletano, non autem Fulginei, prout constat ex sententia aliàs principaliter super cõfinibus lata, quæ quidem sententia in antiquis probat etiam contra tertium. Corn. *consi. 171. col. 2. versi. accedit ad prædicta, iuncta col. fin. versi. nec etiam obstat, quod habetur lib. 1.* Aym. *de antiq. temp. par. 1. sectione ampliatur nunc, num. 7.* qui loquuntur in instrumento facto super confinibus inter alias personas; ergo multo magis in sententia. Ias. *consi. 65. post num. 1. versic. confirmatur, lib. 3.* vbi alij referuntur, Mascard. *de probat. libr. 1. conclus. 394. num. 18. & seq.* 13

Saltim quoad semiplenam probationem, Aym. *de antiq. temp part. 2. sectione ex præmissis, num. 44. & num. 46.* & licèt Couar. *pract. qq. c. 13. n. 4.* dicat sententiam contra vnum latam, non facere contra alium nisi quandam præsumptionem arbitrio iudicis; est tamen aduertendum, quòd ipse non loquitur in antiquis, prout loquitur Aymon. & agitur in casu nostro. Et tamen ad probandum confinia in antiquis sufficit, nedum semiplena, sed etiam præsumptiua probatio, secundùm Cardin. *in Clem. 1. in 3. opposit.* de probat. Felyn. *in cap. cùm causam, col. penult. num. 12. extrà eodem.* Paul. *cons. 27. num. 15. & consi. 104. n. 24. lib. 1.* Aym. *de antiquit. temp. p. 1. sect. viso de verbis, num. 62.* & est communis, teste Mihaële Crasso *in commun. opin. lib. 1. c. 5. quæst. 2. tom. 2.* 14

Et in hoc quarto fundamento non est omittendum, quòd eo minus probant, valdéque de falso redduntur testes ex aduerso examinati, qui ad colorandum eorum depositiones, dum dicunt siluam possideri ab hominibus sancti Oracchij, reddunt rationem, quia scilicet eadem silua est posita in territorio Fulginei, & non in territorio Trebij, testis autem in ratione depositionis suæ falsus, etiam quòd in eo quod principaliter agitur verum dixisset, non solùm nihil probat, ex allegatis per Menoch. *præsum. lib. 1. præsum. 22. num. 3.* sed etiam potest de falso puniri saltim ad aliquam pœnam extraordinariam. Marian. *in cap. 1. num. 63. de crimin. falsi.* Curt. Sen. *cons. 55. sub num. 20. ad finem.* Hippol. Rimin. *cons. 113. num. 37. & seq. lib. 2.* 15

Constito itaque prout ex præallegatis satis constare creditur, quòd Ecclesia Spoletana possidet siluam de qua agitur, non possunt homines sancti Oracchij effugere pœnam à iure inflictam illis, qui ius sibi dicendo, propria auctoritate inuadunt alienas, vel suas res penes aliũ existentes, vt videlicet suam ab alio possessam inuadentes, possessionem restituant, & eiusdem rei dominium amittant; inuadentes autem alienæ rei possessionem (& iste est casus noster) possessionem restituant, & eiusdem rei æstimationem soluere compellantur. *l. si quis in tantam,* vbi post gl. Buttrig. *in summario,* Bellaper. *col. 1. ver. statuitur ergo pœna.* Odof. *num. 4. 5.* Bart. *num. 1.* Bald. *ante num. 1. in summario.* Angel. & Salyc. etiam *num. 2. C. vnde vi.* 16

Æstimatio autem rei, quam restituere tenentur, non erit facienda, habito respectu ad possessionem inuasam, sed ad proprietatem totius fundi, de quo agitur, secundùm glos. *in eadem l. si quis in tantam, in verb. earundem rerum,* & ibi Buttigar. *colum. 5. in princ. vers. in glosa,* quæ incipit, *etiam ratione.* Bellaper. *col. 4. in fin. vers. sed quæritur possidens rem alienam,* Odofred. *numero 25. post princip. versic. super alio.* Bart. *numero 2. versic. veritas est.* Bald. *numero 3.* 17

versicul.glos. dicit hic. Angel. *post num.* 1. & Salyc. *post num.* 12. *vers. quaro supra vltima parte, C. vnde vi.*

18 Et in pœnas *dictæ l.si quis in tantam*, quòd etiam vniuersitas incurrat, quando consilio conuocato, & præcedente deliberatione sic inuaserunt, scripserunt *in eadem l.si quis in tantum*, Bellapert. *col.3. ante med. versic. sed vbi vniuersitas*, Cynus *num.* 14. *&* 15. Bart. *num.* 15. *vers. in eo quod dicit.* Albet. *num.* 5. *& num.* 6. Fulgos. *num.* 15. *&* 16. & Salyc. *num.* 6. *in decima quæstione.* & non per hoc particulares homines, illi præsertim, qui delicti autores, consultores, seu alias principaliores fuerunt, impuniti euadunt. Gandin. *in rubr. de defens. reor. faciend.* Carer. *in pract. in tract. de homicid. & assassin. §. circa quartum, an punita vniuersitate, num.* 1. *& seqq. & §. circa tertium dic. num.* 2. Anton. Gomez *de delictis, cap.* 1. *num.* 54. Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 16. *versic. sed quomodo punitur vniuersitas, in fine.* Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 8. *numero* 12. Menoch. *de arbitr. casu* 598. *numero* 38. *& seq.*

19 Verù ni fallor in proposita facti specie non est agendum de pœna iuris communis, sed de pœna Bullæ Sixti Quinti contra facientes armatas; quæ præcipuè loquitur contra eos, qui in possessionibus cōtrouersis ius sibi propria autoritate dicunt; quam quidem Bullam bene sentiens dominus ex aduerso scribens quærit se ab ea extricare duobus modis. Primò, quòd in hac collecta non interuenerint homines armati; secundò quòd fuerit facta ad bonum finem. & quoad primum adducit *cons.* Cornei 199. *num.* 4 *libr.* 4. quem retuli *in titulo de crimine læsa maiestatis, quæst.* 113. *num.* 141. volentis, quòd statutum loquens de conuenticulo, seu congregatione hominum armatorum non extendatur ad deferentes zappas, fustes, lapides, pugnettos, & secures, prout pro incisione lignorum detulerunt homines sancti Oracchij. Hæc responsio tollitur quatuor modis. primò ex facto, quia homines sancti Oracchij detulerunt nō solùm secures quibus ligna inciduntur, & quæ à communiter accidentibus sunt arma rusticalia, & à rusticis portari solita, fabricatáq; non ad offendendum, sed ad seruitium rutis tantùm; sed etiam ronchas, quæ ad offendendum sunt apta, & etiam fabricantur, & sine dubio reputantur arma perniciosiora, magísque offendibilia, cùm sint inhastata, Corneus autem non loquitur de ronchis.

20 Secundò tollitur eadem responsio ex verbis in Bulla positis, ibi, *aut aliquid huiusmodi per se, vel per alium moliri, aut machinari audeat, vel præsumat.* Quis enim dubitat, quod tot homines sancti Oracchij cum ronchis & securibus fecissent, idem si casus contigisset, ac si cum aliis armis accessissent, & sic ex verbis expressis Bullæ sufficit homines fuisse collectos, aut cum armis, aut cum huiusmodi & similibus instrumentis ad nocendum aptis, quæ verba non sunt in statuto in quo consuluit Corneus, ideo de casu ad casum facienda non est extensio. Euerard. *in loco à ratione legis larga, num.* 69. *in* 8. *fallentia,* post Bald. Caccialup. & Franc. *in locis per eum relatis*, cum aliis per Villagut. *in tract. de extensione legum, rubric. de extensione l. pœnal. respectu meræ pœnæ, numer.* 43. & si pontifex de hoc casu fuisset interrogatus, sine dubio idem respondisset, & propterea eadem Bulla eo magis ad hunc casum extendenda erit, cùm in hac materia, an instrumenta rusticalia veniant in statutis appellatione armorum, attendatur potius mens disponentis, quàm verborum proprietas, ex traditis per Decian. *in tract. crim. lib.* 8. *cap.* 2. *sub numer.* 7. *ad med. vers. dum verò quærimus, & num.* 12. & si aliter diceremus, esset inuenta fraus legi, quia homines ad capiendum possessionem irent armati cum ronchis & securibus, & in casu resistentiæ offenderent resistentes, ac si cum aliis armis, contra mentem Bullæ; & ratione huius absurdi euitandi extensio facienda est etiam ad hunc casum. *l. si vxor, §.* 1. *ff. de adulter.* glos. *in cap. statutum, in verbo volumus, de hæretic. in* 6. Euerard. *in loco vbi suprà sub numer.* 65. Villagut. *in loco præallegato, numero* 25.

21 Tollitur tertiò eadem responsio, quia consilium Cornei est contra tex. *in l. armatos, ff. ad l. Iul. de vi publ.* vbi ad litteram dicitur, *armatos, non vtique eos accipere debemus, qui tela habuerint, sed etiam eos, qui habent aliud quod nocere potest.* item contra tex. *in l. armorum, ff. de verb. signif. & in l.* 3. *§. armis, ff. de vi, & vi armat. & in §. final. Instit. de interdict.* quibus probatur armorum appellatione etiam lapides & fustes contineri, & *in l. in qui, §. telorum, ff. ad l. Iul. de vi publ. & in l. si pignore, §. furtum, ff. de furt.* vbi quòd telorum appellatione veniunt omnia ea quæ nocere possunt. Non est ergo curandum de consilio Cornei, tum quia contra iura prædicta, & præcipuè contra tex. *in d. l. armatos*, tum etiam quia contrarium pluribus iuribus & rationibus plenè comprobat Decian. *d. lib.* 8. *cap.* 2. *numero* 3. *iunctlo numero* 4. *&* 6. in terminis dicens quòd statutum puniens vim cum armis, vel cum collecta hominum armatorum, procedit etiam in inferente vim cum hominibus cespite, gleba, saxis, vel lignis armatis, idem scripsit in statuto puniente percutientem cum armis Petrus Caball. *resolut. crimin. casu* 63. *num.* 4. *& seq.* vbi reprobato Corneo in loco præallegato hanc opinionem pluties in practica seruari vidisse testatur, licèt secus credat quoad pœnam delationis armorum. Sic in proposito Bullam Sixti Quinti prohibentem quem facere collectam armatorum pro capienda, retinenda seu recuperanda possessione; procedere etiam in faciente collectas ad effectum prædictum cum hominibus armatis rusticalib. armis, ex præallegatis satis clarè constare crediderim, non obstante consilio Cornei præallegato.

Sed ne videar discedere ab eis, quæ dixi *in d. q.* 113. *n.* 22
142. vbi referendo sequutus fui Corn. *in d. consil.* 199. est aduertendum quarto loco, quòd Corn. *in fine d. consil.* concludit pro absolutione eorum, pro quibus consuluit, non ex hoc solo fundamento, quòd gerentes pugnettos, zappas, secures, & similia, non dicantur armati, sed ex omnibus aliis fundamentis præcedētibus simul iunctis, inter quæ illud potissimum ab eo ponderabatur, quia prædicti rustici arma prædicta ferentes nihil illicitum fecerunt, insultúsque ac deuastationis aratri, quæ contra ipsos prætendebantur, non erant in processu probata, vt ibi *n.* 1. *versi. tamen his non obstantibus*, & propterea *n.* 4. tenet non sequuto alio delicto homines illos sic zappis, lapidibus, & securibus armatos non incurrisse pœnam conuenticuli hominum armatorum, quia aliàs sequeretur absurdum, quòd plures rustici non possent ire insimul cum zappis ad ligonizandum, cum securibus ad incidendum ligna (intellige sua) vel cum lapidibus ad murandum, & in hoc Corneus dicit veritatem, sed eius conclusio non applicatur casui nostro, in quo aduersarij cum dictis armis non iuerunt ad ligonizandum, ad murandum, vel ad incidendum ligna sua, sed ad inuadendum possessionem Ecclesiæ, & ad incidendum ligna in fundo Ecclesiæ contra casum expressum Bullæ Sixti Quinti, & sic militant scripta per Decian. & Petr. Caball. *in locis præallegatis*, vbi propriè loquuntur, quando quis cum dictis armis aliquod illicitum & prohibitum committit.

Nec in processu, vt ex aduerso præsupponitur, con- 23
stat vnicum testem Curiæ deponere, quòd in congregatione Vniuersitatis Sancti Oracchij, quidam Mathæus dixerit, quòd nemo accederet ad siluam cum armis; qui enim hoc dicit non est testis Curiæ, sed reus principaliter inquisitus cum armis, & ita vt reus fuit examinatus, & constitutus.

Ad id quod dicitur, quòd prædicta patrata fuerunt ad 24
bonum finem, & sine dolo, & præsertim quia ligna non poterant incidi sine dictis armis rusticalibus, ad ea quæ post Boss. dixi *in quæst.* 113. *num.* 174. Nescio certè videre istum bonum finem, & non dolum in processu probatum, cùm vt suprà probaui aduersarij inuaserint possessionem Ecclesiæ, aut saltem turbidam, & controuersam, & sic faciendo actum illicitum, & à iure prohibitum, sunt in expresso dolo, nec possunt dicere se fecisse ad bonum finem. Cyn. *in l. dolum, vers. Præsumitur tamen*, & ibi Alber. *post n.* 2. *C. de dolo.* Aym. *consil.* 193. *n.* 5. *& consi.* 282. *n.* 8. *in fine*, Menoch. *de præsumt. libro* 5. *præsumt.* 3. *numero* 82. *& seqq. & de recuperan. possess. remed.* 9. *numero* 16.

vbi

vbi multo magis in faciéte actum à iure naturali prohibitum, prout est inuadere alterius possessionem, vt notant communiter Doctor. *in dicta l. si quis in tantam, Cod. unde vi.*

25 Nec isto casu excusantur aduersarij, ex traditis per Boss. *in tit. de crimine læsæ maiestatis, num.* 23. 24. *&* 29. quem sequutus fui *dicta quæst.* 113 *num.* 174. loquitur enim Boss. & sic ego etiam loquor, quando post vnionem, & congregationem, quæ dicitur facta ad bonum finem, nullum malum est sequutum, quod non verificatur in casu nostro, in quo aduersarij inuaserunt possessionem Ecclesiæ sub prætextu illam retinendi, cùm prius ab ea dubitarent se deiectos per capturam hominum Sancti Oracchij factam de mandato Vicarij Illustriss. Domini Episcopi, & sic contra casum expressum in dicta bulla. Et dato, quòd ligna non possent incidi sine illis armis rusticalibus, debebant tamen aduersarij, vt prædixi, se abstinere ab incisione lignorum, & propterea sicut illis non fuit licitum ligna incidere in silua aliena, ita nec etiam incisoribus licitum fuit arma ad incidendum apta deferre, præsertim quia iam siluam locauerant conductori, qui habebat tempus quatuor annorum ad illa incidendum eiusdem conductoris expensis, & tamen ipsi alienam possessionem inuadendo voluerunt ante dictum tempus suis propriis expensis ligna incidere, & sic ex omni parte, & dolum, & malum animum ex hac inuasione colligi video.

26 Quòd si Bulla ex hoc capite hominum armatorum non intrat (prout eam intrare ex præallegatis existimo) adhuc intrabit ex hoc alio capite, quia vt prudens dominus ex aduerso scribens animaduertit in secundis suis allegationibus, eadem Bulla alternatiuè loquitur, vel de armata hominum collecta, vel tumultuosa, vt patet in illis verbis, neque armatorum manus, seu illicitas, & tumultuosas. Non negat tamen dominus scribens hominum collectam, sed bene dicit qualitatem tumultus non probari in processu, sed quòd imò in hac hominum collecta contineatur etiam tumultus, & quòd collecta fuerit tumultuosa, probatur, quia qui turbam hominum colligit, tumultum facere dicitur, cùm turba appelletur ex genere tumultus. *l. prætor ait la secunda, §. turbam autem, ff. de vi bonorum rapt.* Bald. *in l. 2. C. de seditios.* vbi dixit, quòd qui facit collectam gentium dicitur facere tumultum, & nouissimè in vocabulario Italico Academiæ Florentinæ *in verb. tumultus*, ex autoritatibus ibi relatis probatur tumultum propriè significare rumorem, & strepitum populi commoti, & in turbam ruentis, turbam autem facit qui colligit homines decem, aut quindecim, *d. §. turbam il secundo, versic. enimuero,* & ibi Glos. Bart. Alex. & alij Alberic. *in suo dictionario in verb. turbam quot homines faciunt.* Hinc oritur prouerbium, *vbi multitudo, ibi confusio, & tumultus*; sed sic est, quòd aduersarij collegerunt, & transmiserunt ad incidendum siluam homines ferè centum; ergo ratione multitudinis collecta non potest dici nisi tumultuosa, ex præallegatis, & consequenter intrat Bulla Sixti Quinti: ex quibus vniuersitatem, & homines Sancti Oracchij esse in casu condemnationis, nedum pœna iuris communis, sed etiam bullæ Sixti Quinti indubitanter affirmari posse crederem, saluo semper, &c.

Vniuersitas Sancti Oracchij fuit condemnata in pœnam pecuniariam, & vnus ex dicta Vniuersitate autor & consultor pariter vt audiui condemnatus.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Ad reprobandum instrumentum, seu testamentum, quot, & quales testes sufficiant; præsertim quando criminaliter agitur, & quando etiam magis standum sit depositioni testis secundæ iudiciali, quàm primæ extraiudiciali, & sine iuramento.

Farinac. Consil. crim. lib. 2.

SVMMARIVM.

Testes duo in instrumento necessarij, si instrumenta contra dicant illius fidem prorsus tollunt, n. 1

Testis vnus ex duobus necessarijs in instrumento, si instrumento contradicat, illud suspectũ reddit, & illius fidem vacillare facit, n. 1. Declara quando agitur ciuiliter, secus si criminaliter, ibidem.

Testes duo instrumentarij si contradicant instrumento, non sufficiunt ad condemnandum Notarium de falso, n. 2.

Testis vnus instrumentarius si instrumento contradicat non sufficit ad torquendum Notarium, n. 2.

Testes testamentarij contradicentes testamento, illud non reprobant, quando criminaliter agitur, nisi fuerint octo, nec isto casu quatuor testes sufficiunt ad torturam, num. 3.

Testes reprobantes instrumentum debent esse non solùm idonei, sed omni exceptione maiores, n. 4. vbi ampliatur hæc conclusio etiam testibus instrumentarijs.

Testes reprobãtes instrumentum non operantur, nisi deponant de toto tenore instrumenti, n. 5.

Testes de confraternitate aliqua non sunt idonei deponendo ad fauorem confraternitatis, n. 6.

Testis depositioni secundæ iudicialiter factæ magis standum est, quàm depositioni extraiudiciali primæ sine iuramento factæ, non tamẽ dicuntur testes omni exceptione maiores, n. 7.

Testis prima depositio etiam extraiudicialis confirmata per scripturam præfertur secundæ depositioni iudicialiter factæ, n. 8.

Testis depositio prima extraiudicialis, & sine iuramento præfertur secundæ depositioni iudiciali, quando est magis verisimilis.

Falsitas sine lucro maximo non præsumitur commissa, numero 9.

Falsitatis præsumtio tollitur per bonam famam inquisiti, n. 9.

Testes instrumentum reprobare non dicuntur si deponant se non recordari de illius tenore, præsertim si lapsum sit tantum tempus, vt verisimilis non sit obliuio, n. 10.

Testibus reprobantibus instrumentum minus creditur quàm testibus illud coadiuuantibus, n. 10. in fine.

Confessionis error probatur præsumtionibus, n. 11.

Error confessionis probatur eo ipso, quòd probatum est rẽ aliter se habere, n. 12.

Obliuio præsumitur ex lapsu quinq; annorum, n. 13.

Causa delicti cessante, cessant etiam omnia indicia, quia nemo sine causa delinquere præsumitur, n. 15.

CONSILIVM CLXX.

IN hac prætensa falsitate testamenti contra Reuer. D. Scipionem Berardi nemine querelante ex officio quinque annis post conditum testamentum intentata. Pro illius resolutione præmittendæ sunt nonnullæ iuris conclusiones, ex quibus iuncta veritate facti eundem dominum Scipionem omnino à prætenso crimine absoluendum esse concludendum est. Prima sit conclusio, quòd licèt quando agitur de reprobatione instrumenti, in quo duo tantùm testes sunt necessarij, si duo testes instrumento contradicant, fidem prorsus instrumento tollát, illúdq; omnino reprobent, sicut post Doct. communiter *in cap. cum Ioannes Eremita, extrà de fid. instrum* communem hanc sententiam dixerunt Boer. *decis.* 118. *num.* 8. *& num.* 15. *vers. & ista est communis regula.* Curt. sen. *consilio* 55. *num.* 1

numer. 1. vt sic. quod autem addiderit. Villalob. in commun. opin. litera I, numero 74. vnus autem testis, etsi in totum instrumentum non reiiciat, illud tamen suspectum reddat, illiúsque fidem vacillare faciat, secundùm aliam communem, de qua per Imol. in d. capit. cum Ioannes Eremita, colum. 2. versic. iu autem in hoc membro, & Felyn. num. 50. versic. si autem est de necessariis, Ruyn. consil. 8. numer. 14. libro 3. Natt. consil. 95. numero 9. Boss. in tit. de falsis, numer. 2. & num. 3.

2 Hæc tamen conclusio intelligenda est, non quando agitur criminaliter de puniendo Notarium, sed tantùm quando ciuiliter agitur ad tollendam fidem instrumento, vbi enim criminaliter agitur ad puniendum Notarium, tunc nec duo testes instrumentum reprobant, vt per Bald. in dicto cap. cum Ioannes Eremita, num. 3. de fid. instrumen. & ibi Felyn. num. 45. Ias. in l. duobus, §. fin. num. 17. ff. de iureiur. Salyc. in l. exercendis. num. 4. in fine, versic. Non dico, quod ex hoc, & ibi etiam Ioan. Sichard. numer. 9. versic. si duo testes, C. eodem, Boss. sub tit. de falsis numero 40. & 41. Nec vnus testis ad torquendum sufficit, Natt. consil. 394. numero 3. Boss. in tit. de fals. num. 41. in fin. vers. sed tamen videtur, & num. 42. vbi de communi Franc. Marc. decis. 486. numer. 9. versic. præterea dictum vnius testis, part. 1. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. cas. 105. n. 14. vbi dixit falsam esse opinionem Doctorum, qui contrarium dixerunt.

3 Secunda sit conclusio arguendo de contractib. & instrumentis, in quibus duo tantùm testes sunt necessarij, ad testamenta, in quibus septem requiruntur, quòd quãdo præsertim criminaliter agitur ad illud reprobandum, debent esse saltim octo testes, secundùm opinionem Odofedi, quam communiter in iudicio seruari dixit Alber. in l. cum precibus, num. 3. col. 2. ad med. vers. Odofred. C. de probat. Speculat. in tit. de instrum. edit. §. restat videre, numero 3. versic. dicunt autem. Cuman. in l. 1. §. si quis neget, numero 7. versiculo item ad derogandum, ff. quemadmodum testam. aperiant. vbi refert Dynum ita consuluisse, & practicari vidisse, & consequenter arguendo vt suprà, nec quatuor testes isto casu faciunt indicium ad torturam.

4 Tertia sit conclusio, quòd siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, & siue tractetur de puniendo Notarium, siue de illum torquendo, testes reprobantes instrumentum debent esse, non solùm habiles, & idonei, sed etiam omni exceptione maiores, nullam prorsus maculam etiam leuem, aut exceptionem patientes, Boër. decis. 118. numero 7. versic. cum testes, & numero 14. & numer. 26. & 27. Aym. consil. 75. num. 34. & consil. 56. num. 3. Natt. consil. 95. num. 10. & 11. Franc. Marc. decis. 486. numero 17. part. 1. Osasc. consil. 64. num. 49. vbi quòd in hoc omnes conueniunt. Et quando criminaliter agitur, procedit hæc conclusio etiam in testibus instrumentariis reprobantibus testamentum, vt per Boss. in tit. de fals. numero 43. & seqq. Anchar. quæst. 71. numero 8. & 9. part. 1. Menoch. de arbitr. quæst. libro 2. cas. 105. numero 7. in fine. Immo quòd testes reprobatorij, non solùm debeant esse omni exceptione maiores, sed etiam in superlatiuo gradu optimæ opinionis, voluerunt Ias. consil. 13. colum. penult. versicul. ex aduerso autem, libro 3. Anan. consil. 197. numero 2. Aym. consilio 56. numero 3. Addentes ad Lanfranc. in capit. quoniam contrà, rubric. de instrum. product. num. 486. litera G, extrà de probat.

5 Quarta, & vltima sit conclusio, quòd quando præsertim criminaliter agitur, testes non admittuntur ad reprobandum instrumentum, seu testamentum, nisi deponãt de toto tenore ipsius instrumenti, seu testamenti, ex allegatis per Foller. in pract. crim. in verb. item quod commisit falsitatem, num. 64. ad fin. Bursat. consil. 33. num. 10. Mascard. de probat. lib. 1. in præfatione q. 6. & num. 72. & libr. 2. concl. 919. num. 3.

6 Ex præmissis conclusionibus resolutio huius causæ resultare videtur. Primò, quia testes reprobantes testamentum, de quo agitur, non sunt octo. Secundò, quia quatenus essent octo, non solùm non sunt omni exceptione maiores, sed plures patiuntur exceptiones, vt mox dicam. Tertiò, quia non deponunt de toto tenore testamenti, sed tantùm de legato, de cuius falsitate agitur, & sic verisimiliter instructi, & subornati, ex præallegatis. Quòd autem testes, qui legatum in testamento descriptum reprobare nituntur, non sint omni exceptione maiores, sufficeret dicere, quòd sunt de confraternitate habente interesse in causa. Alber. in l. in tantum, §. vniuersitatis, numero 6. in fine, vers. minor tamen fides, & ibi Fulgos. num. 9. vers. videretur tamen, ff. de rer. diuis. Afflict. decis. 400. num. 3. & 4. & ibi Vrsill. in addit. Crot. in tract. de testib. num. 132. vbi testatur de communi, Couar. pract. quæst. cap. 18. numero 4. versic. quin & ipse admonendum esse censeo.

Verùm, & quod plus est, ex quo testamentarij testes 7 dum fuit reassumtum testamentum lecto ipsis illius tenore à Notario stipulante illud confirmarunt, cum omnibus in ea contentis, & propterea propria eorum manu subscripserunt hodie quòd contrarium iudicialiter, & cum iuramento affirmare audent, etiam quòd huic dicto iudiciali magis statetur, quàm extraiudiciali sine iuramento, non per hoc tamen possunt dici testes omni exceptione maiores (vt suprà dixi requiri ad reprobationem testamenti) Pindar. in tract. de testib. lib. 1. par. 1. cap. 14. num. 2. ad fin. Boss. in tit. de oppos. contra testes, num. 3. vers. non tamen neg. ari potest. vbi de magis communi, Gabriel lib. 7. conclus. 31. num. 8. & seqq. Clar. in pract. §. fin. quæst. 53. vers. primus casus est, post med. vbi, quòd ita omnes Doctores fatentur.

Addo & ex abundanti, quòd in casu, de quo agitur, attendi debet non dictum iudicialiter, etiam cum iuramẽto, quinque annis post conditum testamentum, sed primum extraiudiciale rogatum à Notario paulo post conditum testamentum in illius reassumtione, stante eorum confirmatione per scripturam. Dum enim modò audent iudicialiter affirmare contrarium eius, quod tunc per scripturam asseruerunt, præsumuntur à parte subornati, & sic attendendum est eorum primum testimonium, non autem secundum, vt per Dec. in cap. per tuas, num. 43. extrà de testib. Arnald. Albertin. in c. 1. quæst. 19. num. 75. de hæret. in 6. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 108. num. 25. eo præsertim, quia primum dictum magis de recenti post testamentum, quàm secundũ post quinque annos ob præsumtam obliuionem magis verisimile est, & sic intrat conclusio, quòd quando primum dictum extraiudiciale, & sine iuramento est magis verisimile, & aliqua præsumtione adminiculatum, illud magis attenditur, quàm secundum iudiciale cum iuramento. Roman. consil. 605. num. 3. vers. item limitatur ista conclusio, Tiraquell. de reuocan. donat. in præfat. num. 49. versic. & simile est. Gabr. lib. 7. conclus. 31. num. 17. Roland. consil. 40. num. 13. & seqq. libr. 1. 8

Concurrit autem pro veritate legati, & sic pro primo dicto prædictorum testium per scripturam confirmatio, fortissima illa iuris præsumtio, quòd falsitas sine lucro, imò & sine maximo lucro commissa non præsumitur, cap. accedens, vbi gloss. & Doct. extrà de crimine falsi, Aym. cons. 75. numero 16. Natt. cons. 314. num. 10. Tiraquell. de rebus exiguis, vers. & id quidem. Menoch. de præsumt. lib. 5. præsumt. 29. num. 49. Consideret itaque Dominus iudex quàm verisimile sit in hoc legato falsitatem fuisse commissam, cùm, vt mihi præsupponitur, vix importet medium rubrum frumenti quolibet anno cum onere dicendi decem Missas, & sic quodammodo agatur de legato potius onerosto, quàm lucroso, aut saltim minimum in se continente lucrum, accedente bona fama, & qualitate inquisiti, quæ omnem prorsus falsitatis suspicionem aufert, Dec. cons. 175. num. 5. versi. & prædicta videntur habere locum, Foller. in pract. criminal. in verb. item quòd commisit falsitatem, numero 78. & num. 92. Menoch. de præsumt. lib. 5. præsumt. 20. num. 94. vbi in terminis de Presbytero, & Sacerdote post Mantuam, quem allegat in consil. 208. num. 52. libro 1. 9

Ex quibus sic, vt præmittitur, concludendum est debere attendi primum dictum per scripturam confirmatum à testibus prædictis potius quã secundum etiã iudiciale, 10

& cum

& cum iuramento, necessariò sequitur, quòd iidem testes dicantur stare pro testamento, & non contrà, sicut etiam pro testamento stant alij testamentarij testes, qui dicunt se non recordari, secundùm Innocen. *in capit. cum Ioannes Eremita, numero 6.* & ibi etiam Hostiens. *numer. 7.* Henric. Boich. *num. 15.* Ioan. Andr. *sub numer. 8.* & communiter omnes alij Canonistæ *de fid. instrum.* Bertaz. *consilio 398. num. 2. & 3.* Bursat. *consilio 33. num. 13.* præsertim quando est lapsum tantum tempus, in quo verisimilis est obliuio, vt in casu nostro, vt bene declarat Paul. de Castr. *in leg. in exercendis, num. 4. versic. hoc autem videtur intelligendum, C. de fid. instrument.* Tiraquell. *de reuocan. donat. in præfatione, numer. 47. versic. id tamen intelligendum est.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. versic. 105. num. 31. in fine,* & hinc sequitur, quòd dato etiam, quòd testes non testamentarij essent omni exceptioni maiores, prout non sunt, adhuc magis credendum est testibus stantibus pro testamento, etiam paucioribus, quàm illud reprobantib. quãdo præsertim criminaliter agitur, secundùm communẽ regulam, Gabriel. *tit. de testib. concl. 4. n. 26.* Bertaz. *cons. 398. n. 7. in fine, & n. 8. & n. 72.* Surd. *cons. 414. n. 18. versic. respondet item.*

11 Et his stantibus facilis est responsio prætensæ confessioni ipsius inquisiti, dum dixit testatorem reliquisse cõfraternitati Sanctissimi Sacramenti quasdam possessiones, & sic non est verum, quòd vnicam tantùm possessionem, prout in testamento legitur, reliquerit. Hæc enim confessio est erronea, & de errore sufficit constare per præsumtiones, quando criminaliter agitur; Bald. *in l. 2. num. 4. C. de custod. reor. & in l. fin. num. 2. ad finem, versicul. ex quibus,* & ibi etiam Salycet. *num. 2. versicul. item pone aliud exemplum, C. de probat.* Bertaz. *consil. 162. numer. 9. in fine, & sequentib.*

12 Primò autem probatur error ex reassumtione testamenti facta coram testibus testamentariis subscriptis in dicta reassumtione, qui cum aliis testamentariis testibus (vt suprà probaui) cùm dicantur stare pro testamento, probant vtique rem aliter se habere, quàm inquisitus fassus fuerit, & sic probant errorem confessionis non præsumtiuè, sed concludenter, Angel. *de malefic. in verb. comparuerunt, &c. & in termino defensionis, &c. num. 1. in fin.* Foller. *in pract. crimin. in verb. & sic confitebuntur, part. 1. numero 54. fol. 102.* Ronded. *consil. 66. numer. 69. & consil. 102. n. 43. lib. 1.*

13 Secundò, error satis præsumitur ex lapsu quinque annorum, in quibus verisimilis est obliuio, ex alleg. per Cephal. *consil. 94. num. 5. lib. 2.* & per Hippol. Riuoin. *cons. 344. n. 75. & seq. lib. 3.*

14 Tertiò, eadem obliuio euidẽter probatur ex eo, quod subsequenter idẽ inquisitus fatetur, *che le tre possessioni, cioè le Case, le Cerascta, & il Chricino, il Testatore le lasciò alla Chiesa di San Biagio.* Non enim verum est, quòd dictus testator reliquerit possessionem nuncupatam, ... Et propterea sicut in hac possessione errauit propter obliuionem, in reliquis etiam possessionibus errasse præsumitur, ex præallegatis.

15 Quartò, non modica erroris præsumtio est causa quã suprà attulimus, nẽpe quòd huiusmodi legatum, aut nullius, aut parui lucri existit, & consequenter, si fisci prætensio esset vera, falsum sine lucro, & causa commisisset, quod non est præsumendum, vt suprà dixi, & deficiente causa delicti, cessãt omnia indicia, quæ ex processu resultarent, cùm sine causa nemo delinquat, Foll. *in pract. crim. in verb. item, quòd sororem venenauit, post n. 19.* Gramm. *consi. 42. n. 10. in fine,* Bertaz *cons. 556. n. 20. & seq. lib. 2.* Menoch. *cons. 230. num. 2. & seqq.* Quare nihil superesse video, quod huius probi Sacerdotis absolutionem iure impedire valeat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Vulnus quando dicatur mortale, & quando nõ, & super illius mortalitate, vel nõ mortalitate quando, & quantum sit medicis credẽdum, inde propterea latè discutitur, quando vulneratus ex recepto vulnere obiisse præsumatur, an verò ex alia causa: aliàque plura de testium fide, & probatione, & presertim quãdo attendatur eorum secundum dictum in tortura, non autem primum sine tortura, & plura de testibus inhabilibus admittendis, vel non admittendis in probatione delicti difficilis probationis.

SVMMARIVM.

Delicti corpus probandum est à fisco non per præsumtiones, & coniecturas, sed per plenas, & concludentes probationes, n. 1.

Notario sine testibus aliquid asserenti, non creditur, nisi de iis, de quibus fuit rogatus, n. 2. & n. 7.

Liuores corporis non probant corpus delicti, quia quandoque euenerunt à febre maligna, n. 3. & n. 26.

Vulneratus præsumitur obiisse ex vulnere, febre superueniente incontinenti post receptum vulnus, secus si superueniat non incontinenti, sed post aliquot dies, n. 4. & n. 46. in fine.

Vulneratus non præsumitur mortuus ex vulneribus quando vulnera non erant mortalia, n. 1 & n. 27.

Vulnera mortalia non præsumuntur, & ideo fisco allegantі mortalitatem vulneris incumbit onus probandi, n. 6. & n. 12

Vulnus cum baculo, vel in brachio illatum, mortale non præsumitur, n. 6.

Medicorũ relationi standum est, an vulnus fuerit mortale, vel non, n. 7. & n. 28. etiam quòd medici non fuerint illi qui medicauerunt vulneratum, dummodo fuerint de facto certificati, n. 8. & n. 28. contrà n. 32. Pro prima dicto, n. 47. & 48.

Testis sibi ipsi varij depositio reddit ipsum de falso suspectum, n. 10.

Peritioribus testibus magis credendum est, quàm notario, sine testibus aliquid asserenti, n. 11.

Vulneratus non præsumitur mortuus ex vulnere mortali, nisi etiam probetur vulnus fuisse omnino mortale, n. 23.

Testis non repetitus, vel repetitus sine iudicis decreto nullum facit indicium, n. 14.

Inimicitia oritur ex minis de verberando, n. 14.

Testis vilis, & pauper à testimonia repellitur, n. 14 & n. 34. vbi ampliatur hoc etiam in casu, vbi aliàs testes inhabiles admittuntur.

Testis de auditu ab alio, qui non est idoneus testis nihil probat, n. 14. in fine.

Testis domesticus, & familiaris instigatoris nihil probat contra inquisitum, n. 15.

Testibus contrariis credendum non est, n. 15.

Testis consanguineus inimici mei non probat contra me, num. 16.

Testis minor decem, aut duodecim annorum nihil probat, n. 6.

Testes periuri non conuincuntur, nec faciunt indicium ad torturam, n. 19.

Periurium testis tortura non tollit, n. 17.

Testis secundum dictum in tortura, non attenditur magis quàm primum, quando ipse testis post primam depositionem loqui potuit cum accusatore, n. 18.

Testis depositio secunda in tortura attenditur potius quàm prima in ciuilibus, non autem in criminalibus, num. 19.

Testis depositio secunda facta in tortura non attenditur magis quàm prima sine tortura, quando ipse testis patitur alios defectus, n. 20.

Testis depositio secunda facta in tortura, attenditur magis quàm prima facta sine tortura, quãdo tortura datur ad purgandum infamiam, secus quando datur ob varietatem, ad videndum in quo dicto persistat, numero 21.

Præsumtiones & indicia sufficiunt ad probandum innocentiam inquisiti, & illius defensionem, n. 22.

Mortuus, quis potius præsumitur sine scelere, quàm cum scelere, num. 27. n. 31 & 41.

Testes inhabiles admittuntur in delicto difficilis probationis, vtputa commisso in loco campestri, n. 29.

Testium numerus supplet defectum, & inhabilitatem, n. 29. Declara primò hoc non procedere, quando testes in totum à testificando repellerentur. Secũdò non procedit in causa criminali, & capitali. Tertiò non procedit quando omnes dicti testes patiuntur aliquam exceptionem, n. 37.

Testes periuri probant in odium inducentis eos ad temerarium & illicitum iuramentum, n. 30. Declara, vt n. 38. & seqq.

Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, n. 33.

Testes inhabiles patientes plures defectus nihil probant etiam in casu, in quo aliàs testes inhabiles admitterentur, n. 35.

Testes inhabiles etiam admissi in casu difficilis probationis non dicuntur omni exceptione maiores. n. 36.

Testis corruptus ad se non examinandum si postea se examini subyciat, an probet contra corrumpentem, n. 38 & seqq.

Testium corruptio non probatur per assertionem eorundem testium. qui dicunt se corruptos, nisi aliunde corruptio probetur, n. 40

Vulnus mortale iudicatur in caput illatum, secus si subtus auriculam, n. 42 Verùm, si percussio in capite fuit modica, nec etiam dicitur mortalis, n. 43.

Vulnus mortale non præsumitur si fuerit modicum, aut leue, n. 43.

Vulnus si non fuit mortale tunc mortuus non præsumitur ex vulnere, etiam quòd obierit breui tempore post receptum vulnus, n. 44 & 45.

Mortuus non præsumitur ex vulnere, si post vulnus receptum, vulneratus per aliquot dies ambulauit, faciendo sua negotia, n. 45.

CONSILIVM CLXXI.

1 VOD Franciscus Georgij Porcarius obierit propter bastonatas sibi datas, vt dicitur à Petro Paulino ex summario processus mihi exhibito, duo præcipuè id probare videntur. Primò assertio Notarij annotantis liuorem in pluribus partibus corporis. Secũdò quòd statim vapulatus incepit se malè sentire, & positus in lecto, febre preuentus de malo in peius progrediens infra decem, vel duodecim dies obiit. Verùm quòd ex præmissis nullo pacto probatum censeatur dictum Franciscum scelere interemptum, prout fisco hoc probandi onus incumbit. *ad text. in l. 1. §. item illud, ff. ad Sillanian.* Moneor firmissima illa iuris conclusione, quòd talis probatio corporis delicti non debet esse præsumtiua, sed liquida, & per plenas probationes deducta, ponderando in eodem §. *item illud*, verbum, *liquere*, & in l. *si quando, C. vnde vi*, verbum, *patefacta*, & ibi Bald. *num. 2.* & Ias. *num. 12. in 4. not. b.* Boër. *decis. 228. num. 1. in fine, versi. si verò agitur de maximo præiudicio*, Mynsinger. *obseruat. 81. centuria 3.*

Hæc autem plena & liquida corporis delicti probatio, quòd in præsenti casu non adsit ex assertione Notarij dicentis se annotasse liuorem in corpore defuncti, patet ex alia verissima conclusione Doctorum, dicentium Notario vti publicæ personæ sine testibus non credi nisi de iis, de quibus fuit à partibus rogatus. ad tex. *in §. si verò, & ibi gloss. in verb. iniungatur, in auth. de tabellionibus, & in Clemen. 1. versicul. dictis, in verb. requisitus, de testam.* Socin. iun. *consi. 168. numero 3.* Curt. iun. *consil. 166. numero 2.* Præsertim, quando agitur de graui præiudicio. *decis. Pedem. 170. numero 6.* Ioseph. Ludou. *decis. 14. illations 23.* 2

Et dato, quòd huic Notario sit plenè credendum, non sequitur, ægrotus habebat in corpore plures liuores, ergo ex bastonatis causantibus dictum liuorem mortuus est, liuores enim possunt causari non solùm ab extrinseca passione, extrinsecòve accidenti, sed etiam à febre maligna, & acuta, qua laborabat Franciscus. ita in terminis in probatione corporis delicti scripserunt Foller. *in pract. crim. in verbo, item quòd sororem venenauit, num. 4. in princip. & num. 13. post med.* pract. Montelcoo. *part. 3. numero 695. versic. item capituletur il primo, iuncto num. 705 fol. mihi 245. & seq.* Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 24. num. 4. versic. item indicia veneni, iuncto versic. & de signis veneni*, & in casu nostro, quòd liuores prædicti, præsertim in humeris de quibus Notarius fidem facit, non fuerint causati à bastonatis, sed à febre maligna, euidenter apparet, cùm vt deponit chirurgus applicatæ cucurbitulæ de ordine medici nullum sanguinis signum fecerint, & propterea non fuerunt scarificatæ: si enim liuores prædicti ortum habuissent à percussionibus, vtique ab illis contusas sanguis se demonstrasset, prout est omnibus notum. 3

Quod verò attinet ad malum progressum infirmi, & superuenientiam febris post receptas percussiones, ex facto tollitur dubitatio; non enim verum est, quòd Franciscus statim receptis percussionibus inceperit se male sentire, & in lecto se ponere, quia imò, vt dicunt testes defensiui, per aliquot dies antè sanus in campania porcos custodiebat, quod & idem deponit Georgius pater Francisci: & Mercurius testis Curiæ dicit, quòd ipse incepit ægrotare per octo dies postquam Franciscus recepit bastonatas: constat autem in processu hoc fuisse die 7. Augusti, in qua prætendit fiscus Franciscum fuisse bastonatum. Quare subintrat conclusio, quòd quando febris vulnerato, nedum baculo percusso superuenit nõ incontinenti recepto vulnere, sed post aliquot dies, tunc illa non dicitur causata ex vulnere, seu percussionibus receptis, sed ex alia superueniente infirmitate, & si contingat infirmum obire, dicitur mortuus non ex vulneribus, aut percussionibus, sed ex dicta superueniente infirmitate propter prauos corporis ingenitos humores, vt videre est apud Cepoll. *consil. 61. num. 4. versi. item quia febris, & num. 14* vbi de febre, quæ superuenit tertia die post illatum vulnus, Grammat. *consil. 2. num. 9. & seqq.* Anton. Gomez *de delict. rubr. de homicid. post num. 29. versic. si verò probetur, il secundo*, Hippolyt. Riminald. *consil. 121. num. 21 lib. 2.* 4

Et licèt ex præmissis res in tuto posita videatur ex eo, quòd fiscus non probauit Franciscum scelere interemptum, adhuc & ex abundanti dicitur, quòd imò ex processu constat, ipsum sine scelere obiisse, idque inconuincibili argumento ad oculum ni fallor demonstratur, quia scilicet, quando vulnera, seu percussiones non sunt mortales, si vulneratus, aut percussus obierit, etiam alio non docto, præsumitur non ex vulneribus, aut percussionibus mortuus, sed ex alia causa, Corn. *consil. 194. numero 15. versic. Dato autem, lib. 2. decis. consil. 415. post numer. 6.* Marsil. *in pract. crimin. §. & quia, numero 20.* Boër. *decis. 223. num. 4. & num. 7. & num. 20. ante finem*, vbi de communi, 5

muni, Menoch. *de arbitr. quaest. lib. 2. cas. 274. n. 3. infi.* Hippol. Rim. *d. cons. 121. n. 3. & seq. lib. 2.*

6 Quòd autem percussiones Francisco illatæ non fuerint mortales, etsi onus probandi contrarium fisco incumberet, secundùm Bald. *in consilio 328. An vulnus fuerit mortale, colum. 1. in fi. versiculo Et in dubio, & column. 2. versiculo & ideo motus in dictis, libro 2.* Corn. *consilio. 194. numero 4. lib. 2.* Dec. *d. consilio 415. numero 1. & 2.* Grammatic. *voto 24. numero 6. & seqq.* Boss. *in tit. de homicidio, numero 116. in fine, & numero 117.* Hippol. Rimin. *dicto consilio 121. numero 11. & seqq. libro 2.* Iacob. Ayrer. *in tract. de homicidio, par. 2. numero 71.* Constat euidenter, tum ratione armorum, quia cum baculo, tum etiam ratione partis corporis læsæ, nempe in brachio, humeris, & in natica ad tex. *in cap. significasti el secundo, §. & quidem, & in §. fin. extrà de homicid.* cum ibi not. per Doctores, Bald. *consilio 157. proponitur, quòd Titius, num. 2. ad finem, & numero 4. etiam ad fin. lib. 2. & cons. 328. column. 1. vers. secundò dixi, eodem lib. 2.* Boer. *deci. 323. n. 3. ante med. ver. si autē in aliis locis.* Hippol. Rimin. *d. consil. 121. n. 5. lib. 2.*

7 Id autem, quod in proposita facti specie omnem tollit difficultatem, est relatio Medicorum, & peritorum attestantium Franciscum non ex percussionibus, sed ex maligna febre, & acuto morbo superueniente obiisse, cui quidem relationi omnino standum esse voluerunt, Bart. *in tract. de percussionibus, numero 1. in princip. versiculo & prædicta, & in proœmio digestorum in prima constitutione, numero 8.* & ibi Alber. *numero 14.* Boss. *in titulo de homicidio, numero 115.* & ita practica seruat, Clar. *in pract. § homicidium, numero 34. versiculo, scias autem, in princip.* & est tex. expressus *in cap. significasti el 2. §. & quidem,* & ibi communiter notant omnes Canonistæ *extrà de homicid.*

8 Et licèt Medici sic attestantes non medicauerint Franciscum, non per hoc est quin possint super vulneris lethalitate, & non lethalitate, & morte inde sequuta iudiciū dare, dummodo fuerint certificati de qualitate vulneris, de parte corporis vulnerata, & de instrumento, cum quo fuit vulnus illatum, de qualitate febris superuenientis, de medicamentis datis, de tempore mortis, & aliis accidentibus, vt bene consuluit Cepol. *consilio 61. numero 5. & n. 7. & seq.* Blanc. *in pract. in prima parte defensionis §. in fictam ensis, numero 83. in fi. versiculo extende, & istud habeas locum, fol. mihi 152.* Cardin. Alb. *cons. 12. n. 10. vers. tertiò dico.*

Ex quibus Franciscum prædictum scelere interemptum non fuisse, plenè constare creditur, nunquid autem verè constet de bastonatis, si forsan fiscus pro illis Paulinum puniendum esse prætendat, erit particulariter videndum, quæ enim à me hîc scripta sunt, cum præsupposito dictarum bastonatarum, sint dicta sine præiudicio veritatis ad exclusionem corporis delicti.

In eadem causa secundum responsum.

9 IN causa Balneotigeñ prætensi homicidij scripsi aliàs non constare de corpore delicti, nempe Franciscum Georgii obiisse ex prætensis bastonatis sibi datis, quibus non obstet quod modò audio pro parte fisci fieri aliquod fundamentum in depositione Notarij asserentis in secunda visitatione Francisci eum inuenisse cum magno liuido in collo subtus auriculam dexteram, & similiter ipsam auriculam satis liuidam cum parua carnis fractione, & quòd præterea ex dicta percussione in capite mortali ipse Franciscus obierit, strictè enim huic depositioni Notarij respondendo dicitur primò Notario sic asserenti sine testibus minimè credendum. *§ si verò, & ibi glosa in verb. miungatur, in auth. de tabellion. Clem. 1. vers. dictis, & ibi gloss. in verb. requisitis. de iureiur.* cū aliis allegatis in prima informatione.

10 Dicitur secundò hanc Notarij assertionem reddi suspectam ex eo, quòd prima vice, quando Franciscum visitauit facta per ipsum diligentia in corpore Francisci talē liuorē & fracturam in auricula vidisse minimè affirmat, & tamen si eam habuisset, vtiq; vidisse credēdū est, cùm ad hæc specialiter videnda transmissus fuerit, ideóque non modica contra eum oritur falsitatis suspicio. *l. qui falsò, vel variè, ff. de test. l. eos, ff. ad l. Cornel. de fals. cap. qui falsò 4. q. 3.*

Dicitur terriò, quòd eadem depositio confunditur per contrariam depositionem chirugi, qui examinatus dum apposuit cucurbitulas, neque etiam ipse prædictum liuorem & fracturam in auricula vllo pacto vidit, & tamen si vidisset, deposuisset, sicut deposuit nullum vidisse liuorem, aut percussionis signum, & huic chirurgo magis credendum, vti in arte perito, quàm Notario sine testibus. Nell. *in tract. de testib. numer. 200.* Gabriel *de testib. libro 1. conclus. 4. num. 14.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiua, num. 225.* 11

Dicitur quartò, quòd etiam quòd tale liuidum fuisset in collo, & subtus auriculam Francisci, eadémq; auricula fuisset etiam liuida, & paruum fracta, prout dicit Notarius, non per hoc sequitur talem percussionem esse mortalem, nisi fiscus hoc probauerit, quia in dubio quælibet percussio præsumitur potius non mortalis quàm mortalis. Boss. *in tit. de homicid. n. 116. in fine, & num. 117.* & ante eum Corn. *consil. 194. num. 9. libr. 2.* Grammat. *vot. 24. num. 9. & seq.* 12

Dicitur quintò quòd etiam, quòd fiscus probauerit prout hucusque non probauit, dictam percussionem cum liuore, & parua fractura auriculæ fuisse mortalē, nō per hoc percussus præsumitur mortuus ex illa percussione, nisi etiā probauerit dictā percussionē fuisse omnino mortalē, & certam ad mortē, vt bene declarat Cepol. *cons. 61. numer. 18. & sequent.* Andr. Gayl *obseruat. 111. numero 22. libro 2.* vbi de communi, Hippol. Riminald. *consil. 123. n. 6. & seqq. libr. 2.* vbi latè hanc probat sententiam, contrarius respondet. 13

Quod verò attinet ad prætensas bastonatas ipsi Francisco à Petro Paulino, vt dicitur datas, pro quibus saltim fiscus forsan prætendit ipsum conuictum, & puniendum, facile est iusto iudici suadere, quòd ex processu non apparet eundem Paulinum vllo modo conuictum, immo nec etiam indiciatum, etsi sex testes super dictis bastonatis de visu deponere conentur. Mercurius enim primus testis est repertus sine decreto iudicis, & sic nulliter, ideo cùm habeatur pro non reperito, nec probationem nec indicium facit, Abb. *in capit. 2. numero 8.* & ibi etiam Felyn. *numero 9. extrà de testib.* Alberic. *in tractat. de test. capit. 7. numero 38.* Nouell. *regul. 237. numero 26.* fatetur se inimicum Petri dum in suo examine dicit, *mi volse dare ancora à me*, cum ex minis de verberando oriatur inimicitia, *capit. cùm oporteat.* & ibi Anan. & alij Canonistæ, *extrà de accusat.* Aufrer. *de reprobat. testium, numero 56. versicul. item si quis fuerit.* Lanfranc. *de testibus, numero 50.* Plach. *in epitom. delict. capitul. 28. numero 19. versicul. & ab eadem radice.* Vilis, pauper, & mendicus, ideo omnino à testimonio repellendus, Pars. *consil. 54. numer. 57. lib. 4.* Aymon. *consil. 249. numer. 12. versic. accedit etiam vilitas.* Roland. *consil. 63. num. 34. lib. 2.* dicit se audiuisse ab Hippol. eius domino, quòd ille qui percutiebat Franciscum, erat Petrus Hippolytus, negat, ideo falsus. Bald. *in capit. cùm causam quæ inter, numero 17. extrà de testibus,* & ibi etiam Felyn. *numero 2. versicul. sed hanc fallentiam.* Campeg. *de testibus, regul. 410. in fine.* Gabriel. *titul. de testibus, libro 2. conclusion. 3. numero 11.* 14

Franciscus Ioannis alter testis ab ineunte ætate domesticus, & familiaris instigatorum, eorum colonus, partiarius, & socius, ideo à testimonio repellendus. Abb. *in cap. insuper, num. 14. versicul. sed respectu dilectionis.* & ibi etiam Felyn. *numer. 14. extrà de testib.* Aufr. *de reprobat. test. numer. 89. in verb. socius, versicul. vel nisi ratione societatis.* Menoch. *de arbitr. quæstion. libro 2. cas. 474. numero 10.* Est etiam contrarius depositioni Marci circa locum vnde dicit vidisse Petrum percutientem, cùm dicat Marco, *& io stauano sul poggio*, & Marcus dicat, *stauo nel fosso*, ex quo nihil videri poterat; ideo vti testibus contrariis neutri credendum, Bald. *in leg. sed & si possessori, §. sed & si verum, ff. de iureiurand.* Butrigar. Abb. & 15

Aret.

Aret. in c. licet causam, extrà de probat. Boss. *in tit. de oppos. contra testes, n.* 15. Gram. *vot.* 27. *n.* 13. *& seq.*

16 Petrus Palminiæ est nepos carnalis Andreæ Berti inimici Petri Paulum, vt fuit probatum per testes. *l. athletæ, §.*
1 *dat remissionem,* & ibi Bald. & communiter Doct. *ff. de suspect. tutor. l.* 1. *§. præterea, num.* 50. *ff. de quæst.* Anton. Gomes. *variar. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *rubr. de probat. delict. numer.* 14. est etiam vilis, & pauper, ideo repellendus, ex superius allegatis, & demum est puer decem, aut duodecim annorum, & sic non capax iuramenti. *l. qui iurasse, ff. de iureiur. l.* 2. *§. lege Iulia, ff. de testib.* Clar. *in pract. §. fin. q.* 24. *versic. vidi quandoque dubitari.*

17 Sabarina, Chiappinus, & Marcus alij tres testes vltra alias, quas patiuntur exceptiones, de quibus in informa-
8. tione facti, sunt periuri, ideo nec conuincunt, nec indicium faciunt. *cap. ex parte,* vbi gloss. & Doct. *extrà de testib.* Bos. *in tit. de opposit. contra testes, n.* 19. *& in tit. de inquis. n.* 42. Clar. *in §. periurus, n.* 47. *vers. repellitur.* Nec periurij defectus in criminalibus tollitur per torturam, Aym. *cons.* 6. *n.* 15. Rol. *cons.* 16. *n.* 9. *lib.* 2. Eugen. *cons.* 27. *n.* 54. Hond. *cons.* 100. *num.* 38 *lib* 1.

18 Nec facit vulgaris illa regula, quòd quando testis fuit tortus attendatur secundum dictum in tortura, & non primum: nam hac in re est valde aduertendum, quòd regula prædicta habet plures limitationes, & declarationes, quarum vnaquæque casui nostro applicatur, & prima est declaratio, vt non procedat quando post primam depositionem testis loqui potuit eum accusatore. Tunc enim non secunda depositio facta in tortura, sed prima attendenda est, cùm præsumatur suburnatus, secundùm Angel. *in l. de tormentis, ff. de quæst.* Gabr. *conclus.* 26. *numer.* 7. *libro* 7. Boss. *in titul. de opposit. contra testes, numero* 1. *ad fin. versicul. debet etiam considerare.* Cephal. *consil.* 254. *num.* 12. *libro* 2.

19 Secunda est declaratio, vt eadem regula procedat in ciuilibus, non autem in criminalibus, & est ratio, quia in ciuilibus tortura purgat periurium, in criminalibus autem non. Aymon. *consil.* 6. *num.* 16. Dec. *consil.* 189. *num.* 11. Octau. Cacheran. *consil.* 65. *num.* 22. *& num.* 33. vbi de communi, & dixi suprà.

20 Tertia est declaratio, vt regula prædicta non procedat quando testis vltra varietatem patitur alios defectus. Aym. *cons.* 6. *num.* 54. *vers. sextò respondeo,* Gabriel *lib.* 9. *concl.* 26. *num.* 12.

21 Quarta est declaratio, vt eadem regula procedat, quando testis torquetur, quia infamis aut criminosus, & sic ad purgandam infamiam, secus si torqueatur ob varietatem, & ad videndum in quo dicto persistat, secundùm Aretin. *in cap. per tuas, num.* 35. *col. fin. versic. aduerte tamen, extrà de testib.* Alciat. *de præsumt. reg.* 2. *præsumt.* 29. *numer.* 12. *& sequent.* Vulpell. *consil.* 104. *num.* 9. Clar. *in pract. §. final. quæst.* 53. *versicul. tertius est casus, post med.* ibi, *bene verum est.*

22 Ex quibus licèt credatur prædictum Petrum nec conuictum, nec indiciatum esse, adhuc tamen quatenus aliqua remaneret suspicio, ea prorsus tollitur ex tot tantisque præsumtionibus deductis in informatione facti, ex quibus apparet d. Franciscum nullas recepisse bastonatas, & hoc sufficit saltem ad obumbrandam fisci intentionem, aduersùs quam sufficere indicia & præsumtiones etiam non plenè concludentes, scripserunt, Bart. *in l. non solum, §. sed vt probari, numer.* 2. *& seq. ff. de nou. oper. nunc.* Boss. *in tit. de conuictis, num.* 59. Aymun. *consil.* 2. *numero* 16 *& consil.* 119. *num.* 9. Menoch. *de præsumt. lib.* 5 *præsumt.* 48. *num.* 8.

In eadem causa tertium responsum.
Dubium.

23 Circumscriptis pro nunc depositionibus testium tam super tempore, quàm super percussionibus, & circumscriptis pro nũc pariter exceptionibus testium, tam fisci quàm partis, an constet de percussione, ex qua possit dici quòd mors sit sequuta, & cum hoc in casu nostro sit dubium, & nulla adsit peritorum visio, nec relatio, quid de iure sit dicendum in casu dubio, & an stante regula, quòd peritorum relationi standum sit, habeat hoc locum in relatione facta ab iis qui ægrotum non curarunt, nec ab eis fuit habita relatio infirmitatis.

RESOLVTIO DVBII.

Propositum dubium habet quotuor partes. Prima est 24
an circunscriptis depositionibus testium constet de aliqua percussione. Secunda an constet de percussione tali, ex qua mors sequuta fuerit. Tertia quid de iure in casu dubio præsumatur nulla existente peritorum visione, & relatione. Quarta an standum sit relationi medicorum, qui ægrotum non curarunt, nec à curante medico infirmitatis relationem habuerunt.

Prima pars negatiuè resoluenda est, quia de prætensa 25
percussione in processu aliunde non constat, nisi ex depositione defuncti, cui nihil credendum, *in rub. vulgaribus.* Notarius de percussione verbum nullum, solùm dicit de quodam liuore in collo, & auricula cum parua carnis fractione in eadem auricula. Et tamen huic Notario minimè credendum quinque rationibus quas in alia informatione claré, ni fallor, deduxi, & hîc repetere superfluum est.

Verùm dato, quòd Notario credendum sit, & nunc 26
ingredior secundam partem dubij, non sequitur habebat liuorem, & auriculam paruum fractam; ergo fuit ab altero percussus, cùm vt notum est huiusmodi liuor, & fractura auriculæ potuerint euenire absque alterius scelere, nempe quòd casu ceciderit collidendo caput, & humeros in aliqua saxa, ex quibus præmissa causari potuissent, & quando dubitatur an mors casu, & sine alicuius scelere sequuta fuerit, an verò cum alterius scelere, præsumendum est potius quòd sine scelere successit, quàm cum scelere, ex plenè deductis per me *in practic. quæstione* 2. *numero* 29. *per tot.* cum quibus etiam consentit Sigismundus Scaccia *de iudic. caus. ciuil. & criminal. tom.* 1. *capit.* 83. *numer.* 6. *iuncto numer.* 8. *& sequent.*

Et tertiùs dato quòd huiusmodi liuor, & fractura fue- 27
rint causatæ cum alterius scelere, & nunc ingredior tertiam partem dubij, non per hoc præsumendum est, quòd ex dictis percussionibus obierit. Immo contrarium, cùm non constet dictas percussiones fuisse mortales, prout hoc probare fisci onus erat, secundùm Corn. Gramm. & Boss. *in locis allegatis in alia informatione,* & non data mortalitate percussionum, præsumtio est quòd ex percussionibus non obierit, secundùm Marsilium, Boër. Menoch. & Hippol. Rimin. in d. informatione allegatis, quorum opinio ab omnibus recepta est.

Id autem quod in præsenti casu tollit omnem diffi- 28
cultatem, & nunc ingredior quartam partem dubij, est iudicium peritorum, qui suppositis liuoribus, medicamentis infirmo datis, & alijs ex processu resultantibus, Franciscũ non ex percussionibus obiisse, sed ex maligna febre, iure optimo arbitrati sunt, illisque medicis, & peritis, etiam quòd infirmum non curauerint, nec à curante medico relationem habuerint, standum esse, satis in prima informatione probaui ex Cepol. Blanc. & Cardin. Alban. allegatis, quibus addo Clar. *in practic. §. final. quæst.* 4. *versic. vltimo,* vbi expresè dixit quòd quando dubitatur, an quis cum scelere, vel sine scelere obierit, iudex iudicium peritorum & medicorum adhibet, intelligendo non de medicis qui curarunt defunctum, sed de alijs. Et ita aliàs seruatum fuit tempore quo erat Gubernator Illustrissimus & Reuerendissim. Cardin. Sancti Eusebij in quadam causa prætensatum Sachettatarum, & tempore R. D. Alæ in causa prætensi veneni, in qua facto eum processu concordato fuit missum pro iudicio peritorum ad omnes partes status ecclesiastici, prout etiam tempore Illustrissim. Cardin. Tuschi in alia simili causa factum fuit, & hoc in practica nullam habet difficultatem, tam pro fisco quàm contra fiscum.

In eadem causa quartum responsum.
Dubium.

29 EX deductis pro parte Petri Paulini non videntur penitus sublata iura fisci: nam circa delicti probationem, fiscus videtur habere fundatam eius intentionem ex testium depositionibus, qui licèt videantur aliquas pati exceptiones, nempe paupertatis, vilitatis, & familiaritatis. Attamen cùm simus in delicto commisso in loco campestri, vbi regulariter habitu, & vix potentia alij testes haberi non possunt, huiusmodi testes solent admitti, & maximè quando numerus supplet. Paris de Puteo *de syndicatu, in verb. testis, cap. 2. in §. fuit interrogatus, num. 2.* Monticell. *de testib. in verb. vilis, in fine.* Bald. *in cap. si quis testium, num. 5. de testib.* Bertazzol. *cons. 86. num. 6. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus.* 1155. *num. 20.* & Gabr. *de testib. concl. 18. num. 2.*

30 Et tanto magis cùm exceptio data illis de periurio omnino corruat, siquidem cùm ex processu appareat testes prædictos facto & culpa dicti Petri fuisse inductos ad peierandum, & veritatem occultandam, intrabit limitatio ad regulam, quòd similes testes in odium inducentis ad temerarium & illicitum iuramentum bene probant. Hostien. Abb. & alij Canonistæ *in cap. constitutus el 2. de testib.* & Fely. *in c. intimauit, num. 7. eodem tit.* probari itaque videtur in processu Petrum dedisse bastonatas Francisco.

31 Sed an percussiones illæ fuerint mortales, vel non, & an percussus ex illis, vel ex alia causa superuenienti decesserit, hoc certè fiscus in processu offensiuo non probat, nec Petrus in defensiuo. Et sic sumus in dubio; quo casu licèt Doctores discrepent, attamen adhuc fiscus videtur habere fundamentum eius intentionis, per ea quæ latè adducit Faun. *de homicid. quæst.* 127. *n.* 21. *&* 23. vbi infinitos primæ classis Doctores pro hac parte allegat, qui casui nostro optimè applicari possunt, cùm ex parte corporis offensa, nempe subtus auriculam, & ex breuitate temporis mortis subsequutæ, facilè dignoscitur ex percussionibus, & non ex alio accidenti decessisse.

32 Nec videtur facere id quod pro Petro consideratum fuit à medicis facientibus fidem remedia adhibita in curatione offensi non posse applicari percussionibus, sed febri malignæ, quia vltra quòd fides fidem non facit, videtur posse responderi, quòd medicis, qui ægrotum non visitarunt, nec curarunt, ita demum credendum si ab alijs, qui ægrotum visitarunt, & curarunt, relationem & informationem habuerunt, & in his terminis loquuntur Cepoll Blanc. Innoc. & alij ex aduerso allegati, sed quòd medici possint facere iudicium ex qualitate medicamentorum adhibitorum absque alia relatione, & certificatione aliorum medicorum, qui curæ interuenerunt, hoc non dicunt, nec videtur tali casu eis standum esse, præcipuè quia febris ex percussionibus oriri solet, & ex eis ortum habuisse præsumitur quando de recenti, prout in casu nostro euenit, vt per Riminald. ex aduerso allegatum.

RESOLVTIO DVBII.

33 PRopositæ dubitationes duas habent partes. Prima est nunquid cõstet Franciscum fuisse bastonatis percussum; secunda, an ex dictis bastonatis obierit. Prima pars negatiuè resoluenda videtur ex vera illa & vulgari iuris conclusione, quòd ad probandum delictum testes debent esse omni exceptione maiores, nedum idonei, & habiles, Boss. *in titul. de conuict. numer.* 11. Franc. Marc. *decis.* 285. *num. 4. par. 2.* Bursat. 116. *numero* 39. vbi de communi Ludouic. Peguer. *decision. criminal.* 17. *num.* 38. *in fine*, præsertim vbi agitur ad effectum probandi corpus delicti, de quo, vt aliàs dixi, non præsumptiuè, sed plenè & concludenter constare debet. *l. 1. §. item illud, in verb. liquere, ff. ad Sillan. l. si quando, in verb. patefacta, C. vnde vi.* & vtrobique communiter Doctores. Sed sic est quòd testes deponentes super prætensis bastonatis non solùm patiuntur exceptiones paupertatis, vilitatis & familiaritatis, vt in dubitationibus, sed etiam eorum vnus, Mercurius scilicet facit se inimicum carcerati, fuit nulliter sine decreto iudicis repetitus, & conuiocitur de falso à conteste per ipsum nominato. alter testis nempe Franciscus Ioannis est contrarius depositioni Marci, & Petrus Palmerinus est nepos inimici eiusdem carcerati, & puer minor 12. annorum; ergo nihil prorsus probant tum ex præallegatis tum ex aliàs dictis in secunda informatione huius causæ.

34 Nec præmissis obstat primò quòd dicatur quòd testes etiam inhabiles admittantur in delicto commisso in loco campestri, & quòd numerus supplet eorum inhabilitatem, prout scripserunt, Paris. *de syndicatu*, Bald. Monticel. Gabriel. Bertaz. & Mascard. in dubitationibus allegati. Hæc enim obiectio tollitur pluribus modis. Primò quòd ex aduerso allegati loquuntur in testibus, aut pauperibus solùm, aut vilibus tantùm, vbi autem sunt viles, & pauperes insimul, tunc omnino repelluntur etiam in casu vbi aliàs admitterentur, ex allegatis per Ant. Gomez *var. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 19.* Menoch *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 96. num. 6. & 7.* Bertazzol. *consil.* 359. *numer.* 42. *libro* 2. Roland. *cons. 63. numero 34. libr. 2.* vbi de communi, præsertim in causa criminali, in qua sola paupertas, aut sola vilitas non solùm testem inhabilem, & non idoneum reputare facit, sed etiam prorsus à testificando repellit. ad tex. *in l. nonnulli, C. de accusat.* Crot. *de testib. p. 3. numero 24. versic. aduerte tamen.* Couar. *var. resolution. libro 2. capitulo 6. numero 8. versiculo præsertim in causis capitalibus*, Roland. *d. consil. 63. n. 34. libr. 2.* vbi de communi.

*

35 Secundò eadem obiectio tollitur, quia, vt prædixi, testes contra Petrum examinati non solùm sunt viles, & pauperes, sed etiam alios, quos suprà dixi, patiuntur defectus, quo casu nec etiam admittuntur vbi aliàs admittendi essent, Aymon. *cons. 249. num.* 11. *&* 12. Nouel. *reg.* 216. *num.* 7; Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 89. num. 7. & 8.* Bertazzol. *cons.* 170. *numer. 3. libr. 1.* & facit generalis conclusio quòd vbi aliàs propter difficultatem probationis testes inhabiles admittuntur, nunquam tamen admittuntur quando plures patiuntur defectus. Aymon. *cons. 66. n. 55. & 57.* Cephal. *cons. 65. n. 27. & 28. lib. 1.* Rota diuers. *p. 3. decis. 126. n. 4. & decis. 689. n. 3. eadem par.*

36 Tertiò respondetur, quòd in omni casu etiam quòd prædicti testes ex aliqua speciali ratione admitterentur de iure, non tamen dicuntur testes idonei, prout dixi suprà in criminalibus requiri, & consequenter non plenam, sed qualemqualem faciunt probationem. Grammat. *consilio 59. num. 12.* Boss. *in titulo de indici. num* 150. & *num. 177 vers. non tamen credas.* Roland. *cons. 3. num. 50. libr. 3.* Hippol. Rimin. *cons. 175. num. 8. lib. 2.*

37 Nec rursus obstet prætensus numerus testium, quia pariter in hac causa nec numerus potest testium inhabilitatem supplere. primò quia sumus in causa criminali, & capitali, secundùm Ias. *in auth. si verò contigerit, num. 6. C. de indic.* Marsil. *sing. 477. vers. limita tamen.* Grammat. *consil. criminal. 1. numero 4. & consil. 45. numero 30.* Gabr. *titul. de test. conclus. 6. numero 5. libr. 1.* secundò quia testes prædicti non solùm patiuntur exceptiones, sed in totum à testificando repelluntur, ideo numerus non supplet. Grammat. *decisione 11. numero 2.* Natt. *consilio 298. numero 10. libro 2.* Gabriel *titulo de testib. conclusione 7. numero 8. libro 1.* Roland. *consil. 98. numero 34. libro 4.* Baiard. ad Clar. *quæstion. 24. numero 128. ad finem*, tertiò quia ex prædictis testibus nullus est, qui aliquam non patiatur exceptionem, ideo numerus non supplet, Natt. *consilio 520. numero 18.* Bertazzol. *consilio 41. numero 20.* Cephal. *consilio 107. numero 11.* Bursat. *consil. 321. numero 31. lib. 3.*

38 Et demum non obstat, quòd aduersùs earumdem testium periurij exceptionem, quæ omnes tollit amaritudines, dicatur quòd ex quo apparet eos fuisse inductos ad peierandum, & veritatem occultandam, facto & culpa Petri, idcirco in eius odiũ non obstante periurio plenè probare contra Petrum, sicut post alios scripsit

in capitul. intimauit. numero 7. de testib. pro resolutione enim huius dubitationis remitto me ad ea quæ scripsi *in mea practic. criminal. in titulo de indic. & tortur. quæst. 46. numer. 6. & seqq.* & post ibi per me scripta pulcrè Honded. *in consil. 106. numer. 47. & pluribus seqq. lib. 1.* quibus in locis plenè disputatur, an & quando testis corruptus ad non deponendum, & qui non deponere iurauit, si postea nō obstante iuramento se examini subiiciat, probet contra corrumpentem, & ex ibi traditis duplex præmissæ dubitationi elicitur responsio.

39 Prima est vt præmissa conclusio procedat, quando testis ad non se examinandum corruptus, non adhuc se examinauit. Hoc casu si postea se examini subiiciat probat contra eum, cui medio iuramento promisit se non examinaturum. Et sic quando periurium non consistit in examine facto, sed in promissione de se non examinando, secus si corruptus non ad se examinandum, sed ad falsum deponendum, prout in casu nostro, quia falsum committit tacendo etiam veritatem, vulgatis iuribus: nam tunc si in examine falsum dicit, & periurium committit, nec etiam contra corrumpentem probat, vt benè respondent, Nati. *consil. 298. numero 9. vers. non obstat,* Aero. *cons. 58. num. 5. in prima responsione*, Vulpell. *cons. 83. num. 5.* Bertaz. *cons. 157. num. 8. lib. 1.* Hunded. *cons. 106. num. 47. & seqq. lib. 1.*

40 Altera est responsio, quòd eadem conclusio procedat cum præsupposito, quòd constet de corruptione, & ita in dubitationibus præsupponitur ex processu de dicta corruptione apparere; verùm & in hoc est aduertēdum, quòd de prædicta corruptione & subornatione nō creditur testibus, se corruptos & subornatos affirmantibus, sed aliunde per alios testes probari debet, Grammat. *decis. 28. num. 26.* Marsil. *in pract. §. diligenter, num. 39. vers. secunda est ratio.* Hippol. Rimunald. *cons. 723. num. 2. & sequentib. lib. 6.* quos in proposito refert, & sequitur Honded. *in d. cons. 106. num. 54.* Et hæc quoad primam partem propositarum dubitationum.

41 Super secunda parte non esset insistendum: nam si non constat de bastonatis, dici non potest, quòd ex bastonatis obierit Franciscus, vt tamen omnia diluantur, & etiam dato, quòd constaret de bastonatis, adhuc negatiuè resoluendum videtur, non ex bastonatis, sed ex alia superueniente infirmitate eumdem Franciscum mortuum esse; licèt enim in dubio, vt in dubitationibus dicitur, sit inter Doctores controuersia: nunquid percussus, seu vulneratus præsumatur ex percussionibus, seu vulneribus mortuus, an verò ex alia causa, ex allegatis per me *in quæstion. 127. numero 21. & 22.* isto tamen casu ad coniecturas recurrendum esse veriùs ibidem existimaui, *num. 23.*

42 Coniecturæ autem, quæ in dubitationibus pro fisco afferuntur ex parte corporis læsa, nempe subtus auriculam, & ex breuitate temporis subsequutæ mortis tolluntur. Primò, quia non constat in processu de præmissa offensione subtus auriculam, nisi ex depositione Notarij, cui isto casu non esse credendum in alia informatione tribus rationibus, quas hîc repetere superfluum est, probaui. Secundò, quatenus etiam de prædicta læsione & percussione constaret, adhuc dicitur, quòd percussio subtus auriculam non potest dici mortalis ex parte corporis læsæ, quia vt ex hoc respectu talis percussio præsertim cum bastono dicatur mortalis, debet esse in ipso capite, non autem subtus auriculam, prout dicit Notarius, & sic in collo. Sic enim in capite expressè loquitur tex. *in cap. significasti il 2. §. & quidem, extrà de homicidio*, & ibi communiter Doctores omnes, *& in cap. sicut dignum, in fi.* & ibi etiam Canonistæ, *extrà eodem*, Marian. Socin. *in cap. Presbyterum, n. 8. in fin. extrà de homicid.* Afflict. *in constit. termin. vitæ, numero 17. vers. vel si constat, & num. 43. versicul. inquiras ergo iudex*, Grammat. *consil. 2. num. 2. & seqq.* & alij plures quos retuli *in quæst. 126. numero 196. quæstione 127. numero 53.*

43 Tertiò, & præsertim si ex ista percussione, modica carnis fractura, vt itidē dicit Notarius, sequuta est: nam tunc, nec etiam percussio in capite potest dici mortalis, cùm certissimi iuris sit, quòd sicut ex latitudine, longitudine, & profunditate plagæ cognoscitur vulnus, seu percussio mortalis, ita & econtra ex illius leuitate & modicitate non mortalis præsumitur, prout est tex. *in d. cap. significasti il 2. §. & quidem*, in illis verbis, *si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta, tam modica, & tam leuis, & in §. si.* in illis aliis verbis, *non solet leuem plagam inferre*, & ibi communiter notant omnes Canonistæ *extrà de homicid.* * Florian. *in l. aut lex, num. 4. vers. arbitrabatur autem Iudex, ff. ad leg. Aquil.* Marian. Socin. *in d. c. Presbyterum, num. 7. ante finem versic. in hoc autem iudicio, extrà eodem.* Blanc. *in pract. crim. in prima parte defensionis, §. ut sic præmissis, num. 66. fol. mihi 129.*

Quare non data percussionis mortalitate (& nunc 44
respondeo alteri coniecturæ sumtæ ex breuitate temporis subsequutæ mortis) parum refert, quòd mors successerit breui tempore post receptas percussiones, quando enim vulnus non fuit mortale, tunc non attenditur tempus in quo vulneratus moriatur, quia etiam quòd breui tempore moriatur, non ex vulnere, sed ex alia causa obiisse præsumitur, secundùm Salyc. *in l. 1. num. 3. versi. aut constat de contrario, C. de emendat. seruor.* Anchar. *in cap. Presbyterum, num. 6. in fine, versi. & idem fortè, extrà de homicid.* Anan. *in cap.... num. 3. ante fi. de Clerico percussore,* Dec. *in cons. 415. num. 7.*

Vltrà, quòd prætensa breuitas subsequutæ mortis (ni 45
fallor) ex processu non apparet, imò contrarium, quòd post receptas percussiones per octo dies in circa Franciscus sanus per vias ambulabat sues custodiendo, prout colligitur ex depositione Georgij patris Francisci, Mercurij testis curiæ, & aliorum ad defensam examinatorum, & deinde positus in lecto vixit adhuc per dies octo; quare intrat conclusio, quòd non dicitur ex percussionibus obiisse is, qui postquam fuit percussus per aliquot dies ambulauit faciendo sua negocia, prout scripserunt, Mars. *consil. 7. num. 27. versi. cùm ergo.* Grammat. *consil. 2. post num. 5. versi. nam in primis, & voto 24. num. 7. ad finem versi. item plus.*

Et rursus intrat alia conclusio, quòd quando febris 46
non incontinenti post receptas percussiones superuenit, sed post aliquot dies, vt in casu nostro, tunc vulneratus, seu percussus non præsumitur mortuus ex receptis percussionibus, seu vulneribus, sed ex alia superuenienti causa, Cepoll. *consil. 61. num. 4. versicul. item, quia febris, & num. 14.* vbi de febre, quæ superuenit tertia die post illatum vulnus, Grammatic. *consil. 2. num. 9. & seqq.* quos, & alios retuli in alia informatione.

Medicorum autem attestatio non per simplicē fidem, 47
sed etiam medio iuramento, si opus fuerit, facienda, omnem prorsus tollit difficultatem, cùm præsertim sit fundata in optimis medicinæ rationibus, quarum præcipua est illa, quòd medicamenta adhibita Francisco de ordine medici, qui illum curauit iuxta receptas Aromatariorum à curia inuenta non applicabantur prætensis percussionibus, sed malignæ febri, quæ quidem ratio etiam à Doctoribus nostris approbata fuit, vt videre est apud Paul. de Castr. *in consi. 299. visa inquisitione suprascripta, num. 2. col. 2. ante fi. lib. 2.* vbi dixit omnem veneni suspicionem purgari, quando constat quòd nullum contra venenum fuit remedium adhibitum.

Nec refert, quòd isti medici non curauerint vulnera- 48
tum, nec relationem habuerint à medico, qui ipsum curauit: nam quòd huiusmodi extranei medici ex facti veritate cùm processu concordata admittantur ad iudicandum, an quis scelere interemptus fuerit, vel non, & an vulnus fuerit mortale necne, sicut in practica non habet difficultatem, & ego pluries seruaui, ita etiam receptum video à Doctoribus, dum dicunt, quòd Medici super lethalitate, vel non lethalitate vulneris eorum iudicium proferre debentes non est necesse quòd viderint vulneratum, sed solùm sufficit, quòd vulnerati cadauer inspexerint, Corn. *consi. 194. post num. 16. versi. quinimo etiam, lib. 2.* Cepoll. *consi. 61. n. 22. in fi.* Blanc. *in pract. 1. part. defensionis, §. ut sic præmissis, numero 73. & 74.* Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, numero 145.* qui propterea dicunt

ad

ad hunc effectum posse dictum cadauer exhumari. Et quod attinet ad practicam remitto me ad ea, quæ dixi *in quæst.227.n.239.* Longior fui quàm par erat, sed non potui breuior esse, ne obscurus fierem.

Fuit hæc causa per compositionem finita.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

In hoc consilio plures enumerantur præsumtiones falsitatem arguentes, & excludentes, & plura etiam de testium fide, & probatione, quæ singulariter in summario exprimuntur.

SVMMARIVM.

Falsitatis probatio debet necessitate concludere, n.1.

Notarius post stipulationem instrumenti nihil addere, vel minuere potest, n.2.

Instrumenti substantialia, & necessaria, sunt inuocatio Domini, Pontificatus indictio, & testes, n.3. Stilus vbi est notorius, iudex potest se de eo etiam in Camera, & extraiudicialiter à Notariis informare, n.4.

Solitum quod est præsumi semper debet, n.5.

Vna & eadem res pluribus quandoq; donatur, n.6.

Falsitatis probatio excluditur data possibili veritate in contrarium, n.6.

Testis de falso suspectus redditur, dicens se præcisè recordari de falso antiquo, de quo est verisimilis obliuio, n.7. & 8.

Inuerisimilis memoria reddit testē de falso suspectum, n.8.

Testis non se recordans de eo, de quo verisimiliter se recordari debebat, redditur suspectus, num.8. versic. vltra quod.

Testis falsus in vno in omnibus redditur falsus, n.9.

Testis corrigens se postquam loquutus fuit cum parte de falso suspectus redditur, n.10.

Falsitatis præsumtio oritur ex tarda productione scripturæ, n.11.

Notarius tenetur seruare Protocollum, seu originale, n.12. Vbi etiam, quòd illud non producendo arbitraria pœna plecti debet.

Falsitatis præsumtio oritur ex eo, quòd inuerisimile est. num.13.

Iudex de iniustitia redargui non debet, quia non præsumitur iniustitiam voluisse facere, n.14.

Querelæ calumnia præsumitur ex tarditate porrectæ querelæ, n.15.

Contumacia, & fuga vnius non facit indicium contra alium, n.16.

Testes instrumentarij non contradicentes instrumento dicuntur stare pro instrumento, n.17. Vbi idem si dixerint se non recordari.

Iudex ex officio veritatem perquirere debet, n.18.

Testes domestici in his, quæ domi gesta sunt, idonei sunt, num.19.

Testis vxor admittitur ad defensionem mariti. n.19. in fine.

Falsitatis præsumtio cessat, vbi non adest aliquod commodum, vel lucrum, n.20.

Falsitatis præsumtio excluditur ab inuerisimilitudine, num.21.

Farinac. Cons. crim. lib.2.

Falsitatis præsumtio excluditur ex qualitate personæ, num.22.

Præsumtiua probatio sufficit ad probandum innocentiam, & defensionem rei, n.23.

Falsitatis præsumtiones excluduntur per contrarias præsumtiones, n.24.

CONSILIVM CLXXII.

IN hac causa prætensæ falsitatis donationis, 1
de qua Dominus Cæsar Vgonius accusatur, antequam fisci prætensa indicia, seu præsumtiones repellam. Præmitto, quòd licèt vulgò dici soleat in crimine falsi præsumtiones & indicia haberi pro vera & concludenti probatione, iuxta doct. Archid. *in cap. in memoriam, dist.19.* Verior tamen, & magis communiter approbata est sententia eorum, qui dixeruot in eodem crimine oon solùm requiri probationes concludentes, & per necesse, sed etiam magis concludentes, & magis exactas probationes, quàm in aliis criminibus, prout testantur, Grat. *cons.60.n.16. libr.2.* Siluan. *cons.7.n.16. & seq.* Boss. *in tit. de offic. corrupt. num.14.* Gabriel *cons.169.n.13. lib.1.* Hond. *consil.109.n.13. etiam lib.1.*

Hoc præmisso non obstant ex aduerso pro parte fisci 2
deducta, & primò, dum dicitur falsitatē esse claram cùm constet ex propria confessione Domini Cæsaris ipsum procurasse, vt in instrumēto donationis, testes se subscriberent longè post stipulationem à Notario factam, cùm certissimi iuris sit post stipulatum instrumentum, nihil instrumento addi aut minui posse, non solùm per partē, sed nec etiam per Notarium, Bart. *in l. Imperator, n.2. versic. si verò vult aliquid addere, vel minuere*, & ibi etiam Bald. *in 2. lect. ante med. vers. aut vult addere, & in 3. lectura col.2. pariter ante med. vers. aut non constet, ff. de stat. homin.* Gabriel *cons.169. sub numer.23. libro 1.* Cephal. *consilio 336. numer.29. lib.3.*

Tollitur inquam hæc obiectio, quia testes se subscri- 3
pserunt non instrumento originali rogato à Notario, sed illius copiæ, prout idem D. Cæsar fatetur, cui quidem copiæ ipsi prohibitum non erat procurare subscriptionem dictorum testium, & quòd esset copia, & non originale, apparet euidenter, quia sine inuocatione Domini, sine Pontificatu, sine indictione, & sine testibus. Quæ omnia ad instrumenti originalis validitatem requiruntur, vt *in auth. quomodo instrum. quæ apud iudic. §. si quis igitur, & in auth. de tabellion. in princ.* Aym. *cons.56.n.1.* Roland. *cons.38.n.6. lib.1.* Stephan. Lamberteng. *de contract. eorum, & c. gl.2.n.81. & seq.*

Addo, quod stylus notorius est inter Notarios, quòd 4
quādo volunt dare copias instrumentorum, sic vt suprà, faciunt, non ponendo in ea Pōtificatum, indictionem & testes, ad hoc, vt partes eo instrumento vti non valeant in alio officio, seu tribunali, & cùm vt dixi inter Notarios iste sit ootorius stylus, poterit iudex de eo extraiudicialiter, & in Camera ab eisdem Notariis se informare, Grat. *respons.78. n.1. part.2.* Capel. Tholos. *decis.115.n.3.* Rol. *cons.44.n.36. lib.1.* cum aliis per Mascard. *de probat. lib.3. concl.1338.n.4. & n.7.*

Verùm quòd sit copia, & non originalis, apparet eui- 5
denter ex verbis manu D. Cæsaris in eadem copia conscriptis, videlicet, *la Croche hà fatto Curtiō, & è notato qui per memoria.* Quis enim tam stultus est, vt in originali instrumento manu propria memoriam hanc adnotare ausus esset, solet enim huiusmodi memoria fieri à partibus in copiis, seu aliis scripturis priuatis, non in originalibus, ideo sic isto casu præsumendum est *l. si quis donaturus, & ibi glos. ff. de vsufruct. l. quod si nolit. §. quia assidua.* & ibi Bald. *ff. de ædil. edict. l. certi vendit. §. si nummos*, & ibi Bart. & cōmuniter Doctores, *ff. si cert. petat.*

Dum secundò adducitur contra D. Cæsarem deposi- 6
tio Pasquini Crudi Notarij, dicentis eadem die decima Aprilis 1607. se rogasse de alio instrumento donationis factæ ab eodem Iacobo de Leonibus aduersario iuncta depositione Pelegrini asserentis de eadem

donatione de auditu ab eodem Leonio, licèt posset vnico verbo respondere, quòd non concludit, Leonius in vna die fecit donationem vni, ergo non est vera donatio eiusdem rei, & eadem die alteri facta. Non enim est nouum vnam & eandem rem ab eadem persona pluribus donatam fuisse, secundùm Bart. *in l. qui duobus, ante num. 1. vers. & aduertatis, ff. ad l. Cornel. de fals.* ideo data possibili veritate in contrarium falsitatis probatio excluditur. Boss. *in titul. de fals. num.* 133. Bertazzol. *consil.* 140. *num.* 10. Vin. *decis.* 81. *num.* 9. Surd. *cons.* 135. *num.* 50. Honded. *cons.* 109. *num.* 14. *& seq. lib.* 1.

7 Adhuc dicitur depositiones prædicti Pasquini & Pelleguini non solùm non probare, verumetiam multum de falso suspectos esse, cùm de facto tot annis retro occurso non proprio sed alieno præcipuè recordentur de die, quod erat 10. Aprilis, de hora vnus videlicet de 13. alter de 15. vnus de doloribus partus vxoris, alter de ientaculo. Quæ omnia prout dixi in facto alieno, & de tanto tempore sunt aperta signa subornationis & falsitatis, cùm illis sufficeret deponere dubitatiuè, non autem præcisè, secundùm Bart. *in l. Carbonianum, §. diuus autem, num.* 8. & ibi etiam Alber. *ff. de Carbonian. edict.* Angel. *cons.* 25. *n.* 4. Alex. *cons.* 65. *n.* 3. *& seq. libr.* 2. Grammat. *decis.* 60. *n.* 7. *vers. secundò consideranda erit longinquitas temporis, & num.* 14. *& seq.*

8 Et propterea cùm nedũ de tempore præciso, sed etiam de hora, & aliis particularibus præcisè recordentur, de quibus verisimiliter recordari non debebãt, vti suspecti, nihil protsus probant ex generali conclusione, quòd inuerisimilis, seu nimia memoria in teste facit ipsum de falso suspectũ, Bertaz. *cons.* 398. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. Hier. Laurent. *decis. Auenio.* 91. *n.* 6. *&* 7. Roland. *cons.* 33. *n.* 15. *& seq. lib.* 2.

Vltra quòd Pasquinus recordatur, vt dixi de die, & hora stipulati instrumenti, & tamen non recordatur quis illud scripserit, an ipse, an alter iuuenis. De quo verisimiliter magis recordari debebat, Prob. ad Ioan. Monach. *in c. Romana, num.* 17. *extrà de testib.* Alex. *cons.* 7. *n. num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 187. *num.* 9. *lib.* 7.

9 Sunt præterea dicti testes apertè falsi, dicit enim Pasquinus, quòd cognoscebat Leonium ab anno 1580. quo tempore habebat. & inhabitabat domum, de qua in donatione, & hoc est falsum, quia dicta domus ipsi relicta de anno 1589. à Zuuaro de Zuuaris. Ideo falsus in vno, falsus in omnibus, Bald. *in l. fin. num.* 18. *C. de edict. diu. Adr. tollend.* Salyc. *in l. si ex falsis, num.* 24. *in princ. iunctio vers. sed* * *veritas est in contrarium, C. de transact.* Inno. Ioan. Andr. & communiter alij Canonistæ *in cap. fraternitatis, de haret.* Gandin. *in titul. de falsar. n.* 26. Clar. *in pract. §. finali, quæst.* 53. *versic. sed quæro.*

10 Peregrinus est etiam falsus in primis deponẽdo quòd dicta die 10. Aprilis Leonius permansit cum ipso in domo Marchionis de Riano, nec si vnquam ab ipso separauit in tantum quòd non potuit aliud instrumentum facere quin ipse sciret, & tamẽ constat per acta Pennazzoli Notarij A. C. quòd illa die fecit quoddam instrumẽtum locationis domus. Secundò est falsus in eo, quòd dicit in domo Marchionis Riani de mane fecisse ientaculum cum Leonio, & comedisse petasonẽ, qood quàm sit verisimile quisque consideret, cùm in illa die caderet dies Martis Hebdomadæ sanctæ, & licèt sequenti die sponte sub prætextu correctionis, & melioris recordationis accesserit ad Notarium, & dixerit, quòd comederunt non petasonem, sed piscem lucium, hoc est, quod magis ipsum de falsitate & subornatione redarguit, cùm interim verisimiliter cum patre loquutus fuerit, Hostien. *in c. præterea, n.* 3. *post med. in verb. incontinenti,* & ibi etiam Innoc. *num.* 5. *in eodem verbo, incontinenti,* Bald. *num.* 4. *versi. tu dic, extrà de testib. cogen.* cum aliis per Gabriel. *lib.* 7. *conclus.* 57. *num.* 7 Qui amplius dicunt isto casu non solùm requiri quòd testis non sit alloquutus partem, sed quòd nec etiam alloquotus sit aliam personam, à qua pars potuerit certiorari de illius depositione.

11 Ex quibus apud me istud donationis instrumentum factum, vt dicitur à Leonio ad fauorem aduersarij non modica falsi suspicione laborare existimarem. Quod eo magis præsumendum est, quia si aduersarius habebat hoc instrumentum donationis, & sic executiuam, & faciliorem viam acquirendi res donatas, non debebat à principio difficiliorem, & ordinariam viam vti hæres ab intestato experiri; quare subintrat conclusio, quòd ex tarditate productionis instrumenti calumniæ, & falsitatis præsumtio oritur. *l. si quis forte, §.* 1. *ff. de pœn.* Aymon. *consilio* 28. *num.* 6. Bertazzol. *consil.* 51. *num.* 58. *decisione Pedem.* 117. *num.* 9.

12 Dum tertiò fiscus facit fundamentum in depositione Ioannis Petri de Bonis Notarij principalis dicentis se non habere aliud originale quàm istud quod falsum prætenditur, & quòd illius vigore D. Cæsar. habuit mandatum de associando, & de exigendo pensiones. Hæc enim depositio non videtur attendenda, quia tractat de se exonerando, ex quo Notarius ex sui officij debito tenetur protocollum seu originale seruare, Mandel. *consi.* 165. *numero* 30. *lib.* 5. Curt. sen. *consi.* 55. *num.* 18. Bero. *consi.* 1. *num.* 20. 21. *&* 25. *& num.* 64 *& seq. lib.* 5. & illud quandocumque ad partis instantiam exhibere. Cur. sen. *cons.* 55. *num.* 18. Couar. *pract. qq. cap.* 19. *num.* 3. *ante fin. vers. de tabellione autem,* decis. Pedemon. 16. *num.* 18. & non producendo punitur pœna arbitraria. Lanfranc. *in cap. quoniam contra, rubr. de instrum. product. num.* 460. *&* 468. *de probat.* Grat. *consi. ciuil.* 66. *num.* 17. Ant. Galeat. Maluaticen. *consi.* 69. *num.* 5. *& seq.* ideo non est mirum si dictus Notarius ad effugiendam pœnam dicat se non habere aliam matricem seu originale.

13 Verùm quòd istud non sit originale vltra præmissa euidenter etiam colligitur, quod iam ipse Notarius fatetur, quòd de mense Iunij 1607. Paulus iuuenis, qui de instrumento se rogauit, illud sibi consignauit, éstne verisimile, quòd tunc non viderit dictum instrumentum sibi consignatum non habere Pontificatum, non indictionem, nec testes, & nihil dixisse? vtique non, & quòd inuerisimile est pro falso habetur, ex tradit. per Tiraquell. *de reuocan. donat. in præfat. num.* 37. *& seq.* vt per Decian. *cons.* 10. *num.* 54. *&* 25. *lib.* 5.

14 Rursus iam ipse Notarius pariter fatetur, quòd instrumentum donationis consignauit Paulo vt illum deferret iudici ad effectum relaxandi mandatum de associando, & quòd illius vigore fuit dictum mandatum relaxatum, éstne credendum, quòd iudex si non vidisset instrumentum cum suis debitis solemnitatibus, relaxasset dictum mandatum? vtique non, quia si aliter vellemus dicere esset ipsum iudicem de summa iniustitia redarguere, quod non est dicendum. *l.* 2. *C. de offic. ciuil. iudic. l. Herennius, §. Gaia, ff. de euiction. c. Pisanis, de restit. spol.* cum aliis per Mascard. *de probat. lib.* 5. *concl.* 1003. *num.* 51.

15 Et demum certum est, quòd super mandato de manutenendo fuit diu litigatum coram A. C. & tandem factum decretum ad fauorem D. Cæsaris pro consignatione pensionum domus donatæ, éstne verisimile, quòd aduersarius hæc passus fuisset, si vidisset (prout eum vidisse præsumendum est) instrumentum carens Domini inuocatione, Pontificatu, indictione, & testibus? Vtique non ideo, cùm tandiu ad porrigendum querelam distulerit habet contra se præsumtionem calumniæ. Franc. Cason. *de indic. & tortur. tract. cap.* 1. *rubr. de edict. offens. numero* 9. Follet. *in pract. crim. in verb. item quòd commisit falsitatem, numero* 18. *& seqq.* Vulpel. *consil.* 94. *numero* 5. Menoch. *de præsumt. libro* 5. *præsumt.* 20. *num.* 60.

16 Dum quartò allegatur contra D. Cæsarem contumacia Pauli, sufficiat dicere quòd vnius fuga, & contumacia alteri non nocet, nec contra eum facit indicium, secundùm veriorem & magis communem Doctorum sententiam, de qua per Ioann. Andr. ad Specul. *in tit. de præsumt. §. species, in additione magna, num.* 4. vbi in terminis decidit casum nostrum, & Io. And. sic dicentem sequuti sunt * Ias. *in l. admonendi, num.* 89. *vers. quartò limita in lectura. & n.* 176. *in repet.* & ibi etiam Rip. *n.* 174. *ff. de iureiurand.* Boër. *decis.* 315. *num.* 55. Bursat. *cons.* 239 *num.* 41. Eugen. *cons.* 63. *num.* 9. *& num.* 66.

17 Ex quibus omnibus licèt sublata sint omnia, quæ pro parte fisci contra D. Cæsarem adduci possunt; adhuc

tamen

tamen illius innocentia ex infrascriptis clarior apparebit, & primò quòd ex testibus instrumentariis nullus apparet instrumento contradicens, ideo videntur stare pro instrumento, etiam quòd essent mortui. Neutz. *consil.* 25 *num.* 18. 19. post Imol. Alex. & Dec. in locis per eum relatis, & etiam quòd dicerent se non recordari, prout dicit Curtius, secundùm Innocen. Hostieo. & alios *in c. cum Ioannes Eremita, extrà de fid. instrum.* Bart. *in l. si exercenti, num.* 10. & ibi etiam Paul. de Castr. *numer.* 4. *versiculo primo casu, C. eodem.* Foller. *in pract. crim. in verb. item quòd commisit falsitatem, num.* 64. Menoch. *de arbitr. quæst. libr.* 2. *cas.* 105. *num.* 31. & voluit Rota coram Illustrissimo Blancheito in vna Spoletana beneficij 26. Iunij 1587. registrata post mea consilia *decis.* 49. vbi ampliat etiá quòd testis dicat quòd si fuisset præsens recordaretur.

18 Secundò facit depositio Curtij dicentis in confrontatione facta cum Cæsare verum esse quòd fecit illam crucem ad instantiam D. Cæsaris in illa instrumenti copia, iuncta depositione Aurelij parui dicti Curtij, & Andreæ alterius testis instrumentarii, dicentis se vidisse Andream subscribentem in præsentia dicti D. Cæsaris, licèt in hoc Iudex fuerit negligens, cùm debuisset ipsum cogere ad recognoscendum manum Andreæ, vt veritatem perquireret, prout ex suo officio perquirere tenebatur, ad Bart. *in l. penult. §. vel crimen. col.* 3. *versic. sed primò quæro, ff. de public. iudic.* per tex. *in l. & si non defendantur, ff. de pœn. & in l.* 1. *§. fin. ff. de quæst.* cum aliis per Boss. *in titul. de litteris Principum, num.* 3.

19 Tertiò accedunt testes ad defensam examinati, nempe famula, vxor, & soror D. Cæsaris, qui ad defensam à testimonio non repelluntur in his, quæ domi gesta sunt, prout de famula, & ancilla probat tex. *in l. consensu, §. seruis etiam seu ancillis,* & ibi communiter Doct. omnes, *C. de repud.* Iodoc. *in pract. crim §. fin. num.* 10. *versic. Postremo.* Cro. *consil.* 131. *num.* 26. *lib.* 1. Alex. de Neuo *consi.* 4. *num.* 15. & de sorore ad defensionem fratris. Aufret. *de reprobat. testium, num.* 25. *versi. quintò limita,* Alber. de Maletis *in tract. de test. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 39. *& seq.* Duen. *reg.* 283. *in* 3. *limit.* Suarez *in comm. opin. litera T, numer.* 128. *in addit. ad Ant. Gomez. de delict. cap.* 12. *numero* 9. *litera D,* Cephal. *consil.* 14. *numero* 8. *& seq. lib.* 1. & de vxore ad defensionem mariti. Specul. *in tit. de inquis. §.* 1. *versi. sed numquid etc.* Bertazzol. *consil.* 33. *n.* 23. *lib.* 1. Mascard. *de probat. libr.* 3. *conclus.* 1420. *num.* 14.

20 Quartò concurrit etiam quòd in actis non constat de aliqua amicitia inter D. Cæsarem, & Paulum qui vti vicinus fuit vocatus ad rogandum se de huiusmodi donatione, prout nec pariter constat, quòd Paulus à D. Cæsare pro hac donatione lucrum aliquod consequutus fuerit, ideo eo minus præsumenda est falsitas. Aym. *consi.* 75. *num.* 13. Siluan. *consilio* 7. *numero* 11. *& seqq.* Grat. *consil.* 59. *num.* 6. *libr.* 1. Menoch. *de præsumt. libro* 5. *præsumt.* 20. *num.* 48.

21 Quintò, & hoc videtur tollere omnem difficultatem, si Cæsar, & Paulus fuissent concordes in fabricatione falsæ donationis, vtique seruassent statuti vrbis solemnitates, supponendo primo loco manum donantis, & sub ea suscriptiones ignotorum testium, non autem assumsissent testes notos & vicinos, quos non solùm D. Cæsar liberè in suis constitutis indicauit, sed etiam Aurelium ipsorum patruum, & eorum habitationes patefecit, vt ab eis Curia faciliùs integram veritatem habere possit, & sic intrat conclusio exclusiua falsitatis, quia si voluissent eam committere, vtique fecissent instrumentum validum, & cum omnibus suis solemnitatibus, non autem nullum, & inualidum, & hæc inuerisimilitudo ni fallor maximæ falsitatis præsumtionem excludit. ad tradita per Aym. *consil.* 75. *num.* 20. *& seq. & consil.* 28. *num.* 21. *& cons.* 134. *num.* 36.

22 Sextò omnis falsitatis suspicio excluditur ex qualitate personæ, nempe D. Cæsaris bonæ famæ, & honestæ vitæ. Bald. *cons.* 401. *libr.* 5. Gramm. *consi.* 30. *num.* 9. Soc. iun. *cons.* 45. *in fin. libr.* 3. Menoch. *de præsumt. d. præs.* 20. *num.* 5. Gabr. *consi.* 169. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1.

23 Ex quibus omnibus innocentiam dicti D. Cæsaris clarissimè probatum esse, nullus credo dubitationi locus remaneat, & tamen ad probandam innocentiam admittitur præsumtiua & dubia probatio, Bart. *in l. non solum, §. sed vt probari, n.* 2. *& seq.* & ibi communiter Doct. *ff. de nou. oper. nunc.* Canonistæ *in cap. præsentia, de probat.* Grammat *cons.* 56. *num.* 18. Neutz. in Silua *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 66. vbi quòd totus mundus sequitur doctrinam Bart. vbi sup. Boss. *in tit. de conuict. num.* 59. *

Et licèt vt suprà dixi ad condemnandum de crimine 24
falsi probationes debeant esse plusquam concludentes, non tamen sic est absoluendum, cùm tunc solis præsumtionibus falsitas excludatur. Innoc. *in cap. inter dilectos, num.* 3. *vers. & si contra,* & ibi communiter omnes alij Canonistæ, *extrà de fid. instr.* Boss. *in tit. de fals. num.* 135. vbi in specie dixit, quòd ad hoc vt quis excusetur à falso sufficit quòd habeat pro se aliquam præsumtionem. Bertazzol. *cons.* 921. *num.* 7. *& seqq. & num.* 30. 40. *&* 41. Baiard. ad Clar. *in §. falsum, num.* 232. *

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Legitima, & Trebellianica an & quando confiscari possit stante testatoris fideicommisso, & substitutione iuncta in casu delicti, quandóve per alienationis probationem Trebellianica prohibita censeatur.

SVMMARIVM.

Fideicommissaria bona confiscari non possunt, n. 1.

Confiscari non possunt bona prohibita diuidi vsque ad certum tempus, n. 1.

Confiscari non possunt bona, quando testator sic expressè prohibuit illa non confiscari in casu delicti, n. 2.

Confiscari non potest vsusfructus bonorum prohibitorum alienari ex causa delicti, vel quando fideicommissum est inductum non in casu mortis sed alienationis, n. 3.

Confiscari non potest vsusfructus bonorum fideicommisso subiectorum, quando concurrit etiam expressa testatoris prohibitio alienationis, n. 4.

Fideicommissū in casu alienationis censetur inductum per clausulam, quia voluit bona sua perpetuò remanere in familia, num. 5. *& num.* 11. *vbi quòd isto casu censetur inductum simplex & absolutum fideicommissum, non solùm in casu mortis, sed etiam alienationis.*

Legitima, & Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus secundùm magis receptam, & in Rota canonizatam opinionem, n. 6.

Legitima, & Trebellianica confiscari non potest quando testator expressè substituit, & fideicommissum iniunxit in casu delicti, n. 7. *& seq.*

Legitima confiscari potest non obstante fideicommisso, & probatione alienationis, n. 9.

Legitimæ alienatio prohiberi potest vsque ad certum tempus, n. 10.

Trebellianica etiam in filiis primi gradus censetur prohibita per prohibitionem alienationis, n. 11.

Trebellianica censetur prohibita ex clausula, quia voluit bona sua remanere in familia, n. 12.

Trebellianica censetur prohibita per prohibitionē alienationis, quando prohibitio tangit non solùm primos substitutos, sed etiam vlteriores, n. 12.

Trebellianica prohibita non censetur per substitutionē,

seu fideicommissum non perpetuum, sed limitatum. Declara, vt n. 13. & seqq.

Semper, dictio denotat perpetuitatem, & non præfinitionem temporis.

Priuatio hæreditatis in casu contrauentionis præcepti testatoris non ipso iure heredi imposita, operatur exclusionem fisci à Trebellianica, num. 16.

CONSILIVM CLXXIII.

1 BONA, io quibus Emanuel de Palliano Hebræus filios suoa instituit, ti ipsi catione in totum, aut pro maiori parte, non possunt in fiscum transire propter delictum dictorum filiorum. Primò, quia sunt subiecta strictissimo fideicommisso, & substitutioni, prout in eius testamento. *Au h. res qua, C. commun. de legatis, l. imp. rator. ff. de fideicommiss. libertat.* Bost. *in tit. d. bonor. publicat. n. 34.* Secundò quia sunt prohibita diuidi vsque ad certum tempus. Ruyn. *cons. 23. n. 15. lib. 5.* Roland. *cons. 84. num. 30. & seqq. libr. 1.* Tob. Non. *cons. 97. num. 3. & seqq.* & est communis, vt per Hier. Gabriel. *cons. 184. num. 3. & seq. lib. 1.*

2 Tertiò, quia testator expresse filiis suis hæredibus institutis delicta prohibuit, & si delinquerint alios instituit, quo casu bona nullo pacto in fiscum transire, non esse
* dubitandum, & à Doctoribus communiter receptum esse scripserunt, Soc. iun. *cons. 34. n. 7. & 8. lib. 3. & cons. 49. eodem lib. 3.* Boss. *in tit. de boner. publicat. n. 30. in fin. vers. vnde videmus.* Roland. *cons. 98. n. 27. lib. 2.* Tob. Non. *d. consil. 97. n. 1.* Franc. Marzar. *de fideicomm. par. 2. q. 47.* vbi præsertim quando testator sic expresse mandauit vt bona sua remaneant in familia, prout in casu nostro.

3 Quòd si fiscus prætendat bona hæc auferre in præiudicium delinquentis ipsius vita durante quoad vsumfructum, iuxta tex. *in l. Status, §. Cornelius, ff. de iu. e fisci. & in l. ex facto, ff. ad Trebell.* responderur prædictarum legum dispositionem non habere locum quando fideicommissum inductum est, non in casu mortis, sed in casu alienationis, prout in casu mortis in quo testator facit expressam substitutionem in casu alienationis, propter delictum, tunc enim etiam non expectata morte delinquentis, succedunt substituti fisco excluso in dictis bonis ex delicto alienari prohibitis, secundùm veriorem,
* communem, magis communẽ, & seruatam opinionem, de qua per Gabriel. *lib. 7. conclus. 24. num. 3. & num. 5. & seq.* Roland. viden. *consil. 98. per tot. lib. 2.* Clar. *in pract. §. final. q. 78. versic. item quæro nunquid.* Plot. *cons. crim. diuers. 130. num. 46. vers. quia ad istud respondetur, libro 1.* vbi bene declarat Gabriel *cons. 73. num. 4. lib. 2. & cons. 123. per tot. lib. 1. & cons. 84. num. 1. & seq. eodem lib. 1.* Pancirol *cons. 171. num. 1.* Sforz. Odd. *consi. 53. numer. 1. & seqq.* Hippol Rimin. *cons. 131. num. 48. libr. 2.* Quicquid alij, & numero & autoritate pauciores, & debiliores contrarium dixerint.

4 Respondetur secundò, quòd in casu nostro cessat omnis difficultas, quia, vt præfertur, non solùm adest substitutio in casu alienationis, sed etiam alia præcedẽs in casu mortis, vt prædixi, & quando duæ hæ concurrunt prohibitiones, vna scilicet tacita inducta à lege propter fideicommissum in casu mortis, & alia expressa à testatore in casu alienationis, & delicti, tunc quòd fiscus in vita delinquentis, nullum possit prætendere vsumfructum seu commoditatem in præiudicium substitutorum, nulla est dubitatio, vt videre est apud Ruyn. *cons. 23. num. 13. lib. 5.* Gabriel *lib. 7. d. conclus. 24. num. 6.* Roland. *cons. 98. num. 16. & seqq. lib. 2.* Gabriel *d. cons. 73. num. 1. lib. 1.* Hippol Rimin. *d. cons. 131. num. 48 & 64. lib. 2.*

5 Et in proposito tertio loco est etiam addendũ, quòd fideicommissum in casu alienationis censetur inductũ, non solùm quando testator expresse prohibuit bonorum suorum alienationem, sed etiam quando tacitè talem prohibitionem fecit per viam rationis, veputa dicẽdo quia voluit bona sua perpetuò remanere in familia, tunc enim nec etiam quoad vsumfructum fisco deferatur propter delictum hæredis instituti, vt per Ioannem Bottam *consil. 39. num. 7. & seq.*

Nec etiam prætendat fiscus legitimam, seu Trebellianicam, cùm simus in filiis primi gradus, quibus legitima, aut Trebellianica prohiberi non potest, nec in ea aliquod onus imponi, nam vltrà quòd hodie magis communis, & magis recepta, & in Rota canonizata opinio sit, quòd etiam in filiis primi gradus possit legitimæ, & Trebellianicæ onus imponi, vt per Cassad. *decis. 4. tit. de testam.* Crescent. *decis. 2. alias 129. in tit. de donat.* Rot. *diuers. decis. 693. & 66. part. 2.* vbi allegantur aliæ diuisiones, & coram Illustrissimo Seraphino in vna Fauentina de Nicoluccis 15. Ianuarij, & 19. Mar. 1582. & coram R. P. D. Iusto Reatin. hæreditatis 24. Ianuarij & 7. Maij 1601. & coram R. P. D. pegna Bononien. fideicommissi 2. Iun. 1603. & coram R. P. D. Sacratu Tarentin. donationis 6. Ianuarij 1609. 6

Adhuc dicitur, quòd stante prohibitione alienationis facta à testatore expresse ex causa delicti, nec legitima, nec Trebellianica confiscari potest, præsertim cùm delictum prætendatur commissum in minori ætate, secundum Hippol. Rimin. *d. consil. 131. num. 58. & seq. lib. 2. & consil. 193. numero 15. eodem lib. 2.* refert cum Barard. ad Clar. *in pract. quæst. 78. num. 39. & num. 44. & num. 47.* quòd enim legitima non transeat in fiscum ex delicto filij hæredis instituti in præiudicium substituti, quando testator substitutionem fecit in casu delicti, expresse voluerunt, Aym. *consil. 129. num. 16. & seq. lib. 2.* Hippol. Rimin. *d. consil. 131. num. 41. versicul. nec circa prædicta, iuncto num. 51. & sequen. & num. 57. & consil. 193. num. 1. & sequen. iuncto num. 12. & num. 15. lib. 2.* Peregrin. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. rubr. de publicat. bonor. num. 104. versi. sed vtrium* Pancirol. *consi. 181. num. 6.* Barard. *quæst. 78. num. 38.* 7

In eadem causa aliud responsum.

EXcellentissimus dominus fisci Aduocatus in hac Hebræorum causa restringit se ad legitimam, & Trebellianicam, Quarum neutram confiscari posse, nullam credo habeat difficultatem: nam quòd legitima filiorum non veniat in confiscatione quando est factum fideicommissum in casu delicti, in terminis voluerunt, Ruyn. *consi. 129. n. 6. & seq. libr. 2.* Hippol. Rimin. *cons. 131. num. 41. versi. Nec circa prædicta, iuncto num. 51. & numer. 52. & 57. & consi 193. num. 1. & seq. iuncto num. 12. & n. 15. lib. 2.* Panchirol. *cons. 181. num. 6.* Peregr. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. rubric. de publicat. bonor. n. 104. vers sed vtrium.* Barard. *q. 78. numer. 38. 40. & 47.* aliàs per me prima informatione allegati, quorum non mediocri autoritati, non video ex aduerso contradictores dari. 8

Clarus enim *in quæst. versicul. item quæro*, & Rimin. iun. *cons. 50. num. 70. & 76.* ex aduerso deducti, non loquuntur in fideicommisso facto in casu delicti, nec in prohibitione alienationis per delictum, prout sunt termini nostræ quæstionis, sed in generali prohibitione alienationis, & in simplici fideicommisso. Quo casu non est mirum, si in illis non comprehenditur legitima, quia obstat ratio *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* ex aduerso considerata, quia scilicet à legitima omne onus reiicitur non sic in fideicommisso facto in casu delicti, aut in prohibitione alienationis delictum, quia talis prouisio facta à testatore non inducit onus in legitima, sed vtilitatem, & fauorem filiorum, vt se abstineant à delictis, cùm in eorum potestate sit non detelinquere, ita in terminis dixerunt Ruyn. Rimin. & Pancirol. *in locis prallegatis*, & consequenter non reiicitur à legitima. *l. filius matrem*, vbi glosa, Bartol. & Bald. & Doctor. *Cod. de inoffic. testam.* Roland. *consilio 31. numero 30. libro 1.* Roderic. Suarez *in decl. leg. quoniam in prioribus, in prima limit.* cum aliis relatis per prællegatos Doctores, & per Gabriel. *libr. 5. titul. de legitima, conclus. 1. numero 20. & num. 49.* 9

Deducta per eundem Excellentissimum dominum 10

scriben

* scribentem *in vers. non obstat, & pluribus seq.* ad docendum quòd communis conclusio Doctorum volentium prohibitionem alienationis factam ad tempus propter imbecillitatem filiorum, comprehendat etiam legitimam, non applicatur casui nostro, non tollunt, ni fallor, difficultatem, ego enim scripsi, & sic etiam hodie prætendo, quòd legitima hæc non possit confiscari, non ex eo, quòd in testamento, de quo agitur, adsit prohibitio alianationis, aut diuisionis facta ad tempus, sed quia adest expressa prohibitio delinquendi, & in casu delicti fideicommissum, quo casu præallegati Doctores vnanimiter dicunt legitimam non esse confiscandam ratione per eos adducta, quæ apud me admodum rationabilis est.

11 Quod verò attinet ad Trebellianicam res patitur minorem difficultatem; quia per prohibitionem alienationis certum est tacitè etiam esse prohibitam Trebellianicam etiam in filiis primi gradus, secundùm opinionem, quam tenet Rota ex decisionibus aliàs allegatis, & præsertim inter diuersas *libro 2. decis.* 313. & in casu nostro, non solùm adest prohibitio alienationis specialis propter delictum, cùm delinquere sit species alienationis, vt communiter dicunt Doctores, sed etiam adest generalis alienationis prohibitio propter subsequentem clausulam, quia voluit bona sua semper in sua familia remanere, quæ quidem clausula inducit non solùm alienationis prohibitionem, sed etiam simplex & absolutum fideicommissum in casu alienationis, secundùm magis * communem, de qua testatur Clar. ex aduerso allegatus *quæst. 78. numero* 10. *sub versiculo item quæro*, Roland. *consil.* 23. *num* 21. *lib.* 4.

12 Et propterea per hanc clausulam censeri prohibitam Trebellianicam, voluit Mantua *consil.* 291. *num.* 10. Gabriel *lib. 4. tit. ad Trebellianum, conclus. 9. num. 7.* & est ratio, quia quando prohibitio tangit non solùm primos substitutos, sed vlteriores, & tunc Trabellianicam esse tacitè prohibitam, voluit Socin. iun. *cons. 49. numer.* 21. *libr.* 3. Federic. Scot. *cons.* 52. *numer. 25. tom.* 2. Mantua *d. cons.* 191. *num.* 10. cum aliis per Mantic. *de coniect. lib. 7. titul.* 12. *num.* 20. *in fine, & num.* 21.

13 Nec propterea facit quòd, prout ex aduerso consideratur, substitutio in testamento de quo agitur, non est perpetua, sed tamen limitata ad filios filiorum ipsorum hæredum, idcirco prohibitio alienationis non impediat detractionem Trebellianicæ, ex Peregrin. *de fideicommiss. art. 3. sub num. 92. in 3. casu.* Huic enim obiectioni respondetur primò quòd Peregrinus neminem allegat pro hac sua declaratione, & contrarium voluit Ruyn. *in cons.* 119. *num. 4. lib.* 3. vbi dixit non posse detrahi Trebellianicam quando testator prohibuit alienationem etiam ad tempus, & infra dictum tempus sequuta est alianatio, refert eum Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 12. sub num.* 19.

14 Respondetur secundò, quòd Peregrinus loquitur, quando testator post mortem hæredis non facit nisi vnum gradum substitutionis, in casu autem nostro, vlterius testator processit ad alium gradum, nempe ad filios filiorum.

15 Respondetur tertiò quòd ex clausula prædicta, quia voluit bona sua semper remanere in familia masculina, prohibitio alienationis dicitur perpetua, & non ad tempus, prout dicunt Doctores præallegati, & facit, quia dictio, *semper*, non importat præfinitionem temporis. *l. 1.* & ibi Bartol. *ff. solut. matrimon.* cum aliis per Hippol. Rimin. 490. *numero* 22. Menoch. *consilio* 244. *num.* 22. *&* 24.

16 Respondetur quartò, & ex abundanti, quòd etiam circumscripto omni fideicommisso, & generali prohibitione alienationis ad excludendum fiscum à Trebellianica sufficit, quòd priuatio hæreditatis, præsertim ipso iure, hæredi sit imposita in pœnam contrauentionis præcepti testatoris (vt in casu nostro in eius pœnam facta est in casu delicti ab eodem testatore prohibiti,) Ruyn. *consil.* 50. *num.* 18. *lib.* 2. *& cons.* 170. *numero* 10. *versiculo sed præmissis non obstantibus, lib.* 3. Gabr. *consil.* 184. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. & in terminis voluerunt Hippol. Riminald. Peregrin. & Baiard. *in locis præallegatis.* Quare cùm tam quoad legitimam quàm quoad Trebellianicam habeamus Doctores in terminis & optima ratione dicentes in casu nostro non esse locum confiscationi, non crederem vlterius dubitandum.

Iste Hebræus timidus, & credens nimis me inconsulto composuit, sed si me consuluisset nihil prorsus habuisset, quia in præsenti facti specie nullum fiscus ius habebat.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Plura de reprobatione instrumēti differuntur, quando scilicet testes dicantur illud reprobare, & falsum reddere, & quid præsertim de testibus instrumentariis.

SVMMARIVM.

Instrumentum non dicitur falsum, aut reprobatum, quando duo testes instrumentarij stant pro eo, licèt alij plures supranumerarij contradicant, num. 1.

Testes affines, seu consanguinei admittuntur ad defensionem rei, num. 2.

Instrumentum non dicitur falsum, nec reprobatur ex eo, quòd testes instrumentarij dicant non audiuisse quod scripsit Notarius, num. 3.

Testis sibi ipsi contrarius nihil probat, n. 4.

Testes singulares in loco, in tempore, & in dicto non probant confessionem extraiudicialem, n. 5.

Testibus delictum excludentibus magis creditur, quàm deponentibus pro delicto, n. 5.

Possibili veritate admissa omnis falsitatis præsumtio excluditur, n. 6.

Falsitatis præsumtio oritur ex incisione, & laceratione chartæ, n. 6.

Præsumtiones falsitatis tolluntur per contrarias præsumtiones etiam numero minores, n. 7.

Fama bona Notarij excludit falsitatis præsumtionem, num. 8.

Querela diu post delictum commissum data præsumitur calumniosa, n. 9.

Querela præsumitur calumniosa eo ipso, quòd querelans non probauit contenta in ea, n. 10.

Iudex criminalis non potest reum ciuiliter condemnare, si eum criminaliter condemnare non potest, n. 11.

Querelæ tenor demonstrat quid in iudicio criminali intentatum fuerit, n. 12.

Querelans, qui querelam non probauit, dicitur præsumtus calumniator, & in expensis condemnatur, n. 13.

Contractus plures possunt in eodem instrumento celebrari, n. 14. *vbi præsertim de donatione.*

Instrumentum est scriptura, quam facit Notarius, contractus verò est voluntas partium à Notario in instrumento stipulata, num. 14.

Testes duo asserentes, quid factum, aut dictum, sed non recordantur de loco, aut tempore, vel de alia facti qualitate, coniunguntur, & sunt contestes cum aliis testibus deponentibus de loco, tempore, & qualitate facti, n. 15.

Testis deponens per verbum videtur, aut de credulitate, plenè probat contra producentem, n. 17.

Testes instrumentarij etiam affines, & consanguinei admittuntur, & plenè probant, n. 18. *&* 19. *vbi ampliatur, etiam quòd deponant contra instrumentum.*

Testis de credulitate probat contra fiscum, n.19.
Præsumtio cedit veritati, n.20.

CONSILIVM CLXXIV.

1 IN ista Tudertina prætensæ falsæ donationis, quicquid secus dicat Episcopalis Curiæ promotor fiscalis, veritas facti est, vt ex summario mihi dato colligere potui, quòd ex quinque testibus instrumentariis, duo, scilicet Astorres examinatus à curia, & Christianus examinatus ad defensam, stant pro instrumento, cùm apertè dicant se fuisse præsentes donationi factæ Tiburtio à Restauro. Hinc sequitur, quòd etiam quòd alij tres testes supranumerarij contrariam dicerent, non per hoc tamen instrumento fidem tollant aliquo pacto, cùm pro eo remaneat necessarius testium numerus, Albert. *in l. t. §. si quis neget, numero 50. ff. quemadmod. testam. aper.* Aym. *consilio 56 numero 2.* Boer. *decis. 118. numero 18. & consilio 124 numero 4. versiculo prima responsio*, vbi de communi, Boss. *in tit. de fals. numero 39.* vltra quòd tritissima est iuris conclusio, quòd magis creditur duobus testibus pro instrumento deponentibus, quàm tribus illud reprobantibus, secundùm Hostien. *in cap. cùm Ioannes Eremita, numero 7. vers. quòd si non omnes*, & ibi etiam Io. Andr. *num. 8. eod. vers. quòd si non omnes.* Henric. Boich. *n. 18. vers. nota tamen.* & Bellamer. *n. 39. & seq. de fid. instr.*

2 Nec refert quòd Christianus, sit consanguineus Notarij, tum quia instrumentarius, tum etiam quia ad rei defensionem in causa criminali etiam affines & consanguinei admittuntur, Campeg. *de testibus reg. 7. in 5. fallen.* Anton. Gomez *de delict. capitulo 3. rubric. de homicid. numer. 28.* Clar. *§. 24. vers. quæro modò, in secundo versiculo, item scias.*

3 Verùm id quod in præsenti causa omnem tollit difficultatem, est, quòd alij tres testes instrumento non contradicunt, immo apertè illud confirmant, dum dicunt donationem fuisse factam, sed non audiuisse ad cuius fauorem. Bald. *consilio 37. quidam tabellio, num. t. versiculo, in contrarium, lib. t.* Alexandr. *consil. 42. numero 18. lib. 4.* Boss. *in tit. de fals. n. 36.* Follet. *in pract. crim. in verb. item quòd commisit falsitatem. n. 64.*

4 Et licèt Bartholomæus testis deponere audeat in instrumento non fuisse nominatum Tiburtium, & quòd si fuisset nominatus, ipse hoc audiuisset, paruipendenda tamen est huius testis depositio, ex quo directè sibi contradicit, dum antea deposuerit se credere hanc donationem fuisse factam Magdalenæ & Iosepho filio Tiburtij: ergo fuit nominatus Tiburtius secùndùm suam credulitatem, & sic sibi contrarius nihil probat. *c. licèt causam, extra de testibus.* Clar. *in pract. §. fin. q. 53. versiculo quartus est casus. in princ.* sed vtcumque sit, satis est quòd pro veritate donationis in genere deponant quatuor testes instrumentarij, & in specie quoad donatarium alij duo testes similes, ex præallegatis quibus vix credo posse dari probabile responsum.

5 Ad prætensam confessionem extraiudicialem Tiburtij probatam, vt prætenditur, per tres testes, nempe Bastianum, Io. Antonium, & Petrum, sufficeret dicere, quòd testes prædicti singulares, non solùm in loco, & tempore, sed etiam in dicto assertam extraiudicialem confessionem minimè probant, Caret. *in pract. in tract. de indic. & tortur. §. septimum indicium, numero 6.* Foller. *in pract. opin. verb. si confitebuntur, par. 2. numero 2.* Viu. *com. 138. numero 6* Bursat. *consilio 166. numero 20. & seqq. libro 2.* & dato quòd testes prædicti hanc Tiburtij extraiudicialem confessionem probarent, talis probatio confunditur per contrariam extraiudicialem confessionem Restauri, quòd bona sua donauerat Tiburtio, reseruata sibi facultate testandi de vsufructu scutorum vigintiquinque. quæ quidem extraiudicialis confessio fuit probata per Petrum Iulianum, & Petrum Paulum testẽ fisci, quibus magis stãdum est, cùm delictum excludant, quàm alijs cõtrariũ deponẽtib. Boss. *in tit. de defens. reor. n. 7. in fin.* Gab. *tit. de testib. conclus. 4 num. 21.* Roland. *consil. 57. n. 48 & 49. lib. 4.*

6 Quod verò attinet ad incisionem vnius paginæ protocolli, tollitur præsumtio ex facto in quo mihi præsupponitur fuisse probatũ per duos testes, quòd quando Notarius emit librum, aderat in eo dicta pagina incisa, & sicut in d. libro quando fuit emtus aderat defectus vnius incisæ paginæ, ita etiam adesse potuit additio illius folij, in quo dicitur donationem scriptam fuisse. Et hæc sola possibilitas excludit falsitatis præsumtionem, quæ ex dicti folij additione oriri forsan posset, Boss. *in tit. de fals. n. 133.* Bertaz. *cons. 140. n. 10. & cons. 147 n. 3. lib. 1.* Surd. *consil. 132. n. 20.* & ante istos Curt. Sen. *consil. 55. n. 14.* vbi quòd ad excludendum falsitatem à Notario, omnis coniectura capi debet.

7 Et in omnem euentum hæc folij incisio, & eius loco alterius folij additio, non facit nisi indicium, seu præsumtionem contra Notarium. Aym. *consil. 28. n. 8.* Menoch. *de arbitr. quæst. libr. 2. cas. 187. n. 48.* Sfort. Odd. *consil. 78. n. 10.* Hæc autem præsumtio debet cedere veritati, nẽpe quinque testibus instrumentariis, qui omnes vnanimiter donationem factam, & stipulatam fuisse deponunt, & ex illis duo necessarij dicunt etiam donationem fuisse factam Tiburtio, quæ quidem probatio, sic per instrumentarios testes deducta, tollit sine dubio omnem falsitatis præsumtionem, stante iuris conclusione quòd in crimine falsi vna præsumtio tollit aliam; præsumtionésque falsitatem excludentes præferuntur præsumtionibus falsitatis, etiam quòd plures essent. Innoc. *in c. inter dilectos, n. 13. vers. Et si contra has suspiciones*, & ibi etiam Hostien. *n. 5.* Io. Andr. *post n. 19.* Ant. de Butr. *n. 19.* Abb. *n. 12. in fin. extrà de fid. instrum.* Boss. *in tit. de fals. n. 134.* Bertazz. *consil. 521. n. 7. & n. 30. & 40. & 41.* Ergo multo magis, vbi instrumenti veritas coadiuuatur ex plena & concludenti probatione.

8 Omitto bonam famam Notarij, quæ omnem falsitatis excludit præsumtionem. Cepoll. *consil. 21. n. 34.* Alex. *consil. 53. n. 12. lib. 6.* Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsum. 20. n. 44. in fine, versic. & de Notario probata vita.* Roland. *cons. 38. & seq. lib. 1.*

9 Omitto etiam tarditatem datæ querelæ, quæ illam facit præsumere calumniosam. Boër. *decis. 42. num. 20.* Aymon. *consil. 75. num. 1.* Menoch. *de præsumt. libr. 5. præsumt. 20. num. 6.*

10 Et omitto etiam, quòd in querela proponitur primò donationem non factam, & tamen, vt dixi, contrarium probatur. Proponitur etiam interuenisse pecuniarum corruptionem, de qua nihil in processu, & demum etiam proponitur fuisse in instrumento nominatum testem, qui non erat in rerum natura, de quo pariter nihil in processu, ex quibus sic propositis, & non probatis, querela pariter calumniosa præsumitur, *l. 1. §. 1. C. de aduocat. diuers. iudic.* glos. *in c. 2. in verb. calumniandi, extrà de calumniator. & in l. athletas. §. calumniatos, in verb. ex vtraque, ff. de his, qui notan. infam.* Bartol. *in l. 1. in princip. num. 6. ff. ad Senat. consult. Turpill.* circumscriptis enim prædictis calumniæ præsumtionibus satis supérque ex testibus examinatis constat de veritate donationis, de qua agitur.

11 Nec facit motiuum Promotoris fiscalis, dum dixit, quòd isto casu, si non potest deueniri ad criminalem condemnationem, seu torturam, poterit tamen Iudex habere donationẽ pro suspecta, & illi tollere fidem, cùm ad hunc effectum leuiores sufficiant probationes: nam vltrà quòd ex præallegatis, nec verè, nec præsumtiuè constat de aliqua falsitatis præsumtione, ex qua possit instrumenti fides debilitari; adhuc dicitur, quòd ex quo iudicium inceptum fuit criminaliter, & per viam querelæ; hoc ideo non potest iudex omissa criminali condemnatione, vbi criminaliter reus condemnari nequit, ciuiliter fidem instrumento tollere. Natta *consilio 407. numer. 14. libr. 2.* Hippol. Riminald *consil. crimin. 106. num. 8. lib. 1. in parua.* Honded. *consil. 99. n. 53. lib. 2.* Quare nihil superesse video, quod huius Notarij absolutionem impedire valeat.

In

In eadem causa secundum responsum.

12 EX his quæ ex aduerso per dominos scribentes deducuntur aduersùs mea iam scripta, totam vim causæ in eo consistere percipio, quòd ex aduerso prætendatur, adesse quatuor testes reprobantes instrumentum, nos autem prætendamus adesse quatuor testes instrumentum approbantes; cùm itaque hæc quæstio, potius facti, quàm iuris videatur, videndum primo loco est, quid in facto verius sit, & ad huius inspectionis cognitionem præmittendum duxi, quòd querela contra Notarium porrecta expresse dicit, solùm dotis instrumentum, nullam autem donationem in eo celebratam fuisse, & sic prorsus donationem excludit, quicquid secùs vnus ex aduerso scribens dicat, non negaos donationem factam, sed bene factam Magdalenæ, non autem Tiburtio, & alter alternatiuè loquens dicat donationem, aut nullo modo factam aut si facta, Magdalenæ factam fuisse. Quid enim in hoc criminali iudicio intentatum fuerit, querelæ tenor bene demonstrat. *l. libellorum*, cum ibi not. per Doct. *ff. de accus.* Bart. *in l. certi condictio, in princ, ff. si cert. petat.* Soc. Iun. *cons.* 146. *n.* 4. *lib.* 1. Rolan. *cons.* 9. *n.* 3. *lib.* 1. *allegat. per eos.*

13 Hoc præmisso in proposita facti specie indubitanter dici potest non solùm quatuor, sed etiam quinque testes adesse, expresse affirmantes, vltra dotis assignationem fuisse à Notario stipulatam donationem, licèt verum sit, quòd eorum vnus, Bartholomæus scilicet, non Tiburtio, sed Magdalenæ factam donationem fuisse sibi videri affirmat, duo autem alij testes, videlicet Rodulphus, & Binus affirmant non audiuisse, cui donatio facta fuerit. Astorres verò & Christianus, donationem Tiburtio factam extitisse asserunt, & sic licèt quoad personam donatarij videatur inter hos testes aliqua varietas in eorum depositionibus; attamen in genere, quòd donatio facta fuerit, omnes concordant, & sic data falsitate querelæ, hoc solùm sufficeret ad absolutionem Notarij ab intentato contra eum criminali iudicio, & condemnationem querelantis saltim in expensis. Specul. *in tit. de expens. §. fi. versic. ex præmissis.* Ghirland. *de relaxat. carcerat. tit. de expens. dam. & interess. num.* 1. *& seqq.* Boss. *in tit. de accusat. num.* 27.

14 Nec verum est, propterea & hic bene aduertendum supplicatur, quòd vt ex aduerso supponitur adsint quatuor testes reprobantes instrumentum, asserentes se instrumento non interfuisse, cùm imò veritas sit, quod omnes affirmant, interfuisse instrumento, & licèt dicant *vno instrumento*, non per hoc excludunt donationem: nam vnico instrumento plures contractus, & in specie contractum donationis celebrari posse, non est nouum in iure. Alban. *cons.* 4. *n.* 38. *& cons.* 42. *num.* 6. *& consil.* 57. *num.* 17. *& cons.* 109. *num.* 11. Cephal. *cons.* 61. *num.* 31. Stephan. Lamberten. *de contract. eorum, glos.* 22. *n.* 1. *& seqq.* Ioseph. Ludou. *conclus.* 60. qui omnes etiam in fortioribus terminis loquentes dicunt, non solùm in instrumento inter viuos celebrato, sed etiam in testamento posse Notarium, se de pluribus contractibus rogare. Si testes prædicti affirmarent, in instrumento, in quo fuerunt adhibiti in testes, non fuisse factam aliquam donationem, nullíque stipulatæ donationi interfuisse, tunc sine dubio dicerentur reprobare instrumentum, vnde secus si dicant, vnum fuisse celebratum instrumentum, aliud enim est instrumentum, & aliud est contractus, instrumentum enim est scriptura, quam facit Notarius, contractus verò est voluntas partium à Notario in instrumento scripta. Bart. *in l. si quis legatum. colum.* 2. *vers. aduerte appello. ff. ad l. Cornel de fal.* Firman. *in tract. de gabellis. part.* 6. *num.* 6. cum aliis per Roland. *consil.* 43. *num.* 10. *& seqq. lib.* 3. Idcirco dum testes affirmant vnicum instrumentum factum fuisse, non per hoc donationem excludunt, nec donationis falsitatem concludunt. Roland. *d. consilio* 43. *numero* 14.

15 Dicebam secundo loco etiam præmissis cessantibus, quòd imò in casu nostro adsint quatuor testes, non solùm probantes donationem factam in genere, sed etiam in specie factam Tiburtio; quia licèt non dicant non audiuisse cui facta fuerit donatio, adhuc tamen dicuntur stare pro instrumento, ex Bald. Alex. & Boss. *in locis aliàs allegatis*, quibus ex aduerso nihil in facto, aut in iure responderi video, & si testium dicta in hac parte, vnus ex aduerso scribens multum mutilata referat, non addendo illa verba, *cui scilicet facta fuerit donatio se non audiuisse*; & hinc resultat alia iuris conclusio, quòd quando duo testes asserunt aliquid fuisse factum, sed dicant se non recordari, aut non audiuisse facti qualitatem, coniunguntur, & contestes dicuntur cum aliis testibus, qui meliùs recordantes, & factum, & facti qualitatem narrant, Alex. *consi.* 186. *num.* 2. *& num.* 4. *lib.* 7. Afflict. *decis.* 372. *numero* 8. Crot. *de testib. p.* 7. *num.* 321. *in princ. vers. tertia sit conclusio.* Grammat. *cons. ciuili* 79. *numero* 9. *& seqq.* Aym. *de antiquit. temp. part.* 4. *soll. sed enim. numero* 16. sic & duo testes affirmantes donationem fuisse factam, sed non audiuisse, quia attenti non erant, cui facta fuerit, coniunguntur, & contestes reputantur, cum aliis, qui & donationem & donatarij personam explicant.

16 Verùm & tertio loco, etiam admisso, prout admitti non potest, quòd tres testes supranumerarij reprobarent hoc instrumentum, dicerentque nullam factam donationem, prout non dicunt, adhuc instrumentum firmum remaneret, Notariíque fides inconcussa persisteret, ex quo duo testes necessarij, Astorres scilicet, & Christianus instrumentum expresse comprobant, dicentes, & donationem factam, & Tiburtio factam fuisse, ex verissima iuris conclusione, quòd quando pro instrumento remanet necessarius testium numerus, parum refert, quòd alij supranumerarij contradicant, ex Alber. Aym. Boër. & Boss. *in locis aliis allegatis*, quibus in iure, nihil ex aduerso responsum video.

17 Nec refert, quòd in facto dicatur Astorrem testem non concludere, eò quia deponit per verbum *videtur*: nam etiam quòd sic deponat, contra producentem plenè probat. Ias. *in rubr. ff. de iureiuran. num.* 9. *in* 6. *limit.* Aym. *cons.* 201. *num.* 7. Socin. Iun. *cons.* 69. *num.* 12. *lib.* 1. & in specie de teste deponente de suo credere, aut videre, quòd examinatus pro informatione Curiæ plenè probet contra curiam, scripserunt Roman. *consi.* 104. *in fine.* Hippol. Rimin. *consi.* 261. *num.* 37. *lib.* 3. Bursat. *consi.* 216. *num.* 70. *lib.* 2. & Fab. Turret. *cons.* 24. *num.* 22. *& seqq.* vbi de communi; præsertim cùm tractetur de probanda innocentia Notarij, quo casu etiam dubia depositio testis habetur pro plena & concludenti probatione, Felyn. *in c. quoties, numero* 18. *vers. istis etiam adde, extrà de testib.* Ias. *in l. vim. numero* 5. *vers. istud probo. ff. de iust. & iur.* Crot. *de testib. numero* 81. *& num.* 315. *vers. secundò fallit.* Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 490. *num.* 4. *&* 5. vbi est de communi. *

18 Nec etiam refert, quòd Christianus alter testis instrumentarius sit consanguineus Notarij, & ideo non sit idoneus testis, cùm præsertim habeat testes contradicentes, agatúrque de falsitate instrumenti à suo consanguineo rogati, & procedatur non ex officio iudicis, sed ad instantiam partis, ad trad. per me *in quæst.* 54. *numero* 39. 37. *&* 38. *& numer.* 42. *&* 43. quoniam omissis aliis responsionibus, quæ dari possent, omnes præmissæ exceptiones tolluntur ex eo solùm, quòd sunt testes instrumentarij, quo casu consanguinitatis exceptio nullam testi fidem diminuit, etiam quòd aliàs extra instrumentum examinatus non reputaretur idoneus, & etiam quòd agatur de prætensa instrumenti falsitate, secundùm Alber. de Malet. *in tract. de test. part.* 1. *capite* 1. *numero* 34. Cepoll. *cautel.* 19. *post numer.* 2. Socin. *regul.* 427. *sub* 4. *fallen.* Mascard. *de probat. libro* 3. *conclus.* 1148. *numero* 25. & est communis, quicquid secus alij contradixerint, prout aliàs testatus sum *in meo tract. de testib.* in ex aduerso *allegata quæst.* 54. *num.* 43. quando scilicet, prout in casu nostro, non refricatur in dubium, quòd consanguineus fuerit testis in-

in instrumento, licèt de aliqua instrumenti parte dubiterur, prout in casu nostro.

19 Et quòd testes instrumentatij, & consanguinei, & inhabiles isto casu plenè probent ad fauorem instrumenti, facit viua & inconuincibilis ratio, quia si consanguinitas & inhabilitas prædicta non rollit fidem testibus instrumentatiis, quando deponunt contra instrumentum, Curt. sen. *consil 55. num. 3. versicul. secundò respondetur, & numero 7. in fine, versicul. Maximè quia non est verum.* Natta *consilio 95. numero 11. versicul. dum autem loquuntur, & numer. 12. libro* 1. Foller. *in practic. criminal. in verb. item quòd commisit falsitatem, numero 64. versicul. secus si vellent reprobare.* Menoch. *de arbitr. quæstion. libro 2. cas. 105. numer. 6. & sequen.* Mascard. *de probat. lib. 1. in præfat. quæstion. 6. numer. 56. & 57. & numer. 68. ante med.* ergo multo minus consanguinitas, & inhabilitas testium obstabit, quando agitur de comprobatione instrumenti, quod eò magis est affirmandum in casu nostro, in quo depositio Christiani veoit confirmata ex depositione Hectoris testis Curiæ, qui etiam quòd deponat de credere suo, plenè probat contra curiam, etsi vnicus sit, Bursat. *consil. 340. num. 13. lib. 3.* Bertazzol. *consil. 71. numero 15. lib. 1.* Hippol. Riminald. *cons. 58. num. 4. lib. 1. & cons. 261. num. 73. lib. 3.*

20 Ex præmissis itaque tribus fundamentis, quorum vnumquodque, ni fallor, non modicè stringit ad fauorem inquisiti, persisto in eadem sententia, quòd instrumentum, nec falsum, nec de falso suspectum, vllo pacto redargui possit, nec obstent allegatæ præsumtiones falsitatis; nam quod attinet ad incisionem folij, iam fuit dictum, quòd omnis tollitur suspicio, ex testibus ad defensam examinatis deponentibus, quòd tempore emtionis libri, eadem paginæ incisio in eo reperiebatur, & huic responsioni nihil video ex aduerso replicatum, & quoad additionem alterius folij vnà cum duplici numer. 75. ex quo denotarut additionem folij fuisse factam ab eo, qui librum cartulauit, & non à venditore libri, si veritatem fateri volumus, non possumus negare ex additione prædicta non oriri aliquam suspicionem, seu præsumtionem, sed quòd ex ea insetatur ad falsitatem instrumenti, de cuius veritate plenè constat per testes instrumentarios, vt suprà probaui, minimè verum credo, ex regula, quòd præsumtio cedit veritati. *l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. nuptura, in fine, ff. de iur. dot.* cum simil. quibus etiam non est paruipendenda bona fama * Notarij, vt in proposito considerant communiter Doctores omnes, quos allegaui, & ita vt suprà pro veritate iuris esse censeo, saluo semper integerrimo iudicio Illustrissimi D. mei, cui hæc scripta, humiliter & reuerenter submitto.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Agitur de inquisito, quòd monetam tonderit, & expenderit, qui cum tonsa moneta instrumentísq; ad eam tondendam aptis repertus, in tortura ipsi inflicta per horam cum baculo ad pedes, & iteratis quassationibus tortus perstitit, discutitúrq; an, ea nõ obstãte, possit in aliquam pœnam condemnari, & in quam.

SVMMARIVM.

Moneta falsa, & tonsa reperta penes aliquem, facit contra ipsum indicium ad torturam, n. 1.

Monetam falsam expendens scienter punitur l. Cornelia de fals. n. 2.

Moneta falsa instrumenta penes aliquem reperta faciunt contra ipsum indicium ad torturam, num. 3. fallit contra hominem bona fama, & notabilem, n. 16. item fallit in eo, qui nominat autorem, à quo habuerit dicta instrumenta, etiam quòd de nominato autore non docuerit, n. 18.

Præsumtiones & indicia sufficiunt ad condemnandum in delictis, quæ sunt difficilis probationis, n. 4.

Indubitatum indicium oritur ex pluribus præsumtionibus, si non in pœnam ordinariam, saltim in pœnam extraordinariam, & corporalem, n. 4.

Tortura non purgat præsumtiones & indicia indubitata, & propterea non obstante potest tortus ad triremes transmitti, n. 5. contrà n. 6. num. 19. & 20. vbi quòd non potest iudex isto casu corporalem pœnam imponere, sed ad plus in exilium mittere, declara, vt prima opinio procedat in supremis consiliis, & tribunalibus habentibus auctoritatem iudicandi secundùm eorum conscientiam; secunda autem opinio procedat in aliis iudicibus ordinariis, n. 7.

Moneta falsa probatio, non præsumtiua, sed concludens esse debet quando agitur de condemnando reum, n. 6. in fine.

Indicia omnia probari debẽt non solùm per duos testes, sed etiam per testes omni exceptione maiores, n. 9.

Testes birroarij ad testificandum non admittuntur, præsertim in criminalibus, etiam quòd deponerent de spectantibus ad eorum officium, quando agitur de delicto graui, & de pœna corporali, n. 10.

Testes inhabiles non sunt idonei ad probandum indicia & adminicula, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, n. 11.

Qualitas delicti delictum faciens fisco probari debet, num. 12.

Monetam falsam expendens ad hoc vt puniri possit duo requiruntur, primò, vt moneta expensa fuerit in magna quantitate, secundò quòd dolosè & scienter fuerit expensa, n. 13. & 14. vbi quæ dicatur magna quãtitas, & num. 15. vbi quòd isto casu dolus & scientia non præsumitur, & ideo probanda per fiscum.

Præsumtiones, & indicia, quando vrgent contra aliquẽ etiam indubitata, tutius est illum torquere, quàm condemnare, n. 18.

Tortura tollit omnes & quascumque præsumtiones violentas, & etiam indubitata indicia, n. 19.

Tortura data per horam cum baculo ad pedes, & iteratis quassationibus dicitur grauissima, & est vltimus torturæ gradus non admissus, nisi in delictis grauissimis, & vrgentissimis indiciis, ac in personis vilibus, & robustis, n. 21.

Pœna tondentis monetam, non est pœna mortis sed falsi, num 22.

CONSILIVM CLXXV.

Ex summario processus formati contra D. B. de Perusio mihi exhibito super prætensa tonsura monetæ, quatuor indicia seu præsumtiones contra ipsum non leuiter vrgere videntur. Primò quòd 1
penes eum in summa scutorum sex vel septem fuerint reperti testones 17. tonsi & limati, ex quibus, quòd ipse huius tonsuræ particeps sit, indicium oritur, ex Grato *in cons. 151. n. 2. & seq. par. 2.* Couar. *in tract. numisma. cap. 8. n. 4. ad fin.* Viu. *opin. 521. n. 4.* Menoch. *de arbitr. libr. 2. cas. 316. numer. 53. & num. 65.* vbi expressè dixit ex hoc solo contra sic retinentem oriri indicium ad torturam.

Secundò quòd eosdem testones expendere, seu permutare nixus fuerit, quo casu non solùm oritur præsum- 2
tio contra expendentem, sed etiam sufficiens probatio ad condemnandum, si cum effectu, & scienter expendisset. *l. lege Cornelia, §. eadem lege, ff. ad l. Cornel. de fals.* Bonifac. de Vital. *in tit. de pœn. fals. monet. n. 4.*

Tertiò

3 Tertiò limatura, morsa, forfex, & alia huiusmodi ad tondendam monetam apta in eius domo inuenta, ex quibus pariter non leue oritur indicium scripserūt, Marsil. in d.l. qui falsam, num. 105. & seq. ff. ad l. Cornel. de fals. num. 7. & numer. 8. Decian. lib. 7. c. 26. num. 6. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 1066. num. 9. hinc & quartò proiectio limæ in puteum.

4 Ex quibus prima fronte facile dici posse videtur eundem B. non solùm legitimè torqueri potuisse, sed etiam sine tortura condemnari, ex generali conclusione quòd in his, quæ sunt difficilis probationis, indicia & præsumptiones ad condemnandum sufficiunt, Bald. in l. quicumque, num. 25. C. de seru. fugit. Grammat. cons. 22. n. 15. & seq. vbi Clar. in pract. §. fin. q. 20. vers. & scias tamen, ad finem, vbi testatur de communi, & seruata per eum opinione, Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 40. numero 13. & in specie in crimine falsæ monetæ Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 24. numero 10. in fine, c. 26. numero 4. præsertim cùm in casu de quo agitur plures quàm duæ adsint præsumptiones, & quidem graues, ex quibus indubitatum oritur indicium, & ad condemnandum sufficiens, dixit Bald. in l. fin. numero 2. versiculo sed quando, & versiculo item pone, C. de probat. Igneus in l. excipiuntur, numero 30. & seq. ff. ad Sillanian. Aret. in cap. tertio loco, numero 17. & 18. de probat. Boss. in tit. de conuict. numero 37. si non in pœnam ordinariam, saltem in pœnam extraordinariam & corporalem, vtputa triremium ad tempus. Felyn. in cap. afferte, numero 10. versiculo quarto limita, & ibi etiam Ant. de Buti. post numer. 8. Imol. num. 3. & 4. vers. fallit secundùm Io. Andr. extrà de præsumpt. Boer. decis. 164. numero 5. Grammat. decis. 42. vbi ita apud eum iudicatum fuisse testatur, & decis. 96. in fine. Clar. in pract. §. fi. quæst. 20. versiculo in scias, vbi pariter testatur ita Senatum Mediolani quandoque seruasse.

5 Nec ipsum releuat illata tortura, ex quo non fuit sufficienter tortus, quo casu stante grauitate indiciorum, & quòd agatur de atrocissimo & capitali delicto, eum posse pariter ad triremes condemnari, etiam quòd in tortura sustinuerit, voluerunt Marsil. singul. 108. Grammat. cons. 12. num. 24. & decis. 8. num. 3. & 4. & num. 7. decis. 96 in fin. Couar. pract. quæst. c. 23. post num. 5. ver. ex contrario. Ant. Gomez variar. resol. c. 13. rubr. de tortur. reor. post numer. 20. vers. sed aduertendum. Folle. in pract. criminal. in verb. & si confitebuntur, in 2. par. princ. num. 110.

6 Verùm si veritatem fateri velimus his non obstantibus D. B. etiam quòd torturam non sustinuisset, & etiam quòd præsumtionibus, & indiciis violentissimis, & indubitatis conuictus existeret, nullo pacto corporali pœna plecti potuisse, ex infrascriptis facile demonstrari posse existimo; verior enim, & magis recepta, magísque seruata Doctorum sententia est, quòd quando iudex reum sic vrgentissimis & indubitatis indiciis grauatum non torquere sed condemnare intendit, tunc non pœnam corporalem, sed aut pecuniariam, aut ad plus exilium imponere potest, prout testantur, Boer. decis. 164. num. 2. Marsil. in rubr. de probat. numero 254. in princ. versiculo & sic ista videtur communior opinio, Boss. in tit. de conuict. num. 34. & seq. numero 40. & seqq. Ant. Gomez de delict. num. 25. versiculo ex quibus infero, & versiculo immo, & 1221. num. 57. Hieronym. Cæuallos in commun. opin. quæst. 337. qui omnes cùm testentur de communi, magis communi, veriori, & seruata opinione, ab illa in iudicando recedere nefas esse crederem, idque potissimum locum habere in crimine falsæ monetæ, facit quia in tali crimine verius est, ad condemnandum, non præsūptiua, sed concludens debet esse probatio, Grat. cons. 151. n. 29. & seq. par. 2. Cephal. cons. 230. n. 20. & seq.

7 Et licèt aliqui suprà allegati Doctores contrarium affirmauerint, & quandoque fuisse seruatum testentur, Grammat. & Clar. in locis præcitatis, est tamen aduertendum, quòd eorum opinio non procedit, nec locum habebit in iudicibus ordinariis, qui non nisi, prout iuris est, condemnandi potestatem habeant, sed in supremis consiliis & tribunalibus habentibus autoritatē iudicandi, nedum secundùm acta, & probata, sed etiam secundùm eorum conscientiam, prout est Senatus Mediolani, & magna Curia Vicariæ Neapolis, & prout bene aduertit Clar. ex aduerso allegatus in pract. §. fin. q. 63. vers. in scis, & Clarum refert Virgil. Boccac. in constit. Picen. glos. 4. num. 78. & latiùs dixi in tit. de reo confess. & conuict. q. 86. sub num 113. & n. 117. & seq.

8 Nec facit si forsan dicatur, quòd Senator Vrbis per Breue particulare sibi cōcessum habet easdem facultates, quas habet Gubernator Vrbis, & sic consequenter dicatur etiam habere supremum tribunal. Nam vltrà quòd Breue Senatoris loquitur in procedendo, non autem in condemnando, adhuc verum non est quòd Vrbis Gubernator habeat supremam potestatem in condemnando reos, cùm certissimum sit eum non posse aliquem cōdemnare, nisi secundùm iuris communis dispositionem, licèt forsan in procedendo aliquam habeat prærogatiuā saltim de consuetudine: at in casu nostro quòd non solùm non adsint prætensa indubitata indicia, & vrgentissimæ præsumptiones ad condemnandum sufficientes, sed quòd nec etiam ad torturam discurrendo singula prætensa indicia, euidenter apparebit.

9 Primum enim indicium, quòd scilicet apud Balthasarem fuerint reperti testones 17. tonsi, sufficeret dicere hoc non constare, nisi ex dicto Francisci birroarij confrontati, qui propterea nullum prorsus facit indicium, tum quia omnia indicia debent per duos testes, & conclusiuè probari, ad glos. in l. fi. in verb. vel indicio, C. famil. hercisc. Boss. in tit. de indic. & considerat. ante tortur. num. 5. & numer. 18. & 19. Pract. Conrad. rubr. de negat. crim. & tormen. numer. 16. vbi ampliat etiam in crimine hæresis, tum etiam quia testes probantes indicium debent esse omni exceptione maiores, secundùm communem, de qua aliis relatis testatur Bursat. consil. 35. numer. 2. libr. 1. & consil. 316 numer. 25. libr. 3. & alibi passim, & communiter Doctores.

10 Birruarij autem non solùm non reputantur idonei testes, sed omnino à testificando repelluntur, tamquam infames, præsertim in criminalibus, Bald. in l. fin. num. 47. ad finem in octaua quæst. C. de edict. diu. Andr. tollen. & in l. etiam, num. 5. & ibi etiam Salic. C. de testib. Boss. in tit. de denunc. numer. 12. & 13. Tiraquell. de vtroque retract. §. 6. glos. 9. numer. 2. Bursat. consil. 65. numer. 12. libr. 1. etiam quòd deponerent de spectantibus ad eorum officium, quando agitur de graui delicto, & de pœna corporali, idem Boss. in tit. de denunc. num 10. in fine, Bursat. consil. 330. num 168. lib. 3. Hippol. Rimin. cons. criminal. diuers. 82. num. 24. libr. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 516. n. 15. Vinc. de Franch. decis. 179. p. 2.

11 Nec isto casu aliquid relerabit, quòd agatur de delicto occulto, & difficilis probationis, in quo secundùm vulgarem regulā admittuntur etiam testes aliàs inhabiles, & non admittendi. Procedit enim hæc regula, quando ageretur de probando delictum principale, secus si de probatione indiciorum, prout in casu nostro, vt bene consuluit Eugen. cons. 27. num. 64. Decian. in tract. crim. libr. 7. c. 37. num. 44. & cap. 45. num. 2.

12 Secundum indicium, quòd tonsos testones Balthassar in tot Iuliis permutare quæsiuerit, tollitur ex eo, quòd ipsemet liberè fatetur voluisse sic duos testones in tot Iuliis permutare, bonos tamē, & non tonsos; nec in hoc, quòd scilicet testones, quos permutare volebant, essent tonsi, & minoris ponderis, reperio ab aliquo confrontato teste conuictum, ideo deficit qualitas faciens delictum, quæ omnino à fisco probari debet, l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum qui, Boss. in tit. de delict. n. 3. & 4.

13 Et tamen ad hoc, vt expendens monetam falsam, seu tonsam puniri possit, seu falsitatis & tonsuræ præsumatur particeps, duo requiruntur. Primò, quòd moneta, quam quis expendere visus est, fuerit in magna quantitate, non autem in parua, ex traditis per Decian. in tractatu crimin. libro 7. capit. 25. numero 13. & in cap. 26. numero 5. & numero 9. & num. 16. Secundò, quòd scienter & dolosè, non autem ignoranter dictam monetam tonsam, expendere, seu permutare voluerit. Bald. cons. 155. reperitur in volumine statutorum, in princ. vers. illud statutum, libr. 3.

Marsil.

Marsil. *in l. qui falsam, n.65. & seqq. ff. ad l. Cornel. de fals.* Bonif. de Vital. *in tit. de pœn. fals. monet. num.4. versic. etsi ignorat,* Grat. *cons.161. post n.8. lib.3.* Decian. *d. libr.7. c.25. num.6. & cap.26. n.3.*

14 In casu nostro deficit vtrumque requisitum; nam magna quantitas monetæ tonsæ non dicitur, nisi ascendat ad summam ducatorum decem, præsertim in Vrbe, in qua tonsarũ monetarũ magna quantitas reperitur, prout in simili de ciuitate Bononiæ consulunt Marsil. *consil.47. num.1. versic. quoniam dicta summa.* Et propterea summam tonsæ monetæ ascendentem ad aureos quinque vel sex dici modicam quantitem, consuluit Alex. *in cons. 121. n.5. lib.7.* Bertaz. *cons.552. num.1. lib.2.*

15 Deficit & secundum requisitum, nempe dolus, & scientia, quæ cùm isto casu non præsumatur, hoc ideo à fisco probanda est, Bald. *dict. consil.115. ad med. libr. 3.* Grat. *dict. cons.151. post num.8. & seqq. lib.2.* Viu. *d. opin.521. numer.4. in fine,* Decian. *libr.7. capit.25. numer.13. versicul. & hoc casu, & capit.26. numer.3.* Baiard. ad Clar. *in §. falsum, num.329.* Bursat. *consil.166. numer.8. & seq. & num. 15. & seq. lib.2.*

16 Tertium indicium de limatura, morsa, coramine, & aliis huiusmodi ad rodendum monetam aptis in domo B. repertis sufficiat dicere hoc indicium prorsus cessare stante bona fama, & nobilitate B. Marsil. *in dict. l. qui falsam, num.115. & seqq. ff. ad l. Cornel. de fals.* Boss. *in tit. de fals. monet. num.7. & 8.* Decian. *d. cap.26. num.6.* Bertaz. *consil.552. num.2. lib.2.* Mascard *de probat. lib.2. conclus. 1066. num.10.*

17 Vltra quòd idem B. nominat autorem Aurificem, qui verisimiliter dum per duas, aut tres vices in eadem domo fuerit, potuit eadem instrumenta ibi ponere, & isto casu ad tollendum hoc indicium sufficit sola nominatio autoris, etiam quòd nominans hoc non probet, Bald. *in l. maiorem, versic. in gl. s.2. C. ad l. Cornel. de fals.* Grat. *consil.152. post numerum 20. lib.2.* Fabian. de mont. *in tract. de emt. & vendit. q.5. n.6.* Decian. *lib.7. cap.25. num.12. versic & credetur ei.*

18 Quartum indicium de proiectione limæ in puteum non video in summario mihi exhibito, nec B. interrogatum, nec testes aliquos confrontatos, & in omnem euentum hoc non deponitur, nisi ab exploratore, seu birroario, quorum hominum genus, quàm sit fallax, fraude & mendaciis plenum, qui criminalitatem exercent in dies testari possunt; non ergo mirum si hæc lima fuerit in puteo reperta tot diebus post capturam, & torturam B. Dato enim millies, quòd contra ipsum vrgerent violenta & indubitata indicia (prout contrarium verius esse ex præallegatis apparet) & quòd potuisset Iudex si voluisset eundem condemnare in aliquam extraordinariam pœnam, hoc tamen non fecit, & quidem prudentiùs; tutius enim isto casu esse reum torquere, quàm condemnare, communiter à Doctoribus receptum est, vt videre est apud Bald. *in l. final. num. 8. versic. si autem adiungitur confessio, C. de probat.* Grammar. *vot.15. num.15.* Capic. *decis. 126. num.14.*

19 Hæc autem tortura, quòd omnes, & quascunque præsumptiones violentas, ac etiam indubitata indicia purgauerit, & verius, & etiam magis communiter receptum est, secundùm Albet. *in l. edictum, num.2. ff. de quæst.* Ferrat. *cautel.5. num.4.* vbi testatur de magis communi, Boss. *in tit. de confess. num.27. & in tit. de senten. num.70. & seqq.* Vulpell. *consil.4. num.7. & num.13.* Bertaz. *consil.53. num.24.* Clar. *in pract. §. final. quæst.64. versic. illata verò tortura, in princ. & in fin.* Flamin. Cartar. *de execut. sent. cap. 2. num. 60.* & nouissimè Andr. F chin. *controuers. iur. lib.1. cap.33.* vbi relatis aliorum opinionibus, earúmque argumentis & rationibus reprobatis, hanc vti veriorem sententiam defendit, & testatur.

20 Et licèt Grammat. Couar. & Gomez, aliquíque suprà allegati contrarium affirmauerint, testentúrq; quandoq; post torturam illatam reos fuisse ad triremes condemnatos, eorum tamen opinio tanquam inhumana nullo pacto recipienda est. Præsertim quando reus non erat plenè ex concludentibus & necessariis probationibus conuictus, vt plenè deduxi *in mea pract. crim. in tit. de indic. & tortur. quæst.40. numero 13. & seq.* vbi scripta hic repetere superfluum est.

Nec dicatur D.B. non fuisse sufficienter torturatum 21
cùm, vt suprà probauimus, indicia, quæ contra ipsum prætendebãtur, ex præallegatis, aut in totum essent sublata, aut saltim quod negari non potest, debilitata, non leuiter, & minus sufficienter, sed grauiter & atrocissimè tortus dicitur. Tortura enim ferè per horam eidem inflicta cum baculo ad pedes, & iteratis quassationibus est vltimus torturæ gradus à Doctoribus non admissus, nec receptus nisi in atrocissimis delictis, & vrgentissimis indiciis, & in personis vilibus, & robustis (nedũ in nobili sene, prout est B.) vt bene declarant Clar. *in pract. d. q.64. vers. nunc de gradibus,* Flamin. Cartar. *in pract. interrogand. reor. lib.4. cap.1. num. 98. & seqq. & c.132.* ante istos Ghirland. *in tract. de quæst. & tormen. quæst.4. n.9.* Foller. *in pract. in verb. rei indurati torqueantur, num.17.* Pract. Conrad. *rub. de negat. crim. & torment. num.41.* & latiùs dixi *in tit. de indic. & tortur. quæst.38. num.34. & plur. ib. seqq.*

Et tamen tonsuræ monetarum crimen, quicquid forsan secus à bãnimentis statutum fuerit, de iure commu- 22
ni capitale non est, cùm non pœna mortis, sed pœna falsi puniatur, *l. lege Cornelia, §. eadem lege, ff. ad l. Cornel. de fals.* Bonifac. de Vital. *in tit. de pœn. fals. monet. numer.4.* Alex. de Neuo *in cap. quanto, num.26. in fine versic. aut expendit scienter. extrà de iureiur.* Quare hunc nobilem virum omnino relaxandum & absoluendum esse affirmari posse existimo.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Venditionis contractus quando rescindatur ex eo, quòd fuerit vendita res tanquam libera, & fuit reperta cum onere & obligatione. Quando dolus dans causam contractui ipsũ ipso iure nullum reddat, & quando criminaliter punire possit vendens, seu obligans rem duobus, asserens alteri non venditam, nec alteri obligatam.

SVMMARIVM.

Contrahens, & venditor dicitur in dolo non exprimendo qualitates rei venditæ, quas si expressisset, emtor non emisset, num.1.

Venditor dicitur in dolo vendendo rem, & asserendo nemini esse obligatam, & liberam ab omni onere, cum in contrarium sit veritas punitur de falso, & contra eum iuratur in litem, n.2.

Venditor præsumitur habere notitiam qualitatum rei venditæ, num.3.

Contractus est ipso iure nullus quando dolus illi causam dedit, numero 4.

Venditor si in venditione aliquid falsi asseruit, omne ius suum amittit, num.5.

Venditor non potest rei venditæ pretium exigere, nisi prius liberauerit emtorem ab omni onere rei venditæ imposito, numero 6.

Venditor qui promisit liberare rem venditam ab omni onere, admittitur ad talem liberationem vsque ad sententiam, numero 7.

Emtor alicuius rei tanquam liberæ ab omni onere, si postea eam oneratam inuenerit non solum potest agere ad liberandum rem venditam ab onere reperto, sed etiam ad rescissionem contractus sibi competentem propter dolum venditoris, n.8.

Ven

Venditor tenetur rem venditam tradere emtori liberam ab omni onere, etiam quòd dederit fideiussorem de euictione, numero 9.

Vendens rem vti liberam, nec alteri obligatam, si libera non sit punitur criminaliter, num. 10. nisi ante sententiam, venditam rem ab onere & obligatione liberasset, numero 11.

Vendentes, seu obligantes eamdem rem duobus de generali consuetudine criminaliter non puniuntur, numero 12.

Venditor vendens rem alteri obligatam criminaliter inquiri non potest quando promisit, & fideiussorem dedit de faciendo consentire omnem personam, numero 13.

Periurij pœna ordinaria, & extraordinaria cessat quando ex eo nullum parti praiudicium inducitur, numero 14.

Iudex criminalis non potest ciuiliter condemnare ad restitutionem pretij, vbi non intrat condemnatio criminalis, numero 15.

Contractus non rescinditur propter dolum contrahentis quando pars nullum damnum passa fuit, numero 15.

Pœnitentiæ locus non est, nec contractus rescinditur propter inobedientiã vnius ex cõtrahentibus, sed agitur ad implementum, vel ad interesse, quãdo contractus fuit nominatus, & perfectus, n. 16. vbi idem quãdo emtor facto adimplemẽto nullum patitur damnum.

Emens scienter rem fideicommisso subiectam, seu alteri obligatam, non potest agere ad rescissionem cõtractus propter iniunctum fideicommissum, vel obligationẽ factam, n. 17. vbi præsertim quando venditor promisit in se litem suscepturum, & soluturum omnia damna, expensas, & interesse.

Dolus dans causam contractui, vt illum rescindat debet esse manifestus, n. 18.

Emtio non rescinditur ex eo quòd res fuerit vendita tanquam libera, & non erat libera quando venditor promisit facere consentire omnem personam, rémq; venditã ob omnibus oneribus liberauit, n. 18. & 19.

Res aliena vendi potest, n. 19.

Venditione perfecta ab ea recedi non potest, n. 19.

Res bona fide vendita propter minimam causam inemta fieri non debet, n. 19.

Venditio non rescinditur ex eo quòd res fuerit vendita tanquam libera, & libera non erat quando emtor ex hoc nullum passus fuit damnum, n. 20. & 21.

Promissio de faciendo consentire omnem personam intelligitur dummodo emtoris intersit, n. 22.

Periurium non committitur vbi non adest dolus, & præiudicium partis, n. 23.

CONSILIVM CLXXVI.

1 NEgari non potest, quin dolus ex parte Politangeli Pincij dederit causam contractui emtionis celebrati inter ipsum vendentem & Abbatissam, & moniales sancti Angeli emtrices, cùm ipse nõ solùm tacuerit onera, & qualitatem rei venditæ, quæ si expressisset, nedum verisimiliter sed verè talem contractum non fecissent, vnde in odium tacentis alteri parti contrahenti subueniri debet, prout dixi, Alex. *cons. 509. viso processu inter Antonium, numero 10 & seq. lib. 4.* Dec. *consilio 110. verè vt puto, numero 9. vers. & si dictu*, idem *in l. pactum quod dotali, post num. 8. C. de pact.* Crau. *consil. 192. num. 14. & cons. 83. numer. 3. & cons. 72. num. 5. & consilio 298. numero 59.* Nat. *cons. 341. numero 5.* Oldr. *cons. 173. factum tale est, vacante Ecclesia*, Feder. de Sen. *in simili casu, cons. 23. Titius electus, col. 1. & 3.* prout sic respondit Bald. contra tacentem veritatem in rescripti impetratione *consil. 306. proponitur quod quidam.* Antonius *lib. 5.* quem sequitur Crauett. *cons. 142. n. 50.* & Castr. *cons. 411. v. si facto, & dubiis vntu traditis, post numer. 6. & seqq. lib. 1.* vbi ait præsumi dolum contra tacentem beneficium sibi competens, & scribit etiam Abb. *cons. 68. videtur primò, n. 2. lib. 1.*

2 Sed etiam falsum expresserit cùm iuramento affirmauerit illam esse liberam ab omni onere, & nemini esse obligatam, prout respondit Crauet. *cons. 282. numer. 8.* cùm dolus præsumatur contra mendacem, vt inquit Vlpianus *in l. quis affirmauerit, l. quod venditor, & l. & eleganter, ff. de dol. & in l. falsus, §. si quis, ff. de furt.* Crauet. *de antiq. temp. par. 1. versicul. vidimus, & abundè, post numer. 16.* Hieron. Gig. *consil. 40. num. 5.* & non puniret lex pœna falsi illum qui vendit rem alteri obligatam, asserentem illam esse liberam, & nemini obligatam, vt asserit Politangelus, & dicit text. & glos. & Bart. *in l. si à debitore, ff. de fals.* & non posset contra eum iurari in litem, nisi adesset dolus, prout hæc omnia congerit Plot. *in tract. de in lit. iuran. §. 37. numer. 15.* prout hoc idem sequitur Bertaz. *consil. crim. 277. n. 2. in fin. lib. 2.* & falsitas non committitur sine dolo, *l. nec exemplum*, vbi Doct. *C. ad l. Cornel. de fals.* Cepol. *cons. 33. vol. 2. versic. quod sic probatur*, Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 13. n. 2.*

3 Nec posset Pulitangelus iuuari prætextu ignorantiæ id asseuerasse, tum quia præsumitur venditor habere notitiam qualitatum rerum suarum, quod habet res vendita, vt tradit Corn. *consil. 81. lib. 3. incipien. visa copia, numer. 4.* & probat text. *ex l. quisquis, C. de rescind. vendit.* tum etiam quia ipsemet fassus fuit talia onera habere nota ante contractum.

4 Quibus stantibus insurgit illa iuris conclusio, quòd contractus sit ipso iure nullus, cui dolus causam dedit, iuxta text. *in l. & eleganter, ff. de dol.* & tradit Ias. *in §. actionum, 31. Instit. de action.* ex mente Bart. *in d. l. & eleganter*, affirmans istam esse meram veritatem, glos. & Doct. *in c. cùm dilecti. de emt. & vendit.* & est magis communis opinio, vt habetur *in tract. reg. vtr. iur. lib. 4. par. 1. in verb. dolus dans causam contractui*, quæ locum habent in communi contractu, siue stricti iuris siue bonæ fidei de iure Canonico, Bald. *in cap. vnico, de plus petit. in fin.* sequitur Ias. *in d. §. actionum, numero 36.* & consequenter Pulitangelus non potest habere obligatas dictas Abbatissam, & moniales ex isto contractu ipso iure nullo illis inuitis, quæ dolum passæ fuere, Ias. *in l. transactione finita, numero 5. Cod. de transaction.* & quòd asseritur ipsum patefecisse talia onera ante celebrationem instrumenti, ipse debet probare quæ allegat, iuxta textum *in l. et qui, ff. de probat.*

5 Nec est verum, quòd ipse patefecerit in tractatu vt præsupponitur, immo constat de contrario ex ipso instrumento, & per speciales affirmationes factas per Pulitangelum censentur emtrices inductæ ad emendum, aliàs non emturæ, ex ratione collecta, *& l. si is qui heres, §. 1. ff. de excepι. rei iudic. vt ex l. cion eiusdem, §. interdum, ff. de delict.* Corn. *cons. 226. num. 3. lib. 2.* Rota Rom. *decis. 586. n. 4. part. 1. in nouis*, & ex his falsis assertionibus Pulitangelus amisit omne ius, iuxta *l. in fraudem, §. quoties, & ibi gl. ff. de iure fisci*, & dicit Bald. *in rubr. de fid. instrum.* quem refert, & sequitur, Ias. *in §. bona fidei, numer. 81. in fin. Inst. de action.* & indubitanter procedit cùm hoc disponat statutum *sub lib. 2. cap. 37.* & hoc sequitur Vulpell. *respon. 144. num. 3. lib. 1.*

6 His saluis dicitur, quòd quatenus ad deliberandum rem venditam, saltem modo, & forma præsuppositis Politangelus vellet rem venditam liberare cum residuo prætensi pretij exbursandi per emtrices, ipsæ nõ tenentur soluere pretium venditori, nisi priùs res liberetur ab 7 oneribus, ad quod emtrices principaliter agere non possent, vt est text. & ibi not. per glos. Bartol. Bald. & Salyc. *in l. prædiis, Cod. de euict.* & latè prosequitur Negus. *in tractat. de pignor. & hypoth. 1. membr. part. princip. numero 24.*

Nec

7 Nec bodie Pulitangelus admitteretur etiam proptiis pecuniis ad faciendum talem liberationem ad euitandam pœnam, sub prætextu quòd debeat admitti vsque ad sententiam, ex opinione Bart. in *l. si à debitore, ff. ad l. Cornel. de fals.* & per Felyn. *in c. cùm Ioannes, num. mihi* 28. *de fid. instrum.* quia in illis terminis venditor, qui asseruerat rem non esse alteri obligatam, promiserat illam liberare si contrarium appareret, vt dicit etiam Plot. *in d. §. 3. num.* 12. *in fine*, vbi ait opus esse etiam facto ad euitandum pœnam. nec est mirum quòd eo casu admittatur, quia fidem implet ex quo fuerat conuentum, deliberando quatenus contrarium appareret, vt dicit Felyn.

8 Non obstant quæ habentur in allegata decisione Romana 586. *numer. 6. decis. diuers. par.* 1. quia non negatur, quin emtrices agere possunt aduersùs venditorem, vt res vendita libera tradatur, & liberetur actione ex emto, tamen non dicitur ibi quòd non possit agere propter dolum contractui adhibitum, vt suprà, ad declarationem nullitatis ipso iure factæ, & ad alia sibi competentia propter dolum.

9 Nec potest se excusare venditor, quòd non esset obligatus ad tradendum rem liberam, quando ageretur, vt liberaret sub prætextu dati fideiussoris de euictione, quia ipse etiam teneretur ad præstandum rem liberam cùm accesserint vt principalis, & insolidum omnibus promissis, vt habetur in dicta decisione Romana 586. *numero 8. versiculo nec liberatur.* Et ex bis igitur confirmari sententiam de partibus, prout pro iustitia speratur.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum.

10 SEntentia Vicarij Spoletani contra Pulitangelum lata continet duas partes. Prima est condemnatoria scutorum 15. in pœnam asserti doli, & periurij in venditione per eum commissi; altera est ad restitutionem pretij, quod iam habuit ad computum dictæ venditionis. Circa primam partem sententia est reuocanda. Nam licèt ex falsa assertione venditoris affirmantis, rem venditam esse liberam, nec alteri obligatam, possit criminaliter de falso puniri, ad tex. *in l. si à debitore, ff. ad l. Cornel. de fals.* & *in l. si creditor*, vbi glosa & Doctores, *C. eodem*, & voluit Bart. *in l. qui duobus, numer. 1. vers. & quod dico, ff. ad l. Cornel. de fals.* Hæc tamē conclusio patitur duas notabiles limitationes, quarū vnaquæque casui nostro applicatur.

11 Prima est quando venditor ante sententiam ab onere & obligatione negata rem venditam liberasset, prout Pulitangelus sic se liberaturum obtulit & promisit in iudicio, secundùm Bar. *in l. si à debitore, num. 1. de fals.*

12 Secunda est limitatio, vt quicquid sit de iure, hodie de generali consuetudine contra vendentes, obligantes seu aliàs distrahentes res duobus aut alteri obligatas, criminaliter non proceditur, testibus pract. Papien. *in forma libelli in actione hypothecaria*, *in glosa sub eadem obligatione*, *in fine*. pract. Contad. *rubric. de falsariis, numero* 22. Clar. *in §. falsum*, *numero* 29. Bursat. *consilio* 310. *numero* 31. Baiard. ad Clar. *§. falsum, num.* 229. Suarez *in comm. opin. litera V*, *numero* 47. Honded. *consilio* 52. *numero 47. libro* 1. & si aliter seruaretur omnia subsellia criminalia essent plena huiusmodi causis falsarum assertionum, seu periurij in iuramento assertorio, cùm omnes venditionum & censuum contractus fiant cum supradictis assertionibus, & tamen nulla ferè repetitur res vendita, aut censuata, quæ alteri pignorata non sit, aut alicui oneri non subiaceat, & quidem, vt verum fatear, nunquam memini in Vrbe criminaliter actum in huiusmodi causis.

13 Tertiò, & bis cessantibus nō potuit Pulitangelus criminaliter in aliquam pœnam condemnari, nec de dolo, nec de periurio, quia stāte eius promissione, & cautione præstita de deliberando res venditas ab omni onere, emtricésque ab omni molestia, ac etiam faciēdo consentire omnem personam, vtique non solùm cessat ipsius Pōtangeli assertus dolus, cùm ex falsa sua assertione nihil lucratus sit, Aym. *consi. 8. num. 13. & consi. 18. num.* 22. Decian. *cons. 57. numero 56. lib. 3.* sed etiam cessat periurium, quod vt notī iuris est sine dolo non committitur, *l. qui iurasse, post princ. ff. de iureiur. l. 3. §. 1. iuncta l. fin. ff. de crimin. stellionatus*, Boss. *in tit. de periurio, num. 5. versic. non est tamen quis periurus sine dolo.*

Quartò si Pulitangelus ante sententiam ex pretiomet 14
rei venditæ, quod in manibus habebant moniales, obtulit se paratum extinguere censum de quo agitur, sequitur, quòd ex prætenso periurio nullum fuit factum præiudicium monialibus emtricibus, ideo pariter cessat periurij pœna ordinaria, secundùm glos. *in l. 2. in verb. vltionem, C. de reb. credit.* vbi etiam Cyn. *col. final. ad fin. versic. aut iurauit de futuro*, & Bart. *ante numer. 1. vers.* 2. quandoque periurium non vertitur in alterius detrimentum, & ibi Iacob. Butrig. *in princip. versic. alia est lectura, & infrà vers. item oppono quod deierans puniatur*, & iterum *infrà in versic. aut deserit deierando*, & ibi adden. ad eum *col. 1. vers. aut pars periurauit deliberatè.* vbi testatur de communi, reprobato Angelo contrarium volente.

Et ex præmissis euidenter colligitur etiam iniustam 15
esse sententiam latam contra Pulitangelum ad restitutionem recepti pretij, tum quia si criminaliter ad pœnam non poterat condemnari, nec etiam in consequentiam condemnari poterat ad restitutionem pretij, Natt. *cons. 407. numero 14. lib.* 2. Bertazzol. *cons.* 232. *lib.* 1. Crescent. *decis. 5. tit. de iudic.* tum etiam quia cessante omni dolo, & periurio, cùm vt dixi moniales nullum passæ fuerint damnum, & Pulitangelus nullum consequutus fuerit lucrum, frustrà prætenditur rescissio venditionis ex eo quòd dolus dederit causam contractui, Rota coram Illustrissimo Pamphilio Romana nullitatis venditionis 6. Martij 1600. quæ in terminis decidit casum nostrum, vltra aliam decisionem coram Reuerendo Patre Domino Pęnia Romana Cēsus decima septima Aprilis del 95. quibus non obstent iura, Doctorum auctoritates, & decisiones ex aduerso allegatæ, quia expresse loquuntur quando dolus dedit causam contractui, & adest præiudicium emtoris, secus vbi nullum adest præiudicium, nullúsque dolus, vt in casu nostro.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS SERAPHINI.

CAMERINEN. CASTRI ORBIS.

Veneris 24. Aprilis 1590.

FVit per Dominos vnanimiter conclusum Dominos 16
de Nappis emtores non posse agere ad rescissionem contractus emtionis de qua agitur, ex pluribus. Nam cùm simus in contractu nominato, non est locus pœnitentiæ ob inobedientiam alterius partis, *l. inciuile*, vbi Bal. & Salyc. *in princ. C. de rei vendic. l. non idcirco, in fine, C. de contrahen. emt.* Natt. *cons. 171. numero 1. lib. 1.* sed agendum est ad implementum, vel ad interesse, maximè quando contractus fuit perfectus per traditionem rei venditæ, Alex. *in l. cùm proponas la 2. numero 4. C. de pact.* quia vt re tradita emtor agere possit ad restitutionem pretij si venditor factum præcisè præstare non potest, sufficit adimplere per equipollens, ita vt reddatur emtor securus, vt fuit decisum coram me diebus elapsis in vna Romana de Iustinis, & tunc fuerunt allegatæ aliæ decisiones, nempe in Anconitana bonorum coram Illustriss. meo Millino, & in Romana Palatij coram bon. me. D. Bubalo, Afflict. *decis.* 171. Alex. *consi. 65. num. 5. lib. 5.* & fuit etiam dictum coram Reuerendo Patre Domino meo Pęnia in causa Romana Census 17. Aprilis 1598.

Nec

17 Nec obstat quòd fuerit in instrumento expressum bona ad venditorem spectare pleno iure, cùm tamen fuerit detectum esse subiecta fideicommisso, nec non adesse bona emphyteotica sub directo domino Ecclesiæ Camerinen. ideóque venditorem periurum fuisse in dolo, qui dedit causam contractui, ideóque annullat illum. *l. & eleganter. de dolo, & l. si quis maior, C. de transact.* vel saltem esse locum redhibitoriæ, cùm aliàs non fuissent emturi. *l. si is qui heres, §. & in potestate. de except. rei iud.* nam primò circa dolum dictum fuit videri absuisse ab hoc contractu, cùm exhibitum fuerit testamentum Virgilij fideicommittentis, vnde emtores habuerunt notitiam fideicommissi, & ideo voluerunt sibi prospicere, & cauere per retentionem partis pretij conuenti in censum 6000. ducatorum, & emens scienter rem subiectam restitutioni, non potest vti hac exceptione, glo. *in l. si familiæ, C. famil. hercisc.* vbi Bald. *num. 7. & cæteri*, Alexand. *consil. 21. numero 6. & 7. libro 5.* Ruyn. *consil. 42. numero 19. libro 1.* cum simil. & vlteriùs promittit venditor, se non illaturum molestiam, neque inferenti consensurum, sed litem in se suscepturum, & omnia damna & expensas soluturum, adeò quòd plenè fuerit emtoribus cautum, maximè cùm super aliquo pretio competeret venditori ius detractionis.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS

PAMPHILII.

ROMANA NVLLITATIS VENDITIONIS.

Lunæ 6. Martij 1600.

18 Fvit resolutum, contractum emtionis, de quo agitur, esse validum; quod enim dicitur dolum illi causam dedisse, ex quo terrenum subiectum directo domino, quarundam Ecclesiarum fuit venditum vti liberum ab omni censu, Canone, & responsione, non placuit Dominis, quia cùm in eodem instrumento venditor promiserit facere consentire omnem personam, & ante pretij receptionem liberauit omnem terrenum ab omnibus illis oneribus, apparet eum noluisse circumuenire, aut decipere emtorem, sed sub spe futuræ liberationis ita vendidisse, & sic cessat dolus dans causam contractui, qui tamen debet esse manifestus, vt notatur *in l. & eleganter, ff. de dolo, & in l. si quis maior. C. de transact.*

19 Neque est verum, quòd à principio venditio fuerit nulla, quia ipsa res aliena vẽdi potest, & cùm fuerit perfecta ab ea non receditur. *l. insulis*, vbi Bald. & Salyc. *C. de res vendic. l. non idcirco, in fine, C. de contrahen. emt.* neque succedit actio ad interesse, quia in hoc casu nullum adest stante derogatione fideicommissi licentia Papæ alienandi, & consensus Dominorum directorum ex quo emtor redditur ex omni parte securus, & ideo intrat tex. *in l. res bona fide, de contrah. emt.* quòd res bona fide vendita propter minimam causam inemta fieri non debet, & iis omnibus optimè applicatur decisio Illustrissimi Seraphini in causa Camerinen. castri orbis sub die 24. Aprilis 1598. quæ hanc causam decidere videtur, cum aliis decisionibus, quæ in ea allegantur.

REVERENDO PATRE DOMINO

PENIA.

ROMANA CENSVS.

17. Aprilis 1595.

20 CVm anno 1594. D. Cæsar de Cencis imposuisset annuum censum scutorum 254. pro pretio scutorum 3300. super Casali Faleonati ru. 300. excedenti valorem scutorum 2000. illúmque vendidisse D. Horatio Bartholomęo cum assertione, quòd casale prędictũ pleno iure ad se pertinebat, fuisséque liberum ab omni alio censu, canone, & responsione, & quòd faceret consentire omnes personas ius habentes, aut quomodolibet habere prætendentes, & cùm D. Bartholomæus cognouisset casale fuisse multis aliis personis obligatum, conuenit D. Cæsarem coram Auditore Cameræ, petens illum cogi ad faciendum consentire D. Iustinianam vxorem suam, & filios, & alias personas habentes potiora iura super dicto casali, aliàs relaxari mandatum pro recuperãda summa principali, cùm verò Cæsar prædictus non fecisset consentire personas, Auditor Cameræ pro summa principali mandatum executiuum contra ipsum relaxasset, & D. Cæsar appellasset, proposito dubio in Rota, an prædictum mandatum esset exequendum, Domini negatiuè responderunt; nam cùm casale excederet valorẽ scutorum 5000. & omnes obligationes, & onera, quibus erat subiectum, non consumerent tot valoris partes vt non esset relictus locus prædicto censui, non erat deueniendum ad actum restitutionis sortis principalis, cùm D. Bartholomęus emtor census non pateretur aliquod damnũ, vt fuit decisum in Romana Palatij 7. Maij 1550. coram Bubalo, & in Auximana bonorum 7. Iunij 1595. coram Millino.

Non obstant clausulæ in instrumento vẽditionis appositæ, quas longo sermone ponderabant informantes pro Bartholomęo, quia omnes restringuntur ad interesse reale ipsius emtoris census, Bald. *in l. ex his prædiis, vers. quarto, C. de euict.* ergo ex deductis pro parte Bartholomęi emtoris census, cum nondum constaret prædictum casale fuisse tot obligationibus obnoxium, & hypothecis grauatum, vt huius census impositio sustineri non possit, non erat executioni locus. 21

Minúsque obstabat obligatio, seu promissio de faciendo consentire omnem personam, iuxta gloss. *in dicta l. ex his prædiis*, Bald. *numero 1. C. de euict.* quia idem Bald. *numer. 4.* respondit hoc procedere dummodo emtoris intersit, vnde cùm ex prædictis constaret nullum versari damnum Bartholomęi, cessat obiectio. 22

Postremò non obstat quòd Cæsar asserverit casale esse liberum, & tamen repertum fuit aliis obligatum, & consequẽter exceptio periurij, *l. si quis maior, C. de transact.* quia respondetur hoc procedere, quando promissio esset dolosa, & alteri præiudicialis, Cassador. *decisione 2. n. 7. de iureiurand.* & consequenter cessat decisio in causa Romana census coram Reuerendo Patre domino Deçano 15. Martij 1592. 23

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis, quòd duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam, non habet locũ in causis criminalibus, nec sententiæ dicuntur conformes, quarum vna contínet maiorem summam, quàm altera, & de citatione ad sententiam, quòd debeat esse personalis, ac etiam reproduci in die in citatione expresso.

SVMMARIVM.

Appellare cuique licet secunda vice, n. 1.

Statutum Vrbis, quòd duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam, non habet locum in causis criminalibus, n. 2. & per totum.

Sententiæ non dicuntur conformes quando vna sententia continet maiorem summam, quàm alia, numero 3.

Citatio ad sententiam debet esse personalis, n. 4.

Citatio ad certum diem illo die lapso si fuit reproducta, citatum non afficit, n. 5.

Causarum appellatione, an veniant causæ ciuiles tantummodo, an verò criminales, n. 7. & n. 31. & n. 41. & seqq. & n. 44 & n. 49.

Vniuersale verbum nihil intactum relinquit, n. 8.

Vniuersalis negatiua omnem actum & casum excludit, n. 8. & 9 & n. 23. declara, vt n. 36.

Statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, nō tamen odiosum est, sed fauorabile, quia per illud lites abbreuiantur, n. 11. contrà, n. 29. & n. 37. & n. 46.

Rubrica quando magis attendenda sit quàm nigrum, num. 14.

Extensio nō dicitur fieri ad ea, quæ ex proprietate verborum continentur, n. 15. & 21.

Extensio de casu ad casum fit etiam in materia restringibili ex maioritate rationis, n. 16. & n. 22. Vbi idem quando est eadem ratio.

Fiscus non dicitur ciuis, nec incola, nec est corpus animatum, numero 17. & num. 33. & num. 39. & n. 50. & seq.

Statutum, an, & quando comprehendat Vniuersitatem, Capitulum, vel Collegium, num. 18. & num. 39. & num. 52. & seq.

Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet, numero 19.

Statutum vbi nō distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 29.

Omnino, dictio omnem casum comprehendit, n. 24.

Fiscus non ligatur in statutis factis pro subditis, n. 33. & 34.

Obseruantia subsequuta est legitima interpres statutorum, num. 35.

Vniuersalia verba semper sunt intelligenda vt minus corrigant ius commune quàm sit possibile, num. 36. & num. 45.

Delegatus ad omnes causas, an intelligatur etiam delegatus ad causas criminales, n. 41. & seq.

Procurator constitutus ad omnes causas, & lites, an cēseatur etiam constitutus ad omnes causas, & lites criminales, num. 41. & seqq & n. 48.

Procurator pro absente contumace citato nō potest comparere nisi habeat speciale mandatum, etiam in casu in quo procurator pro absente admittitur, n. 43.

Vniuersalia verba siue affirmatiua, siue negatiua, non comprehendunt causas, casus, seu personas, in quibus est diuersa ratio, n. 47.

CONSILIVM CLXXVII.

1 NON videtur deneganda DD. Octauio Mandosio, & Nicolao Farfaræ commissio causæ appellationis à sententia contra ipsos lata ad fisci fauorem, quia de iure vnicuique secundò appellare licet. *l. vnica, C. ne liceat vna & ead. caus. tertiò prouocar.*

2 Nec obstat res iudicata, quam fiscus prætendit vigore statuti Vrbis *cap. 178. lib. 1.* propter duas conformes: nam quòd statutum prædictum non habeat locum ad fisci fauorem in causis criminalibus, de quibus nullam prorsus facit mentionem, videatur in terminis Surd. *cons. 163. lib. 2. per tot.* vbi pluribus rationibus, quas hîc repetere superfluum duxi, hanc probat sententiam, & eam etiam sequutus fui *in meo cons. 70. num. 13.* & pro veritate affirmo quòd dum per quinquennium fisci partes sustinui numquam potui ex præallegato statuto obtinere.

3 Respondetur secundò non esse verum, quòd fiscus habeat duas conformes, cùm in prima instantia fuerint prædicti DD. Octauius, & Nicolaus condemnati in scutis 10000. in secunda autem in scutis 5000. & licèt regula sit, quòd in maiori summa insit minor, & sic videtur posse dici quòd istæ sententiæ sint conformes in scutis 5000. veritas tamen est, quòd quando capita sententiæ non sunt diuersa, & ambæ sententiæ in eodem capite continent diuersas summas, tunc non dicuntur conformes, & appellatio suspēdit iurisdictionem quoad totam summam, ex allegatis per Gabriel. omnino viden. *consil. 56. num. 4. & seqq. lib. 1.* qui loquitur in terminis huius statuti, & ampliat etiam quòd actor acquiescere velit sententiæ continenti minorem summam.

Respondetur tertiò, quòd hæc vltima sententia non 4 meretur nomen sententiæ cùm sit nulla ex defectu citationis duplici modo. Primò, quia citatio ad sententiam fuit facta domi dimissa copia, & non personaliter, nulla præcedente diligentia de personaliter reperiendo, Vant. *de nullit. ex defect. citat. &c. num. 87. & num. 90. & seqq.* Rota coram R. P. D. Lita Romana prætensarum mercium 30. Maij del 97. & coram eodem Perusina, seu Spoletana pecuniaria 19. Octobris del 98.

Secundò, quia commissio ad fisci instantiam signata, 5 & cuius vigore idem fiscus egit, habet clausulam, & formam procedendi, scilicet singulis diebus, & horis, & tamen citatio ad sententiam exequuta die Mercurij ad primam diem, quæ cadebat pro die Iouis sequenti, fuit ab ipso fisco reproducta die Veneris, ideo citatio nulla, *per tex. in l. aut qui aliter, in principio, ff. quod vi aut clam.* Innoc. Abb. & alij *in cap. consuluit, de offic. deleg.* Felyn. *in cap. 1. num. 34. de iudic.* Alex. *consil. 213. num 8. libr. 2.* quare nihil video superesse, quòd iure impedire possit commissionem causæ appellationis & nullitatis de qua agitur contra fiscum.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa allegationes fisci.

IN signatura iustitiæ mox reiecta fuit commissio, in 6 qua petebam committi aliquibus ex iudicibus ordinarijs, quòd constito de re iudicata in caussa lacerationis instrumentorum Archiuij Apostolici, in qua obtinui contra dominos Farfarum, & Mandosium duas sententias conformes, quæ ex statuto Vrbis inter Romanos & incolas faciunt rem iudicatam, quod maximum parit præiudicium fisco Cameræ Apostolicæ, qui non solùm obtinuit ex eadem signatura, cognitionem eiusmodi rei iudicatæ committi, sed etiam per Senatorem cui commissa fuit causa, ita iudicatum extitit, & exequutum. Et quod magis est certissimum videtur dictum statutum habere locum etiam in causis criminalibus, ex infrascriptis.

Primò, quia sub verbo causæ simpliciter à lege pro- 7 lato venit pariformiter causa criminalis, & ciuilis. ad text. *in cap. 1. iuncta glos. de re iudic.* vbi hoc idem tenet Zabar. *num. 4.* & Imol. *num. 5.* & de communi Couar. *var. resol. cap. 25. num. 2.*

Secundò, quia dictum statutum nedum prohibet se- 8 cundò prouocari in causa, sed addit verbum vniuersale, in nulla, quod nihil relinquit intactum. *l. hoc genus, C. de condit. & demonstr.*

Tertiò, quia statuentes post dicta verba in nulla cau- 9 sa geminarunt illa verba pariter vniuersalia negatiua, nullóve casu, ex quibus dignoscitur, omnem causarum distinctionem, aut interpretationem remouere voluerunt. *l. si filius familias, §. si post. ff. solut. matr.* Alexand. *consil. 13. libr. 2. num. 3. & consil. 118 libr. 5. numer. 4.* & dicuntur voluisse comprehendere quodcumque genus causarum, quæ excogitari possunt. *l. cum virum, C. de fideicom.* Decian. *consilio 11. libr. 3. numer. 11.* & in specie de his verbis d. statuti Rota coram R. P. D. Marcomontio in vna Romana separationis Tori 2. Decembris 1605. *in versicul. sic igitur.*

Quartò, quia dictum statutum voluerunt statuentes 10

locum

locum habere in omnibus curiis Vrbis, vnde apertè datur intelligi, quòd considerarunt qualitates omnium causarum in eis vertentium, & in omnibus illis seruari statutum voluerunt, vt Rota perpendit *in d.decisione*; & ideo cùm in curiis A.C.Gubernatoris, & Vicarij agantur causæ criminales, quinimo in eis frequentius, quàm in aliis curiis illæ tractentur, vt est notissimum, inde sequitur quòd de illis nu[illegible] statuentes proculdubio cogitarunt.

11 Quintò, quia statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, non tamen est odiosum, sed fauorabile ad abbreuiandum litium anfractum *c.fin.de dolo, & contumac.* Dec.*cons.* 385.*in fin.* Gabr.*de execut.rei iudic.concl.1.num.*37. & Rota *in decisione præcitata.* Quo stante non est restringendũ, sed omnino extendendum, & statuentes multo magis voluisse dictum statutum comprehendere causas criminales ad retrahendum homines à delinquendo, præsertim quòd nuper, & ad hunc eundem finem Pius IV. & Pius V. respectiuè eorum appellationes restrinxerunt, iubentes instantiam appellationis spatio sex mẽsium finiri, reósque contumaces aut confessos, nequaquam, condemnatos autem in pœna pecuniaria non nisi facto deposito, vel data cautione appellare posse.

12 Non obstat modò dictum statutum tanquam situatum in libro primo causarum ciuilium, non esse extendendum ad causas criminales, iuxta consil.Surd.163.*lib.* 2.*num.*11.*&* 13.ac Farinac.*cons.*70.*num.* 13. Respondeo etenim primò, quòd dictus liber primus non est intitulatus liber causarum ciuilium, vt supponunt Doctores ex aduerso citati.

13 Secundò dicitur non esse verum in eo libro agi solùm de causis ciuilibus: nam *in cap.* 2. loquitur de pœnis hæreticorum, *in cap.*8.*& cap.*166.de iurisd.iud.malef. *in cap.* 118.de inquisit.& pœna redemtarum litium, *in c.*153.de contract.illicit.& pœn.fisc.applican.*& in c.*163. de pœn. treug.& pacis fractæ.

14 Tertiò respondeo, quòd situatio esset fortè attendenda sicut rubrica, quando in nigro aliud non disponitur, vt ex nigro huius statuti, cuius verba vniuersalia negatiua, & geminata comprehendunt causas criminales, ex superiùs allegatis, quibus addo Corn.*cons.*108.*lib.* 3.*n.*6. & Menoch.*cons.*468.*lib.*5.*n.*48.*& seq.*

15 Non obstat in causis criminalibus agi de maiori præiudicio, & ideo non est admittenda extensio statuti ad eas, vt arguit Sur.*in d.cons.* 163. *n.* 20. *& seq.* siquidem respondetur, quòd statutum non extenditur, cùm attenta qualitate suorum verborum, comprehendat causas criminales, Roland.*consi.*54.*lib.*3.*num.*39.Dec.*consi.*53. *num.* 4.& Aym.*consi.*254.*sub num.*2.

16 Vltra quod maior ratio militat vt abbreuietur materia appellationis in causis criminalibus pro bono publico, vt iam dixi, quo casu etiam extensio admittitur in materia etiam restringibili, & odiosa, Glosa, & Canonistæ *in cap. contra Christianos, de hereticis in* 6.Grat.*consi.*52.*libr.* 2. *numero* 28.Aym.*cons.*277.*num.*12.

17 Et minus obstat, quòd statutum prohibens secundò prouocare sit exorbitans à iure communi, quoniam, vt superiùs dixi, cùm respiciat bonum publicum, fauorabile reputatur, & non odiosum, & tandem non refragatur, quòd etsi statutum comprehenderet causas criminales, non tamen comprehenderet eas, in quibus solus fiscus interuenit, cùm ipse non possit dici ciuis, vel incola, vt loquitur ipsum statutum, eo quòd, teste Baldo *in consil.* 363. *libr.* 1. *num.* 2.fiscus non habebat corpus animatum, sicut ciuis, & incola; respondeo etenim quòd in proposito nostro non est considerandus fiscus, prout Camera ab eo repræsentatur, sed considerandus est vt officialis d. Cameræ, vt scribit Dec.*in cons.*404. *numero* ...

18 Camera autẽ à fisco repræsentata dicitur ciuis in Vrbe vbi residet, & ab eius officialibus repræsentatur, vnde fit quòd causæ criminales, quæ aguntur cum fisco, dicuntur agi cum Camera, quæ propterea gaudet beneficio dicti statuti, egregiè Bart. *in l.* 1. *C. ad municip.*

lib. 12. *numero* 12. loquens de capitulo vel collegio, & Bald. *in authen. sed cùm testator, C. ad l. falcid.num.*5.*&* 6. & ideo Rota censuit, quòd dictum statutum locum habet etiam in causis collegij, vel communitatis quæ per officialem repræsentantur, vt videre est in decisione Seraphini in vna Romana, seu Nepesina census 19. Martij 1599.& in alia Littæ vna Romana reseruationis de incoronatis 12. Martij 1606. Et ex his dilucidè dignoscitur dictum statutum comprehendere causas criminales, & ita iudicandum fore, prout sic quoque hactenus iudicatum fuit, & consequenter absque dubio non esse denegandam commissionem, pro qua instatur.

Aliæ allegationes fisci in eadem causa.

STatutum Vrbis *cap.* 178. *lib.* 1. mandans, quòd in nulla causa liceat secundò prouocare, tanquam generale comprehendit tam ciuiles, quàm criminales causas, ex illa communi regula, quòd statutum generaliter disponens, generaliter debet intelligi. ad *l. de pretio,* vbi Bald. *ff. de public.* Bart. Ias. & alij *in l. quamuis, de in ius vocan.* Ias. *in l. non dubium, num.* 38. vbi etiam Bald. *C. de legib.* Decian. *consil.* 17. *numero* 15. *lib.* 1. Crauett. *consi.* 308. *num.* 3. 19

Et ratio est, quia vbi statutum non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. si verò, §. de viro ff. soluto matrimon. l. si seruum, §. Prætor ait. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. omnes populi, prope finem, C. de iust. & iur.* Cephal. *cons.* 561. *numero* 5. *vol.* 4. Rota *decis.* 330. *numero* 4. *part.* 2. *diuersor.* vbi quòd statutum bononiense generale, prohibens appellationem, sic intelligendum tam de deuolutiua, quàm de suspensiua, Grat. *consilio* 1603. *num.* 8. *vol.* 3. 20

Quod adeò verum est etiamsi essemus in materia odiosa, Decian. *dict. cons.* 17. *num.* 16. *lib.* 1 Angel. *in l. final. col. vltima, vers. tertiò quæritur. ff. de constit. pecun.* Quia materia odiosa non propterea excluderet interpretationem, quæ insurgit ex proprietate & natura generalis sermonis, vt est tex. *in l. cum lege,* vbi Aretin. *ff. de testam.* Calder, *in cons.* 1. *in princ. de consang. & affin.* 21

Maximè, quando est eadem ratio; prout est in casu isto, Bart. *in l. si pluribus. ff. de legat.* 2. Decian. *d. cons.* 17. *num.* 16. *vol.* 1. Calderin. *cons.* 1. *in princ. vt lit. pend.* & non potest dubitari de potestate statuentium, Roman. *cons.* 108. *idem in proposito, ad finem, & cons.* 393. *colum.* 2. *vers.* t. Castren. *consil.* 294. *colum.* 1. *versic. sed iste, lib.* 2. Dec. *consil.* 504. *num.* 4. 22

Quinimo cùm statutum prædictum vtatur verbo negatiuo, ibi, *in nulla causa, &c.* non potest restringi, aut limitari ad causas ciuiles tantùm sine euidentissima violentia proprietatis verborum, vt in puncto de d. dictione, seu verbo, *nullus,* tradit Crauetta *cons.* 294. *num.* 6. vbi quòd etiamsi versaremur in materia stricta, & odiosa, non est ab ipsa proprietate recedendum, Ruyo. *cons.* 47. *num.* 3. *lib.* 3. qui voluit hoc eo maximè procedere quando constat, quòd statutum, prout est istud, venit ad correctionem iuris communis, tunc enim, si generaliter loquitur, generaliter quoque debet intelligi. 23

Præterea statutum comprehendit sine difficultate, causas tam ciuiles, quàm criminales, propter aliam dictionem, *omnino,* de quo in eo, cuius natura est omnem casum comprehendere, Dyn. *in l. Græci. §. illud. ff. de fideiussor.* Bar. *in l. si cum exceptione. §. quatenus, num.* 1. *ff. quod met. caus.* 24

Quibus non videntur refragari nonnulla in similibus ferè terminis adducta per Surd. *cons.* 133. *per tot.* quia quicquid sit de illius veritate, termini, quibus loquitur, sunt multum dispares, Surd. enim loquitur in statuto diuiso in duo volumina, quorum alterum ciuilia continebat, in altero criminalia explicabantur, habebátque vnumquodque volumen distinctam rubricam, nempe primum decreta ciuilia, secundum verò nempe decreta super criminalibus, quod secus euenit in 25

Causarum appellatione, an veniant causæ ciuiles tantummodo, an vero criminales, n.7. & n.31. & n.41. & seqq. & n.44 & n.49.

Vniuersale verbum nihil intactum relinquit, n.8.

Vniuersalis negatiua omnem actum & casum excludit, n.8 & 9 & n.23. declara, vt n.36.

Statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, nō tamen odiosum est, sed fauorabile, quia per illud lites abbreuiantur, n.11. contrà, n.29. & n.37. & n.46.

Rubrica quando magis attendenda sit quàm nigrum, num. 14.

Extensio nō dicitur fieri ad ea, quæ ex proprietate verborum continentur, n.15. & 21.

Extensio de casu ad casum fit etiam in materia restringibili ex maioritate rationis, n.16. & n.22. Vbi idem quando est eadem ratio.

Fiscus non dicitur ciuis, nec incola, nec est corpus animatum, numero 17. & num.33. & num.39. & n.50. & seq

Statutum, an, & quando comprehendat Vniuersitatem, Capitulum, vel Collegium, num.18. & num.39. & num.52. & seq.

Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet, numero 19.

Statutum vbi nō distinguit, nec nos distinguere debemus, num.29.

Omnino, dictio omnem casum comprehendit, n.24.

Fiscus non ligatur in statutis factis pro subditis, n.33. & 34.

Obseruantia subsequuta est legitima interpres statutorum, num 35.

Vniuersalia verba semper sunt intelligenda vt minus corrigant ius commune quàm sit possibile, num. 36. & num.45.

Delegatus ad omnes causas, an intelligatur etiam delegatus ad causas criminales, n.41. & seq.

Procurator constitutus ad omnes causas, & lites, an censeatur etiam constitutus ad omnes causas, & lites criminales, num.41. & seqq & n.48.

Procurator pro absente contumace citato nō potest comparere nisi habeat speciale mandatum, etiam in casu in quo procurator pro absente admittitur, n.43.

Vniuersalia verba siue affirmatiua, siue negatiua, non comprehendunt causas, casus, seu personas, in quibus est diuersa ratio, n.47.

CONSILIVM CLXXVII.

1 NON videtur deneganda DD. Octauio Mandosio, & Nicolao Farfaræ commissio causæ appellationis à sententia contra ipsos lata ad fisci fauorem, quia de iure vnicuique secundò appellare licet. *l. vnica, C. ne liceat vna & ead. caus. tertiò prouocar.*

2 Nec obstat res iudicata, quam fiscus prætendit vigore statuti Vrbis *cap.178. lib.1.* propter duas conformes: nam quòd statutum prædictum non habeat locum ad fisci fauorem in causis criminalibus, de quibus nullam prorsus facit mentionem, videatur in terminis Surd. *cons.163. lib.2. per tot.* vbi pluribus rationibus, quas hîc repetere superfluum duxi, hanc probat sententiam, & eam etiam secutus fui *in meo cons.70. num.13.* & pro veritate affirmo quòd dum per quinquennium fisci partes sustinui numquam potui ea prædicto statuto obtinere.

3 Respondetur secundò non esse verum, quòd fiscus habeat duas conformes, cùm in prima instantia fuerint prædicti DD. Octauius, & Nicolaus condemnati in scutis 10000. in secunda autem in scutis 5000. & licèt regula sit, quòd in maiori summa insit minor, & sic videtur posse dici quòd istæ sententiæ sint conformes in scutis 5000. veritas tamen est, quòd quando capita sententiæ non sunt diuersa, & ambæ sententiæ in eodem capite continent diuersas summas, tunc non dicuntur conformes, & appellatio suspēdit iurisdictionem quoad totam summam, ex allegatis per Gabriel. omnino video. *consil. 56. num.4. & seqq. lib.1.* qui loquitur in terminis huius statuti, & ampliat etiam quòd actor acquiescere velit sententiæ continenti minorem summam.

Respondetur tertiò, quòd hæc vltima sententia non meretur nomen sententiæ cùm sit nulla ex defectu citationis duplici modo. Primò, quia citatio ad sententiam fuit facta domi dimissa copia, & non personaliter, nulla præcedente diligentia de personaliter reperiendo, Vant. *de nullit. ex defect. citat. &c. num.87. & num.90. & seqq.* Rota coram R. P. D. Lita Romana prætensarum mercium 30. Maij del 97. & coram eodem Perusina, seu Spoletana pecuniaria 19. Octobris del 98. 4

Secundò, quia commissio ad fisci instantiam signata, & cuius vigore idem fiscus egit, habet clausulam, & formam procedendi, scilicet singulis diebus, & horis, & tamen citatio ad sentētiam exequuta die Mercurij ad primam diem, quæ cadebat pro die Iouis sequenti, fuit ab ipso fisco reproducta die Veneris, ideo citatio nulla, Bart. *in l. aut qui aliter, in principio, ff. quod vi aut clam.* Innoc. Abb. & alij *in cap. consuluit, de offic. deleg.* Felyn. *in cap. 1. num.34. de iudic.* Alex. *consil.213. num 8. libr.2.* quare nihil video superesse, quòd iure impedire possit commissionem causæ appellationis & nullitatis de qua agitur contra fiscum. 5

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa allegationes fisci.

IN signatura iustitiæ mox reiecta fuit commissio, in qua petebatur committi aliquibus ex iudicibus ordinariis, quòd constito de re iudicata in caussa lacerationis instrumentorum Archiuij Apostolici, in qua obtinui contra dominos Farfarum, & Mandosium duas sententias conformes, quæ ex statuto Vrbis inter Romanos & incolas faciunt rem iudicatam, quod maximum parit præiudicium fisco Cameræ Apostolicæ, qui non solùm obtinuit ex eadem signatura, cognitionem eiusmodi rei iudicatæ committi, sed etiam per Senatorem cui commissa fuit causa, ita iudicatum extitit, & exequutum. Et quod magis est certissimum videtur dictum statutum habere locum etiam in causis criminalibus, ex infrascriptis. 6

Primò, quia sub verbo causæ simpliciter à lege prolato venit pariformiter causa criminalis, & ciuilis. ad text. *in cap.1. iuncta glos. de re iudic.* vbi hoc idem tenet Zabar. *num.4.* & Imol. *num.5.* & de communi Couar. *var. resol. cap.25. num.2.* 7

Secundò, quia dictum statutum nedum prohibet secundò prouocari in causa, sed addit verbum vniuersale, in nulla, quod nihil relinquit intactum. *l. hoc genus, C. de condit. & demonstr.* 8

Tertiò, quia statuentes post dicta verba in nulla causa geminarunt illa verba pariter vniuersalia negatiua, nullóve casu, ex quibus dignoscitur, omnem causarum distinctionem, aut interpretationem remouere voluerunt. *l. si filius familias, §. si post. ff. solut. matr.* Alexand. *consil. 13. libr.2. num.3. & consil.118 libr.5. numer.4.* & dicuntur voluisse comprehendere quodcumque genus causarum, quæ excogitari possunt. *l. cum virum, C. de fideicom.* Decian. *consilio 11. libr.3. numer.11.* & in specie de his verbis d. statuti Rota coram R. P. D. Marcomonrio in vna Romana separationis Tori 2. Decembris 1605. *in versicul. sic igitur.* 9

Quartò, quia dictum statutum voluerunt statuentes 10

locum

locum habere in omnibus curiis Vrbis, vnde apertè datur intelligi, quòd considerarunt qualitates omnium causarum in eis vertentium, & in omnibus illis seruari statutum voluerunt, vt Rota perpendit *in d. decisione*; & adeo cùm in curiis A.C. Gubernatoris, & Vicarij agantur causæ criminales, quinimo in eis frequentius, quàm in aliis curiis illæ tractentur, vt est notissimum, inde sequitur quòd de illis non statuentes proculdubio cogitarunt.

11 Quintò, quia statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, non tamen est odiosum, sed fauorabile ad abbreuiandum litium anfractum. *c. fin. de dolo, & contumac.* Dec. *cons. 385. in fin.* Gabr. *de execut. rei iudic. concl. 1. num. 37.* & Rota *in decisione praecitata.* Quo stante non est restringendū, sed omnino extendendum, & statuentes multu magis voluisse dictum statutum comprehendere causas criminales ad retrahendum homines à delinquendo, præsertim quòd antea, & ad hunc eundem finem Pius IV. & Pius V. respectiuè eorum appellationes restrinxerunt, iubentes instantiam appellationis spatio sex mēsium finiri, reósque contumaces aut confessos, nequaquam condemnatos autem in pœna pecuniaria non nisi facto deposito, vel data cautione appellare posse.

12 Non obstat modò dictum statutum tanquam situatum in libro primo causarum ciuilium, non esse extendendum ad causas criminales, iuxta consil. Surd. 163. *lib. 2. num. 11. & 13.* ac Farinac. *cons. 70. num. 13.* Respondeo etenim primò, quòd dictus liber primus non est intitulatus liber causarum ciuilium, vt supponunt Doctores ex aduerso citati.

13 Secundò dicitur non esse verum in eo libro agi solùm de causis ciuilibus; nam *in cap. 2.* loquitur de pœnis hæreticorum, *in cap. 8. & cap. 166.* de iurisd. iud. malef. *in cap. 118.* de inquisit. & pœna redemtarum litium, *in c. 153.* de contract. illicit. & pœn. fisc. applican. *& in c. 163.* de pœn. treug. & pacis fractæ.

14 Tertiò respondeo, quòd situatio esset fortè attendenda sicut rubrica, quando in nigro aliud non disponitur, vt ex nigro huius statuti, cuius verba vniuersalia negatiua, & geminata comprehendunt causas criminales, ex superiùs allegatis, quibus addo Corn. *cons. 108. lib. 3. n. 6.* & Menoch. *cons. 468. lib. 5. n. 48. & seq.*

15 Nun obstat in causis criminalibus agi de maiori præiudicio, & ideo non est admittenda extensio statuti ad eas, vt arguit Sur. *in d. cons. 163. n. 20. & seq.* siquidem respondetur, quòd statutum non extenditur, cùm attenta qualitate suorum verborum, comprehendat causas criminales, Roland. *consi. 54. lib. 3. num. 39.* Dec. *consi. 53. num. 4.* & Aym. *consi. 254. sub num. 2.*

16 Vltra quod maior ratio militat vt abbreuietur materia appellationis in causis criminalibus pro bono publico, vt iam dixi, quo casu etiam extensio admittitur in materia etiam restringibili, & odiosa, Glosa, & Canonistæ *in cap. contra Christianos, de hæreticis in 6.* Grat. *consi. 52. libr. 2. numero 28.* Aym. *cons. 277. num. 12.*

17 Et minus obstat, quòd statutum prohibens secundò prouocare sit exorbitans à iure communi, quoniam, vt superiùs dixi, cùm respiciat bonum publicum, fauorabile reputatur, & non odiosum, & tandem non refragatur, quòd etsi statutum comprehenderet causas criminales, non tamen comprehenderet eas, in quibus solus fiscus interuenit, cùm ipse non possit dici ciuis, vel incola, vt loquitur ipsum statutum, eo quòd, teste Baldo *in consil. 363. libr. 1. num. 2.* fiscus non habebat corpus animatum, sicut ciuis, & incola; respondeo etenim quòd in proposito nostro non est considerandus fiscus, prout Camera ab eo repræsentatur, sed considerandus est vt officialis d. Cameræ, vt scribit Dec. *in cons. 404. numero ..*

18 Camera autē à fisco repræsentata dicitur ciuis in Vrbe vbi residet, & ab eius officialibus repræsentatur, vnde fit quòd causæ criminales, quæ aguntur cum fisco, dicuntur agi cum Camera, quæ propterea gaudet beneficio dicti statuti, egregiè Bart. *in l. 1. C. ad municip.*

lib. 12. numero 12. loquens de capitulo vel collegio, & Bald. *in authen. sed cùm testator, C. ad l. falcid. num. 5. & 6.* & ideo Rota censuit, quòd dictum statutum locum habet etiam in causis collegij, vel communitatis quæ per officialem repræsentantur, vt videre est in decisione Seraphini in vna Romana, seu Nepesina census 19. Martij 1599. & in alia Littæ vna Romana reseruationis de incoronatis 12. Martij 1606. Et ex his dilucidè dignoscitur dictum statutum comprehendere causas criminales, & ita iudicandum fore, prout sic quoque hactenus iudicatum fuit, & consequenter absque dubio non esse denegandam commissionem, pro qua instatur.

Aliæ allegationes fisci in eadem causa.

STatutum Vrbis *cap. 178. lib. 1.* mandans, quòd in 19
nulla causa liceat secundò prouocare, tanquam generale comprehendit tam ciuiles, quàm criminales causas, ex illa communi regula, quòd statutum generaliter disponens, generaliter debet intelligi. ad *l. de pretio,* vbi Bald. *ff. de public.* Bart. Ias. & alij *in l. quamuis, de in ius vocan.* Ias. *in l. non dubium, num. 38.* vbi etiam Bald. *C. de legib.* Decian. *consil. 17. numero 15. lib. 1.* Crauett. *consi. 308. num. 3.*

Et ratio est, quia vbi statutum non distinguit, nec 20
nos distinguere debemus, *l. si verò, §. de viro ff. soluto matrimon. l. si seruum, §. Prætor ait. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. omnes populi, post e finem, C. de iust. & iur.* Cephal. *cons. 561. numero 5. vol. 4.* Rota *decis. 330. numero 4. part. 2. diuersor.* vbi quòd statutum Bononiense generale, prohibens appellationem, sic intelligendum tam de deuolutiua, quàm de suspensiua, Grat. *consilio 1603. num. 8. vol. 3.*

Quod adeò verum est etiamsi essemus in materia 21
odiosa, Decian. *dict. cons. 17. num. 16. lib. 1* Angel. *in l. final. col. vltima, vers. tertiò quæritur ff. de constit. pecun.* Quia materia odiosa non propterea excluderet interpretationem, quæ insurgit ex proprietate & natura generalis sermonis, vt est tex. *in l. cum lege,* vbi Aretin. *ff. de testam.* Calder. *in cons. 1. in princ. de consang. & affin.*

Maximè, quando est eadem ratio: prout est in casu 22
isto, Bart. *in l. si pluribus. ff. de legat. 2.* Decian. *d. cons. 17. num. 16. vol. 1.* Calderin. *cons. 1. in princ. vt lit. pend.* & non potest dubitari de potestate statuentium, Roman. *cons. 108. idem in proposito, ad finem, & cons. 393. colum. 2. vers. 1.* Castren. *consil. 294. colum. 1. versic. sed hic, lib. 2.* Dec. *consil. 504. num. 4.*

Quinimo cùm statutum prædictum vtatur verbo 23
negatiuo, ibi, *in nulla causa, &c.* non potest restringi, aut limitari ad causas ciuiles tantùm sine euidentissima violentia proprietatis verborum, vt in puncto de d. dictione, seu verbo, *nullus*, tradit Crauetta *cons. 294. num. 6.* vbi quòd etiamsi versaremur in materia stricta, & odiosa, non est ab ipsa proprietata recedendum, Ruyo. *cons. 47. num. 3. lib. 3.* qui voluit hoc eo maximè procedere quando constat, quòd statutum, prout est istud, venit ad correctionam iuris communis, tunc enim, si generaliter loquitur, generaliter quoque debet intelligi.

Præterea statutum comprehendit sine difficultate, 24
causas tam ciuiles, quàm criminales, propter aliam dictionem, *omnino*, de quo in eo, cuius natura est omnem casum comprehendere, Dyn. *in l. Græci. §. illud. ff. de fideiussor.* Bat. *in l. si cum exceptione. §. quatenus, num. 1. ff. quod met. caus.*

Quibus non videntur refragari nonnulla in simili- 25
bus ferè terminis adducta per Surd. *cons. 133. per tot.* quia quicquid sit de illius veritate, termini, quibus loquitur, sunt multum disparem, Surd. enim loquitur in statuto diuiso in duo volumina, quorum alterum ciuilia continebat, in altero criminalia explicabantur, habebàtque vnumquodque volumen distinctam rubricam, nempe primum decreta ciuilia, secundum verò nempe decreta super criminalibus, quod secus euenit in

casu huius statuti, in quo non adest talis rubricarum distinctio.

26 Similiter Surdus loquitur in casu quo statuentes in rubrica de ciuilibus post datam certam formam appellandi, & prosequendi appellationem disponebant, quòd non liceret appellare, in rubrica verò de criminalibus dederant pariter certam formam tam appellandi quàm prosequendi, & nihil de secunda prouocatione, & sic non est mirum, si Surdus poterat dubitare in casu suo, ex quo videbatur omissum, & consequenter remanebat in dispositione iuris communis, cùm poterant statuentes prouidere criminalibus, sicut fecerant in ciuilibus, quod certè secus accidit in statuto isto, in quo nulla habetur distinctio inter ciuiles & criminales causas quoad instantiam & formam procedendi tam in primo, quàm in secundo libro, sed vna tantùm forma reperitur attributa, nulla facta distinctione inter ciuiles & criminales.

27 Immo quòd re vera non sit facienda talis distinctio in casu huius statuti, animaduertatur quòd in secundo libro, in quo multa ad criminalia spectantia congeruntur, nihil reperitur dispositum circa formam procedendi quoad instantias, & modum appellandi in criminalibus, ita vt iudex maleficiorum in procedendo teneatur seruare ea, quæ in primo libro, quo disponitur de temporibus ad appellandum præstitis, signum euidentissimum, quòd nulla danda sit distinctio inter ciuiles & criminales causas, ex quo si aliàs diceretur, dictus maleficiorum iudex non seruaret, prout seruat quæ traduntur in primo libro, sed bene teneretur recurrere ad ius commune tanquam in casu omisso à statutis.

28 Et clariùs prædicta omnia confirmantur ex eo, quia tota iurisdictio Capitanei appellationum est fundata in libro primo, capitulo 167. & in secundo libro nec verbum quidem, vnde cùm dictus Capitaneus cognoscat etiam criminales in gradu appellationis, si esset admittenda distinctio prædicta per Surdum considerata, vtique maximum sequeretur absurdum, quòd scilicet Capitaneus, cui non reperitur aliqua concessa iurisdictio super criminalibus in libro secundo, procederet sine aliqua iurisdictione, quod non est vllo pacto admittendum.

In eadem causa secundum responsum.

29 STatuta prohibentia appellationem, tanquam correctoria iuris communis sunt strictissimè interpretanda, Bart. *in l. 2. C. quor. appell. & in consi.* 165. *num. 2. libro* 2. Angel. *consil.* 107. *num.* 2. Dec. *consil.* 39. *in principio.* Rimin. sen. *consilio* 579. *numer.* 5. *libr.* 3. Boss. *in titulo de appellation, numera* 20.

30 Proinde videtur absque dubio dicendum, quòd statutum Vrbis *sub cap.* 178. *libr.* 1. per quod prohibitum fuit secundò appellare, non comprehendat, nec contineat appellationes à causis criminalibus, quia esset immo hoc statutum extendere ad correctionem iuris communis, per quod permittitur secundò appellare, Bertaz. *consi. crim.* 19. *libro* 1. *num.* 1. quod ob præallegata non est dicendum.

31 Et quia causæ criminales comprehenduntur sub simplicibus verbis dicti statuti, & nihilominus earum specifica mentio semper est facienda, vt in puncto statuti Vrbis de compromisso faciendo. Farinac. *cons.* 70. *n.* 13.

32 Vlterius, & quia dum statuentes hoc statutum posuerunt in libro primo, in quo principaliter semper tractatur de causis ciuilibus, verisimiliter credendum est super eis tantùm statuere voluisse, & non super criminalibus, Bertazzol. *consilio* 399. *numero* 1. *lib.* 2. Farinac. *d. consil.* 70. *num.* 13. sicuti & in puncto statuti prohibentis secundam appellationem, arguit Surd. *in cons.* 163. *n.* 11. *& seq.* & è conuerso de statuto prohibente appellationem in criminalibus, quòd non comprehendat causas ciuiles etiam in criminali incidentes, Rimin. sen. *d. consil.* 579. *per totum libr.* 3.

Attento præsertim quòd huiusmodi statutum se restringit ad causas ciuium, & incolarum, quæ nihil commune habent cum causis criminalibus, in quibus inter fiscum & reum agitur, quoniam ciues & incolæ sunt personæ particulares, Surd. *consil.* 447. *num.* 29. *& seq.* fiscus autem particularis persona non censetur, nec sub eius nomine continetur. Roman. *consil.* 400. *num.* 4. *& seq.* Ant. Butr. *in c. graue, in c. notab. tit. de preben.* Grammat. *decis.* 65. *num.* 46. *& seq.* 33

Quinimo fiscus à statutis factis pro subditis non ligatur, Aretin. *in l. si mercedem. §. habitatoribus, ff. de action. emt.* Tiraquell. *de legib. connub. glos.* 8. *num.* 775. Lamberteng. *de contract. qui sine cert. solemnit. ad finem, n.* 95. *& seq.* qui *in num.* 98. hoc etiam extendit ad statuta ab ipso Principe facta. Peregr. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 38. quemadmodum igitur statutum, quod de eo mentionem non facit, illum non ligat, ita & est dicendum hoc statutum, quod expressè non loquitur de appellationibus interpositis in causis vertentibus cum ipso fisco, eas noluisse in eius dispositione includere, & sic fiscum etiam ligare. 34

Saltem quia non reperitur, quòd hactenus vnquam fuerit sic practicatum quandoque huiusmodi statutum habuerit locum in causis criminalibus, sed è conuerso constat, quòd in aliquibus causis fuit contrarium obseruatum, & expressè declaratum, illud non intrare stante secunda appellatione interposita per reum, qua quidem declaratione colligitur quædam obseruantia d. statuti, quæ omnino hodie est attendenda pro interpretatione illius, Dec. *consil.* 11. *num.* 9. *&* 10. Socin. sen. *consil.* 145. *num.* 3. *lib.* 1. Socin. iun. *consil.* 38. *num.* 6. *lib.* 1. *& consil.* 70. *num.* 7. *&* 9. *lib.* 2. Ioseph. Ludou. *conclusion.* 38. *versicul. infertur* 24. *versic. infertur* 39. *& versic. infertur* 67. Rota *diuers. decis.* .... licèt aliquo pacto proprietas verborum dicti statuti offenderetur, & obseruantia esset contra illius verum intellectum, Dec. *consil.* 101. *numero* 49. Honded. *consil.* 92. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 1. *& consil.* 35. *numero* 45. *lib.* 2. & licèt non fuerit huiusmodi obseruantia præscripta, cùm sufficiat ita aliquando fuisse practicatum, & obseruatum, Dec. *dicto consil.* 101. *numero* 50. Menoch. *conclusion.* 21. *num.* 15. Ioseph. Ludou. *d. decis.* 38. *in vers. ampliatur primò.* 35

Nec aliquid facit, quòd statutum antedictum vtatur verbis illis vniuersalibus, in omni causa, & casu, quia quando sumus in statuto iuris communis correctorio, verba illius vniuersalia geminata, vel repetita, ita interpretanda sunt vt si corrigant in vno, in alio non corrigant, Cassan. *in consuetud. Burgund. in rubric. prima, numero* 4. Viu. *in suis commun. opin. in opin.* 322. *in fine,* Socin. Iun. *consil.* 29. *numero* 7. *libro primo.* Rimin. iun. *in l.* 1. *numero* 68. *&* 69. qui loquitur in statuto vtente illo verbo, *quicumque, & quomodocumque, ff. de offic. eius.* Anchar. *quæst.* 56. *numero* 11. *libro* 2. Bertazzol. *consil. crim.* 102. *numero* 6. 7. *&* 8. *libro* 1. ideirco sensus illorum verborum, *omnino, in nulla causa seu casu, in omnibus curiis*, vel sunt restringenda respectu causarum ciuilium, quæ vt notissimi iuris est, multos, vel propè infinitos casus complectuntur, *ad l.* 2. *ff. de præscript. verbis*, vel ad particulares personas ciuium, & incolarum, quæ, vt superiùs dictum fuit, non verificantur in fisco. 36

Non obstat, quòd statutum hoc tollens appellationem sit fauore publico introductum ad reprimendum homines à delinquendo, quia non ob id Doctores in contrarium allegati dicunt, quòd sit extendendum, vel interpretandum, vt ius commune corrigat, & propterea dum habemus communem sententiam Doctorum, qui in specie dixerunt huiusmodi statutum esse strictè, & non largè interpretandum, tanquam correctorium iuris communis, vt post Bart. Angel. Dec. Boss. & Rimin. sen. superiùs allegatos attestatur Cephal. *consil.* 209. *num.* 13. Contard. *de moment. limit.* 5. *num.* 2. *in fine*, Surd. *consil.* 271. *numero* 17. *& decision.* 27. *numero* 15. illi standum est, postpositis in contrarium pro 37

fisco

fisco allegatis, præcipuè quia lex non tantùm fauet cognitioni super delictis, quod intendat tollere appellationem, ex quo immo aliquando, prout quando exequutio est irretractabilis, permittit, nedum secundò, sed etiam tertiò appellare contra titulum, *ne liceat tertiò. &c.* vt post Angel. Aret. *in tract. de malefi. in verb. fama publica, in col. 9.* & Anch. & alios, aduertit Foller. *in sua prax. crim. in 4. part. in verbo, debitis pœnis, num. 73. & 74.*

38 Non releuat, quod fuerit dictum hoc statutum esse trahendum ad criminalia, quamuis sit situatum in libro primo in quo agitur de ciuilibus, ea quo etiam in aliquibus ea statutis dict. libri primi agitur de causis criminalibus, quia ea eo quòd in dictis statutis incidenter aliquando statuentes loquantur de criminalibus, non ob id tollitur argumentum, quod fieri potest ea distinctione librorum tractantium de materiis ciuilibus a criminalibus, quoniam ea, quæ incidenter tractantur non alterant, nec tolluot ea, quæ principaliter sunt in mente disponentis, ad scripta per Boss. *in tit. de for. competen. num. 117. & seqq.* Surd. *cons. 42. num. 18. & 19.* & per Farinac. *q. 1. num 63.*

39 Non obstat quoque quòd fiscus vti officialis Cameræ dicatur ciuis, ea doctrina Bart. *in l. 1. num. 12. ff. ad municip. de incolis* loquentis de Capitulo, quia non est tamen propriè ciuis, sed fictè, ita vt in statuto minimè comprehendi possit. Roman. *in dicto consil. 400. num. 7.* cum quo transit Calcan. *cons. 1. num. 1. in prime.* & alij quos allegat Mandos. ad Roman. *in d. cons. 400. sub litera C.* Et ideo allegata in contrarium non refragantur, prout non obstant decisiones Seraphini, & Littæ, quæ dixerunt in huiusmodi statuto comprehédi etiam Collegia, & Monasteria, quia non loquuntur de fisco, nec sunt attendendæ, quoniam, vt superius dictum fuit, ex allegatis per Pereg. *de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 38.* & per Lamberteng. *ad finem sui tract. num. 94. & seqq.* Fiscus tanquam Principem repræsentans, *ad l. filius cùm in priuati. ff. de iure fisci,* sicuti ille non ligatur dictis statutis, ita æquum est, quòd nec possit se de eis valere aduersùs particulares, ad totum titulum, *quod quisque iuris, &c.* Quare, &c.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

40 PRopositum dubium, numquid scilicet statutum Vrbis *lib. 1. cap. 178.* mandans in nulla causa, secundò prouocare licere, locum habeat in causis criminalib. negatiuè ex infrascriptis tribus fundamentis resoluendum censui.

41 Primò, quia causarum appellatione in generali mandato, seu delegatione criminalis causa non venit, nisi de ea specialis mentio facta sit. *l. non solùm. §. fin. in verbo nominatim. ff. de procur. & in Clement. non potest, eodem tit.* Specul. *in tit. de procur. §. 1. num. 12. versic. licet ergo.* Ang. *in l. si quis insignum. § si procurator. num. 2.* & ibi etiam Bald. *num. 1.* & Alex. *num. 7. ff. quod quisque iuris.* Rota coram Mantica Romana rescissionis laudi 2. Decembris 1587. in fine principij.

42 Et propterea quando lex voluit sub nomine causarum criminales comprehendere, eas specialiter expressit, vt *in l. cum clericos, in fine principij. C. de Episcopis, & Cleric.* in illis verbis, *& ciuilibus negotiis debet innectere, & in l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud.* in illis verbis, *His verò, qui suam causam, siue criminalem, siue ciuilem.*

43 Et hinc est, quòd procurator generalis ad omnes causas, non potest pro contumace absente criminaliter citato comparere, etiam in casu, in quo de iure admittitur ad illum defendendum, nisi speciale habeat mandatum ad comparendum etiam in causis criminalibus. Alberic. *in l. seruum quoque, §. publicè, n. 25. in fine, versic. In his tamen,* & ibi etiam Angel. *post n. 6. versi. attende tamen, ff. de procurat.* idem Alberic. *in l. penult. §. ad crimen, numer. 26.* Farinac. Cons. crim. libr. 2. *in fine, ff. de public. iudic.* Bald. *in l. reos, numero 3. C. de accusat.*

44 Et huic primo fundamento non obstat, quòd in vna informatione ex aduerso data dicatur sub verbo *causa,* simpliciter à lege prolato venire pariformiter causas criminales, & ciuiles. ad text. *in cap. primo,* iuncta glosa, & ibi Zabar. *num. 4.* & Imol. *num. 5. de re iudic.* Couar. *var. resol. cap. 25. num. 2.* laboraui enim in perquirendo, & textum, & glosam, & Doctores in locis præallegatis, & tale quid dicentes, aut tractantes inuenire nesciui, forsan culpa rescribentis allegationes prædictas; vltra quod in verbis à lege prolatis strictior semper facienda est interpretatio, quàm in prolatis ab homine. Curt. Iun. *cons. primo, num. 3.* cum allegatis per eum, & per Osasch. *decisi. Pedem. 167. num. 5.*

45 Secundò, & tunc respondeo omnibus ex aduerso allegatis, & ponderatis super verbis vniuersalibus in statuto positis, videlicet *omnino in nulla causa*; verissima est illius conclusio, quòd licèt, prout in duabus fisci informationibus ex aduerso deducitur, generalia, seu vniuersalia verba, tam affirmatiuè, quàm negatiuè prolata, regulariter, sic generaliter, & vniuersaliter intelligenda sint, nec restringenda; hæc tamen regula declaratur inprimis, vt non procedat quando sumus in correctoriis, in quibus verba statuti, quantumuis vniuersalia restringuntur, vt minùs corrigant ius commune, quàm sit possibile, ex plenè allegatis per Osasch. *d. decis. Pedem. 167. num. 4.* vbi loquitur quando statutum vtitur verbis *omni casu, & num. 9. ante finem, & num. 7.* vbi ampliat etiam verba appropriando, *& num. 13. in fine, & num. 15.*

46 Quòd autem hoc statutum sit nedum correctorium iuris communis, sed etiam odiosum, quicquid ex aduerso fiscus in contrarium argumentetur ex eo, quòd imponat finem litibus, expressè scripserunt Socin. *consil. 39. num. 6. & num. 8. lib. 4.* Dec. *consil. 49. num. 1.* Et in his terminis Surd. *consil. 163. num. 22. versi. quintò decretum, & seqq.*

47 Præterea eadem regula, quòd scilicet vniuersalia verba, omnes casus, & causas comprehendat, non procedit, quando inter vnum, & alium casum, seu causam adest diuersa ratio, Idem Osasch. *dict. decis. Pedemont. 167. numero 2. versicul. item ad casus solùm eandem rationem habentes.* Bertazol. *consil. 76. n. 22.* cum allegatis per eos.

48 Et quòd in casu de quo agitur adsit diuersa ratio inter causas ciuiles, & criminales, non credo posse dubitari, cùm in criminalibus agatur de maiori præiudicio, ex quo de vita hominis & infamia agatur, quàm in ciuilibus, in quibus de pecuniario tantummodo commodo tractatur, & propterea, & magis in specie, quòd in mandato generali ad omnes causas non veniant causæ criminales; probat text. *in dict. Clem. non potest. de procur.* vbi loquitur, quando in mandato adest clausula, *& generaliter ad omnia alia, quæ speciale mandatum exigunt.* Specul. vbi suprà *tit. de procur. §. 1. numero 12. versi. licèt ergo,* vbi diait, quòd licèt constituatur procurator generaliter ad omnes causas, tamen de ciuilibus tantùm intelligitur.

49 Ad idem adduco constitutionem Sixti Quinti in erectione Notariorum Capitolij, in qua dictis Notariis conceditur per verba generalia, & vniuersalia priuilegium. *Vt in omnibus causis tam ratione suorum officiorum, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque contra eos, & eorum familias, quomodolibet pro tempore mouendis alibi quàm in Curia Capitolina, quouis prætextu, vel causa euocari, seu trahi non possint,* Et nihilominus istam constitutionem non comprehendere causas criminales, in diésque Capitolinos Notarios fuisse carceratos, tam in curia Gubernatoris Vrbis, quàm Auditoris Cameræ, omnibus in foro versantibus satis notum est, & ego pro veritate testari possum.

50 Tertiò, & vltimò, quòd statutum, de quo agitur, non comprehendat fiscum, pondero illa verba restrictiua post vniuersalia posita in statuto, videlicet, *Inter ciues, incolas, & districtuales,* & sic loquitur de hominibus,

7 Nec hodie Pulitangelus admitteretur etiam propriis pecuniis ad faciendum talem liberationem ad euitandam pœnam, sub prætextu quòd debeat admitti vsque ad sententiam, ex opinione Bart. *in l. si à debitore, ff. ad l. Cornel. de fals.* & per Felyn. *in c. cùm Ioannes, num. mihi 28. de fid. instrum.* quia in illis terminis venditor, qui asseruarat rem non esse alteri obligatam, promiserat illam liberare si contrarium appareret, vt dicit etiam Plot. *in d. §. 5. num. 12. in fine*, vbi ait opus esse etiam facto ad euitandum pœnam. nec est mirum quòd eo casu admittatur, quia fidem implet ex quo fuerat conuentum, deliberando quatenus contrarium appareret, vt dicit Felyn.

8 Non obstant quæ habentur in allegata decisione Romana 586. *numer. 6. decis. diuers. par. 1.* quia non negatur, quin emtrices agere possunt aduersùs venditorem, vt res vendita libera tradatur, & liberetur actione ex emto, tamen non dicitur ibi quòd non possit agere propter dolum contractui adhibitum, vt suprà, ad declarationem nullitatis ipso iure factæ, & ad alia sibi competentia propter dolum.

9 Nec potest se excusare venditor, quòd non esset obligatus ad tradendum rem liberam, quando ageretur, vt liberaret sub prætextu dati fideiussoris de euictione, quia ipse etiam teneretur ad præstandum rem liberam cùm accesserint vt principalis, & insolidum omnibus promissis, vt habetur in dicta decisione Romana 586. *numero 8. versiculo nec liberatur.* Et ex his igitur confirmari sententiam de partibus, prout pro iustitia speratur.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum.

10 SEntentia Vicarij Spoletani contra Pulitangelum lata continet duas partes. Prima est condemnatoria scutorum 25. in pœnam asserti doli, & periurij in venditione per eum commissi; altera est ad restitutionem pretij, quod iam habuit ad computum dictæ venditionis. Circa primam partem sententia est reuocanda. Nam licèt ex falsa assertione venditoris affirmantis, rem venditam esse liberam, nec alteri obligatam, possit criminaliter de falso puniri, ad tex. *in l. si à debitore, ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. si creditor.* vbi glosa & Doctores, *C. eadem*, & voluit Bart. *in l. qui duobus, numer. 1. vers. & quod dico, ff. ad l. Cornel. de fals.* Hæc tamẽ conclusio patitur duas notabiles limitationes, quarũ vnaquæque casui nostro applicatur.

11 Prima est quando venditor ante sententiam ab onere & obligatione negata rem venditam liberasset, prout Pulitangelus sic se liberaturum obtulit & promisit in iudicio, secundùm Bar. *in l. si à debitore, num. 1. de fals.*

12 Secunda est limitatio, vt quicquid sit de iure, hodie de generali consuetudine contra vendentes, obligantes seu aliàs distrahentes res duobus aut alteri obligatas, criminaliter non proceditur, testibus Pract. Papien. *in forma libelli in actione hypothecaria, in glosa sub eadem obligatione, in fine.* Pract. Conrad. *rubric. de falsariis, numero 22.* Clar. *in §. falsum, numero 29.* Bursat. *consilio 310. numero 31.* Baiard. ad Clar. *§. falsum, num. 229.* Suarez *in comm. opin. litera V, numero 47.* Honded. *consilio 52. numero 47. libro 1.* & si aliter seruaretur omnia subsellia criminalia essent plena huiusmodi causis falsarum assertionum, seu periurij in iuramento assertorio, cùm omnes venditionum & censuum contractus fiant cum supradictis assertionibus, & tamen nulla ferè reperitur res vendita, aut censuata, quæ alteri pignorata non sit, aut alicui oneri non subiaceat, & quidem, vt verum fatear, nunquam memini in Vrbe criminaliter actum in huiusmodi causis.

13 Tertiò, & his cessantibus nõ potuit Pulitangelus criminaliter in aliquam pœnam condemnari, nec de dolo, nec de periurio, quia stãte eius promissione, & cautione præstita de deliberando res venditas ab omni onere, emtricésque ab omni molestia, ac etiam faciẽdo consentire omnem personam, vtique non solùm cessat ipsius Pulitangeli assertus dolus, cùm ex falsa sua assertione nihil lucratus sit, Aym. *consi. 8. num. 13. & consi. 18. num. 22.* Decian. *cons. 57. numero 56. lib. 3.* sed etiam cessat periurium, quod vt noti iuris est sine dolo non committitur, *l. qui iurasse, post princ. ff. de iureiur. l. 3. §. 1. iuncta l. fin. ff. de crimin. stellionatus*, Boss. *in tit. de periurio, num. 5. versic. non est tamen quis periurus sine dolo.*

Quartò si Pulitangelus ante sententiam ex pretio rei venditæ, quod in manibus habebant moniales, obtulit se paratum extinguere censum de quo agitur, sequitur, quòd ex prætenso periurio nullum fuit factum præiudicium monialibus emtricibus, ideo pariter cessat periurij pœna ordinaria, secundùm glos. *in l. 2. in verb. vltorem, C. de reb. credit.* vbi etiam Cyn. *col. final. ad fin. versic. aut iurauit de futuro*, & Bart. *ante numer. 1. vers. 2.* quandoque periurium non vertitur in alterius detrimentum, & ibi Iacob. Butrig. *in princip. versic. alia est lectura, & infrà vers. item oppono quòd deierans puniatur*, & iterum *infrà in versic. aut deseruit deierando*, & ibi adden. ad eum *col. 1. vers. aut pars periurauit deliberatè.* vbi testatur de communi, reprobato Angelo contrarium volente. 14

Et ex præmissis euidenter colligitur etiam iniustam esse sententiam latam contra Pulitangelum ad restitutionem recepti pretij. tum quia si criminaliter ad pœnam non poterat condemnari, nec etiam in consequentiam condemnari poterat ad restitutionem pretij, Natt. *cons. 407. numero 14. lib. 2.* Bertazzol. *cons. 232. lib. 1.* Crescent. *decis. 5. tit. de iudic.* tum etiam quia cessante omni dolo, & periurio, cùm vt dixi moniales nullum passæ fuerint damnum, & Pulitangelus nullum consequutus fuerit lucrum, frustrà prætenditur rescissio venditionis ex eo quòd dolus dederit causam contractui, Rota coram Illustrissimo Pamphilio Romana nullitatis venditionis 6. Martij 1600. quæ in terminis decidit casum nostrum, vltra aliam decisionem coram Reuerendo Patre Domino Pænia Romana Cẽsus decima septima Aprilis del 95. quibus non obstent iura, Doctorum auctoritates, & decisiones ex aduerso allegatæ, quia expressè loquuntur quando dolus dedit causam contractui, & adest præiudicium emtoris, secus vbi nullum adest præiudicium, nullúsque dolus, vt in casu nostro. 15

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS SERAPHINI.

CAMERINEN. CASTRI ORBIS.

Veneris 24. Aprilis 1590.

FVit per Dominos vnanimiter conclusum Dominos de Nappis emtores non posse agere ad rescissionem contractus emtionis de qua agitur, ex pluribus. Nam cùm simus in contractu nominato, non est locus pœnitentiæ ob inobedientiam alterius partis, *l. inciuile*, vbi Bal. & Salyc. *in princ. C. de res vendic. l. non idcirco, in fine, C. de contrahen. emt.* Natt. *cons. 171. numero 1. lib. 1.* sed agendum est ad implementum, vel ad interesse, maximè quando contractus fuit perfectus per traditionem rei venditæ, Alex. *in l. cùm proponas la 2. numero 4. C. de pact.* quia vt re tradita emtor agere possit ad restitutionem pretij si venditor factum præcisè præstare non potest, sufficit adimplere per æquipollens, ita vt reddatur emtor securus, vt fuit decisum coram me diebus elapsis in vna Romana de Iustinis, & tunc fuerunt allegatæ aliæ decisiones, nempe in Anconitana bonorum coram Illustriss. meo Millino, & in Romana Palatij coram bon. me. D. Bubalo, Afflict. *decisi. 171.* Alex. *consi. 65. num. 5. libr. 5.* & fuit etiam dictum coram Reuerendo Patre Domino meo Pęnia in causa Romana Census 17. Aprilis 1598. 16

Nec

17 Nec obstat quòd fuerit in instrumento expressum bona ad venditorem spectare pleno iure, cùm tamen fuerit detectum esse subiecta fideicommisso, nec non adesse bona emphyteotica sub directo domino Ecclesiæ Camerinen. ideóque venditorem periurum fuisse in dolo, qui dedit causam contractui, ideóque annullat illum. *l. & eleganter. de dolo. & l. si quis maior, C. de transact.* vel saltem esse locum redhibitoriæ, cùm aliàs non fuissent emturi. *l. si is qui heres, §. & in potestate. de except. rei iud.* nam primò circa dolum dictum fuit videri abfuisse ab hoc contractu, cùm exhibitum fuerit testamentum Virgilij fideicommittentis, vnde emtores habuerunt notitiam fideicommissi, & ideo voluerunt sibi prospicere, & cauere per retentionem partis pretij conuenti in censum 6000. ducatorum, & emens scienter rem subiectam restitutioni, non potest vti hac exceptione, glos. *in l. si familia, C. famil. hercisc.* vbi Bald. *num. 7. &* cæteri, Alexand. *consil. 21. numero 6. & 7. libro 5.* Ruyn. *consilio 42. numero 19. libro 1.* cum simil. & vlteriùs promittit venditor, se non illaturum molestiam, neque inferenti consensurum, sed litem in se suscepturum, & omnia damna & expensas soluturum, adeò quòd plenè fuerit emtoribus cautum, maximè cùm super aliquo pretio competeret venditori ius detractionis.

ILLVSTRISSIMI CARDINALIS

PAMPHILII.

ROMANA NVLLITATIS VENDITIONIS.

Lunæ 6. Martij 1600.

18 FVit resolutum, contractum emtionis, de quo agitur, esse validum; quod enim dicitur dolum illi causam dedisse, ex quo terrenum subiectum directo domino, quarundam Ecclesiarum fuit venditum vti liberum ab omni censu, Canone, & responsione, non placuit Dominis. quia cùm in eodem instrumento venditor promiserit facere consentire omnem personam, & ante pretij receptionem liberauit omnem terrenum ab omnibus illis oneribus, apparet eum noluisse circumuenire, aut decipere emtorem, sed sub spe futuræ liberationis ita vendidisse, & sic cessat dolus dans causam contractui, qui tamen debet esse manifestus, vt notatur *in l. & eleganter, ff. de dolo, & in l. si quis maior. C. de transact.*

19 Neque est verum, quòd à principio venditio fuerit nulla, quia ipsa res aliena vẽdi potest, & cùm fuerit perfecta ab ea non receditur. *l. in causæ,* vbi Bald. & Salyc. *C. de rei vendic. l. non idcirco, in fine, C. de contrahen. emt.* neque succedit actio ad interesse, quia in hoc casu nullum adest stante derogatione fideicommissi licentia Papæ alienandi, & consensus Dominorum directorum ex quo emtor redditur ex omni parte securus, & ideo intrat tex. *in l. res bona fide, de contrah. emt.* quòd res bona fide vendita propter minimam causam inemta fieri non debet, & iis omnibus optimè applicatur decisio Illustrissimi Seraphini in causa Camerinen. castri orbis sub die 24. Aprilis 1598. quæ hanc causam decidere videtur, cum aliis decisionibus, quæ in ea allegantur.

REVERENDO PATRE DOMINO

PENIA.

ROMANA CENSVS.

17. Aprilis 1595.

20 CVm anno 1594. D. Cæsar de Cenciis imposuisset annuum censum scutorum 254. pro pretio scutorum 3300. super Casali Falconati ru. 300. excedenti valorem scutorum 2000. illúmque vendidisse D. Horatio Bartholomeo cum assertione, quòd casale prædictũ pleno iure ad se pertinebat, fuisséque liberum ab omni alio censu, canone & responsione, & quòd faceret consentire omnes personas ius habentes, aut quomodolibet habere prætendentes, & cùm D. Bartholomæus cognouisset casale fuisse multis aliis personis obligatum, conuenit D. Cæsarem coram Auditore Cameræ, petens illum cogi ad faciendum consentire D. Iustinianam vxorem suam, & filios, & alias personas habentes potiora iura super dicto casali, aliàs relaxari mandatum pro recuperãda summa principali, cùm verò Cæsar prædictus non fecisset consentire personas, Auditor Cameræ pro summa principali mandatum executiuum contra ipsum relaxasset, & D. Cæsar appellasset, proposito dubio in Rota, an prædictum mandatum esset exequendum, Domini negatiuè responderunt; nam cùm casale excederet valorẽ scutorum 3000. & omnes obligationes, & onera, quibus erat subiectum, non consumerent tot valoris partes vt non esset relictus locus prædicto censui, non erat deueniendum ad actum restitutionis sortis principalis, cùm D. Bartholomeus emtor census non pateretur aliquod damnũ, vt fuit decisum in Romana Palatii 7. Maij 1550. coram Aubalo, & in Auximana bonorum 7. Iunij 1595. coram Millino.

Non obstant clausulæ in instrumento vẽditionis appositæ, quas longo sermone ponderabant informantes pro Bartholomeo, quia omnes restringuntur ad interesse reale ipsius emtoris census, Bald. *in l. ex his prædiis, vers. quarto, C. de emti.* ergo ex deductis pro parte Bartholomei emtoris census, cum nondum constaret prædictum casale fuisse tot obligationibus obnoxium, & hypothecis grauatum, vt huius census impositio sustineri non possit, non erat executioni locus. 21

Minúsque obstabat obligatio, seu promissio de faciendo consentire omnem personam, iuxta gloss. *in dicta l. ex his prædiis,* Bald. *numero 1. C. de emti.* quia idem Bald. *numer. 4.* respondit hoc procedere dummodo emtoris intersit, vnde cùm ex prædictis constaret nullum versari damnum Bartholomei, cessat obiectio. 22

Postremò non obstat quòd Cæsar asseruerit casale esse liberum, & tamen repertum fuit aliis obligatum, & consequẽter exceptio periurij, *l. si quis maior, C. de transact.* quia responderunt hoc procedere, quando promissio esset dolosa, & alteri præiudicialis, Cassador. *decisione 2. n. 7. de iureiurand.* & consequenter cessat decisio in causa Romana census coram Reuerendo Patre domino Decano 15. Martij 1592. 23

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis, quòd duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam, non habet locũ in causis criminalibus, nec sententiæ dicuntur conformes, quarum vna continet maiorem summam, quàm altera, & de citatione ad sententiam, quòd debeat esse personalis, ac etiam reproduci in die in citatione expresso.

SVMMARIVM.

Appellare cuique licet secunda vice, n. 1.
Statutum Vrbis, quòd duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam, non habet locum in causis criminalibus, n. 2. & per totum.
Sententiæ non dicuntur conformes quando vna sententia continet maiorem summam, quàm alia, numero 3.
Citatio ad sententiam debet esse personalis, n. 4.
Citatio ad certum diem illo die lapso, si fuit reproducta, citatum non afficit, n. 5.

Causarum appellatione, an veniant causæ ciuiles tantummodo, an vero criminales, n. 7. & n. 31. & n. 41. & seqq. & n. 44 & n. 49.

Vniuersale verbum nihil intactum relinquit, n. 8.

Vniuersalis negatiua omnem actum & casum excludit, n 8. & 9. & n. 23. declara, vt n. 36.

Statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, nõ tamen odiosum est, sed fauorabile, quia per illud lites abbreuiantur, n. 11. contrà, n. 29. & n. 37. & n. 46.

Rubrica quando magis attendenda sit quàm nigrum, num. 14.

Extensio nõ dicitur fieri ad ea, quæ ex proprietate verborum continentur, n 15. & 21.

Extensio de casu ad casum fit etiam in materia restringibili ex maioritate rationis, n. 16. & n. 22. Vbi idem quando est eadem ratio.

Fiscus non dicitur ciuis, nec incola, nec est corpus animatum, numero 17. & num. 33. & num. 39. & n. 50. & seq

Statutum, an, & quando comprehendat Vniuersitatem, Capitulum, vel Collegium, num. 18. & num. 39. & num. 52. & seq.

Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet, numero 19.

Statutum vbi nõ distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 29.

Omnino, dictia omnem casum comprehendit, n. 24.

Fiscus non ligatur in statutis factis pro subditis, n. 33. & 34.

Obseruantia subsequuta est legitima interpres statutorum, num 35.

Vniuersalia verba semper sunt intelligenda vt minus corrigant ius commune quàm sit possibile, num. 36. & num. 45.

Delegatus ad omnes causas, an intelligatur etiam delegatus ad causas criminales, n. 41. & seq.

Procurator constitutus ad omnes causas, & lites, an cēseatur etiam constitutus ad omnes causas, & lites criminales, num. 41. & seqq & n. 48.

Procurator pro absente contumace citato nõ potest comparere nisi habeat speciale mandatum, etiam in casu in quo procurator pro absente admittitur, n. 43.

Vniuersalia verba siue affirmatiua, siue negatiua, non comprehendunt causas, casus, seu personas, in quibus est diuersa ratio, n. 47.

CONSILIVM CLXXVII.

1 NON videtur deneganda DD. Octauio Mandosio, & Nicolan Farfaræ commissio causæ appellationis à sententia contra ipsos lata ad fisci fauorem, quia de iure vnicuique secundo appellare licet. *l. vnica, C. ne lic. in vna & ead. caus. tertiò prouocar.*

2 Nec obstat res iudicata, quam fiscus prætendit vigore statuti Vrbis *cap. 178. lib. 1.* propter duas conformes: nam quòd statutum prædictum non habeat locum ad fisci fauorem in causis criminalibus, de quibus nullam prorsus facit mentionem, videatur in terminis Surd. *cons. 163. lib. 2. per tot.* vbi pluribus rationibus, quas hîc repetere superfluum duxi, hanc probat sententiam, & eam etiam sequutus fui *in meo cons. 70. num. 13.* & pro veritate affirmo quòd dum per quinquennium fisci partes sustinui numquam potui ex præallegato statuto obtinere.

3 Respondetur secundò non esse verum, quòd fiscus habeat duas conformes, cùm in prima instantia fuerint prædicti DD. Octauius, & Nicolaus condemnati in scutis 10000. in secunda autem in scutis 5000. & licèt regula sit, quòd in maiori summa insit minor, & sic videtur posse dici quòd istæ sententiæ sint conformes in scutis 5000. veritas tamen est, quòd quando capita sententiæ non sunt diuersa, & ambæ sententiæ in eodem capite continent diuersas summas, tunc non dicuntur conformes, & appellatio suspēdit iurisdictionem quoad totam summam, ex allegatis per Gabriel. omnino viden. *consil. 56. num. 4. & seqq. lib. 1.* qui loquitur in terminis huius statuti, & ampliat etiam quòd actor acquiescere velit sententiæ continenti minorem summam.

Respondetur tertiò, quòd hæc vltima sententia non meretur nomen sententiæ cùm sit nulla ex defectu citationis duplici modo. Primò, quia citatio ad sententiam fuit facta domi dimissa copia, & non personaliter, nulla præcedente diligentia de personaliter reperiendo, Vant. *de nullit. ex defect. citat. &c. num. 87. & num. 90. & seqq.* Rota coram R. P. D. Lita Romana prætensarum mercium 30. Maij del 97. & coram eodem Perusina, seu Spoletana pecuniaria 19. Octobris del 98. 4

Secundò, quia commissio ad fisci instantiam signata, & cuius vigore idem fiscus egit, habet clausulam, & formam procedendi, scilicet singulis diebus, & horis, & tamen citatio ad sentētiam exequuta die Mercurij ad primam diem, quæ cadebat pro die Iouis sequenti, fuit ab ipso fisco reproducta die Veneris, ideo citatio nulla, Bart. *in l. aut qui aliter, in principio, ff. quod vi aut clam.* Innoc. Abb. & alij *in cap. consuluit, de offic. deleg.* Felyn. *in cap. 1. num. 34. de iudic.* Alex. *consil. 213. num 8. libr. 2.* quare nihil video superesse, quòd iure impedire possit commissionem causæ appellationis & nullitatis de qua agitur contra fiscum. 5

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa allegationes fisci.

IN signatura iustitiæ mox reiecta fuit commissio, in qua petebam committi aliquibus ex iudicibus ordinariis, quòd constito de re iudicata in caussa lacerationis instrumentorum Archiuij Apostolici, in qua obtinui contra dominos Farfarum, & Mandosium duas sententias conformes, quæ ex statuto Vrbis inter Romanos & incolas faciunt rem iudicatam, quod maximum parit præiudicium fisco Cameræ Apostolicæ, qui non solùm obtinuit ex eadem signatura, cognitionem eiusmodi rei iudicatæ commiti, sed etiam per Senatorem cui commissa fuit causa, ita iudicatum extitit, & exequutum. Et quod magis est certissimum videtur dictum statutum habere locum etiam in causis criminalibus, ex infrascriptis. 6

Primò, quia sub verbo causæ simpliciter à lege prolato venit pariformiter causa criminalis, & ciuilis. ad text. *in cap. 1. iuncta glos. de re iudic.* vbi hoc idem tenet Zabar. *num. 4.* & Imol. *num. 5.* & de communi Couar. *var. resol. cap. 25. num. 2.* 7

Secundò, quia dictum statutum nedum prohibet secundò prouocari in causa, sed addit verbum vniuersale, in nulla, quod nihil relinquit intactum. *l. hoc genus, C. de condit. & demonstr.* 8

Tertiò, quia statuentes post dicta verba in nulla causa geminarunt illa verba pariter vniuersalia negatiua, nullóve casu, ex quibus dignoscitur, omnem causarum distinctionem, aut interpretationem remouere voluerunt. *l. si filius familias, §. si post, ff. solut. matr.* Alexand. *consil. 13. libr. 2. num. 3. & consil. 118 libr. 5. numer. 4.* & dicuntur voluisse comprehendere quodcumque genus causarum, quæ excogitari possunt. *l. cum virum, C. de fideicom.* Decian. *consilio 11. libr. 3. numer. 11.* & in specie de his verbis d. statuti Rota coram R. P. D. Marcomonio in vna Romana separationis Tori 2. Decembris 1605. *in versicul. sic igitur.* 9

Quartò, quia dictum statutum voluerunt statuentes locum 10

locum habere in omnibus curiis Vrbis, vnde apertè datur intelligi, quòd considerarunt qualitates omnium causarum in eis vertentium, & in omnibus illis seruari statutum voluerunt, vt Rota perpendit *in d.decisione*; & ideo cùm in curiis A.C.Gubernatoris, & Vicarij agantur causæ criminales, quinimo in eis frequentius, quàm in aliis curiis illæ tractentur, vt est notissimum, inde sequitur quòd de illis ud[illegible] statuentes proculdubio cogitaruur.

11 Quintò, quia statutum, quòd non liceat secundò prouocare, quamuis sit correctorium iuris communis, non tamen est odiosum, sed fauorabile ad abbreuiandum litium anfractum. *c.fin.de dolo, & contumac.* Dec.*cons.* 385. *in fin.* Gabi. *de execut.rei iudic.concl.1.num.*37. & Rota *in decisione præcitata.* Quo stante non est restringendũ, sed omnino extendendum, & statuentes multo magis voluisse dictum statutum comprehendere causas criminales ad retrahendum homines à delinquendo, præsertim quòd antea, & ad hunc eundem finem Pius IV. & Pius V. respectiuè eorum appellationes restrinxerunt, iubentes instantiam appellatioois spatio sex mẽsium finiri, reósque contumaces aut confessos, nequaquam condemnatos autem in pœna pecuniaria non nisi facto deposito, vel data cautione appellare posse.

12 Non obstat modò dictum statutum tanquam situatum in libro primo causarum ciuilium, non esse extendendum ad causas criminales, iuxta consil.Surd.163.*lib.* 2.*num.*11.*&* 13. ac Farinac.*cons.*70. *num.* 13. Respondeo etenim primò, quòd dictus liber primus non est intitulatus liber causarum ciuilium, vt supponunt Doctores ex aduerso citati.

13 Secundò dicitur oon esse verum in eo libro agi solùm de causis ciuilibus: nam *in cap.* 2. loquitur de pœnis hæreticorum, *in cap.*8. *& cap.*166. de iurisd.iud.malef. *in cap.* 118. de inquisit.& pœna redemtarum litium, *in c.*153. de contract.illicit.& pœn.fisc.applican. *& in c.*163. de pœn. treug.& pacis fractæ.

14 Tertiò respondeo, quòd situatio esset fortè attendenda sicut rubrica, quando in nigro aliud non disponitur, vt ex nigro huius statuti, cuius verba vniuersalia negatiua, & geminata comprehendunt causas criminales, ex superiùs allegatis, quibus addo Corn.*cons.*108.*lib.* 3.*n.*6. & Menoch.*cons.*468.*lib.*5.*n.*48.*& seq.*

15 Non obstat in causis criminalibus agi de maiori præiudicio, & ideo non est admittenda extensio statuti ad eas, vt arguit Sur.*in d.cons.* 163. *n.* 20. *& seq.* siquidem respondetur, quòd statutum non extenditur, cùm attenta qualitate suorum verborum, comprehendat causas criminales, Roland.*consi.*54.*lib.*3.*num.*39. Dec.*consi.*53. *num.* 4. & Aym.*consi.*254.*sub num.*2.

16 Vltra quod maior ratio militat vt abbreuietur materia appellationis in causis criminalibus pro bono publico, vt iam dixi, quo casu etiam extensio admittitur in materia etiam restringibili, & odiosa, Glosa, & Canonistæ *in cap. contra Christianos, de hæreticis in* 6. Grat.*consi.*52.*libr.* 2. *numero* 28. Aym.*cons.*277.*num.*12.

17 Et minus obstat, quòd statutum prohibens secundò prouocare sit exorbitans à iure communi, quoniam, vt superiùs dixi, cùm respiciat bonum publicum, fauorabile reputatur, & non odiosum, & tandem oon refragatur, quòd etsi statutum comprehenderet causas criminales, non tamen comprehenderet eas, in quibus solus fiscus interuenit, cùm ipse non possit dici ciuis, vel incola, vt loquitur ipsum statutum, eo quòd, teste Baldo *in consil.* 363. *libr.* 1. *num.* 2. fiscus non habebat corpus animatum, sicut ciuis, & incola; respondeo etenim quòd in proposito nostro non est considerandus fiscus, prout Camera ab eo repræsentatur, sed considerandus est vt officialis d. Cameræ, vt scribit Dec.*in cons.*404. *numero* ...

18 Camera autẽ à fisco repræsentata dicitur ciuis in Vrbe vbi residet, & ab eius officialibus repræsentatur, vnde fit quòd causæ crimioales, quæ aguntur cum fisco, dicuntur agi cum Camera, quæ propterea gaudet beneficio dicti statuti, egregiè Bart. *in l.* 1. *C. ad municip.*

lib. 12. *numero* 12. loquens de capitulo vel collegio, & Bald. *in authen. sed cùm testator, C. ad l.falcid.num.*5.*&* 6. & ideo Rota censuit, quòd dictum statutum locum haber etiam in causis collegij, vel communitatis quæ per officialem repræsentantur, vt videre est in decisione Seraphini in vna Romana, seu Nepesina census 19. Martij 1599. & in alia Littæ vna Romana reseruationis de incoronatis 12. Martij 1606. Er ex bis dilucidè dignoscitur dictum statutum comprehendere causas criminales, & ita iudicandum foro, prout sic quoque hactenus iudicatum fuit, & consequeoter absque dubio non esse denegandam commissionem, pro qua instatur.

Aliæ allegationes fisci in eadem causa.

STatutum Vrbis *cap.* 178. *lib.* 1. mandans, quòd in nulla causa liceat secundò prouocare, tanquam generale comprehendit tam ciuiles, quàm criminales causas, ex illa communi regula, quòd statutum generaliter disponens, generaliter debet intelligi. ad *l. de pretio,* vbi Bald. *ff. de public.* Bart. Ias. & alij *in l. quamuis, de in ius vocan.* Ias. *in l. non dubium, num.* 38. vbi etiam Bald. *C. de legib.* Decian. *consil.* 17. *numero* 11. *lib.* 1. Crauett. *consi.* 308. *num.* 3. 19

Et ratio est, quia vbi statutum noo distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. si verò, §. de viro ff. soluto matrimon. l. si seruum, §. Prætor ait. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. omnes populi, prope finem, C. de iust. & iur.* Cephal. *cons.* 561. *numero* 5. *vol.* 4. Rota *decis.* 330. *nume.* 04. *part.* 2. *diuersor.* vbi quòd statutum Bononiense generale, prohibens appellationem, sic intelligendum tam de deuolutiua, quàm de suspensiua, Grat. *consilio* 1603. *num.* 8. *vol.* 3. 20

Quod adeò verum est etiamsi essemus in materia odiosa, Decian. *dict. cons.* 17. *num.* 16. *lib.* 1 Angel. *in l. final. col. vltima, vers. tertiò quæritur ff. de constit. pecun.* Quia materia odiosa non propterea excluderet interpretationem, quæ insurgit ex proprietate & natura generalis sermonis, vt est tex. *in l. cum lege,* vbi Aretin. *ff. de testam.* Calder. *in cons.* 1. *in princ. de consang. & affin.* 21

Maximè, quando est eadem ratio: prout est in casu isto, Bart. *in l. si pluribus. ff. de legat.* 2. Decian. *d. cons.* 17. *num.* 16. *vol.* 1. Calderin. *cons.* 1. *in princ. vt lit. pend.* & non potest dubitari de potestate statuentium, Roman. *cons.* 108. *idem in proposito, ad finem, & cons.* 393. *colum.* 2. *vers.* 1. Castren. *consil.* 294. *colum.* 1. *versic. sed hic, lib.* 2. Dec. *consil.* 504. *num.* 4. 22

Quinimo cùm statutum prædictum vtatur verbo negatiuo, ibi, *in nulla causa, &c.* non potest restringi, aut limitari ad causas ciuiles tantùm sine euidentissima violentia proprietatis verborum, vt in puncto de d. dictione, seu verbo, *nullus,* tradit Crauetta *cons.* 294. *num.* 6. vbi quòd etiamsi versaremur in materia stricta, & odiosa, non est ab ipsa proprietate recedendum, Ruyn. *cons.* 47. *num.* 3. *lib.* 3. qui voluit hoc eo maximè procedere quando constat, quòd statutum, prout est istud, venit ad correctionem iuris communis, tunc enim, si generaliter loquitur, generaliter quoque debet intelligi. 23

Præterea statutum comprehendit sine difficultate, causas tam ciuiles, quàm criminales, propter aliam dictionem, *omnino*, de quo in eo, cuius natura est omnem casum comprehendere, Dyn. *in l. Græci. §. illud. ff. de fideiussor.* Bar. *in l. si cum exceptione. §. quatenus, num.* 1. *ff. quod met. caus.* 24

Quibus non videntur refragari nonnulla in similibus ferè terminis adducta per Surd. *cons.* 133. *per tot.* quia quicquid sit de illius veritate, termini, quibus loquitur, sunt multum dispares, Surd. enim loquitur in statuto diuiso in duo volumina, quorum alterum ciuilia continebat, in altero criminalia explicabantur, habebàtque vnumquodque volumen distinctam rubricam, nempe primum decreta ciuilia, secundum verò nempe decreta super criminalibus, quod secus euenit in 25

fisco allegatis, præcipuè quia lex non tantùm fauet cognitioni super delictis, quod intendat tollere appellationem, ex quo immo aliquando, prout quando exequutio est irretractabilis, permittit, nedum secundò, sed etiam tertiò appellare contra titulum, *ne liceat tertiò. &c.* vt post Angel. Aret. *in tract. de malefi. in verb. fama publica, in col. 9.* & Anch. & alios, aduertit Foller. *in sua prax. crim. in 4. part. in verbo, debitis pœnis, num. 73. & 74.*

38 Non releuat, quod fuerit dictum hoc statutum esse trahendum ad criminalia, quamuis sit situatum in libro primo in quo agitur de ciuilibus, ex quo etiam in aliquibus ex statutis dict. libri primi agitur de causis criminalibus, quia ex eo quòd in dictis statutis incidenter aliquando statuentes loquantur de criminalibus, non ob id tollitur argumentum, quod fieri potest ex distinctione librorum tractantium de materiis ciuilibus à criminalibus, quoniam ea, quæ incidenter tractantur non alterant, nec tollunt ea, quæ principaliter sunt in mente disponentis, ad scripta per Boss. *in tit. de for. competen. num. 117. & seqq.* Surd. *cons. 42. num. 18. & 19.* & per Farinac. *q. 1. num. 63.*

39 Non obstat quoque quòd fiscus vti officialis Cameræ dicatur ciuis, ex doctrina Bart. *in l. 1. num. 12. ff. ad municip. de incolis* loquentis de Capitulo, quia non est tamen propriè ciuis, sed fictè, ita vt in statuto minimè comprehendi possit. Roman. *in dicto consil. 400. num. 7.* cum quo transit Calcan. *cons. 1. num. 1. in prin.* & alij quos allegat Mandos. ad Roman. *in d. cons. 400. sub litera C.* Et ideo allegata in contrarium non refragantur, prout non obstant decisiones Seraphini, & Littæ, quæ dixerunt in huiusmodi statuto comprehēdi etiam Collegia, & Monasteria, quia non loquuntur de fisco, nec sunt attendendæ, quoniam, vt superius dictum fuit, ex allegatis per Pereg. *de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 38.* & per Lamberteng. *ad finem sui tract. num. 94. & seqq.* Fiscus tanquam Principem repræsentans, *ad l. filius cùm in priuati. ff. de iure fisci*, sicuti ille non ligatur dictis statutis, ita æquum est, quòd nec possit se de eis valere aduersùs particulares, ad totum titulum, *quod quisque iuris, &c.* Quare, &c.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

40 PRopositum dubium, numquid scilicet statutum Vrbis *lib. 1. cap. 178.* mandans in nulla causa, secundò prouocare licere, locum habeat in causis criminalib. negatiuè ex infrascriptis tribus fundamentis resoluendum censui.

41 Primò, quia causarum appellatione in generali mandato, seu delegatione criminalis causa non venit, nisi de ea specialis mentio facta sit. *l. non solùm. §. fin. in verbo nominatim. ff. de procur. & in Clement. non potest, eodem tit.* Specul. *in tit. de procur. §. 1. num. 12. versic. licet ergo.* Ang. *in l. si quis iniquum. § si procurator. num. 2.* & ibi etiam Bald. *num. 1.* & Alex. *num. 7. ff. quod quisque iuris.* Rota coram Mantica Romana rescissionis laudi 2. Decembris 1587. in fine principij.

42 Et propterea quando lex voluit sub nomine causarum criminales comprehendere, eas specialiter expressit, vt *in l. cum clericis, in fine principij. C. de Episcopis, & Cleric.* in illis verbis, *& ciuilibus negotiis debet innectere, & in l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud.* in illis verbis, *His verò, qui suam causam, siue criminalem, siue ciuilem.*

43 Et hinc est, quòd procurator generalis ad omnes causas, non potest pro contumace absente criminaliter citato comparere, etiam in casu, in quo de iure admittitur ad illum defendendum, nisi speciale habeat mandatum ad comparendum etiam in causis criminalibus. Alberic. *in l. seruum quoque, § publicè, n. 25. in fine, versic. In his tamen,* & ibi etiam Angel. *post n. 6. versi. attende tamen, ff. de procurat.* idem Alberic. *in l. penult. § ad crimen, numer. 26. in fine, ff. de public. iudic.* Bald. *in l. reos, numero 3. C. de accusat.*

44 Et huic primo fundamento non obstat, quòd in vna informatione ex aduerso data dicatur sub verbo *causa*, simpliciter à lege prolato venire pariformiter causas criminales, & ciuiles. ad text. *in cap. primo*, iuncta glosa, & ibi Zabar. *num. 4.* & Imol. *num. 5. de re iudic.* Couar. *oar. resol. cap. 25. num. 2.* laboraui enim in perquirendo, & textum, & glosam, & Doctores in locis præallegatis, & tale quid dicentes, aut tractantes inuenire nesciui, forsan culpa rescribentis allegationes prædictas; vltra quod in verbis à lege prolatis strictior semper facienda est interpretatio, quàm in prolatis ab homine. Curt. Iun. *cons. primo, num. 3.* cum allegatis per eum, & per Osasch. *decis. Pedem. 167. num. 5.*

45 Secundò, & tunc respondeo omnibus ex aduerso allegatis, & ponderatis super verbis vniuersalibus in statuto positis, videlicet *omnino in nulla causa*; verissima est iuris conclusio, quòd licèt, prout in duabus fiscj informationibus ex aduerso deducitur, generalia, seu vniuersalia verba, tam affirmatiuè, quàm negatiuè prolata, regulariter, sic generaliter, & vniuersaliter intelligenda sint, nec restringenda; hæc tamen regula declaratur inprimis, vt non procedat quando sumus in correctoriis, in quibus verba statuti, quantumuis vniuersalia restringuntur, vt minùs corrigant ius commune, quàm sit possibile, ex plenè allegatis per Osasch. *d. decis. Pedem. 167. num. 4.* vbi loquitur quando statutum vtitur verbis *omni casu, & num. 9. ante finem, & num. 7.* vbi ampliat etiam verba impropriando, *& num. 13. in fine, & num. 15.*

46 Quòd autem hoc statutum sit nedum correctorium iuris communis, sed etiam odiosum, quicquid ex aduerso fiscus in contrarium argumentetur ex eo, quòd imponat finem litibus expressè scripserunt Socin. *consil. 39. num. 6. & num. 8. lib. 4.* Dec. *consil. 49. num. 1.* Et in his terminis Surd. *consil. 163. num. 21. versi. quintò decretum, & seqq.*

47 Præterea eadem regula, quòd scilicet vniuersalia verba, omnes casus, & causas comprehendat, non procedit, quando inter vnum, & alium casum, seu causam adest diuersa ratio. Idem Osasch. *dict. decis. Pedemont. 167. numero 2. versicul. item ad casus solùm eandem rationem habentes.* Bertazol. *consil. 76. n. 22.* cum allegatis per eos.

48 Et quòd in casu de quo agitur adsit diuersa ratio inter causas ciuiles, & criminales, non credo posse dubitari, cùm in criminalibus agatur de maiori præiudicio, ex quo de vita hominis & infamia agatur, quàm in ciuilibus, in quibus de pecuniario tantummodo commodo tractatur, & propterea, & magis in specie, quòd in mandato generali ad omnes causas non veniant causæ criminales; probat text. *in dict. Clem. non potest. de procur.* vbi loquitur, quando in mandato adest clausula, *& generaliter ad omnia alia, quæ speciale mandatum exigunt.* Specul. vbi suprà *tit. de procur. §. 1. numero 12. versi. licèt ergo*, vbi dixit, quòd licèt constituatur procurator generaliter ad omnes causas, tamen de ciuilibus tantùm intelligitur.

49 Ad idem adduco constitutionem Sixti Quinti in erectione Notariorum Capitolij, in qua dictis Notariis conceditur per verba generalia, & vniuersalia priuilegium. *Vt in omnibus causis tam ratione suorum officiorum, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque contra eos, & eorum familiar, quomodolibet pro tempore mouendis alibi quàm in Curia Capitolina, quouis prætextu, vel causa euocari, seu trahi non possint*; Et nihilominus istam constitutionem non comprehendere causas criminales, in diésque Capitolinos Notarios fuisse carceratos, tam in curia Gubernatoris Vrbis, quàm Auditoris Cameræ, omnibus in foro versantibus satis notum est, & ego pro veritate testari possum.

50 Tertiò, & vltimò, quòd statutum, de quo agitur, non comprehendat fiscum, pondero illa verba restrictiua post vniuersalia posita in statuto, videlicet, *Inter ciues, incolas, & districtuales*, & sic loquitur de hominibus,

firmetur in genere, & quòd translatum sit dominium: nam genus perire non potest, & res perit domino. *d.l.incendium, C.si cert.pet.* cessat quoque animus lucri faciendi, vel celandi pecunias, quia reus diues est, nec indiget bonis alienis, prout arguit Marsil. *cons.40.num.14.versic.fin.* omniáque publicè, & palàm fecit, non in abscondito, Boss. *tit.de furt.num.3.*

4 Et quamuis nonnulli teneant contrarium in casu traditionis pecuniarum alij consignandarum, debent intelligi, prout suprà in casibus consignationum in specie, & cum ordine specifico, easdem pecunias præcisè soluendi, quòd onus incumbit dicenti, vt in puncto Crauetta *d. cons. 244. col.penul.* sed præsumtio in casu nostro manet pro reo diuite & optimæ qualitatis, in quem multo fortius translatum censetur dominium, cùm non interesset aduersarij magis in specie, quàm in genere fieri consignationem, vel vt securior hoc vltimo casu reddebatur ratione de qua suprà, Crauetta *vbi suprà cons. 44.* & rursus contraria opinio tunc demum posset habere locum, quando fuisset locus effectuationis ordinis dati, atque solutio scutorum 500. transmissorum non poterat fieri Caselio domino fundi propter alienationem illius factam interim alteri; ergo ex diuersis non tenet illatio. *l.Papinianus, ff.de minor.*

5 Quæ fortiora redduntur: nam furtum non committitur per contrectationem, quando contrectans iustè & rationabiliter credidit dominum permissurum; tunc enim non potest dici fraudolosa contrectatio. Bonifac. de Vital. *rubr.de furt.robar.&c.§.furtum, num.5.* per textum clarum *in §.placuit, Instit.de obligat.quæ ex delict.* quia vt ibi sine effectu non intrat furtum, Gandin. *in rubr.de fur. & l.uron.num.1.* Gomes. ex communi *tract.de delict.rubr.suprà fur.num.1.* Bursat. *consil.332.num.15.libr.3.*

6 Et quamuis positum videatur in arbitrio iudicis, quæ sit iusta credulitas permissionis domini rei seu pecuniarum, id tamen iudex arbitrari debet, vel ex coniectione sanguinis, vel ex magna amicitia, aut ex alia verisimili coniectura. Menoch. *de arbitr.iud.cas. 298.num. 3.* Marsil. vbi suprà, *num.15.* sicut de maxima amicitia, familiaritate, & intelligentia inter eum, & querelantem non dubitatur, & fortiùs potuit credere dictus Valerius, id permissurum esse dictum aduersarium stante impossibilitate consignationis, & effectuationis ordinis ob relatam venditionem alteri factam interim à Caselio.

7 Sed & præsertim licitum est debitori ex consuetudine generali totius orbis vnam monetam pro alia soluere, Bart. & omnes *in l.cùm quid, ff.si cert.petat.* Boër. *decisio. 327.num.3.* Couar. *de collat.vet.num.75.in cap.7.§. vnic.numer.1.* qua ratione in puncto vtitur Bursat. *consi. 325. num. 14. libro 3.* ad exculpationem imputati de simili contrectatione.

8 Et maximè quoniam accipiens rem etiam absque voluntate domini animo illam eidem restituendi non committit furtum. *l.falsus, §.qui alienum, versi.sed redditurus, ff.de furt.* vbi Bar. Angel. & alij quos refert, ac sequitur, Marsil. *d. consi.num. 14.* nec enim conuersio in vsum proprium potest dici prohibita citra damnum domini. Bursat. vbi suprà, *numer. 16.* Bertazzol. sequens consilium Marsilij vbi suprà *consil.129.num.12.libr.1.viden.*

9 Nec valet dicere quòd fuerit dictus Valerius in dolo, sine quo non committitur furtum, Bonacoss. *cons. 124. numer.15.tract.commun.opin crimin.par. 2.in verbo, furtum,* non committitur vtendo pecuniis alibi destinatis pro seipso, quia primò respondetur, quòd translato dominio in sorbolum propter numerationem rei propriæ, non datur furtum. Secundò contrectationem licitam fuisse, cùm ex amicitia intrinseca potuerit verisimiliter credere, dictum aduersarium permissurum esse citra vllum eius damnum, Gomes. ex communi vbi suprà, siue verè, siue falsò putauerit, *l.inter omnes, §.rectè, ff.de furt.* stante maximè impossibilitate effectuandi ordinem propter factam alienationem, & quia fuit animo restituendi, quòd arguitur ex qualitate personæ bonæ conditionis, & famæ diuitis, & quæ iam per literas confessa fuerat receptionem pecuniarum, & concluditur ex spontanea comparitione statim quòd vocatus fuit, ac ex deposito restituto, de quo in actis; præcedentibus enim ac sequentibus mens declaratur, iurib. vulgar. tenuit Burs. *cons.325.num. 86. vsque ad 90. & 332. num. 16.* in terminis propriis Bertazzol. *cons. criminal. 90. numero 2. lib. 1.* vbi quòd aliud iudex arbitrari nequit.

Tertiò dico, quòd si etiam causæ, & rationes allegatæ, aliqua ex parte non subsisterent, prout tam inconcutibiles esse videntur pro excusatione à dolo, & à crimine furti, quælibet causa, vel ratio iusta, vel iniusta sufficit, vt notabiliter tradit Boss. *tit. de defens. reor. num. 71.* prosequitur Bursat. *d.consil.325.num.74.* vbi de communi, ex Crauet. Pinel. & Plot. prout hîc non desunt multæ probabiles, & verisimiles. Quare, &c. 10

Hieronymus Guazzimanus I. C. Rauennaten.

Aliud responsum in eadem causa.

SI, vt in facto mihi præsupponitur, Iulius Cæsar transmisit Valerio scuta quingenta, vt illa eius nomine pro pretio fundi solueret Alphonso venditori, & non solùm non soluerit, sed & in proprium vsum conuerterit, emendo pro se quendam censum, vtique facile crederem ipsum criminaliter teneri, & furti actione conueniri posse, non obstantibus subtiliter deductis ab Excellentiss. D. Guazzimanno; firmissima enim est iuris conclusio nedum mandati sed & furti actione teneri eum, qui alienas pecunias accipit, vt alteri deferat, vel in aliquam causam deroget, ipséque in suum proprium conuertat vsum, prout est tex. *in l.si mandauero la 2. §.si tibi centum, ff. mandati.* vbi ad literam dicitur, *Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares, túque non dederis, & consumseris, & mandati, & furti teneri te Proculus ait.* Ad idem est tex. *in l.si itemi, C. de furt. & in l.si quis vxori, §. Iulianus, ff. eodem,* & in dictis iuribus glos. & communiter Doctores omnes. Et propterea aliàs laqueo Bononiæ fuisse suspensum quendam famulum, cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri deferret, & ipse eam in proprios vsus conuerterat, testatur Imol. *in l. si tibi dederim, ff. de donat. & in l.Cassius, ff.de solut.* quem refert Igneus *in l.1. in princip.num.91. & seq.ff.ad Syllan.* & ibi etiam subdit, ita pluries apud eum fuisse iudicatū, Imolámque & Igneum sic dicentes refert Clar. *in § furtum, num. 23. versic. posset etiam allegari*, & ibi in addit. Hieron. Giacca. litera L. Petr. Gregor. syntagma iuris, *lib.37. cap. 12. rub. de furt. domestic.num.5.ad finem.* Petr. Cabal. *resolut.crim. cas.99.n. 47.in fi.& cas.136.num.18.19.& 20.* 11

Nec præmissis obstet dum primò dicitur, hîc non cadere furti actionem, ex quo cùm per transmissionem pecuniæ ad numerum in recipientem fuerit translatum dominium, hoc ideo non rei alienæ, sed rei suæ subsequitur contrectatio per accipientem, & consequenter furtum non committitur, præsertim quando accipiens est persona diues, quo caso non videtur tradens pecuniam curare an illam reddat in genere, vel in specie. ad tradita per Paul. de Castr. Aymon. & alios plures ex aduerso allegatos. 12

Hæc enim declaratio, etsi à plerisque teneatur, est tamen contra tex. expressum *in d. §. si tibi centum*, cuius verba suprà retuli, ponderando illam dictionem *centum*, quæ pecuniæ numerationem denotat, & tamen eo etiam casu furtum committi, expressè statuit ibi Iurisconsultus, vt bene aduertit Cass. viden. *in consuetud. Burgun. tit.des iustices, rubr. 1. §.5. in princ.* in Glosa *si aucun, num. 6. fol. mihi 39.* & propterea etiam in casu numeratæ pecuniæ, præmissam conclusionem in specie amplexi sunt Foller. *in pract.crim. in fragmentis, rubric. de furt.numero 127.fol.mihi 410.* Bonacoss. *in quæst. crimin. in verbo furtum, post med.* item si pecunia tradita fuit Cardin. Tusch. *pract. conclusi. in verbo furtum, conclusi. 555. numero 7.* vbi & ipse in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur. Et sic etiam in casu numeratæ pecuniæ, non obstantibus contrarium 13

tenentibus non esse à præmissa conclusione recedendum verius credo, non solùm quia pro ea est textus expressus, cui contrarium tenentes non respondent, sed etiã quia magis seruata, vt ex præallegatis.

14 Sed quatenus declarationi prædictæ stare velimus (prout ex præmissis standum non esse apparet) adhuc eadem declaratio non procedit, quando prout in casu nostro, quis alteri pecunias transmiserit vt illas alteri solueret, iure enim recipiens, & non soluens etiam quòd sit diues actione furti conueniri potest, fuit distinctio eiusdem Imolæ *in d. l. Cassius. num. 2 versiculo potest dici, ff. de solut.* & aduertit idem Aym. ex aduerso allegatus *in consil. 244. num. 8. post med. versic. quod ipsum tamen adhuc intelligerem.*

15 Verùm id quod in proposita mihi facti specie omnem tollit difficultatem, est quòd Iulius Cæsar transmisit scuta quingẽta Valerio, non spõte, prout loquitur, & præsupponunt omnes Doctores suprà ex aduerso allegari, sed ductus falsis assertionibus eiusdem Valerij sibi scribentis, quòd fundi venditio iam conclusa & terminata erat, & quòd propterea dicta scuta quingenta transmitteret: ex quo erat necesse illa manualiter exbursare in confectione instrumenti, & tamen Valerius statim recepta pecunia, illam ad propriam vtilitatem conuertit, conuersionemque per plures dies tacuit vsquequo inde post duos menses alteri fundo vendito fuit eius dolus planè detectus, non fuisse videlicet verum quòd ipse cum Alphonso venditore venditionem huiusmodi prout scribebat nomine Iulij Cæsaris terminauerit, & concluserit. Hinc propterea intrat dolus ex falsa assertione, & persuasione non solùm præsumptus. ad *d. l. si quis affirmauerit, §. 1. ff. de dolo.* Bart. *in l. dolum, numero 2.* & ibi etiam Fulgos. *numero 2, in fine C. de dolo.* Aym. *consilio 199. numero 12.* Decian. *consilio 32 numero 24. & 29. libro 3,* sed etiam verus, Aym. *consilio 262 numer. 7. in fine, & consil. 446. numero 15.* Franc. Becc. *consilio 106. numero 13. in fine,* dolum autem nedum verum, sed etiam præsumptum criminaliter puniri posse etiam quòd non cadat in speciale nomen delicti, est tex. *in l. 1.* & ibi communiter omnes, *ff. de crim. stellion.* Tiraquell. *de pœn. temper. caus. 15. numero 1.* Menoch *de recuper. an. possess. remed. 15. sub numero 135. & de præsumpt. 4. num. 2. in fi. vers. dolum pœna plecti.* Cephal. *consilio 75. numero 15. lib. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 1. cap. 4 n. 8. & 9.*

16 Sic etiam falsam assertionem in contractu venditionis criminaliter puniri posse, probat tex. *in l. si a debitore, ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. si creditor,* vbi glos. & Doctores *C. eodem.* Bart. *in l. duobus, num. 1. vers. & quod dico, ff. de falsis,* & magis in specie de eo, qui à debitore pecuniam etiam numeratam extorquet, falsum asserens se creditoris nuncium, vel procuratorem, quòd pœna furti teneatur est tex *in l. falsus procurator, C. de furt. & in l. falsus creditor, §. falsus procurator, ff. eodem,* & vtrobique glosa, & communiter Doctores omnes, qui non aliam huius conclusionis afferunt rationem, nisi quia falsitas recipientis dedit causam solutioni pecuniarum.

17 Nec etiam obstat dum secundo loco ad defensionem Valerij adducitur iusta eius credulitas Iulium Cæsarem permissurum, orta tum ex magna amicitia quam cum Iulio Cæsare habebat, tum etiam ex impossibilitate effectuationis tractatæ venditionis fundi tunc alteri venditi, & quòd etiam quòd credulitas non fuisset iusta, ipsum saltim à dolo & criminalitate excusabat. ad tex. *in §. placuit, Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* Bonifac. de Vital. Marsil. Menoch. Bursat. & alios in locis per eum relatis, quòd enim Iulius Cæsar permissurus esset, non præsumitur. *l. qui vas, §. vertaro,* & ibi Gloss. & Bart. *ff. de furt.* Aretin. *in §. ex maleficijs, num. 9 vers. immò dixi,* & ibi etiam Ias. *numer. 73. Instit. de action.* Mynsinger. *in d. §. placuit, Instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* Boss. *in tit. de confessis, numer. 23.* & propterea assertioni Valerij etiam iurantis se sic credidisse, minimè credendum esse voluit Bart. *in l. inter omnes, §. rectè, numer. 3. ff. de furt.* & ibi etiam Alberic. *n. 1.* & Angel. *n. 3.*

18 Et licèt ex amicitia oriatur aliqualis præsumtio prædictæ permissionis, prout dicunt, Marsil. Bursat. & Menoch. *in locis præallegatis,* Hoc tamen erit intelligendum nisi in contrarium adsit aliqua alia præsumtio, & ideo id totum iudicis arbitrio remissum esse verius esse scripsit idem Menoch. ex aduerso allegatus *de arbitr. quæst. libr. 2. cas. 298. numer. 2. & 3.* post Angel. Aretin. Augustin. de Arimino, & Clar. in locis per eum relatis, vbi in specie ad nostrum propositum, tunc demum admittere videtur magnam amicitiam inducere præsumtionem, quod dominus erat permissurus, quando scilicet idem dominus erat homo liberalis, diues, consuetus similia facere, & pecuniæ quantitas erat parua: in casu autem nostro pecuniarum quantitas non parua, sed magna erat, & præsupposita falsa assertione, cum qua Valerius à Iulio Cæsare pecuniam extorsit quod idem Iulius Cæsar permissurus esset quòd Valerius dictam pecuniam in vsum proprium conuerteret, nemo credo iudex hoc arbitrabitur, eo præsertim, quòd altera causa verisimilis permissionis ex aduerso deducta, quòd scilicet tempore receptionis pecuniarum non esset amplius locus earum consignationi, cùm iam fundus esset alteri venditus, in facto non verificatur, immo veritas est in contrarium, quòd dictus fundus venditus fuit per duos menses post receptionem pecuniarum, & sic eo magis arguitur dolus Valerij, qui cùm posset fundum pro Iulio Cæsare emere, illum non emit, quia statim receptas pecunias in vsum proprium conuerterat.

19 Ad id quod dicitur etiam iniustam credulitatem excusare à dolo, vltra quod responderi potest, non per hoc excusare à culpa, & à pœna extraordinaria, Angel. *in leg. plag. la 2. post numerum 2. versicul. similiter attende, C. ad l. Fabiam de plagiar.* cum alijs per Tiraquell. *de pœn. temper. caus. 43. numer. 10. in fine.* & per Gabr. *libr. 7. conclus. 8 numer. 70.* adhuc in terminis nostris, quòd iniusta credulitas non excuset à furto, voluit glos. *in dict. §. placuit, in verbo permissurum, in fine, Institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* addentes, Hostien. *in summa rub. de furt. num. 1. lit. A. versic. secus si non subest causa,* Bonif. de Vitalin. *in tract. de pœn. plagiar. numero 2. versicul. si autem crederet.* ex quibus omnibus iure Valerium potuisse criminaliter conueniri facile crederem, saluo semper, &c.

Prosper Farinacius I. C. Romanus

ARGVMENTVM.

De præsumtione falsitatis oriente ex additione seu cancellatione reperta in aliqua scriptura præsertim imperfecta, & nulla, an & quando sufficiens sit ad condemnandum, vel ad torquendum.

SVMMARIVM.

Additio, seu cancellatio in scriptura reperta, præsumitur facta tempore celebratæ scripturæ, & in præsentia partis, præsertim quando reperitur, non in margine, sed in corpore scripturæ, n. 3.

Accusator, & testis quis esse non potest, num. 4.

Testis procurator non est idoneus pro suo principali, numero 4.

Testes idonei non sunt, qui sollicitarunt alios testes ad se examinandum. num. 4.

Testis vnus vocans alium in contestem dicitur mendax, & non probat, si vocatus in contestem negat id, ad quod vocatus est, num. 4.

Periti non probant, nisi fuerint electi de consensu partis, vel ea citata, num 5.

Testes deponentes de eorum iudicio nihil probant, numero 5.

Perito

Peritorum iudicium non facit indicium ad torturam contra hominem bonæ famæ, n. 5.

Falsitas præsumitur ex diuersitate characteris, & atramenti, num. 6.

Falsitas præsumitur cancellatione verborum, numero 6.

Falsitas non præsumtionibus sed dilucidis & concludentibus probationibus probanda est, numero 7.

Falsitas præsumitur ex additione reperta in aliqua scriptura quando agitur de magno præiudicio, secus si de modico, numero 8.

Falsitas non præsumitur commissa à mercatore diuite & bonæ famæ, num. 8.

Falsitas præsumitur ex additione, abrasione, seu cancellatione aliqua verborum quando agitur ciuiliter ad tollendum fidem scripturæ, non quando criminaliter & ad pœnam, num. 9.

Falsitatis suspicio, seu præsumtio oriens ex diuersitate atramenti, & ex additione seu apostilla reperta in scriptura dicitur leuis, imò additio facta eodem atramento maiorem inducit suspicionem, quàm diuerso atramento scripta, num. 10.

Falsitas non præsumitur ex cancellatione verborum in aliqua scriptura reperta, quando cancellata verba aut legi possunt, aut ex præcedentibus, & sequentibus eorum rectus verborum sensus colligitur, n. 10.

Testis vnus pro informatione Curiæ examinatus plenè probat contra Curiam, numero 11

Pœnitentia semper admittitur in contractu ante illius perfectionem, n. 41. & 12. & n. 18.

Error calculi quandocunque opponi potest, n. 13.

Reseruatio nihil tribuit reseruanti nec alteri aliquod facit præiudicium, n. 13. & num. 18.

Credulitas etiam iniusta excusat à pæna falsi, n. 14.

Contractus non dicitur perfectus, quando fuit conuentum vt ab aliquo confirmaretur, & ille confirmare recusauit, n. 15.

Canonici non possunt sine speciali mandato obligare Capitulum, num. 16.

Falsitas non cadit super actu imperfecto ratione voluntatis, vel super actu nullo ratione formæ, seu substantiæ, seu solemnitatis n. 17. & n. 19.

Falsitas commissa in scriptura priuata sine solemnitate, & non faciente aliquam fidem non punitur, n. 20.

Falsitas non præiudicialis non punitur, n. 22.

CONSILIVM CLXXIX.

1 Contra Ill. D. Horatium Sauellum inquisitum, quòd post solidata & subscripta computa cũ RR. DD. Canonicis sanctæ Mariæ Maioris separatim, & extra eorum præsentiam fecerit suæ subscription: quandam additionem, in qua se creditorem prætendit scutorum 60. in circa, & ob id falsitatem commiserit ex processu contra ipsum fabricato, tria præcipuè, ni fallor, vrgere videntur.

2 Primò depositiones Canonicorum, & Aloysij Risij eorum Procuratoris, seu exactoris attestationes. Secundò peritorum attestationes. Tertiò ocularis prætensa inspectio proueniens nedum ex diuersitate characteris, & atramenti, sed etiam ex cancellatiooe literarum, videlicet, *manu propria.*

3 Quibus non obstantibus, ipsum in aperto absolutionis casu esse, ex infrascriptis facilè demonstrari posse crediderim, præmisso priùs, quòd qui dicit scripturæ aliquid ex interuallo, & sine partis consensu additum, seu cancellatum fuisse, probare tenetur, cùm iuris præsumtio sit quòd omnia in præsentia partis, & eodem tempore, & addita, & cancellata fuerint. Bald. *in l. 1. in fine versic. sed nunquid ista cancellatio. ff. de his, quæ in testamen. delent.* Paris. *consil.* 28. *num.* 45. *libr.* 2. Tob. Non. *consil.* 80. *num.* 8. Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 257. *num.* 1. *& libr.* 3. *conclus.* 1254. *num.* 18. Peregrin. *de iure fisci. libr.* 2. *tit.* 4. *num.* 10. *versicul. quimmo instrumentum.* Præsertim quando prætensa additio, seu cancellatio non in margine, sed in corpore, & intus scripta reperitur. Foller. *in pract. crimin. in verbo, Item quòd commisit falsitatem, numero* 89.

Stante hac vera & firmissima iuris præsumtione non sunt attendendæ depositiones canonicorum, cùm non testes, sed accusatores sint. *c. accusatores.* 3. *quæst.* 5. Specul. *in tit. de teste.* §. 1. *numero* 89. *versicul. item quòd ipse est testis, & accusator*; prout & multo minus attendenda est depositio Aloysij, tum quia procurator Canonicorum. *capit. insuper, in fine*, & ibi communiter omnes *extrà de testib.* Specul. *vbi suprà numer.* 47. tum quia in hac causa requisiuit, & tentauit instruere Bonnum ad se examinandum contra dictum Horatium, Felin. *in cap. cùm à nobis, numer.* 15. & ibi etiam Anton. de Butr. *num.* 13. *ad finem, extrà de testib.* Tum & tertiò (prout hæc omnia bene in facto deducuntur) conuincitur de mendacio ab eodem Bunzio, in his, in quibus ipsum vocat in contestem. Bald. *in cap. cùm causam quæ inter, numer.* 17. *extrà de testib.* Grammat. *consil.* 29. *num.* 20. Gabr. *de testib. libr.* 1. *conclus.* 3. *num.* 11. 4

Multo minus probant peritorum attestationes: nam si eas attendere velimus, prout attenduntur relationes peritorum, & isto casu hoc minimè admittendum, cùm non sint electi à iudice parte citata, aut eius consensu. Glos. *in l. comparationes, colum. fin.* & ibi Salicet. *numero* 18. *ad finem. Cod. de fid. instrument.* Dec. *in cap. propos uisti, numero* 13. *de probat.* Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 5. *numer.* 163. *& de arbitr. quæst. cas.* 114. *sub numero* 26. Herculan. *de negat. numer.* 228. *& seq.* Vulpell. *consil.* 135. *numero* 3. Quòd si eos tanquam testes pro curiæ informatione examinatos, prout verè sic examinati fuerunt, consideremus, & tunc nec etiam aliquid certi probant, cùm de eorum solo iudicio deponant, & sic non testis, sed iudicis officio fungantur. Boss. *in titul. de oppos. contra testes, numer.* 43. *versic. Item opponitur il primo.* Decis. Pedem. 122. *post numer.* 1. Rota diuers. *part.* 2. *decis.* 29. *numero* 12. & in omni casu in criminalibus, quicquid forsan secus sit in ciuilibus peritorum iudicium nunquam facit plenam probationem, imò nec indicium, præsertim contra hominem bonæ famæ. Franc Curt. *in repet. leg. admonendi. numero* 115. & ibi etiam Purpur. *numero* 187. *ff. de iureiurand.* Aymon. *de antiq. tempor. part.* 1. §. *quæritur etiam in hac materia, numero* 62. Vulpell. *consilio* 135. *numero* 14. Mascard. *de probatio. libro* 1. *conclusione* 330. *numero* 27. 5

Restat solùm tollere prætensam ocularem inspectionem, in qua, vt audio, fiscus magnam vim facit. Primò vt dixi ex aduersitate characteris, & atramenti, cùm verba subscriptionis appareant subtiliori, & magis acuto calamo, magisque nigro atramento conscripta, quàm sequentia. Secundò ex cancellatiooe illarum literarum *manu propria*, quæ omnia temporis diuersitatem in scribendo, quòd arguat, negari non potest, vt mox dicam; & quidem pro responsione ineptiois fateor, & admitto ex diuersitate characteris, diuersitatem temporis argui. Bald. *in leg. contractus, numer.* 10. *C. de fide instrum.* Menoch. *consilio* 199. *numero* 7. *versicul. Tertiò arguitur falsitas. lib.* 2. *& de præsumt. libr.* 5. *præsumt.* 20. *numero* 9. *& numero* 187. Sic & ex diuersitate atramenti, eandem temporis diuersitatem præsumi Paris. *cons.* 38. *numero* 12. *lib.* 2. Caputaq. *decis.* 3. *numer.* 14. *par.* 2. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 187. *numero* 35. prout & ex cancellatione verborum falsitatis præsumtionem oriri probat text. *in capit. inter dilectos.* §. *instrumentum*, & ibi glosa *in verbo literæ.* Hostiens. *numero* 14. *in fine*, & Imol. *numero* 11. *extrà de fid. instrum.* 6

Verùm quòd ex huiusmodi præsumtionibus quis 7
de

de falsitate, & quòd additionem fecerit ex interuallo, conuincatur ad effectum imponendi pœnam, magis communis Doctorum opinio est in contrarium, falsitatem scilicet non præsumtionibus, sed dilucidis, & concludentibus probationibus probandam esse, Caputaq. *decis.3.num.5.par.2.* & de communi testantur Clar. *in §. falsum, numero 30. versiculo tertia est conclusio* Suarez *in communes opiniones versiculo fals.crim num.16. & num.18.* Gabr. *cons.169.n.13.lib.1.* Hond. *cons.109.n.13.& seq.lib.1* Surd. *cons.132.n.20.& n.29.& seq.*

8 Respondetur secundò, quòd tunc demum ex additione ad scripturam præsumitur falsitas, quando agitur de aliquo magno præiudicio, ita in terminis additionis scripserunt Ancharan *consilio 431.num.3.in fine, versiculo secundò redditur suspecta.* Menoch. *de arbitr.quæst.cas.187.* Mascard. *de probat.lib.2.conclusio.740.in princ.* secus si de modico: nam, & tunc nunquam falsitatem præsumi receptissimum est in iure. Aym. *consil.75 num.16.* Natt. *cons.314. n. 10.* Tiraq. *de reb. exig. vers. & id quidem.* Menoch. *de præsumt.lib.5.præsumt.50.numero 49.* Sed sic est, quòd huiusmodi prætensa additio non importat pro parte D. Horatij nisi scuta 30. ergo omnis excluditur falsi præsumtio præsertim in mercatore diuite, & bonæ famæ. Cæpoll. *cons.21.num.24.* Dec. *cons.175. num 5. vers. & prædicta videntur habere locum.* Foller. *in pract.crim.in verb. item quòd commisit falsitatem.n.78. & num.92.* Vulpell. *cons.129.sub n.53.*

9 Respondetur tertiò, quòd tunc demum additio eadem manu conscripta, seu etiam abrasio, vel cancellatio verborum, falsi præsumtionem inducit, diuersóque tempore, & ex interuallo facta præsumitur, quando agitur ciuiliter ad tollendum fidem scripturæ, non quando criminaliter, & ad pœnam, secundùm communem, de qua altis relatis testatur Achill. Personal. *de adipiscen. possess.num.141.146.& 147.* Mascard. *de probat.lib.3. conclus.1154.n 6.& seq.* vbi sic distinguendo concordat contraria, & alios refert concordantes.

10 Respondetur quartò, & magis in specie, quòd diuersitas atramenti, & additio in scriptura reperta falsitatis suspicionem inducit sed leuem. Soc. *cons.94 num.8.vers. circa testium, lib.1.* Paris. *cons.28. num.58. lib.2.* Mascard. *de probat.lib.1.conclus.113.num.21.in fine,* imò additio scripta eodem atramento maiorem inducit suspicionem, quàm diuerso atramento scripta Vulpell. *cons. 129.num.17.* Sic & cancellatio verborum in corpore scripturæ reperta falsitatem non arguit, quando cancellata verba, aut legi possunt. Aym. *cons.73.num.15.* Vrsill. ad Afflict. *decis. vltima, num.7.* refert hos Baiard. ad Clar. *in §. falsum, num.200.* Addentes ad Alban *cons.214 litter. K,* aut ex præcedentibus, & sequentibus rectus verborum sensus colligitur (prout in casu nostro) Glos. *in cap. cum venerabilis, in verbo propter prædicta, versiculo item quid si rasura,* & ibi Hostien. & alij omnes Canonistæ *de religios. domibus.* Natt. *consilio 132.numero 2 libro 1.* Caputaqu. *decis.4. numero 6. & 7. par.5.*

11 Quare ex præmissis omnia prætensa indicia, quòd dominus Horatius aliquid addiderit absẽtibus Canonicis in computis insimul solidatis, & conscriptis sublata esse nullus credo dubitationi locus sit, verùm quia illius innocentiæ campus latior est, admisso sine veri præiudicio, quòd hanc additionem seorsum à Canonicis & ex interuallo conscripserit, adhuc in nihilo deliquisse probatur. Primò quia, etsi dictis computis, seu eorum solidationi se subscripserit, non tamen illis acquieuit, neque illa acceptauit, sed expresse contradixit, tam ante, quàm post subscriptionem, expressè pariter protestans, quòd tam pro mercede suæ administrationis, quàm pro pecuniis in negotio expensis recognitionem prætendebat, & quòd propterea sequenti die ad capitulum recurrere volebat, vt punctualiter deposuit Bontius testis fisci, qui plenè probat contra fiscum. Aym. *cons.100.num.13.* Soc. Iun. *cons.29.num.11.lib. 1.* Gabr. *tit.de test.b. conclus. 1.post num.14.lib.1.* si computa nõ fuerunt à dicto Horatio acceptata nihil est quod ab illis recedendi pœnitentiam impedierit, cùm ante perfectum contractum pœnitentia semper admittatur. *l.contractus, C.de fid.instrum.l.sicut, §.si voluntate, ff. quib. mod. pign.vel hypoth.solut.*

12 Secundò eadem computa, & eorum solidatio non erat perfecta, quia deficiebat subscriptio Iosephi Catanei exequutoris testamentarij, sine cuius subscriptione, & consensu calculus non poterat sustineri ex dispositione Mauri testatoris, ideo ante illius subscriptionem similiter dabatur pœnitentiæ, ex præallegatis faciunt scripta per Roland. *consilio 63. numero 16. & sequentibus, libr.4.*

13 Tertiò si bene verba totius subscriptionis perpendantur, ex illis non apparet partitas præcedentes in aliquo fuisse immutatas, aut alteratas in præiudicium Canonicorum, sed solùm ex illis constat dictum Horatium voluisse sibi reseruare ius prætensæ recognitionis propter impensam suam operam, & pecuniam, & quatenus de iure deberetur, & non aliàs, vt apparet ex illis verbis, *me si dia conueniente recognitione*, de qua cùm in calculo nulla prorsus fuerit facta mentio, nec illi aliquo pacto renunciatum, sequitur quòd sicut hanc recognitionem quandocumque etiam post factum calculum dando de errore calculi poterat dictus Horatius petere, *leg. vnica, Cod. de error.calcul.* Paris. *consilio 80.numero 18.libro 1. & consilio 131. numer. 27. eodem libro 1.* Tob. Non. *consilio 63. numero 17.* Ita etiam, & eam petere, & reseruare sibi poterat post subscriptum calculum. Et cùm is, qui sibi ius reseruat nullum aduersario facit, nec facere potest præiudiciũ. *leg.final.in fin.C.de acquiren.possess.* Angel. *in leg.omnes, num.2.C.de præscript.triginta annor.* Aymon. *consilio 26. num. 8.* Natt. *consilio 338. num.3.lib.2.* Inde est non posse tractari de falsitate, seu eius pœna etiam extraordinaria. Vulpell. *consil.6. num.1. & seq.& consil 129.per tot.* Hond. *cons.109.num.52.& seqq. lib.1.* Francisc. Veg. *consil.45.& 46.* vbi latissimè Thesaur. *decis.Pedem.171.n.2.*

14 Quartò, & vltimò ex præmissis saltim negari non potest D. Horatium iustè credidisse, se additionem huiusmodi suæ subscriptioni facere potuisse. Vnde iusta hæc credulitas, ab omni falsi pœna credentem excusar; cùm etiam nedum iusta, sed mixta credulitas. Ang. *de excus. malefic.in verbo falsario, n.1.vers.& à dolo quis excusatur.* Alex. *cons. 73.n.5.ad finem, versic.attento, quòd nedum iusta causa.libro 1.* Clar. *in pract.§.final.quæst.60.sub versicul. & generaliter, ibi, tu verò dic,* Honded. *consilio 105.numer.29.libr.1.* Surd. *consilio 132. numer. 54.* & sic causa hæc potius ciuiliter, quàm criminaliter tractanda videtur; sed hæc vltima sint dicta ex abundanti, cùm, vt suprà probaui, non constat ex processu dictum Horatium ex interuallo, & Canonicis absentibus hanc additionem fecisse.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

Aliud responsum in eadem causa.

15 PRo faciliori resolutione supponendum est primùm, quòd computum de cuius alteratione suspicatur, non fuit, sicut etiam ad præsens non est perfectum. Primò quia, cùm illud ex præcepto Ioannis Mauri testatoris deberet solidari, & subscribi per Iosephum Cataneum, & eandem voluntatem agnoscentes ambæ partes expressè conuenerint in actu calculationis, quod computum deberet ab eodem Iosepho subscribi, vtrique cùm dicta subscriptio nusquam accesserit, & quòd magis est Cataneus requisitus, expressè subscribere recusauerit; computum remansit imperfectum, vt sunt iura apertissima *in leg. contractus, Cod. de fid. instrumen. & in §. 1. Institut. de emtion. & vendit.* vtrobique plenè Doctores, & præsertim Castrens. *numero 6.* Salicet. *numero 3.* qui peculiariter loquuntur in scriptura priuata. Dec. *consil. 11. colum. 5. versicul. comprobatur hoc efficaciter.* Socin. sen. *consilio 280. numer.9. libr.2.* Ruyn. qui testatur de magis communi, *consil.1.ante num.22.lib.3.* Et

tanto

tanto magis hæc conclusio in casu nostro procedit, quia versamur in scriptura priuata, quæ recipit suum robur ex subscriptione partium subscribere habentium. *l. scripturas*, vbi traditur, *C. qui potior. in pignor. habean.*

16 Secundò computum non fuit perfectum, quia non erat adhuc sequuta ratificatio capituli, quæ requirebatur necessariò, ex quo huiusmodi Canonici asserti Camerarij, licèt habeant facultatem exigendi, non tamen possunt sine speciali decreto, seu mandato obligare capitulum, vel illud declarare debitorem; & ideo computum factum per eos remansit imperfectum ratione potestatis agentis, *l. 1.* cum ibi traditis, *ff. de origin. iur.*

17 Hoc stante sequitur aduersùs D. Horatium Sabellum in casu proposito, nec quidem imaginem falsitatis posse considerari. Primò, quia falsitas non cadit super actu imperfecto ratione voluntatis, vt est tex. expressus *in l. si quis legatum, ff. ad l. Cornel. de falsis*, ibique Doctores, & præsertim Bart. *num.* 1. sicuti neque super actu nullo ratione formæ substantiæ, seu solemnitatis. Auchar. *consil.* 24. Alex. *consil.* 145. *n.* 5. Socin. sen. *conf.* 63. *sub num.* 3. *& seq. lib.* 1. *& conf.* 104. *n.* 3. in tertio casu, vbi testatur de magis communi, sicut etiam testantur Turzan. *opin. vers. falsi crimen, num.* 14. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 306. *num.* 18. Roland. *conf.* 38. *num.* 19. *lib.* 1. Veg. *conf.* 46. *num.* 2. *col.* 1. *versic. Tertius est casus*, qui omnes concordant, quòd quando actus est imperfectus, siue nullus ratione formæ, substantiæ, seu solemnitatum, tunc in eo nulla potest considerari falsitas, etiam quoad pœnam extraordinariam.

18 Secundò, quia ex dicto compũto, quamuis à Camerariis. & D Horatio subscripto non erat nata aliqua actio, vel obligatio, neque pro, neque contra D. Horatium, sed poterat vtraque pars ad libitum pœnitere, cùm esset actus imperfectus. Boër. *decision.* 48. *sub numero* 11. Decius Socin. & alij loco supra citato, & propterea etiamsi vera esset prætensio fisci, videlicet quòd fuerit additum subscriptioni iam per D. Horatium factæ (quod tamen expresse negatur) adhuc non posset dici falsitas, quia si erat in eius potestate ante actum perfectum omnino recedere, multo magis poterat recedere in aliqua parte. *l.* 2. *& l. quod si alij ff. de adem. legat.* Præsertim quia prætensa additio non continet, nisi simplicem iurium reseruationem, quæ non inducit præiudicium, sed tantùm reseruat iura. *l.* 4. §. 1. vbi Bart. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluit.* Gl. *in l. item L. ibeo, in versic. purè, ff. famil. hercisc.* cum aliis per Surd. *decis.* 246. *n.* 11.

19 His accedit, quòd computum consistebat in scriptura omnino priuata, sine solemnitate, & nullam omnino faciente fidem, vt patet ex supradictis; in qua quidem scriptura non potest argui falsitas. Salyc. *in l. damus, in fine, versicul. oppono quòd exemplum, Cod. ad leg. Cornel. de fals.* Corn. *consil.* 182. *numero* 4. *libro* 4. post Bart. *in l.* 1. §. *quæ in rationibus, ff. de fals.* Castren. *consil.* 130. *libr.* 1. Alex. *consil.* 145. *per tot. libr.* 6. Gabr. qui restatur hanc opinionem receptissimam *consil.* 169. *n.* 21. Franc. Veg. *consil.* 46.
* *&* 47. Thesaur. *decis.* 161. *n.* 2. vbi de communi testatur.

20 Et in terminis, quòd in scriptura priuata sine solemnitate non faciente aliquam fidem eò quia erat ab alio subscribẽda, & illam postmodum subscribere recusauerit, falsitas non committatur. Aym. vid. *conf.* 146. *num.* 1. *&* 2. & hæc conclusio indubitatè procedit in casu nostro, stante quòd non solùm alteratio, quatenus vera esset non fuisset nociua, sed etiam quia nullum continet dolum, quo casu nullatenus punitur, Franc. Becc. *conf.* 78. *num.* 16. vbi quòd ita fatentur omnes Doctores, Vulpell. *respons.* 129. *n.* 8. *&* 15. Honded. *conf.* 109. *num.* 54. *lib.* 1.

21 Quòd in casu nostro nullus in alteratione adsit dolus, satis patet ex eo quòd D. Horatius computum ita subscriptum, prout ad præsens reperitur, transmisit dominis de Capitulo, ad effectum vt illud viderent, eisque suas prætensiones remisit, quod manifestè declarat ipsum non habuisse animum contradicendi Capitulo, atque alterationem, si quæ adesset, non posse dici consummatam, & per consequens non posse inducere aliquam falsitatem, Aym. *loco citato. num.* 2. *&* 3. post Alex. *conf.* 74. *in vltimo dubio, lib.* 1.

Demum considerandum est quòd ex eo, quòd D. Ho- 22
ratius prætẽsionem remisit arbitrio Capituli, vtique additio, qualiscunque sit, non potest inducere falsitatem, eò quoniam non inducit obligationem contra Capitulum. *l. sub hac conditione*, vbi Doctores communiter, *ff. de actio. & oblig.* patet ergo ex prædictis, nec alterationẽ probari, nec illam quatenus probaretur continere speciem falsitatis. Quare, &c.

Antonius Ricciullus Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Hic agitur de electione cuiusdam Abbatissæ quæ prętẽdebatur simoniaca, & negatiuè respondetur. Primò, quia nulla pręcessit pactio, seu conuentio; secundò, quia nihil fuit datum in pretium voti, sed ex causa liberalitatis, & eleemosynæ; tertiò, quia sine animo committendi simoniam; quartò, quia non credebatur simoniam committi; quintò, quia ante electionem interuenit pœnitentia.

SVMMARIVM.

Simoniaca electio non dicitur nisi fuerit aliquid datum vel promissum in pretium voti immediatè, n. 1. *&* 2. *& num.* 19.

Simonia non committitur, quando aliquid datur ex causa liberalitatis, & eleemosynæ propter paupertatem & necessitatem recipientis, quod præsumitur in dubio, præsertim ex qualitate personæ recipientis pauperis, & indigentis, & ex qualitate rerum, aut pecuniarum datarum, n. 2. *& n.* 19.

Simonia non dicitur commissa in electione, quando eligens etiam sine datione pecuniæ elegisset personam à qua pecuniam recepit, n 3.

Simonia, vt dicatur commissa non solùm requiritur, vt aliquid detur, seu recipiatur pro spirituali, sed etiam oportet, vt illud detur & recipiatur principaliter, nõ autem secundariò ex causa impulsiua, numero 3. *& numero* 20.

Simonia non dicitur commissa sine animo illam committendi, n. 4. *& n.* 14. *vbi ponitur exemplum, quãdo cesset animus committendi simoniam, numer.* 15. *&* 16.

Pœnitentia in delictis re integra omnem excludit pœnam, n. 4. *vbi præsertim in simonia, & n.* 17.

Simonia excusatur ex credulitate dantis, aut recipientis pecuniam de non committendo simoniam, n. 5. *& num.* 21.

Ignorantia iuris, quando excuset in his, quæ sunt prohibita iure diuino, n. 5. *& n.* 21.

Simonia non dicitur commissa nisi præcedente conuentione, & acceptatione, n. 6. *& seqq. & n.* 18.

Pollicitatio & sponsio quid differant inter se, n. 8.

Verba vrbana obligationem non inducunt, n. 19. *& seq. vbi etiam exemplificantur, quænam sint ista verba vrbana.*

Simonia non est aliquid dare electori, vel collatori post electionem seu collationem, n. 13.

Simoniæ deffinitio, n. 16.

CON

CONSILIVM CLXXX.

1 FVI requisitus, vt pro veritate responderem nunquid ex confessione D. Annæ de Robles Abbatissæ Monasterij de Horth constet ipsam fuisse per simoniā electam; quare eius depositione perlecta, beneque considerata, negatiuè respondendum duxi. Dum enim primò fatetur promisisse Domicellæ Corthilis triginta vel quadraginta florenos, & Domicellæ Marnoff. florenos viginti si contigerit eam fieri Abbatissam, non dicitur promisisse in pretium voti. Non enim dixit: Promitto dare quadraginta florenos, si mihi votum dederis, vel pro voto quod mihi dabis, sed impersonaliter, si ero Abbatissa; quæ verba verificantur etiam quòd votum non dederit, imò expressè negat alicui quicquam pro habendo voto dedisse; ergo non intrat simonia, quæ nunquam committitur, nisi immediatè in electione detur pro voto, & sic in commutationem rei spiritualis, aliàs secus. *cap. placuit, 1. quæst, 1. cap. non satis, cap. tiam in Ecclesia, & cap. sicut tuis, extra de simon.* Francisc. Suarez *in tract. de statu Religionis, lib. 4. rubr. de simonia, cap. 36. num. 4.*

2 Dum secundò eadem Abbatissa fatetur, quòd Domicellæ Corthilis requirenti ab ea, vt daret triginta, vel quadraginta florenos, cùm bene sciret quòd amici sui nihil illi dabant, responderit quòd dabit dictos florenos, vtique ex hac requisitione Domicellæ Corthilis, & responsione Abbatissæ appatet, quòd non in pretium voti, sed propter eius paupertatem, ex quo nullos habebat amicos ipsi subuenientes sic dare promisit, & ita expressè fatetur, quòd propter magnas Domicellæ Corthilis preces, & eius necessitatem, & ex compassione dedit duos imperiales talleros, cappam, subtile linum, caligas, calceos, & manicas, quia eadem Corthilis conquerebatur se ne micam quidem à suis amicis accipere, quæ quidem confessio ex omni parte considerata apertè demonstrat, quòd quicquid datum & promissum fuit, non in pretium voti, nec in commutationem rei spiritualis, sed in eleemosynam, & propter necessitatem promissum, & datum fuit. Quod etiam in casu nostro omnino præsumendum est, tum quia in dubio sic à iure præsu- * mitur, Put. *decis. 381. num. 2. lib. 1.* & est communis Iuristarum & Theologorum doctrina, teste Francisco Suarez *vbi suprà d. lib. 4. c. 36. num. 9.* tum ex qualitate & quantitate rerum & pecuniarum datarum, nēpe duorum imperialium tallerorum, cappæ, lini, caligarum, calceorum & manicarum, quæ non nisi indigenti pauperi, prout erat Domicella Corthilis, ex causa eleemosynæ, & ex cōpassione dari solent, Suarez *d. cap. 37. num. 12. 13. & 14.* & est text. *in cap. & si quæstiones, §. 1. versic. cùm in accipiendis, extrà de simonia.* tum & tertiò quia post electionem, & ex interuallo hæc data fuerunt, Suarez *d. cap. 36. numer. 14. vers. ad item circunstantiam, per tex.* quem allegat *in cap. sicut Episcopus 1. q. 2.*

3 Dum tertiò eadē Abbatissa fatetur Domicellæ Marnoff. promisisse florenos viginti, est aduertendum, quòd eadem Domicella sponte, & non requisita de voto ab Abbatissa ei dixit à Spiritu sancto inuasam, resolutam esse dare ipsi votum etiamsi illam suspenderent, vnde sequitur, quòd etiam quòd postea dederit votum sub spe consequendi florenos, simoniam non commiserit. ad text. *cap. suæ nos, §. fin. extrà de simon.* in illis verbis, *& clerici qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia acciperent, admissuri,* & facit generalis cōclusio, quòd ad hoc, vt simonia cōmissa dicatur, non solùm requiritur vt aliquid temporale detur vel recipiatur pro spirituali, sed oportet etiam vt detur, & recipiatur principaliter, non autem minus principaliter, secundariò & ex quadam causa impulsiua. ad glos. *in c. cùm essent, in verbo, promiserat, vers. dummodo principaliter, extrà de simon. & in c. cum ad nostram, in verbo, nullam spem, de ele. 7. & in cap. 1. in verbo, receperit, ad finem, de cleric. non residen. in 6. & in c. quod proderit, in verbo proderit, versic. sed dic, distinct. 61.* cum alus per Nauar. *in Manual. c. 23. n. 101.*

Dum quartò Abbatissa fatetur promisisse florenos 4 annuos viginti Domicellæ Nollet si erit Abbatissa, est pariter aduertendum, quòd sic promiserit præcedente protestatione, quatenus eam inuenerit habilem, quòd si habilem & idoneam non cognoscat, nolit commaculare animam suam, & dare votum: quæ verba omnem prorsus à simoniæ labe alienum animum demonstrant, & certum est sine animo committendi simoniam, illam non committi, vt fuit dictum in Aretina Confidentiæ coram Reuerendo Patre Domino Latta Lunæ vigesimatertia Ianuarij 1595. quam retuli *in meo consil. 75. num. 72. lib. 1.* & facit vulgaris regula, quòd animus & propositum distinguunt maleficia, imò prout deponit frater Bernardus confessarius Monialium testis Curiæ, eadem Abbatissa licèt aliquibus virginibus Monasterij pro obtinendis earum suffragiis ante electionem promiserit quandam pecuniariam quantitatem; hanc tamen promissionem postea reuocauit, dicendo, si putetis me idoneam, eligatis, sin minus, nec pro auro, nec pro argento, neque pro aliquibus muneribus detis vestrum votum. Quæ quidem reuocatio ante electionem excludit omnem delictum, ex communi Doctorum conclusione, quòd re integra in delictis pœnitentia omnem excludit pœnam, ad Glossam *in l. qui ea mente, in fine, versiculo, si autem ad actum.* & ibi Bart. *numero 2. versiculo item oppono, ff. de furtis.* item glossa *in l. si quis non dicam rapere,* & ibi communiter Doctores omnes, *C. de Episcop. &* * *Cleric.* Host. *in cap. pro humani, num. 22. versic. si verò perficere potuisset,* & ibi Franc. *num. 7. versic. aut agitur, de homicid. in 6.*

Dum quintò Abbatissa sic vt suprà pecunias promi- 5 sisse dicit, non de bonis Monasterij, sed de suis redditibus, credens hoc posse facere cum bona conscientia, prout etiam sic sibi dicebat Domicella Corthilis, & sic ex hac credulitate licèt fundata in ignorantia iuris excusari deberet, prout in terminis simoniæ concludit Francis. Suarez vbi suprà *dicto lib. 4. rub. de simonia, cap. 3. numero 7.* vbi licèt subdat iuris ignorantiam rarò excusabilem esse in materia pertinente ad ius diuinum, non tamen negat quandoque excusare, prout etiam in prohibitis à iure diuino iuris ignorantiam mulierem excusare; quando verè credidit se non delinquere, voluit Boss. cum alleg. per eum *in tit. de decreto Mediolani, sub numero 19.* quod maximè procedit in casu nostro, in quo ista mulier est Monialis, & semper in Monasterio reclusa permansit, quo casu magis excusat iuris ignorantia, sicut post Hostien. in loco per eum relato scripsit Antonina *in summa part. 3. tit. 24. cap. 33. in fine*, nec credidit simpliciter. & generaliter simoniam posse committi in electione Abbatissæ, quo casu ignorantia non excusaret, sed tantùm credidit non esse simoniam, quando permittitur quid de bonis propriis in causam necessitatis, & eleemosynæ, & præuia protestatione quatenus sit habilis, & idonea, & non aliàs, vt suprà, prout etiam considerat Angelica *in summa, in verbo, ignorantia, num. 4. in fine, versic. si autem non est explicitum, & ibi in additionibus, littera G.*

Sextò & denium non omitto quòd in promissione, 6 seu potiùs oblatione pecuniarum ab ista Abbatissa Monialibus facta, nulla est sequuta acceptatio, nec vlla præcessit præcedens conuentio, seu pactio, quo casu omnis excluditur simonia, etiam quòd aliquid post electionem datum fuerit. *cap. fin. de simon. cap. Artaldus 8. quæst. 3.* Put. *decis. 171. numero 9. libro 2.* Caputaquen. *decisione 239 numero 7.* & ita sæpissimè Rota resoluit, vt apparet ex decisionibus per me relatis *in consilio 75. num. 3. & num. 24. lib. 1.* quare sistendum est confessioni Abbatissæ ex nulla eius parte de simoniaca electione apparere, indubitanter affirmari posse ex præallegatis opinor.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In

In eadem causa secundum responsum.

7 PVto quòd nihil Abbatissa Anna in suis constitutis falsa sit ex quo constet fuisse per simoniam in Abbatissam electam: nam,aut prætenditur constare de simonia confessione dominæ Annæ dum fatetur dixisse Domicellæ Nollet: Filia mea, si me non inueneris capacem, noli mihi dare tuum votum, caue ne animam tuam commacules; si verò inuenies me capacem, dabo tibi florenos viginti annuos, & puto ex dictis verbis non constare de simonia, ex quo non fatetur, quòd dicta Domicella Noller dictam oblationem acceptauerit,quia non sequuta acceptatione, non est pactum, sed est merum dictum,quod non inducit simoniam,quæ sine pacto,quod est duorum in idem consensus,non inducitur,vt fuit in terminis resolutum coram R.P.D.Litta in Conchen. Archipresbyteratus 8. Februarij 1602.

8 Et hoc per tex. expressum *in leg.sciendum la t. §. dictum, ff. de adil. edict.* qui textus inquit hæc formalia verba, *Dictum accipimus, quòd verbotenus pronunciatum est, nudóque sermone finitur;promissio verò potest referri & ad nudam promissionem,siue pollicitationem,& ad sponsionem.* Ex quo textu colligitur esse magnam differentiā inter pollicitationē & sponsionē,videlicet, vt dictū sit, quando non adest verbum,promitto,pollicitatio;quando aliquid promittitur non sequuta acceptatione; sponsio verò quando promittitur per stipulationem, vt declarat glos. ibi, & declarat optimè Bertazzol. viden. *in tractatu de clausul. instrument. in clausul.quarta,in glosa 26.in verbo,promissionibus,n.1.2. & 3.*& idem text.*in d.l.sciendum,*& ibi Doctor. Bertaz.*vbi suprà,*& Bald.*cons.98.sub n.3.lib.*1.dicunt quòd dictum non obligat, nec nocet,perinde ac si non enunciasset.

9 Quin potiùs etiamsi esset promissio, quia dixisset, promitto tibi dare viginti florenos annuos, nihilo magis esset simonia non sequuta acceptatione, quia sine acceptatione non esset pactum, sed pollicitatio, quæ non inducit simoniam conuentionalem, quæ sine pacto, vt prædixi,non committitur, vt fuit resolutum coram Reuerendo Patre Domino in Pampilonen. Rectoriæ quinta Nouembris 1586.Et quòd simonia non committatur absque pacto, tradit latissimè Paris. *in tractatu de confident. quæst. 26.per tot.* & dicit veram, & communem, ac receptam in praxi, & refert infinitas decisiones R.P.D. Orano,Pamphilio, Pægna Seraphino,& coram fel. record. Clemente VIII. quas non duxi aliter referre, cùm per eum indiuidualiter referantur, maximè ex quo constat non fuisse dicta verba enunciata animo committendi simoniam, cùm dixerit, filia si me non inueneris capacem non des mihi votum, caue ne animam tuam perdas. Et idem in omnibus, & per omnia respondetur ad confessionem eius dum similiter fatetur dixisse Domicellæ Marnoff. dabo tibi florenos viginti annuos.

10 Aut verè prætenditur simonia dum fatetur, quòd Domicellæ Cartheli sibi dicenti, Anna, si contingat te Abbatissam esse, oporter, quòd aliquid mihi des, quod facere potes illæsa conscientia: nam erit de tuis patrimonialibus bonis; responderit, verum est, id possum facere, & quid, & quantum peteres; cui subiungenti, vellem, vt mihi dares triginta, vel quadraginta florenos, responderit, bene, dabo tibi, &c. Et similiter putò non constare de simonia, quoniam dicta verba sunt verba vrbana, quæ non sunt obligatoria, neque habent vim pacti, vel alicuius conuentionis, vel obligationis, ad textum express. *in capit.cùm venissent, de institution.* Qui textus dicit non esse pactum, nec conuentionem dictum Archidiaconi, qui suo Episcopo ab eo petenti, institutiones, & custodias Ecclesiarum vacantium, respondit, quòd non solùm de prædictis, sed de omnibus redditionibus suis * faceret quod sibi placeret, & ibi Panormit. *sub numero quinto*, & cæteri Doctores omnes communiter, & latè Nauarr. *in tractatu de datis,& acceptis,notab.*1.n.23.

Per quem text.inquit Roman. *in rubric. ff. de recept. arbitr.numero* 15.quòd si peto, vt dones mihi talem rem, & tu respondeas.non tantùm istam, sed quicquid tibi placebit dabo;promissio est nulla,etiam respectu dictæ rei certæ,quia sunt verba vrbana,quæ non sunt obligatoria,quem refert,& sequitur Vldar Zasius *in l. stipulatus, numero* 19. *de verb. oblig.* qui dicit quòd si petenti à me Codicem dicam, nedum Codicem tibi dabo,sed quicquid tibi placebit,promissio est nulla etiam respectu Codicis, quia sunt verba vrbana. Nec refert, quòd priùs dixerit Abbatissa,dabo quantum peteres, & deinde Domicellæ Corthili subiungenti, vellem, quòd mihi dares triginta, vel quadraginta florenos, responderit, bene, tibi dabo, quia non est vis in præposteratione verborum, quia satis est, quòd verba sunt vrbana, vt constat ex illa generali promissione. 11

Accedit,quòd vltra quòd sunt verba vrbana,non adest aliquod pactum,quia Corthilis non tractauit cum Abbatissa per viam pacti,vel conuentionis,sed per viam simplicis desiderij,quia dixit, vellem, quòd mihi dares triginta vel quadraginta florenos,& Abbatissa similiter non respondit per viam pacti,sed per viam vrbanitatis, ex quo dixit,bene,dabo absque expressione,an daret triginta,vel quadraginta florenos,quia ex hoc constat esse verba vrbana,aliàs certa summa fuisset in conuentionem ducta,& cessante pacto, vt dixi, non potest esse simonia conuentionalis,mētalis verò sola pœnitentia deletur,& non irritat electionem,vltra quòd nec mentalis simonia interuenit. 12

Nec dedisse præfatæ Domicellæ Corthili duos taleros,& vigintiquatuor vasa siliginis, simoniam inducit, quia dare,vel donare suo electori,vel collatori post electionem non est simonia,nisi factum fuerit in exequutionem præcedentis pactionis,vt fuit pluries resolutum, tradit latissimè Paris.*de confident. quæstione 49.numero 5.* qui plures Rotæ decisiones refert; Et non constat fuisse datum in alicuius pacti exequutionem, ex quo vt dixi non constat de aliquo pacto,maximè ex quo donum non respondet prætenso pacto.Quare,&c. 13

Gynesius Proyda Aduocatus.

In eadem causa aliud responsum.

EX verbis D.Annæ,de quibus in puncto constat eam recessisse ab assertis conuentionibus simoniacis, quia non possunt stare simul cum nouis illis admonitionibus,ne moniales animam suam commacularent, & quòd aliàs non darent sibi votum suum; quæ verba, cùm excludant animum à peccato, denotant voluntatem alienam ab assertis conuentionibus simoniacis præcedentibus,quod sufficit ad istum effectum.Nauarr. *consilio 48.simonia.*Summa Armilla *in verbo,simonia,numero 5.versiculo quandoque aliqui,& numero* 15.Summa Angelica *in eodem verbo numero*6.Paris.*de confid.quæst.*39. *num.* 16.& 17.Stephanus Quaranta *in verbo,simonia, versicul. tertiò limita*, & fuit dictum in Pampilonen. Rectoriæ, quinta Nouembris 1586. coram Orano, & in Camen. Canonicatus 19.Nouembris 1582.coram Blanchetto. 14

Si enim noluisset recedere à conuentionibus simoniacis,quis dubitaret de macula, imò de crimine, quod inter omnia crimina primum obtinet locum.*capitulo per tuas,de simonia ,capitulo finali,1.quæstione vltima.* Cùm igitur Abbatissa noluerit moniales commaculare animam suam,& potiùs voluerit eis remittere votum, clarissimè patet noluisse persistere in conuentionibus simoniacis: nam sicut furtum non committitur sine affectu furandi. *l.furtum.ff.de vsucap.§.si tamen,Instit.eodem.* ita quoque simonia non committitur sine animo committendi tale crimen.Idque coniecturis etiam declaratur, prout arguit Rota in Aretina confidentiæ 23.Ianuarij 1595.coram Litta. 15

Simonia namque definitur studiosa voluntas emendi- 16

& vendendi, hoc est, accipiendi aliquid temporale pro spirituali non gratuito, sed principaliter in pretium rei spiritualis, idque principaliter, & immediatè, vt explicat Rodriguez *de regular. tom. 3. quæstion. 63. articul. 1.* Socin. *in rubric. de Simonia, numer. 3. & sequentib.* quæ studiosa, seu criminosa voluntas proculdubio aberat, dum Anna moniales monebat, ne animam vtcumque commacularent, & ad euitandam pœnam criminis sufficit qualitercumque fuisse à conuentione mala, & punibili recessum, saltem re integra, vt in simili tradit Angel. *consil. 169. col. 1. versic. ratio est.* Dec. *consil 88. num. 3. & seqq.* & facit optimum simile de iudice, qui pactus pecuniam pro sententia eam remisit, antequam pronunciaret, vt latè Boër. *dec. 153. n. 34. & 36.*

17 Cùm igitur dicta verba, & nouæ admonitiones non sint compatibiles cum prætensis conuentionibus simoniacis, vtique ab istis videtur recessum, per illa verba, etiamsi hoc expresse aliter dictum non fuerit. *l. pacta nouissima, C. de pactis.* Dec. *consil. 400. num. 9. post med. versic. Et his stantibus, & consil. 494. num. 4. & 5.* Illustrissimus Mantica *de contract. lib. 17. tit. 3. num. 13.* Put. *decis. 290. numer. 5. libr. 2.* Imò ad istum effectum de iure sufficit, quòd aliquid fuerit additum, vel detractum de forma præcedentis conuentionis. Cephal. *consil. 35. num. 52. versicul. nec secundum. lib. 1.* vel quòd fuerit admixta aliqua noua qualitas, vel conditio. Paris. *consil. 43. num. 51. libr. 1.* Menoch. *consil. 104. n. 37. lib. 1.*

19 Nec obstat, quòd inter verba prædicta D. Anna miscuit aliam de nouo simoniacam promissionem viginti florenorum annuorum Domicellæ Nollet, quia ista non fuit promissio, sed pollicitatio, neque fuit conuentio, sed mera liberalitas, & eleemosyna ob necessitatem illius Domicellæ, quo nihil pro necessariis alimentis à consanguineis percipiebat, neque fuit pro pretio voti, quod potiùs abnegauit, ideo non fuit simoniaca, tum quia non fuit ab illa moniali statim, nec deinceps acceptata, quo casu non Simonia etiam conuentionalis. Nauarr. *in Manuel. capit. 23. numer. 104.* & fuit dictum in Britonorien. commendæ, tertia Martij 1589. coram Gyptio Pampilonen. Rectoriæ quinta Nouembris 1586. coram Orano Tullen. Simoniæ, vltima Ianuarij, & vigesimaprima Aprilis 1597. coram Orano, quæ sunt impressæ apud Farinac. *consil. 75. n. 105. & 106.*

19 Tum etiam quia non fuit reciproca, & correspectiua ad votum dictæ Monialis, sed simplex tantùm si Anna euaderet Abbatissa, atque ita fuit spõtanea, & ex causa liberalitatis, & eleemosynæ, quo casu etiamsi fuerit collata postquam Anna assequeretur Abbatissatum, dum tamen non propter ipsum votum facta fuisset non est simoniaca. Ferret. videri *consilio 373. numero 5.* vbi ampliat etiamsi altera pars habuisset animum deprauatum. Dec. *consilio 118. numero 3.* Imò requiritur quòd principaliter, & immediatè fuerit promissio facta in pretium voti, & electionis, aliàs non est simonia, etiamsi minùs principaliter id cogitatum fuisset, & latè Nauarr. *consil. 14. num. 4. & seqq. de sim. in noua edit.*

20 Et sufficit, quòd non constat promissionem fuisse factam principaliter pro pretio voti, & Abbatissatus, ad hoc, vt præsumi possit magis ex causa liberalitatis, & eleemosynæ ad euitandam simoniam. Alexand. de Neuo *consilio 64. numero 8.* Nauarr. *dicto consilio 14. numero 2. & consilio 52. numero 5. de simon. in nouis.* P. Suarez *libro 4. de simon. capit. 44. & capit. 36. numero 10.* Azor *tom. 3. Institut. Moral. libro 12. capitul. 4.* quod bene comprobatur per decis. Put. *381. libro primo.* Natta *consilio 299. n. 19. & sequentibus*, & fuit dictum in Romana, seu Hispalen. simoniæ septima Februarij 1596. coram Blancheto, & in Firmana Capellaniæ 7. Maij 1582. coram Aldobrandino.

21 Denique cùm iuxta prædicta istud crimen ex animo pendeat, satis excluditur ex qualitate personæ rebus gestis, religione vitæ, ac præcipuè ex causa huius litis, & si quis adhuc scrupulos superesset magis errori iuris in femina tribui deberet ad simoniam euitandam. Petrus Suarez *tomo 1. de Religione, libro 4 capitulo 3. numero 7.* & qualitas personæ, & alia prædicta multum faciunt in proposito, vt per eundem *dicto libro 4. capitulo 36. numero 9.* & in dubio, & in ambiguis excluditur simonia, & præsumitur omnia fuisse licitè & validè acta. Idem Suarez *dicto capitulo 36. numero 10.* Put. *decis. 440. numero 3. lib. 1. & decis. 490. numero 2. libro 2.* Natta *dict. cons. 298. numero 10. & seqq.* Mohed. *decis. 3. de simon.* & fuit dictum in Meliten. Canonicatus sexta Martij 1565. coram Illustrissimo Millino, Oriolen. confidentiæ, prima Februarij 1591. coram D. de Rubeis, & sæpe in aliis. Quare, &c.

Angelus Aodosilla Aduocatus.

ARGVMENTVM.

In hoc consilio pluribus impugnatur; vt notoriè iniusta quędam sententia lata pro vulneribus in rixa sequutis, & in eo multa explicantur notabilia, de quibus in summariis, & pręsertim quando, & qualiter infereoda sit tortura testibus verisimiliter de facto informatis, & recusantibus dicere veritatem, ac etiam reo pro habẽdis complicibus, seu qualitates aggrauãtes delictum; quòd aggressor potest impunè occidi, & quando quis aggressor præsumatur. De famulo, seu etiam extraneo defeodente insultatum in periculo vitæ existentem, & de homicidio in rixa cõmisso, quis condẽnaodus sit, occisore certo, aut incerto existente.

SVMMARIVM.

Tortura data pro habendis complicibus, aut qualitatibus aggrauantibus delictum, debet esse moderata, & non excedere mediam horam, numero 2.

Tortura danda testibus verisimiliter informatis debet esse leuis, & non atrox, numero 3.

Tortura dicitur atrox, in qua reus sæpius deponitur, & refrigeratur, numero 4.

Tortura ex processu informatiuo dari non potest à quocumque iudice etiam habente liberum arbitrium, numero 5.

Testes examinati parte non citata, non faciunt minimum, aut modicum indicium, num. 5.

Tortura pro habendis complicibus, seu qualitatibus aggrauantibus dari non potest reo, qui non sit conuictus, numero 5.

Aggressor præsumitur is qui ante rixam iniuriam recepit, numero 6.

Aggressor præsumitur is, qui aduersarium ad dimicandum inuitat, numero 7.

Aggressorem vulnerans, dicitur vulnerare ad sui necessariam defensionem, num. 8. & numero 10.

Aequalitas semper seruanda, n. 9.

Delinquens ex suo delicto commodum reportare non debet, numero 9.

Autor rixæ tenetur de vulneribus etiam in suos socios illatis, numero 10.

Associans aggressorem, & in rixa astans armatus punitur eadem pœna, qua puniendus est aggressor, n. 11.

Contumaces non audiuntur nisi personaliter compareant, n. 12.

Incertitudo delinquentiũ in rixa existente pœna statu-

ti

ti locum non habet,n.13.

Rixa sequuta,& in ea commisso homicidio,si constat de certo occisore ille condemnatur,n.14.

Scandali euitandi causa non potest quis indebitè cōdemnari,licèt bene posit pœnæ exequutio accelerari, numero 15.

Indæus testis esse non potest contra Christianum, etiam quòd producatur ab alio Christiano, & etiam in crimine hæresis,n.16.

Occidere seipsum dicitur,qui vàlēs se defendere, & saluare aliquo modo,non se saluat,& defendit,n.17.

Dominus non tenetur prohibere famulo vulneranti aggressorem,n.19.

Defendere insultatum ab alio,cuicumque extraneo licitum est,n.20.

Defensio quæ iuris naturalis & diuini est, nunquam censetur exclusa à statuto,n.21.& seq.

Defensionem necessariam,nec Papa,nec Imperator tollere potest,n.22.

Testes vocantes alios in contestes redduntur falsi,si contestes nominati contrarium deponunt,n.23.

Sententia quæ non iustificatur ex actis dicitur notoriè iniusta,n.24.

Sententia dicitur notoriè iniusta, si in ea causa expressa redditur falsa ex actis,n.24.

CONSILIVM CLXXXI.

1 ADeò luculenter & eruditè Excellentissimus D.Balthassar Nardius explicauit grauamina illata in processu, & sententia Florentię data contra D.Bartholomæum Felicaiam, & Thomam eius famulum, vt cū ipsius allegationibus, nihil amplius quod releuet addi posse perspicerem, facilè me à scribendi munere retraxissem,nisi amico sic instanti satisfacere decreuissem; breuius itaque quàm potero grauamina prædicta reassumendo incipiam à tortura indebitè illata,nedum Bartholomæo,Io.Baptistæ, & Thomæ principalibus constitutis,sed etiam Marco Antonio testi.

2 Fuerunt enim prædicti Bartholomæus, & Io.Baptista torti sine præiudicio conuictorum adhabendum, an de eorum consensu,& mandato,Thomas ad rixam accesserit,& se in ea intromiserit, & è conuerso Thomas tortus ad sciendum,an de consensu & ordine dicti Bartholomæi,seu alterius ad eandem rixam accesserit, & in ea se intromiserit; quo casu torturam debere esse moderatam,non excedentem mediam horam nedum nun repetitā, sicut apud Doctores indubitanter receptum est, ita passim,& in practica communiter seruatur. Clar. *in pract. §. fin. quæst. 64.versi.veritas est,in fine.* Vulpell.*consilio 4.n.14. vers. illud insuper non omitto.* Flamin.Cartar.*in tract. de exequut.sent.capitulo 2.numero 68. & numero 90.in fine.* præsertim cùm nullo sequuto homicidio non ageretur de delicto capitali,in quo propterea eo minus tortura magis moderata esse debebat.

3 Sic & Marcus Antonius tanquam conuictus quòd rixæ præsens fuerit,& omnia verisimilitēr videre potuerit ad habendum ab eo omnia ea, quæ vidit à principio vsque ad finem rixæ,fuit pariter tortus vt testis ,quo casu pariter receptum est,torturam leuem,& non atrocem esse debere, Bald.*in l.fin.C.de quæst.*Cyrill.*in summa crimin. rubr.29.tit.de q.§.3.numero 3.fol.mihi 150. col. 2. in princ. versiculo,tortura testis,* Boss.*in tit.de mandato ad homicidium, n.31.& seq.*

4 Et tamen Bartholomæus prima vice sæpius depositus,& refrigeratus,eleuatus per horam,& plus, & deinde iterum per duas tertias partes vnius horæ pariter,& sæpius depositus,refrigeratus,& eleuatus tortus fuit,Io. Baptista autem vt suprà per duas tertias partes vnius horæ, & plus torturæ subiectus fuit, & Marcus Antonius prima vice per horam, & deinde per mediam horam repetitus torturam sustinuit, Thomas autem prima vice per horam cum vnico ictu funis tortus fuit. Huiusmodi autem torturæ,quòd non leues,non moderatæ,sed immoderatæ, & atroces reputentur, scripserunt Clar. *in pract.§.fin. quæst.64. versicul. nunc de gradibus, & ver. debet igitur iudex*, Francisc. Personal. *in tractatu de indic.& tortur.sub num.76.ad finem*, Flamin.Cartar.*in practic.interrogandor.reor.libr.4.cap.1.num. 132.ver. & quoniam autem aduertendum est.*

Secundò eiusdem torturæ iniustitia,præsertim respectu Marci Antonij, Thomæ,& Ioann.Baptistæ, eo magis apparet, quòd torquentur ad habendum præmissa tanquam conuicti ex testibus, quorum depositiones ipsis respectiuè tantummodo leguntur absque eo quòd dicti testes fuerint ad eorum faciem confrontati,uedum ipsis citatis examinati, & sic ex processu informatiuo, quòd iudici cuicumque etiam liberum,& absolutum arbitriū habenti id facere minimè licuisset, scripsit Bursat. *cons.201.n.99.& pluribus seqq.* & est ratio,quia testes parte non citata examinati, non solùm non conuincunt, sed nec etiam minimum quidem faciūt indicium, *cap. 2. ibi, nullius momenti, &c. extrà de testibus.* vbi etiam Abb. *numer.* 14. Aretin. *numer. 1. in 1.notab.* & Felyn.*numer.3.* cum alijs per Anton.Gomez *de delict.cap.12.rubric.de probat.delictor.numero 20. ad finem.* Viu. *opin.931.numero 7.* & voluit Rota coram Illustrissim.Cardinal.Crescentio *rubric.de testibus,decis.2.aliàs 264.*& ideo cùm prædicti Marcus Antonius,Thomas, & Io.Baptista non essent conuicti,vt iudex asseruit,minimè super aliis, vel in caput aliorum torqueri poterant,ad text. *in l.qui vltimo,ff.de pœnis.* & voluit Ludouic.Peguer.*decision.crimin.5.num.29.versic. scias tamen.* 5

Tertiò, & omissa iniustitia torturæ, sententia in qua Bartholomæus condemnatur pro vulneribus illatis in dominum Philippum Sassertum, notoriè etiam iniusta apparet, cùm in processu cōstet ipsum fuisse insultatum ab eodem domino Sassetto,quod à iure præsumitur,cùm idem Sassertus iniuria iam affectus fuerat à Bartholomæo,& propterea vt de ea vindictam sumeret,præsumitur aggressum fuisse Bartholomæum,Vulpell.*consil.18.n.8.* Bertazzol.*consil.27.num.16.* Hippol.Rimin.*consil.359.n.31.lib.4.* Honded.*consil.99.n.24.& n.31.libr.1.* Menoch.*de arbitrar.qq.lib.2.cas.363.n.1.* 6

Et circumscripta hac præsumtione, apertè constat ipsum fuisse aggressorem ex verbis ab ipso mouente se versùs Bartholomæum in principio rixæ prolatis, videlicet, *Caccia mano Felicaia a quella spada, che io son qui per ribauer l'onor mio.* Qui enim primus est ad incipiendum rixam, aut rixæ causam dans verbis,aut facto, & præsertim se de loco ad locum mouendo versùs aduersarium, prout fecisset Sassetus, is vtique, & prouocator, & aggressor dicitur, *leg.quisquis, Cod.de seruis fugitiuis*, Bald. *in leg.1.num.14.in fine,Cod.vnde vi.* Bertazzol.*consil.88. num. 2.& seq.lib.1.* Herculan. *in tract.de caution. de non offendendo,capit.30.numer.17.* Honded.*consil.99.num.29.libr.1.* & in terminis de inuitante aliquem ad pugnam, quòd dicatur aggressor,voluit Cepol. *crimin.28.post num.2. versic.sed in casu nostro,& num.14.in fin.versic.nec obstat*, idem Bertazz. *consil.307.num.1.* 7

Si D.Sassertus fuit aggressor,non vtique Bartholomæus poterat pro vulneribus illatis in aggressorem condemnari,cùm ad necessariā defensionem vulnerasse præsumatur,Ias.*in l.vt vim,n.9.vers.alibi dicit.ff.de iust.& iure.*& ibi Salmeron.*num.8.*Franc.Curt.*num.65.* & Mantua *numer.56.*& est textus clarus *in l.sed & si quemcumque, ff.ad l. Aquil.* immo non solùm licitum est occidere aggressorem & insultantem, sed etiam præparantem se ad insultum,prout pariter est text.*in l.si vt allegas,C.ad l.Corn.de sicariis*, notant Canonistæ *in c.si verò,de sent.excommunicat.* Boss.*in tit.de homicid.n.88.* Hippol. Rimin.*consil.361.num. 15.lib.4.* 8

Quartò & eo magis iniustitia sententiæ prædictæ detegitur ex eo quòd Bartholomæus insultatus condemnatur,& Sassetus aggressor absoluitur,ex eo,quòd ipse Sassetus vulneratus remansit, quasi quòd ad fauorē Sasserti 9

facit, iure fecisse existimatur, & ex Bal. *in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* in summario. pariter facit generalem regulam, quòd omne id, quod fit ad sui defensionem, pœnam non meretur, nec in culpa est qui seipsum defendit. facit etiam optimè tex. *in l. si quis percussorem, C. de sicar.* vbi pariter, & generaliter dicitur defensorem propriæ salutis in nullo peccasse, & aliter dicere, ni fallor, valde ridiculum esset, & sequeretur absurdum, quòd qui committendo non delinquit, omittendo delinqueret, iura autem, & Doctores volentes dominum teneri pro delicto famuli, si illud prohibere poterat & non prohibuit, non applicantur casui nostro, quia, vt mox dicam, Thomas defendendo dominum suum nullum commisit delictum.

19 Nonò condemnatur Thomas vt suprà, propter vulnera in Sassettum illata, nullo habito respectu, vt modò dixi, quòd si etiam Sassettum occidisset, nedum contra ipsum ictus admenasset, & etiam vulnerasset, omnia fecit, prout bene alter dominus scribens deducit, quando Bartholomæus eius dominus in terra existens, aduersario denudato ense, in ipsum ictus admenante auxilium implorabat, exclamans, *Misericordia mi ammazate*; quo casu intrant iuris conclusiones, quòd non solùm famulo licitum est dominum suum in vitæ discrimine existentem defendere, sed etiam tenetur. *l. 1. §. occisorum, & §. eodem tecto, & §. ildisse, ff. ad Sillanian. l. cum dominum, ff. eod.* Alberic. *in l. vt vim, num. 12. in fine versic. de seruo*, & ibi etiam Fulgos. *numero 4. versic. quia speciale est in seruis*, & Iason. *numero 32.* & Claud. Seissel *numer. 37. ff. de iust. & iur.* Angel. *de malefic. in verbo, & dictus Titius se defendendo, numero 34.* Petr. à Plach. *in epitom. delictor. libro 1. capit. 28. numero 28. versic. certum*; Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib. 3. rubric. fin. q. 2. num. 2. & seq.* Menoch. *de arbitr. libr. 2. cas. 355. numero 17.* Anton. Gomez *de delict. titulo de homicid. sub numero 4.*

20 Immo nedum famulo, sed etiam tertio licitum est extraneum sibi incognitum, sic in periculo vitæ constitutum defendere, & aggressorem occidere. Bart. *in l. vt vim, num. 7. vers. ego teneo*, & ibi etiam Angel. *num. 7.* Paul. de Castro *num. 10.* Fulgos. *num. 4. & 5.* & Ias. *num. 29.* & Dec. *numer. 32. ff. de iust. & iure*, etiam quòd ille extraneus, sic in periculo vitæ constitutus auxilium non inuocet, Bart. *in d. l. vt vim, vbi suprà.* Ang. *de malefic. vbi supr. num. 2.* & ibi Augustin. *in addit. post num. 5.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 20. num. 2.*

21 Nec obstant bannimenta, quibus cuicumque prohibitum videtur se intromittere in rixa cum armis etiam ad effectum diuidendi, & hinc inferatur, quòd expressè etiam prohibita sit intromissio ad effectum defendendi aliquem ex astantibus in periculo vitæ constitutum. Hæc enim illatio & consequentia non est bona: nam bannimenta, statutáque omnia quantumcumque generalia nunquam censentur excludere defensionem, quæ iuris naturalis, & diuini est. Alber. *in l. vt vim, num. 3. in fin. & num. 4.* & ibi etiam Angel. *num. 3.* Paul. de Castr. *num. 4. ff. de iust. & iur.* idem Alber. *in l. scientiam, §. qui cum aliter, num. 3. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. num. 4. in fin. & num. 5. vnde vi.* Iacob Boulen. *in repet. l. capitalium, §. famosos, numero 130. ff. de pœnis.*

22 Et si forsan reperirentur statuta defensionem prohibentia, non vtique essent intelligenda de defensione necessaria ad fauorem eius, qui in discrimine vitæ constitutus esset, prout erat Bartholomæus. Marsil. *pract. crim. §. quoniam, numero 78.* Gaspar Gabellin. *in additionibus ad constitutiones Marchiæ libro 4. capitulo 54. in verbo ad defensionem, numer. 8.* & rursus si statura, aut bannimenta, etiam necessariam defensionem prohiberent, tanquam iniqua & irrationabilia non valerent, cùm nec etiam Papa nec Imperator possit necessariam defensionem tollere. *Clem. pastoralis, de re iudic.* Bal. *in l. vt vim, num. 2.* & ibi etiam Salomon. *numer. 14.* Claud. Seissel *numero 2. in lectura.* Francisc. Curt. *num. 9.* & Mantua *numero 24. ff. de iust. & iur.* Florian. *in l. 1. §. cum arietes, numero 3. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* Marsil. *in practica criminali. §. quoniam, numero 79.* & Farinac. Consil. crim. libr. 2.

propterea ne Serenissimus Magnus Hetruriæ Dux, inter omnes alios iustissimos Principes de iniquitate redarguatur, omnino dicendum est, quòd per prohibitionem factam de non se intromittendo in aliqua rixa cum armis ad effectum diuidendi, nullo pacto intelligere voluerit de intromissione quam quisque facit ad effectum defendendi, & saluandi constitutum in discrimine vitæ ab aggressore, ex prællegatis vltra alias optimas rationes ab alio eruditissimo Doctore scribente allatas.

Decimò iniustitia sententiæ contra eundem Thomam amplius patens est, quia propter insequutionem quadrigæ, & intromissionem in rixa ictus admenando in Sassettum, condemnatur tanquam conuictus, & tamen quoad insequutionem quadrigæ nullo pacto potest dici conuictus, vt suprà probaui ex depositionibus duorum Hebræorum, qui eo minus ipsum conuincere dicuntur, cùm alij testes ab ipsis in contestes vocati, contrarium eius ad quod in contestes vocantur liberè deponunt, & sic illos de falsitate conuincunt, Bald. *in capitulo cùm causam quæ, num. 17.* & ibi etiam Felyn. *num. 2. col. 3. versic. sed hanc fallentiam, extrà de test b.* Grammat. *consi. 26. num. 20. & consi. 38. num. 20.* Gabr. *in. de testib. lib. 1. concl. 3. num. 11.* Decian. *cons. 92. num. 51. lib. 2.* Eugen. *cons. 27. n. 51.* & quoad intromissionem in rixa, & admenationem ictuum in Sassettum, iam nullus adest in processu testis, qui super his deponat, quin etiam addunt quòd eo tempore Bartholomæus erat in terra iacens in vitæ periculo constitutus, & quòd sic Thomas in Sassettum ictus admenabat vt Bartholomæum suum dominum ab imminenti periculo defenderet. 23

Quibus sic stantibus sententiam prædictam, notoriè iniustam esse negari non posse creditur, tum quia non solùm, vt præfertur, ex actis non iustificatur, per. *decis. 40. lib. 1.* Mohed. *decis. 290.* cum aliis inter nouissimas *decision. 270. num. 8. & 278. num. 3.* tum etiam quia ex eisdem actis constat de falsitate causarum in sententia expressarum. Roman. *singul. 46.* Franc. Turzan. *opin. 87.* cum aliis per Contard. *de momen. possession. limit. 9. num. 59.* Cephal. *consil. 241. num. 49. lib. 2.* & voluit Rota coram Illustrissimo Cardinali Millino in vna Tirasonen. iurisdictionis, Lunæ 5. Iulij 1593. de qua in nouissimis *part. 2. decis. 9. n. 9.* & propterea Serenissimum D. Principem à tot grauaminibus, interpositam appellationem, & causæ reuisionem iure admittere, & committere debere existimo, cùm præsertim etiam quòd res esset dubia (prout clara est) in dubio appellationi deferendum esse, omnes admittant. 24

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Condemnari vt quis possit tanquam conuictus, quæ requirantur. multa de testium fide & probatione ad hoc, vt faciant indicium ad torturam, & præsertim de depositione mandatarij, & socij criminis.

SVMMARIVM.

Conuictus vt quis dicatur quatuor requiruntur, primò vt testes super delicto deponentes sint duo vel tres, secundò, vt sint contestes & non singulares, tertiò vt sint omni exceptione maiores, quartò vt concludant per necesse, non autem per possibile, n. 1.

Probationes plures imperfectæ, aut semiplenæ non coniunguntur ad condemnandum aliquem tanquam conuictum, num. 2.

Confessio extraiudicialis probari debet per duos testes, num. 2.

Fama publica probari debet per duos testes, num. 4.

Conf. ßio extraiudicialis non sufficit ad condemnandum, numero 4.

Fama publica etiam legitimè probata non sufficit ad condemnandum, num. 4.

Testis vnicus non sufficit ad condemnandum, numero 6.

Testis de auditu nln probat plenè, num. 6.

Testes de credulitate non conuincunt, nec plenè probant, num. 7.

Testis falsus in vno, falsus in omnibus, num. 8.

Fama quando criminaliter agitur non dicitur probata per testes deponentes publicè audiuisse, num. 9.

Inimicitia capitolis non oritur ex lite nisi sit omnium bonorum, num. 13,

Minæ semper recipiunt interpretationem de vindicta iuris, & non de vindicta facti, num. 14.

Testes de auditu auditus ab illis qui non fuerunt examinati nihil probant, num. 15.

Testes de auditu à non fide dignis viris nihil probant, num. 16.

Testes de auditu non faciunt indicium, num. 17.

Mandatary depositio, & inculpatio non facit indicium contra mandantem etiam quòd mandatary essent plures, num. 18.

Mondatary depositio contra mandãtem non facit indicium quando aliunde est falsus, & infamis, numero 19.

Tortura non purgat plures defectus, num. 20,

Testis bannitus capitaliter nihil probat, num. 21.

Scius criminis sine tortura deponens non facit indicium contra inculpatum socium, num. 24.

Socius criminis qui contra aliquem deposuit sub saluo conductu nullum facit indicium, num. 25.

Seruus seu famulus in atrocioribus non excusatur delinquendo de mandato domini, num. 26.

Testes parte non citata examinati etiam mortui nihil probant, n. 27.

Mandatario asser.o nihil creditur contra mandantem etiam quòd asserat noluisse acceptare mandatum, numero 28.

CONSILIVM CLXXXII.

1 QVOD D. Iulianus Nasellus non sit conuictus de transportatione frumenti extra statum ecclesiasticum, prout fiscus prætendit, & etiam vt audio à D. Iudice dubitatur; nullus credo dubitationi locus sit, præmissa priùs verissima illa iuris conclusione quòd ad hoc, vt quis testibus conuictus dicatur quatuor requirantur necessaria. Primò vt testes sint duo, vel tres. *l. vbi numerus. ff. de testib. cap. si quis testes, §. vbi, num. 4. q. 3.* Secunda vt sint contestes, & non singulares, *c. causam, extrà de probationibus. c. cùm dilectus, de accusationibus.* Tertiò vt sint omni exceptione maiores, Bald. *in c. cùm causam, num. 9. extrà de testibus.* Speculat. *in tit. de offic. omn. iudic. § postremo, versic. sixtò quærendum.* Quartò vt concludant per necesse non autem per possibile, *c. in præsentia, extrà de probat. l. non hoc, C. vnde cognati.*

2 Et intantum est vera præmissa conclusio quòd ad effectum condemnandi aliquem tamquam conuictum plures imperfectæ probationes, immo & duæ semiplenæ non coniungantur. Gandin. *in tit. de præsumt. & indict. indubitatis, numer. 2. ad med. versic. Et licèt in causa ciuil.* Roman. *in l. excipiuntur, n. 3. in princ. iuncto vers. aut sunt alia indic. ff. ad Syllanian.* Bossi. *in tit. de conuict. n. 23.* Gabriel *libr. 1. tit. de prob. et concl. 1. n. 23. & num. 26.* Simanch. *de hæretic. c. 50. num. 2.*

3 His sic præmissis discutiendo examinatos in hac causa, & in primis quoad prætensam extractionem trium modiorum frumenti ex territorio Ferratiensi ad territorium Venetum. Primus testis Iulius Guaraldus non deponit nisi de publico auditu, ac etiam de auditu à Nasello vtroque casu, nihil probat; quia extraiudicialis confessio non per vnicum, sed per duos testes probanda est. *c. final. extra de successoribus ab intestato.* Bero. *in c. & si clerici, n. 135. & seq. extrà de iudic.*

4 Sic & publica fama pariter per duos testes probari debet, Bart. *in l. de minore, §. plurium, num. 19.* & ibi Marsil. *numero 52. & num. 121. & seq. ff. de quæst.* Gandin. *in tit. quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem, numero 11.* in omni casu, nec confessio extraiudicialis etiam plenè probata plenam inducit probationem. Specul. *in tit. de confessis. §. nunc videndum, vers. siquidem quis confitetur crimen extra iudicium,* Bart. *in l. si confessus, num. 3.* & ibi etiam Ang. *num. 1. ff. de custod. reorum.* nec etiam fama, & si per duos testes probata fuerit ad condemnandum, sufficit præsertim in criminalibus, *c. veniens,* & ibi glos. & Doct. *extrà de testibus.* Bero. *in c. qualiter, & quando, num. 78. de accusation,*

5 Secundus testis Ludouicus Bassellus nihil deponit de transportatione frumenti ex territorio Ferrariensi ad territorium Venetum, sed solùm dicit de domo Nassella ad domum Comitis Cæsaris Tassoni sitam in territorio Ferratiensi.

6 Tertius testis Petrus Antonius Miserius in eo, quod deponit de auditu à Iulio Guaraldo nihil plus probat, quàm ipse Iulius: in eo autem quòd deponit Bouarios nomine Nassellí onerantes frumentum in villa Garzoni, illúdque conducentes per viam Peazzi ducit ad statum Venetum, nec etiam probat, tum quia est vnicus, *capitul. licet vniuersis, & cap. veniens, extrà de testibus, l. iurisiurandi, C. eodem.* Tum etiam quia de ordine Nassellí nihil dicit, nisi de auditu à dictis Bouariis. *c. licèt ex quadam, in princ. extrà de testib. cap. iam litteris, eodem tit.*

7 Tum tertiò quia deponit per verbum *crede*, dum dicit, *Tengo che lo conducesse à fiesse facendo quella strada che è commune, & ordinaria, che và su il Venetiano.* Cùm potuerit pœnitere, & ad regionem suam reuerti, iusta tradita per Bal. *in l. cùm ante, C. de donation. ante nuptias.* Firman. *in tract. de gabel. par. 9. num. 21. vers. sed idem Baldus,* Cyn. *in l. cùm proponas, C. de nau. fœnor.* Clar. *in pract. §. final. q. 82. statutum circa blada. num. 3. vers. item quære.*

8 Septimus testis Maria vxor supradicti Petri Antonij paritur easdem exceptiones, quas patitur Petrus Antonius, & vlterius est mendax cùm audeat dicere se vidisse, & audiuisse dictos Bouarios. Et tamen Petrus Antonius dicit, quòd quando accesserunt dicti Bouarij, quòd nemo alius, nisi ipse erat præsens, & quòd eius vxor *staua in vn'altra stanza à filare appresso al fuoco*, & sic non potuit videre dictos Bouarios, & falsus in vno, falsus in omnibus. Bal. *in l. fin numero 18. C. de edict. Diu. Adr. toll. c. fraternitas*, & ibi communiter omnes Canonistæ, *extrà de hæretic.*

9 Quod verò attinet ad prætensam extractionem stadiorum 24. frumenti. Primus testis prædictus Iulius Guaraldus dum dicit quòd Nasellus transportare fecit ad suam possessionem Fiessi stadia 24. frumenti habiti à Martello Bouario, vltra quòd est vnicus, deponit sine ratione, cùm non dicat quomodo sciat hoc frumentum fuisse ad dictam possessionem transportatum, ideo nihil probat: vt *in auth. de testibus. § licet.* & ibi glos. & Doctores *l solam, C. eod.* Et in eo, quòd dicit habuisse ordinem à Nasello, quod dictum frumentum daret Hieronymo Bouario si nomine suo illud requirebat. Non concludit propterea ordinem transportandi frumentum ad territorium Venetum, & si conduceret faceret se socium criminis, & ideo eo minus probaret. Et dum dicit publicè dici audiuisse quòd Nasellus asportare fecit frumentum ad territorium Venetum, iam fuit suprà responsum

&

& additur quòd quando agitur criminaliter, testis sic deponens publicè dici audiuisse, nihil probat, prout voluit Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. cap. 49. n. 28. versic. mihi verum.* & Simon. de Præt. *consil. 81. n. 21. vers. tum etiam quia sumus in causa criminali. lib. 1.*

10 Quartus testis Hercules filius prædicti Iulij non plus deponit quàm Iulius pater, ideo obstant ei & exceptiones datæ patri, & in eo quòd amplius dicit vidisse rumorem eorum in transeundo Pozzaum est vnicus.

15 Quintus, & sextus testis, videlicet Hieronymus & Bartholomæus Genafij nihil dicunt de transportatione frumenti de statu Ferrariensi ad statum Venetum, sed tantùm de vna in aliam villam in territorio Ferrariensi.

12 Ex quibus nedum Nasellum minimè conuictum indubitanter existimo, sed nec etiam indiciatum.

13 Quod verò attinet ad prætensa homicidia commissa, vt dicitur de ordine Naselli, & inprimis quoad homicidium Vincentij Quattrochij dum primò contra Nasellum adducitur inimicitia in causa confinium, & querelarum hinc inde datarum occasione damnorum datorum. Respondetur hanc inimicitiam non esse capitalem, aut grauem, cùm non oriatur ex lite omnium bonorum, aut maioris partis eorum, iuxta tradita per Angel. *de malefic. in verbo quòd fama publica, sub num. 50.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, numero 55. versic. item inimici dicuntur illi, ff. de quæst.* Menoch. *de arbitr. qq. lib. 2. casu 110. numer. 14. & seqq.*

14 Dum secundò adducuntur prætensæ minæ Naselli contra Quattrochium ipsum requirendo vt accommodaret querelas, siue bulettinos datos in eadem causa damnorum datorum sub his verbis, videlicet, *Voglio che l'accommodi se vuoi, & se non vuoi à tutte le vie*; respondetur ea his verbis nullam resultare probationem minarum, quia non inferunt ad aliquam specialem offensionem Quattrochij, vt plenè concludit Honded. *consi. 197. num. 44.* Petr. Caball. *resol. crim. casu 188. numero 67. & seqq. centur. 3.* sed intelligendæ sunt de accommodatione via iuris, & non alio modo. *l. uxor, vbi glos. & Doctores, C. qui accus. non possunt,* Dec. *consi. 189. numer. 14.* Aym. *consi. 151. num. 18.*

15 Dum tertiò adducitur depositio de auditu à Peregrino Dominico Quarato quòd sibi dixerunt Bartolottus, & Menghettum ipsis dixisse occidisse Quattrochium de ordine Naselli. Respondetur quòd iste testis vltra quòd est bannitus in pœnam furcarum pro atrocissimis delictis in statu Veneto, adhuc nihil probet. Quia deponit de auditu auditus, ab his qui nō fuerunt examinati, Aym. *de antiq. tempor. par. 1. sectione visa de fama, n. 7. vers. nam pone.* Menoch. *de arbitr. qq. lib. 2. casu 475. n. 6. & consi. 98. n. 54. lib. 1.* Honded. *consilio 17. num. 46.*

16 Dum quartò adducitur depositio Menghetti prætensi mandatarij, respondetur quòd de mandato Naselli nihil prorsus deponit, nec de hoc homicidio nunquam fatetur aliquid tractasse cum Nasello, sed solùm deponit de auditu à Bartoloto, quòd non eidem Menghetto dixit tractasse cum Nasello, sed solùm cum Francisco Curiandolo, ideo cessat illa disputatio an dictum mandatarij faciat indicium contra mandantem, & quando; sed solùm intrat conclusio quòd testis de auditu alterius non potest plus probare quàm ex quadam probaret ille à quo audiuit dicere ex quadam, cum ibi notatis per Doctores *extrà de testibus.*

17 Dum quintò adducitur depositio Bartolotti dicentis se occidisse Quattrochium ea particulari causa, nempe propter querelas sibi datas ab eo, & quia sic etiam iocitatus fuit à Francisco Curiandolo cum promissione scutorum 25 licèt postea in septimo constituto dicat à Curiandolo audiuisse quòd dicta senta sibi dedisset Nasellus cuius seruitio sibat homicidium Quattrochij; respondetur pariter quòd neque ipse nihil tractauit cum Nasello, sed tantùm deponit de auditu ab altero, & propterea nullum facit indicium, aut præsumtionem. Marsil. *consi. 20. n. 5.* Rol. *consi. 24. num. 46. lib. 1.* Cephal. *consi. 204. num. 7.* Menoch. *consi. 98. num. 55. lib. 1.*

18 Verùm & præmissis omnibus cessantibus, & dato millies quòd Menghettus & Bartholottus expressè deponerent tractasse immediatè cum Nasello, & de eius ordine, & mandato occidisse Quattrochium, prout non deponunt, adhuc contra dictum Nasellum, de iure nullum faciunt indicium, etiam quòd duo sint mandatarij, Rol. *consil. 73. num. 16. lib. 1.* Bertaz. *consi. 116. num. 23. lib. 1.* Mascar. *de probationibus lib. 5. conclus. 1311. numero 19.*

Et dato quòd indicium faciant cùm sint ambo aliunde infames, & criminosi, banniti scilicet capitaliter condemnati tanquam homicidæ, & grassatores viarum, eorum fides prorsus corruit, nec propterea probationem aliquam aut indicium faciunt. Grammat. *vot. 34. n. 8. & seq.* Roland. *consi. 16. n. 16. lib. 1.* Bertaz. *consi. 341. n. 17. lib. 2.* præsertim cùm non solùm vt præfertur sint infames, & criminosi, sed etiam varij, & periurij cùm Menghettus in nono constituto & Bartolottus in septimo constituto nominant Nasellum, quem in præcedentibus constitutis nunquam inculparunt, aut nominarunt, Gram. *d. vot. 34. n. 10.* Rolan. *consi. 53. n. 17. lib. 1.* 19

Nec tortura prædictos defectus cùm plures sint purgare potest. Bursat. *consi. 192. num. 21. & seq. & consi. 239. n. 42. & consi. 275. n. 10.* Hond. *consi. 100. n. 37. lib. 1.* Cephal. *consi. 233. n. 6. & 7. lib. 2.* vbi testatur de communi & indubitata conclusione. 20

Multo minus in homicidio commisso in personam Ioannis factoris Duminotū de Beccariis ex processu constat contra Nasellum mandantem aliquid teleuans constare video; depositio enim Alexandri Miradulæ nihil facit, tum quia non deponit nisi de auditu à Menghetto, qui nullam facit probationem, vt suprà dixi, tum etiam quia est bannitus capitaliter, Bald. *in l. cùm mulier, num. 6. ff. solut. matr.* Marsil. *in pract. §. aggredior, num. 94. & in tract. de bannit. in verbo exules, n. 8.* pract. Contad. *rubric. de testibus, in verbo bannitos, num. 38.* 21

Depositio Ioannis Tombæ pariter non afficit Nasellum, tum quia & ipse est bannitus capitaliter, tum quia deponit de auditu à Bartholomæo Nasello qui non fuit examinatus, ex suprà allegatis; tum & tertiò quia etiamsi Bartholomæus fuisset examinatus, nec etiam ipse aliquam faceret probationem, quia extraiudicialis confessio non per vnicum sed per duos testes probari debet, vt suprà dixi. 22

Depositio Raphaëlis Toriæ nec etiam nocet Nasello, quoniam vltra quòd est vnicus, vt suprà, non deponit audiuisse à Nasello quòd ipse mandauit occidi factorem dominorum de Beccariis, sed quòd Menghettus illum occidit, & sic etiam quòd iste testis dicat verum, in nihilo Nasellum inculpat, vltra quod & ipse est bannitus in pœnam furcarum pro atrocissimis delictis. 23

Depositioni autem Menghetti latè suprà responsum fuit.

Et quod attinet ad prætensum mandatum de occidendo D. Christophorum de Beccariis, in quo præcipuè examinatur Io. Bernardinus qui deponit de auditu à Nasello quòd intenebat homines in insidiis vt occiderent D. Christophorum, & pariter de auditu ab iisdem hominibus inter quos erant Bartholottus, & Menghettus, ipsis dicentibus quòd sic stabant in insidiis de mandato Naselli vt occiderent ipsum Christophorum. Responsio est facilis: nam vltra quòd est vnicus & criminosus, facit se socium criminis, ea eo quòd fatetur scienter detulisse illis sicariis victum & potum, dum in insidiis stabant ad effectum præmissum, & insuper suscepit mandatum ab eodem Nasello, ad explorandum quando Christophorus discedebat, & ibat Ecclesiam Schientæ, ideo intrat iuris conclusiones quòd socius criminis non facit indicium, præsertim cùm sine tortura deposuerit. *l. hoc carmè, §. si ita rei conditio, ff. de testibus,* Boër. *decis. 419. n. 3. in fin.* Boss. *de indic. & considerat. ante torturam, n. 151.* Clar. *in pract. §. fin. q. 21. vers. sciat etiam.* 24

Subiecit se examini sub saluo conductu & impunitate promissa, ideo & eo minus probat, Boss. *in tit. de opposit. contra testes, numero 21.* Vinc. de Frāch. *decis. 459. p. 3.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. caus. 29.* qui in terminis loquuntur 25

quando præsertim d. positio socij criminis non est confirmata in tortura.

26 Nec excusatur ex eo quòd est famulus Naselli cùm simus in atrocioribus, *l. seruus in omnibus, in primo responso, ff. de action. & obligation. l. liber homo, la secunda, & ibi glos. 1. ff. ad l. Aquil.* Capra *conclus. 30. n. 26.* Tiraq. *de pœn. semper. causa 34. n. 1. & seq.*

27 Nec etiam facit testimonium Ioannis della Veronica factum in confortaria quando ducebatur ad supplicium. Primò, quia non nominat Nasellum, sed Marianum de Fresso qui desuper in terra Rouchi constitutus absolutus fuit. Secundò quia pro aliis delictis fuit morti traditus. Tertiò quia sine citatione partis cuius defectus morte non sanatur, Nat. *cons. 395. num. 21. & seq.* Hood. *cons. 103. num. 22. lib. 1.* Petr. Cabal. *resolut. crim. casu 160. n. 8.*

Sic etiam & Ioannes Bartholotus non nominat Nasellum, sed Marianum prædictum, & patitur exceptiones de quibus suprà.

28 In incendio casonis dominorum de Beccariis nihil prorsus ex processu contra Nasellum quod releuet resultare video. Nam quoad depositionem Menghetti ex prææallegatis iam satis fuit dictum ex ea non resultare aliquod indicium, & multo minus ex depositione Ioannis Tromba, vltra quod est capitaliter bannitus, vt præfertur, nec ipse aliquod facit indicium dum asserit se fuisse requisitum à Nasello vt ignem immitteret in casonem prædictum, Marsil. *in pract. §. dil genier, numero 37. versiculo mihi autem nunquam placuerunt, iuncto numero 59. versicul. sed in hoc dubio, & numero 40.* Grammat. *cons. 21. post numer. 14. versiculo 3. & vltima ratio, & decis. 28. num. 26.* Hieron. de Mont. *q. 16. n. 20.* Clar. *in pract. §. fi. q. 21. ver. & ex hac inclusione.*

29 Et demum quoad percussiones, & vulnera illata io Ludouicum de Vechiis à Menghetto, & Bartolotto pariter deponentibus se hoc fecisse de ordine Naselli, satis supérque fuit suprà responsum prædictis depositionibus, quare nihil superesse video quod in præmissis Naselli excarcerationem & absolutionem impediat; saluo semper, &c.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiense lib 3. rubr. de contractibus cum minoribus & filiisfamilias faciendis, nunquid habeat locum quando minores seu filijfamilias contrahunt cum fisco & ad eius fauorem.

SVMMARIVM.

Minores prohibiti contrahere sine certis solemnitatibus à statuto requisitis non censentur sine dictis solemnitatibus prohibiti contrahere cum fisco & ad fisci fauorem, n. 1. & 2. contrà n. 3. & seqq.

Generalis sermo, & oratio, loquentis personam non includit, n. 2. declara, vt n. 6.

Lex seu statutum præsertim factum à subditis, statuentem & principem non ligat, n. 2.

Princeps & fiscus æquiparantur, n. 2.

Fiscus iure priuati vtitur nisi in casu, de quo agitur, specialiter priuilegiatus reperiatur, n. 3.

Princeps & fiscus in cõtractibus iure communi vtuntur & priuati reputantur, n. 4.

Princeps ligatur legibus seu statutis ab ipso conditis, num. 5.

Statutum à principe confirmatum dicitur statutum Principis, n. 5.

Dotis causa priuilegiata est, nec cõprehenditur sub generali sermone, & oratione, num. 7.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, numero 7.

Indefinita oratio in statutis æquiparatur vniuersali, num. 8.

Statuti dispositio cessat deficientibus requisitis à statuto expressis, n. 9.

Fraudis & metus suspicio cessat ex præsentia multorum, num. 10.

CONSILIVM CLXXXIII.

DIFFICILIS prima facie mihi proponitur defensio aduersùs fiscum, qui prætendit fideiussionem factam ab Illustrissim. D. Marchione Riario ad eiusdem fisci fauorem pro Illustrissim. D. Hercule de Pepulis nulli subiacere nullitati ab defectum solemnitatum requisitarum à statuto Bononiense *libr. 3. in rubr. de contractibus cum minoribus & filiisfamilias faciendis.* Ad id allegans Alberic. *de statutis q. 215. libr. 2.* Angel. de Nicolin. *in subscriptione ad Soc. consilio 302. versicul. secundo responderi potest, libr. 2.* Tiraquell. *de legib. connub. glos. 8. numer. 175. & seq.* (qui tamen in casu suo contrarium tenet) Bald. Nouel. *de dote, par. 6. q. 48.* Bertaz. *de clausul. clausula, & 6. glos. 16. num. 4.* Boccac. *in consiit. Piceni, glos. 8. num. 69.* (qui tamen pariter, & in casu suo dubitat de hac inclusione) Lamberteng. *de contractib. glos. fi. q. 28. numero 95.* & Carpan. *de statut. Mediolan. c. 416. n. 49. p. 1.* 1

Qui quidem Doctores ad sic dicendum duplici mouentur ratione. Primò scilicet quia in generali sermone non venit regulariter persona loquentis. *l. inquisitio, C. de solution.* Secundò, quia lex seu statutum statuentem Principem non ligat. *l. princeps, ff. de legib. l. 1.* vbi notant omnes. *ff. quod quisque iuris.* & præsertim factum à subditis. Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 13. numero 38.* & quòd propterea nec isto casu solemnitatibus prædictis statuti Bononiensis non debeat fiscus ligari, cùm secundùm Lamberteng. *vbi suprà,* fiscus & Princeps æquiparentur. *l. fiscus in priuatis. ff. de iure fisci. l. fin. post princ. C. de quadrien. præscript.* cum aliis per eos allegatis. 2

Re tamen discussa, præmissam Doctorum conclusionem nulla lege aut ratione fundatam, imò & contra omnem iuris rationem emanasse, facile dici posse arbitror: obstat enim illi inprimis vulgaris sed verissima conclusio quòd fiscus iure priuati vtitur, nisi in casu de quo agitur specialiter priuilegiatus reperiatur. *l. quòd placuit, ff. de iure fisc. l. iustas, C. eodem.* Martin. Lauden. *in tractatu de fisc. in prin. q. 14.* Peregr. *de iure fisci. libr. 6. tit. 1. n. 1.* Menoch. *consil. 242. n. 9. lib. 3.* 3

Obstat secundò & magis in specie altera conclusio quòd in contractibus Princeps & fiscus iure communi vtitur, & vt priuatus consideratur. *l. de contractib., ff. de rebus. vend. Auth. ex imperfecto,* vbi præsertim Bald. & Salic. *Cod. de testamentis.* Cat. Zabar. *consil. 147. numer. 2. in fin.* Dec. *consil. 286. numer. 6. & 7.* Peregr. *de iure fisci, d. lib. 1. eod. tit. 1. num. 11.* 4

Obstat tertiò (& ex hoc tollitur ratio per Doctores contrarium tenentes considerata) quòd licèt Princeps non ligetur legibus seu statutis subditorum, non tamen inde sequitur quòd non ligetur legibus seu statutis ab ipsomet conditis (prout est statutũ de quo agitur, à Principe confirmatum, iuxta regulam quòd omnia nostra faciemus quibus nostram impartimus autoritatem. *l. 1. §. omnia, C. de veter. iur. enuclean.*) non de necessitate, prout loquitur text. *in l. Princeps, ff. de legibus,* sed de honestate, quia ipse sic voluit. *in l. digna vox,* vbi Saly. & alij *C. de legibus. cap. iustum 9. distinctione.* Dec. *in c. 1. num. 4. de probat.* vbi post Bald. quem allegat, notabiliter dixit quòd licèt Princeps de iure positiuo legibus, & statutis ab ipso conditis non ligetur, tamen de iure naturali & diuino ligatur. refert cum & sequitur Bologner. *in rubr. ff. quod quisque iuris. n. 19. versic. quod tamen procedit.* & hanc rationem bene considerauit Lamberteng. ex aduerso allegatus, illique respondere ausus non fuit. 5

Obstat

6 Obstat quartò (& ex hoc tollitur altera ratio per Doct. ex aduerso allegatos deducta) quòd licèt in generali sermone persona loquentis non censeatur comprehensa, vltra quod hoc axioma non est verum regulariter, sed quandoque sic, & quandoque non, secundùm contingentiam casuum, prout notanter scripsit Abb. *in c. per tuas, in fine, extra de probat.* adhuc, & illud non procedit quando militat eadem ratio in persona loquentis, Salyc. *in l. inquisitio, num. 1. in prima oppositione, C. de solut.* Gabriel *lib. 6. de verbor. signif. concl. 9. n. 7.* sed sic est quòd agilitas ætatis cuius ratione indubitanter hoc statutum confectum fuit; vt plenè per addentes *ibi in princ. litera D, in verbo, minor militat etiam in obligatione facta ad fisci fauorem,* ergo.

7 Ex quibus, vt verum fatear, conclusio per præallegatos Doctores firmata aut non curanda, cùm nullo iure nullave ratione fulcita sit, aut valde dubitabilis redditur; verùm & etiam illa admissa sine veritatis præiudicio quòd in casu statuti Bononien. locum non habeat, non solùm ex præsumpta statuentium mente, sed etiam ex claris verbis ipsius statuti. Inprimis considero quòd in eo excipiuntur omnes casus in quibus statuentes voluerunt solemnitates statutarias non esse seruandas, inter quos excipitur etiam causa dotis, quæ est priuilegiata, & de iure communi non comprehensa in huiusmodi statuto, ad tradita per Bald. Nouell. ex aduerso allegatum *in tractat. de dote, d. p. 11. 6. eadem quæst. 48.* Salyc. *in l. fin. in 4. notab. C. de iure dot.* Negusant. *de pignor. h. primo membro par. 8. num. 23.* Ioan. Lopez *in rubric. de donationibus, §. 16.* ergo si statuentes voluissent etiam excipere obligationem factam ad fauorem fisci, illam vtique expressissent, sicut expresserunt, alios priuilegiatos casus: at non expresserunt cùm intrat conclusio quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, de qua *in l. nam quod liquida, §. final. ff. de penu legat. & in l. quæsitum, §. denique, in fine, ff. de fundo instructo,* cum similibus.

8 Secundò in statuto prædicto annullantur omnes obligationes factæ non solùm extra iudicium, & extra palatium iudicum, sed etiam obligationes factæ in iudicio & in Palatio prædicto: certum est autem quòd in iudicio vtplurimum fiunt huiusmodi obligationes ad fisci fauorem, ideo quòd illæ non comprehendantur sub statuto, nulla videtur dubitatio, cùm in statutis stante præsertim rationis identitate indefinita illa ratio de obligationibus extra iudicium vel in iudicio factis vniuersali æquiparetur, ad plenè tradita per Couarr. *var. resol. libr. 1. c. 13. num. 8. & 9.*

9 Tertiò, ni fallor, res videtur esse extra omnem difficultatem, cùm statutum prædictum *in vers. volumus tamen,* expressè declaret quando voluerit minores sine statutariis sollemnitatibus obligari posse pro communi (prout de obligatione facta ad fauorem communis ciuitatis loquitur Alberic. & omnes qui eum sequuntur, vbi suprà in contrarium allegati.) Nempe, quòd habitent extra ciuitatem, & in comitatu, & quòd non soli se obligent, sed coniunctim cum aliis de terra sua, & propterea cùm Illustrissimus D. Marchio Riarius solus fideiusserit ad fauorem fisci, & non in comitatu, sed in ciuitate res remanet clara, quòd ex defectu statutariarũ solemnitatum fideiussio est nulla, per regulam quòd statuti dispositio deficientibus à statuto requisitis nunquã locum habet, de qua *in l. peculium, §. quadrig. ff. de legat. 2. l. si id quod, ff. pro socio;* cum aliis per Andr. Gail *de pace publica, lib. 1. cap. 13.*

10 Et hoc motiuum quod videtur fundatum in expressis verbis ipsius statuti bene fuit consideratum ab Apostillatore ad dictum statutum *in eodem §. volumus, litera G, & in verbo pro communi,* vbi facta conclusione, de qua per Doctores suprà in contrarium allegatos, quòd scilicet statutariæ solemnitates non habeant locum in obligatione facta ad fauorem communis, subdit postea hæc verba, videlicet: Sed dubitatur nunc nunquid prædicta decisio vendicet sibi locum hîc, attento quòd statuentes adstringunt se ad colonos seu habitantes in comitatu, licèt non videatur ratio diuersitatis. Addo ego non dubitandum sed indubitanter sic tendendum, & ratio diuersitatis est in promtu, quia vt bene idem Apostillator ibidem considerauit *in verbo excipimus, litera B.* in ciuitate est maior suspicio fraudis quàm in comitatu propter multos cautelosos viros, qui sunt in ea, & non sunt in comitatu, alia potest etiam diuersitatis ratio considerari, quia minus timendum est de fraude seu metu minoribus illato dum obligat se pro suo communi cum aliis minoribus de terra sua, quàm si solus se obligasset (prout se obligauit D. Marchio) multorum enim præsentia, & fraudis, & metus omnemque sinistram suspicionem tollit, Aym. *cons. 75. n. 19.* Franc. Bec. *cons. 78. n. 22. & seq. & cons. 102. num. 28.* Gab. *cons. 169. n. 9. & seq.* & ideo stante diuersitate rationis non est facienda extensio de minore se obligante in comitatu, cum aliorum societate ad minorem se solùm obligantem in Ciuitate, ad plenè tradita per Tiraq. post alios *de legib. connubial. glos. 5. n. 214. & seq.*

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Agitur de quodam Nobili Veneto, qui procurauit veneni preparationem ad effectum venenandi suum inimicum; sed quia venenum habere non potuit, ad aliquem actum venenandi nec proximum nec remotum deuenit, agitur inquam an & qua pœna puniendus sit Et ob id discutitur an & quomodo in crimine veneni de illius corpore constare debeat, an, & quæ pœna in eodem crimine imponi possit effectu non sequuto, & quomodo interpretentur bannimenta, seu statuta punientia in crimine veneni conatum.

SVMMARIVM.

Bannimenta pretoris forenses non ligant, n. 2 & n. 43. nisi imponant pœnam pro facto, aliàs de iure communi punibili, n. 3. declara, vt n. 4.

Bannimenta non ligant eos qui tempore publicationis eorum erant absentes, n. 5.

Bannimenta, & statuta omnia pœnalia locum non habent effectu non sequuto, n. 7.

Bannimenta & statuta punientia volentem aliquem venenare, non habent locum nisi dato veneno, n. 8. n, 26. & n. 30.

Statuta seu bannimenta punientia conatum seu nixum, non habent locum nisi sequuto effectu, n. 9.

Inclusio vnius est exclusio alterius, & econtra, num. 11.

Lex cum aliquo præsupposito loquens; cessante præsupposito non habet locum, n. 13. & n. 24.

Delictum effectu non sequuto extraordinaria pœna puniri debet, n. 14.

Venenum præparare procurans ad effectum aliquem venenandi, præparatione non sequuta si fuerit nobilis non nisi pecuniaria pœna puniri potest, n. 15. & de materia, n. 27. & seq. & n. 37. 38. 39. & n. 40.

Veneni corpus delicti non dicitur constare nisi constat illud fuisse aptum ad occidendum hominem, numero 16. & num. 46.

Veneno aliquem occidisse confitens non potest condemnari nisi constet potionem datam aptam fuisse ad venenandum hominem, n. 16.

Veneni delicti corpore non constito non potest tractari de aliqua pœna ordinaria, seu extraordinaria, n. 19. & n. 27. & n. 32. & n. 45. & n. 53.

Credens

Credens se delinquere, si non delinquat puniendus non est, n.20. & n.29. & n.33. & n.34.

Affectus seu conatus nullam meretur pœnam quando si effectus sequutus fuisset nemini nocuisset, n. 21. & 28. & n.35.

Dictio cum, *habet vim copulæ, & coniunctionis, n.23.*

Testibus pro fisco examinatis plenè contra fiscum credendum est, num. 23.

Verba aliquo modo, *quid significent, n.25.*

Verba uniuersalia restringi debent, vt n.25.

Attentatum punitur etiam non sequuto effectu quando statutum loquitur per verba futuri temporis, n.26.

Veneni pœna ordinaria nunquam habet locum effectu non sequuto etiam quòd venenum fuisset propinatum, num.30.

Veneni pœna effectu non sequuto nec etiam extraordinaria imponi potest quando non fuit deuentum ad aliquem actum etiam remotum, n.31.

Cogitatio delinquendi delicto non sequuto punibilis non est, n.33. & n.49. & 50. & seq.

Bannimenta, seu statuta punientia propositum delinquendi consummatum non extenditur ad propositum non reductum ad actum, n.36.

Mandatum de aliquem occidendo conditionaliter datum, conditione non sequuta punibile non est, n.40. & 45. & seq.

Qualitas sine substantia esse non potest, n.46.

Mandans aliquid fieri quod resultet in delictum, non tenetur ex mandato, sed ex delicto illo sequuto, numero 47.

Conatus vbi punitur ab aliqua lege vel statuto pœna non habet locum nisi fuerit deuentum ad actum proximum, n.52.

Pœnitentia in delictis effectu non sequuto excludit omnem pœnam, n.56.

Reus interrogari non potest de aliquo delicto nisi præcedentibus indiciis, n.58.

CONSILIVM CLXXXIV.

1 IN hac causa procurationis prætensi veneni, tria mihi discutienda propono. Primò nunquid bannimenta Vrbis *cap.* 26. ligent personam D. Andreæ Labiæ. Secundò quatenus ligent, nunquid comprehendant casum de quo agitur. Tertiò an, & qua pœna puniendus sit idem Labia stante eius confessione de qua in processu.

2 Ad primum negatiuè respondendum videtur, stante regula quòd bannimenta prætoris forenses non ligant. Grammat. *cons. ciuil.* 25. *num.* 1. Afflict. *in constit. homines, rub. de intrantibus Regnum, num.* 4. Plot. *de in lit. iur. an. num.* 332. Odus *de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 8. *num.* 96. *& quæst.* 14. *n.*79 vbi de communi.

3 Et licèt dicta regula declaretur vt non procedat quãdo bannimenta imponont pœnam pro facto aliàs de iure communi punibili, ad glos. *in cap. nobilis, de senten. excommunicat.* Abb. & Felyn. *cap. final. num.* 24. *de foro competent.* Alberic. *in* 3. *par. statutor. quæst.* 1.

4 Hæc tamen declaratio subdeclaratur, vt pariter non procedat quando, prout in casu nostro, pœna à bannimentis imposita esset nimis excessiua à iure communi, secundùm addentes ad Dec. *in c.* 2. *n.* 35. *litera A, in verbo, vero, extrà de constitutionibus, in primâ lectura*, & bene declarat Farinac. *in fragmentis criminalibus part.* 1. *litera B, num.* 22.

5 Alia etiam ratione bannimenta prædicta non comprehendunt personam D. Labiæ, quia non solùm forensis, vt suprà, sed etiam quia tempore publicationis illorum erat longè absens ab Vrbe. Roman. *cons.* 59. *vers. a ratione absentia*, & ibi Mand. *in add. litera N, in verbo ignorare.*

Afflict. *decis.* 290. *n.* 5. Capra *concl.* 20. *n.* 12. Car. Tusc. *pract. concl. in verbo bannimenta, concl.* 4. *n.* 5.

Ad secundum, nunquid scil. d. bannimenta comprehendant casum de quo agitur, negatiuè etiam respondendum videtur, ponuntur enim in bannimento d. c. 26. duæ partes, prima in quo dicitur *s'alcuno con veneno procurarà in qualche modo attosicare qualsiuoglia persona, deba subito come traditore esser condennato alla pena della morte naturale.* Secunda in qua dicitur, *& nella medema pena incorrera ciascheduno che preparara veneno à questo fine etiam che di quello preparatione non sia esseguito effetto alcuno & ancora che non sia deuenuto ad alcun atto prossimo.* 6

Prima bannimenti pars casui nostro in quo procurationis prætensi veneni nullus fuit secutus malus effectus, minimè applicatur, tum ex generali conclusione quòd bannimenta & statuta omnia pœnalia nunquam habent locum nisi sequuto effectu, etiam in atrocissimis, Franc. *in c. pro humani, n.* 8. *vers. quod tamen limita, de homicid. in* 6. Marsil. *in l. qui cum telo, num.* 11. *C. de sicar.* Tiraquell. *de pœn. temperan. causa* 37. *n.* 1. *&* 2. Viu. *opin.* 822. *num.* 1. *& seq.* 7

Tum etiam, & magis in specie, quia bannimenta & statuta punientia volentem aliquam venenare, non habent pariter locum nisi dato veneno. Cremensis *sing.* 50. *defensaui semel.* Gramma. *decis.* 2. *num.* 12. Tiraquel. *de pœnis d. causa* 37. *n.* 7. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 23. *num.* 3. *vers. quinimo plus volunt*, Farin. *in tit. de homic. q.* 20. *n.* 105. *& q.* 121. *n.* 19. *& q.* 124. *n.* 130. *& seq.* vbi testatur de communi, & reprobat contrarium tenentes. 8

Imò & quod plus est bannimenta seu statuta expresè punientia conatum seu nixum, nec etiam locum habent nisi effectu sequuto, Bald. *cons.* 356. *Statuto Placentiæ, lib.* 2. quem sequuti sunt, Grammat. *d. decis.* 2. *num.* 19. Boër. *decis.* 316. *n.* 1. Siluan. *consil.* 43. *n.* 22. 9

Et quòd hæc prima pars bannimenti non debeat intelligi nisi dato & propinato veneno, expresè declaratur in summario posito in margine, vbi dicitur dato præparare veneno. Et sic datio veneni respicit primam partem: præparatio autem secundam, de qua non dicitur. 10

Quod verò attinet ad secundam partem, in qua sola præparatio veneni punitur pœna capitali, etiam quòd ad actum proximum non fuerit deuentum, multo minus verificari potest in casu de quo agitur. Primò, quia nec etiam ad actum remotum venenandi post præparationem fuit deuentum, & tamen bannimentum saltim actum remotum requirere videtur, per regulã quòd inclusio vnius est exclusio alterius, & econtra, de qua *in l. cum prætor. in prin. ff. de iudic. & in cap. nonne, de præsumt.* cum aliis per Cephal. *cons.* 257. *num.* 1. 11

Secundò, quia nec etiam præparatio fuit perfecta & consummata, ex præallegatis. 12

Tertiò, quia, vt mox dicam, nec etiam aliquod venenum fuit procuratum habere, & dum bannimentum imponit pœnam pro præparatione veneni, & sic venenum præsuppoount, sequitur quòd vbi venenum non præparatur, pœna non habet locum, ex alia regula quòd lex loquens cum aliquo præsupposito, cessante præsupposito, cessat etiam legis dispositio, de qua *in l. mancipia*, vbi bar. Sal. & alij, *C. de ser. fug.* Dec. *cons.* 201. *num.* 2. Nat. *consil.* 343. *num.* 2. *lib.* 2. Rolan. *cons.* 10. *num.* 14. *& seq. lib.* 4. 5

Ad tertium an scilicet, & qua pœna imponi possit d. Labiæ, qui confessus est procurasse hanc prætensi veneni præparationem animo venenandi N. licèt effectus præparationis non fuerit sequutus. Videretur prima facie dicendum ipsum non posse effugere pœnam extraordinariam, ad scripta per Mars. *in d. l. qui falsa, post n.* 27. *ff. ad l. Corn. de fals.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 360. *num.* 110. *& seq.* 14

Et hoc pro nunc admisso quòd dicta pœna extraordinaria non esse possit nisi pecuniaria, stante nobilitate inquisiti, Bald. *in cons.* 443. *Cicchus confecit venenum, lib.* 3. qui consolut in casu, in quo venenum fuit præparatum, & amplius tractatum de venenando cum præparato veneno, 15

veneno,& Baldum referendo sequuti sunt, Florian. in l. item si obstet rix, num. 2. & seq. ff. ad l. Aquil. Grammat. decis. 2. num. 32. & seqq. vbi amplius refert plures Doctores antiquos consulentes idem in casu in quo Baldus consoluit, & decis. 74. numer. 16. Menoch. de arbitr. qq. libr. 2. casu 369. num. 47. vers. & hæc pœna. sed in casu nostro nec venenum fuit præparatum, nec aliquid tractatum, ideo nec etiam pecuniaria pœna imponi poterit, aut saltim multum leuis.

16 Verùm quòd nulla protsus pœna imponi possit facilè demonstratur ex eo quòd non constat quòd illa aqua quam præparati se dicebat Magdalena, & quam procurabat habere dictus Labia, esset apta ad occidendum hominem, & hoc non constito dicitur deficere corpus delicti in crimine veneni, Ludou. Car. cons. crim. diuers. 99. n. 7. & seqq. lib. 1. in paruis, Bertaz. cons. 57. num. 3. & seq. lib. 1. & consi. 138. num. 1. Decian. in tract. crim. libr. 9. cap. 21. num. 8. & cap. 26. num. 10.

17 Etiam quòd inquisitus venenum esse fateatur, Alex. consi. 115. n. 6. libr. 3. Franc. Ponzinib. in tract. de lamiis, n. 7. Marsil. in l. 1. §. præterea, n. 37. vers. & in quantum. ff. de sicar. Foller. in pract. crim. in verbo, item quòd sororem venenauit, num. 15. & num. 27. in fin.

18 Imò non solùm in processu non constat prætensi veneni qualitas, quæ scilicet esset apta ad necandum hominem: sed constat de contrario, tum ex confessione Magdalenæ, quæ apertè dicit se protsus ignorare conficere venenum ad necandum hominem aptum, tum ex qualitate aquæ quam eadem Magdalena d. Labiæ præsupponebat esse venenum, & ipse sic fatetur, & similiter credebat per hæc verba, videlicet: *Il veneno diceua saperlo fare con certe cose in vna pignatta, caldara, ò stagnata, e che ne cauaua vn acqua, la quale lei applicaua à tutti quelli che si doueuano à velenare, & far morire, & che mentre si doueua far l'opera, lei andaua à sotterarsi ad vn luogo doue staua tre ò cinque giorni salue il vero con accendere tredici candele, & anco mi pare che mi dicesse che detto veleno non poteua nocere à nessune, se non à quello che lei l'applicaua, & che fatto questo si poteua adoperare detto veleno in ogni tempo contra tutte quelle persone, con le quali si fosse applicato, & hauendo io intese da detta Maddalena le sudette cose io la pregai che me hauesse voluto far quanto prima detto veleno, & à quest' effetto gli detti vna volta dieci ò quindeci sestoni, & dopoi qualche zecchino, & vna volta gli mandai per Anibale due doppie che credo non gli le desse.*

19 Quare quòd ex confessione d. Labiæ nulla protsus possit pœna imponi, intrant tres iuris conclusiones. Vna quòd non constito de corpore delicti, ad condemnationem deueniri non possit, nec etiam pœna extraordinaria, vulgata l. 1. §. item illud, ff. ad Syllanian. etiam quòd quis delictum fateatur, Boër. decis. 164. n. 8. Grammat. decis. 2. n. 28. Aym. cons. 211. num. 3. Bors. in tit. de delict. num. 15. & hîc non solùm non constat de corpore veneni, sed, vt dixi, constat de non veneno.

20 Altera est conclusio quòd etiamsi d. Labia crediderit esse venenum, & propterea crediderit delinquere, talis credulitas non est punibilis, quando veritas est in contrarium, natt. in l. inter omnes, §. rectè, in fine. ff. de furt. Aym. cons. 2. num. 8. Menoch. de arbitr. qq. lib. 1. quæst. 90. num. 20. & num. 25.

21 Tertia est conclusio quòd effectus seu conatus nullam meretur pœnam, quando si effectus fuisset sequutus nemini nocuisset, Marsil. in l. is qui cum telo, num. 25. C. de sicar. & in l. qui falsam, numer. 17. ff. de fals. Felyn. in cap. 1. num. 5. in secunda fallentia, extrà de præsumt. & in tract. de contumac. colum. 1. in fine vers. falln secundò, Bertazzol. consi. 123. num. 8. lib. 1.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum.

22 BAnnimenta pœnalia contra procurantem aliquem veneno necare præsupponunt existentiam veneni, vt verba illa *con veleno procurarà attosicare*, apertè inferunt propter illam dictionem, *cum*, quæ habet vim copulæ, & coniunctionis, Ruin. consil. 190. num. ... lib. 1. & consil. 40. num. 5. & 6. Natta consil. 573. numero 14. cum aliis citatis per Honded. consil. 8. numero 45. & 46. lib. 1. & per Vulpel. de diction. in dictione, cum. Nullo pacto ergo est dicendum quòd comprehendat casum domini Labij, qui licèt procurauerit habere venenum, nunquam tamen verum est quòd illud habuerit, & quòd aqua cum qua litteræ venenandæ erant, saperet vel contineret venenum, vt testes fisci deponunt, quibus in hac parte aduersùs eum omnino standum est ad scripta per Horatium Lucium consi. 161. numero 44. lib. 1. cons. crim. diuers. Tob. Non. consil. 98. & alij quos allegat Farinac. quæst. 62. num. 213.

Et nihilominus, quia regula trita, ac vulgaris est quòd bannum seu statutum loquens cum aliquo præsupposito in tantum ligat, in quantum præsuppositum verificatur, ad glos. in l. mancipia, in verb. auocandum, C. de seruis fugit. Surd. consil. 150. num. 78. & decis. 74. num. 5. cum vulgar. hoc præsuppositum existentiæ veneni concurrere, & verificari debuit. 23

Nec aliquid facit quòd pro fisco considerentur verba illa, *in qualche modo*, quia etsi hæc sint vniuersalia, vt obiicitur; præsupponunt tamen existentiam alicuius veneni quod pluribus modis posset dominus Labius procurare, vt de dictione illa aliquid tradit glos. in Clem. 1. §. ad hoc, in verbo, meritò, & ibi Imol. & Card. de præben. Tiraquell. in l. si vnquam, C. de reuocan. donat. in verbo, omnia, vel partem aliquam, numero 37. & ideirco cùm sint prolata respectu veneni ad illud semper eorum vniuersalitas restringi debet, Crauet. in responso pro genero, num. 189. & numero 356. & 465. Cardin. Mantic. de tacitis, &c. lib. 3. tit. 2. num. 19. & num. 42. & ita non nocet domino Labio, qui vt superiùs fuit dictum nec ipse nec mulier illa, cum qua tractauit, aliquod venenum præ manibus habuerint. 24

Non obstant etiam alia verba *procurarà*, quæ tanquam futuri temporis videntur punire solummodo attentatum in dictione illa quam de statuto punire extrahentem, ponit Ripa in tract. de peste, tit. de remed. ad vbertatem seruandam, num. 71. quia nihilominus semper huiusmodi verba requirunt existentiam veneni, sicuti Ripa, & alij eius sequaces, quos allegant Farinac. in fragment. in verbo, bannimenta prohibentia extractionem, num. 64. comprobant, ex quo siquidem ibi loquuntur de attentante extrahere frumentum, quod iam præ manibus habebat, & illud contra prohibitionem portare cœperat, non inferunt; ergo dicta verba quòd solummodo quærens habere venenum puniatur, pœnis contentis in dictis bannimētis si dictum venenom nunquam adfuit, nec ab eo mediante illa aqua habere potuit, quemadmodum in puncto de statuto vtente verbo voluerit, quod de sui proprietate comprehendit etiam eum qui steterit in simplici voluntate, & non deuenit ad aliquem actum, nedum proximum, sed nec remotum, ad Lapum allegatione 57. n. 9. nempe quòd illud non habeat locum nisi dato veneno astruit. Cremen. sing. 50. Grammat. decis. 2. n. 12. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 23. n. 3. & alij communiter, quos allegat Farinac. reprobando contraria in tit. de homicid. q. 120. num. 150. & q. 122. num. 19. & q. 124. num. 130. & seq. 25

Non nocent etiam ea quæ dicuntur de pœna extraordinaria imponenda, ex traditis in consi. 41. sub num. 3. in lib. 1. cons. diuers. in paruis, quia in dicto consilio ad hoc probandum nullus allegatur qui hoc dicat, & ratio ibidem adducta hoc non concludit, nec est vera, ex quo sola perquisitio veneni cùm non contineat venenum, per consequens deficit corpus delicti, quo cessante non potest nec debet imponi pœna aliqua etiam extraordinaria. l. 1. §. item illud, ff. ad Sillanian. Grammat. decis. 2. num. 28. Boss. in tit. de delict. num. 15. Farinac. q. 2. num. 1. & infrà. 26

Præterea in casu dicti consilij conatus ille inueniendi venenum si fuisset ad actum perductus nocere poterat, 27

poterat, quod non contingit in casu D. Labij, quoniam impossibile erat quòd aqua illa sub ficto nomine veneni etiamsi ad actum perducta fuisset, nocuisset illi quem venenare quærebat; dicendum est ergo, vel quòd consilium prædictum, vtpote loquens in casu diuerso non applicatur, vel quòd si loqueretur in istis terminis non fuerit nec sit tenendum, quoniam esset directò contrarium conclusioni, in qua habetur semper quòd conatus si ad actum esset productus, & perfectus, nemini nocuisset, nulla pœna pro eo imponatur, quam firmat Marsil. *in l. his qui cum telo, num. 25. C. de sicar. & in l. qui falsam, num. 17. ff. de falsis*, Felyn. *in tract. de conatu, col. 1. in fin. vers. fallit secundò*. Bertazzol. *consi. 123 num. 8. lib. 1.*

29 Nec dicatur huiusmodi pœnam extraordinariam saltem intrare propter opinionem malam, quam habebat dominus Labius, quòd aqua illa esset venenata, quia aliàs in informationibus fuit dictum quòd in delictis non punitur credulitas, quando veritas aliter sese habet, Bart. *in l. inter omnes, §. rectè, in fine, de furt.* Crauet. *consil. 2. num. 8.* Menoch. *de arbitr. quæst. 90. num. 20. & 25. lib. 1.*

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

30 EX veneni præparatione sicut nullo modo fiscus potest prætendere pœnæ ordinariæ locum esse in eo casu in quo præparans deuenisset ad actum proximum, ita quòd quantum in se erat perfecisset, & nihil aliud sibi facere remansisset nisi demum mors ex propinatione vel aliàs exinde effectualiter sequuta esset, secundùm veriorem & magis etiam in praxi receptam opinionem, iuxta quam in hoc casu locum esse pœnæ extraordinariæ dumtaxat, & quidem pecuniariæ, si persona non sit vilis, bene probant Bald. *consi. 443. lib. 3.* Florian. *in l. item si obstetrix, num. 2. ff. ad leg. Aquil.* Grammat. *cons. 36. num. 13. & seq. & num. 20.* vbi quòd licèt in istis atrocioribus deueniens ad actum proximum puniatur eadem lege, non tamen puniri debet eadem pœna qua punitur qui delictum cum effectu consummauit, *& decis. 1. num. 22. & 23. & seq. & decis. 14. n. 15. versic. sicut etiam, & num. seq.* etiamsi statutum disponeret imponendo pœnam capitis volenti alium venenare, Cremen. *sing. 50.* cum aliis per D. Farinac. *par. 2. qq. crimin. q. 122. num. 10. versi. contrarium, & num. 56. & q. 123. inspect. 4. numer. 106. & seqq.* vbi præsertim *num. 108.* quòd hæc opinio est æquior, & ab ea tanquam magis communi non est recedendum saltim de generali consuetudine, vt ibi & per Afflict. *lib. 3. const. rubr. 41. num. 5. vers. sed aduersa, & num. seq.* Follet. *in pract. 2. par. in rubr.* item quòd sororem venenauit, *num. 3.* Maluas. loquens & ipse in crimine veneni *consil. 112. numer. 29. & seq.*

31 Ita neque etiam prætendere potest fiscus pœnam extraordinariam quando vt in hoc casu perquirens venenum non deuenit ad actum proximum, sed remotum, quandoquidem si quando deuenitur ad actum proximum, qui ille dicitur ex quo nihil aliud attentanti remanet perficiendum, non imponitur nisi pœna pecuniaria extra ordinem, ex supradictis debet differentia esse in hoc diuerso casu, quando deuenitur solùm ad actum remotum, quamobrem non debet in hoc casu solius perquisitionis neque extraordinaria neque alia pœna imponi, vt in terminis huius criminis hoc argumento vtitur Maluas. viden. *dict. consi. 112. num. 32.* vbi plura alia adducit exempla ad probandum quòd nulla pœna ex actu remoto ad venenum incurritur, neque etiam pecuniaria, vt ibi per eum *n. 30. ad fi. & d. n. 32.* vbi fortius inquit, quòd neque emptori veneni aliqua pœna de iure irrogari potest, cùm iste sit actus remotus qui personam sine exhibitione non respicit.

32 Nec obstat quòd vigore bannimentorum Vrbis sola veneni præparatio sit acriter punienda, etiam quòd deuentũ non fuerit ad actum proximum, quoniã dispositio bannimentorũ in casu isto nullo modo applicatur, tum quia bannimenta requirũt qualitatem & essentiam veneni, quæ qualitas deficit in hoc casu dum non solùm de veneno præparato non constat, sed immo constat de contrario ex ipso processu informatiuo dum testes curiæ fatentur venenum præparatum non fuisse, neque præparari ab asserta mandataria potuisse, cùm artem illud fabricandi ignoraret, ac proinde deficiente corpore delicti de quo quæritur, deficit tractatio pœnæ, vt in hoc crimine dicunt Gargiar. *patrocin. 80. num. 14. lib. 2.* Rymin. Iun. *consil. 683. n. 14. & seqq. lib. 6.* & Menoch. *cons. 480. num. 9. lib. 5.* qui omnes in eadem causa consuluerunt, Bertazz. *cons. crim. 57. num. 3. libr. 1.* Honded. *cons. 88. num. 9. lib. 2.*

Tum etiam quia non data in prætensa præparatione essentia veneni remanet procuratio in puris finibus credulitatis, & cogitationis, quòd illud futurum esset tale quod cùm verè non esset punibilis non est. *l. cogitationis, ff. de pœn. gl. in c. pro humana, in verbo mandauerit, in prin. de homic. in 6.* & ibi Hostiens. *num. 22.* Io. Monach. *n. 6.* Ioan. Andr. *num. 11.* Gemin. *in §. sani. num. 10. post med.* & Franc. *num. 2.* Io. Andr. *in c. pœnis, col. fi. vers. & ego cogitaui, de reg. iur. in 6.* vbi amplius hoc ipsum firmat quando deuentum fuit ad aliquem actum remotum, Caret. *in pract. crimin. in 3. tractatu de homicid. §. circa igitur tertium, num. 9.* Plaz. *in epit. delict. lib. 1. cap. 19. num. 10. in fin. vers. quòd si mandatum fuerit*, Maluas. *d. cons. 112. num. 28.* 33

Et in hoc crimine veneni quòd non sufficiat animus, & credulitas quòd aliquid sit venenum si re vera non sit aptum ad nocendum, probat Menoch. *d. cons. 480. num. 11. vers. respondetur 2. lib. 5.* vbi ex hoc saluat filiam, quæ patri mixturam, venenum credens propinandum dederat, vt propterea non teneatur pœna ordinaria, quæ ex sola attentatione iure speciali ob delicti grauitatem in filios irrogatur, adeò quòd si huiusmodi actu proximus in filio non meretur nisi extraordinariam quoad alios non deuenientes nisi ad actus remotos, nulla debeat esse pœna; quæ in conationibus semper ex eorum qualitate decrescit, Bald. *cons. 294. col. 1. vers. item ipsa attentata lib. 1.* Menoch. *de arbit. cas. 360. n. 23. prope fin. vers. & illud hoc loco.* 34

Et hinc est quòd imò conatus alicuius rei prohibitæ nunquam est punibilis quando etiamsi habuisset effectum nemini nocuisset; Fel. *in c. 1. num. 5. de præsumt. & in tract. quando puniatur conatus, num. 3.* cum aliis per Menoch. *d. cons. 360. num. 19.* 35

Vermigliolus de Vermigliolis Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

NEque etiam ex dispositiona bannimentorum Vrbis locus est alicui pœnæ in casu, de quo agitur; quamuis enim generalibus verbis disponat procurantem aliquo modo alium venenare in pœnas, de quibus in eis, incidere, tamen non ex inde sequitur, quòd punibilis sit perquisitio veneni, cùm longè differant casus isti inter se, quòd quis attentet aliquem venenare, & quòd perquirat veneni fabricationem, ac propterea constitutio puniens propositum, & attentationem in aliquo casu ad alium non trahatur, præsertim in hoc, in quo satis diuersa inter vnum, & alterum est ratio cum negari non possit, quin magis remotus sit à delicto ille, qui procurat venenare. *s. fin. de translat. Prælat.* Aym. *cons. 6. num. 10. & seq.* Tiraq. *de leg. connub. glos. 5. num. 118. vers. & generale est.* quandoquidem procurans habere venenum remanet in puris terminis propositi illud habendi; sed procurans venenare propositum habendi reductum ad actum habitionis incipit per alium actum minus remotum exercere, ac proinde constitutio puniens propositum consummatum in veneni habitione non est extendenda ad propositum habendi non reductum ad actum habitionis, vt notant Bart. Bald. & Angel. *in l. is qui cum telo, num. 1.* & cæteri communiter, *C. ad l. Cornel. de Sicar.* 36

Non

37 Non obstat igitur Bald. *cons.* 445. *libr.* 3. dum inquit extraordinariam pœnam, pecuniariam tamen erogandam esse contra tractantem venenare, quia, vt in themate illius cons. *in princ.* patet, ille Cechus, pro quo consuluit, non solùm procurauit venenum perquirere, sed confecto iam veneno tractauit Sempronium venenare.

38 Minus etiam obstat cons. Collegij Bononiens. 41. *inter crimin. diuers. tom.* 1. secundùm paruam impress. Quia imò bene aduertendo ad hoc cons. illud facit pro hac parte, *sub num.* 1. *vers. sed contrarium putamus verius, & num.* 2. firmat enim ibi diuersitatẽ suprascriptorum casuum, quòd aliud sit tractare mortem alicuius, & aliud diuersum tractare, dumtaxat de habendo instrumentum, quo mediante possit aliquis ad mortem deduci, & ex istorum casuum diuersitate bene infert ad rem nostram, quòd constitutio puniens tractantem mortem alicuius, ex quo etiam verbum illud *tractare*, quod idem sonat quod *procurare*, requirit actum perfectum, iuxta *l.* 1. *§. hæc verba. ff. quod quisquis iur.* non trahitur ad procurantem instrumentum, quo mediante possit mors alterius procurari.

39 Neque facit, quòd nihilominus in eodem cons. 41. dicatur quòd perquirens emere venenum ad effectum alium occidendi propter prauam huiusmodi intentionem, ex quo dicitur committere crimen extraordinarium, pœnam extraordinariam meretur occasione actus tentandi inducere alium ad venenum conficiendum, quia vltra quod consuluit hoc in casu, quia tentans erat Hebræus, & sæpius interpolatis vicibus tentauerat alium interficere etiam mediante assassinio, & nihilominus non credidit Collegium, quòd ratione procurati veneni condemnari possit, nisi in pœna centum librarum, quæ Bononiæ constituunt dumtaxat summam scutorum vigintiquinque adhuc obiectum cessat, quia collegium vtitur solùm arbitrio suo, nec aliquid adducit probans contra perquirentem emere venenum aliquam de iure imponi pœnam, quamobrem magis receptum videtur quòd nulla pœna sit imponenda dum veneno non habito remanet perquirens in solo proposito illud habendi, quod non est punibile, iuxta notata per alios per Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *num.* 5. præsertim cùm non sit considerabilis actus perquirendi, iunctus proposito quando perquirentem potuit pœnitere, sicut in hoc casu pœnituit dum abstinuit. Hæc pars ab vlteriori perquisitione tam à muliere cum qua tractabatur, quàm aliis; semper enim integra res dicitur quando patitur variationem, vt inquit Rot. *decis.* 458. *numero* 9. *libro* 1. *part.* 3. *diuers.*

40 Sed versamur nos extra huiusmodi difficultates, non solùm quia, vt aliàs dixi, ex quo mulier illa à qua venenum perquirebatur ignorabat illud componere, conatus propterea rei prohibitæ etiamsi habuisset effectum nemini nocuisset, sed etiam quia confessio huius partis de perquisitione veneni ad effectum occidendi fuit qualificata, & conditionalis quatenus persona destinata sese cum hac parte malè gereret, quamobrem cùm conditio ante illius implementum abneget consensum, & essentiam à dispositione, adeò quòd etiam in delictis actus conditionaliter explicatus non sonat in delictum, & consequenter non est punibilis, nisi eueniente conditione, dicẽdum propterea necessariò est, quòd neque etiam in hoc casu, in quo non euenit conditio de delicto, vel pœna sit agendum. Foller. *in pract. crimin. in verb. item quòd sororem venenauit, numero* 26. vbi ponens casum, in eo, qui dixerat, *che gli hauerebbe rotta la teste se si affacciaua alla finestra*, non probato euentu illius conditionis, & qualitatis, neque etiam orietur indicium ad torturam, Bero. *consil.* 175. *numero* 30. *libro* 3. vbi per mandatum datum conditionaliter ad occidendum, mandatum non est punibile non purificata conditione. D. Farinac. qui alios etiam cumulat, *part.* 1. *qq. crimin. titul. de ind. & tortur. quæstion.* 50. *numero* 32. 33. *& seq. & consil.* 104. *numero* 20.

41 Et hic concludenter dici potest, quòd tantum abest quòd affectus de quo puniẽdo agitur, sit punibilis, quòd imò neque etiam constet de affectu ipso postquam ille fuit conditionaliter explicatus, & consequenter actus per quem hæc pars dicitur ad conatum peruenisse, non tendit sui forma vel figura ad consummationem ipsius effectus, vt aduertit Salicet. *in d. l. is qui cum telo, numero* 6. *post med. versic. aut in criminalibus, C. ad leg. Cornel. de sicar.*

Vermigliolus de Vermigliolis Aduocatus.

In eadem causa quintum responsum.

42 PRætendit fiscus procedere posse contra D. Andream Labiam carceratum pro prætenso procurato veneno ad necandum homines ad pœnam bannimentorum generalium Vrbis, *cap. mihi* 26. & status Ecclesiastici, *cap. mihi* 64. sed iniustè quidem, & sine aliquo fundamento iuridico.

43 Primo enim omisso quòd possem dicere, quòd prædicta bannimenta generalia non debent nec valent de iure ligare forenses, ex Viuio qui de communi opin. testatur. *opin.* 765. *n.* 20. *& seq. & opin.* 766. *lib.* 2. dico prædicta banimenta minimè applicari posse contra supradictum D. Andream in casu, & ad effectum de quo agitur; prohibent enim d. bannimenta duo, scilicet præparationem veneni & effectum veneni, ibi, *che alcuno con veneno, procurera in qualche modo de attossicare, &c.* & postea *dechiarando che nella medesima pena incorrera ciascuno che preparara veleno à questo fine*, & quæ sequuntur, quæ verba explicitè videntur prohibere propinationem veneni, & ipsius veneni operationem, sed neutrum istorum concurrere in casu nostro ex infrascriptis ostenditur.

44 Primò in processu nullibi apparere inuenio, quòd Magdalena, quæ fuit sollicitata mediante pecunia à supradicto D. Andrea ad fabricandum & componendum venenum, illud sab ic uerit, & supradicto D. Andreæ tradiderit, sed bene, quòd ipsa dabat bona verba extorquendo pecunias ab illo, & realiter ignorabat componere dicta venena, & nunquam composuit, vt ipsamet in hoc dicto semper permansit in suis constitutis, nec fiscus contrarium probare potuit, nedum per testes, verùm nec per euidentiam facit, ex quo facta diligentia per Notarium in domo d. Magdalenæ, non apparet in processu quòd fuerit reperta in domo illius aliqua venena seu ingredientia ad venena componendum.

45 Et tamen est de iure plusquam necessarium, inprimis quando quæritur procedi contra aliquem constare facere de corpore delicti, vt probat tex. *in l.* 1. *§. item illud.* vbi Bart. & Igneus. *ff. ad Sillanian.* & idem Bart. *in l. fin. in princ. ff. de quæstion.* præsertim in his, quæ requirunt peritiam hominum, sed peritorum in arte, qui viderint venenum, vel ingredientia, & medio iuramento retulerint, esset apta ad necandum homines, ita respondit Alexand. *consil.* 115. *lib.* 3. Paul. de Castr. *consil.* 166. *num.* 4. *& seq. lib.* 2. Honded. *consil.* 88. *num.* 9. *& seq. vol.* 2. Menoch. *consi.* 480. *num.* 2. *& seq. vol.* 5. Boss. *tit. de delict. num.* 6. *& seq.* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 4. *num.* 4. *versi. ego dico.* Decian. *tract. crim. tom.* 2. *c.* 24. *num.* 4. & nouissimè Petr. Caball. *casu criminal.* 180. *per totum.*

46 Et ratio est quia cùm venenum possit esse bonum & malum, vt colligitur ex tex. *in l.* 3. *§. adiectio, ff. ad l. Cornel. de sicar.* vbi Bart. & Marsil. *l. qui venenum, ff. de verb. signific.* & *l. quod sæpe veneni, ff. de contrahen. emtio.* Afflict. *in constitut. mala noxia, rubr.* 42. *num.* 1. *lib.* 3. Alex. *consil.* 203. *num.* 5. *vol.* 2. hæc qualitas mali veneni articulari & probari debet, quia non præsumitur. Alex. *consil.* 203. *num.* 4. *& seq.* Grammat. *d. consi.* 26. *num.* 6. Bertaz. *consi.* 57. *num.* 4. *& seqq. & consil.* 138. *num.* 5. *lib.* 1. Decian. *dict. tract. crim. c.* 21. *n.* 8. Paul. de Castr. *dict. cons.* 299. *post n.* 2. Paris. *cons.* 167. *n.* 7. *& seq. vol.* 4. & Thomas Treuis. *decis.* 50. *n.* 1. *& seq. lib.* ..

46 Sed in casu de quo agitur nedum non apparet de prædicto veneno modò, verũ nec minus de aliqua substantia, ex qua potuerit formari corpus veneni, & propterea

non video quomodo de iure possit procedi contra supradictum D. Andream, cùm qualitas non detur vbi non est aliqua substantia per quam cadat ipsa qualitas, arg. *l. 2. C. de bonor. possess. secundum tabulas*, & quæ notauit Gramm. *d. cons. 36. n. 8. & seqq.* & ante eum respondit Bald. *cons. mihi 465. visis dictis articulis, num. 1. & seq. vol. 4.* Paris. *d. cons. 167. post num. 11. versic. nec obstant in contrarium*, & Boss. *tit. de delict. n. 26. & seq. num. 32.*

47 Absolutum est enim in iure, quòd mandans aliquid fieri quod resultet in delictum non tenetur ex mandato, sed ex delicto illo sequuto, Bart. qui pro hac opin. originaliter allegatur *in l. non solum, §. si mandato, num. 9. & seq. ff. de iniur.* cuius doctrinam latiùs reassumsit Salyc. *in l. non ideo minus, num. 24. C. de accusat.* Marian. *in cap. propositisti, post n. 22. vers. quæro, de for. com.* Angel. *de malef. in verbo, & Sempronium mandatorem, num. 18.* Gomez *de delict. c. 3. num. vers. & isto casu.* Boss. *de foro competen. n. 509.* & Clar. *in pract. §. fin. q. 86. num. 4.*

48 Dum igitur D. Andreas, vt prætenditur, mandauit fabricationem veneni ad malum finem, & Magdalena mandataria nunquam fabricauit, nec exequuta fuit mãdatum, & sic delictum remansit imperfectum: non debet nec potest supradictus dominus Andreas molestari vt suprà, & respondit Gramm. *d. consi. 36. num. 8. & seq.* quia non entium nullæ qualitates.

49 Secundò nec minus possunt applicari bannimenta supradicta, etiam quòd extendat prohibitionem ad conatum absque effectu sequuto, & aliquo actu proximo, ibi, *& ancor che non sia deuenuto ad atto prossimo.* Quoniam supradicta bannimenta præsupponunt substantiam rei malæ inesse, dum prohibent præparationem veneni ad finem necandi, ibi, *che nella medesima incorrerà ciascuno, che preparerà veleno à questo fine.* Et oratio subsequens refertur ad præcedentem; sicque dum substantia veneni non reperitur in esse (vt dixi) non potest fieri illatio ex prædictis bannimentis ad simplicem habitum cum Magdalena de conficiendo venenum, ex Bald. *in cons. 443. (e. hic eo fecit venenum, num. 1. & seq. libr. 3.* Multa enim tractantur in sermonibus ad inuicem, quæ tamen postea exequutioni non mandantur, vt venit in casu nostro, quã obrem non potest pro isto simplici tractatu supradicto D. meus principalis puniri aliqua pœna, etiam quòd essemus in atrocissimis; ita dixit Bal. *in l. non ideo minus, in 6. quæst. num. 13. & in l. 1. §. hæc autem verba, versic. numquid tractatus, ff. quod quisque iur. in 2. lectura*, vbi dixit, quòd tractatus non extendit terminos nudæ cogitationis, quem sequitur Felyn. *in c. 1. n. 6. in fin. extrà de præsumt. & in tract. de conatu, num. 4. 3. fallen.* Marsil. *in l. qui falsa, numer. 8. ff. ad l. Cornel. de falsis. & cons. 165. versic. præterea respondeo, & num. 26.* Gayl *de pace publica, lib. 1. cap. 14. n. 7.* Grammat. *vot. 8. num. 17. & decis. 38. num. 8. & decis. 74. num. 30.* Boer. *decis. 316. post num. 4.* & Bertaz. *consil. crim. 243. num. 4. & seq. libr. 1.* & Matth. Brunus *inter consi. crim. diuers. consi. 115. num. 89. tom. 2.*

50 Ea enim, quæ steterunt in simplici discursu, ac sola cogitatione ad aliquem actum extrinsecum nociuum nõn perducta, non sunt digna pœna minus aliqua consideratione, text. *in l. cogitationis pœnam nemo patitur, ff. de pœnis*, & ibi glos. *& in l. qui ea mente*, vbi etiam Gloss. *in verbo desiit. vers. siquidem statuum est in finibus voluntatis.* vbi Bart. *num. 1. in fin. versic. item oppono de lege cogitationis*, & Ang. *num. 3. ff. de furt.* Glos. *in cap. 1. in verbo voluntatum, in fin.* Glos. *extrà de eo, qui mitti in possess.* vbi Hostien *numero 14. in fin. versiculo sed si non procedit ad actum*, Zabarell. *col. 2. ante medium versicul. de voluntate autem in malum, & vers. si foret contentiosa*, & Boer. *num. 20. in fin. versic. si habemus respectum ad Ecclesiam.* Felyn. *in d. cap. 1. num. 6. in 3. fallent. extrà de præsumt. & in d. tractatu de conatu, num. 4. in 3. fallent.* Affl. *in constit. regni asperitatem, lib. 1. rubr. 11. n. 2. in 1. & 2. fallen.* Gomez *de delictis, d. cap. 3. numer. 30.* Grammat. *decis. . . . numero 20.* Peguer. *decis. crim. 7. numero 2. & seq. tom. 2.* & Clar. *in pract. §. fin. quæst. 91. in princ.*

51 Nam factum ipsum distinguitur ab ipsa voluntate, & separatum, vt *d. cap. 1. de eo qui mitti in possess. & l. promissor Stichi, §. constituto, ff. de constit. pecun.* & nouiss. probat Petrus Cabal. *suo tractatu de homicid. n. 509. & seqq.* & statutum, seu constitutio pœnalis non intelligitur, nec loquitur de sola voluntate, sed de ipso facto cum voluntate, quia verba debent intelligi propriè, & non impropriè, vt dicit text. *in l. 3. §. hæc verba*, & ibi Bart. *ff. de negocijs gestis*, quia tunc si non concurrit suum essentiale, quod est substantia rei malæ, & præparatio illius ad malum finem, non potest operari effectum pœnæ. Bart. *d. l. is qui cum telo, num. 1.* vbi Ang. *in princ. vers. sed ex forma statutorum*, Salyc. *num. 3. C. ad l. Cornel. de sicar.* idem Bart. *in l. 1. §. Diuus, ff. eod. tit.* Marsil. *in d. l. qui falsam, n. 23. & seqq.* Grammat. *decis. 2. per totum, & decis. 74. numero 28.* & Viui. qui testat. de comun. *opin. 822. libro 2. per totum.*

Et quando leges puniunt conatum in delictis, debent 52
intelligi de illo conatu per quem fuit deuentum ad actum proximum, & immediatum ipsi delicto, ita quòd agens fecerit quicquid potuit, nec per eum remanserit quin delictum fuerit secutum, ita respondit Bald. *consil. 356. statuto Placentiæ, sub num. 1. versi. aut tu loqueris, de iure municipali, lib. 1. & in l. si quis non dicam rapere, col. 2. in 4. opposit. versic. & hoc facit ad quæstionem, C. de Episc. & Cler. & in l. 1. §. hæc autem verba*, vbi Alex. Paul. de Castr. Ias. & alij, *ff. quod quisque iur.* Salyc. *in d. l. is qui cum telo, numero 6. col. 2. in fin. versicul. si autem conatum punitum, C. de sicar.* Diaz *in pract. crim. q. 92. versi. scias tamen, versùs fin.* Batard. ad Clar. *§. homicid. num. 292.* Tiraquel. *de pœnis temperan. causa 37. num. 7.* & Menoch. *de arbit. iudic. d. casu 360 num. 115. & seqq.* Ex quibus cessare pœnam bannimentorum in casu nostro manifestè ex suprascriptis colligitur; tanto magis quòd bannimenta potius fiunt ad terrorem, vbi comminantur pœnam mortis, & maiorem ea, quam imponit ius commune, quàm ad pœnæ executionem, ita respondit Hippol. Riminald. *cons. 327. num. 2. lib. 3.* & Mascard. *de probat. conclus. 162. numero 35. vol. 1.*

Et quamuis ex prædictis non solùm plenè iustifice- 53
tur intentio D. Andreæ, vt sit locus absolutioni, sed etiã ex eisdem penitus remoueantur omnia, quæ pro fisco adduci possunt, ita vt alia particulari responsione non egeant, nihilominus, vt omnis nebula auferatur, & res magis clara pro D. Andrea reddatur, dico nullam vim fieri posse per fiscum in confessione eiusdem D. Andreæ, dum fatetur vltimo loco procurasse habere dictum venenum à Magdalena ad effectum necandi Ioann. Baptistam Bonzium, si ille impediuisset in concordiam eum matre. Primò quia dicta confessio non potest aliquid operari contra D. Andream non verificato priùs corpore delicti, vt dixi, & tenet Marsil. *in l. 1. §. præterea, numero 33. & sequent. ff. ad l. Cornel. de sic.* Foller. *in practic. crimin. in verbo item, quòd sororem venenauit, numero 2. & seqq.* Boss. *tit. de delict. numero 15. & seq.* Hieron. Laurent. *decis. Auignon. 20. numero 1.* Thomas Triuisan. *d. decis. 50. lib. 2.* & Petr. Gabal. *d. cas. crim. 180.* & moderniores *de inquisit. quæst. 2. n. 35.* & alij suprà relati.

Secundò quia dicta confessio cõditionata, ibi, *& quã- 54
do detto Signore Gio. Battista Bonsi hauesse cercato impedire detto accordo, come haueua fatto per il passato, & che me l'hauesse impedito me ne voleuo seruire contro detto Gio. Battista, &c.* Nam illa dictio, quando, importat conditionem, *l. cùm vir. ff. de condit. & demonstrat.* Bartol. *in l. 1. post numer. 17. ff. eod. l. quod pupillæ, ff. quando dies legati cedat*, Paris. *cons. 81. numero 6. lib. ...* & Decian. *cons. 16. num. 19. libro 4.* & sic succedit illa conclusio quòd (non verificata dicta conditione) confessio non operatur effectum, *l. pecuniam quam, ff. si cert. petat.* Natt. *cons. 338. num. 5. & seq. vol. 2.* Surd. *cons. 365. num. 13. vol. 3.* Bertazzol. *consil. 61. & cons. 137. par. 2.* quem in terminis nostris refert, & sequitur Foller. *in dict. verbo, item quòd sororem venenauit, numero 26.* & ratio est quia conditio formam importat, Bald. *in in authen. matri & auiæ, numero 3. in final. versic. & conditio, quæ apponitur. C. quando mul. tut. offic. fungi potest*, Decius *consil.*

consilio 77. post numerum 1. versicul. & ipsa conditio formam inducit. Roland. *consilio 97. numero 60. libro 1. & consil. 55. n. 25. lib. 3.*

55 Et illam conditionem fuisse verificatam, fisco incumbit onus probandi. *l. hoc iure. ff. de verbor. oblig. at. l. ita stipulatus, §. quod si ab initio. ff. eodem.* Bart. *in l. siquidem, num. 5. C. de except. & l. cùm te. colum. 2. versic. & tunc interdum aetas ponitur in conditione*, vbi Salyc. *post num. 4. C. de probat.* Mattil. *singulari* 187. & Menf. *consil. 386. numer. 8. libr. 4.* aliter enim non potest fieri fundamentum in prædicta confessione tanquam non verificata in suis qualitatibus, & circumstantiis, & pro necessario ponunt DD. relati a modernioribus de reo confesso, & conuicto, *q. 81. num. 30.*

56 Tertiò quia supradicta confessio fundatur super non esse, ex quo nondum remouetur actus facti, verùm & ipsa potentia actus, quia, vt dixi, de aliquo corpore veneni in processu non constat, immo apparet supradictum D. Andream post tractatum factum cum Magdalena de componendo venenum, vt dixi, ex seipso pœnituisse, dum videret detrudi ab ea, & Annibale suo famulo, quem propterea licentiasse à suo seruitio, vt ipse deponit, & mandasse restitui bollettinum d. Magdalenæ per Alexandrum Ghinum, quæ pœnitentia facit vt prædictus Andreas (dato quòd vltra cogitationem fuisset deuentum ad aliquem actum) non puniatur aliqua pœna etiam in atrocissimis, glos. *d. l. qui ea mente, in fine, versic. si autem ad actum, ff. de furtis*, quæ allegat *l. qui falsam. ff. ad l. Cornel. de fals.* & ibi Marsil. *num. 16.* & Menoch. *de arbitr. iudic. d. casu 360. num. 10.*

57 Nec vltimò posse fieri fundamentum contra supradictum D. Andream in eo quòd procurauit habere venenum pro necando matrem, vel fratrem, quoniam in summario mihi dato tantum abest, quòd supradictus D. Andreas grauetur à testibus in hoc, quòd immo contrarium expresse probatur per eos, postquam & supradicta Magdalena, & alij testes pro fisco examinati explicitè dicunt quòd supradictus dominus Andreas remedium procurabat se cum matre ac reddendo illam sibi beneuolam, vt in facto plenius deducitur.

58 Quo stante nedum potest supradictus dominus meus principalis grauari de hoc, verùm nec potuit super eo examinari, & interrogari sine legitimis indiciis, secundùm Bossi. *tit. de examine reorum. num. 6. & seq.* & Scccac. *de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 58. & seq. cap. 84. numer. 9. & num. 37. & cap. 87. num. 40.* maximè non verificato corpore delicti, vt dixi, & quòd testes fisci nihil quod releuet concludunt, vt in facti informatione latiùs refertur, &c.

Iosephus Capellus Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Sententia notoriè iniusta in criminalibus præsertim, exequenda non est, & quādo dicatur notoriè iniusta. Plura de confessione erronea, & erroris probatione per suggestionem, & dolum iudicis extorta, ac de exculpatione socij criminis, quod & quantum prosit exculpato, & demum de pœna parricidij & cōfiscationis bonorum an habeat locum, ex sola scientia & non reuelantia.

SVMMARIVM.

Sententia quæ non iustificatur ex actis dicitur notoriè iniusta, n. 1.

Sententia notoriè iniusta nunquam transit in iudicatum, n. 2. & n. 42.

Condemnari nemo potest, nisi confessus, aut conuictus fuerit, n. 3.

Socij criminis etiam quòd plures fuerint neminem conuincunt, n. 3.

Confessio non afficit confitentem, non constito de corpore delicti, n. 4.

Testes examinati parte non citata non solùm non probant, sed nec etiam faciunt indicium, n. 5.

Corpus delicti non per indicia aut præsumtiones, sed plenè & concludenter probari debet. corporis delicti probatio an requirat repetitionem testium super eo examinatorum, n. 7.

Testes examinati parte non citata non probant etiam coram iudice habente autoritatem torquendi reos de negatis defensionibus, n. 8.

Confessio per suggestionem extorta confitenti non nocet, n. 9. & n. 13.

Confessio dicitur extorta per suggestionem quādo emanauit ad interrogationem iudicis notificantis reo qualitates, & circumstantias delicti, num. 9. 13. & num. 61.

Testes repetendi non possunt se referre ad primum examen, n. 10.

Confrontatio testium, seu sociorum criminis, an & quādo fieri debeat, n. 11.

Iudici licet cum simulationibus agere, & tractare cum reo, non tamen cū falsa assertione & mēdacio, n. 15.

Conuictus condemnari potest sicut confessus, n. 16.

Simplices personæ facilè credunt, & facilè decipiuntur, n. 16.

Confessio erronea docto de errore confitenti nō nocet absque alia restitutione in integrum. n. 17. & n. 51.

Testes de auditu probant ad rei defensionem, n. 18.

Socius criminis dicitur exculpare eos quos tacet, n. 20.

Confessio erronea probatur per depositionem sociorum criminis, n. 20. & n. 52.

Exculpatio socij criminis, qui prius inculpauit aliquem iunctis cōiecturis, & adminiculis valde prodest exculpato, n. 21. & de materia, n. 43. & seqq.

Testis secundæ depositioni magis verisimili magis standum est quàm primæ non ita verisimili, n. 22.

Testes examinati pro Curia plenè probant contra Curiā, num 23.

Error confessionis factæ à minore probatur per vnicum testem, n. 24. & n. 60.

Confessio nō verisimilis confitenti nō nocet, n. 25. n. 59.

Testis vnicus plenè probat ad defensionem rei, n. 26.

Confessio facta à fatuo seu demente confitenti non nocet, num. 27.

Causa delicti cessante, cessat omnis præsumtio ipsius delicti, n. 28.

Error confessionis plenè dicitur probatus præsumtionibus & coniecturis, n. 29.

Præsumtiones & coniecturæ duæ sufficiunt ad plenam probationem quando sumus in casu in quo præsumtiua probatio admittitur, n. 29.

Confessio erronea confitenti non nocet etiam quòd sit geminata, & ratificata, n. 40.

Confessio etiam adminiculata reuocari potest prætextu erroris, n. 31.

Confiscatio bonorum imponi non potest in crimine parricidij, n. 32

Confessio vnius alteri non nocet, n. 33.

Parricidij pœna pro sola scientia & non reuelantia non imponitur secundùm magis communem Doctorum sententiam, n. 34. & 48.

Mandatum seu consilium non censetur datum per verba collata in arbitrium delinquentis, n. 45. & 49.

Consensus ut in criminalibus consentienti noceat, requiritur quòd sit specialis & expressus, & quãdo quis dicatur expressè & specialiter consentire, n. 36.

Consentire quis non dicitur nisi vtatur verbis consilium aut auxilium importantibus, n. 37. & n. 50.

Confiscationis pœna vbi à iure statuta non est eã iudex ex suo capite imponere non potest, n. 38.

Indigni pœna non habet locum nisi in casu à iure expresso, num. 39.

Minor excusatur à pœna indigni quando eius delictum consistit in omittendo, numero 40.

Indignus ratione vnius personæ offensæ nõ efficitur indignus ratione alterius personæ non offensæ, n. 41.

Sententia dicitur notoriè iniusta quando ex actis constat de iniustitia sententiæ, n. 43.

Socij criminis inculpatio inculpato non nocet nisi fuerit ratificata, n. 46.

Testes de credulitate examinati ad instantiam fisci probant contra fiscum, n. 53.

Confessio rei in parte falsa in totum dicitur falsa, n. 55.

Verisimilitudo in probationibus multũ attẽditur, n. 57.

Frater contra fratrem in testem admitti non debet nisi in casibus magnæ necessitatis, n. 58.

Confessio emanata in iudicio criminali ad instantiam fisci, & ad finem publicæ vindictæ non probat in iudicio ciuili inter priuatas personas & ad priuatum commodum, n. 62.

Probationes in iudicio criminali factæ non probant inter alios in iudicio ciuili, n. 62.

Confessio contra quam fuit postea iudicatum confitenti non nocet, n. 63.

Præsupposito cessante cessat etiam depositio fundata in illo præsupposito, n. 64.

Sententia etiam nulla Principe sciente exequutioni mãdari non potest, n. 66.

Industria personæ quando electa dicatur in delegatione causarum, n. 67.

Rescriptum recipit interpretationem à petitione supplicantis, n. 68.

Sententia ad instantiam & fauorem fisci lata nocet etiam tertio qui cum fisco super dicta sententia transegit, n. 69.

Sentẽtia ad fauorem vnius lata nocet etiam tertio non citato qui scientiam habebat iudicij moti super quo fuit lata sententia, n. 70.

Confiscatio bonorum non potest imponi illi, cui imponitur pœna extraordinaria, n. 71.

Impedito iusto impedimento non currit terminus, neque currunt fatalia, n. 72.

Sententia etiam quæ transitum fecit in rem iudicatam in Rota non attenditur nisi fuerit iusta, n. 73.

Sententia ex falsa causa lata notoriè iniusta dicitur, numero 74.

Possessorium iudicium non impeditur per exceptiones concernentes petitorium, n. 75.

CONSILIVM CLXXXV.

1 PROPOSITVM dubium negatiuè videtur resoluendum, quia sententia contra Bernardum lata non iustificatur ex actis, ideo notoriè iniusta, Caputaq. *decis.* 120. *numero* 2. *par.* 3. Rota coram R.P.D. Gyptio Perusina separationis tori 28. Iunij, 1589. *in princ.* & sæpius in Rota fuisse resolutum testatur Gabr. *cons.* 28. *n.* 5. & *seqq. lib.* 2.

Sententia autem notoriè iniusta nunquam transit in 2
iudicatum, Paris. *consilio* 107. *numer.* 9. & *seqq.* Cephal. *consilio* 141. *numero* 45. & *seqq.* Vant. *tit. de nullit. ex defect. processus, numero* 127. eadem Rota coram R. P. D. Gyptio, vbi suprà, in eadem Perusina separationis tori 3. Iulij eiusdem anni, in fine.

Quòd hæc sententia non iustificetur ex actis, immo 3
quòd ex eiusdem actis constet de illius iniustitia, patet quia condemnari nemo potest nisi aut confessus aut conuictus fuerit. *capitul.* 1. *capitul. nos in quemquam, capitul. primates* 2. *quæst.* 1. *leg. qui sententiam, Cod. de pœn.* conuictus non poterat dici Bernardus, quia vix contra eum vrgebat assertio Iacobi prætensi socij criminis, & certum est socios criminis etiam quòd plures sint neminem conuincere, Boër. *decision.* 316. *num.* 4. *in princ.* Bossi. *in tit. de indicijs, &c. num.* 167. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 21. *versic. sed pone.*

Confessio autem super qua est fundata sententia nihil 4
prorsus Bernardo nocere videtur, primò quia non constat Franciscum fuisse scelere interemtum, & sic de corpore delicti, iuxta tex. *l.* 1. §. *illud, ff. ad Syllã.* nec cõfessio illud probat, vt per Ang. *de malef. in verbo, & vestem cælestem, num.* 25. *ver. quod si confitetur.* Blan. *in pract. crim. in princ. num.* 2. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 55. *num.* 10. *versi. quomodo autem.* Fran. Bec. *consil.* 70. *n.* 2.

Et quòd non constet Franciscum scelere interemtum 5
patet euidenter, quia super corpore delicti testes examinati parte non citata non fuerant repetiti, quo casu non solum non probant, sed nec faciũt modicum indicium, *c.* 2. *in illis verbis, nullius momenti,* & ibi Abb. *n.* 14. Aret. *n.* 1. *in primo notab.* & Felyn. *n.* 3. *extrà de testibus,* Crescent. *de testibus, decis.* 2. *aliàs* 264.

Et tamen corpus delicti non per indicia aut præsum- 6
tiones, sed plenè & concludenter probari debet, *d. l.* 1. §. *item illud, ff. ad Syllanian. ibi, liquere ergo ur debet. l. si quando. C. unde vi, in verbo, patefacta,* & ibi Bald. *num.* 2. & Ias. *n.* 12. *in* 4. *notab.* Boër. *decis.* 288. *num.* 1. *in fin. versi. si verò agitur de maximo præiudicio,* Follet. *in pract. crim. in verbo, capiat informationem, n.* 18.

Et licèt forsan nõ sit necessaria repetitio testium exa- 7
minatorum à Notario, attamen in visitatione cadaueris occisi quã facit idem Notarius vocantur Doctores, & visum & repertum recognoscunt dictum cadauer, & in eo illata vulnera, iuxta tradita per Blanc. *in pract. crimin. in princ. num.* 6. & 7. Follet. *in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, num.* 4. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 4. *numer.* 3. *ad med.* hoc ideo est quia de dicta visitatione Notarius se rogat coram testibus prædictis, & de ea facit publicum instrumentum, quod plenè probat absque testium instrumentorum examine seu repetitione; at quando hoc visum & repertum non fuit factum à Notario, tunc si testes ex interuallo post commissum delictum examinẽtur super corpore delicti, quòd non debeant repeti parte citata, nec iure, nec Doctorum auctoritate, nec vsu probatur.

Nec obstet si forsan dicatur quòd in hac causa pote- 8
rat procedi, ex processu informatiuo propter facultatem à Papa concessam iudici; prætensa enim facultas non respicit nisi potestatem dandi torturam de negatis defensionibus si legitima aderint indicia ad instar Gubernatoris Vrbis, verùm quòd possit procedere ex processu informatiuo, & testibus non formiter examinatis, nec cõcessa facultas, hoc dicit, vt legi potest in summario *num...* nec Gubernator Vrbis talem habet facultatem; aliud enim est torquere de negatis defensionibus, & aliud ex processu informatiuo; vtrũq; enim est prohibitũ à iure, prout de processu informatiuo scripsit Bart. *in l. fi. n.* 8. *ff. de quæst.* Brun. *de indic. p.* 1. *q.* 2. *n.* 8. & *seq.* & extat bulla Pauli III in 1. p. bullar. 11. in ordine 58. *ver.ceptum verò,* ideo vno concesso aliud non censetur concessũ, & quòd Gubernator Vrbis nõ procedat ad torturam ex processu informatiuo est plusquam notorium in illo tribunali, sed iste iudex processit ex processu informatiuo non solùm ad torturam, sed etiam ad condemnationem.

Secundò eadem confessio eo minus nocet Bernardo, 9
quia

quia fuit ab eo extorta dòlo iudicis duplici modo. Primò per suggestionem, secundò cum mendaci & falsa assertione. De suggestione constat clarissimè in summario num. .... vbi in specie Bernardo interrogato, & monito ad confitendum participationem ante parricidium cōmissum ipsi pluries notificantur omnes qualitates & circumstantiæ delicti minutatim & ad vnguem, prout iam Iacobus fassus fuerit. Quod est propriè suggerere, vt per Marian. Soc. *in c. qualiter & quando, n. 950. & n. 1102. vers. vnde non debet interrogare, extrà de accus.* Ang. *de malef. in verbo, forma publica, n. 118.* & ibi August. in addit. Boss. *in tit. de exam. reorum, n. 12.* plenè Cart. *in pract. interrogandorum reorum, lib. 2. c. 1. num. 44. & n. 67. & seq.*

10 Et eadem expressio qualitatum ac circumstantiarum prætensi delicti, & sic suggestio fuit iterum facta ab eodem iudice in confrontatione Iacobi, in qua legitur Bernardo examen Iacobi de verbo ad verbum, prout iacebat, quod vtique fieri non debebat; cùm enim Iacobus fuisset à iudice requisitus ad referendum in substantia ea quæ in tortura, & pòst deposuerat, non debebat iudex nisi priùs iuxta communem practicam saltim facto in substantiam per eundem Iacobum relato mandare legi suum examen, etiam quòd ipse institisset, cùm in die antè, & sic de recenti fassus fuerat, nec propterea poterat obliuionem prætendere, in criminalibus enim non potest quis se referre ad primum examen, Corn. *cons. 56. col. fin. vers. item testis qui se refert, lib. 1.* Aym. *cons. 155. n. 8.* Cartar. *vbi suprà*, vbi in specie admonet cauere debere iudicem legere reo testiū depositiones, & in terminis quòd sit suggestio legere depositionem socij criminis inquisito, bene loquitur Bursat. *cons. 201. num. 81.* vbi, vt mox dicam, *iuncto num. 70. & seqq.* loquitur in casu in quo reo tortura infertur denegatis defensionibus.

11 Quæ eo magis vrgere videntur quo iudex habere prætendebat potestatem à Papa torquendi reos, denegatis defensionibus, quo casu, vt communis practica seruat, confrontatio socij criminis fieri debebat sicca, hoc est, sine expressione circumstantiarum & qualitatum delicti, & hoc vt videatur si postea reus tortus denegatis defensionibus fateatur, dixerit nec ne veritatem confrontando se, vel secus cum qualitatibus, & circumstantiis sibi non notificatis, sicut scripsi *in meo tract. de test. bus, q. 72. num. 139. vers. verùm quando iudex*, non enim meipsum allegare erubesco in his quæ ab aliis Doctoribus scripta non reperiuntur.

12 Non ergo est mirū si, vt in summario, *num.* ... Bernardus in sua confessione pluries se retulit ad depositionem Iacobi ipsi sæpius à Iudice significatam, & suggestam.

13 Quare intrat conclusio quòd confessio per suggestionem extorta siue per torturam siue extra eam, confitenti non nocet, *l. 1. §. qui ad quæstionem, ff. de quæst.* Boss. *in titul. de exam. reorum, num. 12. vers. Et illa confessio*, cum aliis per Cartar. *vbi suprà dict. num. 54. & sequentibus, lib. 4. cap. 1. numero 94. & seq.*

14 Detegitur secundò dolus iudicis, qui, vt in summario, sæpe & sæpius Bernardum in specie interrogando, & monendo vt fateatur se complicem, & participem homicidij, ante delictum illi contra omnem veritatem pluries, ac pluries supponit quòd est conuictus, & quòd de eius participatione & complicitate plenè constat, & clarè apparet in processu, in tantum quòd pauper adolescens sic dubitans, & iudici credens se ex processu conuictum, respondet per hæc verba, *Non sò come si consti alla Corte questo che io habbia trattato con Beatrice, & con Lucretia dom è*, & in alio interrogatorio in quo pariter sibi supponitur manifestè, & clarè apparere in processu quòd ipse est delinquens, respondet, *Se costa alla Corte che io habbia trattato con Olimpio, & con Beatrice, & con Lucretia far ammazzare mio Padre, io dico de sì.* Et iterum sibi per iudicem supposito quòd in processu plenè constat quod ipse tractauit, &c. Negat Bernardus, & postea subdit, *Se volete mo che cosi, non so che me dire.*

15 Et hîc intrat alia conclusio quòd etsi iudici liceat simulatione & arte veritatem à reo exquirere, non

Farinac. Cons. crim. lib. 2.

tamen hoc licet cū falsa assertione & mendacio, Afflict. *in constitutione Regni, incip. inter ceteras, rub. 44. in tertio notab. n. 3. & seq. part. 1.* Hiero. Cuchalon. *in addit. ad Dec. in cal. ea est natura, n. 7. litera A, ff. de regul. iur.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 55. vers. circa primum*, cum aliis per Cartar. *in d. pract. interrog. reorum, libr. 2. c. 1. n. 24. & n. 78. & seq.*

Dum enim iudex falsò asserebat ipsum esse conuictum, in consequentiam videtur asseruisse quòd siue fateatur siue non, condemnatus erat; conuictus enim condemnatur etiam quòd non fateatur. *cap. & si clerici, vers. si verò, extrà de iudic. cap. de hoc, extrà de simon. l. cùm talis, C. de pœnis, & l. qui sententiam, C. eodem.* non ergo mirum si simplex adolescens credens iudici se conuictum, & posse se condemnari etiam quòd non fateatur sic fatuus, & simpliciter fassus fuerit, simplices enim prout erat Bernardus facilè credunt, & facilè decipiunt, *Clem.* & ibi Cardin. Zabarel. *1. de pœnit. remiss.* 16

Tertiò nec Bernardo d. confessio nocet, quia erronea est, omissa enim illa disputatione an minor aduersùs suam confessionem restituatur non docto de errore, & admissa pro nunc opinione negatiua, docto tamen de errore etiam absque vlla restitutione, nedum minoris, sed etiam maioris, confessio confitenti non nocet, *l. 1. §. si quis vltra*, & ibi glos. & communiter Doctores omnes, *ff. de quæst.* Bellamer. *in cap. & si Clerici, numero 12. vers. 3. hoc noto, extrà de iudic.* Innocent. Hostiens. & communiter Canonistæ omnes *in cap. cùm venerabilis, numero 108. & seqq. de except.* vbi quòd hæc est communis regula. 17

Error confessionis constat plusquam concludenter ex eodem processu tam per easdem personas qui delictum commiserunt, & sic per assertos socios criminis, tum etiam per testes Curiæ, Beatrix enim prout in summario, *num.* ... dicit transmisisse Olympium ad Vrbem ad effectum habendi consensum à fratribus, & quòd reuersus ei dixit, *Che haueua parlato con Iacomo solo & non con l'altri fratelli, perche non haueue voluto trattore con ragazzi.* Huic autem Beatrici deponenti de auditu credendum est, quia ad defensam, Cephal. *consil. 678. num. 75. iuncto num. 67. 8. lib. 5.* Honded. qui alios refert *cons. 100. n. 35. lib. 1.* & præsertim cùm dicat audiuisse ab eo qui plenè de facto informatus est. 18

Martius alter sicarius in summario, *num.* .... dicit, *non sose anco il signor Bernardo sapesse & tenesse mano à queste cose*, & tamen sicut alij participes, & complices quos nominat, tractarunt cum ipso; ita etiam tractasset Bernardus si particeps fuisset arguendo à verisimili. 19

Lucretia non solùm non nominat Bernardum prout nominasset si verè particeps fuisset, sed amplius dicit quòd quando Bernardo exposuit eius patrem ab Olympio occisum, Bernardus admiratiuè respondet, *Tanto che Olimpio hà ammazzato mio Padre?* vt in summario, *num.* .. Quæ admiratio arguit ignorantiam rei auditæ.

Et hic intrat conclusio quòd quando reus aliquos criminis socios inculpat, alios, quos tacet, exculpare dicitur, Bursat. *consi. 20. num. 58. lib. 1.* exculpatio autem sociorum criminis alterius socij confessionem erroneā demonstrat, dixi *in titulo de indic. & tortur. quæstione 43. num. 19.* & ni fallor bene probat tex. *in l. 1. §. si quis vltrò, vers. prudenter, ff. de quæstion.* vbi fuit liberatus quidam seruus qui metu reuertendi ad dominum homicidium commisisse cum aliis falsò confessus fuit, & non ob id condemnatus, ex quo socij ab ipso nominati in tormentis perstiterunt, & eundem seruum de se, & de ipsis confessum exculparunt; ergo multo magis liberandus videtur Bernardus qui exculpatur à prætenso socio qui de seipso fatetur. 20

Nec est in totum spernenda exculpatio Iacobi sæpius geminata in actu confessionis in literis scriptis Illustrissimo Domino Cardinali Aldobrandino in confortatorio, & etiam in patibulo, vt in summario, *num.* .... licèt enim non ignorem quòd talis exculpatio non tollit de iure criminis probationem, & sic confessionem, negari tamen potest quin illam debilitet saltim iunctis aliis coniecturis, & adminiculis, de quibus mox dicam, 21

dicam, vltra iudicialem exculpationem aliorum prætensorum sociorum criminis, de quibus dixi. Grammat. *decisione* 56. *num.* 11. Bertazol. *consilio* 246. *numero* 10. *libro* 1. Manoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 90. *num.* 3. *vers. illud tamen*, Bursat. *cons.* 201. *num.* 148.

22 Concurrunt insuper depositiones testium pro Curiæ informatione examinatorum, nempe Camilli Rosati in summario, *numero* .... qui licèt primò dicat in vno colloquio facto cum Olympio ab eo audiuisse quòd etiam Bernardus fuit in delicto particeps, subdit tamen, in alio colloquio facto cum eodem Olympio sibi dixisse quòd Bernardus non fuerat conscius. Et huic secundo dicto Olympij magis standum, cùm sit magis verisimile, & adminiculatum depositione Beatricis de qua suprà. Tindar. *in tract. de testib. lib* 1. *cap.* 2. *numer.* 1. *in fine in* 12. *fallen.* *& cap.* 14. *num.* 1. Roland. *cons.* 40. *num.* 13. *lib.* 1. Vulpel. *cons.* 104. *num.* 3. *& num.* 11.

23 Succedit etiam depositio alterius testis Curiæ, videlicet fratris Petri Caluetti Germani, fratris ipsius Olympij in summario, *numero* .... qui deponit Olympium sibi confessum fuisse quòd occiderat Franciscum de ordine, & cum participatione Beatricis Lucretiæ, & Iacobi, & de Bernardo nullum verbum ei fecisse, & huic testi plenè credendum, quia examinatus à Curia, Aymon. *consilio* 200. *num.* 13. Socin. *consil.* 69. *num.* 11. *libro* 1. Gabr. *de testib. conclus. prima, post num.* 14. vbi de communi *libro* 1. Cephal. *consilio* 82. *num.* 47.

24 Et hîc intrat alia conclusio, scilicet errorem confessionis in minore sufficere quòd probetur per vnum testem, nedum per duos, Bald. *in l. vnica, num.* 62. *versic. circa quod considera, C. de confessis.* Alex. *in l. nam & postea, §. si minor, num.* 11. *vers. dicit etiam Baldus, ff. de iureiur.* Gabriel *de testibus, conclus.* 1. *num.* 40. *lib.* 1. decis. Pedemont. 87. *numer.* 10. vbi alij referuntur.

25 Verùm vltra criminis assertos socios, & testes Curiæ prædictos concurrunt pro errore confessionis Bernardi tres aliæ validissimæ coniecturæ. Prima est de qua per Beatricem de auditu ab Olympio, & per Iacobum in eius exculpatione vt suprà sumta ex qualitate personæ ipsius Bernardi, nempe adolescentis, & talis cui similia confidere non solent, nec verisimile est quòd confidantur arguendo à communiter accidentibus, & ab itueri similis, quod argumentum præsertim in materia confessionis maximè attendendum est. Bald. *cons.* 479. *incip. tres sunt casus, num.* 2. *lib.* 2. August. ad Angel. *de malefic. in verbo quòd fama publica, n.* 14. Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfat. n.* 40. Boss. *in tit. de confess. n.* 46.

26 Altera est coniectura quæ ab eiusdem personæ qualitate desumitur, quia, vt probatur per Marium Fanum testem defensiuum in summario, *numero* .... dictus Bernardus, *Non è sagio come deuerebbe essere bigionam, & quando l'ho praticato piu presto l'hò hauto per sciocco che altrimente, perche mi parlaua, non concludeua niente, & non ne cauaua construtto alcuno*, & iterum infrà, *l'hò tenuto per sciocco & di poco ceruello come si dice nell'articolo.* Huic autem testi licèt vnico plenè credendum est, quia deponit ad rei defensionem, & non habet contradictorem, Aymon. *consil.* 2. *numero* 10. Natt. *cons.* 412. *numer.* 23. Boss. *in tit. de oppos. contra testes, numero* 72. Vulpel. *cons.* 67. *numer.* 8.

27 Et hinc sequitur huiusmodi confessionem non solùm præsumi erroneam, sed nihil prorsus illi obesse, cùm paria sint in proposito quem esse furiosum seu etiam fatuum, Marian. *in cap. ad audientiam, numer.* 28. *de homicid.* Grammat. *cons.* 16. *n.* 7. *in fine, & seqq. omnib. in discursu*, Nouell. *in tract. ad defensam, in princ. num.* 40. *ad finem*, Gerard. Mazzol. *cons.* 57. *num.* 13. *&* 14.

28 Succedit, & altera coniectura, quia Beatrix, & Iacobus sic resoluerunt patrem occidere propter mala tractamenta quæ eis faciebat, vt in summario, *numero* ..... Quæ quidem causa cessabat in Bernardo, cùm ipse, vt in summario *num.* .... non malè tractatus fuerit ab eodem patre, sed ab ipso amatus, & in testamento hæres institutus; quare cessante causa delicti confessio redditur inuerisimilis, vt per Parid. de Puteo *de Syndicat. in verbo tortus, cap.* 7. *num.* 12. *ante finem versic. sic ergo iudex, fol. mihi* 350. *column.* 1. *in princ.* vbi propterea in proposito dixit, quòd videmus indies multos imbecilles animo (prout erat Bernardus) crimina, quæ non commiserunt, confessos esse, & ideo admonet iudices vt bene aduertant ad reorum confessiones, vt in eis subsit delicti confessati verisimilis causa. Blanc. *de indic. num.* 35. vbi pariter aduertit iudicem vt debeat interrogare reum, qui delictum confessus est cur illud fecerit, cùm sine causa nemo delinquere præsumatur, Bart. *inter cons. crim. diuers. cons.* 8. *num.* 8. *lib.* 1. *in folio.* Francisc. Cason. *de indic. tract.* 1. *c.* 9. *n.* 2. Menoch. *cons.* 230. *n.* 25. *& seqq.*

Prædictæ autem tres iuris præsumtiones etiam cessantibus depositionibus testiũ & exculpationibus præmissis satis superque essent probandum errorem confessionis Bernardi, stante verissima iuris conclusione quòd coniecturæ & præsumtiones plenè probant errorem confessionis. Bald. *in l. fin. n.* 2. *ad finem versi. idem Baldus, in l. error. post num.* 12. *C. de iur. & fact. ignor.* Bertazol. *cons.* 162. *num.* 9. *in fin. & seqq.* vbi latè, & vbi coniecturalis & præsumtiua probatio admittitur duæ tantùm sufficiunt coniecturæ. Calcan. *consilio* 8. *post num.* 9. Aym. *consil.* 156. *num.* 7. *in fine.* Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 447. *num.* 4. vbi alij referuntur. 29

Nec obstat quòd confessio Bernardi sit geminata, & ratificata. Nam etiam ratificata & geminata confessio docto de errore non nocet. Gandin. *in tit. de quæstion. & tormen. num.* 24. Marsil. *in l.* 1. *§. si quis vltro, num.* 115. *& seqq. ff. de quæstio.* Boss. *in tit. de confessis, n.* 61. Clar. *in pract. §. fin. q.* 64. *versic. si autem reos, ad finem.* & est communis, vt per Cartar. *in pract. interr. reorum. lib.* 4. *n.* 25. & per Hond. *consi.* 102. *num.* 43. *lib.* 1. 30

Minus obstat quòd sit adminiculata ex dicto Iacobi: nã vltrà quòd Iacobi inculpatio est sublata per primam & tertiam præsumtionem prædictas, adhuc dicitur & adminiculatam confessionem sub prætextu erroris posse reuocari. Salicet. *in l. fi. num.* 2. *vers. item pone, tunc lo vers. hoc exemplum. C. de probat.* Aretin. *in cap. cùm dilectis, num.* 31. *& seq. extrà de accusat.* Angel. *de malefic. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & intermino defensionis, &c. num.* 1. vbi quòd ita practicatur. Pract. Corrad. *tit. de confessione criminis, num.* 11. 31

Quarò præmissis omnibus cessantibus, & data validitate confessionis Bernardi, iniustitia sententiæ, de qua agitur, notoriè apparet ex qualitate pœnarum in ea impositarum, nempe confiscationis bonorum & indigni pro crimine parricidij, non enim imponitur pœna confiscationis bonorum. *l. parricidij, ff. ad l. Pomp. de parricid. & ibi gl. in verbo postulatus, & in verbo, quem voluit.* Cephal. *cons.* 79. *n.* 6. *& seq. & n.* 22. *& seqq.* Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 14. *n.* 3. *& c.* 15. *n.* 17. 32

Nec ex capite prætensi assassinij intrat bonorum confiscatio, quoniam quicquid secus sit quoad Iacobum, & Beatricem, Bernardus minimè fatetur aliquid promisisse Olympio, ideo confessio dictorum Iacobi & sororis ei non nocet. *l. iusiurandi, in fi. C. de testib.* Natta *cons.* 438. *num.* 11. Aymon. *consil.* 966. *num.* 16. 33

Et in præsenti casu eo minus confiscatio imponi poterat cùm ex confessione Bernardi nulla resultet participatio parricidij, sed tantummodo scientia, & non reuelantia, pro qua sola relegationis pœna statuta erat. *l.* 2. *ff. ad l. Pomp. de parric.* & est magis cõmunis & verior Doctorum sententia, de qua latè dixi *in tit. de homicid. q.* 120. *num.* 153. *& seq.* vbi relatos hîc referre nolui ne purgatissimas Dominorum meorum aures longa Doctorum serie offendam. 34

Fatetur enim Bernardus, & sic etiam fatetur Iacobus, quòd idem Bernardus Olympio iam nomine Beatricis ad Vrbem venerat pro habendo consensu fratrum, aliud non respõdit nisi, *che facesse quello che gli pareua*, vt in summario *num.* ... per huiusmodi enim verba in arbitrium Olympij collata nec mandatum nec consilium censetur datum, ad scripta per Hipp. Rim. *cons.* 310. *num.* 1. *incontio num.* 26. *lib.* 3. 35

Minus

36 Minus censetur datus consensus saltim specialis & expressus, prout in criminalibus requiritur, Bal. *in l. final. §. necessitate, post numer. 23. C. de bon. qua liber.* Ad hoc enim vt consensus dicatur specialis & expressus necesse est vt expressè quis dicat consentio, Bald. *ibidem numero 17. in fi. vers. item dico.* Viuius *opin.* 113. *n.* 17. *& seq.* post Bar. & Ang. *in locis per eum relatis.*

37 Immo quando agitur de imponendo consentienti eandem pœnam quæ imponitur agenti, prout agitur in casu nostro, non dicitur quis consentire nisi vtatur verbis consilium aut auxilium importantibus. Cepol. *consil.* 34. *numero* 22. Paris. *consilio* 152. *n.* 29. *& seqq. lib.* 4. Osasc. *decis. Pedem.* 80. *n.* 6. Mascar. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 1139. *num.* 10.

38 Non potuit ergo iudex imponere pœnam confiscationis bonorum, quia cùm à iure alia certa pœna & non confiscationis, statuta est, non potest volens ab ea recedere confiscationis pœnam incurrere, Bald. *in l.* 1. *C. ne sine iussu iud.* & ibi Cyn. Bald. Angel. & Salycet. quos & alios refert Peregrin. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 25. Baiar. ad Clar. *q.* 84. *n.* 40.

39 Et ex præmissis etiam sequitur quòd nec idem iudex potuit pœnam indigni imponere, quia talis pœna non habet locum nisi in casu à iure expresso, §. *cum agitur, in auth. de non elig. secundò nuben.* Alex. *in l. non oportet, ante fi. ver. non mirum, C. de his quibus vt indig.* Rom. *consilio* 185. *in* 4. *dubio.* Pereg. *de iure fisci. lib.* 2. *tit.* 2. *rub. de indignis, numero* 2.

40 Tum etiam, quia minori non imponitur pœna insignis quādo eius delictum consistit in omittēdo, prout in casu nostro, *l. minoribus*, vbi glos. & Doct. *ff. de his quibus vt indign. l.* 2. *C. si aduers. delict. auth. si captum. C. de Episc. & cler.* cum aliis per Ant. Gomez *de delict. capit.* 3. *numero* 53.

41 Et quoad bona fideicommissaria Rochi, & Christophori res videtur indubitabilis, quia Bernardus, nec Rochum, nec Christophorum occidit, & indignus ratione vnius personæ offensæ non efficitur indignus ratione alterius personæ non offensæ. *l. heredem, & l. Papinianus. ff. de his quibus vt indign. l. qui Titii. ff. eodem.* Et licèt filium Christophori testatoris occidisse prætendatur, & sic ex capite ingratitudinis in testatorem videatur indignus, attamen dato quòd illum occiderit (prout non occidit) cessat pœna indigni, quia vt illa in his terminis habeat locum necesse est, vt ingratitudo & offensio fuerit facta in vita testatoris, non post mortem, vt bene declarat idem Peregrin. *de iure fisci lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 4. *&* 7. *&* 8.

Et ex istis quatuor rationibus sententiam contra Bernardum latam non trāsiisse in iudicatam facilè dici posse existimarem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

42 VTraque propositi dubij pars negatiuè resoluenda videtur; quo enim ad primam partem, clara est iuris conclusio, quòd sententia notoriè & euidenter iniusta, ita nullitatis vitio laborat, *c. inter cæteras*, ibíque Abb. *numero* 1. *&* 10. *de sentent. & re iudic.* Felyn. *in cap. quoniam contra, numero* 25. *&* 26. *de probat.* Dec. *in capitulo nouit. numero* 10. *de iudic.* Contard. qui pluries in Rota decisum testatur *in l. vnic. limit.* 9. *n.* 44. *&* 46. *C. si de moment. possess.* vt in iudicatum transire non valeat etiamsi ab ea non fuerit appellatum, vel interposita appellatio prosequuta non sit, Ant. de Butr. *in cap. suam, not. pen. de pœn.* Dec. *in d. c. quoniam contrà, num.* 36. *de probat.* Surd. *decis.* 260. *num.* 30. Rot. *decis.* 311. *num.* 2. *par.* 2. *& decis.* 427. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.*

43 Quòd verò sententia criminalis, quæ ex aduerso prætenditur, res iudicata respectu D. Bernardi euidentem contineat iniquitatem, inde constat, quia expressè supponit illum consensisse, ac complicem fuisse impij tractatus, immanísque conspirationis habitæ super morte & trucidatione D. Francisci eius patris, quod tamen, siue respiciamus inculpationem de eo factam à Iacobo fratre maiore, siue prætensam D. Bernardi confessionem (ad quæ duo capita rediguntur cuncta, quæ ex processu criminali contra D. Bernardum resultant) prorsus à veritate alienum apparet, ex ipsismet actis, ex quibus proximè notoria sententiæ iniquitas iustificatur, Contard. *in d. l. vnic. d. limit.* 6. *n.* 19. Gabr. *consil.* 28. *n.* 5. *vol.* 2. Surd. *cons.* 214. *n.* 2. *vol.* 3.

44 Nam inculpatio sublata remanet ex declaratione postea ab eodem inculpante morti proximo ad suæ conscientiæ exonerationem, & animæ salutem, non semel sed bis, tertiò, atque iterum facta, quæ de medio tollit omne indicium etiam clarissimum, & claram ostendit exculpati innocentiam, Decian. *respons.* 83. *numero* 29. *volum.* 3. Bursat. *consilio* 29. *numero* 38. *volum.* 1. Bertazzol. *consilio crimin.* 113. *num.* 17. Claud. ad eundem *in consilio* 146. *litera A, volum.* 1. Vulpell. *consilio* 113. *numero* 8. Grammat. *consil. crimin.* 65. *numero* 1. & Mascard. *de probat. concl.* 1135. *num.* 12.

45 Præsumtio enim innocentiæ, quæ oritur ex exculpatione, potentior est, & plus operatur respectu defensionis, quàm præsumtio contraria respectu offensionis. Gomez *variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 17. *versic. si verò in delictum*, Gram. *consilio* 1. *numer.* 14. Boss. *in tit. de fauor. defens. numero* 10. & Mascard. *d. conclus.* 1135. *numero* 2. *&* 12. Præsertim in casu nostro, in quo exculpatio fuit triplicata, ideóque eiusdem virtutis & efficaciæ est, ac si esset iurata, & iudicialiter facta. Aym. *consil.* 114. *numero* 8. *&* 18. Bertazzol. *consil. crimin.* 42. *numer.* 3. *volum* 1. atque eo tempore facta, quo pro integra eius fide fieri debuit in actu, scilicet confessionis sacramentalis. Bursat. *consil.* 201. *num.* 148. Farinac. *q. crim.* 46. *num.* 70. *& seqq.* & pro illius veritate plures militant vrgentes præsumtiones, quòd res ita se habeat, infrà explicandæ, quæ pro absolutione omnino attendendæ sunt. Menoch. *lib.* 1. *præsumt. quæst.* 90. *numero* 3. *versic. illud tamen.* Bertazz. *consil. crimin.* 246. *num.* 10. *volum.* 1. Farinac. *d. q.* 46. *num.* 117.

46 Et eo magis, quoniam inculpatio in præiudicium D. Bernardi non fuit legitimata; quamuis enim, quoad condemnandum Iacobum confitentem sufficiens fuerit illius ratificatio extra tormenta facta, respectu tamen D. Bernardi non fuit sufficiens, quia specialiter denuo torquendus erat, & nominatio antea de eo facta iterum in tormentis ratificanda, quod cùm omissum fuerit, vt videre est ex processu, nullum in ea contra D. Bernardum fieri potest fundamentum. Clar. *in pract. crimin. quæst.* 45. *num.* 13. *vers. cæterùm si rem*, ibi, *si sunt tales, &c.* Farinac. *quæst. crimin.* 43. *num.* 137. & Petr. Cabal. *resolut. crimin. cent.* 1. *cas.* 33. *num.* 11.

47 Quod autem pertinet ad prætensam D. Bernardi confessionem, quæ consistit illis verbis, *Et detto Signor Iacomo, & Paolo, & io gli dicessimo, che facesse quello, che gli pareua*, vt in summario, *numero* 3. *in fin.* & ipsa non officit.

48 Primò quoniam ex ea non resultat complicitas, & participatio tractatus parricidij, sed ad summum sola illius scientia, & non reuelatio, quo casu filium non incidere in pœnam ordinariam parricidij, sed tantùm in extraordinariam exilij, est textus *in libro* 2. *ff. ad leg. Pompeiam de parrid.* glos. *in leg. vtrùm, in versicul. conscij, ff. eod.* Felyn. *in c.* 1. *num.* 4. *fallen.* 3. ibíque Bero *num.* ... *&* 70. *de offic. deleg.* Honded. *consil.* 96. *num.* 27. *vol.* 2. Roland. *consil.* 88. *num.* 6. *volum.* 2. Capic. *decis.* 130. *numer.* 64. *in fin.* Ozer. *in §. alia deinde lex* 1. *numero* 4. alios referens & de receptiori attestans *Institut. de pub. iudic.* Carpan. super Cōnst. Mediol. §. *homicida, numero* 51. *&* 1289. Baiard. ad Clar. *quæst.* 87. *numer.* 3. & Cacheran. dec. Pedem. 80. *numero* 6. vbi fortioribus terminis magis communem dicit, & *sub numero* 11. quòd nec imponitur pœna cōnfiscationis bonorum.

49 Et quòd prædicta verba, *Che facesse quello che gli pareua*, cùm sint prolata in liberam voluntatem delinquentis, ad trad. per Menoch. *de arbitr. quæst.* 7. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 2.

non importet mandatum, nec consensum ad fauorē cuiusdam qui dixerat, *se voi ammazzarlo ammazzalo*, consuluit Rimin. Iun. *cons.* 310. *numero* 26. *vol.* 3. quem refert, ac sequitur Farinac. *quæst. crim.* 134. *num.* 34. & confirmatur ex not. à glos. *in l. ad hæc verba, in verb. exhortatur*, vbi *qui exhortatur monet, condemnat, persuadet, vel permittit* (qui vltimus ad summum videtur casus noster) *nō dicitur mandare*, sequitur plenè confirmans Mascard. *de probat. concl.* 869. *numero* 5. *& seq.* maximè *numero* 11. quibus addo tradita tum à Bursat. de eo qui dixerat, *dà al traditore*, tum à Decian. loquente de verbis, *Placet fac citò, bene & cautè*, in materia homicidij prolatis, quibus mandatum non inducit, ambo concludunt, ille *in consilio* 192. *vol.* 2. hic verò *in tract. criminal. libro* 9. *capitulo* 34. *numero* 9.

50 Multo ergo minus de mandato, vel complicitate redargui potuit infelix iste minor, in hoc tantum felix, quòd pueriliter non vera conficiendo diuino quodam affocatus spiritu per talia verba confessus est quæ vel nullum præseferunt consensum, vel simplicem tantùm, qui non est punibilis, vel saltim leui pœna dignus, Clar. *pract. crim.* q. 87. *numero* 4. Bertazol. *consilio crim.* 103. *numero* 3. *vol.* 1. Surd. *consilio* 425. *numero* 48. *vol.* 3. sed ad hunc effectum debet esse cooperatiuus, præsertim in delictis atrocioribus, vt bene colligitur ex Ozer. *in d. §. alia deinde lex, d. num.* 4. *Inst. de public. iud.* clarè testatur Cacheran. *d. decis. Pedem.* 80. *numero* 6. & à fortiori probat glos. *in l. quisquis, in princ. in verbo, eadem enim, C. ad l. Iul. maiest.* quæ in crim. læsæ maiest. vltra cogitationem requirit aliquem actum positiuum denotantem determinationem voluntatis, quam glos. ab omnibus approbatam testatur Clar. *pract. crim. quæst.* 91. *numero* 1. & nouissimè de mente Isern. & Bald. confirmat Iul. Franc. de Ponte *consil.* 90. *numero* 28.

51 Secundò quia erronea fuit, & consequenter domino Bernardo in nihilum præiudicialis. Bertazol. qui copiosè concordantes refert *consilio crim.* 229. *numero* 1. *vol.* 1. præsertim ea firmiter & iudicialiter reuocata, vt factum fuit in casu nostro. Gomes. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 1. *numero* 66. *in princ. versiculo & hoc procedit etiam in maioribus*, Clar. *pract. crim. quæst.* 55. *numero* 18. *versiculo sed pone quòd reus*. Triuisan. *decis.* 62. *numero* 38. *libro* 2. Ceph. *consilio* 683. *numero* 20. *lib.* 5. Menoch. *consilio* 380. *numero* 21. & ibi adden. *in littera C. vol.* 1. Rimin. Iun. *consilio* 130. *in fin. lib.* 2. quod probatur quando rem aliter se habere constat, *l. post diuisionem*, vbi Bald. & alij communiter, *C. de iur. & facti ignor.* Alex. *consilio* 156. *numero* 10. *vol.* 6. Rimin. Iun. *consilio* 130. *numero* 8. adden. ad Bertazzol. vbi proximè citatum non est ambig. quin error in casu nostro plenè probatus sit, ex quo rem aliter se habere constat,

52 Primò ex prædicta exculpatione, quæ licèt propriam rei confessionem tollere non possit, sufficit tamen pro comprobanda illius erroneitate, vt de veriori opinione attestans plenè probat Farinac. *quæst. crim.* 45. *numero* 20. *& seq.* ac in terminis arguit Fab. Turret. *cons.* 51. *n.* 15. *cum sequen. vol.* 2.

53 Secundò ex testibus pro fisco examinatis in facto plenè ponderatis, qui cùm ad inuicem adminiculentur, & omnes tēdant ad eundem finem probandi innocentiam D. Bernardi, & ad excludendam cōplicitatem tractatus patricidij, profectò simul iungi debent, sicque iuncti sufficientem faciunt probationem. Dec. *in cap. licèt causam, num.* 6. *versiculo & hoc primo verum. de probat.* Bald. *ibidem, numero* 12. *in fi.* Honded. *consilio* 15. *numero* 23. *&* 24. *vol.* 1. Mynsing. *cent.* 2. *obseru.* 20. & Petr. Cabal. plenè antiquiores referens *resolut. crimin. cent.* 3. *cas.* 293. *numero* 25. *&* 26. maximè cùm sint testes fisci, contra quem quāuis de credulitate & auditu deponentes plenè probant, etiamsi vnicus esset, Bertazol. *consilio criminal.* 71. *numero* 15. *vol.* 1. Bursat. qui communem dicit *consilio* 153. *numero* 46. *lib.* 5. Gabr. & ipse de cōmuni testis *tit. de testib. concl.* 1. *n.* 13. Honded. *consilio* 102. *numero* 13. *vol.* 1. Surd. *consilio* 40. *n.* 71. *volumine* 1.

54 Tertiò ex variis mendaciis in ipsa prætensa confessione à D. Bernardo prolatis. Et primò dum inquit, *Et detto signor Iacomo Paolo, & Io gli dicessimo che facesse quello che gli pareua*, cùm tamen ex processu plenè constat Iacobum præcisè mandasse parricidium Olympio, vt colligitur ex Beatrice, ibi, *Olimpio mi disse, che il signor Iacomo gli haueua detto che auertisse quando ammazzaua il signor Francesco à finirlo di ammazzare, perche lui haueua sette spiriti come ligatis*, vt in summario *numero* 17. *in fine*. ex Lucretia, ibi, *che Olimpio lo voleua ammazzare, perche lui haueua sette spiriti come ligati*, vt in summario *numero* 23. *in fine*, ex Martio Sicario, ibi, *Olimpio disse esser stato à Roma, & il signor Iacomo Cenci, mi hà datto il veleno, & anco vn ampollina, ò caraffa, ò fiaschetto, accio facesse morire detto signor Francesco*, vt in summario *num.* 20. *in fine*, & ex Petro Caluetto, ibi, *Olimpio mio fratello hà confessato à me che lui hà ammazzato Francesco Cenci ad instantia & de ordine de Iacomo Cenci*, vt in summario *num.* 19. *in fine*; mendax ergo D. Bernardus dum deposuit Iacobum quoque dixisse, *Che Olimpio facesse quello che gli pareua.*

Addit immediatè D. Bernardus, *Et così è anco vero che dopò la morte di nostro padre Lucretia, Olimpio, & Beatrice hanno detto à me, & al signor Iacomo in presentia mia che il detto Olimpio haueua ammazzato il signor Francesco nostro Padre*, vt in summario *numero* 3. *in fine*, contrarium deponit Lucretia, ibi, *Io dissi il fatto del homicidio à Iacomo, & à Bernardo come era passato, ma separatamente l'vno dall'altro*, & paulo infrà, *Et questo fu qui in Roma in casa loro inanzi fussimo fatti prigioni & fu vna sol volta*, vt in summario *numero* 23. confessio ergo D. Bernardi in partibus tam substantialibus falsa in totum talis iudicari debet, Dec. *consilio* 376. *numero* 10. Alciat. *de præsum. reg.* 3. *præsumt.* 21. *numero* 3. Hercul. *de negat. numero* 198. *fallen.* 17. Mascard. *de communi testis de probation. conclus.* 384. *numero* 2. sicut & testis in parte falsus, in totum talis habetur. Bald. *in leg. si ex falsis, numero* 15. *versicul. sed quod in testibus, Cod. de transact.* Felyn. *in capitulo fraternitatis, numero* 21. Alexandr. *consilio* 27. *numero* 3. *volumine* 1. 55

Quarta ex diuersitate responsionum, quas dedit Lucretia Iacobo, & D. Bernardo ideo interrogantibus, Nam Iacobo, dicenti, *Ohime Lucretia che cosa è questa come è passato questo delitto della morte del mio Padre?* ipsa respondit, *Voi lo sapete meglio di me, & ve ne fate nuoui voi hauete fatto ogni cosa & adesso monstrate non saperlo*. & Iacobi replicanti, *Io son stato à Roma, che ne so io*, ipsa constanter addit, *signor Iacomo non bisogna far così che voi sapete ogni cosa, & senza ordine vostro non si è fatto niente*, vt in summario 23. vnde Iacobus acquieuit. 56

At D. Bernardo non minori cum admiratione eam ita interroganti, *tanto che nostro Padre è stato amazato da Olimpio? Ditemi vn poco come è passato che non me l'hà detto Olimpio*, illud solùm respōdit, *così non fosse come è stato*, vt in summario vbi suprà. Quare cùm Lucretia non conqueratur, nec increpet D. Bernardum declarantem se ignarum, & innocentem tractatus parricidij, prout acerrimis verbis redarguit Iacobum idem tentantem, verisimiliter maior affectionis ratio in vno quàm in alio, cùm ambo essent priuigni, immo liberius D. Bernardum vti puerum, quàm Iacobum Iurisconsultum vxoratum, & patremfamilias alloqui potuisset, & verisimile sit quòd Olympius sicarius sicuti retulit consensum habitum à Iacobo ita retulisset consensum D. Bernardi, cùm verisimilitudo multum operetur, & attendi debet in probationibus, Marsil. *in rubr. C. de probat. numero* 108. & Crauet. *consil.* 61. *numero* 9. Bertazzol. *consilio criminal.* 14. *numero* 19. *volumin.* 1. & vbi maxima est contemni debet omnis alia probatio quæ esset in contrarium, Abb. *in capitul. quia verisimile, extrà de præsumpt.* Pacian. *de probat. libr.* 2. *cap.* 8. *numero* 23. Decian. *resp.* 81. *numer.* 37. *volum.* 5. 57

Quintò ex modo quo confessio extorta fuit, siquidem vir puero, Iurisconsultus ignaro, astutus simplici ne dicam fatuo, vt dicunt testes, frater maior & curator fratri minori oppositus fuit, quod tamen non nisi in casibus summæ necessitatis fieri, docet Clar. *pract. crim. quæst.* 58

24.

24.*num.12.versic.fecit tamen*,& Cattar.*de interrog.reis,lib. 3.cap.1.num.97.num.101.*

59 Sextò ex maxima illius inuerisimilitudine optimè in facto deducta, confessio autem inuerisimilis omnino contemni debet, etiam quòd propria sit,Hondedl.*consil. 108.num.49.vol.1.*quod enim verisimile non est falsitatis speciem habet,bald.*in l.1.num.9.C.de seru.fugit.* Ias.*in l.si extraneus,§.1.num. 8 ff. de cond.ob caus.*Menoch.latè *de arbitr.cas.84.num.1.*

60 Quare si vnicus testis,vel fama sufficit ad probandum minoris confessionem fuisse erroneam,vt testatur bald. *in l.1.num.28.C.de confess.* Idemque fieri potest coniecturis,& simplicibus præsumtionibus, Curt. iun. *consil.71. num.1.post med.vers.& ideo.*Bertazol.*cons.crim.162. num. 9. in fine vol.1.*Claud.ad eundem *consil.103.in littera C.*negari non potest quin error confessionis D. bernardi ex prædictis plenè probatus remaneat,cùm adsint non solùm plures vrgentissimæ præsumtiones ac inuerisimilitudines,sed etiam duo testes, beattix, & Camillus Rosatius, qui asseueranter affirmant, præsertim beatrix Olympium non fuisse de hoc scelere alloquutum D.Bernardum,& efficaci ratione, quia talia facinora non sunt pueris communicanda, qua etiam vsus fuit Iacobus in epistola Illustrissimo D. Cardinali Aldobrandino pro excusatione scripta, ibi, *da vna parte mi pare che quello che io dico addesso mi sarà pienamente creduto perche è vero, & non è molto verisimile il contrario, cio che io à altri si fussimo fidati in caso tale d'vn putto.* Quod cùm à communiter accidentibus fieri non soleat, reddit eorum dicta verisimilia, vt per Bertazol. *crim. 29. numero 7. in fine vol. 1.* & testibus verisimilia deponentibus omnino credendum est,Mascard. *de probat.conclus.1370. num. 8.*

61 Tertiò principaliter spernenda fuit prætensa D. Bernardi confessio tanquam pluribus & manifestis suggestionibus extorta, siquidem D. bernardus non solùm specialiter, & in diuiduo de prætenso dubio pluries interrogatus fuit, sed etiam præsuppositum fuit illum esse conuictum, & ita de eius complicitate plenè Curiæ constare,vt nullus superesset negationi locus,quod fieri fuit fraudulenter suggerere,non autem iudicialiter interrogare, ita subsequuta confessio penitus nulla extitit. *l.1.§.qui quæstionem*, vbi Bart.& alij communiter *ff. de quæst.* Marsil. qui alios refert *consil. 46. numero 10. consilio 53.numero 9.& consilio 64.numero 38.* Bertazol.*consilio criminal.158.in fine,libro 1.* Cattar. *de interrog. reis libro 2.capitul.1. numero 54.& seq.* ac Fab. Turret. *cons.66.num. 5.vol.1.*

62 Quartò quia emanauit in iudicio criminali ad instantiam fisci & ad finem publicæ vindictæ, nunc verò versamur in iudicio ciuili inter priuatas personas & ad priuatum commodum, quo casu confessionem factam inter reum, & fiscum in iudicio criminali non nocere eidem reo in iudicio ciuili,fuit dictum in Turritanen. Tertiariæ 10.Decembris 1592.coram bon. mem.Illustrissimo Mantica,& est regulare, quòd confessio in vno iudicio facta non præiudicat in alio inter diuersas personas,Verall.*decis.109 num.4.part.2.*Surd.*decis.309. num.4. & cons.135.num. 117.vol. 1.* Prout nec aliæ probationes in iudicio criminali factæ cum procuratore fiscali probant in ciuili,Seraph.latè probans *decision.377.numero 6. parte 1.*Rot.*decis.445.num.5.par.1.diuers.*& fuit dictum in Bracharen.Patochialis 19. Martij 1607. coram R.P.D. meo Manzanedo.

63 Quintò & vltimò,quoniam contra huiusmodi confessionem fuit postea in secunda instantia iudicatum,& pronunciatum bene appellatum,& malè iudicatum,Mascard.*de probat.conclus.348.n.13.* Purpur. *in l.si apud quem, num.81.C.de eden.*Verall.*decis.197.par.1.*Felyn.*in cap. causam que il primo,num.9.de testib.*Surd. *decis.196.num.7.*cui declarationi cùm acquieuerit fiscus, & D.Bernardus à triremibus fuerit liberatus, sicque sententia in rem iudicatam transiuerit, non est dubitandum de illius innocentia.*l.res iudicata,cum ibi not.ff.de reg.iur.l.ingenuum,ff.de stat.homin.c.diffinitiua 2. quæst.6.*

Non obstat obiectus nullitatis huius secundæ sententiæ ex defectu iurisdictionis: nam respectu confiscationis bonorum, patebit responsio ex his quæ dicam infrà *versic. denique non obstat, &c.* quo verò ad pœnas corporales, non est verum quòd eorum cognitio fuerit commissa Gubernatori cum clausula, *per te ipsum*, vt videre est Chirographum superinde à Clemente VIII. expeditum,cessante autem supposito cessat & dispositio, iuxta glos.*in l.mancipia*,vbi Bart. *C.de seru.fugit.*Dec.*consil. 90.n.2.*Rip.*in cap.2.n.39. de rescript.* Soc. iun.*consil.114.n. 22.vol.3.* 64

Et licèt in Chirographo adsit clausula, *de tua confisi diligentia,integritate & doctrina*, quæ electionem industriæ personæ ita præsefert, vt iudex delegatus subdelegare non posse videatur, nihilominus de stylo & consuetudine in tribunali D. Gubernatoris notorio contrarium seruatur,immo in facultatibus conceditur d.Gubernatori vt possit se criminalib. immiscere, dummodo sententias per alios ferat. 65

Præterea cùm sententia fuerit exequuta, non solùm sciente & consentiente procuratore fiscali, sed etiam ipso summo Pontifice stante remissione D. Bernardi per eum facta ex præsumta illius scientia, videtur sanatus omnis defectus,ad tex. *in l.quidam consulebant,ff. de re iudic.*& ad plenè tradit.per Menoch.*lib.2. præsumt. 29.numero 29.* 66

Minus obstat quòd sententia lata fuerit tempore successionis Illustrissimi Cardinalis Tabernæ, cuius personæ, non dignitatis commissione videbatur habita ratio, quoniam ad coniecturam,an commissio sit personalis, vel realis, non est principaliter spectandum, an facta sit expressio nominis delegati, an expressa eius dignitate. Sed primo loco est spectanda subiecta materia, Couar. *var.resol.lib.3.cap.15.num.2.versic. Non me latet, &c.* in casu verò nostro agebatur de criminalitate quæ non solet tractari à priuatis Prælatis, sed à Gubernatore, & aliis iudicibus ordinariis Vrbis, vel eorum Locumtenentibus, propterea necessariò sequitur, quòd commissio prædictæ causæ non obstante expressione nominis proprij fuerit facta Illustrissimo Cardinali Tabernæ vti Gubernatori, non vti simplici & priuato Prælato, Io.And. *in reg. priuilegium,n.6.de reg.iur.in 6.*Abb.*in c.quoniam Abbas,num.8.*Felyn.*num.2.in fin.vers.ego teneo,* Butr. *num. 21.* Cardin.*q.pen.*Immol.*num.8.* Dec.*num.3.versiculo & idem è contra, de offic. deleg.*idem Dec. *in l.merè, num. 53.ff. de iurisd. omn.iud.*Anchar.*consi.327.num 5. & 6.* Abb. *consil. 93. numero primo*, & Couar. *vbi suprà*, Barbos. *in l. quia tale, num.41.ff. solut. matrim.* & Menoch. *de arbitr. quæst. 68. num. 20.* 67

Eòque magis, quoniã Sanctissimus in Chirographo expressè declarauit se hanc pœnarum corporalium cognitionem ei delegare, quia erat etiam iudex delegatus causæ confiscationis bonorum; vnde sicuti hæc Gubernatori, vt videre est rescriptum, fuit commissa, ita & illam eidem vti Gubernatori & non vt priuato Prælato delegatam fuisse omnino concludendum videtur, præsertim quia D. Bernardus, vt ex eodem Chirographo constat, causam alicui Almæ Vrbis iudici committi petiit in precibus Sanctissimo porrectis, à quibus rescriptum omnem recipit interpretationem. *l. 1. & ibi Ias. C. de diuers. rescript.* Dec. *cons. 33. num. 1.* Socin. iun. *consil. 96.num.8.vol.3.*Surd.*consil.281.num. 28.lib.2.* 68

Nec negocium facit defectus citationis aduersariorum,cùm enim ipsi transegerint cum fisco pendente adhuc lite super eiusdem bonis inter fiscum, & D. bernardum, & sic acquisiuerint rem litigiosam, certi iuris est quòd sententia contra fiscum lata eis etiam non citatis nocet, aduersùsque eos exequi potest, & debet. Bart. *in l.fin.num. 1.C.de litig.* Bald. *in l. 2. num.4. C. eo.* Gail *pract. obser.lib.1.obser.118.n.2.*Bero *consil.154.n.40.vol.1.*Mohed. *decis.11.n.1.de sent.& re iud.* Couar.*pract.qq.cap.15. num.7.* Menoch.*de præsumt.lib.2.præsumt.97.n.59.*& Afin.*in prax. §.31.c.2.ampliat.416.* 69

Et tanto magis, quia verisimile est quòd fiscus, vt sui moris est, deduxerit totum illud ius quod poterat 70

pro

pro exclusione D. Bernardi, quo non obstante cùm fuerit absolutus, & aduersarij fisci successores aliud deducere non valeant, vel saltem de facto non deducant, quod iudicem à tali sententia remouere potuisset, non potest ex defectu citationis eam de nullitate redarguere, ad not. per Bart. *in l. 2. §. fi. de frumentaria, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* Plot. *consil.* 88. *n.* 18. Decian. *respons.* 24. *num.* 95. *vol.* 1. *& resp.* 32. *num.* 14. *vol.* 9. Vant. *de nullit. tit. qual. sint & process. num.* 108.

71 Denique non obstat, quòd pœna confiscationis bonorum non videatur hac secunda sententia reuocata; quam vbi id concedimus, attamen non potest dici quòd sententia fecerit transitum in rem iudicatam. Primò quoniam cùm D. Bernardus extraordinariè punitus fuerit, bona ei auferri non poterant. Bald. *in l. vnic. num.* 2. *C. ne si ex iussu Principis*, Dec. *in cap.* 1. *num.* 15. *in fine, de offic. deleg.* Alex. *consi.* 116. *num.* 13. *vol.* 2. Carpan. super Const. Mediol. *tit. de iure fisci, §. omnium, num.* 44. *& quæst.* 5 & ibi Adden. Menoch. *de arbitr. libr.* 1. *quæst.* 93. *num.* 1. Baiard. ad Clar. *quæst.* 64. *num.* 125. *& quæstion.* 85. *numer.* 40. ac Peregr. *de iure fisc. libro* 5. *tit.* 1. *num.* 26. quare cùm in casu non permisso irrogata fuerit, in iudicatum transire non potuit, etiamsi appellatum non esset. Bald. *in cap.* 1. *numero* 13. *de pac. ten.* Marsil. *de bannit. in ver. confiscata, num.* 26. & Carpan. super Const. Mediol. *d. tit. de iure fisci, d. §. omnium, numero* 575.

72 Secundò quia sequuta compositione cum filiis Iacobi, cessauit fisci interesse, præsertim cùm cesserit iura talia qualia, & sic transtulerit omne periculum in cessionarios, & loco fisci subintrarunt prædicti filij Iacobi, ita vt qui priùs erant inter se correi appellantes contra fiscum, fecerint inter se partes contrarias, propterea causæ commissione respectu bonorum mediante compositione sic interuersa, & attenta pendentia causæ respectu pœnarum corporalium, quæ donec decideretur præiudicabat causæ respectu bonorum, attentisque impedimentis carceris triremium, & exilij post sententiam Claudij donec fuit d. exilium reuocatum, non potest imputari D. Bernardo quòd commissionem appellationis dictorum bonorum, quæ expirauerat, per compositionem denuo committi & expedire non curauerit, siquidem iustè impedito tempus non currit, neque fatalia currunt, sed deducuntur tempora impedimenti, *Clem. quandam, de appell.* Abb. Felyn. & Franc. *in capit. ex tractione, eodem tit.* Rot. *decis.* 15. *de appell. in nou.* Gomez *super reg. Cancell. de triennal. quæst.* 57. *nu.* 4 *&* 5. Maximè quia D. Bernardus statim ac potuit se expedire à dictis impedimentis causam in Rota committi obtinuit, & pro ea in Rota conseruanda multum insudauit.

73 Accedat quòd ex quo D. Bernardus fuit à summo Pontifice admissus ad probandum & dicendum de iniquitate illius sententiæ quæ confiscationem canonizauit, attendi nō debet nec curari, etiamsi esset res iudicata. Rim. iun. *cons.* 652. *num.* 17. *vol.* 6. vel lapsa essent fatalia, Seraph. *decis.* 245. *num.* 1. *par.* 1. præsertim cùm causa agitetur in Rota, quæ sententias extra eam latas eatenus attendit quatenus ex actis iustificantur, Mohed. *decis.* 11. *numero* 3. *de sent. & re iud.* Rot. *decisi.* 498. *num.* 3. *part.* 3. *libr.* 3. *diuers.* Seraph. *decis.* 381. *num.* 12. *& decis.* 1383. *num.* 10. *part.* 1. & fuit dictum in Romana Venere 18. Martij 1577. coram bon. mem. Cotta sexcenties Rotam ita resoluisse etiam reuocando tres conformes cum executione sequuta, testatur Gabr. *cons.* 28. *num.* 6. *&* 7. *vol.* 2. quod supremis Magistratibus conuenire, qui facti veritatem attendunt non ordinem iudiciorum, dixit Sur. *cons.* 324. *num.* 2. *in fine vol.* 3. Seraph. *decis.* 251. *num.* 30. *& decis.* 344. *num.* 1. *par.* 1.

74 Prout certè non iustificatur hæc de qua agitur, quin potiùs ex falsa causa latam fuisse constat, quòd cùm contra minorem contigerit, ex hoc quoque capite notoriè nulla est, Bart. *in l. si apud quem, num.* 2. *vers. aut tunc est lata contra minorem, ff. de acquir. hered.* quem ibidem sequuntur, Alex. & Ias. de communi testantes, ille *n.* 6. hic *n.* 14 Felyn. *in c. licet causam, n.* 33. *de probat.* Cast. *in l. seruo inuito, §. cum prætor, num.* 5. *ad Trebel.* & Soc. iun. *cons.* 40. *num.* 19. *vol.* 2.

Quod verò spectat ad secundam dubij partem, quamuis aliqua superesset rei iudicatæ reliquia, nihilominus cùm negari non possit quin sit maximis difficultatibus implicita, certè D. Bernardo in hoc iudicio obesse non potest, sed ad petitorium omnino reiici & reseruari debet, secundùm Vinc. de Franch. *decis.* 189. *num.* 4. *&* 5. exceptiones enim litis ingressum impedientes qualis est exceptio rei iudicatæ, *cap.* 1. vbi glos. & Scriben. *de lit. contest. lib.* 6. & altiorem requirentes indaginem non impediunt processum, sed ad merita causæ reseruandæ sunt. Bart. *in l. nam postea, in princ. numero.* 2. 8. *&* 9. *ff. de iureiur. & in extrauag. ad reprimen. in versicul. summaria, sub numero* 24. *versic. potest tamen, ac in l. cùm quærebatur, §. pen. lecto cum princ. num.* 3. *in fin. iudicatum solui.* Alex. *in l. apud Iulianum, §. si de testamento, num.* 4. *ff. ad Trebell.* propterea sicuti exceptio præscriptionis, licèt sit litis finitæ, si clara non est, sed contradictionem patitur, nec impedit remedium, *l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* vt testantur plures relati à Menoch. *de adipis. rem.* 4. *num.* 771. Personal. *eod. tit. rem.* 1. *num.* 410. Statil. Pacif. de Saluian. interdict. *in pract.* 2. *cap.* 2. *num.* 218. & Contard. *ad l. vnic. limit.* 2. *num.* 19. *C. si de moment. possess.* ita de except. rei iudicatæ est concludentem, cùm & ipsa sit exceptio litis finitæ. Vrsal. *decis.* 320. *part.* 1. Surd. *decis.* 165. *num.* 4. *vol.* Laurent. *decis. Auenion.* 70. *num.* 1. Adden. ad Bertazol. *consil. crim.* 506. *in litera A, vol.* 2. & exceptioni præsumtionis æquiparatur, Pract. Papien. *in forma responsionis rei conuenti, in verb. præscriptionis, numero* 1. & Magon. *decisione Floren.* 2. *numero* 1. Et vbi in dubio versaremur nihilominus eam non obstare resoluen. esset, secundùm Dec. *consil.* 445. *num.* 44. Soc. Iun. *cons.* 181. *num.* 85. *vol.* 2. Crauet. *consi.* 900. *in fine*, & Bursat. *cons.* 306. *num.* 6. hac enim ratione vtrique partium consulitur; & minus præiudicium affertur, vt in simili inquit Castren. communiter receptus *in l.* 1. *ff. si quis caut. &c.* 75

Octauius Curinus Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Clausula sublata non extenditur extra ea quæ sunt expressa in supplicatione seu commissione, & absolutus seu condemnatus à iudice, præsertim applicationis, in vna parte, an & quando censeatur condemnatus & absolutus in alia parte.

SVMMARIVM.

Clausula apposita in vna commissione non extenditur ad aliam, n. 1. *n.* 13. *n.* 19. *n.* 22. *n.* 27. *n.* 33. *& seq. n.* 52. *& seq.*

Absolutus in vno, non censetur condemnatus in alio, n. 2. *& n.* 21. *contrà, n.* 50.

Appellationis iudex confirmans primam sententiam in vna parte non censetur in alia reuocasse, num. 2. *&* 3. *contrà, n.* 50.

Absolutus quis non dicitur nisi quando inculpabilis repertus fuit, vel quia innocens, vel quia crimen non probatum, num. 4.

Absolutus in vno, an & quando censeatur condemnatus in alio, est materia broccardica, n. 5.

Absolutus in vno capite separato ab aliis capitibus non censetur in aliis capitibus condemnatus, n. 5. *& n.* 22. *&* 23. *& n.* 40. *&* 46. *& n.* 55.

Index potest in vno capite & articulo pronunciare, & in aliis omittere, n. 5.

Narratiua sententiæ monstrat voluntatem iudicis in qua parte pronunciare voluerit, num. 6. *& num.* 25.

Pœna

Pœna confiscationis bonorum non potest concurrere cum pœna exilij, & cum ea est incompatibilis, n.7.& 8. & n.26.& n.41.& n.56.

Iudex in sententia tenetur exprimere causam quando ex aliqua causa recedit à iure communi, n.9.

Interpretatio semper recipienda est illa, quæ minus nocet reo, n.10.

Verba media sunt potius referenda ad præcedentia quàm ad subsequentia, n.10.& n.14.& 28.

Condemnatus in vno tantùm cẽsetur in aliis absolutus, & econtra, n.11. & n.39.

Clausula accessoria non debet plus operari quàm principalis, n.13.& n.14. vbi quòd recipit omnes conditiones quas recepit clausula principalis.

Clausula semper referẽda est ad ea ad quæ continuatiuè fuit apposita, n.1.

Clausula in fine apposita non operatur ad præcedentia quæ particularem habebant prouisionem, n.15.

Causa delegata iudici vt per seipsum eam cognoscat non potest alteri subdelegari, n.16.& n.24.& n.32 & n.38.

Iudex non præsumitur voluisse pronunciare extra suam autoritatem, & iurisdictionem, n.17.& n.44.

Verba subsequentia referenda sunt ad proximè præcedentia, n.20 & 21.

Iudex non præsumitur voluisse facere id quod facere non potest, n.24.

Verba dubia commissionis declarantur à petitione supplicantis, n.29.

Numerus singularis non verificatur in numero plurali, n.35.& n.53.

Defensio de iure nemini auferenda est, n.36.

Appellatio est defensio aduersùs iudicis grauamen, numero 36

Taxatiua dictio tantùm, excludit omnia præter expressa, n.39.

Pœna confiscationis bonorum non potest imponi vbi non imponitur pœna corporalis, n.32. & n.45.

Iudex appellationis reuocans sententiam primi iudicis in vna parte censetur etiam reuocasse in alia accessoris ad partem expressè reuocatam, n.43.

CONSILIVM CLXXXVI.

1 QVod Bernardo non obstet clausula sublata, &c. cum decreto irritanti ex quo ex aduerso prætenditur tacitè D. Anteum confirmasse sententiam Mescati quoad confiscationem bonorum, cùm eum solum absoluerit à pœna triremium, per regulam quòd in vno absolutus in alio condemnatur censeatur, & econtra. Probatur primò ex veritate facti, quia clausula sublata non fuit apposita in commissione appellationis à pœna confiscationis, de qua nunc agitur, sed in commissione appellationis à pœna corporali, in qua Bernardus sententiæ D. Antei bene acquiescit. Et si in facto hoc præsuppositum est verum, prout verum creditur, & supplicatur per DD. meos bene aduerti, vlterius disputandum non est, cùm clausula in vna causa seu commissione apposita, ad alias extendenda non sit. Rota *decis.* 500. *n.6.p.* 3. Gabriel *de clausulis conclus.* 3.*n.*48.

2 Secundò dato etiam quòd clausula sublata fuisset apposita in commissione appellationis à pœna confiscationis, adhuc dicitur non esse sic absolutè verum in iure quòd in vno absolutus in alio censeatur condemnatus, & econtra. Nam quòd contrarium verius sit, probat tex. *in l. si autem.* 6. *fin ff. de negot. gest. & in l. quod in diem. §. si rationem, ff. de compensation.* & voluit glos. *in l.* 1. *in prima glosa, C. si aduersus rem iudicatam.* vbi Cyn. *numero* 3. Alberic. *numero* 2. dixit glosæ opinionem communiter approbari. Paul. de Castro *num.*8. vbi etiam de communi, & Salyc. *num.4. versic. & quia*, vbi pariter de communi, & ab ea non recedendum, Bart. *in leg.4. num.* 1. *C. depositi.* Corn. *consil.* 49. *num.* 14. *libr.* 2. vbi quòd hæc est communis, & ferè omnium indubitata conclusio, Paris. *cons.*103. *numer.* 3. *& seq. libr.* 1. vbi loquitur in iudice appellationis, Aym. *consil.* 320. *num.* 1. Rota in antiquioribus *decis.* 11. *de appellat. numer.* 2. vbi in terminis quòd iudex appellationis in vna parte pronuncians malè iudicatum & bene appellatum, non censetur in alia parte confirmasse sententiam iudicis à quo.

Nec propterea curandum est quòd nonnulli Doctores ex aduerso allegati contrariam firment cõclusionem seu regulam: nam à communi recedendum non est, vt dicit Salyc. in loco præallegato, & pro hac communi ni fallor, aliàs Rota in puncto resoluit coram R.P.D. Cantuccio in vna Romana Notariatus 16. Decembris 1585. quam retuli in meo consilio 5. *n* 107. *lib.* 1. in qua fuit dictum quòd Gubernator Vrbis secundus iudex condemnando ad triremes Franciscum Burgum Notarium condemnatum à Senatore in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, non censetur tacitè confirmasse pœnam confiscationis bonorum, ea motus ratione, quia liquebat iudici quòd in illo casu fiscus nullum ius habebat in pœnam confiscationis. 3

Tertiò & rursus dato quòd absolutus in vna parte censeatur tacitè condemnatus in alia parte, & econtra: retorquetur argumentum, quia Bernardus non fuit absolutus, sed condemnatus, nempe in pœnam exilij, & sic habitus pro culpabili, licèt iudex crediderit fuisse excessum in pœna triremium, quam pœnam commutauit & moderatus fuit, & hoc sicut in facto non habet difficultatem, ita in iure res est indubitabilis, quia absolutus non dicitur nisi quando quis inculpabilis repertus fuit, vel quia innocens, vel quia crimen non probatum, his enim duobus modis, & non aliis quis absolutus dicitur, ad scripta per Bart. *in l. fin. num.* 1. *in fin. ff. de quæst.* Boss. *in tit. de sententiis, num.*65. *iuncto num.* 17. Clar. *in pract. §. fin. q.* 57. *versic. sed hîc quæro, & q.*61. *ver. forma autem*, quare intrat regula ex aduerso firmata, quòd condemnatus in vna parte in aliis censetur absolutus. 4

Quartò & his cessantibus negari non potest, quòd hæc materia, an scilicet; & quando in vno absolutus, in aliis condemnatus censeatur, & econtra, sit brocardica, habeátque plura distinctionum capita, & satis bene intricata, vt videre est apud Doctores *in l.* 1. *C. si aduersùs rem iudicatam, & in capit. cùm inter, de sentent. & re iudic.* & tamen in hoc omnes conueniunt quòd pluribus capitibus enarratis & in iudiciũ deductis, potest iudex in vno pronunciare, & alia omittere, condemnandóque in vno non censetur absoluisse in alio, & econtra. Innocen. *in capitul. grauis, versicul. si autem plura, de restitut. spoliat. & in capitul. cùm inter, numer.* 3. *versicul. si autem plura ex aduerso, de re iudicat.* & ibi præsertim Henric. Boic. *numero* 9. Imol. *col.* 3. *versic. si autem petitio contineat plura capitula*, Butr. *sub numer.* 26. vbi quòd ita communiter omnes dicunt, etiam quòd articuli essent connexi, Bellamer. *numero* 10. *versicul. de secunda quæstione, & numer.* 11. vbi alios allegat antiquiores, & Felyn. *numer.* 6. *in prima falsentia*, Salyc. *in l.* 1 *num.* 3. *versic. quandoque iudex, C. si aduersùs rem iudicatam.* Sed in casu nostro adsunt duæ commissiones appellationis separatæ, & diuersis temporibus obtentæ, vna scilicet à pœna confiscationis, alia autem à pœna corporali, ideo cũ D. Anteus à Gubernatore deputatus in vtraque causa pronunciauerit super pœna confiscationis, non censetur super illa aliquid pronunciasse, aut statuisse, ex præallegatis. 5

Quintò & quòd hoc verum sit apparet ex narratiua sententiæ. In qua dicitur, *in causa & causis appellationis, & reappellationum, &c. ad instantiam Bernardi aliàs condemnati ad triremes interposita, & interpositarum à sententia lata contra ipsum per D. Vlixem, &c.* nulla prorsus facta mentione de pœna confiscationis bonorum, & iterum infrà, *coram nobis in secunda seu alia vtriqi* 6

verten

vertente instantia vigore specialis commissionis in actu existentis dicimus, &c. Et sic sequendo in numero singulari de vnica tantùm commissione, cùm, vt dixi, in actis duæ sint productæ separatæ commissiones, clarè patet noluisse pronunciare nisi prout pronunciauit in causa appellationis à sententia corporali; ex narratiua enim sententiæ iudicis mentem in qua parte pronunciare voluerit bene comprehendit, vt dixit Felyn. *in c. cùm inter, n. 7. vers. secundò restringe, de re iudicat.* & considerauit Rota coram R.P.D. Cantuccio vbi suprà *d. n. 107. vers. quia pro responsione dicitur.*

7 Sextò & quòd iudex in casu nostro solùm noluerit pronunciare in causa confiscationis bonorum, sed quòd immo etiam quòd secundùm lecturam aduersarij in ea pronunciare noluerit, adhuc dicitur quòd condemnando Bernardum in pœnam exilij non perpetui, sed ad beneplacitum, in necessariam consequentiam ne de errore suæ sententiæ & pœnarum incompatibilitate redarguatur, omnino videtur reuocasse pœnam confiscationis bonorum, quæ cum pœna huius exilij concurrere non potest. *l. bona, in prin. ff. de iure fisci. l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de interdict. & relegat.* & licèt vt ex aduerso opponitur possit iudex ex causa etiam relegatis ad tempus pœnam confiscationis imponere, & non per hoc sententia de errore redarguatur, ex regula quòd multa facta tenent, &c. prout voluit gl. *in d. §. ad tempus, in verbo ita est*, & Bart. *in vers. licèt enim.*

8 Vltra quod contrarium post Petr. & Cyn. voluit Bal. *in l. non dubium, n. 14. C. de legibus*, & hodie res sine difficultate transeat, cùm *per auth. bona damnatorũ, C. de bonis proscript.* non solùm relegatis ad tempus, sed etiã in perpetuum, immo & deportatis bona confiscari nequeant, & sententia aliter lata sit ipso iure nulla, nec in iudicatum transeat, etiam quòd ab ea non fuerit appellatum, vt per Bald. Dec. Marsil. Caguol. Tob. & alios per me relatos *in pract. q. 25. num. 2. & seq.*

9 Respondetur insuper quòd etiam dato quòd potuisset vltra pœnam exilij ex causa, vt dicit Bartolus, imponere pœnam confiscationis, hoc tamen non fecit, quia si sic facere voluisset, causam expressisset, prout exprimere tenebatur recedendo a prohibitione legis, Roman. *consil. 483. n. 14. & consil. 599. n. 3.* Clar. *in pract. q. 85. versic. vlterius quæro.*

10 Septimò (& nunc respondeo dictioni taxatiuæ in qua ex aduerso sit præcipuum fundamentum) quòd iudex noluerit pronunciare in causa confiscationis bonorum; sed solùm in causa condemnationis ad triremes, expressè deprehenditur ex verbis sententiæ, dum in ea dicitur, *Dicimus, pronunciamus, &c. in eo tantùm quòd Bernardus fuit condemnatus, & transmissus ad triremes, malè per iudicem à quo sententiatum, & bene appellatum, & ideo ipsum à triremibus eximendum, & liberandum, & in exilium condemnandum, &c.* Pondero illam dictionem *tantùm*, non fuisse appositam absolutioni, & liberationi Bernardi ex triremibus, prout debuisset apponi vt intraret argumentum quòd absolutus in vna tantùm parte, in alijs censeretur condemnatus; & econtra, prout bene exemplificant ex aduerso allegati Doctores. Abbas scilicet *in dict. capit. cùm inter, numero 76 versicul. tertius casus*, & Felyn. *numero* 11. sed fuit apposita pronunciationi, declarationi, & sententiæ iudicis, qui sic taxatiuè loquendo voluit declarare quòd non pronunciat nisi in appellatione, & condemnatione ad triremes, & hæc interpretatio, quæ, ni fallor, verissima est, omnino recipienda videtur, tum quia minus reo nocet, Dec. *consil. 43. numero* 3. Aym. *consil. 74. numer.* 10. tum etiam quia dictio prædicta taxatiua immediatè sequitur post verba, *Dicimus, pronunciamus, &c.* Et sic ad proximiora præcedentia referenda potius quàm ad alia subsequentia, videlicet, *malè per iudicem à quo sententiatum, & bene appellatum*, ex regula quòd verba in medio posita potius ad proximè præcedentia quàm ad subsequentia referenda sunt, Abb. *in capitul. 2. numero 10. de appellat.* cum alijs per Hieronym. Gabr. *consil. 3. num. 1. versic. & aduerbium illud, & consil. 96. num. 12. lib.*

Octauò & magis clarè hoc idem deprehẽditur ex alijs verbis sententiæ in qua condemnatur idem Bernardus. *in exilium tantùm ab Vrbe, & Statu ecclesiastico.* Ergo non in pœnam confiscationis, retorquendo regulam ex aduerso firmatam quòd condemnatus seu absolutus in vno tantùm nõ censetur condemnatus seu absolutus in alijs, vt per Abb. & Felyn. in locis præallegatis, & voluit Sal. *in l. 1. numero 3. in fine, C. si aduersùs rem iudicatam.* 11

Et ex præmissis rationibus, quarum vnaquæque ad victoriam sufficit, crederem non obstare Bernardo clausulam, *sublata*, &c. cum ex præallegatis aut constat quòd D. Anteus in sua sententia omnino voluit reuocare sententiam confiscationis bonorum à primo iudice latam, vel saltem nihil in eã pronunciare aut innouare. 12

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

NOn obstat Bernardo respectu sententiæ confiscationis bonorum à qua primò appellauit clausula *sublata*, decreti irritantis, apposita in breui secundæ appellationis interpositæ à cõdemnatione illius ad carceres, & deinde ad triremes, quia dum hæc restricta est ad huiusmodi secundam appellationem, & illius occasione vtique vltra eam non debet extendi, vt fuit dictum in Calaguritana de sancta 1562. 11. Decembris coram Oradino, & in Romana impositionis Hebræorum 4. Februarij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio & in Viterbien. Castrorum 21. Februarij 1611. coram R.P. D. Sacrato, & sæpius in alijs causis: sed quidem tanquam accessoria dictæ secundæ appellationis non debet plus operari quàm appellatio ipsa operari poterat, Cassad. *decisione* 10. *numero* 4. super reg. Cancellariæ cum alijs allegatis per Gonzalez *in reg. 8. glos. 96. numero 28. & 29.* 13

Vlterius & quia cùm non adhuc per Gubernatorem post dictum breue fuerit aliquid pronunciatum seu factum circa dictam confiscationem, clausula prædicta quæ fuit apposita cognitioni dictæ appellationis nullum effectum operari potest donec non sit super dicta confiscatione aliquid pronunciatum & declaratum. Rot. *diuers. decis. 102. numero 6. par. 1.* ex quo recipit omnes conditiones quas ipsa appellatio recipiebat, Card. *in Clem. 1. de concess. preben. numero 7.* Antonius Gabr. *in titul. de clausul. conclusione 3. numero* 55. Gonzalez *dict. glos. 66. numero 29.* 14

Nec prædictis obstat quòd in breui commissionis secundæ appellationis facta sit mentio etiam primæ, quasi quòd videatur vtraque appellatio ab huiusmodi clausula qualificata, quia mentio primæ commissionis nõ fuit ibi principaliter à Summo Pontifice cõsiderata, sed incidenter pro causa impulsiua dictæ secundæ commissionis, & ideo dicta clausula non ad primã commissionem, sed solùm ad secundam tanquam ad eam quæ principaliter à Principe fuit contemplata, est referenda, vt de clausula decreti irritantis tradit Boer. *decis. 119. num. 5.* & Antonius Gabr. *dict. conclus. 3. numero 86. tit. de clausula.* quia semper clausula refertur ad ea ad quæ continuatiuè fuit apposita, Rot. *diuer. decis. 195. num. 3. par. 2.* Capic. *decis. 108. numero 12.* & fuit dictum in Romana Domorum Sancti Apollinaris 4. Iunij 1593 coram Penia, & quia nunquam operatur clausula in fine apposita quoad ea quæ particularem prouisionem habebant, Gabr. *de clausu. conclus. 8. numero 9.* Capric. *decis. 108. numer. 10.* & fuit resolutum in Romana Vineæ de Alexis 20. Octobris 1589. coram R.P.D. Penia, præsertim & cùm in effectu fuerit prosequuta sola noua, non est facienda vel in dicta repetitione quæ ex prima oriretur Rota in Tolletana Parochialis 23. Nouembris 1601. coram R.P. D. Coccino. 15

Non obstat quoque quòd ex aduerso dicatur immo fuisse cognitum & iudicatum per Anteum Locumtenẽtem Gubernatoris, & sic fuisse purificatam conditionem dictæ clausulæ, quia Anteus licèt subdelegatus à Gubernatore 16

natore non fuit nec erat iudex dictæ confiscationis ex quo causa fuerat commissa Gubernatori per seipsum cognoscenda. Io. Baptista de Sancto Seuerino *in l. more, n. 15. ff. de iuris. omn. iudic.* Felyn. *in c. fin. §. is autem, n. 8. de offi. deleg.* Menoch. *præsumpt. 23. num. 9. lib. 2.* Greueccis *ad obseru. n. 97.* Gail *lib. 1. consider. 1. num. 4. & 5.* & insuper quia tantum abest quòd Anteus iudicauerit locum esse dictæ confiscationi, quòd immo eam reuocauit dum pronunciauit bene appellatum & malè iudicatum, glos. *in l. si præses, C. de senten. & interlocut.* Salicet. *in l. eos, sub n. 4. C. de appel.*

17 Nec aliquid facit quòd Anteus restrinxerit hanc suam sententiam quoad condemnationem Bernardi Cincij ad triremes tantùm, quia non inde sequitur, quòd ergo circa dictam confiscationem confirmauerit primam sententiã, ex quo si non potuit ei demandari hæc causa per Gubernatorem, non est credendum quòd ille extra suam autoritatem voluerit pronunciare, Felyn. *in c. cùm ex officij, num. 23. vers. limit. 2. de præscript.* Car. Seraph. *decis. 1289. num. 4.* & quia si sententia est stricti iuris, ita vt ne extendatur ad ea quæ in verbis illius non continentur, Soc. iun. *consi. 45. numer. 23. lib. 1.* Roland. *consil. 79. n. 94. versic. 2. lib. 3.* Menoch. *consil. 80. numer. 39. & 40.* equidem non possumus ex illa dictione taxatiua tãtùm arguere quòd fuerit confirmata dicta sententia confiscatoria, quia esset eam ducere in quamdam consequentiam, quod fieri non potest, vt fuit resolutum in Lucen. Redecimæ 14. Octobris 1588. coram Card. Seraphino impress. *in decisi. 836. num. 5. & 9.*

18 Attento præsertim quòd de iure non poterat insimul stare quòd ipse Anteus condemnauerit Bernardum in exilium tantùm ad tempus, & quòd voluerit esse locum confiscationi bonorum, ad tex. *in l. bona, ff. de iure fisci, in princ. & in l. relegati, §. ad tempus etiam, ff. de interdict. & releg.* cum tradit. ibi per Bart. & Alberic. & per Bald. *in l. non dubium, C. de leg. numero 14.* secundùm cuius iuris dispositionem semper sententia est interpretanda. Car. Seraph. *decisio. 984. numero 3.* Rot. diuers. *decisio. 112. num. .. par. 2.*

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

19 DOmino Bernardo nõ videtur obstare clausula sublata & decreti irritantis in commissione appellationis interpositæ à pœnis corporalibus per solum Bernardum, non autem in commissione appellationis interpositæ à pœna confiscationis, non solùm per D. Bernardum, sed etiam per dominos filios quondam Iacobi nunc aduersarios, ideóque non sunt referenda ad istam commissionem, super diuersa pœna & à diuersis personis obtentam, cùm huiusmodi clausulæ non sint extendendæ vltra casus in principali dispositione comprehensos, vt de clausula sublata fuit dictum in causa Calaguritana motus proprij de Victoria 15. Iunij 1592. coram bon. mem. Card. Pamphilio, vt in Valentina decimarum 9. Iunij 1597. coram eodem, vt in alijs relatis per Moder. *de claus. part. 1. claus. 154. num. 17.* & per Gonzal. *super reg. 8. glos. 66. num. 3.* & de decreto irritante tradit Rota *decisi. 303. num. 6. p. 3. lib. 3.*

20 Neque referre videtur quòd licèt fuerint duæ distinctæ appellationes per duo diuersa & diuersis temporibus emanata rescripta, commissio tamen secunda in qua extant clausulæ prædictæ comprehendat vtramque causam: nam ex lectura illius euidenter contrarium ostenditur, siquidem licèt in narratiua fiat mentio de appellatione interposita per Bernardum & DD. Aduersarios, & illius commissione facta eidem Gubernatori, & ideo pendentia illius causæ coram eo reddiderit faciliorem Papam ad committendum sibi istam etiam causam appellationis interpositam à solo Bernardo aduersùs pœnas corporales, tamen illi committitur denuo sola ista secunda appellatio, vt colligitur manifestè ex illis verbis, *Et ideo cum minori dispendio partium hæc etiam causa appellationis recursus atque grauaminis respectu D. Bernardi ad triremes condemnati facilè a te pariter cognosci poterit.* Quæ cùm manifestè sint restricta ad istam solam appellationem interpositam à solo Bernardo, clarè indicant, quòd per sequentia verba dispositiua committitur eadem sola causa, ibi, *causam, & causas huiusmodi appellationis, recursus, grauaminis in integrum restitutionis,* tum propter dictionem *huiusmodi*, quæ refertur ad proximam appellationem, iuxta *reg. l. 1. ff. de legat. præst.* in. Aynion. *consilio 147. num. 8.* Surd. *consilio 401. num. 17. & consil. 471. num. 63.* Rot. *decis. 8. num. 11. parte 2. & decis. 666. num. 1. part. 1.* tum etiam propter illa verba, *appellationis, recursus, &c.* quæ vti numeri singularis rectè non conueniunt duabus appellationibus, *l. vbi numerus, ff. de testib.* Surd. *decis. 210. num. 9.*

Ideóque clausulæ sublatæ, & decreti irritantis, ac 21
aliæ positæ ad roborandam sententiam, decretum, aut quamcumque modificationem Gubernatoris, intelligi debent de illis, quæ fierent in vim dicti Chirographi, & sic in causa appellationis à pœnis corporalibus commissa in dicto Chirographo, vt colligitur ex illis verbis, *in huiusmodi nostri Chirographi executione à te fienda, &c.* quæ se manifestè restringunt ad contenta in illo Chirographo. Federic. *consilio 25. numero 4. in fin. versic. respondeo ista.*

Et inde tollitur id quod dicitur D. Anteum, qua- 22
tenus se restrinxerit ad caput triremium tantùm, in hoc solùm reformando sententiam Muscati, censeri in reliquis, & sic quoad confiscationem illam confirmasse, ita vt obstent clausulæ prædictæ, nam cùm essent plures commissiones diuersæ, quæ funguntur iure petitionum, & libellorum. Cæs. de Grass. *decisi. 24. numero 6.* Mandos. *super. regul. de annal. quæst. 67. numero 2.* Ideo stantibus diuersis petitionibus iudex iudicando in vna ex ipsis non censetur in alia absoluisse, vt per Ioan. Andr. Butr. Abb. & Imol. *in cap. cùm inter.* vbi Felyn. *numero 6. de re iud.*

Quod eo magis procedere debet cùm prima com- 23
missio respectu confiscationis bonorum emanauerit in ipsorum quoque aduersariorum, tunc litis consortium fauorem: in secunda ageretur de pœnis contra dominum Bernardum solum, ideóque licèt iudex pronunciauerit quoad pœnam triremium solummodo tangentem ipsum Bernardum, non potest tamen dici voluisse absoluere, quoad confiscationem, in qua agebatur de interesse tam Bernardi, quàm aduersariorum, vt per Felyn. *in d. cap. cùm inter, num. 10.*

Præterea vbi etiam secunda commissio comprehen- 24
disset vtramque causam, adhuc non obstarent dictæ clausulæ, cùm super confiscatione Anteus non pronunciauerit, nec pronunciare voluisse præsumatur, non obstante dictione taxatiua, *tantùm*, cum *quia*, cùm commissio esset directa Gubernatori cum clausula, *per te ipsum, &c.* & ideo non potuerit ipsi subdelegari. Specul. *in titul. de Iudice delegato, §. exequitur, versicul. item quod est iniunctum.* Doct. *in leg. more, ff. de iurisd. omn. iudic.* Bald. *dict. consil. 123. in fin. lib. 5.* Dec. *resp. 28. num. 49. lib. 2.* non censetur voluisse facere id quod valdè facere non poterat, Bald *in cap. 1. num. 1. in fin. de iuram. calum.* Alex. *consi. 122. num. 6. lib. 4.* Bero. *consi. 113. n. 6. lib. 3.*

Tum quia in sententiæ narratiua solùm fit mentio 25
de causa appellationis interpositæ à pœna triremium, ideo in dispositiua ad illam solùm voluisse se restringere credendum est, cùm narratiua verba maximè conferant ad dignoscendum quid in dispositiua comprehendatur. Syl. *de benef. par. 3. quæst. 12. num. 100.* & fuit dictum in Mestanen. Baroniæ 8. Februarij 1608. coram Reuerendissimo Bononien.

Tum demum, quia quatenus sententia condemnat 26
in pœnam exilij, non potest dici illam confirmare sententiam quoad confiscationem, quia istę pœnæ inuicem se non compatiuntur. *l. bona, in princ. ff. de iur. fisc.* Innoc. *in c. qualiter, & quando, n. 6. vers. tertia pœna,* & ibi Felyn. *in §. ad corrigen. numero 23. versic. pœna verò, de accus.* Peregr. de

de iure fisc. libr. 5. tit. 1. num. 3. ideòque non est dicendum, quòd Iudex voluerit condemnare in duabus pœnis contrariis, & incomparibilibus, quia mens iudicis talis esse præsumitur, prout de iure esse debet. Bal. *in l. 1. num. 2. in fine, C. de neg. gest.* Dec. *cons. 43. num. 5.* Aym. *cons. 45. numer. 5.* Rot. *decis. 112. num. 3.*

Antonius Cerrus Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

27 REsoluendum videtur clausulam *sublata*, cum decreto irritanti appositam in commissione appellationis à condemnatione pœnæ corporalis non obstare D. Bernardo agenti ad bona confiscata vigore separatæ commissionis à condemnatione bonorum obtentæ insimul cum DD. Aduersariis: nam dicta clausula vti adiecta dictæ commissioni pœnæ corporalis, non potest operari respectu commissionis respicientis confiscationem separatim in diuerso tempore, & à diuersis personis obtentæ. Ruin. *cons. 70. num. 17. versic. quia decretum, libro 5.* Gabr. *de claus. conclus. 3. num. 84. versic. quartò limitatur,* & fuit dictum in Calagurritana de sancta Pia. 11. Decembris 1562. coram Oradino, & in Viterb. Castrorum, 21. Februarij 1611. coram Reuerendissimo Damasceno, & in Meliten. Baculiuatus 13. Iunij 1607. coram R. P. D. Pamphilio quæ datur.

28 Nec obstat quòd in dicta commissione pœnæ corporalis habeatur etiam mentio pœnæ confiscationis, & consequenter censeatur vtramque causam insimul cumulari, seu dictam clausulam *sublata*, ad vtramque extendi. Nam obiectum tollitur ex eo quòd causa confiscationis iam erat commissa, & in dicta commissione pœnæ corporalis non fit mentio confiscationis nisi in narratiua, & incidenter ad effectum demonstrandi, ex quibus causis Papa mouebatur ad committendam dictam causam pœnæ corporalis eidem iudici. Non autem participaliter, nec in dispositiua, quæ restringitur ad solam commissionem pœnæ corporalis, quo casu non debet censeri commissa, nisi causa dictæ pœnæ corporalis, & ad illam dumtaxat debet clausula *sublata* referri, iuxta doctr. Bart. *in l. fin. §. Titia, num. 1. & num. 3. versicul. solutio, ff. de liber. leg.* quem sequitur Alex. *in l. si idem, §. sed si vna, num. 3. in fin. vers. Item in casibus, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Iaf. *in l. 1. num. 9. versic. quartò notabiliter, C. de liber. præterit.* Felyn. *in cap. causam, quæ, numero 4. versic. limita quartò, de rescript.*

29 Quod eo maximè dicendum est, cùm petitio D. Bernardi, à qua dicta commissio declaratur, & informatur, *capitulo inter dilectos, versic. cæterùm*, ibi, *ex forma petitionis, de fid. instrum.* Ruin. *consi. 37. num. 1. lib. 5.* esset restricta ad commissionem appellationis respectu dictæ pœnæ corporalis, ibi, *cùmque pro parte eiusdem Bernardi.*

30 Minus obstat, dum dicitur sententiam Antei comprehendere vtramque causam, & ideo cùm in dicta commissione prohibeatur reclamatio contra illius sententiam, non potest hodie D. Bernardus absque oris apertione contra illam aliquid opponere. Nam dupliciter respondetur. Primò quia non ideo dicta clausula *sublata* apposita in commissione pœnæ corporalis trahi potest ad causam cõfiscationis, separatim commissam, sed censetur restricta, dumtaxat ad causam dictæ pœnæ corporalis, ex suprà allegatis. Secundò, quia D. Anteus in sua sententia se restrinxit ad solam pœnam corporalem, ibi, *in eo tamen, &c.*

31 Nec ex eo quòd non reuocauit præcedentem sententiam Muscati quoad confiscationem bonorum inferendum est illam approbasse, quia communis opinio Doctorum est in contrarium, de qua attestatur Corn. *consil. 49. n. 14. versic. & ideo remanet, lib. 2.* Crauet. *cons. 320. num. 1. vers. sed Bertachini dictum.*

32 Et cessat omnis difficultas in præsenti casu, cùm Anteus, quoad confiscationem non haberet iurisdictionem ex eo, quòd non potuerat in dicta causa confiscationis subdelegari per Gubernatorem cui commissa fuerat dicta causa, cum clausula, *per te ipsum.* Abb. *in cap. fin. §. his autem, num. 3. & seqq. ff. de offic. & potest. iud. deleg.* Felyn. *in eodem cap. final. numero secundo, versic. vltimo, & num. 3.*

Franciscus Paulutius Aduocatus.

In eadem causa quintum responsum.

CVm clausula *sublata*, & decretum irritans fuerit solummodo appositum in commissione causæ appellationis pœnarum corporalium contra quas nihil opponitur, non autem in commissione causæ confiscationis, non obstat D. Bernardo quo minus contra aduersarios quoad bona nulliter & iniustè confiscata eius bonum ius experiri possit, quia optimè applicatur conclusio illa quòd inducta ad fauorem vnius, non suffragatur alteri. *l. loci corpus, §. competit, ff. si seruit. vendic. l. si prior, §. si simpliciter, ff. qui pot. in pign. hab.* glos. *in l. ita tamen, ff. si ager vectigal.* cum simil. & in specie de decreto irritanti. Ioan. de Anan. *in cap. ad petitionem, sub num. 4. versic. Papa mandauit exequutori, de accusat.* Ruin. *consi. 70. num. 17. lib. 5.* Gabr. *de claus. conclusio. 3. num. 81. versiculo quartò limita*, & de clausula sublata, & decreto irritanti fuit resolutum in vna Viterbien. Castrorum. 21. Februarij 1611. coram Reuerendissimo Sacrato. 33

Nec obstare videtur quòd quamuis duæ fuerint appellationes distinctæ, & causæ, & personæ, & arbitrio sola causa confiscationis commissa fuerit, quòd nihilominus in Chirographo Clementis Octaui postea subsequuto, comprehendatur tam causa pœnarum corporalium, quàm etiam confiscationis, & quòd Papa illas vnire ac cumulare voluerit, & sic quòd clausula sublata habeat locum quoad vtramque causam: nam huiusmodi obiectum tollitur ex lectura ipsiusmet Chirographi, cùm Papa ad solam appellationem super pœnis corporalibus, quæ hactenus commissa non erat, se restrinxit in dispositiua, quæ sola attendenda est, cùm sit satis clara, & restricta, non autem in consideratione haberi debet, quòd in narratiua mentionem fecerit vtriusque appellationis, ad ea, quæ tradit Felyn. *in cap. super literis, numero 10. versiculo limita regulam, de rescript. in nouis.* 34

Rursus etiã tollitur ex eo quòd Papa in dicto Chirographo non commisit causas appellationum, sed causam appellationis, recursus seu grauaminis respectu D. Bernardi ad triremes condemnati loquendo in numero singulari, & propterea videtur quòd voluerit solummodo, quòd in huiusmodi Chirographo sola causa appellationis pœnæ corporalis comprehenderetur, cùm numerus singularis pluralitatem non pariatur. *cap. gaudemus. de diuort. l. fin. ff. ad Trebell.* Bald. *consil. 242. sub num. 1. versic. & quia singularis numerus, lib. 3.* Honded. *consil. 4. numero 39. lib. 1.* 35

Quod tanto faciliùs procedere videtur, cùm causa appellationis pœnæ corporalis fuerit à Papa commissa ex pietate ad gratificandum D. Bernardum, ita vt si esset dicendum Papam ambas causas cumulasse, resultaret ex huiusmodi causæ commissione potius grauamen, quàm pietas, & gratificatio, cùm esset sublata omnis facultas D. Bernardo appellandi, & defendendi eius bonum ius, quod aliquo modo admittendum non est, cùm nemini etiam de iure defensio sit deneganda. Doct. *in l. vt vim. ff. de iust. & iure.* Marsil. *in lege vnius, §. cognitionum, numero 47. ff. de quæstion.* Afflict. *decis. 391. numero tertio.* Appellatio enim est quædam defensio, quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, *cap. cùm speciali, §. porrò, ibi, Cùm appellationis remedium, de appellat.* 36

Nec aliquid facit quòd vtraque causa in sententia Antei comprehensa videatur, nempe causa pœnæ corporalis expressè, & pœna confiscationis tacitè, & sic quòd dum ipse restrictiuè cum taxatiua tantùm pronunciauit, 37

ciauit, quoad caput pœnæ corporalis, & nihil dixit de pœna confiscationis, quòd ex iuris interpretatione illam confirmauerit, & consequenter quòd dum Papa confirmat huiusmodi sententiam, & claudit os, quòd à D. Bernardo nihil hodie opponi possit.

38 Quoniam talis interpretatio sublata remanet etiam ex eo, quòd causa pœnæ confiscationis fuit commissa Vrbis Gubernatori, cum clausula, *per teipsum*, quæ est personalissima, non egrediens personam nominatam, Bald. *consil.* 304. *numero* 1 *ad fin. lib.* 5. cum aliis per Tiraquel. *de vtroque retract. tit.* 2. §. 1 *gl.* 6. *numero* 25. Natt. *cons.* 163. *numero* 8. *libro* 1. Cephal. *consilio* 352. *numero* 38. *& seq. lib.* 3. Bursat. *consilio* 13. *numero* 8. *libro* 1. Et quæ tollit omnem subdelegandi facultatem, vt post Io. Baptist. de Sanct. Seuerin. & Felyn. & alios quos cumulat trad. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 28. *n.* 9.

39 Ideòque cùm quoad istam causam deputatio facta à Gubernatore esset nulla, Antheus se restrinxit ad suam commissionem super corporalibus pœnis, noluit vti alia deputatione nulla super cognitione pœnæ confiscationis, & sic cessat supradictum obiectum, quòd in dicta sententia Anthei comprehendatur tacitè etiam pœna cõfiscationis, quod clarè patet ex eo, quòd solummodo super pœnis corporalibus pronunciauit, dum dixit, *in eo autem, &c.* quæ dictio est taxatiua, & excludit omnia præter expressa, *l. qui in aliena. §. libertas, ff. de reb. gest. l.* 1. vbi Bart. & ceteri. *ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Pedem *decis.* 167. *numero* 17. Magon. *decis. Lucen.* 31. *numero* 30. Surd. *decis.* 192. *numero* 10. & latissimè *decis.* 261. *numero* 19. & ferè in terminis Beto. *consilio* 178. *numero* 9. *& seqq. lib.* 3.

40 Neque minus aduersatur suprà allegata regula quòd appellationis Iudex intelligatur confirmare partem sententiæ iudicis à quo, de qua mentionem non fecit, quia non habet locum, quando sunt plures & diuersæ petitiones seu causæ, prout in casu, de quo agitur, quia in huiusmodi casu iudex iudicando super vno capitulo, in aliis non absoluit, neque condemnat, sed in suspenso relinquit. Bart. & alij *in l.* 1. *C. si aduersùs rem iudic.* Felyn. *in capitulo cum inter, numero* 6. *de sentent. & re iud.* de communi Corn. *consilio* 49. *numero* 14. *& seq. lib.* 2. Crauet. *cons.* 320. *n.* 1. *post princ. vers. sed Bertach dictum.* Paris. *cons.* 103. *n.* 3. *& n.* 6. vbi etiam de communi testatur, *lib.* 1.

41 Imò etiam quòd Antheus deputari iudex vtriusque causæ potuisset, & quòd iudex appellationis non faciens mentionem in eius sententia alicuius partis sententiæ iudicis à quo, diceretur illam partem confirmasse; non ideirco dici potest, quòd confirmauerit sententiam Muscati quoad confiscationis pœnam, sed ponùs quòd illam reuocauerit, cùm in eius sententia reuocet pœnam triremium, imponendo pœnam exilij tantùm, quacum pœna confiscationis non compatitur, *l. bona, in princ.* vbi etiam Alberic. *ff. de iur. fisc. & in l. relegati, & in l. relegatorum. §. ad tempus ff. de interdict. & relegat.*

42 Quæ interpretatio omnino capienda est ad tollendum etiam omne absurdum, quia cũ D. Bernardus esset innocẽs quoad pœnas corporales, non est dubium fuisse etiam innocentem quoad pœnam confiscationis, & ideo dum Antheus à pœnis corporalibus illum absoluit, videtur quoque ipsum absoluisse à pœna confiscationis. Natt. *consilio* 407. *numero* 14. *in fin. & seqq. lib.* 2. Bertazol. *consilio crimin.* 232. *versiculo illud tamen procedet, lib.* 1. Crescent. *decis.* 4. *sub numero* 2. *de iudic.* cum aliis per D. Farinac. *in tract. de inquisit. quæst.* 1. *numero* 65. vbi etiam rationem reddit.

43 Quod similiter coadiuuatur ex eo, quòd cùm Antheus reuocauerit sententiam Muscati circa triremes, cuius ratione erat annexa pœna confiscationi iuxta textum *in l. deputatorum, C. de pœn.* quod in necessariam consequentiam censeatur reuocasse etiam pœnam confiscationis, tamquam illi accessoriam, vt latè tradit Iaf. multa ad propositum adducendo *in l. non dubium, numero* 56. *cum seqq. C. de legibus.*

44 Et in omnem euentum ad istum effectum sufficeret, quòd Antheus non habuerit iurisdictionem stante dicta deputatione, & nulla, & quòd ipse noluerit cognoscere, nisi causam pœnarum corporalium tantùm, non autem causam pœnæ confiscationis, quia eius sententia non afficeret D. Bernard. quoad pœnam cõfiscationis, cùm deficeret potestas, & voluntas, quæ inter alia requiruntur, vt sententia afficiat *l. cum te, C. de donat. ante nupt. c. cum super, de offic. deleg.* & fuit dictum in vna Romana Saluiani, interdicti prima Iunij 1607. coram R. P. D. Decano.

45 Vnde cùm in supradicto Chirographo confirmetur huiusmodi sententia Anthei, & illa non fuerit lata, nisi quoad pœnas corporales, trahi non potest talis cõfirmatio ad pœnam confiscationis, quæ non est comprehensa in dicta sententia confirmata, *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liber. legat.* Bald. *in l. aduersùs, in fin. C. si aduersùs rẽ iudic.* Dec. *in rub. de confirm. vtil. vel inutil. n.* 3. Alex. *consil.* 123. *n.* 20. *lib.* 4. Ruyn. *cons.* 158. *n.* 16. *lib.* 1.

46 Ita etiam nec clausula *sublata*, in dicto Chirographo apposita, extendi potest ad aliam commissionem causæ confiscationis omnino distinctam & separatam, quia illa non operatur nisi circa ea quæ sunt expressa, non autem quoad ea quæ non comprehenduntur in dispositione in qua fuit apposita, vt fuit resolutum in illa Orten. decimarum 21. Maij 1586. coram bon. mem. Orano, & in aliis causis allegatis in vna Valentina decimarum 14. Maij 1604. coram Illustrissimo Lancellotto, & consequenter huiusmodi clausula non obstat D. Bernardo, neque minus in casu isto est opus aliqua oris apertione, vt fuit dictum in vna Romana Sanctifideicommissi de Veccis 24. Maij 1604. coram bon. mem. Litta, & sæpissimè in aliis.

Ioannes Baptista Mandosius Aduocatus.

R. P. D. ROMBOLDO.

Roman. de Cinciis.

Veneris 13. *Iunij* 1614.

Decisio facta in supradicta causa.

47 Cum superioribus annis Iacobus, & Bernardus de crimine parricidij inquisiti, & Iacob. quidẽ capitis pœna multatus, Bernardus verò ad perpetuas triremes, & ambo in pœnam confiscationis omnium bonorum, & hæreditatis Francisci eorum patris, siue ablationis, tamquam ab indignis condemnari fuissent, filij, & hæredes prædicti Iacobi primùm, nec non Bernardus intra legitima tempora à pœna prædictæ confiscationis, siue ablationis coniunctim appellarunt, causamque appellationis huiusmodi Reuerendissimo, tunc temporis Vrbis Gubernatori per speciale rescriptum manu Sanctissimi signatum committi obtinuerunt.

48 Deinde appellauit etiam separatim ab aliis, Bernardus à pœna perpetuarum triremium sibi imposita, & ad eundem fel. rec. Clementem VIII. recursum habuit, qui causam appellationis, & recursus huiusmodi eidem domino Gubernatori, qui causa confiscationis & ablationis commissa reperiebatur, ad minus partis dispensandum in vim Chirographi commisit, & ex tunc quamcumque sententiam vigore huius commissionis ferendam, cum clausula *sublata*, & decreto irritanti confirmauit.

49 Vtroque iudicio sic pendente, filij, & hæredes Iacobi totam hæreditatem Francisci certa pecuniarum soluta summa per viam compositionis à fisco sibi vendicarunt.

50 Post hæc insurrexerunt tres aliæ familiæ de Cinciis, & prætendentes bona confiscata ad ipsos spectare vigore antiqui fideicommissi, obtinuerunt causam contra prædictos filios, & hæredes Iacobi in Rota committi Reuerendissimo Bononien. Cùmque interea Bernardus per sententiam iudicis à prædicto domino Gubernatore deputati à triremibus liberatus, & speciali Sanctissimi Domini Nostri gratia etiam ad Vrbem restitutus fuisset,

Farinac. Cons. crim. libr. 2.

fuisset, & ad prædictam causam inter familias de Cinciis, & filios Iacobi vertentem vti tertius pro suo interesse admissus; dubitauit in locum dicti Reuerendissimi Bononien. suffectus, an ei obstet clausula *sublata*, in commissione (vt dixi) apposita; siquidem informantes pro filiis Iacobi prætendebant, quòd cùm Bernardus condemnatus fuerit non solùm in pœnam tritemium, sed etiam confiscationis omnium bonorum, & iudex appellationis in eo tantùm, quòd ad tritemes condemnatus & transmissus fuit, malè iudicatum, dictámque pœnam tritemium in pœnam exilij arbitrio Gubernatoris commutandam pronunciauerit, censetur in reliquis priorem sententiam confirmasse; Butr. *in cap. cùm inter, numero 26. vers. Prædicta*, & ibi Imol. *numero 12. vers. idem aduerte.* Felyn. *numero 13. de sent. & re iudicata.* Bart. *in l. 1. numero 1. C. si aduers. rem indicatam, & l. 1. C. si plures vna sententia*, Natta *consil.* 489. *num.* 20. Alexand. *consilio 49 numero 1. & 2. lib. 7. decis.* Rota 22. *de appell. in antiq.* eóque magis, quia vsus fuit dictione taxatiua tantùm. Abb. *d. c. cùm inter, column. penult. in princ. vers. tertius casus*, & ibi Felyn. *numero 11. vers. fallit quintò*, Bald. *in d. l. 1. n. 3. in fin. C. si aduersùs rem indicatam.*

51 Atque hinc inferebant, quòd sicuti Bernardo obstaret clausula *sublata*, respectu commutationis pœnæ corporalis, ita etiam pariter ei obstat respectus pœnæ confiscationis, cùm vtraque eadem sententia comprehendatur, & vigore vnius commissionis ab eodem iudice emanauerit.

52 Verùm his non obstantibus Domini cõtrariam sententiam amplexi sunt: nam dicebant, quòd ex ipsamet serie facti suprà relati luculenter apparet, diuersas adfuisse commissiones, & priorem quidem, in qua nulla legitur clausula *sublata*, appellationem à pœna confiscationis, alteram verò, in qua adest dicta clausula, appellationem Bernardi à pœna, corporalē tantùm continere; vnde cùm certi iuris sit, clausulam in vna commissione appositam non extendi ad aliam omnino diuersam, ex allegat. per Ruin. *consil. 70. numer. 17. libr. 5.* quem refert, & sequitur Gabriel *de clauś. conclusion. 3. numer. 84. in quarta limitatione.* non videbatur vllo modo obstare Bernardo dictam clausulam *sublata*, quin absque alia præuia oris apertione appellationem à pœna confiscationis prosequi possit.

53 Neque prædictis refragari putabant, quòd Pontifex videtur voluisse vtramque causam vnica & posteriori quidem commissione comprehendere, & præsertim, dum in ea mandauit, fiscum, & alios de Cinciis, qui in causa confiscationis tantùm, non autem pœnæ corporalis interesse habebant, citari, quia placuit responsio, quòd scilicet ex lectura ipsiusmet commissionis apparet, illam fuisse restrictam ad causam appellationis à solo Bernardo ratione pœnæ corporalis interpositæ, Nam licèt in ista posteriori fiat mentio etiam prioris commissionis, atque hinc Pontifex motus sit ad committendum eidem Gubernatori etiam causam appellationis à pœna corporali, nihilominus hanc solam comprehendit in ista posteriori commissione apertè demonstrant verba ibi, *Et ideo cum minori partium dispendio, hac ipsius causa appellationis recursus, atque grauaminis respectu Bernardi ad triremes condemnati facile à te pariter cognosci poterit, atque terminari, &c.* & ibi, *causam & causas appellationis, recursus, grauaminis, restitutionis, &c.* Quæ verba cùm sint singularis numeri non possunt ambabus appellationibus diuerso tempore, & à diuersis personis interpositis conuenire. *leg. vbi numerus, ff. de testibus.* cum aliis congestis per Surd. *decis.* 210. *num.* 9.

54 Et dum Papa voluit etiam alios de Cinciis in hac causa citari, iden fuit, quia cognitio causæ pœnæ corporalis erat absque dubio præiudicialis aliis de Cinciis respectu bonorum, quæ ad illos per fiscum peruenerant: nam si Bernardum à crimine parricidij absolui contigisset, eo ipso detegebatur iniusta confiscatio, & iure merito reuocanda, cùm confiscatio præsupponat delictum sine quo sustineri non potest.

Rursus visum fuit Dominis, quòd dato etiam quòd clausula *sublata* de vna commissione influeret in aliam, adhuc tamen non obstaret Bernardo respectu pœnæ confiscationis, eo quia articulus confiscationis videtur fuisse potiùs per iudicem appellationis omissus, & super pœna corporali tantùm pronunciatum; regula enim quòd sententia in parte reformata censetur in reliquis confirmata, vltra alias limitationes, quas peritus & doctè prosequitur in sua allegatione Dominus Farinacius, fallit quando causæ ab initio sunt diuisæ, & commissiones, quæ loco petitionum habentur, separatæ, vt post Innoc. & alios bene declarat Felyn. *in allegat. c. cùm inter, de re iud.* tunc enim iudex potest super vno articulo pronunciare reliquis omissis. Quod etiam in proposito casu euenisse apertè colligitur ex ipsamet sententia, ponderando præsertim narratiuam ipsius, quæ multum confert ad cognoscendum quid contineatur in ea, & quòd taxatiua tantùm videtur potius adiecta pronunciationi iudicis, quàm liberationi, & absolutioni, vt optimè aduertit idem D. Farinacius in supradicta sua allegatione, & quòd denique in dicta sententia nulla prorsus facta fuit mentio confiscationis bonorum, sed pœnæ corporalis tantùm. 55

His aliquis ex Dominis addebant, quòd quatenus articulus confiscationis esset comprehensus in sententia iudicis appellationis, censetur potiùs in ea Bernardus à dicta confiscatione absolutus. Nam dum iudex declarauit Bernardum non meruisse nisi pœnam exilij arbitrio Gubernatoris, tacitè videtur iudicasse, pœnam confiscationis malè fuisse appositam, sententia enim prout iuris est declarari debet, & de iure non possunt bona publicari relegato ad tempus, *l. bona, in prin. ff. de iur. fisc. l. relegatorum. §. ad tempus*, vbi Bart, & alij, *ff. de interdict. & releg.* Verùm in hoc Domini noluerunt pro nunc pedes figere, iudicarunt enim particulari inspectione dignum, & Bernardo pro victoria præsentis dubij satis superque esse superiùs deducta, cum quibus Domini vnanimiter transierunt, 56

D. Remboldus Rotæ Auditor.

ARGVMENTVM.

Minores vigintiquinque annorum excusantur à pœna ordinaria, & quid vigore Bullarum Summorum Pontificum.

SVMMARIVM.

Minor viginti quinque annorum ordinaria pœna puniri non potest de iure communi, n. 1. & 12.

Minor nec etiam vigore Bullarum summorum Pontificum puniri potest pœna ordinaria nisi quando condemnatur in contumaciam, & captus ad manus Curiæ deueniat, numero 2. & 3. Vbi amplius quòd dicta bulla non ligant manus iudicis quin possit minuere pœnam.

Prouocatis per iniuriam si aliquem occiderunt pœna admodum minuenda est, numero 4.

Confessio delicti qualificata etiam non probata qualitate non sufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam numero 5.

Minori temperanda est à iudice pœna de necessitate, & non ad voluntatem iudicis, n. 6.

Minori temperanda est pœnà etiam in crimine homicidij, n. 7. Declara nisi homicidium esset qualificatum & atrocissimum, vt in parricidio, & alijs, exemplis positis n. 8.

Occidens aliquem cum pugione punitur solùm pœna homicidij, & non pœna pugionis, n. 9.

Mino

Minori delinquenti minuenda est pœna etiam quòd diuerso tempore plura capitalia commisissent crimina, num. 10.

Minores non restituuntur in delictis ad effectum vt nulla pœna puniatur, num. 11.

CONSILIVM CLXXXVII.

1 QVOD Marcellus, & M. Antonius de Stephanuccus, qui sponte cõfitentur occidisse Antonium Tosum stante eorum minori ætate 25. scilicet annorum, non possint pœna ordinaria homicidij puniri, in terminis voluit Bald. *in l. & si seuerior, n. 10.* & ibi etiam Aretin. *col. 2. ad fin. C. ex quib. caus. inf. irrog. tur. in l. excipiuntur, n. 48. ad fi. ff. ad Syllan.* Hipp. Rim. *cons. crim. diuer. cas. 134. n. 3. in fin. n. 7. lib. 1.*

2 Nec obstat Bulla Pij IV. in ordine 128. de qua in bullario *part. 1. fol.* 871. in qua statuitur quòd homicidis minor ætas nõ prosit, dum tamen maiores 14. extiterint; loquitur enim bulla prædicta non in minoribus captis ante condemnationem in contumaciam, prout in casu nostro, sed in condemnatis in contumaciam, & postea captis, vt in terminis consuluit Honded. *consil. 99. num. 48. lib. 1.* Et ibi etiam consului *in meo consil. 66. num. 9.* & aliàs declarauit sacra Consulta, prout testatus sum *in mea practica crimin. tit. de inquis. quæst. 11. num. 30. versic. quid dicendum.*

3 Vltra quod prædicta, & similes bullæ, vti factæ ad terrorem, non ligant manus iudicis ad minuendam pœnam ex miseratione ætatis, vt in terminis bene declarauit Sfortia Oddus *in tract. de restit. in integr. p. 2. q. 81. n. 33. & seqq.* refert eum Flamin. Cartar. *de executione capto bannito, e ho. num. 156.* pluribus comprobat Honded. omnino videndus *cons. 99. num. 48. & seq. lib. 1.* vbi ita aliàs apud eum iudicatum fuisse testatur.

4 Verùm id quod in præsenti casu omnem tollit difficultatem, est quòd confessio reorum prædicta non est simplex, sed qualificata, cùm dicant se occidisse Antonium non solùm propter plures præcedentes infamationes in graue eorum honoris præiudicium, sed etiam quia eunc in platea paulo antequam occisus fuit in eosdem manum cornua significantem direxit, ideo sic grauiter iniuria lacessitis, prouocatis pœna multum temperanda est, vt per Claud. Seyssel *in l. vt vim numer. 75. ff. de iust. & iure*, in lectura, & in repet. *num. 100. & num. 104. versicul. & idem dicit*, Marsil. *consil. 68. num. 10. & consil. 105. num. 35.* Tiraq. *de pœn. tempor. caus. 1. num. 3. in fin.* Boër. *decis. 169. per tot.* vbi quòd isto casu non intrat nisi pœna exilij. Clar. *in pract. §. finali quæstion. 60. num. 14. vers. nunc quæro*, Viu. *opin. 189. num. 8.*

5 Nec obstet si dicatur quòd hæc prouocationis qualitas non probata ab occisoribus potest à fisco impugnari; nunquid enim ea in processu sit probata nec ne, prudens iudex optimè perspiciet, cùm mihi exhibitæ non fuerint nisi solæ reorum confessiones, sed vtcumque sit confessio qualificata etiam non probata adiectæ qualitate ad condemnandum in pœnam ordinariam non sufficit, iuxta doctrinam Abb. communiter receptam *in cap. audites, num. 33. versic. sed contra prædicta*, & ibi etiam Felyn. *num. 30. extra de præscript.* Ross. *in titulo de confess. num. 57. & in. ti. de confessis, num. 20.* Osasc. *decis. Pedim. 90. num. 9.* Clar. *in practic. §. final. quæst. 55. versic. fortè posset.* Ioseph. Ludou. *decis. Lucen. 19. num. 3. & num. 7. & seq. par. 1.* Andr. Gayl *de pac. publ. lib. 1. cap. 17. num. 7. & seq.* & ita vt suprà iuris esse censeo, saluo, &c.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

Aliud responsum in eadem causa.

6 NVper deducta per incertum scribentem contra Stephanuccios eorum minoritate iam probata per librum Baptismi quòd in iure non subsistant, clarissimè ex infrascriptis demonstrabitur. Dum enim primò firmatur conclusio iudicem non teneri de necessitate minoribus pœnam minuere, ex Vincen. de Franchis *decis. 230. numero 2. par. 2.* non meruit certè doctissimus ille vir pro hac conclusione allegari, cùm contrarium de iure verius esse, & ab omnibus tribunalibus illius curiæ sic vocatum & confirmatum extitisse apertis verbis affirmat, & testatur. quod & idem post plures alios, quos retuli *in mea pract. crim. quæst. 91. numero 163.* voluerunt etiam Thesaur. *decis. 161. numero 5. in fin. vers. quibus sic stantibus, & numero 6. & 7. ante finem, versiculo caueant igitur.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. in addit. ad casum 329. num. 28. & seq.* & Pet. Cabal. ex aduerso pariter allegatus resoluit *crim. cas. 134. num. 8.*

7 Dum secundò ex aduerso considerantur qualitates commissi homicidij quæ illud præmeditatè & præcedẽte deliberatione patratum arguunt, armorum scilicet præparatio, pugionis & securis raptatio, vulnerum multitudo, & locus in quo fuit commissum, iuncta qualitate criminis, quòd per ipsum, & atrox ac grauissimum reputatur, ex Claro, Menoch. & Rolando in locis ex aduerso citatis, & quòd propterea stante grauitate & atrocitate delicti pœna minuenda non sit, ex Glos. Duena, Vulpel. & aliis pariter ex aduerso alleg. Admitto homicidium esse grauissimum delictum, & in casu nostro fuisse præmeditatè cõmissum. Sed quòd propterea pœna propter minorem ætatem minuenda non sit, est apertè falsum, vt in terminis præmeditati homicidij scripserunt, Augustin. ad Angel. *de malef. in verbo, sciens ter, & dolosè, post numer. 12. versicul. & aduertas*, Grammat. *decis. 23. numero 12.* vbi loquitur in eo qui præmeditatè occiderat sacerdotem. Hippol. Rimin. *consil. crim. diuers. 139. tom. 1. per totum.* Menoch. *de arbitr. quæstion. lib. 2. cas. 329. numero 6. & sequen.* Roland. *consilio 77. numero 1. & omnibus sequentibus lib. 3.* Honded. *consilio 104. numero 7. iuncto numero 19. & numero 43. & seq. lib. 1.* cum aliis pluribus per me alleg. *d. quæst. 92. numero 113.* quicquid secus senserim aliij ibidem relat. *numer. 114.*

8 Non inficior homicidium posse esse ita qualificatum & atrocissimum, vt minor ætas non faciat homicidium mitiùs puniri, vt in parricidio cum veneno, scripserunt Vinc. de Franch. & Petr. Cabal. ex aduerso allegati, Vulpell. *consilio 181. numero 13. & 14.* vbi consuluit in casu duorum parricidiorum Thesaur. *decis. 161. numer. 3. in fine.* qui loquitur in homicidio commisso in via publica pro surripiendis pecuniis. Cæsar Rugінel. *practicar. quæst. capit. 35. numero 38. versiculo & nouissimè*, vbi loquitur in vxore quæ maritum occidi procurauerat, & in fratre, qui fratrem suum proditoriè & per assassinium occiderat. Sed præmissa non sunt extendenda ad casum nostrum, in quo nec parricidium, nec fratricidium, nec vxoricidium commissum fuit, nec viatorum grassatio interuenit. Ad hoc enim, vt homicidij atrocitas minoribus pœnæ diminutionem adimat, non sufficit illius præmeditatio, deliberatio, & præcedens tractatus, sed necesse est vt aliæ grauissimæ interueniant qualitates quæ ipsum atrocissimum reddant, vt in exemplis proximè citatis. Et tamen etiam tunc non defuerunt magnæ auctoritatis Doctores qui dixerunt non obstante delicti, & homicidij pœnam minoribus mitigandam, vt videre est apud Menoch. & in exemplis per eum relatis. *de arbitr. quæst. lib. 2. in addit. ad cas. 329. numero 18. vers. secunda est opinio. & numer. 19. & seqq.* Thesaur. *d. decis. 116. numer. 5. versiculo item non habebit locum*, vbi & quod plus est loquitur in crimine parricidij, & bene respondet Vincent. de Franchis *in dicta decis. 230.*

9 Qualitas pugionis, cuius delatio, vigore Bullæ Pij V. capitalis est, murorúmque Palliani transcensio, quæ esset etiam forsan vigore bannimentorum capitalis, non tollunt hanc pœnę diminutionem; nam quoad delationem pugionis, illius pœna confunditur cum pœna homicidij. glos. *in l. qui de crimine, in verbo, plurima, C. de accusat.* Clar. *in pract. §. fin. quæstion. 84. versiculo alius est casus.* Bertazzol. *consilio 502. post num. 1. lib. 2.* Murorúmque transcensio in actu fugæ capitalis non est idem. Clar. *quæstion. 68.*

versic. muros ciuitatis. Claud. ad Bertazz. *consil.* 35. *num.* 25. *litera C.*

10 Et tamen quando etiam hæc omnia capitalem merentur pœnam, intrat conclusio quòd minori minuenda est pœna, etiam quòd diuerso tempore plura capitalia commisisset crimina, nedum eodem tempore. Carer. *in pract. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, n.* 5. Marsil. *sing.* 377. *incip. geminatio, ad finem*, Ioseph Ludouic. *decis. Lucen.* 17. *num.* 82. *& seq. par.* 1. Sfort. Odd. *de restitut. in integ. q.* 80. *num.* 98.

11 Dum & tertiò allegatur hos homicidas dolo ac si maiores essent homicidium hoc patrasse, transeat verum quòd propterea non sit eis minuenda pœna, nego consequentiam, & Doctores ex aduerso allegati, Menoch. *libr.* 5. *præsumt.* 3. *numer.* 11. & Sfort. Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 83. *eodem num.* 11. hoc non dicunt. Dicunt solùm minores non esse restituendos aduersùs dolum verum, & bene dicunt; aliud autem est minores in integrum restitui, aliud autem illis minorandam pœnam. Dum enim iura, & Doctores dicunt minores non esse restituendos in criminalibus, & in delictis, intelligunt ad effectum vt in totum excusentur, ad text. *in l. si causæ, §. nunc videndum, ff. de minoribus, & in l. auxilium, §. in delictis, ff. eodem, & in l. impunitas, C. de pœnis*. bene declarat idem Sfor. *dict. quæst.* 80. *num.* 57. *& seqq. & quæst.* 81. *num.* 25. & latiùs ego etiam declaraui *dict. quæst.* 92. *numero* 172. *&* 173. Hîc autem non agitur de restituendo minores aduersùs commissum homicidium, sed de mitiganda illius pœna ordinaria, quæ, vt dixi, sunt inter se valde diuersa.

12 Dum quartò firmatur conclusio quòd maiores annorum decem & octo nullam mereantur misericordiam propter minorem ætatem, & quòd ita in hoc omnes Doctores conueniant, hæc inquam conclusio sicut vera non est, ita etiam aduersatur omnibus iuribus, & Doctoribus in hac materia loquentibus de minore 25. annorum, etiam quòd sint maiores annorum decem & octo. Et Petrus Caballus *casu* 134. *num.* 11. non dicit id ad quod allegatur nisi forsan in contrarium adessent constitutiones Pontificiæ, quas quidem constitutiones in casu de quo agitur minimè locum habere satis superque probaui in alia informatione quibus ex aduerso nihil responsum video.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hoc Consilio Procurator qui de pluribus & præsertim de simulatione contractuum, & pacti, de quota litis per calumniam accusatus fuit.

SVMMARIVM.

Scriptura priuata plenè probat contra scribentem, n. 2.
Falsus in vno falsus in omnibus, n. 3.
Geminatio, & ratificatio actus tollit præsumtionem fraudis & deceptionis, n. 4.
Soluens partem debiti tacitè fatetur se debitorem in toto, n. 5.
Querela præsumitur calumniosa ex tarditate in querelando. n. 6.
Simulatio non præsumitur nec punibilis est facta per interpositam personam quando debitum est verum, accedente præsertim consensu contrahentis, n. 7.
Conditione deficiente, deficit conditionata dispositio, numero 9.
Metus non præsumitur, ideo probandus est per allegantem, num. 11.
Pactum de quota litis factum post litem finitam non est punibile, numero 12.
Fraudis & deceptionis præsumtio cessat stante consensu partis, num. 13.
Criminaliter agi non potest vbi res habet originem à contractu ad obseruationem præmissorum, n. 14.
Solutio præsumitur facta potius de pecuniis soluentis propriis quàm de alienis, n. 15.
Calumnia accusatoris, & innocentia accusati probatur præsumtionibus, num. 15. *in fine.*
Testis pro informatione Curiæ examinatus probat cõtra Curiam, num. 17.
Simulatio non est punibilis quando causa veri debiti transfunditur in aliam non veram, n. 18.
Donatio facta contemplatione alicuius cedere debet lucro & vtilitati illius, cuius contemplatione facta est, num. 19.
Diuersitas manus, & characteris falsitatem arguit, numero 1.
Falsitas præsumtionibus probatur ad effectum vt scripturæ fides tollatur, num 22.
Delictum in dubio non præsumitur, n. 23.
Testes parte non citata nec minimum faciunt indicium, num. 24.
Testis depositio scindi non potest, sed debet in totum acceptari, num. 25.
Confessio facta in scriptis etiam extraiudicialis plenè probat contra confitentem, n. 26.
Simulatio non præsumitur & propterea probanda est ab eo qui simulationem allegat, num. 27.
Simulatio aduersùs publicum instrumentum opposita non præsumtiuè sed concludenter probanda est, num. 28.
Simulatio præsumtionibus probatur dummodo sint graues & vrgentes, aliàs secus, n. 28.
Simulatio non vnica præsumtione seu coniectura, sed pluribus probanda est, n. 29.
Simulatio non præsumitur nisi causa simulationis existente, num. 30
Pactum de quota litis non punitur quando re integra paciscentem pœnituit, n. 32.

CONSILIVM CLXXXVIII.

DISTINCTE procedendo super septem prætensorum delictorum capitibus, ad quæ, vt audio, sunt restricta difficultas, incipiam à querela Quintilij data contra Carcarasium, quòd scilicet ab eo exegerit scuta 80. de quibus per publicum instrumentum de anno 1607. & de mense Septembris, fecerat se debitorem Ioannis Baptistæ Raspini pro pretio rubrorum octo frumenti, quæ recepisse mensurata, quæ fuisse videlicet rubra 5. ipsi Quintilio, & rubra tria Carcarasio cõfessus est, cùm reuera Carcarasius eius non esset creditor, nec dictum frumentum habuerit. 1

Falsitas huius querelæ in eo quod dicit se dictum frumentum non habuisse, apparet euidenter ex quietantia eius manuscripta die 10. Nouẽbris eiusdem anni, de qua in summario *n.* 2. & in qua liberè fatetur à prędicto Raspino habuisse rubra tria frumenti ad computum dictorũ rubrorum quinque vltra panem sibi consignatum de ordine Carcarasij, quæ quidẽ quietantia etiam per scripturam priuatam, & non per publicum instrumentum emanata plenè probat dictum frumentum habuisse, ad glos. *in l. inter chartulas, in verbo vanitate, C. de conuenien. fisc. debitor. lib. x.* Alex. ad Bart. ibi, *in verbo conuenire.* Granut. *Theorem.* 15. *n.* 2. 2

Et licèt in ea Quintilius non expresſè fateatur habuisse 3
totam

totam quantitatem rubrorum quinque frumenti, sat est quòd falsus deprehenditur in maiori parte, quia intrat regula quòd falsus in vno, falsus in omnibus, de qua *in capitulo fraternitas*, vbi notant omnes, *extrà de heretic.* Gandin.*in titulo de falsar.numero 29. cum similibus.*

4 Apparet equidem querelæ falsitas magis euidenter confessione receptionis dictorum scutorum 80. non solùm præsente, & consentiente Quintilio, sed etiam ipso sic instante, vt in summario *numero 3.& 4.* item & ex instrumento rogato 10. Septembris 1608. de quo in summario *numero 5.* & in quo Quintilius ex causa prædicta facit se debitorem Carcarasij dict. scutorum 80. quod quidem instrumentum fuit postea ab eodem Quintilio ratificatum per plures actus positiuos, vt in informatione facti *numero 9.* item & ex ordinibus sua manu scriptis Nicolao Imperiaccio, in quibus pariter fatetur se habuisse frumentum, & illius se esse Carcarasij debitorem, vt in summario *num.6.* & 7. ex quibus omnibus geminatis confessionibus & ratificationibus reiiciendus est Quintilius dum dicit se deceptum, & frumentum non habuisse. *l.si mater la 2.C. ad Vellean.* Aym.*consi.291.num. 42.* Roland.*consil.16.& 17.num.11.& 12.libr.1.* Cephal. *cons.192.num.21.*

5 Et si Quintilius frumentum non habuerat (prout habuit) & sic si non erat debitor scutorum 80. non debebat de illis se facere debitorem Carcarasij; sic enim faciendo etiam in parte tantùm non potest amplius dicere se non debitorem, & frumentum non habuisse. *l.cum fidem, C. de non numerat.pecun.l.2.C.quod met.caus.l. ad solutionem, ff.de re iudic.* cum aliis per Ant. Gomez *variar. resolution.tit.de contractu mutui, num.2.& 7.limitatione*, non probato præsertim metu, vi, aut alia occasione ad sic agnoscendum debitum. Et stante quòd non sumus inter personas prohibitas seu alias, in quibus metus, vis, & doli illatio præsumatur, vt in muliere, minori, & similibus.

6 Omitto præsumtionem calumniæ ex quo Quintilius tamdiu in querelando non solùm tardauit, sed etiam cum Carcarasio alia sua negocia & lites amicabiliter tractauit & confidit, Bald.*cons.38. idem Tabellia, in fine lib. 1.* Igneus *in l. si quis in graui, §. si quis moriens, numer. 3.ff. ad Sillanian.* Follet. *in pract.crim.in verbo, item quòd commisit falsitatem.num.18.& seq.* ex præmissis enim non præsumtiuè sed clarissimè de querelæ falsitate constare dicitur.

7 Nec obstet depositio Crispini, quòd scilicet frumentum non dederit Quintilio, & quòd in hoc non habuerit nisi nudum nomen, & Carcarasius etiã fateatur idem. Hæc enim contrahendi forma per interpositam personam nec à iure prohibita est, nec punibilis (præsertim accedente consensu Quintilij) Bald.*in l.cum precibus, num. 3.C.de probat.* Vital.de Camban. *in tract. de clausul.rubr. de simulatione, num.11.versi.dicunt*, Franc.Marc.*decisi.46.num. 4.vol.1.* Stephan.Lamberteng.*de contractibus eorum, & c.glos. 10.num.9.*

Et hæc quoad primum caput.

8 Quoad secundum caput querelæ eiusdem Quintilij, dum in substantia Carcarasium accusat. *Che hauendo esso querelante rescosso dal Signor Verallo scudi 280. Carcarasio che fu Procuratore in causa ne volse scudi 80. con dire che lui era stato causa che questi denari si fussero recuperati. Et perche poi il Verallo gli mosse lite sopra la restitutione de detti denari, fece il detto querelante instantia che il detto Carcarasio gli restituisse detti scudi 80. & cosi gli ne fece polisa, & promise pagargli li in caso di restitutione, & che non dimeno mai gli l'habbia voluti restituire ne far buoni detti scudi 80.*

9 Iuxta formam huius querelæ Carcarasij crimen consistit in eo quòd requisitus à Quintilio restituere hæc scuta 80. illa restituere recusauit iuxta suam obligationem. certè si promittens restituere, & non restituens criminaliter puniri potest, omnia iudicum subsellia criminalibus causis plena essent, & tamen certum est hunc promittentem criminaliter accusari non posse, etiam quòd promissorio iuramento contrauenerit, quod in practica nullam habet difficultatem, vltra quod Quintilius contra Carcarasium non probata restitutione pecuniarum Veralli agere minimè poterat deficiente conditione, in eius obligatione apposita. *l. hac venditio, in princ.ff.de contrahen.emt. l. pecuniam quam, ff.si cert.pet.* cum aliis per Tiraquel. *de retract. §. 1.glos. 2. numero 21. & seq.*

10 Sed quod difficultatem tollit, Quintilius non solùm non probauit, se vnquam requisiuisse Carcarasium pro restitutione horum suorum scutorum 80 sed immo constat in processu quod de anno 1609. in solutione computorum inter ipsum, & Carcarasium facta, Carcarasius d. scuta 80. eidem Quintilio persoluit, dando ei facultatem, vt de illis se imbursaret in scutis 145. in quibus Carcarasij debitor remanebat, vt bene deducitur in informatione facti in 4. fundamento, & sic falsa est querela dum dicit, *Che il Carcarasio non gli haueua voluto far buoni questi scudi ottanta.*

11 Quòd si Quintilius prætendat dicta scuta 80. persoluisse Carcarasio per vim, & metum, calumnia est euidens, cùm metum non probauerit. *l. 1. §. 1. C. de aduocat. diuers.iudic.* glos.*in cap.2.in verbo, calumniandi, extrà de calumniator.& in l. Athletas, §. calumniator, in verbo extra qua, ff.de his qui notant.infam.* Bart.*in l. 1.in prin.num.6.ff.ad Turpilian.* nec metu præsumitur facta solutio nisi probetur metus.*cap.causam matrimonij*, vbi Scribentes, *de offic. deleg.* Alciat.*de præsumt.reg 3.præsumt.7.in princ.* Osasch. *decision. Pedem.142.num.7.*

12 Quòd si forsan prætendatur ex hac solutione scutorum 80. facta per Quintilium Carcarasio, & subsequenti promissione de illa restituendo in casu restitutionis pecuniarum facien. D. Verallo induci seu oriri pactum de quota litis, inanis mihi videtur prætensio, cùm idem Quintilius omnem præcedentem pactionem in eius querela excludat, ex quo simpliciter dicit quòd postquam pecuniæ ab eo fuerunt exactæ, & sic lite finita Carcarasius declarauit se pro sua opera voluisse dicta scuta 80. pactum autem de quota litis etiam expressum post litem finitam non improbatur à iure, secundùm glos. *in l.si remunerandi, §.Paulus, in verbo, certam quantitatem, in fine versic.& hoc nisi post litem finitam, ff.mandati*, Bartol. *in l.1.§.si eum autem, in 3.notab.ff.de var. & extraordinar. cognitionib.* Vinc. de Franch.*decis. 165.sub numero 2.part.2.* Horat.Carpan.ad statu. Mediolani *c.419.litera G. in fine, num.25.*

13 Ad tertium caput, nempe ad societates officiorum contractas cum Aurelio de Prosperis data veritate eorum, quæ in querela exponuntur, nescio videre quódnam crimen commiserit Carcarasius, dicit enim in substantia Quintilius in ipsa querela de qua in summario, *n. 12. Ricercato del Carcarasio à dar al Signor Marc. Aurelio Prosperi che cercaua denari à compagnia d'offitio, che gli li volesse accommodare, io parendomi non esser bene per esser Giudice nella causa mia che io gli dessi di denari, mi rispose, Antonio fate li dare à me che io farò la compagnia.* Ecce ergo quod de cõsensu Quintilij Antonius de eiusdem Quintilij pecuniis nomine suo dictas societates cum Aurelio contraxit, & postea idem Quintilius apertioribus verbis hoc idem declarat, dum dicit, *Et cosi in due volte gli diedi scudi 75. de quali ne fece due compagnie, vna à suo fauore, & altra di Saluatore Salamandra, & per mia sicurezza di questi denari lui me ne fece due polise con promessa di cedermi dette compagnie.* Ecce pariter quòd de eius consensu Carcarasius fecit illas duas apochas, in quibus promittebat ipsi cedere dictas societates, sicque non potest Quintilius aliquam fraudem, seu deceptionem prætendere, quia cùm omnia gesta sint de eius voluntate, & consensu, cessat vtique omnis præsumtio fraudis, & deceptionis. *leg. nemo videatur, ff.de regul.iur. capitul. scienti, extrà eodem.* Cephal. *consilio 34. numero 9.* Osasch. *decis. Pedem. 137.num.4.*

14 Dum postea subdit, *Ma il Carcarasio non mi ha mai voluto cedere queste compagnie ne menarmele buone*, deficit Quintilius in salutari suo, quia in processu non

constat vnquam Carcarasium ad id ab ipso conuentum aut requisitum fuisse. Et nihilominus cùm promissio Carcarasij fuerit facta per apochas, & in scriptis, & sic res à contractu originem habuerit, non poterat Quintilius contra ipsum criminaliter agere, sed tantùm ciuiliter ad obseruationem præmissorum personali actione, cùm solùm de eius priuato interesse ageretur. *l. infamem ff. de pub. iudic.* Rota *decisio. 19. aliàs 226. in. de iudic. in antiq.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 1. versic. ex quorum omnium dictis*, cum aliis per Boss. *in titulo de decreto Mediolan.* vt non procedatur criminaliter quando res habet originem à contractu, *num. 1. & seqq.*

15 Veritas est & ita apertis verbis dd. apocharum ab eodem querelante productarum apparet quòd pecuniæ datæ ad societatem M. Aurelio non erant Quintilij, sed ipsius Carcarasij; si enim fuissent Quintilij quando Carcarasius promisit illas cedere, adiecisset pro causa, quia scilicet sunt contractæ de eius pecunijs, & quia in illis non habebat nisi nudum nomen, hoc enim modo fiunt recognitiones bonæ fidei in huiusmodi cessionibus, quando pecuniæ sunt cessionarii; at hîc pro causa cessionis faciendæ adiciuntur hæc verba, *Et questo per disegno particulare d'esso Signor Bruto*, quæ verba non importans quòd pecuniæ essent querelantis, sed apertè significant veritatem ab ipso Carcarasio confessatam, quòd fuerint adiecta vt posset Quintilius ipsi Aurelio dicere quòd erat suus creditor, & sic dicendo eum sibi fauorabilem reddere, & hæc interpretatio omnino sumenda est, cùm habeat pro se præsumtionem iuris, quòd solutio in dubio præsumatur potius facta de pecunijs soluentis quàm alienis. Roland. *consi. 4. num. 6. lib. 2.* Natt. *consil. 358. num. 2. eod. libr. 2.*

Eadem facti veritas magis detegitur in casu isto in quo vrgent quamplures & vrgentissimæ præsumtiones, de quibus in informatione facti, quòd pecuniæ datæ ad societatem, vt suprà, non erant Quintilij, & præsertim cùm nunquam alias Quintilius dederit ad societatem aliquam pecuniarum quantitatem, quòd ex illo tempore erat in maxima necessitate constitutus, & quòd à Carcarasio mutuò accipiebat plures pecuniarum quantitates etiam minimas pro sui ipsius & familiæ sustentatione, quibus quidem præsumtionibus calumniam accusatoris, & innocentiam accusati concludenter probari dubitandum non est, Boss. *in tit. de conuict. num. 59.* Menoch. *de præsum. lib. 4. præsumt. 48. num. 8.*

16 Ad quartum caput in quo Quintilius contra Carcarasium porrigit querelam, *Che gli habbia messo in conto nell' instrumento di due milia è tanti scudi*, pecunias (quarum quantitatem se nescire dicit) sub prætextu quòd eas soluerit curatoribus pro subhastatione Cassalis Dragoncelli. Et tamen re vera non soluerit, & dum pro verificatione d. querelę produxit quandam notam expensarum manu Carcarasij conscriptam, in qua præsupponit pro dicta subhastatione Carcarasium asserere se soluisse scuta 230. quæ, vt dixi, nullatenus soluit.

17 Veritas huius facti detegitur per Peregrinum cursorem, qui cùm sit testis Curiæ plenè probat cõtra fiscum. Aym. *cons. 100. num. 13.* Socin. Iun. *consi. 69. num. 11. libr. 1.* Gabriel *in. de testibus, conclus. 1. post num. 14. libr. 1.* & consequenter verissima redditur confessio Carcarasij quæ in omnibus & per omnia concordat cum depositione Peregrini.

18 Nec ex ea potest ex aduerso prætendi aliqua simulatio in præiudicium Quintilij; licèt enim Peregrinus fecerit Carcarasio cessionem scutorum centum quæ habuisse confessus est, & reuera non habuerit nisi triginta, declarat tamen in eius depositione quòd reliqua Carcarasio condonauit in recompensationem procuræ per ipsum factæ tam in suis causis, quàm etiam sui patris, & collegij cursorũ; quare intrat cõclusio non esse prohibitam nec punibilem simulationem, in qua quis fatetur debitum ex falsa causa si reuera erat debitor ex alia, Bald. *in l. si ex pretio, C. si cert. petat. & in l. si sub specie, C. de postulando.* Bart. *in l. 1. C. plus valere quod agitur.* Franc. Marc. *decision. 301. numero 2. versicul. nec obstat si dicatur, part. 1.* Mant. *de ambig. conuent. lib. 10. tit. 3. num. 16. & seqq.* præsertim quando de præiudicio tertij non agitur, prout hîc non agebatur de præiudicio querelantis qui pro subhastatione Casalis erat debitor, & obligatus in multo maiori summa.

Et cùm hæc condonatio fuerit facta à Peregrino cedente, contemplatione & intuitu Antonij eius lucrum vtilitati eiusdem Antonij cedere debebat, & non Quintilij, *l. seruo legato, §. si testator,* & ibi Bart. *ff. de legat. 1.* Roman. *in l. si cum dotem, num. 44. ff. solut. matrimon.* Curt. Iun. *consil. 93. num. 3.* 19

Verùm quòd Carcarasius, vt in querela exponitur, in computis datis Quintilio fecerit se satisfieri de maiori summa quàm scuta 30. non solùm non probatur pro parte querelantis, sed contrarium apertè deprehenditur ex computorum solidatione facta per Carcarasium, & Quintilium de anno 1607. in scutis 840. in quo enunciantur omnes partitę pecuniarum, in quibus Quintilius est debitor Carcarasij, quæ computa in pecunia exposita in subhastatione, de qua agitur, & in solido expresse & apertè docent pro eadem subhastatione non fuisse factum debitorem Quintilium, nisi in scutis 30. 20

Et hoc apparet falsum esse quòd pro prædicta subhastatione fuerint soluta à Carcarasio scuta 230. prout pretendit Quintilius, & notula expensarum ab ipso producta, quæ in hac parte oculari inspectione cognoscitur, non esse scriptam manu Carcarasij, cùm multum sit diuersa ab alijs partitis, diuersitas enim manus falsitatem arguit glos. *in cap. in memoriam, in verbo falsam, versic. idem dicitur falsa, quæ habet subscriptiones,* & ibi Turrecrem. *n. 4.* & Præpos. Mediolanen. *num. 9. distin. 19.* Goffred. *in summa de crim. fals. num. 10. versic. vel si non sit eadem manu completum,* Bald. *in l. contractus, numero 10. C. de fide instrumentorum.* 21

Vltra alias plures eiusdem falsitatis præsumtiones bene in facto deductas, ex quibus falsitatem concludere probari saltim ad effectum, vt prædictæ partitæ fides tollatur, certissimi iuris est. Dec. *consil. 189. num. 2. & 3.* Aym. *cons. 134. num. 26.* Curt. Iun. *cons. 166. num. 6.* Foller. *in pract. crim. in verbo, item quòd commisit falsitatem, num. 32.* Boss. *in titulo de part. supposit. num. 13. in fine, & numero 14.* 22

Addo & ex abundanti quòd prædicta notula, non est notula expensarum quas Carcarasius prætendit repetere à Quintilio, sed earum expensarũ quæ repetendæ erant à DD. Aduersariis de Fabiis tum ex rationibus deductis in ead. in informatione facti, tum etiam quia sic in dubio præsumendum est ad exclusionem delicti, Bart. *in l. fin. §. de illo, vers. quæro quando, ff. de bonis eorum qui mortem, &c.* Corn. *cons. 261. num. 15. lib. 4.* Iacob. Port. Imol. *consi. 95. num. 20.* 23

Quintum querelæ caput Marci Rinaldi qui dicit recognouisse bonam fidem scutorum 100. ad societatem officij habitorum à Laudinello cum fideiussione Carcarasij, & quòd nihilominus dicta scuta centum non ipse sed Carcarasius habuit per manus Petri Paradisi, tollitur ex eo quia negatur Carcarasium habuisse has pecunias, nec afficit depositio Paradisi, tum quia vnicus, & patitur exceptiones de quibus in facto, tum quia examinatus parte non citata, & non confortatus, quo casu non solùm non probat, sed nec etiam modicum facit indicium. *l. 2. ibi, nullius momenti.* vbi Abb. *numero 14.* Aret. *numero 1. in 1. notab. extrà de testib.* Crescent. *decis. 2. aliàs 264. rub. de testib.* tum & tertiò quia dicitur testis in causa propria cùm deponat alienas pecunias alteri dedisse de mandato domini earum, Bart. *in l. omnibus, num. 7. versi. ego feci te Procuratorem.* & ibi Salyc. *num. 6. versic. cui assentit Bart. C. de testibus.* Camp. *de testib. reg. 63. in 5. fallentia, vers. secus vellem.* Hippol. Riminald. *cons. 315. n. 5. & seq. lib. 3.* 24

Sed data veritate depositionis Paradisi qui dicit scuta 10. consignasse Carcarasio de ordine & voluntate Rinaldi, cessat omnis criminalitas, & Rinaldo competit ius ciuiliter agendi ad recuperationem, vt suprà probaui. Nec isto casu depositio à fisco pro parte tantùm 25

tantùm, sed debet in totum acceptari. *c.fraternitatis*, vbi gl.& Doct.*extrà de test.*Glos.*in auth.si index,C.de Episc. & Cler.& in l.si apud quem*, vbi Bar.& Ripa *num.23.C.de eden.*

26 Verùm omnis difficultas tollitur ex notula debitorum Rainaldi ipsius manu scripta, de qua in summario, *num.27.* ex quo clarè elicitur eundem Rainaldum facere se debitorem in dictis scutis 100. ipsius Landinelli: hæc autem confessio sic facta in scriptis plenè probat contra confitentem, Soc.*regul.64.in 2.fallen.*Cepol.*caut.63.*

27 Ad sextum caput societatis scutorum centum, quæ Carcarasius vti tutor Io. Mariæ Crimisini accepit ad societatem officij ab Angelo eius fratre quam fiscus nomine querelantis simulatam prætendit, sufficit dicere simulationem non præsumi, & allegariti eam incumbere probandi onus, Bald.*consi.356.num.1.lib.1.*Cepoll. *de simulat. contract.num.84.in fi.& num.85.*Caputaq.*decis.421.num.9. p.1.*Rot.diuers.*decis.209.num.2.part.2.*

28 Et cùm agatur de prætensa simulatione aduersùs publicum instrumentum, simulatio non præsumtionibus, sed concludentibus probationibus deducen. est. Franc. Becc. cum allegatis per eum *consi.53.num.4.libr.1.* Caputaq.*decis.421.num.3.* Et dato quòd sint admittendæ præsumtiones, vtique non omnes præsumtiones & coniecturæ sufficiunt, sed illæ tantùm quæ graues & vrgentes sint, vt per Ambros.de Vignate *in repetit.c.salubriter, num.11.versic.& quòd contractus, extrà de vsur.*Cephal.*consil.325. num.21.*Menoch.*de præsumt.lib.3.præsumt.122.n.5.* Mant. *de tacit.& ambig.conuentionis,lib.13.tit.35.num.10.*

28 At in casu nostro nullas protsus vrgere video simulationis coniecturas, nisi forsan ex aduerso eas prætendatur ex coniunctione inter Carcarasium, & eius fratrem, qui dedit pecunias, sed hæc præsumtio nimis debilis videtur, tum quia, vt experientia docet, etiam veræ societates officiorum, & alij quicunque similes contractus celebrantur inter fratres. Tum etiam quia vnica simulationis præsumtio, & præsertim remota, prout est præsumtio sanguinis, non sufficit ad reddendum contractum simulatum, Roland.*consi.47.num.30. libr.4.* Iacob. Port.Imolen.*consi.66.num.10.& consi.192.num.7.* Cardin. Tusch.*in verbo simulatio, concl.263.num.29.*

30 Cessat autem in proposita facti specie omnis dubitatio ex eo quòd in facto bene deducitur: Pecunia ad societatem officij accepta erogata fuit in vtilitatem Ioannis Mariæ Pupilli, & quatenus non sic in eius vtilitatem versa fuisset, certum est quòd Carcarasius non potuisset eam repetere, & sic instrumentum societatis sibi non profuisset, adeò quòd non video causam quare voluerit simulatam hanc societatem contrahere, & sic intrat conclusio quòd cessante causa simulationis omnis simulatio excluditur, etiam quòd plures adessent simulationis præsumtiones. Aart.*consi.63.num.4.in princ.& num.6.vers.quod puto verum.*Cepoll.*de simulat.contract.num.77.vers.& quam dixi.numer.89.* Boss.*in tit.de part.supposit.num.16.*Decian. *consi.67.num.6.lib.3.*

31 Dicere autem quòd iure non potuerit Carcarasius tanquam tutor accipere has pecunias ad societatem officij pro sui ipsius crediti satisfactione, est ciuilis prætensio, quia si hoc facere non potuit, in redditione computorum pecuniæ huiusmodi ipsi bonæ non fient.

32 Ad vltimum caput de prætenso pacto quotæ litis facto cum Ludouico Poreare quæ in facto deducuntur Carcarasij innocentiam docent, sed ne in euentum omnem longior sim, sufficiat dicere quòd societas officij scutorum 100. in qua est fundatum prætensum pactum quotæ litis facta ad fauorem Carcarasij fuit per eundem Cauarasium cassa per mensem antequam Ludouicus in Curia aurgi contra ipsum querelam porrigeret, quo casu per pœnitentiam re integra omnis cessat pœna. *l.si quis Aduocatorum*, ponderando verbum *permāserint, C.de postulan.*& ibi Cuman.*num.1.in 3.notab.*& Aretin.*num.3.*& dixi *in mea pract.crimin.quæst.106.num.54.& seq.*

A R G V M E N T V M.

Agitur in hoc consilio de probatione corporis delicti in prætenso sacrilegio, seu furto reliquiarum. Quid, & quantum in proposito probet fama publica, scriptura in Archiuio reperta, inscriptio in Ecclesia, Historiographorum assertio, & an isto casu sufficiāt probationes, & coniecturæ.

S V M M A R I V M.

Probatio non plena indiciis tantùm, & præsumtionibus coadiuuata admittitur in antiquis, num.1. & n.3.

Cadauera & ossa mortuorum postquam in sepultura recondita sunt videri non possunt, num.2.

Probatio coniecturalis præsumtionibus hominis vestita sufficit in his, quæ sunt difficilis probationis, num.2. 1.& num.4.

Probationes plures imperfectæ coniunguntur ad faciendam plenam probationem in his quæ sunt difficilis probationis, n.41. sed nunquid hoc habeat locū quandò criminaliter agitur, n.5.

Corpus delicti probatur per famem, n.6.

Fama in antiquis iunctis adminiculis facit plenam probationem, num.7.

Fama probatur per testes dicentes se ita public dici audiuisse, num.7.

Testes de vniuersitate admittuntur etiam in criminalibus in subsidium, & quando veritas aliter haberi nō potest, num.7.

Historiarum libri plenè probant, num.28. declara, vt numero 9.

Historiographis pluribus inter se contrariis, credendum est illis, cum quibus concurrit fama publica, & aliud adminiculum, n.9.

Testis falsus in remotis, & non pertinentibus ad causam, probat, num.9 ante finem.

Testibus pluribus inter se contrariis magis credendum est illis qui sunt magis informati, num.9. in fine.

Falsitas excluditur, data possibili veritate in contrariū, num.10.

Scriptura reperta in Archiuio inter alias publicas scripturas probat, etiam quòd non sit authentica, n.11.

Scriptura in Archiuio reperta an, & quando probet in criminalibus, num.12.

Argumentum ab vsu, & solito in iure validissimum est, num.13.

Inscriptiones quæ in Ecclesiis reperiuntur plenè probant id quod in inscriptione continetur, n.13.

Scriptura satis antiqua etiam quòd testibus careat, plenè probat, num.14.

Corpus delicti in crimine furti probatur ex fractura, n. 15. declara vt n.16.& 17.

Corpus delicti probatur ex relatione peritorum, numero 15.

C O N S I L I V M   C L X X X I X.



R o vetificatione corpotis delicti, seu sacrilegij commissi in furtando reliquias, agunt Domini Papienses de probando antiquam existentiam eorum in Ecclesia D.Ioannis in Burgo, in qua hodie hæc non reperiūtur, & ideirco probatio, quamuis non plena, sed indiciis & præsumtionibus coadiuuata, est admittenda, Gand.*in tract.de malef.tit.de præsumt.* 1

*sumt.num.6.versic. Aliud est not.dignum.*Franc.Becc.*cons.70.num.11.*Scacc.*in sua praxi in 1.part.cap.*3. *versic. & mihi quandoque.*

2 Nec non tractant de probatione actus, de sui natura difficilis probationis, nempe quòd in d. Ecclesia D.Ioannis in Burgo essent recondita corpora, & ussa dictorum Sanctorum, quòd cùm hæc à populo videri non potuerint, postquam perpetuæ sepulturæ tradita fuere, ad tex. *in c.corpora, de consecrat.distinct.*1.de quo per Ang. de Caluasio *in verbo, reliquia, num.* 1. per Tabien. *in eodem verbo, num.* 3.& Syluestrin.*num.* 3.& per prax. Neapolit.*in c.*71.*num.*1.*& infrà*, difficilis probationis reputatur, Menoch. *de arbitr.col.*116 *num.*1.*& seq.in q.*18.*num.*11.*lib.* 2.& per consequens sufficit probatio coniecturalis præsumtionibus hominis vestita, Bos.*in tit.de partu supposito, num.*33. Menoch.*d.q.*58.*n.*1.*&* 2.*ac num.*10.*&* 11.

3 Præterea hæc quæ sunt per DD. Papienses probanda, versantur circa factum antiquissimum, in quo non quidem exactæ probationes requiruntur, sed quæ ex indiciis & coniecturis colliguntur, Paris.*consi.*104.*n.*42.*&* 43.*lib.*1.Crauet.*de antiq.tempor.*1.*particula* 1.*p.principalis, n.*30.*&* 31.Menoch.*de arbitr.cas.*115.*num.*2.*&* 3.*& d.q.*57.*n.*17. Rot.diuers.*decis.*187.*n.*5.*part.*1.

4 Proinde dum ipsi Domini Papienses pro verificatione existentiæ prædictæ dicunt publicam vocem, & famam, ac fundant se ex libris historiarum Gualllæ, & Beneuentani scriptorum Papien. & ex scriptura in Archiuio reperta, nec non ex tabella in sacrario dictæ Ecclesiæ diui Angeli affixa, & demum ex vestigiis capsulæ repertis in loco, vbi dicta corpora fuisse recondita dicuntur, satis censentur eorum intentionem probasse, quoniam ex huiusmodi diuersis speciebus probationum, siue dicamus, quòd resultet vera probatio, vt voluit Aretin.*in c.p. causam, num.*34.& ibi Felyn.*num.*10.*de probat.*Bero.*in rub. de probat.num.*18.cum quibus transit Menoch.*q.*39.*num.*18.*lib.*1.*de præsumt.* siue quòd oriatur præsumtiua quædam probatio, quemadmodum asseruit Bald.*in d.rubr.de probat.num.*3.*in fi.*& alijquamplures *in d. rubr.* quos allegat Menoch.*in d.q.*39.*n.*1.*& seq.*semper verum est, quod dicitur constare de existentia dictorum corporum, ex quo, vt superiùs fuit deductum, etiam præsumtiua probatio hoc casu sufficit.

5 Non obstante, quòd forsan dicatur causam hanc criminaliter agitari, & idcirco non posse iungi dictas probationes ad faciendam plenam probationem, Anton. Gabriel *in tit.de probat.conclusi.*1.*num.* 23. quia cùm hodie agatur ad effectum verificandi corpus delicti, & ad hoc vt procedi possit contra sacrilegos. Immo secundùm veram Doctorum sententiam licitum est facere dictam iunctionem probationum. Felyn.*in cap.veniens il* 1.*num.* 15.*de testib.* Cepoll. *consil. crim.*32 *numero* 16. Grammat. *consil.crim.*3.*numero* 6. Anton.Gab. *d.conclus.*1. *numero* 27. *&* 28.Menoch.*quæst.*40.*num.*9.*lib.* 1.*de præsum.* Vlterius, quia non procedunt scripta per Gabr. vel quando plures præsumtiones concurrunt, Aretin.*in cap.veniens, num.*17. *de testib.*Bal.*in l.si quis ex argentariis,*§.1.*numer.* 4.*ff.de eden.* idem Menoch. *d. præsumt. num.* 11. vel quando sumus in his, quæ sunt difficilis probationis, Alex.*cons.*24.*num.* 42. *lib.*2.Anton. Gabr. *d.concl.* 1.*num.* 30.Menoch. vbi suprà *num.* 13. & ideo cùm pro verificatione dictæ existentiæ, nedum sint aliquæ, sed plures & plures præsumtiones, ac cùm versemur in his, quæ sunt difficilis probationis, absque dubio facienda est dicta coniunctio, & propterea concludendum est, quòd ex prædictis omnibus sit verificatum corpus huius delicti, siue existentia reliquiarum dictorum Sanctorum.

6 Præsertim quia etiã vnumquodq; ex adductis ad probandam dictam existẽtiam de per se est sufficiẽs ad eam iustificandam: nam fama, quando agitur de verificatione corporis delicti, quod nõ reperitur, satis est ad probandã existentiam, seu verificationem, ad effectum vt procedi posset contra imputatum de delicto, quemadmodũ tradit Aug.ad Ang.*de malef.in ver.fama publica, num.*18.Marsil. *in pract.crim.*§.*postquam, n.*6.Ant.Gabr.*tit.de malef.concl.*17.*num.*11.Masc.*de probat.concl.* 304.*num.*4. Baiar.ad Clar. *in quæst.*4.*num.*4.Scac.*in sua praxi c.*71.*num.*7.*versic.si verò.* Bol. *in pract.crim.in verbo, capiat informationes. num.*4.*&* 5. quod iunctis adminiculis in antiquis, seu in his quæ sunt difficilis probationis nullam recipit difficultatem. Herculan. *in tract. de negatiua, num.*309.*&* 311. Gram. *decis.*41.*num.*12.Mandos.*ad cons.Rom.*76.*sub num.*6.*in lit. L.* Menoch. *præsumt.* 90.*num.*12.*lib.*5.Farinac.*quæst.*47.*n.*9.

Nec aliquid facit quòd fama huiusmodi non sit formiter probata, & quòd testes qui de ea deponunt sint Papienses, quia secundùm communem obseruantiam ad probationem famæ hodie sufficit, quòd testes deponant publicè audiuisse id quod deponunt, Paris.*cons.*52.*in fi.lib.*3.Alex.*consil.*102.*n.*17.*lib.*3. Cassad.*decis.*3.*n.*7.*tit. de probat.*Ferret.*cons.*168.*post num.*19. Clar.*in* §.*fi.q.*6.*ver.debent, in fi.*Caputaq. *decis.*7.*p.*2.Gram. *Theor.*12.*num.*6. & quia etiam in criminalibus testes de vniuersitate in subsidium, & quando aliter veritas haberi non potest, admittuntur contra extraneum accusatum, Anton.de Butr. *in cap.cùm Nuntius, num.*4. & ibi Anchar. *num.*3.*de testib.* Campeg. *de testibus, reg.* 99.*in* 6. *fallen.* Mascar. *de probat. concl.* 295. *num.* 15. Farinac.*q.*60.*num.*515.quòd quando testes vniuersitatis sunt plures numero, tenuit Rota in Narnien. confinium coram Coccino 10. Decembris 1603. 7

Rursus libri historiarum Iacobi Gualllæ, & Stephani Beneuentani, in quibus reperitur annotatum quòd corpora horum Sanctorum reperiebantur in Ecclesia D. Ioannis in Burgo recondita, probant dictam existentiam, quia communis est omnium scribentium conclusio, quòd huiusmodi libris sit plena fides adhibenda, sicuti patet ex Bart. Alexan. Dec. Rip. & aliis *in l.* 1. *ff.si cert. pe.* quos omnes allegat ibi Cagnol. *numero* 167. Mascard. *de probat.conclusio.*287. *num.*1.*& infrà*, Roland. *consil.*2.*num.*60.*lib.*1. 8

A quibus non est recedendum, ex eo quia dicatur eorum dicta non fuisse longissimo tempore pro veridicis habita, imò discrepare a scriptoribus maioris autoritatis, ad trad per Mascar.*d.concl.* 287.*num.*11.*& n* 4. Quandoquidem quòd eorum dicta fuerint in præmissis longo tempore pro veris recepta, satis probat fama illa publica, quæ cum eis concurrit, scriptura in archiuio reperta, tabella Sacrarij, & alia ad comprobandum dictam existentiam deducta, ex quo inde resultat quædam obseruantia narratorum à dictis Historiographis, quæ facit, vt fides eorum scriptis sit adhibenda, Bald. *in consilio* 402.*in fine libro* 1. Crauet. *consilio* 101. *numero* 4. Simon de Præt. *consilio* 40. Ioseph. Ludouic. *conclus.*38.*illat.* 117. *fol.* 90. & in instrumento seu scriptura aliàs informi tenuit Rota in Sorana beneficiorum 22. Maij 1587. Coram Orano, & hinc quoque sequitur, quòd licèt dicti scriptores inter se in aliquibus discrepent, & quòd vtrumque reprehendat Spelta alius scriptor Papiensis, non sit ob id detrahendum eorum auctoritati, tum quia hoc est commune vitium scriptorum, vt quilibet circa historias versatus optimè nouit, & nihil eis communiter creditur, tum quia, cùm isti sint plures numero, potius eis, quàm vni soli est standum, Purpur. *in d.l.*1.*ff.si cert.petat.num.* 116. Mascard. *d.concl.* 187.*num.* 3. & quia non sunt isti discordes respectu existentiæ dictarum reliquiarum, sed in aliis ad hoc non pertinentibus, & huiusmodi existentiam non excludentibus, sed penitus remotis, & extraneis, atque propterea non tollit hæc discordia fidem dictarum historiarum, vt in fortioribus terminis, nempe de teste conuicto de falso in remotis, & non pertinentibus ad causam, siquidem quod probet astruit, Felyn.*in cap.fraternitatis, numero* 13.& ibi Abb. *numero* 4.*de hæret.* Curt. *de testib.conclusio.* 5.*numero* 16.Boss.*in tit.de falsis, numero* 147.Riminald.Iun.*consil.*286.*numero* 3.*&* 4.& alij communiter citati per Farinac. *quæstion.* 67. *numero* 168.& per consequens illis quamuis ciuibus Papiensibus vti melius, quàm extraneis de his informatis est omnino credendum, Decian.*consi.*21.*n.*29.*lib.*1.& in puncto de testi- 9

bus

bus vniuersitatis testatur Felyn. *in e. ep. insuper, num. 3. versicul. sed intellige, de testibus.* Aufrer. *de testibus, numer.* 91. Menoch. *de arbitrar. cas.* 106. *numero* 10. fuit dictum in illa Nannen. confinium 10. Decembris 1603. coram R. P. D. Coccino.

10 Non obstant, quòd videantur destrui eorum dicta ex sacra Scriptura, testante prædictos Sanctos in Asia obiisse, quia cùm multa corpora Sanctorum, qui variis in locis moriere & sepulti fuere, fuerunt ad diuersas nationes postmodum translata, non inde fit probatio concludens, & talis quæ reddat falsam historiam prædictam, cùm data possibili veritate in contrarium falsitas excludatur, Boss. *in tit. de falsis, num.* 137. Bertaz. *consil.* 194. *num.* 13. *lib.* 1.

11 Scriptura quoque illa in Archiuio reperta testificans de existentia dictorum corporum in eadem Ecclesia diui Ioannis absque dubio eam probat, cùm regulariter scripturæ etiam non autori Rotæ repertæ in Archiuio inter alias scripturas publicas probent. Petr. Bellapert. *in l. comparationes, sub num.* 11. *& num.* 18. *C. de fid. instrument.* Bart. *in auth. & si contr. actus, num.* 4. *versicul. ex hoc sequitur, C. de fid. instrum.* Alban. *consil.* 34. *num.* 13. Practica Papien. *in forma produl. instrum. in glos. exhibens, sub numero* 12. *versicul.* 5. *illa scriptura.* latè Scacc. *in* 2. *par. sua praxis capitul.* 11. *num.* 756. *& seqq.* Ant. Gabr. *in tit. de probat. conclus.* 5. *numero* 1. *& seq.*

12 Quibus non obstat, quòd simus in causa criminali, in qua scriptura in Archiuio reperta, secundùm scripta per Mascard. *de probat. conclus. part.* 973. *num.* 54. non probat, quoniam quicquid sit quando agitur de probando directè delictum ad effectum condemnandi, vt verè loquuntur omnes allegati per Mascard. sicuti ex eorum lectura apparet, & prout sic eos intelligit, & refert Anton. Gabriel *in dict. conclus.* 4. *num.* 15. *de probat.* in casu isto, in quo in præsentiarùm non agitur nisi vt constet de corpore delicti ad effectum, vt procedi possit ad vlteriora in causa pro recuperatione dictorum corporum ablatorum, & sic principaliter pro interesse ciuili non applicantur scripta per Mascard. ex quo in his, & ad hunc effectum lex contentatur probationibus etiam priuilegiatis, de quibus respectu condemnationis non contentatur, iuxta distinctionem Felyn. *in cap. veniens il primo, num.* 15. *de testib.* Gram. *consil. crim.* 3. *num.* 6. Menoch. *præsumt.* 40. *num.* 9. *lib.* 1. *de præsumt.* Gabr. *tit. de probat. concl.* 1. *num.* 27. *&* 28. maximè quia & concurrunt quamplures aliæ præsumtiones, & adminicula, ac sumus in his, quæ difficilis sunt probationis, quòd in præmissis admodum esse considerandum patet ex his quæ superiùs dicta fuere circa coniunctionem probationum, quocirca cùm agatur de delicto perpetrato in ciuitate ipsa Papien. quibus etiamsi illi, qui illud perpetrarunt, sint exteri, forum sortiuntur, *l.* 1. *Cod. vbi de crimine agi oporteat, leg.* 1. *C. de iurisd. omn. iud.* Farinac. *q.* 7. *num.* 1. non est vis facienda in controuersia illa, an siquidem scriptura Archiuij probet extra territorium, sed absque dubio concludendum est, quòd scriptura in d. Archiuio reperta mirum in modum suffragetur existentiæ dictarum reliquiarum, de qua solummodo hodie agitur.

13 Vlterius tabella affixa in sacrario dictæ Ecclesiæ faciens mentionem, quòd corpora dictorum Sanctorum ibi recondita erant, & pariter comprobat omnia superiùs deducta, vel quia hæc vti quidam index earum quæ rubricà dicuntur, nempe quòd ex ea multoties arguere etiam licet ad decisionem causarũ, ad rubr. *C. ne Christian. mancipium, & in tit. de capt. ciu. cons. eximen. libr.* 11. quos in proposito allegant, & sequuntur communiter scribentes *in l.* 1. *ff. si cert. petat.* & signanter ibi Ripa *num....* & Cagnol. *num.* 25. *& seqq.* & alij quos allegat Mascard. *de probat. concl.* 1284. *num.* 1. *& sequent.* vel quia saltem attento communi vsu totius Christianæ Reipublicæ, & præcipuè vrbis Romæ, quam cæteræ inferiores Ecclesiæ sequi debent, *c. fin.* 11. *distinct.* Federic. de Senis *cons.* 152. *numer.* 2. Car. Tusc. *in litera R. concl.* 263. *n.* 4. consuetum fuit in Ecclesiis vbi reperiuntur reliquiæ apponere huiusmodi tabellas certiorantes de existentia earum, & populum inuitantes ad illas venerandum, vt decet. Namq; arguẽdo ab huiusmodi vsu, & solito, quod in iure admittitur. Crauett. *de antiquit. tempor. par.* 4. *numer.* 229. *& consilio* 40. *numero* 3. Castren. *consilio* 283. *numero* 3. *lib.* 1. Euerard. *in loco à communibus accidentibus, num.* 1. *& sequen.* Cardinal. Tusch. *in litera A, conclus.* 495. *numero* 1. *& infrà.* concludendum est ex dicta tabella admodum iustificari existẽtiam dictorum corporum, prout per Illustriss. Baronium & alios scriptores Historiarum Ecclesiæ in probando translationem corporum Sanctorum, argumẽtum sumtum fuisse ex tabellis, & inscriptionibus, quæ reperiũtur in Ecclesiis, latè demõstrat Canonicus ille Papien. in suo libello, quem super hac eadem causa composuit *in §.* 34. *numero* 4. *& sequen.* cuius dicta omnino sunt sequenda, & amplectenda.

Præcipuè, quia tabella prædicta est satis antiqua, quo in casu licèt careat testibus, & non sit publica, facit semiplenam probationem, Dec. *in capitulo cùm causam, numero* 19. *de probat.* Ias. *consilio* 166. *numero* 2. *libro* 4. Felyn. *in capitulo* 2. *numero* 10. *de fid. instrument.* Mascard. *d. conclus.* 1294. *numero* 1. nec non, & quia vltra superiùs deducta reperitur suffulta ex celebratione officij duplicis, & cantu Antiphonæ dictorum Sanctorum in diebus quibus eorum festiuitas celebrari in dicta Ecclesia solita fuit, quandoquidem hæc omisso ordine Breuiarij Romani fieri non poterant, nisi ibidem corpora dictorum Sanctorum vel aliquæ nobiles reliquiæ illorum requiescerent, quemadmodum sanctissimus ille Gregorius felicis record. Papa XIII. sub die 30. Decembris per eius breue quoad Ecclesias Hispaniæ decreuit, & declarauit, de quo meminit per illud referens Praxis Neapolitana sub capitulo 80. in annotationibus, quæ propterea, quia hæc declaratio facit ius, quoad omnes Ecclesias, ad tex. *in l. si. C. de legib.* Indubitanter asseuerandum est etiam ex prædicta tabella, iuncta dicta celebratione officij probatam esse dictam existentiam. 14

Concurrentibus denique vestigiis capsulæ in loco, in quo enunciatum fuit fuisse recondita dicta corpora, repertis, quoniam ex his probari corpus delicti in furto omnes communiter asserunt, prout constat ex trad. per Dec. *in cons.* 474. *num.* 12. Grat. *cons.* 94. *n.* 13. *libr.* 2. Grammat. *cons. crim.* 17. *num.* 1. Roland. *cons.* 51. *num.* 17. *lib.* 1. Vulpell. *cons.* 247. *numero* 7. Mascard. *de probat. conclus.* 830. *num.* 8. Farinac. *quæst.* 2. *num.* 29. maximè quia sunt dicta vestigia comprobata ex relatione peritorũ, quibus omnino standum, ad scripta per Mascard. *de probat. conclus.* 1034. *n.* 1. *& seq.* per Pacian. *de probat. c.* 47. *lib.* 1. *n.* 10. & infrà, & per Farin. *q.* 127. *num.* 102. 15

Non obstante, quòd hæc soleant interpretari dummodo constet rem furatam fuisse in loco in quo remanserunt vestigia furti, quemadmodum declarat Farinac. *in d. q.* 2. *numero* 19. *vers. ideo, &c.* quia ex superiùs deductis satis potest dici constare quòd reliquiæ de quibus agitur, erant in loco in quo vestigia reperta fuere, & quia allegata per Farinac. & alios procedunt quando agitur de condemnando inquisitos de furto, non autem ad effectum procedendi in causa ipsius furti, & sic quoad verificationem corporis delicti respectu processus inde fiendi, vt ipsemet Farinac. *ibidem in fine d. numero* 19. declarat. 16

Vltra quod in præmissis sat est, quòd verificetur quòd locus, à quo dicitur res furto subtracta, sit talis in quo similia recondi soleant, absque eo quòd probetur de vera existentia rei furatæ in ipso, sicut aduertit Gratus *in d. cons.* 94. *numero* 28. *& in cons.* 97. *num.* 7. *lib* 2. & post eum Menoch. *præsumt.* 61. *numero* 27. 28. *lib.* 6. vnde cùm nulli dubium sit, quòd in similibus capsis subtus terram reconditis solent custodiri & conseruari corpora, & reliquiæ Sanctorum, apertè sequitur quòd ex antedictis vestigiis capsulæ, sit probata dicta existentia, vt de ea nequaquam sit dubitandum, quemadmodum comprobarunt Domini scriptores Papienses, & præsertim I. P. Flauius tortus, quorum dicta alioquin doctissima in omnibus, & per omnia sunt amplectanda. Quare, &c. 17

Antonius Portius Aduocatus.

ARGV

ARGVMENTVM.

Adulterium quando dicatur notorium ad effectum, vt propria auctoritate vxor possit diuertere à viro, eàque sic diuersa, & separata nunquid iudex laicus sit competens in causa restitutionis dotis, & quid si vir rem habet non cum coniugata, sed cum soluta.

SVMMARIVM.

Notorium facti permanentis, & per rei euidentiam est illud quod hominum oculis absque alio instrumento quotidie exhibetur, num 2.

Notorium iuris est probatio finita per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso siue aliàs notorio à iure sumtaa, pprobata, ficta vel præsumta, numero 3.

Notorium iuris inducitur per propriam confessionem, n. 3. 4 & 7. & n. 8. vbi hoc ampliatur. etiam quòd confessio emananerit in iudicio summario.

Adulterium manifestum, & notorium dicitur probatum eo ipso, quòd ex adulterio quis filios habet, n. 5.

Adulterium manifestum probatur ex cohabitatione adulteri cum adultera, num 6.

Confessio etiam incidenter facta inducit notorium. n 9.

Vxor potest propria auctoritate, & sine iudicis sentētia, aut declaratione diuertere, & se à viro separare, quādo viri adulterium notorium est n. 10. & seqq.

Separatio tori conceditur propter adulterium viri, sicut propter adulterium vxoris, num. 11.

Vxor potest tori separationem petere non solum, quando vir rem habet cum aliqua coniugata sed etiam si se immisceat cum soluta, n. 21. & 29 & seqq.

Tori separatione facta ab vxore propria auctoritate propter notorium viri adulterium iudex secularis potest cogere maritum adulterum ad restituendum dotem, n. 16. & seqq.

Iudex laicus non potest vllo pacto se intromittere in causa separationis tori, n 16.

Vxor propter viri adulterium recuperat dotem & donationem propter nuptias, n. 17. quod procedit tam de iure ciuili quàm de iure Canonico, n. 18.

Diuortij causa pertinet ad iudicem ecclesiasticum, & nō ad iudicem secularem, n. 20. etiam quòd in ea accessoriè de dote restituenda agatur, n. 21.

Dotis restituendæ causa vbi tamen de matrimonio non cognoscitur, nec de tori separatione, spectat ad iudicē secularem, n 22. & seqq.

Iudex laicus potest cognoscere incidenter ad repellendū exceptionem quando agitur de matrimonio & quæstio non est iuris sed facti, n. 24.

Iudex secularis potest cognoscere de adulterio, quod de iure ciuili punibile est, n. 35.

Adulterij causæ mixti fori est, n. 25.

Adulterium dicitur cōmitti à viro vxorato rem habēte cum soluta, n. 29. & seq. & non solùm de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, n 30. & 34. & seqq. declara hoc procedere ad effectum separationis tori, & restitutionis dotis, non autem ad effectum puniendi virum criminaliter, n. 35.

Ius canonicum seruandum est in casibus non decisis à iure ciuili, n. 36.

CONSILIVM CXC.

TOTA difficultas huius negotij ad tria capita principalia reducitur, quæ ita inter se sunt connexa, vt vnius decisio ex alterius determinatione inferenda sit. Primum itaque caput huius difficultatis in eo consistit: num scilicet adulterium commissum à Comite Hieronymo marito Comitissæ Liuiæ, ita sit publicum, ac notorium, vt nulla prorsus possit tergiuersatione celari. Secundum, stante huiusmodi notorietate, an potuerit Comitissa Liuia eius vxor diuertere à Comite eius viro, à domo sua discedere, seorsim manere, & tandem propria autoritate diuortium facere, nulla iudicis ecclesiastici sententia expectata. Et demum admissa supradicta adulterij notorietate, & postmodum separatione prædicta, num possit iudex laicus procedere ad dotis restitutionem eidem Comitissæ Liuiæ, iam à viro suo separatæ faciendam. 1

Quod attinet ad primum caput, inprimis animaduertendum est, notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari, duplici modo contingere posse, vno quidem modo, vt vocetur notorium facti permanentis, siue per rei euidentiam, illud est, quod in se nimirum euidentiam habet, scilicet, vt factum, quod taliter notorium se exhibeat quotidie oculis hominum, adeò vt aliquo alio instrumento non egeat. Nempe quòd quis detineatur in carceribus hominum oculis patentibus, notorium facti permanentis est, & per rei euidentiam, de quo notorio loquens Bald. *in auth. quod l. cum in 6. q. C. de collat.* dixit huiusmodi notorium esse quod omnes continuò videre possunt. De quo etiam notorio tradunt Ias. *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cog.* Specul. *de notor. crimin. §. iam de no orio, num.* 10. & optimè Mascard. *de probat. concl.* 1106 *num.* 13. 2

Notorium autem iuris, secundùm Ant de butr. *in tract. de notor. n.* 15. & Mascard. *concl.* 1107. *num.* 1. est probatio finita, per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso, siue aliàs notorio à iure sumta, approbata, ficta, vel præsumta. Ex quo infert idem Mascar. *ibidē n.* 2. notorium iuris induci per propriam confessionem, ex mente glossæ *in c. vestra, de cohabit. cleric. & mulier.* Bald. *in l. à procedente, C. de dilat.* Gram. *decis.* 46. *n.* 10. & nonnullorum, quos ipse citat; & hoc idem comprobatur per *c. cum olim, de verbor signif.* vbi æquiparantur confessio, & rei euidentia, atque hoc idem dicendum esse de confessione facta apud acta, satis fusè probat Mascard. *loco citato*, ad hoc autem, vt illud sit notorium, quod nulla possit tergiuersatione celari, sufficit vt altero ex dictis modis sit notorium, & ex eisdem præcitatis Doctoribus satis apertè patet. 3

Hoc sic stante, dicendum est in casu nostro, præfatum adulterium Comitis Hieronymi esse quidem adeò notorium, vt nulla possit prorsus tergiuersatione celari, sitq; pro vtroque modo notorium, tum scilicet facti permanentis, & per rei euidentiam, quā notorium iuris. Et primò, quòd tale adulterium sit notorium facti permanentis, & per rei euidentiam, constat potissimum ex confessione eiusdem Comitis coram Secretario Senatus, qui de mandato Principis alloquutus est mulierem à Comite detentam domi in puerperio degente corā eodem Comite, & fidem fecit de confessione citata, q; de infantulo ibi præsente ex vtroq; progenito. ac insuper ex eo etiam maximè constat: nā infantulus ipse corā omniū hominū oculis adhuc cōmunè domi eiusdē Comitis lactatur, educatur, custoditur, & publicè ab ipso vt filius reputatur. 4

Atque huic rei non parum adminiculatur attestatio, & fides Parochi ex libro baptismatis eiusdē infantis extracta, qui hunc infantulum baptizasse testatur, filiū naturalē Comitis Hieronymi Moroni, & Hippolytæ Martignonæ (quę erat mulier illa ab ipso domi suę retēta) natū die 28. mensis Iulij 1611. cum compatre & cōmatre, & quidem, quòd omnia hæc faciant notorium facti permanentis, siue per rei euidentiam, quòd nulla prorsus tergiuersatione celari possit, omnium ferè Doctorum 5

cater

cæterua confirmat, inter quos præcipui sunt Innoc. *in c. significasti, in princ. de diuort.* qui loquendo in terminis de notorio facti actu permanentis dicit esse cùm filij maneant, qui reddunt notoriam incontinentiam, *& in eodem cap. significasti*, Zabar. *in fin.* Abb *num.* 4. Host. *numer.* 1. Io. Aud. *num.* 3. Anchar. *n.* 1. *in fi. in* 2. *notab.* Ant. de Butr. *n.* 8. item glos. *in cap. pen. de adult. in verb. euidentiam*, vbi explicans adulterium publicum, & notorium exemplificat, vt quia filium ex adulterio susceptum habet testem, & Farinac. *de delict. carn. q.* 143. §. *notorium, num.* 57. quibus addo Corset. ad Abb. *in suo repert. versic. adulterium manifestum*, & Viu. *decis.* 241. *n.* 11. qui etiam dicunt talé notorium per confessionem, & tandem Thom. Sanch. *de matrim. libr.* 10. *tit. de diuor. disput.* 12. *num.* 13. *&* 26. qui hoc idem pluribus confirmat.

6 Adde etiam quòd habitatin cum dicta muliere, ex qua habuit filium adulterinum, adhuc inducit tale notoriũ, vt tradit Socin. iun. *consi.* 32. *num.* 17. *&* 10. *vol.* 2. & vlterius dictus Comes Hieronymus, ex quo natus est dictus filius, de hoc facto literas scripserit quamplurimis Principibus, ac Primariis viris, quod postea fecisse asserit, vt liberaretur ab onere probandi filiationem.

7 Secundò quòd supradictum adulterium adhuc sit notorium iuris, probatur. Nam cùm notorium iuris, vt suprà dictum est, inducatur per propriam cõfessionem, etiam in casu nostro adest propria confessio eiusdem Comitis Hieronymi, de qua confessione satis constat ex relatione facta suæ Excellentiæ per Secretarium Senat. Excellentiss. Dominum Besutium, qui cùm ad dictam mulierem, domi eiusdem Comitis retentam ex ordine suæ Excellentiæ accessisset, & ipsam ad præsentiam eiusdem Comitis interrogasset, ambo tunc fatentur, quòd ille infantulus, quem tunc dicta mulier in proprio cubili lactabat, natus erat ex ea, & præfato Comite Hieronymo, ita etiam ipso Comite annuente, & affirmante ex quo talem confessionem inducere adulterium notorium iuris notorietate communiter asserunt omnes Doctores, & præcipuè gloss. *in d. c. penult. de adulter. in verbo, confessionem.* Innoc. *in d. c. significasti, de diuort. & in eodem c.* Ant. & Abb. *num.* 4. & Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuortio disput.* 12. *q.* 2. *num.* 13. *&* 26. & Farinac. satis eruditè *de delict. carnis q.* 143. *num.* 58.

8 Quòd si fortasse aliquis diceret supradictam confessionem non propriè inducere iuris notorium, cùm extraiudicialis sit, tamen admisso hoc, & non concesso, quamuis destrueretur iuris notorium, adhuc effugere non possumus, quin remaneat aliud notorium facti permanentis, & per rei euidentiam, quod est maius notorium, vt iam dictum est, quod satis supérque sufficeret: sed adhuc ne videamur fugere difficultatem respondeo supradictam confessionem non esse omnino extraiudicialem. Nam talis confessio facta fuit coram Secretario Senatus ex mandato Principis qui summariè voluit hoc in negotio prouidere, & licèt non adhibita fuerit tela iudiciaria, tamen non propter hoc sequitur, quòd non sit notorium iuris ex propria confessione coosurgens. Nam confessio, siue fiat in iudicio pleno, siue in iudicio summario, & absque tela iudiciaria: adhuc iuris notorium inducit, cùm talis confessio ad inducendum notorium iuris non requirat ad sui essentiam telam iudiciariam, sed potest etiam fieri ex abrupto, vt optimè & satis eruditè tradit Mascar. *de probat. conclus.* 1107. *num.* 3. atque multorum Doctorum autoritatibus comprobat, qui etiam extendit casum de confessione facta in iudicio nullo.

9 Et rursus, etsi penitus labefactandam qualitatem, & rationem huius notorij iuris denuo quis obiiceret, quòd supradicta confessio, quamuis sit facta absque sola iudiciaria, tamen non fuit facta ex intento, cùm fortasse Secretarius prædictus ex alia causa eò se contulerit, non autem vt reciperet talem confessionem, quæ dum facta fuit, fortasse incidenter hoc euenit; tamen adhuc respondetur, quòd hoc gratis dicitur: sed adhuc dato, & non concesso, quod obiicitur, dico, quòd quamuis talis confessio sit incidenter facta, adhuc inducit iuris notorium, vt per Mascar. in terminis loco præcitato *n.* 4. qui ampliat supradictum casum siue confessio fiat principaliter, siue incidenter.

Patinac. Conf. crim. lib. 2...

10 Ex supradictis consequenter sequitur determinatio secundi capitis: nam scilicet admisso iam supradicto adulterio adeò notorio, vt nulla possit tergiuersatione celari, potuerit Comitissa Liuia vxor propria auctoritate diuortium facere, & separare se à Comite Hieronymo suo viro, nulla iudicis ecclesiastici sententia expectata, atque Primò supponendum est, antequam aliquid determinetur in facto omnino & verè notorio, quòd nulla potest tergiuersatione celari, vt est in casu nostro, nullam exigi declaratoriam, vt tradit Didac. *in c. alma mater, de senten. excom. in* 6. *num.* 9. & Mascard. *de probat. conclus.* 1106. *num.* 2. atque in tali notorio ordo est, non seruare ordinem, sed exequutiuè, & absque vlla declaratione procedendum est, sic ait Grammat. *decis.* 36. *numero* 57. & confirmat Card. Tusch. *tom.* 5. *litera N, conclus.* 107. *num.* 2. *&* 32. & Roland. à Vall. *in consi.* 99. *num.* 14. *vol.* 1. & Siluan. *cons.* 96. *num.* 15. *vol.* 2. Imò tale notorium habere vim sententiæ, nec aliam sententiam requirere, tradit Surd. *consil.* 311. *num.* 37. *vol.* 3. & Natt. *consil.* 138. *num.* 3. *vol.* 1.

11 Secundò supponendum est, parem esse conditionem viri, ac mulieris in adulterio. Ex quo sicuti potest vir expellere vxorem fornicariam, & dimittere propter adulterium, sic pariter, & vxor propter viri fornicationem, & adulterium adhuc separari potest à marito, cùm vir & vxor hac in re non debeant ad imparia iudicari, adeò vt omnia huiusmodi statuta de vxore procedant etiam in viro, vt habetur *cap.* 2. *de diuor.* & ibi glos. *verb. in viris*, & Anch. *num.* 5. Ant. de Butr. *num.* 4. Car. Zabar. *num.* 2. Osasc. *decis.* 119. *num* 4. Syluestrin. *in verbo Diuortium, num.* 1. Rolan. à Valle *cons.* 50. *vol.* 1. Alber. *in suo dictionario, verbo diuortium, versi. an vir, & vxor*, Armilla *verbo Diuortium, num.* 1. *in fi.* Corset. ad Abb. *in suo reper. versi. si propter adulterium*, Syntagm. *com. op. tit. de affinit. loc.* 3 c. 74. *ver. declaratur, tom.* 1. Bursat. *cons.* 218. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 1. vbi iure discutrit quòd à pari & eiusdem conditionis censentur in omnibus ciuiliter agendo vir, & vxor, maximè in materia separationis tori, idcirco ita ob viri, sicuti ob mulieris fornicationem separatio fieri potest. Imò addit virum grauius delinquere, quàm mulierem, si aliam, quàm vxorem carnaliter cognoscat, cùm virtute vincere & exemplo regere vxores, mariti regulariter teneantur, ex quo optimè concludit posse vxorem à viro discedere, etiamsi cum meretrice fornicatus sit: Viuius *com. opin. lib.* 2. *litera M. ver. Mulier non potest agere*, Paris. *consil.* 54. *numero* 42. *libro* 4. Clar. *in pract.* §. *adulterium, numero* 13. *vers. scias*, & ibi Baiar. *num.* 89. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuor. disput.* 3. *numero* 1. *vsque ad numer.* 10. & demum Farinac. *de delict. carnis quæst.* 143. §. *adulterium, numero* 22. & probatur præcipuè hoc suppositum *ex cap. Apostolus*, 32. *quæst.* 7. & ibi Glosa.

12 Tertiò pro certo supponendum est, vxorem non solùm posse separari à viro propter adulterium mariti, si aliam nuptam cognouerit, sed etiam propter fornicationem commissam cum soluta, vt latè Bursat. *consil.* 218. *num.* 14. *& seqq.* vbi pluribus confirmat hoc dictum, & dicit esse commune, & etiam Paris. *consil.* 54. *num.* 43. Baiard. ad Clar. §. *adulterium, num.* 85. *&* 95. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 142. *part.* 1. *num.* 37. *& quæst.* 143. *num.* 24.

13 His omnibus iam suppositis, dicendum est, quòd stante notorietate prædicti adulterij commissi à Comite Hieronymo, adeò quòd hoc notorium nulla possit tergiuersatione celari, potuit de facto dicta Comitissa Liuia eius vxor diuertere, & discedere à Comite præfato viro suo adultero, propria auctoritate, & nunc de facto separatim manere, minimè expectata iudicis ecclesiastici sententia; ita vt nulla alia sententia indigeat ad faciendam hanc separationem; nec competat præfato Co-

ARGVMENTVM.

Adulterium quando dicatur notorium ad effectum, vt propria auctoritate vxor possit diuertere à viro, eáque sic diuersa, & separata nunquid iudex laicus sit competens in causa restitutionis dotis, & quid si vir rem habet non cum coniugata, sed cum soluta.

SVMMARIVM.

Notorium facti permanentis, & per rei euidentiam est illud quod hominum oculis absque alio instrumento quotidie exhibetur, num 2.

Notorium iuris est probatio finita per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso siue aliàs notorio à iure sumta, approbata, ficta vel præsumta, numero 3.

Notorium iuris inducitur per propriam confessionem, n. 3. 4 & 7. & n. 8. vbi hoc ampliatur, etiam quòd confessio emanauerit in iudicio summario.

Adulterium manifestum, & notorium dicitur probatum eo ipso, quòd ex adulterio quis filios habet, n. 5.

Adulterium manifestum probatur ex cohabitatione adulteri cum adultera, num 6.

Confessio etiam incidenter facta inducit notorium. n 9.

Vxor potest propria auctoritate, & sine iudicis sententia, aut declaratione diuertere, & se à viro separare, quando viri adulterium notorium est n. 10. & seqq.

Separatio tori conceditur propter adulterium viri, sicut propter adulterium vxoris, num. 11.

Vxor potest tori separationem petere non solum, quando vir rem habet cum aliqua coniugata, sed etiam si se immiscuit cum soluta, n. 21. & 29. & seqq.

Tori separatione facta ab vxore propria auctoritate propter notorium viri adulterium iudex secularis potest cogere maritum adulterum ad restituendum dotem, n. 16. & seqq.

Iudex laicus non potest vllo pacto se intromittere in causa separationis tori, n 16.

Vxor propter viri adulterium recuperat dotem & donationem propter nuptias, n. 17. quod procedit tam de iure ciuili quàm de iure Canonico, n. 18.

Diuortij causa pertinet ad iudicem ecclesiasticum, & nō ad iudicem secularem, n. 20. etiam quòd in ea accessoriè de dote restituenda agatur, n. 21.

Dotis restituendæ causa vbi tamen de matrimonio non cognoscitur, nec de tori separatione, spectat ad iudicē secularem, n 22. & seqq.

Iudex laicus potest cognoscere incidenter ad repellendū exceptionem quando agitur de matrimonio & quæstio non est iuris sed facti, n. 24.

Iudex secularis potest cognoscere de adulterio, quod de iure ciuili punibile est, n. 35.

Adulterij causa mixti fori est, n. 25.

Adulterium dicitur cōmitti à viro vxorato rem habēte cum soluta, n. 29. & seq. & non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, n 30. & 34. & seqq. declara hoc procedere ad effectum separationis tori, & restitutionis dotis, non autem ad effectum puniendi virum criminaliter, n. 35.

Ius canonicum seruandum est in casibus non decisis à iure ciuili, n. 36.

CONSILIVM CXC.

TOTA difficultas huius negotij ad tria capita principalia reducitur, quæ ita inter se sunt connexa, vt vnius decisio ex alterius determinatione inferenda sit. Primum itaque caput huius difficultatis in eo consistit: num scilicet adulterium commissum à Comite Hieronymo marito Comitissæ Liuiæ, ita sit publicum, ac notorium, vt nulla prorsus possit tergiuersatione celari. Secundum, stante huiusmodi notorietate, an potuerit Comitissa Liuia eius vxor diuertere à Comite eius viro, à domo sua discedere, seorsim manere, & tandem propria autoritate diuortium facere, nulla iudicis ecclesiastici sententia expectata. Et demum admissa supradicta adulterij notorietate, & postmodum separatione prædicta, num possit iudex laicus procedere ad dotis restitutionem eidem Comitissæ Liuiæ, iam à viro suo separatæ faciendam. 1

Quod attinet ad primum caput, inprimis animaduertendum est, notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari, duplici modo contingere posse, vno quidem modo, vt vocetur notorium facti permanentis, siue per rei euidentiam, illud est, quod in se nimirum euidentiam habet, scilicet, vt factum, quod taliter notorium se exhibeat quotidie oculis hominum, adeò vt aliquo alio instrumento non egeat. Nempe quòd quis detineatur in carceribus hominum oculis patentibus, notorium facti permanentis est, & per rei euidentiam, de quo notorio loquens Bald. *in auth. quod locum in 6. q. C. de collat.* dixit huiusmodi notorium esse quod omnes continuò videre possunt. De quo etiam notorio tradunt Ias. *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cog.* Specul. *de notor. crimin. §. iam de notorio, num. 10.* & optimè Mascard. *de probat. concl. 1106. num. 13.* 2

Notorium autem iuris, secundùm Ant. de Butr. *in tract. de notorio, nu. 1. n. 15.* & Mascard. *concl. 1107. num. 1.* est probatio finita, per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso, siue aliàs notorio à iure sumta, approbata, ficta, vel præsumta. Ex quo infert idem Mascar. *ibidē n. 2.* notorium iuris induci per propriam confessionem, ex mente glosæ *in c. vestra, de cohabit. cleric. & mulier.* Bald. *in l. à procedente, C. de dilat.* Grani. *decis. 36. n. 10.* & nonnullorum, quos ipse citat; & hoc idem comprobatur per *c. cum olim, de verbor. signif.* vbi æquiparantur confessio, & rei euidentia, atque hoc idem dicendum esse de confessione facta apud acta, satis fusè probat Mascard. *loco citato*, ad hoc autem, vt illud sit notorium, quod nulla possit tergiuersatione celari, sufficit vt altero ex dictis modis sit notorium, & ex eisdem præcitatis Doctoribus satis apertè patet. 3

Hoc sic stante, dicendum est in casu nostro, præfatum adulterium Comitis Hieronymi esse quidem adeò notorium, vt nulla possit prorsus tergiuersatione celari, sitq; pro vtroque modo notorium, tum scilicet facti permanentis, & per rei euidentiam, quā notorium iuris. Et primò, quòd tale adulterium sit notorium facti permanentis, & per rei euidentiam, constat potissimum ex confessione eiusdem Comitis coram Secretario Senatus, qui de mandato Principis alloquutus est mulierem à Comite detentam domi in puerperio degente corā eodem Comite, & fidem fecit de confessione cuiusq; de infantulo ibi præsente ex vtroq; progenito, ac insuper ex eo etiam maximè constat, nā infantulus ipse corā omniū hominū oculis adhuc cōtinuè domi eiusdē Comitis lactatur, educatur, custoditur, & publicè ab ipso vt filius reputatur. 4

Atque huic rei non parum adminiculatur attestatio, & fides Parochi ex libro baptismatis eiusdē infantis extracta, qui hunc infantulum baptizasse testatur, filiū naturalē Comitis Hieronymi Moroni, & Hippolytæ Martignonæ (quę erat mulier illa ab ipso domi suę retēta) natū die 28. mensis Iulij 1611. cum compatre & cōmatre, & quidem, quòd omnia hæc faciant notorium facti permanentis, siue per rei euidentiam, quòd nulla prorsus tergiuersatione celari possit, omnium ferè Doctorum 5

carer

caterua confirmat, inter quos præcipui sunt Innoc. *in c. significasti, in princ. de diuort.* qui loquendo in terminis de notorio facti actu permanentis dicit esse cùm filij maneant, qui reddunt notoriam incontinentiam, *& in eodem cap. significasti*, Zabar. *in fin.* Abb. *num.* 4. Host. *numer.* 1. Io. And. *num.* 3. Anchar. *n.* 1. *in fi. in* 2. *notab.* Ant. de Butr. *n.* 8. item gloss. *in cap. pen. de adult. in verb. euidentiam*, vbi explicans adulterium publicum, & notorium exemplificat, vt quia filium ex adulterio susceptum habet testem, & Farinac. *de delict. carn. q.* 143. §. *notorium, num.* 57. quibus addo Corset. ad Abb. *in suo reper. versic. adulterium manifestum*, & Viu. *decis.* 241. *n.* 11. qui etiam dicunt talé notorium per confessionem, & tandem Thom. Sanch. *de matrim. libr.* 10. *tit. de diuor. disput.* 12. *num.* 13. *&* 26. qui hoc idem pluribus confirmat.

6 Adde etiam quòd habitatio cum dicta muliere, ex qua habuit filium adulterinum, adhue inducit tale notoriũ, vt tradit Socin. iun. *consi.* 32. *num.* 17. *&* 20. *vol.* 2. & vlterius dictus Comes Hieronymus, ex quo natus est dictus filius, de hoc facto literas scripserit quamplurimis Principibus, ac Primatis viris, quod postea fecisse asserit, vt liberaretur ab onere probandi filiationem.

7 Secundò quòd supradictum adulterium adhue sit notorium iuris, probatur. Nam cùm notorium iuris, vt suprà dictum est, inducatur per propriam cõfessionem, etiam in casu nostro adest propria confessio eiusdem Comitis Hieronymi, de qua confessione satis constat ex relatione facta suæ Excellentiæ per Secretarium Senat. Excellentiss. Dominum Besurium, qui cùm ad dictam mulierem, domi eiusdem Comitis retentam ex ordine suæ Excellentiæ accessisset, & ipsam ad præsentiam eiusdem Comitis interrogasset, ambo tunc fatentur, quòd ille infantulus, quem tunc dicta mulier in proprio cubili lactabat, natus erat ex ea, & præfato Comite Hieronymo, ita etiam ipso Comite annuente, & affirmante ex quo talem confessionem inducere adulterium notorium iuris notorietate communiter asserunt omnes Doctores, & præcipuè gloss. *in d. c. penult. de adulter. in verbo, confessionem.* Innoc. *in d. c. significasti, de diuort. & in eodem c.* Ant. & Abb. *num.* 4. & Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuortio. disput.* 12. *q.* 2. *num.* 13. *&* 26. & Farinac. satis eruditè *de delict. carnis q.* 143. *num.* 58.

8 Quòd si fortasse aliquis diceret supradictam confessionem non propriè inducere iuris notorium, cùm extraiudicialis sit; tamen admisso hoc, & non concesso, quamuis destrueretur iuris notorium, adhuc effugere non possumus, quin remaneat aliud notorium facti permanentis, & per rei euidentiam, quod est maius notorium, vt iam dictum est, quod satis supérque sufficeret: sed adhuc ne videamur fugere difficultatem respondeo supradictam confessionem non esse omnino extraiudicialem. Nam talis confessio facta fuit coram Secretario Senatus ex mandato Principis qui summariè voluit hoc in negotio prouidere, & licèt non adhibita fuerit tela iudiciaria, tamen non propter hoc sequitur, quòd non sit notorium iuris ex propria confessione consurgens. Nam confessio, siue fiat in iudicio pleno, siue in iudicio summario, & absque tela iudiciaria: adhuc iuris notorium inducit, cùm talis confessio ad inducendum notorium iuris non requirat ad sui essentiam telam iudiciariam, sed potest etiam fieri ex abrupto, vt optimè & satis eruditè tradit Mascar. *de probat. conclus.* 1107. *num.* 3. atque multorum Doctorum auctoritatibus comprobat, qui etiam extendit casum de confessione facta in iudicio nullo.

9 Et rursus, etsi penitus labefactandam qualitatem, & rationem huius notorij iuris denuo quis obiiceret, quòd supradicta confessio, quamuis sit facta absque sola iudiciaria, tamen non fuit facta ex intento, cùm fortasse Secretarius prædictus ex alia causa eò se contulerit, non autem vt reciperet talem confessionem, quæ dum facta fuit, fortasse incidenter hoc euenit; tamen adhuc respondetur, quòd hoc gratis dicitur: sed adhuc dato, & non concesso, quod obiicitur, dico, quòd quamuis talis confessio sit incidenter facta, adhuc inducit iuris notorium, vt per Mascar. in terminis loco præcitato *n.* 4. qui ampliat supradictum casum siue confessio fiat principaliter, siue incidenter.

Ex supradictis consequenter sequitur determinatio 10 secundi capitis: nam scilicet admisso iam supradicto adulterio adeò notorio, vt nulla possit tergiuersatione celari, potuerit Comitissa Liuia vxor propria auctoritate diuortium facere, & separare se à Comite Hieronymo suo viro, nulla iudicis ecclesiastici sententia expectata, atque Primò supponendum est, antequam aliquid determinetur in facto omnino & verè notorio, quòd nulla potest tergiuersatione celari, vt est in casu nostro, nullam exigi declaratoriam, vt tradit Didac. *in c. alma mater, de senten. excomm. in* 6. *num.* 9. & Mascard. *de probat. conclus.* 1106. *num.* 2. atque in tali notorio ordo est, non seruare ordinem, sed exequutiuè, & absque vlla declaratione procedendum est, sic ait Grammat. *dec.* 36. *numero* 57. & confirmat Card. Tusch. *tom.* 5. *litera N, conclus.* 107. *num.* 2. *&* 32. & Roland. à Vall. *in consi.* 99. *num.* 14. *vol.* 1. & Siluan. *cons.* 96. *num.* 15. *vol.* 2. Imò tale notorium habere vim sententiæ, nec aliam sententiam requirere, tradit Surd. *consil.* 311. *num.* 37. *vol.* 3. & Natt. *consil.* 138. *num.* 3. *vol.* 1.

Secundò supponendum est, parem esse conditionem 11 viri, ac mulieris in adulterio. Ex quo sicuti potest vir expellere vxorem fornicariam, & dimittere propter adulterium, sic pariter, & vxor propter viri fornicationem, & adulterium adhuc separari potest à marito, cùm vir & vxor hac in re non debeant ad imparia iudicari, adeò vt omnia huiusmodi statuta de vxore procedant etiam in viro, vt habetur *cap.* 2. *de diuor.* & ibi gloss. *verb. in viris*, & Anch. *num.* 5. Ant. de Butr. *num.* 4. Car. Zabar. *num.* 2. Olasc. *decis.* 119. *num* 4. Syluestrin. *in verbo Diuortium, num.* 1. Rolan. à Valle *consi.* 50. *vol.* 1. Alber. *in suo dictionario, verbo diuortium, versi. an vir, & vxor*, Armilla *verbo Diuortium, num.* 1. *in fi.* Corset. ad Abb. *in suo reper. versi. si propter adulterium*, Syntagm. *com. op. tit. de affinit. loc.* 31. 74. *ver. declaratur, tom.* 1 Bursat. *cons.* 218. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 1. vbi latè discurrit quòd à pari & eiusdem conditionis censentur in omnibus ciuiliter agendo vir, & vxor, maximè in materia separationis tori, idcirco ita ob viri, sicuti ob mulieris fornicationem separatio fieri potest. Imò addit virum grauius delinquere, quàm mulierem, si aliam, quàm vxorem carnaliter cognoscat, cùm virtute vincere & exemplo regere vxores, mariti regulariter teneantur, ex quo optimè concludit posse vxorem à viro discedere, etiamsi cum meretrice fornicatus sit: Viuius *com. opin. lib.* 2. *litera M. ver. Mulier non potest agere*, Paris. *consil.* 54. *numero* 42. *libro* 4. Clar. *in pract.* §. *adulterium, numero* 13. *vers. sciat*, & ibi Baiar. *num.* 89. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuor. disput.* 3. *numero* 1. *vsque ad numer.* 10. & demum Farinac. *de delict. carnis quæst.* 143. §. *adulterium, numero* 22. & probatur præcipuè hoc suppositum *ex cap. Apostolus,* 32. *quæst.* 7. & ibi Glosa.

Tertiò pro certo supponendum est, vxorem non so- 12 lùm posse separari à viro propter adulterium mariti, si aliam nuptam cognouerit, sed etiam propter fornicationem commissam cum soluta, vt latè Bursat. *consil.* 218. *num.* 14. *& seqq.* vbi pluribus confirmat hoc dictum, & dicit esse commune, & etiam Paris. *consil.* 54. *num.* 43. Baiard. ad Clar. §. *adulterium, num.* 85. *&* 95. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 142. *part.* 1. *num.* 37. *& quæst.* 143. *num.* 24.

His omnibus iam suppositis, dicendum est, quòd 13 stante notorietate prædicti adulterij commissi à Comite Hieronymo, adeò quòd hoc notorium nulla possit tergiuersatione celari, potuit de facto dicta Comitissa Liuia eius vxor diuertere, & discedere à Comite præfato viro suo adultero, propria auctoritate, & nunc de facto separatim manere, minimè expectata iudicis ecclesiastici sententia; ita vt nulla alia sententia indigeat ad faciendam hanc separationem; nec competat præfato Comiti

sed est maximè obseruandum, quod satis oculatè obseruauerit glossa *in dict. capitul. de prudentia*; dicens hæc formalia verba, *causa dotis ad iudicem ecclesiasticum spectat, & hoc vbi iudex ecclesiasticus de matrimonio cognouit.*

22 Tertiò potest cognosci principaliter causa de dote tantùm, nihil cognoscendo de spectante ad matrimonium; & tunc quamuis aliqui Doctores relati à Thom. Sanch. loco citato defendant esse causam mixti fori, tamen pertinere hanc causam tantùm ad iudicem secularem, latè defendit Thom. Sanch. *de matrimon. lib. 10. tit. de diuort. disputat. 8. num. 15.* ex mente multorum Doctorum, quam etiam opinionem acerrimè defendit Glosa *d. c. de prudentia, verbo incident accessoriè.* & hoc quia causæ dotis principalis est.

23 At in casu nostro, cùm Comitissa Liuia separationem fecerit, quæ propria autoritate fieri potuit ob notorium sui viri adulteriũ, ideirco nihil amplius de diuortio & separatione agẽdũ est, sed tantũ remanet causa dotis; ergo hęc causa à iudice seculari tractãda est: & ratio potissima est, quia cùm agatur de causa tractandi inter laicos, & de dote, quæ absolutè considerata laica res est, eius cognitio ad iudicem laicum spectat: & ad hoc alludit Io. Andr. *in capit. de foro competent. in 6.* vbi dicit iudicem ecclesiasticum non posse inter laicos de adulterio cognoscere, nisi quoad separationem tori tantùm; cùm autem de hac separatione non ampliùs tractetur inter Comitem Hieronymum, & Comitissam Liuiam, nil est in quo se ingerere debeat iudex ecclesiasticus.

24 Quòd si Comes Hieronymus ope exceptionis vellet declinare forũ, excipiẽdo, quòd cùm dos sit restituenda ex diuortio, hoc debet determinari à iudice ecclesiastico, & consequenter iudex secularis non posset cognoscere super hoc; tamen hoc motiuum non obstat; nam iudex secularis incidenter potest cognoscere num verè adulterium notorium sit, necne; num sequuta sit separatio, vel ne, ex tali notorio adulterio ad repellendam talem exceptionem, quia tunc iudex laicus non cognosceret de quæstione, & dubio iuris, sed de quæstione, & dubio facti; & in tali casu, quòd possit iudex laicus cognoscere super tali exceptione, tradit Bartol. *in l. Titia. ff. solut. matrim. n. 3. 4. & 5.* vbi in terminis loquendo de causa matrimoniali dicit iudicem laicum posse cognoscere in causa matrimoniali ad repellendam exceptionem, cùm agatur de quæstione facti, sicut etiam potest iudex laicus cognoscere de exceptione excommunicationis agendo de quæstione, & dubio facti: quam doctrinam in decidendo sequutus est Franc. *decis. 36.* qui etiam in terminis tractando de causa matrimoniali, dicit Consilium Neapolitanum cognouisse de tali causa incidenter super quæstione, & dubio facti ad repellendam exceptionem oppositam ad declinandum forum, etiam Couarruu. *in epit. decret. capitul. 8. §. 12. num. 3.* qui ex mente multorum Doctorum, quos ipse citat, in terminis, dicit posse iudicem laicum causam matrimonij tractare incidenter, si controuersia sit in facto, & non in iure: nam tunc nulla iuris Canonici peritia necessaria est, & causa ipsa merè temporalis censetur.

25 Secundò suadetur hæc veritas: nam ex traditis per Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. quæst. 37. n. 4.* loquens in terminis de concubinatu dicit, quòd si de iure Ciuili concubinatus sit prohibitus, necessariò fatendum est iudicem secularem posse super eo procedere, hoc est, secundùm quod ius Ciuile disponit, sed adulterium commissum à viro non solùm prohibetur, & punitur à iure Canonico, sed etiam à iure Ciuili, vt iam suprà dictum est; ergo iudex laicus, secundùm quòd ius Ciuile disponit, potest in hoc procedere: sed ius Ciuile disponit dotem esse restituendam à viro ob fornicationem viri, vt habetur *in leg. consensu, §. si qua igitur, Cod. de repud. & in §. causas autem, versicul. si quis in sua domo, in authent. vt lic. matr. & auiæ,* vbi in terminis scribitur casus Comitissæ Liuiæ; sic enim ait textus: *Si quis in sua domo, in qua cum sua vxore commanet, contemnens eam, cum alia inuenitur, in eadem domo manens, aut in eadem Ciuitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur, & semel, & secundò culpatus, &c. ab huiusmodi luxuria non abstinuerit, liceat mulieri pro hac causa soluere matrimonium, & recipere datam dotem & antenuptialem donationem.* Legatur igitur relatio Secretarij Senatus Excellentissimi D. Besitij ad inspiciendum, num hic sit casus noster, cùm tanto tempore in propria domo hanc concubinam retinuerit Comes Hieronymus, vt ex illa filium acceperit; ergo optimo iure iudices seculares exequi possunt, quod maxima ratione à iure Ciuili stabilitum & sancitum est, & procedere ad restitutionem dotis, & donationis propter nuptias.

Et ad hunc effectum fortasse Cardin. Tuschus *in verbo adulterij causa, numero 3. concl. 228.* ait causam adulterij esse mixti fori: nam cùm ab vtroque iure puniatur, & à iure Canonico, & à iure Ciuili, ab vtroque Iudice tam ecclesiastico, quàm seculari procedi potest, secundùm quod iura disponunt; et idem priùs tradidit Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. quæstion. 37. numero 3.* Qui adhuc dicens causam adulterij esse communis & mixti fori, dicit, cùm enim hoc delictum sit violatio Sacramenti matrimonialis, meritò eius vindicta non minus pertinet ad iudicem ecclesiasticum, quàm ad laicum. 26

Tertiò suadetur hoc dictum. Quia ita videtur approbasse Senatus excellentissimus; & constat ex eo: nam post discessum eiusdem Comitissæ Liuiæ à domo Comitis Hieronymi sui viri, ad petitionem eiusdem Comitissæ Senatus assignauit illi pro alimentis annuas libras nouem mille sub die 8. Februarij 1612. sed tam sunt accessoria ad diuortium, causa dotis restituendæ, quàm causa alimentorum, vt communis opinio Doctorum testatur, & præcipuè Feder. de Senis *consilio 236. in principio.* Zabar. *cap. fin. col. fin. vers. Quaro conformiter, de adult.* Crauet. *consilio 280. sub num. 1. vers. similiter, si vxor,* Anan. *cap. fin. n. vlt. de adulter.* Card. Tusch. *verbo adulterij causa, conclus. 228. num. 4.* & Thom. Sanch. *de matrim. tit. de diuortio. lib. 10. disput. 8. num. 15. circa med.* Ergo si Senatus annuit ad petitionem Comitissæ Liuiæ, assignando illi alimenta ratione diuortij, & separationis factæ propria auctoritate, & nulla iudicis ecclesiastici sententia expectata, & hoc ratione notorij adulterij, pari ratione debet nunc illi assignare suam dotem, & donationem propter nuptias ex eadem causa, vt rationabile est. 27

Incertus auctor, sed bene eruditus.

In eadem causa secundum responsum eiusdem incerti scribentis.

ADmissa iam notorietate adulterij Comitis Hieronymi Moroni, adeò vt nulla possit tergiuersatione celari. Ac proinde, cùm satis probatum sit potuisse Comitissam Liuiam eius vxorem, propria auctoritate diuertere à viro suo, & consequenter dotem repetere, & donationem propter nuptias coram iudice laico. Propterea tria motiua subtiliter excitata fuerunt. Quorum primum est. Nam cùm Comes Hieronymus rem habuerit cum muliere soluta, dubitabatur, num copula coniugati cum soluta, adhuc iure Ciuili verum adulterium sit. Secundò num tale adulterium commissum cũ soluta, sit punibile amissione dotis & donationis propter nuptias, non solùm iure Canonico, sed etiam iure Ciuili. Tertiò dato, & non concesso, quòd de iure Ciuili nulla sit apposita pœna ob prædictum adulterium, num iudex laicus iudicare debeat secundùm ius Canonicum. 28

Et quamuis in prioribus allegationibus ferè omnia prædicta dubia obiter tacta sint; tamen ad clariùs resoluenda omnia prædicta motiua excitata, vberiori doctrina sequentia dicta subiiciuntur. Dico igitur primò, quòd copula coniugati cum soluta, adhuc iure Ciuili verum adulterium est; in hanc sententiam venerunt non solùm Theologi, & Canonistæ, ex quibus præcipuè 29

Vsura est, quando colonus, seu rusticus locat à principio operas suas mutuanti sibi pecuniam, n.4. contrà n.6. & n.11. declara vt n.14. & seq.

Vsura nō est quādo locator pecuniam mutuat cum pacto quòd durante locatione eam restituere non teneatur, dummodo pro locatione iusta soluatur pensio, n.5.

Vsura non est mutuare pecuniam rustico locanti operas suas ad laborandum fundum mutuantis, quando ex mutuo mutuans, nihil lucratur, soluítq; rustico laboratori iustam suarum operarum mercedem, n.6. & n.16. & seqq.

Debitor ex causa mutui, si vltra sortis restitutionem promittit aliquid facere, quod facere non tenetur, tum demum ex hac promissione vsura nascitur quādo factū, quod promittitur, aliquid augeat, seu addat obligationi de restituendo sortē, secus si nihil addat, & nihil augeat, n.7. & n.31. & seqq. & n.37.

Debitor ex causa mutui, quando vltra restitutionē pecuniæ mutuatæ promittit aliquid facere ratione facilioris exactionis, & vt mutuans reddatur magis securus vsura non cōmittitur, n.8.14.20. & seq. n.24.

Promissio facti non adiecta obligatione quantitatis restituendæ à mutuatario, sed loco pœnæ non dicitur vsuraria, n.9. & n.27.

Pactum quòd locatio duret, donec melioramenta restituantur, valet, & non est vsurarium, num.12. & num.13.

Mutuum cum pacto locandi, quando sit vsurarium, n.14. & seq. & n.20. & seq.

Vsura non est aliquid iusto pretio minimo emere anticipata solutione, n.19.

Contractus incontinenti celebrati non dicuntur correspectiuè, quando habent suam causam separatam, n.21. & seqq.

Vsura in dubio non præsumitur, n.25.

Vsuræ de iure Canonico sunt prohibita, n.25.

Interesse affectionis, sine vtilitate pecuniaria peti non potest, n.39.

CONSILIVM CXCI.

1 FActi species hæc mihi proponitur. Bartholomæus Sanchez locauit Petro Cortesio vnam suam vineam per annos duodecim pro afflictu scutorum nonaginta, quolibet anno, cum pacto, quòd idem Petrus promittit mutuare, prout mutuauit eidem Bartholomęo scuta octingenta restituenda vnà cum melioramentis per mensem ante finitā locationem, & in casu non solutionis dictorum melioramentorū, & pecuniarum mutuatarum censeatur eadē locatio continuata, & renouata ad alios sex annos, & sic deinceps sex annis completis, & non restituto mutuo, & melioramentis ad alios sex annos, locatio continuata censeatur, & interim non possit dictus Bartholomæus d. vineam vendere, alienare, seu pignorare, quæsitúmque à me fuit, nunquid huiusmodi pactum vsuram sapiat.

2 Et quidem pro affirmatiua non modicam facere videntur dubitationem, quæ scripsit Couarruuias *variar. resolut. libr.3. cap.2. num.5. versic. & præterea*; vbi facit generalem conclusionem, quòd quando debitor ratione mutui vltra sortem obligatur ad aliquod factum, quod agere non tenebatur, vsura est. ad Glos. *in l. rogasti. §. si tibi, in verbo, condici non posse, versic. sed pone factum ff. si cert. petat.* & ibi Odofred. *in fine, versic. si quid in mutuo*, Bart. *num.3.* Bald. *col.2. versic. sed pone, mutuans tibi decem*, Alciat. *num.20. versic. si quid vltra decem*, Abb. *in c. fin. num.16.* & ibi etiam Calder. *num.34. extrà de vsuris.* est communis, vt per Couar. *vbi supra.*

3 Secundò augetur dubitatio ex alia generali conclusione firmata per eundem Couar. vbi suprà *d. num.5. in vers. item, & illud*, quòd scilicet quando debitor ex promissione facti amittit libertatem, quam de iure habet, vtputa quando promittit ire ad molendinum, furnum, seu scholam mutuantis, tunc vsura est, Syluestrin. *in verbo, vsura, §.1. q.7. num.7.* Armill. *in eodem verbo, vsura, num.4.* Rosella *etiam in verbo, vsura, num.11.* Antonin. *part.2. tit.1. cap.7. §.8.* Abb. *in c. fin. num.17.* & ibi etiam Calderin. *num.34. versic. & per prædicta*, & Anan. *num.18. versic. & ex prædictis, extrà de vsuris*, Bero. *in rubr. de vsuris num.58.* Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsuris, quæst.38. numer.21.* Petr. de Vbaldis *de duobus fratribus, par.4. quæst.3. num.8. versicul. sed nunquid, si dominus.* Guido Pap. *in tract. de contractibus illicitis, num.14.* Nau. *in Manual. c.17. num.220.* Peguer. *decision. crim.32. num.8.* & est communis, vt per Syluestrin. & Couar. *vbi sup.*

Tertiò & magis in specie pro vsura facit, quod idem Couarruuias vbi suprà affirmare videtur ex Conrado, præsertim *in tract. de contractibus q.36. in 8. exemplo, versicul. sed circa illud*, quòd scilicet quando colonus seu rusticus locat à principio operas suas, promittítque illas in fundo mutuantis præstare, vsura fit, etiam quòd eidem rustico pro præstatione operæ iusta merces à mutuante soluatur. 4

Verùm re bene perpensa pro non vsura respondendum dico, mouéorque expressis Doctorum traditionibus dum volunt vsuram non esse, locatori pecuniam mutare cum pacto quòd durante locatione eam restituere non teneatur, dummodo pro locatione iusta soluatur pensio (prout mihi in causa nostra præsupponitur) vt per Socin. *in l. si quis, nec causam, num.12. ff. si cert. pet.* Rosella *in verbo, vsura, num.11. versicul. & multo minus.* Angelica *in eodem verbo, vsura, numer.5. versic. & multi alij*, Rub. Alexandrin. *consil.2. num.1.* Vulpell. *consil.70. sub n.1. & seqq.* 5

Comprobatur præmissa conclusio ex eo, quod in simili communiter dicunt Doctores vsuram non esse mutuare pecuniam rustico locante operas suas laborando fundum mutuantis, quando ex hoc mutuo mutuans nihil lucratur, soluítque rustico laboratori iustam suarum operarum mercedem, Bald. *in d. l. rogasti, §. si tibi, colum.2. versic. ponamus ergo, ff. si cert. petat.* & ibi Alciat. *num.21. versicul. Addit Baldus*, vbi notabiliter dixit licitum esse spe mutui, aliquem ad contractum licitum allicere, cessante dolo (prout cessat in casu nostro, stante iustitia pensionis) Antonin. *in summa part.2. tit.1. cap.7. §.10.* Rosella *in verbo vsura, §... num.10.* Angelica *in eodem verbo, vsura, n.5.* & ibi Addentes *litera D.* Lopez *in repet. cap. per vestras, §. final. num.39. extrà de donat.* Petr. de Vbaldis *in tractat. de duobus fratribus, p.4. q.3. num.8. versic. Nunquid si Dominus*, Anton. Rosellus *in tract. de vsuris, numer.10.* Abb. *consil.15. libr.1.* qui loquitur in fortioribus terminis Rub. Alexandrin. *dict. consil.20. per tot.* Vulpell. *consilio 70. numero 1. & sequent.* Caroc. *de locat. & conducto, part.5. quæstion.8. num.1.* 6

Quibus sic firmatis, non obstant scripta per Couarru. *in locis præallegatis*. Nam dum ipse primam firmat conclusionem, quòd quando quis promittit aliquid facere non teneatur vltra sortis restitutionem, vsura sit, conclusio est verissima, & communis; recipit tamen tres notabiles declarationes, quarum vnaquæque casui nostro applicatur. Primò enim declaratur, vt procedat, dummodo factum quod promittitur, aliquid augeat, seu addat obligationi de restituendo sortem, secus si nihil addat, nihil augeat, nullámve afferat vtilitatem, seu lucrum (prout in casu nostro stante iustitia pensionis) secundùm Bart. *in d. l. rogasti, § si tibi, num.3. ff. si cert. petat.* & ibi Angel. *in versic. sequitur, in Glos.1.* & Ias. *numer.10.* Bero. *in rubr. extrà de vsuris, post numer.64. versic. hanc illationem tamen intelligas.* Anan. *in cap. fin. n.19. versic. subdit etiam, extrà eodem.* 7

Declaratur secundò eadem conclusio, vt non procedat quando ex promissione debitoris eius, quod agere non tenetur, mutuans redditur magis securus, & sic quādo promissio fit ratione facilioris exactionis pecuniæ mu- 8

Farinac. Consil. crim. lib.2.

mutuatæ, prout pariter in casu nostro Bald. *in d. l. rogasti, §. si tibi, in fine, ff. si cert. pet.* & ibi etiam Roman. *numero* 5. Ias. *numero* 10. Alciat. *numero* 21. *vers. sed tamen possit*, & Salic. *num. 6. versiculo aut illud factum est obligationis facilius exactiuum*, Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsuris, n.* 18. *q. 35. ad finem.* Bero. *in rubr. extrà de vsuris post num. 64. & num. 68. vers. nam isto casu*, Anan. *inc. fi. num. 19. in fine, vers. & videtur cõcludere, & n. 20. vers. aut illud factũ est obligationis facilius exactiuum, extrà de vsur.*

9 Declaratur tertiò, vt conclusio ex aduerso considerata procedat, quando promissio facti adiicitur obligationi quantitatis, vtputa in mutuante decem, cum pacto quòd vltra decem teneatur debitor scribere librum, aut quid simile facere, tunc enim est vsura; secùs si, prout in casu nostro promissio facti non adiiciatur obligationi quantitatis, sed loco pœnæ in casu non solutionis, secundùm Roman. *in d. l. rogasti, §. si tibi, num. 5. 6. & 7. in fine vers. in hoc conclude*, & ibi etiam Ias. *num. 10. in fi. ver. quantum verò ad propositum. ff. si cer. pet.* & ibidem Fulgos. *col. fi. in fi.* dixit quòd promissio facti vltra sortem non est vsura, quãdo succedit loco obligationis de restituẽdo mutuũ.

10 Non obstat etiam secunda conclusio per eundem Couarruu. firmata, quòd scilicet vsura sit, quando debitor propter mutuum priuatur libertate aliquid faciendi, vtputa, quando promittit ire ad molendinum, furnum, seu scholam mutuantis; hæc enim conclusio pariter verissima est sed non applicatur casui nostro, loquuntur enim Doctores, qui hanc sustinent sententiam, quando illa libertatis priuatio non eundi ad aliud molendinum, furnum, seu scholam æstimabilis est, offertque mutuanti commodum, & lucrum, cùm propter maiorem concursum magis mutuans lucretur; sic enim hanc vtilitatem ratione frequentioris concursus considerant omnes præallegati Doctores, vt videre est apud Ioann. Calderin. *in dict. capitul. final. numero 34. versiculo & non intellige*, Abb. *numero 17. versicul. Ioannes Calderinus*, & Anan. *num. 18. versiculo Ex hoc num. extrà de vsur.* Bero. *in eadem rubric. de vsur. numero 58. & sequen.* vbi ampliùs notabiliter dixit, quòd quando non adest in mutuante intentio aliquid lucrandi propter concursum, tunc nec etiam est vsura, Rosella *in verbo vsura, numero* 11. Syluestrin. *dict. quæstion. 7. num. 7. versiculo, sed contrà.* Antonin. *part. 2. titul. 1. capitulo 7. §. 8. vers. non quidem illam maiorem*, Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsur. quæst. 38. n. 21. vers. intellige tamen prædicta.* sed in casu nostro ex continuata locatione, ob non restitutionem mutui, & melioramentorum, stante iustitia pensionis nihil lucri accedit mutuanti; ergo non est vsura.

11 Non obstat tertia ratio per eundem Couarru. adducta ex Conrado in loco præallegato, quòd scilicet vsura sit mutuare pecuniam rustico colono, vt in fundo mutuantis laboret etiam eidem soluta iusta mercede, quoniã, vt ex præallegatis apparet, cõtraria opinio est magis communiter recepta.

12 Possem etiam & ex abundanti dicere, quòd in instrumento, de quo agitur, non simpliciter actum est, vt locatio continuetur donec mutuata pecunia fuerit restituta, sed fuit etiam additum, donec melioramenta fuerint restituta. Pactum autem quòd duret locatio donec melioramenta restituantur, non est illicitum, ideo non debet illicitum reputari ex adiectione restitutionis pecuniarum. per vulgares regulas, quòd mixtum à fauorabiliori regulatur, & quòd actus ex duplici causa gestus sustinetur, potius ex causa valida, quàm inualida. Et quòd vtile per inutile non vitiatur, sed quia ex præmissis satis creditur pactum prædictum vsuram non sapere, vlterius non insisto.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

13 PActum, de quo in puncto, non est vsurarium, quia sicut pactum de continuando locationem donec reficiantur melioramenta, vel retinendo pignus, donec res locata restituatur, non est vsurarium, ita similiter pactum de cõtinuando locationem, donec mutuum restituatur, quia fit pro assecuratione pecuniæ creditæ, non autem pro pretio mutui. Couarru. *variar. lib. 3. cap. 2. n. 7. in fine vers. Vna quidem ratio.*

Et quamuis sit verissimum, quòd mutuum cum pacto 14
locandi est vsurarium, iuxta deducta per eundem Couar. *ibidem, num. 5. versicul. tertio.* tamen id procedit, quando pactum locandi fuit conuentum pro pretio mutui, & ita loquitur Couar. & alij ex aduerso allegati; secùs verò est quando dictum pactum fuit conuentum pro cautela tacita creditoris, quasi pro pignore, sicut videmus, quòd licèt pactum legis commissoriæ in pignore pro mutuo sit vsurarium, tamen hoc fallit, quando fuit conuentum, vt pro assecuratione dicti mutui pignus cedat creditori pro iusto pretio, Negusant. *de pignor. 4. par. n. 6. vers. secundò fallit.* Surd. *decision. 248. numer. 21. ad finem versicul. & tunc posset.*

Præterea illud procedit, vt dixi, quando pactum lo- 15
candi fuit conuentum pro pretio mutui, secus verò est quando pactum mutuãdi fuit conuentum pro pretio locationis, hoc est, quando pactum locandi non tendit in beneficium mutuantis, sed potiùs mutuum tendit in beneficium & gratiam locatoris: nam isto casu non potest dici, quòd creditor aliquid accipiat vltra sortem, sed potiùs quòd debitor mutuum recipit vltra pensionem affictus, quia non fit mutuũ pro locatione, sed locatio fit pro mutuo; & pariter cessat illa ratio, quòd aduersarius non fuisset locaturus, nisi ob causam mutui; vt bene destinguit Molin. *de contract. disput. 309. num. 1. versic. obserua tamen.*

Atque ita concordat opinio Abb. *consilio 15. libro 1.* 16
quam sequitur Mantica *de contract. libro 8. titulo 18. numero* 10. & Rota in ista causa 16. Nouembris 1594. coram Illustrissimo Millino, vt per Farinac. *decision.* 119. & ibi addentes, scilicet quòd locatio non redditur vsuraria ex mutuo, quando pensio non est diminuta: nam ad dignoscendum an locatio pro mutuo fuerit celebrata, an potiùs mutuum pro locatione, ita vt hæc accessoria, illud verò fuerit principale in mente contrahentium, vel econtra, illud solum inspicitur, vtrùm pensio sit diminuta nec ne. Primo enim casu præsumitur locatio accessoria, & ideo contractus præsumitur vsurarius, & palliatus; secundo verò casu secus, rub. Alexandrin. *consilio* 30. Gemin. *consilio* 16. Socin. *in leg. si quis nec causam, numero 12. & 13. ff. si cert. petat.* Roman. *consilio 423. numero 12. versiculo ex quibus*, Mastril. *decision. 106. lib. 2.*

Vnde cùm in casu nostro præsupponatur pensionem 17
fuisse iustam, & non diminutam; præsupponendum est, quòd principaliter actum fuerit ex aduerso de locando vineam quam aduersarius suis expensis colere non poterat, & quòd mutuum fuerit accessorium, & ab ipso exactum secundariò, non autem econuerso, maximè cùm in dubio ita sit præsumendum, tum pro validitate actus, tum etiam vt excludatur vsuraria prauitas, vt amplè Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. n. 127. & 128.*

Postremò nescio quid sibi velit pars aduersa: nam etsi 18
pactum esset vsurarium, nihilominus aduersarius nihil inde lucraretur: nam in præteritum locatio subsisteret, & in futurum, nihilominus teneretur restituere mutuum, & eo non restituto posset deueniri ad subhastationem vineæ, Couar. *lib. 3. c. 2. n. 5. vers. Quantum verò*, Molin. *d. disp. 309. in fin.* Quare, &c.

Angelus Andosilla Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

PRo resolutione huius dubij præmittendum existimo 19
quòd locatio vineæ fuit facta pro iusto pretio, nempe quia vinea fuit æstimata scutis 2197. & locatio fuit facta pro scutis 90. quolibet anno, & sic ad rationem

eitci

circiter quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, quæ pensio à communiter accidentibus non potest censeri exigua, cùm vineæ in districtu Vrbis vix tantumdem reddere soleant deductis grauissimis expensis, quæ fiunt in illis colendis, & consideratis periculis vermium vulgariter nuncupatorum *le magnacozze*, & aliis similibus, propter quæ sæpissime exiguos admodum reddunt fructus. Præsertim quia iustitia pretij non consistit in indiuisibili, sed habet suam latitudinem, & licitum est pro solutione anticipatæ pecuniæ sine nota vsuræ emere aliquid iusto pretio minimo, quod vocant pretium pium, licèt non sit pretium rigorosum, vt declarat Nauar. *in suo Manual.c.17.num.228.*

20 Hoc igitur præmisso, credo sumendam esse resolutionem negatiuam prætensi dubij, quòd scilicet pactum de continuando locationem post 12. annos, non sit vsurarium, quia ex eo nullum lucrum acquirebatur D. Cortesio, cùm pro dicta locatione solueret iustam & condignam pensionem, sed solùm hoc pactum tendit ad assecurationem D. Cortesij, vt scilicet insisteret vineæ, quousque sibi suum creditum & expensæ factæ in melioramentis restituerentur: quando autem pacta tendunt ad assecurationem creditoris, non dicuntur vsuraria, Couar. *var.resol.lib.3.cap.2.sub num. 7. in fine*, quem sequitur Molyn. *de contract.disput.sub num.5.* & bene probatur ex trad. per Bald. *in l.rogasti, §.si tibi, col.2.post med.versic. sed Iacobus Butrigarius dicit contrarium, &c. ff. si cert. petat.* vbi dicit quòd alia est acceptio pecuniæ, alia est cautela, & quòd pacta apposita ad faciliorem exactionem, sicut pactum de dando pignore, vel fideiussore, &c. non possunt dici vsuraria, quem simpliciter sequitur Lup. *in capitul. per vestras, §. vltimo, sub numer. 39. ad finem*, vbi etiam subdit, quòd in dubio pactum non debet præsumi vsurarium; cùm ergo in casu nostro ex continuatione locationis dominus Cortesius nihil emolumenti perciperet, cùm pro illa congruam pensionem solueret, sequitur, quòd hoc pactum in ordine ad mutuum, solùm tendebat ad assecurationem ipsius D. Cortesij, vt posset pro sua cautela insistere vineæ.

21 Et pro faciliori intelligentia prædictorum, fingamus quòd inter istas partes fuisset conuentum, quòd si post 12. annos Bartholomæus non restituisset mutuum, & expensas, licitum fuisset Petro retinere vineam in pignus, certè hoc pactum non posset dici vsurarium, cùm dicta retentio nihil vtilitatis attulisset Petro, quandoquidem omnes fructus pertinuissent ad Bartholomęum; idem ergo est in casu nostro, cùm Bartholomæus in effectu perciperet fructus mediante pensione, quæ illorum causa sibi soluebatur, & consequenter respectu mutui dominus Petrus nullum aliud commodum percipiebat ex vinea quàm commodum assecurationis, vt scilicet in illa insisteret pro sua cautela, & loco pignoris. Et ideo in hac materia omnes vnanimiter concordant, quòd quando pensio est iusta, mutuum factum in contractu locationis, & conductionis non dicitur vsurarium, Abb. *consil.15 sub numer. 2. libro* 1. Rub. Alexandrin. ex aduerso citatus *consil.* 20. in vltimis verbis. Cardinal. Mantic. *de tacit.& ambig.lib.8.tit.18.sub n.19.* ibi, *quia aliud respondit.*

22 Et bene hîc applicatur illa receptissima conclusio, quòd quando duo contractus in continenti celebrati habent suam causam separatam, non dicuntur correspectiui, ita vt inducatur simonia, vel vsura. Put. *decision.* 171. *lib.2.* Mohedan. *decisio.3.de simon.* Abb. *dict.consi.15.sub num.2.versi. Nec per hoc dicatur, &c.* Mandel. *conf.45.vers.& cum superioribus, &c.& per tot.*

23 Cùm ergo in casu isto perceptio fructuum vineæ habet suam causam separatam à mutuo, hoc est solutio iustæ pensionis vigore locationis, non potest d. perceptio fructuum referri ad mutuum, præsertim ad effectum inducendi vsurariam prauitatem, quæ semper, quantum fieri potest, euitanda est, & in dubio non debet præsumi, vt per Lup. *d.cap.per vestras, §.vltimo, sub num.* 39 Dec. *in dict.l.rogasti, §.si tibi, num.6.ff.si cert.petat.* Gabr. *consil.172. num.20.lib.2.*

24 Et ex his apparet responsio ad contraria, & præsertim ad ea, quæ tradit Couarru. *variar.resolut. lib. 3. cap. 2. sub num.5.* quia ibi loquitur, quando mutuanti aliquid vtilitatis accedit ratione mutui, secus autem est quando ratione mutui nihil aliud commodi acquiritur creditori, quàm maior cautio & securitas, vt fatetur idem Couarru. *ibidem sub n. 7.* in vltimis verbis, & bene post Iacob. Buttig. declarat Bal. suprà citatus *in d.l.rogasti, §.si tibi, col.2. post med. vers. sed Iacobus Butrigarius dicit contrarium.* Quare, &c.

Ioan. Baptista Gerardus Spada } Aduocati.

Particula Consilij 38. positi inter impressa Hieronymi Papponis, in hac eadem materia.

25 VEnio ad secundam, in qua præsupponitur quòd Casonius fuit spoliatus sua possessione facto suo nullo, nempe occasione contractus vsurarij, qui contractus vsurarij sunt omnino nulli, quia in iure Canonico in totum prohibiti. Couarru. *variar. resolut. lib. 3. cap.3.vers.sed ad huius quæstionis*, & per Menoch. *consil.* 300. *num.2.* nec illi suffragatur sententia, quia & illa quia fundata in contractu nullo nulla fuit.

26 Circa quam & pro responsione de ea, quæ in illa continentur, in primis dico, vt fateor quòd quicquid promittit mutuatarius pro contractu mutui, vel etiam pro sola promissione de mutuando vltra sortem vsura censetur, & datum in fraudem vsurarum, secundùm Bald. *in l. 3 C. plus valere quod agi.* Corn. *dict. consil.260. columm. 1. num.* 1. & Cephal. *dict. consil.* 198. *num.* 18. *in* 2. etiam quòd non consistat in pecunia, sed in alia re, etiamsi illa res sit factum. *l.cum frumentum*, & ibi no. Paul. de Cast. *C.de vsur.*

27 Sed pro declaratione dico, quòd quando pro debito pecuniæ mutuatæ promittitur factum, si pecunia intra tempus conuentum non restituatur, qui est propriè casus noster, vtrùm tale factum adiectum in pœnam censeri debeat vsura, secundùm Couar. *dict.lib.2.capitul. 2. variar. resolut. Doct. iur. Canon. & Theologorum.* nam secundùm ipsum Iuristæ, quorum Auctor fuit Bart. commun. post glos. *in l.rogasti, §.si tibi, ff.si cert. petat.* distinguunt, quòd autem per illud factum quod promittitur in pecunia numerata tempore promisso non restituatur aliquid potest adesse mutuanti vltra suam sortem, aut nihil: primo casu illud factum continet vsuram, secundo non ita, *in dict.§.si ibi*, post gloss. & Bartol. distinguunt Paul. Ang. & Fulgos.

28 Canonistæ verò, & Theologi secundùm eundem volunt indistinctè, quòd tale factum qualecunque sit, continet vsuram, & sit reprobatum, & hanc dicit esse communem opinion. apud eos.

29 Et propterea Couarru. ibi improbat decisionem Adr. super 4. sent. *in tractat.de vsur.capitulo, concurrunt*, & concludit quòd sit vsura, quando debitor vltra sortem promittit, quod ipse agere non tenebatur, adeò vt secundùm ipsum sola obligatio ad faciendum, quod facere non tenebatur, debitor constituat vsuram, quæ vsura ipse vult, quòd consistat in eo, quòd promittens priuat se libertate proprij arbitrij se obligando.

30 Sed pace tanti viri dixerim ipse decipitur quatenus vult dissentire Canonistas, & Theologos à Iuristis, quia bene intelligendo idem sentiunt cum eis.

31 Et quod id verum, considero quòd diuus Thomas 22. *quæstion. 78.articul.2.* quem sequuntur Abb. & commun. Canonist. *in capit. nauiganti, extrà de vsur.* vult ad hoc, vt factum promissum sit vsura, quòd emolumentum, quod ex illo facto resultat, seu peruenit ad mutuantem, sit æstimabile pecunia, & hanc declarationem diui Thomæ sequuntur cæteri Theologi.

32 A contrario ergo sensu, vult diuus Thomas, quòd si illud factum non sit extimabile pecunia, & non afferat commo

commodum bursale ipsi mutuanti, illud non contineat vsuram. Ex quibus modò infero, quòd opin. D. Thom. non differat ab opin. Bartol. quia per factum quod affert commodum pretio æstimabile mutuanti, adest aliquid recipienti per factum quod non affert commodum tale recipienti nihil, vt dicebat Bartol. & Iuristæ, & sic per alia verba Bartol. dixit idem quod aliis verbis explicauit diuus Thomas.

33 Confirmatur hoc, quia volunt Canonistæ, & Theologi, quòd si mutuans recipiat à mutuatario aliquod seruitium verbale, vel facti, putà vt mutuatarius intercedat pro mutuante apud Deum, hoc non est vsura, quia tale factum non est æstimabile pecunia, nec per illud adest aliquid recipienti, vt dicunt Iuristæ; si verò, vt vadat pro eo Romam, vsura est, quia istud factum potest pretio æstimari, & sic adest aliquid recipienti.

34 Hinc etiam inferunt, quòd si factum consistit in eo, vt venias ad molendum ad meum molendinum, vel ad coquendum panem ad meum furnum pro eadem mercede, quam soluunt alij, talia facta de se non continent vsuram, nimirum quia non afferunt commodum pretio æstimabile, & aliquid quod adsit recipienti: at vbi ex talibus factis resultaret commodum bursale, quia scilicet ex eo quòd tu venis ad molendum ad meum molendinum, vel ad panem coquendum ad meum furnum, multi alij ad tui exemplum idem faciunt, talia facta vsuram continent, nimirum quia vltra sortem aliquid adest creditori, ita exemplificant omnes *in dicto capitulo nauiganti, ext. de vsur.* vbi Abb. *numer.* 17. & clariùs cæteris Ioan. de Anan. *num.* 18. *cum seq.*

35 Infero vlterius, quòd reprehensio Couarr. ad opin. Adrian. vbi suprà, non sit vera: nam fundatur in eo quòd debitor ex causa mutui quatenus vltra id quod accipit se obligat ad aliquid quod agere non tenebatur, illud ad quod se obligat, quia vltra sortem percipitur, vsura censetur, quia se obligando cogitur amittere libertatē, quam iure habet cum alio, quàm cum creditore paciscendi, quæ libertas secundùm ipsam pretio arbitrio boni viri potest æstimari.

36 Hæc, inquam, ratio qua vtitur Couar. contra Adrian. non subsistit, quia per istud factum priuandi se libertate contrahendi cum alio, non est verum quòd ei aliquid adsit qui recipit, & quòd afferat illi commodum pecuniarum pretio æstimabile, vt præsupponebat Couarru. & malè: nam dato, quòd illud afferat incommodum debitori, tamen non sufficit nisi afferat commodum mutuanti, & quidem æstimabile pecunia, secundùm D. Thom. & commun. nam Doct. quatenus dubitant an id quod recipitur sit vsura, metiuntur illam ex parte creditoris quatenus recipit aliquid vltra sortem pecunia æstimabile, non autem ex parte debitoris quatenus se obligat, & ob id priuat se commodo suæ libertatis, vt malè Couarru. contra Adrian. Nam in omnibus exemplis proximè adductis de eo, qui se obligat ad molendum, & ad panem coquendum semper ex parte debitoris adest obligatio, & incommodum consistens in amissione libertatis. Et tamen volunt quòd si vltra ista non concurrat commodum recipientia obligationem pecunia æstimabile, tale factum non contineat vsuram.

37 Et quòd vsura sit non in incommodo debitoris, sed in commodo pecuniario quod recipit mutuans vltra sortem, satis probatur ex definitione vsuræ communiter tradita: nam definiunt sic, vsura est quicquid sorti accedit, sors autem quando aliquid illi accedit consideratur quatenus est in actu restitutionis, qui actus in sui principio & progressu respicit personam creditoris tanquam obiectum, & quatenus in eo terminatur tanquam finem in quo quiescit, & in eius persona format vsuram. Cæterùm in persona debitoris vsura non est res damnabilis, & quatenus præstatur non facit illud peccare. *capit. debitores*, vbi omnes notant post glos. *in verbo, reddere, extrà de iureiur.*

38 Et his stantibus infertur, quòd promissio facta in casu nostro per Casonium Paulo mutuanti de vendendo illi prædium iusto & communi pretio, & subinde venditio sequuta non constituunt vsuram, nec sit vsuraria. Quia cùm ex illo facto venditionis non possit dici creditori aliquid adesse, quod pretio possit æstimari, sequitur quòd illud non possit continere vsuram. Nam præstatio communis æstimationis prædij venditi facit vt emtori recipienti vel vltra sortem nihil adsit, cùm iusta æstimatio, quam ipse præstitit emtori, & quæ ab eo abest, subrogetur, quod inter contrahentes æqualitas iustitiæ commutatiuæ sit seruata.

Est bene verum, quòd recipiens prædium habet il- 39
lud plus, quòd scilicet recipit prædium quod propter affectionem pluris æstimat, sed ista affectio secundùm Doct. non est commodum æstimabile pecunia, & bursale, vt not. & præsupponunt commun. Doct. *in l. vni. C. de sent. quæ pro eo, quod interest*, vbi omnes post Bartol. concludunt, quòd interesse meræ affectionis si vltra eam non habet adiunctam vtilitatem pecuniariam non potest peti fieri aliqua condemnatio, & in specie, Petr. Rebuff. ibi *numero* 254. *versi. item si possumus*, dicit, quòd interesse, quod consistit in eo quòd voluntas non expletur, non potest æstimari pretio summario, *& numero* 287. dicit quòd affectio, quæ pretio summario non potest æstimari, est illa quæ vtilitatem non continet pecuniariam.

Et in materia de qua agimus ita videtur conclude- 40
re omnes Canonistæ, Theologi *in d. cap. fin. de vsur.* quatenus volunt, quòd promissio de eundo ad molendum, vel coquendum panem, vel ad scholam, si non habeat annexam aliquam vtilitatem pecuniariam, non continet vsuram, licèt interueniat semper, & necessariò in recipiente commodum satisfactionis animi, & satisfactionis illius.

Et ex istis patet esse responsum secundæ probationi 41
dubitationis, quæ continebat quòd promissio de vendendo iusto, & communi pretio prædium mutuanti pecuniam est vsuraria, & nulla, quia ex iam dictis probatum fuit contrarium.

ARGVMENTVM.

In hoc consilio plura discutiuntur, quæ indiciorum materiam respiciunt, & præsertim quando, & quale ex dispositione socij criminis, seu mandatarij oriatur indicium contra assertum socium, & mandantem, pluráque de testium fide & probatione non iniucunda explicantur, de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

Causa delinquendi facit indicium contra eum, contra quem delinquendi causa vrget, & econtra, n. 1.

Causa delinquendi, vt indicium faciant, debent esse non leues, sed graues, n. 2.

Causa delinquendi, vt indicium faciant, non sufficit eas probare in genere, sed debent probari in specie, n. 4.

Calor indicij excusat excipientem cõtra testes, etiã quòd in exceptionibus aliqua irrogetur infamia, num. 4.

Interrogans nihil ponit, nec aliquid de veritate asserit, sed petit se certificari ab aduersario, n. 5.

Inimicitia oritur ex procuratione, aduocatione, seu testimonio in causa criminali; declara, vt num. 6.

Offendere quis non præsumitur velle suum amicũ, n. 6.

Captura decerni nõ potest indiciis non præcedẽtibus, n. 7.

Socius criminis plures defectus patiens varius, & periurus non facit indicium ad torturam in quibuscunque atrocissimis delictis exceptis, & difficilis probationis, num. 8.

Tortura non supplet plures defectus, n. 8.

Socius

Socius criminis non facit indicium etiam quòd sit examinatus vt testis, n. 9.

Confessio emanata non datis defensionibus non nocet confitenti nec tertio, n. 10.

Confrontatio socij criminis cum reo quando fit à iudice debet ipsi reo legi examen, & depositio confrontati, declara, vt n. 11. & 13.

Suspectus est qui à solito recedit, n. 12. in fine.

Socij criminis depositio inuerisimilis nō facit indicium, num. 13.

Testis in vno falsus, in totum reputatur falsus n. 13. in fine.

Falsificare manum alienam, & illam contrafacere multi sciunt, n. 14.

Concubinarius testis nihil probat, n. 15.

Tortura non purgat infamiam, siue iuris, siue facti, quādo testis à testificando repellitur, n. 15.

Custodes carcerum tradendo carceratis bulletinos sibi transmissos puniuntur vigore Bullæ Pij V. n. 16.

Testis sibi varius in substantiali circumstantia præsumitur falsus, n. 17.

Falsitas seu varietas in tempore arguit falsitatem in dicto, n. 18.

Fuga & contumacia vnius alteri non nocet, n. 19.

Indicium sumi non potest ex his quæ diuersimodè contingere possunt, & ad delictum non inferunt. n. 20.

Mendacium non facit indicium, quando si reus confessus esset sibi non præiudicasset, n. 21.

Mendacium non facit indicium nisi fuerit probatum per duos testes, n. 21.

Mandatarij depositio dicētis se ab aliquo requisitum, ad occidendum aliquem, & noluisse mandatum acceptare, non facit indicium ad torturam n. 22. vbi præsertim quando patitur plures defectus.

Indicia remota, & adminicula, quamuis leuia debent esse in genere suo plenè probata per duos testes, numero 23.

Testes probantes indicia remota ad effectum torturæ inferendæ, debent esse omni exceptione maiores, n. 24.

Indicia duo remota nunquid sufficiāt ad torquendum, num 25.

Indicia ad torquendum debent esse verisimilia, probabilia, grauia, vrgentia, certa, clara, ita vt nihil aliud deesse videatur, quàm rei confessio. n. 25.

Inimicitia nunquid contrahatur per conuersationem cū inimicis, n. 26.

Inimicitia non facit indicium, quando offensus habebat alios inimicos, n. 27.

Conuersatio cum malis hominibus, an & quando facit indicium ad torturā, n. 28. & 29.

Socij criminis depositio etiam periuri iunctis adminiculis nunquid faciat indicium ad torturam, n. 30.

Frequentatio loci in quo homicidium est commissū, quādo faciat indicium ad torturam, n. 31. & 32.

Testis examinatus parte non citata nullum etiam modicum facit indicium, n. 33.

Testibus deponentibus pro defensione rei & pro exclusione delicti, magis creditur quàm deponentibus contra reum, n. 34.

Obliuio non verisimilis facit indicium ad torturam, num. 35.

Testis in eodem examine potest se corrigere, & declarare, num. 35.

CONSILIVM CXCII.

IN hac Faentina homicidij, sicut & in aliis omnibus causis, & delictis, inprimis spectanda est causa, propter quam quis delictum commiserit; vbi enim delinquendi causa adest, ab eo, quem causa vrget, delictum commissum fuisse iura præsumunt. Cason. *de indiciis in secundo tractatu, cap. 1. n. 2. & c. 3. n. 1. & 2. & n. 6. & 7.* sic è contra, vbi in inquisito nulla ex processu delinquendi probatur causa, tunc nec in eo delictum præsumitur, & hæc est fortissima & naturalis præsumtio, quæ omnes alias superat, secundùm Castrens. *in l. fluminum, §. fi. ff. de damn. infect.* Bar. *cons. crim. dine. f. 8. . 8. lib. 1.* Fol. inter eadem consilia *cons. 338. n. 13.* cum aliis per Bertaz. *cons. 556. n. 20. & seq. lib. 2.* & per Menoch. *cons. 238. n. 25. & seq.* 1

Et in specie ad effectum præsumendi homicidium causæ delicti non leues, sed graues requirūtur, vt per Franc. Cason. vbi suprà *de indic. tractat. 3. num. 8. & seq.* vbi dixit, quòd quando quæritur quis occiderit, grauiores requiruntur causæ quàm quando quæritur, an ex proposito occiderit, Blanc. *de indic. numer. 138.* Bertaz. *dict. cons. 556. n. 22.* Vulpel. *cons. 99. num. 2.* Honded. *cons. 96. n. 67. lib. 2.* sed sic est, quòd ex processu fabricato contra nobiles istos viros de Benedictis pro homicidio commisso in personam Achillis de Naldis, nulla prorsus, nedum grauis, sed nec leuis apparet causa, propter quam moueri potuerit ad occidendum dictum Achillem, meritò fundamento hoc cessante & corruente, omnia alia prætensa contra ipsos laborantia indicia corruunt, & prosternuntur, quia sine causa nemo delinquit, vt dicunt præallegati Doctores. 2

Quòd autem nulla adsit causa sic occidendi Achillem, non video fiscum aliam prætendere causam quam quòd alias iste Achilles præstò fuerit, seu fauorem dederit cuidam Augustino Basilio alias carcerato pro archibusata exonerata in Florentinum de Benedictis, & quòd ad eius defensā se examinauerit, & propterea Io. Francisco fuerint data interrogatoria, de quibus in actis; hęc autē causa non probatur in processu, quia in eo non constat nec quòd Achilles pro Augustino sollicitauerit, nec quòd pro eo se examinauerit. Et tamen delicti causas probandas esse etiam in specie probant communiter Doctores omnes *in c. cùm oporte it. de accusation.* voluit Franc. Cason. vbi suprà *c. 2. n. 5. & 6.* Menoch. *de præsum. lib. 5. præs. 43. n. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 2. c. 25, n. 20.* 3

Et quod attinet ad interrogatoria data à Io. Francisco Fiscali, vt super illis Achilles interrogaretur, casu quo se examini subiiceret, in quibus Achilles interrogandus erat de eius naturalitate, de stricta conuersatione cū Augustino, ac etiam, quòd sollicitauerit pro Augustino carcerato, nescio videre quænam ex parte dantis interrogatoria inferatur inimicitia, cùm omnia tendant ad debilitandum Achillis fidem in casu examinis, non autem quòd inde oriatur aliqua iniuriarum actio, à qua iudicij calor excusat interrogantem, seu excipientem contra testes, ad trad. per Clar. *in pract. §. fin. q. 41. num. 5. sub vers. caueant tamen.* Surd. *decis. Mantuan 89. per totam.* Andr. Facchin. *controuersi. iur. lib. 9. c. 13.* qui in fortioribus terminis loquuntur, etiam quando contra testes excipitur de eorum infamia, & crimine. 4

Vltra quod, qui interrogat nihil ponit, nec aliquid de veritate asserit, sed petit se certificari ab aduersario, Bart. *in l. 1. num. 6. versic. videtis ista interrogationes, ff. de interrogator. action.* Franc. *in capit. 1. numer. 5. versicul. & sic sequitur, de confess. in 6.* Francisc. Curt. *in tract. deposition. & interrogator. numero 4.* Adden. ad Alexandrin. *consilio 172. litera A; lib. 6.* 5

Verumetiam quòd in processu constaret, quòd Achilles tunc sollicitasset, seu procurasset pro Augustino carcerato, & quòd etiam se examini subiecisset ad eius defensionem; non video, inde iure cautum, quòd ex parte Florentini sit orta aliqua inimicitia; Doctores enim, qui dicunt ex procuratione, aduocatione, 6

seu

seu testimonio in caosa criminali oriri inimicitiam, intelligunt, quando quis procurat, aduocat, seu testimonium perhibet contra aliquem, vt videre est in his quæ scripsi *in mea pract. in tit. de indic. & tortur. quæst. 49. num. 73. & seqq.* Non si ad alicuius defensionem, & hoc in iure, & in practica nullam habet difficultatem; vltra quod probatá est amicitia cum Achille. Quo casu omnis mala cessat præsumtio, Cepoll. *cons. 31. num. 10.* Aym. *consi. 6. num. 22. & consil. 8. num. 13.* Menoch. *de præsumt. libr. 5. præsumt. 3. numero 21. & seq.* & alibi passim; & communiter Doctores.

7 Et ex præmissis duo inferuntur necessaria. Primum, vt prædixi, quòd cessante causa delicti, & nulla existeute inimicitia inter inquisitos, & occisum, omnia prætenta indicia corruunt. Aliud quòd iste processus habuit malum & iniustum principium, cùm ex abrupto, nullo prorsus præcedente indicio, non constito, quòd Achilles se examinauerit ad defensionem Augustini, imò nec etiam constito, quòd Io. Franciscus dederit interrogatoria, de quibus agitur, deuentum fuerit ad capturam tot nobilium virorum; & tamen certi iuris est sine indiciis ad capturam deueniri non posse. Marsil. *in pract. §. constante, num. 1.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 28. versi. scias autem.* Cephal. *consi. 93. num. 6. lib. 1.* Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 6. cap. 56.*

8 Prosequar nunc alia indicia, quibus inquisiti, & præsertim Io. Franciscus, & Petrus Paulus magis aliis grauari prætenduntur, & omissa inimicitia, de qua satis dictum, accedo ad depositionem Petri Gherti famuli carceratorum, in qua totius processus vis fundata videtur. Cuiquidem depositioni licèt respondere sufficeret, quòd vltra suam vilitatem & paupertatem facit se socium criminis, & insuper est varius, & periurus, quo casu nullum facit indicium, nedum ad torturam, sed nec etiam ad inquirendum in quibuscumque atrocissimis delictis etiam exceptis, & difficilis probationis, secundùm veriorem & magis communem Doctorum sententiam, de qua per Roland. *consi. 16. numer. 9. & seqq. lib. 1. & cons. 94. numer. 21. lib. 4.* Bursat. *consi. 275. numer. 5.* Cephal. *cons. 233. num. 14. & seq. & consi. 234. num. 9. & seqq. lib. 2.* Etiam quòd secundum dictum deposuerit in tortura, quæ non plures, sed vnicum tantùm supplere potest defectum. Bursat. *consi. 192. num. 21. & seq. & consi. 239. num. 42. & consil. 275. numer. 10.* Honded. *consil. 100. num. 37. lib. 1.* Cephal. *d. consil. 233. numer. 6. & 7. libr. 2.* vbi testatur de communi & indubitata conclusione, & sine dubio receptissima & ab omnibus iudicibus practicata est sententia, quicquid secus dicere ausus fuerit Baiard. ad Clar. *in quæst. 24. numer. 128.* quem propterea meritò reprobaui *in mea pract. crim. in tit. de indic. & tortur. quæst. 43. num. 178. in fine.*

9 Adhuc contra D. Petri depositionem est aduertendum, quòd fuit tortus non datis defensionibus; & licèt iudex dicat in decreto torturæ, ipsum torquere velle, tanquam de delicto verisimiliter informatum, quasi quòd ipsum haberet pro teste, & non pro reo, & sic sine defensionibus ipsum torqueret, & propterea eum non tanquam constitutum, sed simpliciter tanquam examinatum examinauerit. Hæc tamen omnia fuerunt sic scripta, & à iudice adhibita pro caotela, vt torturam inferret denegatis defensionibus, cùm reuera ipsum haberet non pro teste, sed pro reo, & complice, vt patet in monitione eidem Petro facta per iudicem sub his verbis, videlicet; *Et Domino dicente, quòd ex scriptura D. Ioan. Francisci scripta colligitur quòd super delicto præcessit tractatus inter ipsum examinatum, D. Io. Franciscum, & Pasquinum super d. homicidio committendo, & stantibus prædictis ipse examinatus est verisimiliter informatus, ideo dicat veritatem;* nihil ergo refert, quòd Petrus sit examinatus vt testis, si reuera complex & particeps delicti prætendebatur, modus enim examinandi non facit quem testem, si testis non est. *l. 3.* & ibi Bald. *C. de inst. & subst. l. quoties, §. si quis nouem,* & ibi Imol. *ff. de hæred. inst.* cum aliis per Bercaz. *consi. 124. num. 4. lib. 1.*

10 Et hinc necessariò sequitur, quòd confessio ab ipso Petro sic non datis defensionibus per torturam extorta, non solùm non nocet eidem Petro, *Clem. Pastoralis, in fin. de sent. & re iud.* & ibi gloss. & communiter omnes Canonistæ, Vulp. *cons. 21. n. 6.* Hier. Lauren. *decis. Auenion. 15. per totam.* sed nec etiam afficit nominatos, & inculpatos ab eo. Brun. *in tract. de indic. & tortur. part. 2. q. 4. post num. 9.* Gram. *vot. 6. n. 12. & vot. 34. etiam n. 10.* Bursat. *cons. 201. numero 58. versic. & quidem, iuncto num. 6. versic. vnde cum tortura.*

11 Nec omittendus est modus cum quo iudex fecit confrontationem Petri cum Io. Francisco & Petro Paulo, in qua præcipuè eiusdem Petri depositionem minimè legi voluit, nec eam perfectam ad eorumdem faciem recenseri per ipsum curauit, contra communem Criminalistarum practicam, de qua per Ambrosium *c. 8. sub n. 13. vers. tunc Dominus, &c. & cap. 9. n. 8. vers. tunc Dominus mandauit, versiculo & sic repetiuit, & vers. & lecta per me,* & per Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib. 3. cap. 3. num. 27. & num. 28.*

12 Nec excusetur iudex, quòd hoc fecit ad bonum finem, & effectum, videlicet vt suis loco & tempore cognosci possit de veritate circumstantiarum, & qualitatum, quas fateri forsan contigerit ipsum confrontatum; nam hæc practica solùm seruatur, quando iudex habet animum & autoritatem torquendi reum ex processu informatiuo, denegata copia indiciorum. Non quando, prout in casu nostro, danda est, prout data fuit, copia depositionis testium perfecta, & cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis in eadem depositione explicatis, prout bene docui *in tract. de testib. quæst. 72. numero 139. versic. verum quando iudex,* ideo intrat conclusio quòd qui recedit à solito suspectus est, Alba. *consil. 224. numero 4.* Dec. *consil. 108. num. 63.* Ioseph. Ludouic. *decis. 213. numero 12.*

13 Et demum circa hanc Petri depositionem aduertendum censerem, quòd tam in confessione emanata in tortura, quàm etiam in ratificatione dixit, *Che quando tornò in casa, doppo all' Archibugiata tirata trouò che Pietro Paulo si era messo à letto,* & in ratificatione, *trouò che Pietro Paulo si cauaua li calzoni per mettesi à letto;* ergo impossibile est, nedum inuerisimile, quòd Petrus Paolus astiterit, prout ipse dicit in homicidio, cùm vt mihi præsupponitur, via per quam Petrus dicit, redisse domum, sit multo breuior via, qua prætenditur redisse Ioan. Franciscum, Petrum Paulum, & Pasquinum, & propterea huius prætensi socij criminis dicto tam inuerisimili minimè standum est, Bossi. *in tit. de opposit. contra testes, numero 94.* Tiraquel. *de reuocand. donat. in præfat. num. 45.* Menoch. *de arbitr. quæst. cas. 474. num. 59.* & immo dicendum quòd ex sua depositione sit probata negatiua ad fauorem Petri Pauli vt suprà. Eiusdem testis falsitas deprehenditur etiam ex alio, quòd in ratificatione dicat, *Entrai in casa per la porta di dietro, andai nelli camerini à posar la spada, & il ferraiolo, poi entrai vn poco in cucina, & in quell' instante arriuò il Sig. Gio. Francesco & ordinò che si portasse in tauola:* ex distantia loci, sic vt suprà præsupposita, apparet etiam quòd Io. Fràciscus si homicidium interuenisset, non sic in eodem instanti per illam viam redire potuisset, ideo falsus in vno, falsus in omnibus, Bald. *in l. fin. num. 18. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Salic. *in l. si ex falsis, num. 14. C. de transact.* Innoc. & alij *in cap. fraternitas, extrà de hæreticis.*

Et quoad depositionem Petri hæc dicta sufficiant.

14 Transmissio autem bullettini, de qua in processu, & vt dicitur facta à Ioanne Francisco, nullum facit contra ipsum indicium. Primò quia non constat, quòd ipse scripserit illum, licèt characterem, multum suo characteri similem affirmet, cùm multi reperiantur, qui alienas manus imitari soleant. ad tex. *in auth. de instrumentorum cautela, & fide, in princ. & in §. si tamen quisque, ante finem,* Bald. *in l. comparationes, n. 12. C. de fid. instrum.* Marsil. *in rubr. de probat. n. 317.* Vulpell. *cons. 135. n. 7.* Menoch. *de arbit. qq. lib. 2. cas. 114. n. 14. & 15. & n. 22. in fin.*

15 Secundò quia nec etiam constat de transmissione,

nisi ex dicto Angelæ concubinariæ custodis carcerum, quæ propterea nihil probat. Specul. *in tit. de test. §. 1 numero 82. versiculo item quòd est concubinarius*, Abb. *in c. testimonium in c. notab. extrà de testibus*. Nell. *in tract. de testibus numero 10. versiculo concubinarius*, Aufret. *de reprobat. test. numero 23.* Clar. *in pract. §. fin. quæstion. 25. versiculo, Quæro nunquid.* Et quando testis à testificando repellitur propter infamiam, non probat, siue sit iuris, siue facti, præsertim in criminalibus, vt per Barbat. *in tract. de testibus, c. 2. n. 15. vers. & ideo Bartolus*, Aym. *cons. 6. n. 16.* Cephal. *cõs. 234. numero 19.*

16 Tertiò & insuper eadem Angela facit se criminis sociam cùm fateatur se dedisse commoditatem Io. Francisco scribendi in secretis carceribus, qui actus respectu Angelæ punibilis est non solùm de iure communi sed etiam vigore Bullę Pij V. in ordine 65. de qua in bullario *p. 2. fol. mihi* 1022.

17 Quartò. & amplius est apertè varia, immo falsa, cùm examinata sub die 30. Decembris, dicat, quòd habuit à Io Francisco bullettinum per tres aut quatuor dies antè, tempore quo ipse erat in fornellis secretis, & tamen constat in processu quòd de dicto tempore, non in fornellis, sed in alia Palatij stantia cũ cautione propter infirmitatem morabatur; & in repetitione dicit habuisse à Ioanne Francisco bullettinum octo diebus post eius carcerationem, & sic varia in tempore 4. dierum in circa de vna ad aliam depositionem: nullum autem falsitatis in teste verius signum est, quàm varietas in substantiali circumstantia. *l. qui falsò, ff. de testib. cap. qui falsò 4. quæstion. 3. & l. eos, ff. ad l. Cornel. de fals.*

18 Quintò in bullettino expressè enunciatur circa archibusium Pasquini, & coregionum, quòd iam & ipse, & alij super hoc fuerãt examinati, & quòd ita cõcordes deposuerũt: veritas autem est vt ex processu apparet quòd super hoc non fuerunt examinati nisi 20. diebus post eorum carcerationem; ergo iterum falsa in eo, in quo dicit bullettinum sibi traditum diebus octo post eorum carcerationem: falsitas autem & varietas in tempore arguit falsitatem in dicto. Arenn. *in capitul. in nostra, numero 5. & seq. & num. 9. & 10. extrà de testib.* Monticell. *in repertor. de testibus rubr. impugnatur testis quia varius, fol. 201. col. 1. versiculo quinto, & col. 2. versiculo quarto.* Roland. *consilio 96. numero 17. lib. 4.* Cephal. *consilio 65. n. 52. & cons. 98. n. 37. lib. 1.*

19 Fuga, & contumacia Pasquini, nec etiam obest inquisitis secundùm magis communẽ, de qua per Bursat. *consilio 239. numero 41.* Eugen. *consilio 63. numero 9. iuncto n. 66.* Honded. *consilio 97. numero 30. & seq. & consilio 87. numero 198. & seqq. lib. 2*, cum aliis per me relatis *in pract. in tit. de indic. & tortur. quæst. 48. n. 22. & seq.* vbi præsertim quando assertus socius criminis aufugit post aliorũ carcerationem, prout in casu nostro.

20 Nec etiam obstat insolita cœnandi hora, cùm multa possint cõtingere quibus quis aut citiùs, aut tardiùs cœnam sumat, præsertim, quando, prout dicit Io. Franciscus de manè etiam prandium tardè sumtum fuit, nec sumi potest indicium ex his, quæ diuersimodè contingere possunt, & ad delictum nõ inferunt, Natal. *in cons. 259. n. 4. lib. 1.* Aym. *cons. 6. n. 13.* Vulpel. *cons. 7. n. 3.*

21 Prout nec etiam contra Io. Antonium Hippolytum, & Florentinum obstat assertum mendacium, dum negãt fuisse certioratos de captura fratrum, tum quia vnicus tantùm testis de dicta certioratione deponit, & certum est mendacium, vt indicium faciat, debere per duos testes probari, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante torturam, num. 37.* Tob. Non. *cons. 69. num. 22.* Bertaz. *cons. 60. num. 8. lib. 1.* tum etiam quia si fassi fuissent huiusmodi certiorationem, nihil ipsis talis confessio præiudicasset, Marsil. *cons. 15. num. 15. versic. Præterea etiam respondeo, & cons. 51. num. 66. vers. sed istis respondeo*, Mantua *cons. 213. circa finem, lib. 1.* Bertazol. *cons. 59. num. 7.* Et non solùm nõ præiudicasset, immo etiam fuisset eorum innocentiæ apertum signum, postquam sic certiorati sponte se in carceribus constituerunt. Marsil. *in pract. § diligenter, num. 204. & seqq.* Grammat. *cons. 61. num. 24.* Alban. *cons. 94. n. 7.* Roland. *cons. 63. n. 9. lib. 3.*

22 Et vltimo loco non obstat depositio Gabrielis deponentis se aliàs fuisse requisitum ab ipso Ioan. Antonio, quòd occideret Achillem, & quòd recusauit mandatum: nam quòd talis depositio nullũ prorsus faciat indicium, communiter à Doctoribus receptum est. Marsil. *in pract. § diligenter, num. 37. versic. Mihi autem nunquam placuerunt, iuncto num. 39. versic. sed in hoc dubio, & num. 40.* Grammat. *consil. 21. post num. 14. versic. tertia, & vltima ratio, & decis. 28. num. 29.* Hier. de Monte *quæst. 16. num. 10.* Clar. *in pract. in § fin. quæst. 21. versic. Et ex hac conclusione*, & vt dicunt prædicti Doctores, si aliter diceremus, esset in potestate cuiuslibet ribaldi, probum virum falsò inculpare, & vexare, prout contingeret in casu nostro, in quo dictus Gabr. aliàs vt mihi præsupponitur, pro pluribus capitalibus delictis, homicidijs, furtis, & assassinijs fuerat bannitus, & condemnatus, ideo cùm tot patiatur defectus eo minus aliquod facit indicium, Grammatic. *vot. 34. numer. 8. & sequent.* Roland. *consilio 16. numero 16. libro 1.* Bertazzol. *consilio 341. numero 27. libr. 2.* Quare ex processu mihi exhibito, nihil extare video, quod horum nobilium virorum relaxationem & absolutionem impedire valeat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

23 DVbitationes in hac causa excitatæ non tollunt aliàs per me scripta, cùm earũ aliquæ in iure, aliquæ autem in facto non subsistant. Dum enim primò firmatur conclusio, quòd in delicto nocturno, & difficilis probationis ad torturam facilius deueniatur, quàm in alijs delictis, & quòd ad hunc effectum plura imperfecta indicia coniungantur, transeat; verùm dum subiungitur sufficere plura remota indicia etiam probata per testes singulares, & pluribus defectibus laborantes, ad Grammatic. *decis. 35. num. 35.* cum aliis per Caball. *resolut. crim. centur. 2. cas. 193.* respondetur communem Doctorum sententiam esse in contrarium, quòd immo, nedum remota indicia, sed etiam adminicula quamuis leuia, vt simul iuncta indicium faciant ad torturam, debet esse in genere suo plenè probata per duos testes, ad gloss. quam communiter sequuntur Doctores *in l. fin. in verbo, vel indicijs, C. famil. hercisc. d.* Boss. *in tit. de indit. & considerat. ante torturam, num. 5. & num. 18. & 19.* Osasch. *decis. Pedem. 79. ante num. 31.* Anton. Gomez *de delict. cap. 13. rubr. de tortura reorum, num. 18.* vbi de communi, Clar. *in pract. § fin. quæst. 22. in princ.* vbi quòd hęc conclusio non solùm est communis, sed indubitata, & contradictorem non habet, quos, & alios plures retuli *d. quæst. 37. n. 13. & seqq.*

24 Et quòd testes probantes indicia remota ad effectum torturæ inferendæ, debeant esse non solùm sine exceptionibus, & defectibus, sed etiam omni exceptione maiores, scripserit Anton. Gomez *dict. capitul. 13. rubr. de tortur. reor. num. 18. in fine, & seq.* Menoch. *de præsumt. libr. 1. quæst. 91. num. 5. & 6.* cum alijs per me relatis *dict. quæst. 37. num. 18. & seqq.* vbi ab hac conclusione non esse in iudicando recedendum, expressè affirmaui, quicquid secus senserint alij ibidem per me relati. Et rursus, quòd ad effectũ præmissum testes singulares non probent indicia, nisi fuerint omni exceptione maiores, & deposuerint super proximis delicto, non autem super remotis, latè deduxi *dict. quæst. 86. nu. 95.* Non enim me ipsum allegare mihi prohibitum censeo, postquam in dubitationibus datis aduersùs ea, quæ in hac causa scripsi aliàs per me scripta ponderentur.

25 Et dum secundò subiungitur ad torquendum duo remota indicia sufficere. Bertaz. *cons. 13. n. 8. lib. 1.* Baiard. ad Clar. *q. 64. num. 60.* cum aliis per me allegatis *in tit. de indic. & tortur. quæst. 37. num. 43.* Respondetur, vltra quòd hæc conclusio, vt mox dixi, nunquam procedet, nisi remota indicia in genere suo sint plenè probata, eam in iure minimè veram esse, cùm certissimum sit indicia ad torquendum debere esse non solùm verisimilia &

pro

probabilia, sed etiam grauia, vrgentia, certa, clara, ita vt nihil aliud deesse videatur, quàm rei confessio. *l. 1. in* 25 *princ. ff. de quæst. l. milites, §. porter, & l. cum conditionaliter, C. eodem.* per quæ ipsa ad effectum torturæ inferendæ leuia indicia non sufficere communiter scripserunt Doctores per me relati *in quæst. 37. numero 3.* quos hîc repetere superfluum est. nec *in eadem quæstion. 37. numero 43.* ex aduerso in dubitationibus allegata contrarium dico, immo & idem affirmo, prout nec etiam Bertaz. *cons. 113. num. 8. lib. 1.* allegatus per Baiard. *in quæst. 64. num. 60.* contrarium dicit.

26 Dum tertiò firmantur aliæ conclusiones, aliàve præsupposita, quòd scilicet inimicitia capitalis iunctis adminiculis indicium faciat ad torturam, & quandoque etiam sine adminiculis, quando nemo alius de delicto imputatus reperitur, & quòd inimicitia probetur coniecturis arbitrio iudicis, & quòd ex exoneratione archibusij facta per Basilium in capitaneum Florentinum sit orta inimicitia cum DD. de Benedictis, transeant pariter omnes istæ conclusiones, sed quòd postea ex conuersatione Achillis cum Basilio oriatur inimicitia inter Achillem, & inimicos Basilij, ad trad. per Blanc. *de indic. numero 171.* per Mascard. *conclus. 898. numero 51.* & quæ dixi *in quæstion. 49. numero 57.* Respondetur non esse verum in facto quòd in processu constet Achillem adiuuasse Basilium, nec mutuando pecunias, nec arma, nec tela accomodando, prout loquitur Blancus, immo, nec etiam constat, quòd dum Basilius erat carceratus ipsum in carcere defendisset, & pro eo se examinasset; & dato etiam quòd ad eius defensionem se examinasset, non propterea inde ex parte Capitanei Florentini esset orta aliqua inimicitia, ex allegatis in prioribus scriptis; sola autem conuersatio cum inimico meo, non inducit inimicitiam saltim capitalem, quæ requiritur ad faciendum indicium ad torturam, vt per Alberic. *in tractat. de testibus, t. 2. num. 13.* & Marsil. *in l. 1. §. præterea, numero 56. ff. de quæst.* Mascar. *dict. conclus. 898. n. 28. iuncto n. 15. vers. veruntamen, &c.*

27 Et in casu nostro, vt retorqueam quæ ex aduerso in dubitationibus considerantur res omni caret difficultate, stante alia grauiori inimicitia Achillis propter archibusatam exoneratam Marco Antonio Laderchio, & alia inimicitia propter mortem Marci Sarti occisi, pro quibus delictis supplicauit, nec ab offensis, aut eorum hæredibus respectiuè aliquam habuit pacem, ad trad. per Franc. Marc. *decisi. 423. numero 27. consilio crim. diuers. 53. numero 10. libro 2.* & scripsi *d. quæstion. 49. numero 105. & seq.*

28 Dum quartò pro secundo indicio adducitur conuersatio DD. de Benedictis cum malis hominibus, & in specie cum Pasquino, qui dicitur occidisse Achillem cũ retinendo domi, vsque ad commissum homicidium, ex qua conuersatione iunctis adminiculis, indicium oritur ad torturam, ex Felyn. *in capitulo Petrus, numero 4. de homicid.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. præsumt. 89. n. 125.* cum aliis per me traditis *in quæstion. 52. numero 92.* respondetur, quòd tunc demum conuersatio hæc cum malis hominibus facit indicium ad torturam, quando cõstat de mala vita eorum, cum quibus inquisitus conuersationem haberet, sic enim omnes ex aduerso allegati Doctores loquuntur, & præsupponunt, & latiùs probant Doctores per me allegati *dict. quæstion. 52. numero 85.* Quod non contingit in casu nostro, in quo Pasquinus, tempore, quo fuit receptus domi inquisitorum, non erat tentus; nec reputatus pro homine malæ vitæ, & famæ, sed publicè cum hominibus versabatur, etiam cum DD. de Naldis, erátque miles equester in Ciuitate Cesene.

29 Præterea ad hoc vt conuersatio cum malo homine indicium faciat ad torturam, iunctis adminiculis necesse est. vt sit stricta, & continua, secùs si interpellata, & non stricta; sicut post Castrensem in loco per eum relato bene declarat Mascard. *conclus. 451. numero 9.* & dixi *in quæstion. 41. numero 175. & dictu quæstion. 52. numero 91.* Quæ quidem stricta, & continuata conuersatio non cadit inter DD. de Benedictis, & Pasquinum, qui duobus tantùm vicibus in eorum domo hospitatus fuit.

Dum quintò pro tertio indicio firmatur conclusio, 30
quòd dictum socij criminis etiam periuri faciat indiciũ ad torturam iunctis adminiculis, quando in tortura deposuit saltim de consuetudine, de qua per Boss. *in titul. de indic. & cõsiderat. ante tortur. num. 156.* Clar. *quæstion. 21. versicul. scias tamen*, Baiard. ad Clar. *dict. numer. 32.* vbi testatur ita seruari in statu ecclesiastico, præsertim concurrentibus aliis coniecturis, ad scripta per me *in quæstione 43. numero 184. versiculo nisi forsan.* admittitur conclusio, dummodo concurrant adminicula, non leuia, sed grauiora, & vrgentiora, vt bene declaraui *in dict. quæstion. 43. numero 184. eodem versiculo nisi forsan.* quæ adminicula sic grauiora, & vrgentiora, non solùm non adsint in casu nostro, sed prætensus criminis socius vltra periurium patitur plures alios defectus, quos tortura non supplet, secundùm veram, magis communem, & practicatam Doctorum sententiam, de quibus vltra aliàs allegatos remitto lectorem ad scripta per me *in dict. quæstion. 43. numero 178. & in tract. de testib. quæst. 62. num. 381. & seqq.* quibus in locis sic pro veritate testatus fui in Vrbe, quæ aliarum ciuitatum magistra esse debet, ab omnibus iudicibus seruari, quicquid secus testetur Baiard. ad Clar. *dict. quæst. 21. n. 128.* & præmissis cessantibus in hac depositione Petri Ghetti nullum prorsus fundamentum pro parte fisci fieri potest, cùm vt aliàs dixi non fuerit legitimè confrontatus, tortus non datis defensionibus, & in pluribus mendax, & falsus, quibus nihil ex aduerso responsum video.

Dum sextò pro quarto indicio ponderatur, quòd Do- 31
minus Petrus esset solitus frequentare viam illam, vbi Achilles occisus repertus fuit, ad trad. per Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæstion. 89 numer. 126.* respondetur conclusionem prædictam pati duas limitationes, quarum vnaquæque casui nostro optimè applicatur. Prima est, vt non procedat, nisi frequentans locum, vbi occisi cadauer repertum fuit, fuerit homo malæ conditionis, & famæ, & solitus similia committere, vt per Imol. *in l. iusto errore, numero 5. ff. de vsucap.* Roman. *in leg. 1. §. si quis in villa, numero 4. & 5. ff. ad Sillanian.* Blanc. *de indic. numero 71. in fine, iuncto numero 76.* Angel. *de malefic. in verbo, Quod fama publica, numero 50. versiculo intellige tamen*, & Augustin. *in addition. versiculo fateor tamen*, Menoch. *vbi supra dict. quæstion. 89. dict. num. 126. & sequent.*

Secunda est limitatio, vt eadem conclusio procedat 32
in eo, qui non est solitus frequentare, & transire per illam viam, vbi cadauer occisi repertum fuit, secus si illac aliàs antea transire solitus erat ex alia causa, secundùm Imol. *in dict. leg. iusto errore, post numerum 4. ff. de vsucapion.* Blanc. *de indic. numer. 76.* Nouell. *in tract. ad defensam, rubric. an indicia pro reo danda sint, numero 63. versiculo tu tamen dic*, Mascard. *de probat. libro 1. conclus. 98. num. 15. & n. 31.* sed sic est, quòd in processu non cõstat de mala fama Petri Pauli, & econtra constat quòd etiam ante homicidium Achillis solitus erat transire per illam viam ex alia causa; ideo, &c.

Dum septimò pro quinto indicio adducitur præpa- 33
ratio pilearum plumbearum cum qualitate raminis die ante homicidium facta in domo DD. de Benedictis, ad scripta per me *in tit. de indic. & tortur. in quæst. 52. numero 75. & 163.* de qua deponit Franciscus Catta, qui licèt non repetitus facit aliqualem probationem, ad tradit. per Menoch. *de arbitr. quæstion. libro 1. quæstione 26. numero 5.* Respondetur hanc assertam armorum præparationem nullo pacto probari in processu, tum quia non nisi per vnicum testem, & tamen suprà probaui omnia remota indicia per duos testes plenè probanda esse, tum etiam quia non est verum in iure, quòd testis non repetitus faciat aliquam probationem, & quòd immo nullum faciat indicium etiam modicum, est textus *in capitulo 2. ibi, nullius momenti, extrà de testibus*, & ibi adnotarunt, Abb. *numero 14.* Aretin. *numer. 1. in 1.*

notab.

notab. & *num.* 11. *sub versicul.* *Quinimo fallit*, & *n.* 15. *in princ.* & Felyn. *num.* 3. Bartol. *in l. maritus, num.* 3. *in fine, ff. de quastion.* & est communis, vt per Gabriel. *lib.* 2. *titul. de citatione, conclus.* 1. *num.* 241. & 243. Viu. *opin.* 931. *num.* 7. & per Mascard. *de probat. lib.* 1. *in praf. st. quaest.* 5. *num.* 37. Crescent. *rubric. de testib. decis.* 2. *alias* 264. & Menoch. vbi suprà allegatus, *quaest.* 26. *num.* 5. non loquitur de teste non reperito, sed de teste non iurato.

34 Tum & tertiò, quia iste Franciscus testis conuincitur de falso ex depositione Mariæ famulæ testis Curiæ totum contrarium deponentis, & huic Mariæ magis credendum est, quàm Francisco. Primò, quia examinata pro informatione Curiæ. Secundò, quia deponit ad defensionem rei, & pro exclusione delicti, Boss. *in titul. de defensione reorum, num.* 7. *in fine*, Gabriel *titul. de testib. concl.* 4. *num.* 21. *lib.* 1. Roland. *consi.* 57. *num.* 48. & 49. *lib.* 4.

35 Dum octauò pro sexto & vltimo indicio ponderetur fouetissimus obliuio domini Ioann. Francisci, qui interrogatus super bulletino, dixit se nescire an illum scripserit, nec ne. Quæ quidem obliuio, cùm sit de recenti, & de facto proprio, facit indicium ad torturam, Menoch. *dict. question.* 89. *num.* 142. vltra alias responsiones quæ possunt dari, sufficiat dicere quòd idem dominus Ioann. Franciscus incontinenti seipsum declarat, quid voluerit dicere per illa verba se nescire an scripserit bulletinum nec ne. Dum subsequenter in specie, & præcisè interrogatus à iudice expresse respondet se nunquam scripsisse dictum bulletinum, quòd autem quis possit in eodem examine ex seipso, nedum ad iudicis interrogationem dictum suum corrigere, nedum declarare, voluit Bart. *in capitul. praeterea, num.* 13. & ibi etiam Abb. *num.* 12. *versic.* 1. *casu*, & Cardinal. Zabarel. *numer.* 1. *extrà de testib. cogend.* Boss. *in titul. de publicat. process. num.* 29. & *num.* 32. Alciat. *de praesumt. reg.* 2. *praesumt.* 29. *num.* 2. *versi.* & *dicitur incontinenti*, Couar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. *sub versicul. caeterùm*, &c. Et ex his currenti ferè calamo conscriptis propter temporis breuitatem ad scribendum nihil præfixi, dubitationes pro parte fisci datas indubitanter sublatas & euacuatas esse affirmare me posse credideram.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

Homicidium, an, & quando censeatur præmeditatè commissum, an verò potiùs in rixa, in hoc consilio plures explicantur præsumtiones excludentes, & inducentes præmeditationem, pluráque de testium fide, & probatione ad effectum torquendi notabilia reperies in summariis.

SVMMARIVM.

Testis periurus nihil prorsus probat, numero 1.

Testis vltro se ad testificandum offerens de falso suspectus est, num. 2. *declara, vt numero* 77.

Testis qui diu in carceribus detentus fuit quicquid postea deponit deponere videtur per vim, & tadio carceris, numero 3.

Testis pendente iudicio super crimine contra ipsum intentato testificari non potest, num. 4.

Testis examinatus à non habente iurisdictionem nihil probat, num. 5.

Iurisdictio in criminalibus prorogari non potest quando index nullam prorsus habebat iurisdictionem, num. 5.

Testis inhabilis patiens plures defectus nullam facit fidem, etiam in casu in quo testes inhabiles admittuntur, num. 6.

Tortura non purgat periurium, quando criminaliter agitur, num. 7.

Tortura non purgat plures defectus, num. 7.

Tortura non purgat defectum iurisdictionis, num. 8.

Prohibitus dicere de nullitate non censetur prohibitus opponere nullitatem ex defectu iurisdictionis, num. 8.

Riualitas in amore ad hoc vt indicium faciat tria requiruntur, de quibus, num. 9. & *num.* 26.

Testis examinatus à Curia plenè probat contra curiam, num. 10. & 50.

Indicia remota non probantur per testes qui non sint omni exceptione maiores, num. 11.

Testes singulares non probant extra iudicialem confessionem quando criminaliter agitur, num. 12.

Scientia non præsumtiuè sed bene & concludenter probari debet quando criminaliter agitur, num. 12.

Testibus deponentibus pro defensione reo magis creditur quàm deponentibus contra reum, num. 13. & *num.* 49.

Causa exclusiua delicti potius præsumitur quàm inclusiua, num. 14.

Testis iuratus pro vtraque parte tenetur dicere veritatem, & eius depositio scindi non potest, num. 15.

Testes super formalitate verborum deponentes, si non concordant sunt de falso suspecti, num. 16.

Testes deponentes se cognouisse aliquem ad vocem probant, num. 17. & *num.* 33. *vide num.* 89.

Confessio extraiudicialis debet probari per duos testes, contestes, & idoneos, num. 18. & *num.* 38. & *num.* 47.

Singula si non prosunt multa collecta sufficiunt ad torturam quando singula sunt in genere suo plenè probata, & per testes idoneos, aliàs secus, n. 19. & 40.

Torqueri non potest quis de complicibus seu qualitatibus aggrauantibus delictum nisi de principali delicto sit confessus, aut conuictus, num. 21.

Torqueri nemo potest super præmeditatione asserti homicidij, nisi præcedente mala fama præcedentibus indiciis præmeditationis, & quòd nulla extet præsumtio præmeditationis, num. 22.

Inimicitia post sequutam reconciliationem non facit indicium ad torturam, num. 23.

Inimicitia non facit indicium quando non constat de inimicitia causa certa, & clara, num. 23.

Testis patiens defectus nihil prorsus probat etiam cum tortura, num. 23. & 25.

Testis nulliter examinatus, & sine iurisdictione non potest haberi pro ritè & rectè examinato, num. 26.

Indicium remotum debet probari per duos testes, numero 27.

Testis malè affectus, & malè satisfactus de aliquo non probant contra ipsum, num. 28.

Socio criminis contra alium deponenti ad se exculpandum non creditur, num. 29.

Testis famulus deponens ad exculpationem sui domini nihil probat, num. 30.

Periuria non purgantur per torturam, num. 31. & *sequen.*

Armorum delatio non facit indicium contra eum, qui solitus est arma portare, num. 33.

Testes birruarij ratione vilitatis eorum personæ non probant, n. 34.

Inhonesta mulier nihil probat, n. 35.

Testis notoriè inimicus examinari non debet, n. 36.

Confessio extraiudicialis ad hoc vt probet plura requiruntur, n. 38.

Conuictus vt quis dicatur requiruntur duo testes omni exceptione maiores, n. 41.

Homicidium dicitur incertum, quando quis ex vnico tãtùm vulnere mortuus reperitur in rixa à pluribus commissa, & ideo isto casu omnes à pœna ordinaria absoluuntur, & in extraordinariam condemnantur, num. 42.

Fugiens ex carcere habetur pro confesso, n. 43.

Inimicitia capitalis nõ oritur ex eo quòd vnus alterum non salutat, n. 44.

Inimicitia non capitalis non facit præsumtionem præmeditationis, n. 43.

Riualitas in amore, nunquid contra riualẽ altero riuali occiso indicium faciat, numero 45. declara vt numero 74.

Testis deponẽs de auditu, & non dicens à quo, nihil probat, n. 48.

Indicium ex riualitate amoris resultans nihil operatur quando vnus riualis ignorabat amorem alterius, num. 50.

Indicia remota probari debent per duos testes, n. 51.

Reconciliatio inter inimicos non dicitur si biennium transactum est, n. 51.

Confessio extraiudicialis non plenè sed semiplenè tantùm probat. n. 51.

Testes periuri nihil probant, etiam quòd in tortura deposuerint, n. 52.

Aggressor præsumitur is qui magis associatus erat. numero 54.

Præmeditatio præsumitur, & non præsumitur, ex qualitate personæ, n. 55.

Animus occidendi differt à præmeditatione, n. 58.

Vulnera delata in capite demostrant animum occidendi sed non præmeditationem, n. 58.

Præmeditatio nunquid præsumatur ex homicidio commisso de nocte, n. 60. 71. & seq.

Aggressor præsumitur quo magis robustus, & magis in armis exercitatus est non tamen inde præsumitur præmeditatio, n. 62.

Homicidium commissum sine animo occidendi non dolosum, sed culposum dicitur, & ideo pœna ordinaria non punitur, n. 64. & 65.

Testes vbi non sunt idonei tunc plura imperfecta non coniunguntur ad inferendam torturam, n. 66.

Testes inhabiles vbi aliqua speciali ratione admittuntur, non tamen admittuntur ad probanda indicia præsertim remota, n. 67.

Specialia duo concurrere non possunt, eodem subiecto, num. 68.

Præmeditatio homicidij præsumitur ex coadunatione hominum armatorum, n. 69. vbi etiam quòd homines coadunati auxilium non præstiterint, n. 70.

Præmeditatio præsumitur ex qualitate loci in quo homicidium fuit commissum, n. 73.

Argumentum à communiter accidentibus fortissimum est in iure, n. 73.

Mendacium circa substãtialia facit indicium, n. 75. & n. 91.

Testium numerus supplet defectum aliorum, quando agitur de tortura inferenda, & alia concurrunt adminicula, n. 77.

Tortura tollit defectum testium, num. 78. vbi præsertim, quando concurrunt adminicula.

Testes singulares probant ea, quæ in animo consistunt præsertim concurrentibus adminiculis, n. 79.

Reconciliatio post inimicitiam, quando tollat indicium inimicitiæ, n. 81.

Homicidium præsumitur præmeditatè commissum ab eo, qui perquisiuit scire iter occisi, n. 83.

Testis primæ depositioni magis verisimili magis etiam standum est quàm secundæ depositioni emanatæ in tortura, n. 84.

Arma insolita faciũt indicium præmeditationis, n. 85.

Præmeditatio homicidij præsumitur ex verbis in rixa prolatis, n. 87.

Testes non dicuntur varij, nec contrarij etiam quòd vnus plus altero deponat, n. 90.

CONSILIVM CXCIII.

NON repetam aliàs per me deducta in primis 1
allegationibus super prætẽsa præmeditatione homicidij aliàs commissi in personam Comitis Georgij, discurram tantummodo super nonnullis, quæ postea superuenerunt. Et primò super capite prætensæ inimicitiæ, in quo superuenit dispositio Carlucci, indubitanter dico in eius dicto nullam prorsus vim faciendam, cùm patiatur tot tantósque defectus, vt testis nomen non mereatur, est enim non solùm vnicus & singularis, vilis, & pauper, prout iudex in decretis torturæ asserit, & sic à testimonio repellẽdus, ex aliàs allegatis, sed etiam periurus, cùm in vltimo examine affirmauerit ea quæ sæpius interrogatus pro veritate se scire negauerat. *capitul. si quis conuictus*, & *capitul. paruuli* 22. *quæstion.* 5. *capitulo ex parte*, vbi Glosa, & communiter omnes Canonistæ, *extra de testib.* Clar. *in pract. in* §. *periurium, n.* 7. *vers. repellitur.*

Spontè, & non ad iudicis instantiam vltro deposuit, 2
vt in eisdem torturæ decretis asseritur, ideo de falso suspectus. §. *si verò ignoti, & ibi gl. in verbo festinantes, in authent. de testib.* Alberic. *in l. si quando, num.* 1. *versic. & dixerunt quidam, Cod. eodem.* Boss. *in titul. de opposition. contra testes, numero* 29.

Immo non sponte, sed per vim, & tædio carceris af- 3
flictus, nempe per duos menses, & plus, vt se ab illis liberaret, sic deposuit, ideo per vim huius testis depositio extorta videtur. Bero. *in capit. & si Clerici, num.* 51. *versic. sextò confessio, extrà de iudic.* Pract. Conrad. *rubr. de confess. crimin. num* 5. Boss. *in tit. de carceribus, num.* 22. *ad med. vers. & ideo si detentus*, præsertim cùm iniustè & indebitè in carceribus detineretur.

Aliàs, prout fatetur in Vrbe pro crimine carceratus, 4
& torturæ suppositus licèt propter impedimentum torqueri nequierit, ideo pẽdente iudicio super crimine à testificando repellitur. *l. in testimonium, ff. de testibus. cap. si testes, versic. in testimonium* 4. *quæst.* 3. *cap. final.* & ibi Doctores omnes, *extrà eodem.*

Nec omittendum quòd fuit nulliter examinatus, & 5
sine iurisdictione, videlicet contra formam litterarum Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ, vt in informatione facti, ad tradit. per Vant. *in tractatu de nullitate, capitul.* 10. *rubric. de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ, numero* 91. & 92. ideo per quamcunque declarationem examinantis, iurisdictio prorogari non potuit, cùm examinator nullam haberet iurisdictionem, secundùm communem, de qua per Abb. *in capitulo si diligenti, numero* 4. *de for. competent.* Imol. *in capitulo P. & G. numero* 48. *de offic. delegat.* Clar. *in practic.* §. *final. quæstione* 42. *numero* 2. *versiculo est etiam hæc conclusio*, & passim in tribunali Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ seruatur.

Quare

6 Quare succedit conclusio, quòd testis inhabilis patiens plures defectus, nullam prorsus facit fidem etiam in casu in quo aliàs testes inhabiles admittuntur, Aym. *consil.* 66.*n.*55.*&* 57.Grat.*cons.*59.*n.*41.*lib.*2. Cephal.*cons.* 65.*num.*27.*&* 28.*lib.*1.& alibi passim,& communiter omnes nemine contra dicente.

7 Nec tortura potest periurium purgare, quando criminaliter agitur, Aymon. *consil.*6.*numer.*16.*&* *num.* 47. Roland *consil.*65.*numer.*9.*&* *sequent.* *libr.*1. Osasch. *consilio* 65.*numer.*32.*&* *sequent.lib.*1.Honded.*consil.*100.*nume*.38. *libr.*1.& quatenus tortura purget defectum periurij,non tamen purgabit alios defectus, secundùm magis communem Doctorum sententiam, de qua per Claud. ad Bertazzol.*consi.*71.*litera N,lib.*1. Hippol.Rimin.*cons.*360. *num.*82.*&* *seq.lib.*3.Bursat.*consil.*192.*num.*21.*&* *seq.&* *cons.* 239.*num.*42.Honded.*consil.*100.*num.*29.*iuncto num.*38.*&* *sequen.libr.*1. vbi testatur de communi Roland. *consil.* 16. *numero* 9. *&* *sequent.* *libro* 1. Cephal. *consilio* 233. *numero* 6. *&* 7. *libro* 2. Laurent. Kitchou. *in commun. opinio. centur.*4. *conclus.*39. vbi testatur de communi, & indubitata conclusione. Quicquid secus affirmauerit Baiard. Clar.*in quest.*24.*num.*128. cuius opinio ab omnibus iudicibus in Vrbe nuoquam seruata fuit, & propterea non immeritò illum reprobaui *in tract.de testib.quastion.* 62. *post numer.*382.*&* *in tit.de indic.&* *tortur.quest.*43.*numero* 178. *in fine.*

8 Et in omni casu etiam admissa Baiard, opinione illa vtique non procedet, quando defectus prouenit ex nullitate examinis facti sine iurisdictione,non enim inueni legem, aut Doctorem dicentem, quòd tortura suppleat defectum iurisdictionis. Et prohibitus dicere de nullitate, non censetur prohibitus opponere nullitatem ex defectu iurisdictionis prouenientem,Socin.iun.*consil* 78. *num.*15.*lib.*1.Vant.vbi suprà *caput.*9.*rubr.de nullitate ex defectu iurisdictionis, num.*4. vbi testatur de magis communi Doctorum sententia, *consilio* 29, *numero* 39. *&* *sequent. libr.*1.

9 Super prætensa riualitate amoris Isabellæ, in qua superuenit depositio Carlucci,& Sebastian.Sutoris.Quoad Carlucciũ, vltra exceptiones quas patitur suprà relatas,non est immorandum in eius depositione,quia aliud non deponit,nisi quòd Eques amabat Isabellam, & hoc nõ negatur. Nec inde deducitur aliqua riualitas,nisi tribus concurrentibus. Primò quòd etiam Comes amaret eandem Isabellam,& econtra. Secundò quòd huius amoris dicti Comitis erga Isabellam,Eques scientiam haberet. Tertiò quòd Eques eundem amorem ægreferret; Nisi enim hæc tria concurrant ex sola riualitate, & concursu aliorum ad eandem mulierem, non oritur inter amantes odium,seu inimicia, vt experientia docet, & aliàs probaui.

10 Primum requisitum, quòd Comes amaret Isabellam, & econtra,non solùm non constat in processu,sed contrarium per testes Curiæ probatum extitit, cùm dicant, quòd Comes erat amore captus alterius mulieris in via Cucumeri,& quòd Isabella re vera non amabat Comitem,sed Equitem, & istis testibus pro Curia examinatis plenè credendum contra curiam. *l. si quis testibus.C.de testibus.*

11 Secundum requisitum, quòd Eques haberet scientiam amoris Comitis erga Isabellam, prorsus corruit, sublato fundamento, quòd Comes non amaret Isabellam, & econtra: sed etiam admisso amore Comitis erga Isabellam, non probatur scientia Equitis,nisi per depositionem Balthassaris Stait,& Sebastiani Sutoris.Strait autem est vilis, & pauper, ad se examinandum sponte venit,sub saluo conductu, discessit à seruitiis Equitis malè satisfactus, varius,& periurus, immo & fallus in omni sua depositione, prout bene deductum in informatione facti, Sebastianus autem pariter est malè affectus erga Equitem, cùm fateatur, *Essersi scorrucciato col Caualiero otto giorni prima dell'homicidio perche non gli voleua pagare il douere delli suoi vestiti.* Et amplius est singularis cum depositione Stayt, ex quo deponunt de diuersis prætensis confessionibus Equi-

tis circa istam scientiam. Quare intrat iuris conclusio, quòd in criminalibus, nec scientia, nec aliquod aliud remotum indicium probatur per testes, qui non sint omni exceptione maiores, Bald.*in l.final. numero* 4. *versicul.quadam est probatio maior. C.de probation.* Franc. Marc.*decision.*285. *numero* 4.*libro* 2. Ant Gomez *de delict. capitul.* 13. *rubric. de tortura reorum*, *numero* 18. *in fine,&* *numero* 19.Menoch.*de præsum'.libro* 1.*quæstion.*91.*num.*5. *&* 6. ergo multo minùs per eos, qui tot patiuntur defectus.

Intrat etiam alia conclusio,quòd nec testes singulares de diuersis extraiudicialibus confessionibus deponentes, confessionem aliquam probant quando criminaliter agitur, Bero. *in capitul. &* *si clerici, numer.* 138.*&* *sequen.de iudic.Put. decision.* 171.*numer.* 11. *libr.*2. Rota coram illustrissimo Seraphino, Tullen. Parochialis 28. Maij 1593. præsertim vbi agitur de probanda scientia, quàm quando agitur de magno præiudicio, prout agitur in criminalibus, non præsumtiuè,sed plenè & concludenter probandam esse voluit Boss. *in titul. de rapin. n.*29.*&* *sequen.*Rota *de dolo & contumac. decis.* 21. *in antiq.* Put.*decision.*77.*n.*7.*lib.*2. 12

Tertium requisitum,quòd eques ægreferret amorem Comitis erga Isabellam, cessat pariter cessante primo & secundo requisito, & nihilominus in processu constat contrarium,quòd scilicet eques nihil prorsus curabat prætensum amorem Comitis cum Isabella,ex depositione Antonij Lignaoli, dum deponit fuisse requisitum ab equite,vt bene aduerteret,& inspiceret,an eques Suarez. & Soderinus ingrederentur domum Isabellæ, & de Comite verbum nullum, & hic testis licèt vnicus sit,plenè probat pro equite,tum quia examinatus à Curia,tum quia pro defensione rei deponit,& contradictorem non habet,Aymo.*cons.*2.*n,*16.Vulpel.*cons.* 67.*num.*8. Honded.*cons.*112.*n.* 27.*lib.*1. 13

Super præparatione armorum,& super delatione ensis stillettati, in qua superuenit depositio Alexãdri Zucchetti Quoad testes deponentes super præparatione armorum satis sit dicere omnes periuros esse vltra vilitatem,ex suprà allegatis.præterquam etiam quòd testes nullam paterentur exceptionem,iam constat in processu ex qua causa Eques se armabat, quia scilicet ingredi debebat in domum mulieris nuptæ, & nobilis. Quæ causa,cùm sit patens,vtique contrariam prætensæ præmeditationis causam excludit,& ita ius præsumit, Bart. *in l.fin.§.de illo,versiculo quaro quando.ff.de bon.eor.qui mortem.*Aym.*consilio* 18. Andreas Iuuenis *in fine.*Ruyn.*consilio* 4.*numero* 19.*lib.*5.Iacob.Port.Imolen.*consilio* 95. *num.*20. Et hæc ratio militat etiam in delatione ensis stillettati, vltra quod depositio Alexandri Zucchetti,cùm tẽdat ad exculpationem sui domini, qui pugionem stillettatum gerebat,Equitem non afficit; & insuper est aduertendum quòd si huius testis depositio attendenda est; ex ea vtique omnis præmeditationis suspicio tollitur; dum dicit, *Mẽtre il Sig. Don Cosmo si staua vestendo circa mezz'hora, ò vn'hora di notte, che disse voler andar à cena in casa di quel sue amico con altri amici suoi, venne il Caualier. Lanfreducci,& disse che esso non poteua venire à cena con S.E. perche haueua da andare dalla dama Porthugese, dalla quale era stato mandato à chiamare come sapeua,& si risolsero d'andare insieme,che il Signore gli disse,che haueria aspettato,ch' hauesse parlato alla Dama.*Sicut reuera successit, quòd Don Cosimus expectauit Equitem.donec egrederetur ex domo Isabellæ. 14

Nec isto casu fiscus potest hanc depositionem scindere,& pro parte eam acceptare,& pro parte impugnare;sed totam, prout iacet, approbare tenetur,tum quia ab eodem fisco producta fuit; tum etiam quia testis iuratus tenetur pro vtraque parte veritatem dicere, & eius dictum scindi non potest.*cap.fraternitatis*,vbi Glosa & Doctores *extrà de testib.*Pract. Conrad.*rubr. de testib.n.* 11.Viu.*opn.*932.*post n.*1.Rot. *diuers.decisi.*593. *n.*1.*&* *n.*3. *par.*1. 15

Super prætensis verbis in rixa prolatis ab Equite, 91

quòd scilicet dum Comes in ea dixerat; *Ab traditore m'ammazzare.* Eques respondetit, *Mena le mani, che siamo qui per questo.* In quo prætenso indicio superuenit secundò depositio Isabellæ dicentis, *Hauer inteso vna voce, sottile come di donna dire, ab traditore, & vna voce grossa, che diceua mena le mani, & in vn tratto la voce sottile dire oh oh.* Tertiò depositio Ioannis Angeli famuli Comitis dicentis audiuisse Equitē dicere *chi va li.* & quòd Comes respondit, sed responsionem non audiuisse. Quartò depositio Francisci Syluestri etiam famuli Comitis dicentis audiuisse vnum ex aggressoribus dicere, *chi va li con voce grossa*; sed non audiuisse, quòd Comes aliquid respenderit. Et quintò alij testes probare conantes inter rixantes solum Equitem habere vocem grossam, & solùm Comitem subtilem. Vltra quod, vt aliàs probaui, depositiones dictorum Petri Sebastiani bis periuri, & alterius birroatij, non solùm inuerisimilia, sed prorsus falsa deponunt, quòd apertè deprehenditur, tum propter loci distantiam, in qua tunc manebant testes, tum per depositiones famulorum Comitis, qui ipsum Comitem eo tempore, nec verbum fecisse, expressè, & pro veritate affirmant; adhuc quantum hodie, & ipsis testibus, & alijs qui superuenerunt, credendum sit, videat iudex quàm variè, & per quantum diuersa verba præmissi deposuerint; nec in hoc dedignetur perlegere particularem facti informationem desuper factam, & insimul in iure considerare, quòd quando testes sunt producti, vel ipsi se adstringunt ad probationem præcisorum verborum, nulla maior est probatio quòd falsum dicant, nisi varietas, discordia, & contrarietas in formalitate verborum, Iason *in l. 2. num. 18. C. de secund. nubt.* Herculan. *in tract. de negatiua, n. 237.* Roland. *cons. 33. num. 11. iuncto n. 11. & n. 20. & seq. lib. 2.* Bertaz. *consil. 192. n. 22. lib. 1.*

17 Et quod attinet ad testes deponentes super voce subtili & grossa Equitis, & Comitis; sufficiat dicere, quòd etiam (quod plus est) si expressè deposuissent cognouisse Equitem, & Comitem ad vocem talia verba proferentem, nihil omnino probarent. Paris. *consil. 54. num. 23. lib. 4.* Bertaz. *cons. 228. num. 13. lib. 1.* cum alijs per Fil. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. cap. 10. numer. 12.* vbi alios plures refert concordantes *& num. 66.* vbi refert, & reprobat contrarium tenentes; cùm præsertim sic super ista vocis qualitate deponentes sint birroatij.

18 Super confessione extraiudiciali Equitis, quòd occiderit Comitem, in qua superuenit depositio Stayt, & Carlucci, non est elaborandum, cùm propter tot tantósque defectus, quos in eorum personis & dictis patiuntur, testium nomen non mereantur; addo, quòd sunt etiam singulares, de loco, & tempore, & tamen certum est extraiudicialem confessionem, vt indicium faciat, probandam esse per testes contestes, & idoneos, Bero *in capitul. & si cleri, numero 135. versiculo requiritur etiam, & numero 136. extra de iudic.* Follet. *in practic. criminal. in verbo, Et si confitebuntur il a numer. 2.* Viu. *opinion. 138. num. 6.* Bursat. *consilio 166. numero 20. & sequent. libr. 2.*

19 Nec dicat fiscus, quòd etsi singula præmissa de per se ad torturam non sufficiant, iuncta tamen insimul, sufficere debent: nam hæc conclusio bene procederet, si singula indicia de per se imperfecta essent; tamen, aut plenè probata, aut saltem si non plenè probata, probata tamen per testes habiles, & idoneos, aliàs secus, per ea, quæ latiùs dixi *in mea pract. crim. quæst. 86. num. 95. & seqq. iuncta quæst. 37. num. 38.* quæ hîc repetere superfluum putaui.

20 Et licèt ex præmissis, omnis præcedentis tractatus & præmeditationis suspicio, nedum indicium euanescat; non tamen ab re erit, hîc summatim repetere contrarias præsumtiones omnem contractum omnémque præmeditationem excludentes. Et primò iuris præsumtionem, quòd in dubio potius rixa, quàm præmeditatio præsumitur, secundò ingressus in domum Isabellæ ex causa amoris; tertiò præcedentia verba ante rixam prolata; quartò vnicum vulnus; quintò cum ense, & nō cum archibusio; sextò associationē eum Don Cosmo, & hîc legatur depositio Alexādri Zucchetti; septimò non præparationē equorū, aut pecuniatū ad fugam; octauò torturam datam complicibus; nonò, quòd Comes illuc casu accessit, & huius accessus Eques nullam prorsus habere poterat notitiam; quæ quidem præsumtiones exclusiuè tractatus, & præmeditationes, excludunt omnino & superant contrarias prætensas præsumtiones; etiam quòd essent plenè probatæ (prout non sunt) ex allegatis in primo responso.

Addo nunc ex abundanti, & ni fallor inconuincibilem rationem, propter quam Eques torqueri non potest super prætensa præmeditatione, quia scilicet quòd ipse Comitem occiderit, nec confessus, nec conuictus, nec condemnatus reperitur, ideo succedit conclusio iuris verissima, & à bonis iudicibus seruata, quòd nemo prætensus reus potest super complicibus, seu qualitatibus aggrauantibus torqueri, nisi plenè constet de eiusdem rei principali delicto, aut per confessionem, aut per concludentes probationes, aut per condemnationem. ad tex. *in l. qui vltimo, ff. de pœn.* Ludouic. Peguer. *decis. crim. 5. numero 29. versiculo scias tamen*, dixi *in quæstion. 40. numero 28.* & ita constito plenè quòd quis occiderit, seu vulnerauerit, posse vulnerantem, aut super præmeditatione torqueri, & non aliter, loquuntur omnes Doctores per me allegati *in tit. de homicid. quæst. 126. numero 114.* 21

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

ALiàs diximus, quòd ad hoc, vt possit procedi ad torturam contra Equitem Lanfreduccium super præmeditatione asserti homicidij in personam Comitis Georgij tria concurrere debent, nempe mala fama, quòd adsint indicia præmeditationis, quódque nulla exter præsumtio, quæ elidat animi deliberationem, & præmeditationem, ex sententia Bursat. *consilio. 271. numero 35. & 36.* & Baiard. ad Clar. *in §. homicidium, numero 16.* quos sequitur Farinac. *quæstion. 126. numero 114.* Proinde, quia non est probata hæc mala fama d. Equitis, quinimmo nec de ea in processu vllum adsit verbum, & quia non concurrunt contra eum indicia talia, quæ arguant hanc præmeditationem, sed immo multa adsint quæ penitus illam excludunt, adhuc dicimus nequaquā locum esse dictæ torturæ. 22

Primum enim indicium inimicitiæ cum d. Comite iam satis eneruatum fuit ex deficientia causæ d. inimicitiæ; & quia immò se ad inuicem salutare erant soliti, & quòd hæc non fuisset inimicitia capitalis, vt requiritur ad argumentum præmeditationis; vnde ex allegatis in primis informationibus, hodie non video vllo pacto in eo faciendum esse fundamentum, licèt superuenerit depositio Carlucci olim famuli d. Equitis, qui deponit de dicta inimicitia, qui & amplius dicit, quòd post reconciliationem inter eos sequutam Eques ægretulit, quòd Comes non licentiauerit quendam famulum, qui persuadere voluit, quòd Eques illum non salutabat, quia de his, quæ deponit sequuta esse ante reconciliationem, non est habenda aliqua consideratio, ex quo reconciliatio abstulit omnem inimicitiam, & sic indicium ex ea prouenıens. Nouell. *in tract. ad defensam, in rubr. an indicia pro reo, numero 42.* Grammat. *vot. 34. numero 6.* Eugen. *cons. 27. numero 21.* Farinac. *quæst. 49. num. 109.* Alia verò, quæ deponit post reconciliationē accidisse, non inferunt ad inimicitiam, sed immo arguunt animum bonum d. Equitis, qui ex eo, quòd nō fuerat eiectus ille famulus, qui 23

dederat

deiectat causam maleuolentiæ, demonstrare desiderare, quòd recóciliatio inter eos sequuta, stabilis, & firma remaneret, & ideireo cùm indicium inimicitię, ita demum afficiat si constat de causa certa, & clara illius. Grammat. *d.vot.34.num.4.* Menoch. *quæst.86.num.58.lib.1.de præsumt.* Farinac. *q.49.num.127.* non potest dici, quòd ex assertione prædicti Carlucci sit probatum aliquid, quod releuet contra ipsam Equitem.

24 Eo magis, quia d Carluccius in hoc est vnicus, & ideo non probat, Farinac. *quæst.37.num.13.& infra.* est quoque periurus, quia primò negauit, se de his nihil scire, & pariter ex hoc ei fides non est adhibenda, Farinac. *q.56.num.186.* est vilis, & pauper, cui non creditur, idem Farinac. *q.57.num.15.16.17.& 18.* vltra quod deposuit etiam non interrogatus, sed iudicem ipsemet accersiri fecit, quod & facit, vt ipsi non credatur, Farinac. *q.80.n.1.& infra.* demum & tædio carcerum, in quibus per duos menses ferè detentus fuit, hæc omnia deposuit, quod & tollit illius fidem, Maler. *de testib.c.6.num.50.* Mascard. *de probat.quæst.5.num.61.*

25 Neque dici potest, quòd illius dictum per tormenta sibi illata fuerit, & sit redditum tale, quòd ei sit standum, quia tortura non purgat defectum periurij, Osasch. *cons.65.n.32.& sequen.* Mascard. *de probat.concl.1168.num.7.* Farinac. *q.56.n.193.* nec sanat tot defectus testis. Aursat. *cons.192.n.21.& seq.* Osasch. *consil.64.n.30.* Farinac. *q.43.n.178.*

26 Vlterius, & quia fuerunt illi tormenta nulliter, & à Notario non habente iurisdictionem in præmissis illata, vt in facto clarè deducitur; quod equidem magni momenti esse debet ad infringédum dictum istius testis. Farin. *q.77.n.175.& seq.* non obstante quòd fuerit ipse testis habitus pro repetito, & ritè ac rectè examinato, quia hæc generalis approbatio non trahitur ad defectum prouenientem ex iurisdictione, Ant. Gabr. *concl.3.num.1.& seq.tit.de statutis,* Menoch. *cons.345.num.38.* quæ nec per consensum expressum quoad Iudicem delegatum prorogari potest, Bald. *in l.testamenta, in princ.versic.secundò nota, C.de testam.& in l.certa ratione, n.4.C.quando prouocare non est necesse,* cum alijs latè congestis per Gratian, *decis. Marchiæ n.3.& seq.*

27 Secundum autem indicium desumtum ex eo, quòd Comes amaret Isabellam Equite sciente, & ægreferente, aliàs fuit elitum, ex eo quòd de hoc nihil in processu cóstaret, sed imò potiùs de contrario, cùm alter ex famulis d. Comitis deposuerit, illum captum esse amore alterius mulieris in via Cucumeri cómorántis, quod & in præsentiarum est affirmandú, quia depositio, quæ postea superuenit Sebastiani sutoris, dicentis, quòd Eques valde amabat Isabellam, quódque sibi demonstrauit ægreferre Comitem illam amare, & ideo quòd potuit illa verba, *Questa poltrona fu l'amor con il Conte,* non est attendenda, quandoquidem Iste est vnicus, & ideo hoc indicium tamquam remotum non probat, Osasch. *decis.79.numer.16.* Gomez *variar. resolut.tom.13.cap.13.n.18.* Farin. *q.37.num.13.*

28 Vlterius est malè affectus de d. Equite, ex quo asserit se per dies octo ante homicidium cum eo iratum esse, & vt dicitur *scorucciato,* quod facit, vt illius dictum non probet, Natt. *consil.412.num.24.* Bertazol. *consil.170.num.17.lib.1.* Osasch. *cons.66.num.12.* Mascard. *de probat.concl.1127.num.6.* saltem, quia superuenit quoque pro ipso Equite alia depositio Antonij Lignaioli, quæ admodum eneruat dictum ipsius Sebastiani, cùm ipse dicat Equitem fecisse diligentiam, vt sibi ipse testis referret, an in domo Isabellæ ingrederentur Soarez, & Soderinus, sed quòd de ipso Comite nihil dixit, aut scire quæsiuit, quod & arguit euidens signum, quòd ille non timebat personam d. Comitis, & sic quòd ob id odium aduersùs eum non habebat, vt sensui patet.

29 Tertium indicium collectum super ense stillettaro, quem prætenditur Equité ex domo Don Cosini habuisse, & secum illo sero homicidij detulisse, de quo deponebant primo processu Don Cosmus & Balthassar Stayt, adhuc dicitur non esse vllius momenti licèt fuerit Don

Farinac. Cons.etim.lib.2.

Cosmus, & Balthassar repetiti, & superuenerit depositio Alexandri Zucchetti, cubicularij Don Cosmi, quia Don Cosmo vti asserto socio criminis non est credendum. Mascard. *de probat.conclus.466.numero 3.& conclus.1311.numero 1.* Farinac. *quæst.43.num.4.& infrà,* & quia tractant de se exonerando, ex quo cùm ipse haberet pugionem stillettatum facillimè ille potuit occidere Comitem, & inferre vulnua illud, cum quo prætenditur occisum fuisse, vnde ob id non est faciendum fundamentum in eius dicto. Bart. *in l.deferre, numero 2.ff.de iur.fisci,* Crauett. *cons.99.num.2.* Decis. Ianuen. *94.n.1.* Farinac. *q.60.n.4.& infrà.*

Et propterea hac ratione tollitur depositio Alexandri Zucchetti, quia cùm hæc tendat ad fauorem sui domini, patitur eundem defectum, quem patitur ipse Don Cosmus, & idcirco illi non est credendum. Gabr. *in tit.de testib.conclus.10.n.1.* Mascard. *conclus.757.n.1.* Farinac. *q.55.num.122.* 30

Balthassar verò nihil penitus facit, quia eius repetitio non tollit mendacia, quamplura periuria, & falsitates quibus irretitus reperitur. Cartar. *in pract.interrogandor.reor.cap.3.numero 62.& num.70.* Farinac. *quæstion.73.numero 154.* de quibus contrarietatibus, & periurijs, ac falsitatibus latè constat ex informatione facti super eius dicto particulariter & exactissimè facta. 31

Nec obstat, quòd saltem etiam adsint plures alij testes, qui attestati sunt Equitem illo sero homicidij se lorica & alijs armis armasse, quia omnes isti testes prius deposuerunt, id non fuisse illo sero, sed antea, & sic fuerunt, & sunt periuri, quibus idcirco licèt confirmauerint, eorum dictum in tortura, quia periurium non fuit per eam purgatum, non est vllo pacto credendum, Mascard *conclus.1168.n.7.de probat.* Eugen. *cós.27.n.54.* Roland. *cons.16.n.9.& 10.lib.32.* 32

Vltra quod delatio armorú in Equite, milite, & solito deferre, non arguit sinistram aliquam suspicionem, Nouell. *in tract. ad defensam in rubr.an iudic.pro reo &c.n.68.* Mascard. *conclus.97.numer.4.* & alij quos allegat & sequitur Farin. *q.52.n.79.& 86.* Quo fit vt hoc tertium indicium non sit ex huiusmodi probationibus vllo modo grauatum, & probatum. 33

Quartum quoque quod adducebatur, ex illis verbis, vt prætenditur, prolatis à Comite, nempe, *Hai traditore m'ammazzare,* & ex alijs, *mena le mani siamo qui per questo,* quod in alijs informationibus dicebatur non esse probatum ex depositionibus illorum Petri Pauli, & Petri Sebastiani, quia non erant contestes, sed singulares, & inter se cótrarij, non est hodie iustificatum ex repetitione eorundem testium, qui modò se contestes faciunt, cùm Petrus Sebastiani, affirmet audiuisse hæc verba, quod aliàs negauit, quoniam ex noua hac depositione redduntur periuri, quod infringit eorum dictum superiùs allegatom circa alios testes, & quia sunt isti birroarij, & famuli Barigelli, quibus ratione eorum vtilitatis, & infamiæ vllo pacto, non est standum, Ioseph. Ludouic. *decis.Lucen... num.3.* Grammat. *vot.21.num.1.* Osasch. *cons.65.post numer.4.* Mascard. *de probat.conclus.129.in princ.* Farinac. *q.56.n.372.* 34

Neque vis fieri potest in dicto Isabellæ, quod in nouo processu superuenit, dum ea deponit se audiuisse vocem subtilem, dicentem, *Ahi traditore,* & aliam magnam respondentem, *Mena le mani,* quia huiusmodi verba si vera essent nihil concludunt super præmeditatione, de qua agimus, ex quo non refert audiuisse alia verba *siamo qui per questo,* quæ fiscus adducit pro verificatione huiusmodi præmeditationis, insuper quia assertioni Isabellæ, vti mulieri inhonestæ non est credendum, Nepos de Monte Albano *de testibus numero 16.* Mago n. *decision. Lucen. 89. numero 4.* Mascard. *in toties citato tractatu de probat.conclus.1356.n.2.* 35

Sicuti etiam non est faciendum fundamentum in assertione Francisci Syluestri vnius ex famulis Comitis asserentis in hoc vltimo examine audiuisse vnum ex aggressoribus, dicentem, *Chi va li con voce grossa,* quoniam hoc 36

hoc nihil concludit quoad præmeditationem, vltra quod est iste Francisc. contrarius alijs depositionibus, in quibus attestatur in rixa nihil fuisse dictum, est etiam inimicus d. Equitis, qui interuenerit in rixa cum Comite, & idcirco non probat, quinimo cùm notoria sit inimicitia, non debuit examinari. Bertaz. *consil.* 528. *numer.* 6. *libro* 2. Nell. *de testib. num.* 3. *vers. si est inimicus*, Farinac. *q.* 53. *num.* 17.

37 Et hinc propterea fit, quòd vanæ sint depositiones illorum testium qui examinati deposuerunt de voce subtili Comitis, & de voce magna, seu vt dicunt *grossa* Equitis, quasi quòd velint inferre Equitem fuisse, qui dixit Comiti illa verba, *M u.s le man*, quia dum non probatur prolatio dictorum verborum, sicut non probari patet ex supradictis, omnia corrũnt, nec nõ quia in criminalibus etiam testes habentes notas voces delinquentium non probant, Bursat. *cons.* 228. *n.* 13. *lib.* 1. Roland. *cons.* 27. *num.* 10. *lib.* 3. latè Pacian. *in tract. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. vbi alios concordantes allegat, maximè quando testis asserit se cognouisse vocem aliquam clamantem in rumore, & tumultu, siue rixa, vel ex loco satis longinquo, vt euenit in illis duobus testis, qui distabant per passus octuaginta, vel centum, Crauet. *cons.* 2. *num.* 4. *vers.* 4. arguitur, Hector Emil. *de testibus*, *in rubr. testis de auditu*, *numero* 28. *fol.* 397. hoc igitur indicium, de quo fiscus, & adhærentes magni facere videntur, ad nihilum redigitur.

38 Prout & denique accidit de alio, quod ex confessione extraiudiciali ipsius Equitis videtur probari ex attestatione dd. Carlucci, & Balthassaris, quoniam vltra quòd propter eorum periuria, & contrarietates, & falsitates non probant, vt toties dictum fuit, sunt etiam singulares, & idcirco non probant d. confessionem, quæ pro sui probatione requirit, quòd testes sint contestes, aliàs non fit coniũctio probationum eorum. Gabriel *consil.* 40. *num.* 17. *libr.* 2. Bertazol. *consil.* 70. *num.* 8. *lib.* 1. Eugen. *consil.* 27. *num.* 50. Rimin Iun. *consil.* 7. *numer.* 109. Petr. *de fideicom. quæst.* 12. *num.* 630. & tenuit sæpius Rota, vt Romana exequutionis 19. Februarij 1596. coram Cardinali Seraphino, & in Romana pecuniaria 3. Martij 1597. coram Pegna, & alibi sæpe. Quæ confessio, etiam dato quòd esset probata, quòd nequaquam ex supradictis firmari potest, nihilominus non noceret, quia non concurrunt illa quatuor requisita, de quibus latè per Foller. *in sua praxi crimin. in verbo*, *Et si confitebuntur*, *in* 2. *part.* 3. *partis*, *numero* 21. & per Menoch. *in quæstion.* 89. *numero* 16. *& sequent. libr.* 1. *de præsumt.* Quocirca concludendum est, nequaquam deueniendum esse ad torturam contra ipsum Equitem super d. præmeditatione.

39 Non obstãte quòd forsan fiscus prætẽdat, quòd omnia supradicta indicia, licèt non de per se, tamen simul iuncta faciunt indicium sufficiens d. præmeditationis, quoniam stante imperfectione dd. indiciorum, quæ, vt fuit deductum, adeò sunt vulnerata, vt nihil faciant, non est verum, quòd coniungi possint, Galeat. Maluat. *consil.* 110. *numer.* 10. *lib.* 1. *consil. crim. diuers.* Laurent. ab Oca *cons.* 60. *num.* 64. *lib.* 2. *d. consil.* 183. *in princ. libr.* 1. Bonacoss. *in suis commun. opin. verbo*, *Indicia*, *fol.* 40. Marsil. *consil.* 20. *num.* 47 Thesaur. *decisio.* 24. *numer.* 11. Vnde licèt reperiantur aliqui, qui contrarium dicunt, quia semper loquuntur data perfectione indiciorum in suo genere; non autem quando adest imperfectio, eo quia non sint probata plenè, sed sint vulnerata, vt in casu D. Equitis euenit, non obstantibus superiùs deductis ad eius fauorem.

40 Pro quo & illud summopere considerãdum est, quòd multa fuere in primis informationibus ad excludendam hanc præmeditationem deducta, & signanter illud, quòd accessus Comitis in loco homicidij fuit accidentalis, & causalis, ex quo iam priùs se reduxerat ad domum animo amplius non exeundo illo sero, & quòd postea exiuit iterũ de domo animo accedendi ad aliã viam, & domum, quàm d. Isabellæ, quódque Eques ibidem assistebat ad effectum ingrediendi in domum Isabellæ, & id etiam dixerat Don Cosmo antequam discederent ex domo, quod repugnat præmeditationi, cùm si ingressus fuisset in dictam domum, & Comes ibidem accessisset, non fuisset visus ab Equite, & quòd quoque eius conscij fuerunt acerrimè de hac præmeditatione torti, & sustinuerunt, quorum constantia etiam in præmissis admodum suffragari debet ipsi Equiti. ad Ofasch. *decisi.* 79. *num.* 19. Bertazol. *conclus.* 578. *n.* 6. *& infrà lib.* 1. & Farinac. *quæst.* 43. *n.* 11. *&* 13. Quæ omnia si bene perpendantur tollunt quæcunque indicia à fisco adducta super huiusmodi præmeditatione, & ita etiam tertium requisitum ab hoc vt quis super ea torqueri possit, cessat. Quare, &c.

Antonius Portus Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum.

QVæ nuper pro parte fisci adducuntur contra Equitem Lautreducium pro prætensa præmeditatione homicidij commissi in personam Comitis Georgij de Bentiuolis, non tollunt iam aliàs per me semel & iterum scripta. Multa enim ex aduerso præsupponuntur, quæ in facto non verificantur, & in iure non subsistunt. Dum enim in primis verbis informationis dicitur quòd de dicto homicidio Eques est cõuictus, & quòd solùm restat videre, an ex proposito & deliberatè occiderit; non ideo vbinam in processu constet, Equitem sic vt præsupponitur de hoc homicidio conuictum esse, cùm ad conuincendum aliquem, requirantur non solùm duo testes de visu, *l. vbi numerus*, *ff. de testibus. c. si testes*, *§. vbi numerus*, 4 *quæstion.* 3. sed & ij quidem omni exceptione maiores, nedum integri. Bald. *in fine numer.* 5. *versiculo quadam est probatio maior*, & ibi Doctores omnes communiter. *Cod. de probatio.* Boss. *in tit. de conuictis*, *numero* 11. Franciscus Marc. *decision.* 285. *numero* 4. *par.* 2. 41

Et in casu nostro tantum abest adesse hos testes de visu sic integros, & idoneos, vt imò magis ex toto processu à quo fuerit Comes occisus propter rixantium multitudinem incertum esse omnino dici possit, vt in puncto quando pluribus rixantibus vnico tantùm vulnere, quis confossus reperitur, scripserunt gloss. *in cap. quiescamus, in verbo, sed quoniam, versiculo & est argumentum ad quæstionem, distinct.* 42. Alberic. *in l. si in rixa*, *numero* 3. *versiculo Iacobus vltimò sic distinguit*, *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Felin. *in capitulo significasti il* 2. *numero* 9. & ibi Anan. *num.* 24. *versiculo occurrit enim, extrà de homicidio*, Anton. Gomez *de delictis capitulo* 3. *rubr. de homicidio*, *numero* 37. *in fine*, *versiculo quarta conclusio*; qui omnes propterea vnanimiter concludunt isto casu, cùm non constet de certo occisore, omnes à pœna ordinaria absoluendos, & solùm extraordinariam imponendam fore; quod vtique non esset, si essemus in casu conuicti, quia de homicidio conuictus, non in extraordinariam, sed ordinariam condemnatur pœnam, *cap. & si clerici. versiculo si verò.* & ibi Butr. *numero* 2. *in* 1. *notab.* & alij omnes Canonistæ, *extrà de iudic. l. cum reus, C. de pœnis, & in l. qui sententiam, C. eodem.* Clar. *in pract. §. fin. quæstione* 66. *in princ.* cum alijs per Cartar. *de exequutione sentent. capitulo* 1. *numero* 97. 42

Quare Equitem esse conuictum, quòd occiderit Comitem, in facto non sustinetur, quòd si iuris præsumptionem attendere velimus, non Equitem, sed Don Cosmum occidisse Comitem dicendum est; cùm ex carceribus, in quibus pro hoc homicidio detinebatur, aufugerit, ad tex. *in l. eos. ff. de custod. reor.* & ibi Glosa. *in verbo, Puniendi*, Bart. *in principio, versiculi, & nota hanc legem*; Boer. *decisione* 215. *numero* 9. *versiculo his habetis.* Roland. *consilio* 7. *numero* 8. *libro* 1. Et ex præmissis eodem modo tollitur aliud præsuppositum ex aduerso factum in quinta coniectura, ex qua manifestam præmeditationis probationem oriri prætenditur, quòd scilicet Eques præcedente inimicitia, & ficta reconciliatione Comitem proditoriè occiderit: nam quòd qui proditoriè 43

occi

occidit, præmeditatè occidisse dicatur, difficultatem non habet in iure, sed quòd Eques occiderit Comitem, nedum proditoriè, vbinam in processu? Nullibi certè, vt dixi.

44 Dum pro secunda coniectura ex aduerso adducitur inimicitia inter Equitem, & Comitem orta in ea riualitate mulieris in illius amore, illáque continuata etiam post prætensam reconciliationem, iam aliàs fuit responsum, quòd circumscripta pro nunc riualitate (de qua mox dicam) in processu non constat de aliqua prætensa graui, seu capitali inimicitia inter Equitem, & Comitem, sed prout fatetur Eques, constat solùm quòd se inuicem non salutabant; quæ non salutatio non grauem, nec capitalem producit inimicitiam, vt aliàs probatum fuit; & quod ex aduerso scribitur ex inimicitia etiam non capitali oriri præmeditationis præsumtionem, ex Blanc. *in tract. de indic. numero* 89. *&* 90. est contra communem sententiam Doctorum contrarium sentientium, vt videre est apud Anchar. Mant. & Pancirol. in locis relatis per Decian. *consil.* 67. *numer.* 9. *&* 10. *lib.* 3. Bertazol. *consil.* 271. *numero* 30. *libr.* 3. apud quos alij etiam referuntur Doctores concordantes, vltra quod Blanc. vbi suprà loquitur, quando constat inimicum non capitalem occidisse suum inimicum, quod, vt prædixi, non constat in casu nostro.

45 Verùm quod attinet ad riualitatem, in qua pro parte fisci fit præcipuum fundamentum, & quæ prætenditur etiam continuata post reconciliationem, ex qua propterea oriatur indicium contra riualem, si alter riualis reperiatur occisus, vt per Blanc. vbi suprà allegatum, *vers. idem dici potest*, per tex. *in l. idem si ob stuprum, ff. de condict. ob turp. caus.* vltra quod tex. per Blanc. vbi suprà allegatus *in d. l. idem si ob stuprum*, nihil prorsus ad propositum facit, adhuc dicitur non probari in processu, quòd ante reconciliationem subsequens non salutatio orta fuerit ex causa Isabellæ, nullus enim alius de hoc deponit, nisi Staytus & Don Cosmus: Stayto autem quantum credendum sit ex particulari informatione data super exceptionibus contra ipsum laborantibus bene dignoscitur; Don Cosmo pariter nihil credendum, tum quia, vt aliàs probatum extitit, deponit ad se exculpandum, vti complicem in rixa, & sua interest alium facere culpabilem, tum etiam quia deponit de auditu, & non dicit à quo. Crot. *consil.* 34. *numer.* 24. *versic. Præterea testes deponentes, lib.* 1. Surd. *consil.* 135. *numero* 95. *in fine etiam libr.* 1.

46 Minus hæc prætensa riualitas probatur post reconciliationem; ad hoc enim, vt ad effectum, de quo agitur, riualitas Equitis cum Comite probata dicatur, quatuor requiruntur; primum quòd Eques esset captus amore Isabellæ; secundum quòd eodem amore esset captus Comes; tertium quòd amor Comitis esset notus Equiti; quartum quòd Comitis amorem Eques ægreferret. Primum quòd Eques amaret Isabellam, transeat, quia Eques fatetur, licèt priùs pro conseruatione nuptæ & nobilis mulieris negauerit; nec ex hoc mendacio, vt ex aduerso deducitur contra Equitem, aliquod indicium sumi potest, quia si illud fassus fuisset, sibi non præiudicasset, Marsil. *consil.* 15. *numero* 15. *versicul. Præterea etiam respondeo. & consil.* 51. *numero* 66. *versicul. Sed istis respondeo,* Bertazol. *consil.* 59. *numero* 7. Hooded. *consil.* 107. *numero* 44. *libr.* 1.

47 Secundum quòd Comes esset captus amore eiusdem Isabellæ non probatur in processu, nisi ex dicto Stayti, & Sebastiani Senensis de auditu ab Equite; & ex dicto Bettæ famulæ ipsius Isabellæ: Staytus, & Sebastianus qui deponunt de confessione extraiudiciali Equitis nihil probant, quia vltra alias exceptiones sunt singulares in dicto, & in tempore; Carer. *in pract. in tract. de indic. & tortur. §. septimum indicium, numero* 8. Foller. *in pract. crimin. in verbo, & si confitebuntur, part.* 2. *numero* 2. Viu. *opin.* 138. *numero* 6. Bursat. *consil.* 166. *num.* 20. *& seq. libr.* 2.

48 Multo minus probat Betta vilissima & pauperrima ancilla. Paris. *consi.* 54. *num.* 57. *lib.* 4. Aym. *cons.* 249. *numero* 12. *versi. Accedit etiam vilitas,* Roland. *consi.* 63. *numero* 34. *lib.* 2. Menoch. *de arbitrar. quæstion. cas.* 96. *numero* 6. *&* 7.

Et nihilominus prædictorum testium depositio confunditur, & reprobatur ex dicto Don Cosmi, ex dicto Isabellæ, & ex dicto duorum famulorum Comitis, dicentium, quòd Comes erat captus amore cuiusdam mulieris in via Cucumeri; ergo non est verum, quòd esset captus amore Isabellæ, cùm, vt aliàs dixi, amor non capit duos; istis autem testibus magis credendum, quàm contrarium deponentibus, tum quia sunt examinati pro informatione curiæ, tum quia pluribus; tum etiam quia excludunt delictum. Boss. *in tit. de defensione reorum, num.* 7. *in fine*, Gabr. *de testib. lib.* 1. *conclus.* 4. *num.* 21. Rolan. *cons.* 57. *num.* 48. *lib.* 4. Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 496. *num.* 15. *&* 16. 49

Tertium quòd amor Comitis esset notus Equiti, non probatur nisi ex dicto Sebastiani Senensis, & Stayti de confessione extraiudiciali Equitis, qui vt suprà iterum dixi nihil probant, cùm sint singulares in dicto, & in tempore; vltra quod, prout aliàs dictum fuit, Sebastianus fatetur se malè satisfactum de Equite, & nihilominus istorum depositio confunditur à depositione Antonij de Badia testis curiæ, dicentis se instanter fuisse requisitum ab Equite, vt bene obseruaret, an in domum Isabellæ ingrederentur Eques Soarez, & Alexander Strozzius, & de Comite nihil dixit; euidens signum, quòd de eo non suspicabatur; & huic testi licèt vnico plenè credendum est, cùm sit examinatus pro informatione curiæ, *l. si quis testibus, Cod. de testibus.* Gabr. *tit. de testib. conclus.* 1. *post numer.* 14. *libro* 1. Cephal. *consil.* 82. *numero* 47. Bursat. *consil.* 58. *numero* 12. *libro* 1. *& consil.* 311. *numero* 21. *libro* 3. Data autem ignorantia Equitis de amore Comitis cum Isabella, etiam quòd talis amor esset verus, prout non est, cessat omne indicium ex prætensa riualitate sumtum. Grammat. *cons.* 6. *sub num.* 19 Simon de prætis *cons.* 15. *num.* 58. Bertazol. *cons.* 215. *num.* 10. *lib.* 1. 50

Quartum quòd Eques ægreferret amorem Comitis cum Isabella, pariter non constat in processu nisi ex dicto Stayti, & Sebastiani Senensis de auditu ab Equite, qui ex præallegatis nullum faciunt indicium; vltrà quod dato quòd probarent hanc extraiudicialem confessionem Equitis super hoc indicio remoto, non vtique illud potest dici plenè probatum, sed tantùm semiplenè; Speculat. *in titulo de confessis, §. hinc videndum, versiculo siquidem quis confitetur crimen extra iudicium*, Alberic. *in l. quoniam, numero* 1. & ibi Fulgos. *numero* 3. *in fine*, & Angel. *numero* 4. *ff. de his qui notant. infam.* Clar. *in pract. §. final. quæst.* 55. *in princip.* Et tamen quodlibet remotum indicium debere concludenter probari. ad Glosam *in leg. final. in verbo, Vel indiciis, Cod. famil. hercisc und.* Blanc. *de indic. numero* 46. Brun. *in eodem tract. de indic. part.* 1. *quæst.* 2. *numero* 4. Decis. pedem. 79. *numero* 19. *&* 31. Quare ex præmissis nullam in processu apparere causam riualitatis, seu inimicitiæ inter Equitem, & Comitem facile concludendum est, sequuta præsertim reconciliatione, quæ cùm antecesserit homicidium per breuium (quicquid secus ex aduerso dicatur) non potest dici recens, secundùm communem de qua aliàs dictum fuit. præsertim in Equite, & viro Nobili, contra quem inuerisimilis est præsumtio, quòd paci, seu reconciliationi contrauenire voluerit. 51

Dum tertiò ad præmeditationis indicium adducitur præparatio armorum, iam fuit responsum; & ex aduerso nihil video replicatum, quòd cùm eques eo sero esset accessurus domum mulieris Nobilis, & nuptæ, non sine suæ vitæ periculo. prudens fuit armando se, & benè præcauendo, & vt iuribus probaui, armorum hæc præparatio, potius ex hac causa, quàm ex alia delictum arguenti facta præsumitur. Addo modò, quòd hæc armorum præparatio negatur ab equite, & non probatur nisi per testes periuros, qui vt notum est in criminalibus 52

non probant, etiam quòd in tortura deposuerint. Aym. *consil.6.num.*16.Ruyn.*consil.*146.*numer.2.& numer.4.lib.*5. Roland.*consi.*16.*num.9.&* 10.*lib.*1.Honded.*cons.*100.*num.* 38.*lib.*1.Et consequenter cessat equitis prætensum mendacium ex aduerso consideratum in hac armorum præparatione, cùm certi iuris sit, quòd testes periuri non solùm non cõuincunt de mendacio, sed nec etiam faciunt indicium, Roland.*dict.consil.*16.*num.9.& consil.*73.*num.6. & seq.& numer.*17.*lib.*1.Cephal.*cons.* 233.*num.* 4. Bursat. *consil.*35.*num.*5.*lib.*1.

53 Dum quartò præmeditationis sumitur coniectura ex tractatu equitis cum Iulio Cæsare, illum interrogando, an eo sero esset armatus, & audita responsione, quòd erat armatus, & armatus ad locũ delicti accesserit, sufficit respondere, quòd iste tractatus, illúdque colloquium non probatur in processu, & quòd Iulius Cæsar super hac præmeditatione tortus, & repetitus grauiter perstitit, & sustinuit.

54 Dum quintò pro alia coniectura adducitur, quòd Eques erat magis associatus, quàm Comes. ad trad. per Cason.*de indic.tract.*3.*cap.*3. Blanc. *in eodem tract. de indic, numer.*225.Menoch. *de arbitr. ar. quæstion.cap.*361.*numer.*4. Præsertim stante qualitate Don Cosimi vnius ex accersitis valde potentis, & qui eius magna, quam in ciuitate Florentiæ habebat, auctoritate, poterat de facili omnes armatus defendere, est aduertendum quòd præallegati Doctores non dicunt id, ad quod allegantur, Cason enim *d.cap.*3.probat solùm, quòd conuersatio cum inimicis occisi, seu cum malis hominibus facit indicium. Blanc.*d.num.*225.declarat solùm, quid sit tractatus, & quòd tractatus dicitur quoties plures conueniunt inter se, & simul consilium faciunt, & concludunt delictum committere, Menoch. *cap.*361.*num.* 4. declarat pariter, quid sit in rixa, & calore iracundiæ, deliberatè & præmeditatè occidere: quid autem ex plurium associatione in rixa præmeditatio, nihil prorsus dicunt, bene verum est, quòd ex associatione plurium personarum cum vno rixante præsumitur non præmeditatio, sed aggressio, & hoc quando pluralitas sociorum non consistit in vno solo, prout in casu nostro, sed in pluribus, vt videre est apud Marsil. *in consil.* 51.*num.* 46. *post med.* vbi quòd non est præsumendum, quòd viginti homines aggrediantur centum. Blanc. *in pract. crimin. in fine. §. tertia pars defensionis, num.*17. vbi refert, & sequitur Marsil. *in loco præalleg.* Bertan. *consil.*1.*num.*10. *libr.* 1. vbi quòd non est verisimile, quòd vnus aggrediatur sex, habet Maluaticen.*consil.*25.*num.*20.vbi quòd ex vna parte erant duo tantùm, & ex alia quinque, Aluarot. *consilio crimin. diuers.* 74.*numer.6.versicul.* Non autem est dubium, vbi quando vnus erat solus, & alter associatus à duobus, Menoch. *de arbitr. quæstion. casu* 163. *numero* 10. *libr.* 2. vbi loquitur quando ex vna parte socij sunt multo plures. Et sic hæc coniectura, quòd Eques esset magis associatus, non operatur, nec præmeditationem, nec aggressionem.

55 Et vt aliàs dixi, & probaui, accersitio Don Cosmi tantum abest, vt præmeditationem arguat, vt potiùs eam omnino excludat attenta eius qualitate. Quis enim tanti sani capitis erit ille, qui credere velit, Equitem voluisse ducere secum Don Cosimum ad occidendum Comitem, si illum præmeditauit? siue hoc tibi patefecerit, siue non? Ideo sicut ex qualitate personæ, quæ in rixa interuenit, præmeditatio præsumitur, iuxta doctrinam Casoni, vbi suprà relati, Marsil. *in l.* 1. *§. Diuus, numero* 50. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Cepoll. *consilio* 21. *numero* 7. *in fine, versicul. Nona præsumtio,* ita & econtra ex eadem qualitate personarum excluditur præmeditatio, Bertazoll. *consilio* 85. *numero* 13. *versiculo, Tertia coniectura, & numero* 14. Addo, & ex abundanti, quòd Iulius Cæsar, Horatius, & Don Cosmus, non fuerunt in Equitis societate, sed Don Cosmi, & ab eo vocati, vt secum irent omnes, prout deponunt D. Cosmus, & Alexander Zucchettus; quare ex omni parte cessat coniectura præmeditationis in equite, ex eo, quòd esset magis associatus quàm Comes.

Dum sextò præsupponitur, quòd Eques steterit in via larga ad expectandum, quòd illac transiret Comes accessurus domum Isabellæ; & quòd prius fecerat diligentiam scire, prout sciuit, quòd Comes illuc erat accessurus; hoc inquam præsuppositum non solùm non probatur in processu, nisi ex dicto Stayt; verum etiam contrarium clarè probatur per famulos Comitis deponentes in substantia, quòd Comes nunquam eo sero cogitauit transire per illam viam, nedum ire domum Isabellæ, sed quod domum suam reuersus: *Gli venne capriccio di tornar fuori, & disse andiamo vn poco à spasso, & noi andamno seco, che tornò per la via del Cocomero fin giù, più che à mezza la via, & poi tornassimo à dietro, & quando fussimo à canto alla via del Ciliegio, che erano due hore di notte in circa, voltassimo verso via Larga per tornarsene à casa.* Quomodo ergo potuit Eques expectare Comitem eo loci? cùm nesciret, prout nec etiam scire poterat, vt concludunt prædicti eius famuli, Equitem tunc illac transiturum; nec in processu constat, quòd Comes de nocte esset solitus per illam viam transire. 56

Nec facit, vt ex aduerso præsupponitur, quòd Eques expectauerit, & commoratus fuerit in via ante domum Isabellæ per spatium vnius horæ, licèt potuisset domum ingredi, & sua peragere negocia; nam quòd dum Eques commoratus fuit ante domum Isabellæ, potuisset eam ingredi in processu, non probatur, immo contrarium, quòd scilicet ad effectum illuc ingrediendi transmisit Gobbum, vt Isabellæ denunciaret, quòd optabat eam alloqui, & sibi fuit responsum, quòd opus erat priùs dare medicinam suæ matri, & interim Eques semper stetit illic expectando, vt posset Isabellam alloqui, prout demum ex fenestra alloquutus fuit. 57

Dum septimò adducitur pars corporis læsa, nempe in capite, in quo omnia vulnera sunt mortalia, & ideo in capite vulnerans animo occidendi vulnerasse præsumitur. ad Cepoll. *consilio* 27.*num.*17. *& consilio* 31. qui in libro meo nihil tale dicunt, & Mascard. *conclus.* 865. *voluit dicere* 864. *numero* 8. Responsio est facilis, quòd nullus doctor dicit ex vulnere in capite, præsumi præmeditationem, de qua nunc agitur, sed bene præsumit animum occidendi constito de vulnerante; at hîc non constat, quòd Eques vulnerauerit, & insuper animus occidendi differt à præmeditatione, quia etiam in homicidio in rixa datur in vulnerante animus occidendi, & tamen non datur præmeditatio, vt bene aduertit Menoch. ex aduerso alleg. *arbitrar. quæst.cas.* 361. *num.*4. *& seqq.* Et in terminis, quòd ex vulnere illato in capite non præsumatur præmeditatio, bene aduertit Clar. §. *homicidium, versiculo ex proposito, numero* 6, *ante finem.* Ibi, *Sed ego in hoc proposito, &c.* Et imò, vt in prima informatione probaui, & nihil ex aduerso respondetur, ex vnico tantùm vulnere illato excluditur præmeditatio homicidij. 58

Dum octauò referũtur verba Comitis, & Equitis prolata in rixa, quòd scilicet Comes conquerebatur, dicens: *Ah traditore m'ammazzate.* Et Eques responderit, *Mena le mani, siam qui per questo*; iam aliàs fuerunt datæ plures responsiones in facto, & in iure satis comprobatæ. Quibus ex aduerso nihil replicatur. Primò non probari in processu, quòd Comes, & Eques sic dixerint; nullus enim testis nominet Equitem, aut Comitem talia dicentem, sed tantùm volunt hoc forsan inferre propter vocem grossam, aut subtilem, quam dicunt, quod quisque habebat; quæ probatio per vocem grossam, aut subtilem non est releuans. Secundò quòd testes qui de huiusmodi verbis deponere audent, dicunt omnino inuerisimilia, quòd scilicet rixans in rixa velit fateri præmeditationem occidendi. Tertiò imò impossibilia propter distantiam loci in quo stabant. Quartò sunt bitroarij. Quintò cotum vnum coram Nuntio se disdixit. Et sextò conuincuntur de falso à famulis Co- 59

mitis

mitis dicentibus; Comitem in rixa non fuisse loquutum.

60 Dum nonò consideratur qualitas temporis, nempe de nocte, quo casu homicidium præsumitur deliberatè commissum, ad trad. per alleg. nost. Mascard. & Menoch. in locis ex aduerso allegatis; respondetur hanc solam præsumtionem non esse sic absolutè veram, quia etiam de nocte multæ contingunt rixæ, & propterea non habet locum quando in contrarium adest aliqua rixæ præsumtio, vt bene aduertit Menoch. ex aduerso alleg. *de arbitr. cas. 361. num. 36.* Et in casu nostro quòd existant plures coniecturæ rixæ excludentes præmeditationem, satis superque in prima informatione fuit deductum, quibus addo vnum, quod in facto verissimum est: quòd ex omni parte processus constat, quòd causa amoris in Isabellam, Eques ad eius domum accessit, & præuentus ad locum, transmisit, vt dixi, nuntium Isabellæ, illi significans quòd volebat eam alloqui, & Don Cosmus dicit; *Quando comminciò la baruffa, la Porthughese staua alla finestra ragionando con il Caualiere sopradetto, anzi quando arriuò la quel giouane, che scoperse la lanterna in faccia al Caualiero, all'hora lei haueua lasciato cascare vn viglietto dalla finestra.* Apertum signum, quòd Eques illuc accessit amoris causa, & non animo occidendi Comitem. Si enim hoc animo eò venisset, non vtique testes futuri homicidij conuocasset.

61 Dum decimò fit fundamentum in confessione extraiudiciali Equitis probata, vt intenditur per Stayrum, & Carluccium, satis in secunda informatione fuit responsum, & ex aduerso nihil replicatum; hîc iam dicta repetere superfluum est.

62 Dum vndecimò ponderatur qualitas personarum, quòd scilicet Eques sit grandior, robustior, & in armis magis versatus, ad tradita per Marc. Mant. *in consil. 236. numer. 11. libr. 1.* cum alijs per Mascard. *de probation. lib. 1. conclus. 72. numero 4.* Vltra quod in materia de qua agitur attenditur potius quis sit magis commissus, quàm quis magis robustus, & iunior, vt in specie aduertit Mascard. *dicto numero 4.* & ante eum Cepoll. *consil. 28. numero 11. in fine, & consil. 26. numero 9. etiam in fine, & numero 10,* Herculan. *de cantion. de non offenden. cap. 30. numero 21. & numero 26. versic. secunda coniectura est.* Menoch. *de arbitrar. cas. 363. numero 7.* Et vltrà quòd etiam non creditur in processu constare, quòd Eques esset magis robustus, magísque in armis exercitatus; dico ex qualitate prædicta non oriri præsumtionem præmeditationis, de qua nunc agitur, sed aggressionis, de qua non agitur, & ita loquuntur Mantua, & alij allegati per Mascard. vbi suprà.

63 Ex quibus omnes prætensæ præmeditationis præsumtiones ex aduerso deductas, prorsus sublatas esse, nullus credo dubitationi locus sit, sed quatenus aliqua superesset præmeditationis suspicio. Iam in alijs informationibus, in contrarium pro non præmeditatione, adductæ fuerunt decem validissimæ coniecturæ, quæ, vt iure probatum fuit, omnem prorsus tollunt difficultatem; nec ex aduerso aliud responsum vidi, *nisi quòd per me allegata procedunt, quando agetur de probando homicidium, secus vbi tractatur de ostendendo præmeditationem.* sed huic responsioni satis sit replicare, quòd si videantur Doctores per me allegati in terminis, dicunt quòd ad excludendum præsumtiones præmeditationis, sufficiunt, & præualent coniecturæ. & sic ex solidissimo fundamento, quod nec in facto, nec in iure negari potest, frustrà ad habendum præmeditationem agi videtur de inferenda tortura.

64 Nec etiam obstet motiuum D. Iudicis, qui bene fatetur ex processu non constare Equitem præmeditasse animum occidendi Comitem, sed bene forsan, vt ipse inquit, *di farlo correre, ò farli qualch' altro affronto sotto le fenestre della Dama*, huic enim motiuo, vltrà quòd ab omni verisimilitudine alienum est, nec poterat vllo pacto ab Equite præcogitari quòd sic, vt D. Iudex suspicatur, posset euenire, cùm Comes esset iuuenis nobilis, & incedens non solum armatus, sed ab armatis hominibus associatus, qui propterea nunquam indignum aliquod simile passurus erat, & consequenter ad arma, & vulnera, quæ non dantur ad mensuram, deueniri opus erat: adhuc eodem motiuo admisso, dico nullo pacto posse tractare de inferenda tortura pro habenda præmeditatione faciendi currere Equitem, aut quid simile; sine animo occidendi, homicidium non dicitur dolosum, sed culposum, tex est apertus *in l. Diuus Adrianus in illis verbis, si non occidendi animo hoc admiserit ab, clue posse* & ibi Glosa *in verbo, absolui.* Alberic. *post num. 1. & numero 3. versic. in secundo casu, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. 1. in princ. Cod. eodem.* vbi dicitur, *remitti homicidij pænam illi, qui non occidendi animo hominem percussisse probauerit.* Et ibi glos. *in verbo, Si & volunt.* & communiter Doctores omnes, nost. *in te. de homicid. num. 35. in fine, versic. Et quia animus occidendi.*

Et propterea non ordinaria, sed extraordinaria pecuniaria, aut exilij pœna imponi potest. *l. 1. §. 1. ff. de his, qui eiecerunt, vel effud.* nost. *in te. de defens. reor. num. 68.* si in casu prædicto non potest imponi, nisi pœna extraordinaria: ad quid ista tortura? cùm etiam sine, & stante incertitudine delinquentis, & homicidio in rixa commisso, eadem extraordinaria pœna imponi potest vt suprà probaui, & huic obiectioni, vellem quòd D. meus Iudex, qui fecit motiuum, responderet. 65

Præterea, & ex abundanti supplicatur aduerti (& huic fundamento expetam etiam responsionem) quòd omnes ex aduerso consideratæ præmeditationis coniecturæ, excepto quòd Eques amaret Isabellam, non sunt probatæ, nisi per testes nedum singulares, sed etiam repulsatos, & plures patientes exceptiones; de quo quatenus in facto dubitetur, concordetur factum cum processu; ergo testes prædicti præmeditationem non probant, nec possunt coniungi ad effectum inferendi torturam. Omissa enim illa disputatione, an ad effectum prædictum testes singulares, pluráque imperfecta, & in genere suo non plenè probata coniungantur, de qua latè dixi *in mea pract. crimin. quæst. 86. numero 95. & seqq.* certissimi iuris est, quòd quando testes non sunt idonei, tunc nec singulares coniunguntur, nec plura imperfecta, & multo minus non plenè probata etiam ad torturam inferendam; & ne membranas allegationibus impleam, refero me ad ea, quæ super hoc ad satietatem scripsi *in pract. quæst. 47. numero 19. & seqq.* Et licèt Petr. Caball. *cas. 193. numero 6.* affirmet testes etiam repulsatos coniungi ad torturam inferendam ex Rom. Gramat. & alijs, quos ego etiam retuli in loco prææallegato; opinio tamen contraria, vt ibidem demonstraui, est verior, & magis communis. 66

Pro qua addo aliam verissimam, & communem iuris conclusionem, quòd scilicet quando testes inhabiles aliqua speciali ratione admittuntur ad probandum crimen, non tamen admittuntur quando agitur de probandis indicijs, & præsertim tortoris, vt in casu nostro, ex alleg. per Boss. *in tit. de indicijs & considerat. ante tortur. num. 15.* vbi reprobat Brunum, Socin. & alios relatos per Caball. vbi suprà contrarium tenentes; Eugen. *consil. 27. numero 63. in fine vers. Non obstat septimò*, Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 37. n. 44. cap. 45. n. 2.* vbi etiam loquitur in crimine læsæ maiestatis, quod & idem procedit in crimine hæresis: Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 857. num. 35.* 67 *

Et in casu nostro res videtur indubitabilis, cùm testes nonsolùm non sint integri, sed etiam singulares, quo casu non loquuntur Doctores per Caball. allegati, & si aliter diceremus, concurrerent insimul tria specialia. Vnum quòd plura imperfecta, aliud quòd non plenè probata, & sic per testes singulares, & tertium, quòd testes inhabiles coniungerentur ad torturam inferendam, contra tex. *in leg. 1. Cod. de dot. promiss.* & ibi Doct. communiter. Quare vt concludam, dico imprimis in casu de quo agitur nullas extare præmeditationis 68

Testes birruarij ratione vilitatis eorum personæ non probant, n. 34.

Inhonesta mulier nihil probat, n. 35.

Testis notoriò inimicus examinari non debet, n. 36.

Confeßio extraiudicialis ad hoc vt probet plura requiruntur, n. 38.

Conuictus vt quis dicatur requiruntur duo testes omni exceptione maiores, n. 41.

Homicidium dicitur incertum, quando quis ex vnico tãtùm vulnere mortuus reperitur in rixa à pluribus commissa, & ideo isto casu omnes à pœna ordinaria absoluuntur, & in extraordinariam condemnantur, num. 42.

Fugiens ex carcere habetur pro confesso, n. 43.

Inimicitia capitalis nõ oritur ex eo quòd vnus alterum non salutat, n. 44.

Inimicitia non capitalis non facit præsumtionem præmeditationis, n. 43.

Riualitas in amore, nunquid contra riualẽ altero riuali occiso indicium faciat, numero 45. declara vt numero 74.

Testis deponẽs de auditu, & non dicens à quo, nihil probat, n. 48.

Indicium ex riualitate amoris resultans nihil operatur quando vnus riualis ignorabat amorem alterius, num. 50.

Indicia remota probari debent per duos testes, n. 51.

Reconciliatio inter inimicos non dicitur si biennium transactum est, n. 51.

Confeßio extraiudicialis non plenè sed semiplenè tantùm probat. n. 51.

Testes periuri nihil probant, etiam quòd in tortura deposuerint, n. 52.

Aggressor præsumitur is qui magis associatus erat. numero 54.

Præmeditatio præsumitur, & non præsumitur, ex qualitate personæ, n. 55.

Animus occidendi differt à præmeditatione, n. 58.

Vulnera delata in capite demostrant animum occidendi sed non præmeditationem, n. 58.

Præmeditatio nũquid præsumatur ex homicidio commisso de nocte, n. 60. 71. & seq.

Aggressor præsumitur quo magis robustus, & magis in armis exercitatus est non tamen inde præsumitur præmeditatio, n. 62.

Homicidium commissum sine animo occidendi non dolosum, sed culposum dicitur, & ideo pœna ordinaria non punitur, n. 64. & 65.

Testes vbi non sunt idonei tunc plura imperfecta non coniunguntur ad inferendam torturam, n. 66.

Testes inhabiles vbi aliqua speciali ratione admittuntur, non tamen admittuntur ad probanda indicia præsertim remota, n. 67.

Specialia duo concurrere non possunt, eodem subiecto, num. 68.

Præmeditatio homicidij præsumitur ex coadunatione hominum armatorum, n. 69. vbi etiam quòd homines coadunati auxilium non præstiterint, n. 70.

Præmeditatio præsumitur ex qualitate loci in quo homicidium fuit commissum, n. 73.

Argumentum à communiter accidentibus fortissimum est in iure, n. 73.

Mendacium circa substãtialia facit indicium, n. 75. & n. 91.

Testium numerus supplet defectum aliorum, quando agitur de tortura inferenda, & alia concurrunt adminicula, n. 77.

Tortura tollit defectum testium, num. 78. vbi præsertim, quando concurrunt adminicula.

Testes singulares probant ea, quæ in animo consistunt præsertim concurrentibus adminiculis, n. 79.

Reconciliatio post inimicitiam, quando tollat indicium inimicitiæ, n. 81.

Homicidium præsumitur præmeditatè commissum ab eo, qui perquisiuit scire iter occisi, n. 83.

Testis primæ depositioni magis verisimili magis etiam standum est quàm secundæ depositioni emanatæ in tortura, n. 84.

Arma insolita faciũt indicium præmeditationis, n. 85.

Præmeditatio homicidij præsumitur ex verbis in rixa prolatis, n. 87.

Testes non dicuntur varij, nec contrarij etiam quòd vnus plus altero deponat, n. 90.

CONSILIVM CXCIII.

NON repetam aliàs per me deducta in primis allegationibus super prætẽsa præmeditatione homicidij aliàs commissi in personam Comitis Georgij, discurram tantummodo super nonnullis, quæ postea superuenerunt. Et primò super capite prætensæ inimicitiæ, in quo superuenit depositio Carlucci, indubitanter dico in eius dicto nullam prorsus vim faciendam, cùm patiatur tot tantósque defectus, vt testis nomen non mereatur, est enim non solùm vnicus & singularis, vilis, & pauper, prout iudex in decretis torturæ asseruit, & sic à testimonio repellẽdus, ex aliàs allegatis, sed etiam periurus, cùm in vltimo examine affirmauerit ea quæ sæpius interrogatus pro veritate se scire negauerat, *capitul. si quis conuictus, & capitul. paruuli 22. quæstion. 5. capitulo ex parte*, vbi Glosa, & communiter omnes Canonistæ, *extrà de testib.* Clar. *in pract. in §. periurium, n. 7. vers. repellitur.* 1

Sponte, & non ad iudicis instantiam vltro deposuit, vt in eisdem torturæ decretis asseritur, ideo de falso suspectus. *§. si verò ignoti, & ibi gl. in verbõ festinantes, in authent. de testib.* Alberic. *in l. si quando, num. 1. versic. & dixerunt quidam, Cod. eodem.* Boss. *in titul. de oppositión. contra testes, numero 29.* 2

Immo non sponte, sed per vim, & tædio carceris afflictus, nempe per duos menses, & plus, vt se ab illis liberaret, sic deposuit, ideo per vim huius testis depositio extorta videtur. Bero. *in capit. & si Clerici, num. 51. versic. sextò confessio, extrà de iudic.* Pract. Conrad. *rubr. de confess. crimin. num 5.* Boss. *in tit. de carceribus, num. 22. ad med. vers. & ideo si detentus*, præsertim cùm iniustè & indebitè in carceribus detineretur. 3

Aliàs, prout fatetur in Vrbe pro crimine carceratus, & torturæ suppositus licèt propter impedimentum torqueri nequierit, ideo pẽdente iudicio super crimine à testificando repellitur. *l. in testimonium, ff. de testibus. cap. si testes, versic. in testimonium 4. quæst. 3. cap. final.* & ibi Doctores omnes, *extrà eodem.* 4

Nec omittendum quòd fuit nulliter examinatus, & sine iurisdictione, videlicet contra formam litterarum Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ, vt in informatione facti. ad tradit. per Vant. *in tractatu de nullitate, capitul. 10. rubric. de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ, numero 91. & 92.* ideo per quamcumque declarationem examinantis, iurisdictio prorogari non potuit, cùm examinator nullam haberet iurisdictionem, secundùm communem, de qua per Abb. *in capitulo si diligenti, numero 4. de for. competent.* Imol. *in capitulo P. & G. numero 48. de offic. delegat.* Clar. *in practic. §. final. quæstione 42. numero 2. versiculo est etiam hæc conclusio*, & passim in tribunali Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ seruatur. 5

Quare

8 Quare succedit conclusio, quòd testis inhabilis patiens plures defectus, nullam prorsus facit fidem etiam in casu in quo aliàs testes inhabiles admittuntur, Aym. *consil.* 66.*n.*55.*&* 57.Grat.*cons.*59.*n.*41.*lib.*2. Cephal.*cons.* 65.*num.*27.*&* 28.*lib.*1.& alibi passim,& communiter omnes nemine contra dicente.

7 Nec tortura potest periurium purgare, quando criminaliter agitur, Aymon. *consil.*6.*numer.*16.*&* *num.* 47. Roland.*consil.*65.*numer.*9.*&* *sequent.lib.*1. Ofasch. *consil.* 65.*numer.*32.*&* *sequent.lib.*1.Honded.*consil.*100.*nume* .38. *lib.*1.& quatenus tortura purget defectum periurij,non tamen purgabit alios defectus, secundùm magis communem Doctorum sententiam, de qua per Claud. ad Bertazzol.*consi.*71.*litera N,lib.*1. Hippol.Rimin.*cons.*360. *num.*82.*&* *seq.lib.*3.Bursat.*consil.*192.*num.*21.*&* *seq.&* *cons.* 239.*num.*42.Honded.*consil.*100.*num.*29.*iuncto num.*38.*&* *sequen.lib.*1. vbi testatur de communi Roland. *consil.* 16. *numero* 9.*&* *sequent. libro* 1. Cephal. *consilio* 233. *numero* 6. *&* 7. *libro* 2. Laurent. Kirchou. *in commun. opinio. centur.*4. *conclus.*39.vbi testatur de communi, & indubitata conclusione. Quicquid secus affirmauerit Baiard. Clar.*in quæst.*24.*num.*128. cuius opinio ab omnibus iudicibus in Vrbe nunquam seruata fuit, & propterea non immeritò illum reprobaui *in tract.de testib.quæstion.* 62. *post numer.*382.*&* *in tit.de indic.&* *tortur.quæst.*43.*numero* 178. *in fine.*

8 Et in omni casu etiam admissa Baiard. opinione illa vtique non procedet, quando defectus prouenit ex nullitate examinis facti sine iurisdictione, non enim inueni legem, aut Doctorem dicentem, quòd tortura suppleat defectum iurisdictionis. Et prohibitus dicere de nullitate, non censetur prohibitus opponere nullitatem ex defectu iurisdictionis prouenientem, Socin.iun.*consil.*78. *num.*15.*lib.*1.Vant.vbi suprà *capit.*9.*rubr.de nullitate ex defectu iurisdictionis, num.*4. vbi testatur de magis communi Doctorum sententia, *consilio* 29. *numero* 39. *&* *sequent. libr.*1.

9 Super prætensa riualitate amoris Isabellæ, in qua superuenit depositio Carlucci,& Sebastian.Sutoris.Quoad Carluccium, vltra exceptiones quas patitur suprà relatas,non est immorandum in eius depositione,quia aliud non deponit,nisi quòd Eques amabat Isabellam, & hoc nō negatur. Nec inde deducitur aliqua riualitas,nisi tribus concurrentibus. Primò quòd etiam Comes amaret eandem Isabellam,& econtra. Secundò quòd huius amoris dicti Comitis erga Isabellam,Eques scientiam haberet. Tertiò quòd Eques eundem amorem ægreferret. Nisi enim hæc tria concurrant ex sola riualitate, & concursu aliorum ad eandem mulierem, non oritur inter amantes odium,seu inimicia, vt experientia docet, & aliàs probaui.

10 Primum requisitum, quòd Comes amaret Isabellam, & econtra,non solùm non constat in processu,sed contrarium per testes Curiæ probatum extitit, cùm dicant, quòd Comes erat amore captus alterius mulieris in via Cucumeri,& quòd Isabella re vera non amabat Comitem,sed Equitem, & istis testibus pro Curia examinatis plenè credendum contra eutiam.*l. si quis testibus.C.de testibus.*

11 Secundum requisitum, quòd Eques haberet scientiam amoris Comitis erga Isabellam, prorsus corruit, sublato fundamento, quòd Comes non amaret Isabellam, & econtra: sed etiam admisso amore Comitis erga Isabellam, non probatur scientia Equitis,nisi per depositionem balthassaris Stait,& Sebastiani Sutoris. Stait autem est vilis, & pauper, ad se examinandum sponte venit,sub saluo conductu, discessit à seruitiis Equitis malè satisfactus, varius,& periurus, immo & falsus in omni sua depositione, prout bene deductum in informatione facti, Sebastianus autem pariter est malè affectus erga Equitem, cùm fateatur, *Esserst scorrucciato col Caualiero otto giorni prima dell'homicidio perche non gli voleua pagare il douere delli suoi vestiti.* Et amplius est singularis eum depositione Stayt, ex quo deponunt de diuersis prætensis confessionibus Equi- tis circa istam scientiam. Quare intrat iuris conclusio, quòd in criminalibus, nec scientia, nec aliquod aliud remotum indicium probatur per testes, qui non sint omni exceptione maiores, Bald.*in l.final. numero* 4. *versicul.quandam est probatio maior. C.de probation.* Franc. Marc.*decision.*185. *numero* 4.*libro* 2. Ant Gomez *de delict. capitul.*13. *rubric. de tortura reorum, numero* 18.*in fine,&* *numero* 19.Menoch.*de præsum.libro* 1.*quæstion.*91.*num.*5. *&* 6. ergo multo minùs per eos, qui tot patiuntur defectus.

Intrat etiam alia conclusio,quòd nec testes singulares de diuersis extraiudicialibus confessionibus deponentes, confessionem aliquam probant quando criminaliter agitur, Bero. *in capitul.* *&* *si clerici, numer.* 138.*&* *sequen.de iudic.*Put. *decision.* 171. *numer.* 1.*libr.*2. Rota coram illustrissimo Seraphino, Tullen. Parochialis 28. Maij 1593. præsertim vbi agitur de probanda scientia, quàm quando agitur de magno præiudicio, prout agitur in criminalibus, non præsumtiuè,sed plenè & concludenter probandam esse voluit Boss. *in titul. de rapin. n.*29.*&* *sequen.*Rota *de dolo &* *contumac. decis.* 21.*in antiq.* Put.*decision.*77.*n.*7.*lib.*2. 12

Tertium requisitum,quòd eques ægreferret amorem Comitis erga Isabellam, cessat pariter cessante primo & secundo requisito, & nihilominus in processu constat contrarium,quòd scilicet eques nihil prorsus curabat prætensum amorem Comitis cum Isabella,ex depositione Antonij Lignaoli, dum deponit fuisse requisitum ab equite,vt bene aduerteret,& inspiceret,an eques Suatez, & Soderinus ingrederentur domum Isabellæ, & de Comite verbum nullum, & hic testis licèt vnicus sit,plenè probat pro equite,tum quia examinatus à Curia,tum quia pro defensione rei deponit,& contradictorem non habet, Aymo.*consi.*2.*n.*16.Vulpel.*cons.* 67.*num.*8. Honded.*consil.*111.*n.*27.*lib.*1. 13

Super præparatione armorum,& super delatione ensis stillettati, in qua superuenit depositio Alexādri Zucchetti Quoad testes deponentes super præparatione armorum satis sit dicere omnes periuros esse vltra vilitatem,ex suprà allegatis.præterquam etiam quòd testes nullam patientur exceptionem,iam constat in processu ex qua causa Eques se armabat, quia scilicet ingredi debebat in domum mulieris nuptæ,& nobilis. Quæ causa,cùm sit patens,vtique contrariam prætensæ præmeditationis causam excludit,& ita ius præsumit, *arg. in l.fin.§.de illo,versiculo quare quando,ff.de bon.eor.qui mortem*.Aym.*consilio* 18.Andreas Iuuenis *in fine.*Ruyn.*consilio* 4.*numero* 19.*lib.*5.Iacob.Pott.Imolen.*consilio* 95.*num.*20. Et hæc ratio militat etiam in delatione ensis stillettati, vltra quod depositio Alexandri Zucchetti,cùm cedat ad exculpationem sui domini, qui pugionem stillettatum gerebat,Equitem non afficit; & in super est aduertendum quòd si huius testis depositio attendenda est,ex ea vtique omnis præmeditationis suspicio tollitur; dum dicit, *Mètre il Sig. Don Cosmo si staua vestendo circa mezz'hora, ò vn'hora di notte, che disse voler andar à cena in casa di quel suo amico con altri amici suoi, venne il Caualier. Lanfreducci,&* *disse che esso non poteua venire à cena con S.E. perche haueua da andare dalla dama Portugese, dalla quale era stato mandato à chiamare come sapeua,&* *si risolsero d' andare insieme,che il Signore gli disse,che haueria aspettato,ch' hauesse parlato alla Dama.*Sicut re uera successit, quòd Don Cosmus expectauit Equitem,donec egrederetur ex domo Isabellæ. 14

Nec isto casu fiscus potest hanc depositionem scindere,& pro parte eam acceptare,& pro parte impugnare;sed totam, prout iacet, approbare tenetur,tum quia ab eodem fisco producta fuit; tum etiam quia testis iuratus tenetur pro vtraque parte veritatem dicere, & eius dictum scindi non potest.*cap.fraternitatis,*vbi Glossa & Doctores *extrà de testib.*Pract. Conrad.*rubr. de testib.n.* 11.Viu.*opin.*932.*post n.*1.Rot. *diuers.decis.*593.*n.*1.*&* *n.*3. *par.*1. 15

Super prætensis verbis in rixa prolatis ab Equite, 91

Dd 2 quòd

deiiciat causam maleuolentiæ, demonstrat desiderare, quòd recõciliatio inter eos sequuta, stabilis, & firma remaneret, & idcirco cùm indicium inimicitię, ita demum afficiat si constat de causa certa, & clara illius. Grammat. *d. vot. 34. num. 4.* Menoch. *quæst. 86. num. 58. lib. 1. de præsumt.* Farinac. *q. 49. num.* 127. non potest dici, quòd ex assertione prædicti Carlucci sit probatum aliquid, quod releuet contra ipsum Equitem.

24 Eo magis, quia d. Carluccius in hoc est vnicus, & ideo non probat, Farinac. *quæst. 37. num. 13. & infra.* est quoque periurus, quia primò negauit, se de his nihil scire, & pariter ex hoc ei fides non est adhibenda, Farinac. *q. 56. num.* 186. est vilis, & pauper, cui non creditur, idem Farinac. *q. 57. num.* 15. 16. 17. *&* 18. vltra quod deposuit etiam non interrogatus, sed iudicem ipsemet accersiri fecit, quod & facit, vt ipsi non credatur, Farinac. *q. 80. n. 1. & infra.* demum & tædio carcerum, in quibus per duos menses ferè detentus fuit, hæc omnia deposuit, quod & tollit illius fidem, Malet. *de testib. c. 6. num.* 50. Mascard. *de probat. quæst. 5. num.* 61.

25 Neque dici potest, quòd illius dictum per tormenta sibi illata fuerit, & sit redditum tale, quòd ei sit standum, quia tortura non purgat defectum periurij, Osasch. *cons. 65. n. 32. & sequen.* Mascard. *de probat. concl.* 1168. *num.* 7. Farinac. *q. 56. n.* 193. nec sanat tot defectus testis. Bursat. *cons.* 192. *n.* 21. *& seq.* Osasch. *consil.* 64. *n.* 30. Farinac. *q. 43. n.* 178.

26 Vlterius, & quia fuerunt illi tormenta nulliter, & à Notario non habente iurisdictionem in præmissis illata, vt in facto clarè deducitur; quod equidem magni momenti esse debet ad infringẽdum dictum istius testis. Farin. *q. 77. n. 175. & seq.* non obstante quòd fuerit ipse testis habitus pro repetito, & ritè ac rectè examinato, quia hæc generalis approbatio non trahitur ad defectum prouenientem ex iurisdictione, Ant. Gabr. *concl. 3. num. 1. & seq. tit. de statutis,* Menoch. *cons. 345. num.* 38. quæ nec per consensum expressum quoad Iudicem delegatum prorogari potest, Bald. *in l. testamenta, in princ. versic. secundò nota, C. de testam. & in l. certa ratione, n. 4. C. quando prouocare non est necesse,* cum aliis latè congestis per Gratian. *decis. Marchiæ n. 3. & seq.*

27 Secundum autem indicium desumtum ex eo, quòd Comes amaret Isabellam Equite sciente, & ægreferente, aliàs fuit elitum, ex eo quòd de hoc nihil in processu cõstaret, sed imò potiùs de contrario, cùm alter ex famulis d. Comitis deposuerit, illum captum esse amore alterius mulieris in via Cucumeri cõmorãtis, quod & in pręsentiarum est affirmandũ, quia depositio, quæ postea superuenit Sebastiani sutoris, dicentis, quòd Eques valde amabat Isabellam, quódque sibi demonstrauit ægreferre Comitem illam amare, & ideo quòd potuit illa verba, *Questa poltrona fa l'amor con il Conte*, non est attendenda, quandoquidem iste est vnicus, & ideo hoc indicium tamquam remotum non probat, Osasch. *decis. 79. numer.* 16. Gomez *variar. resolut. tom.* 13. *cap.* 13. *n.* 18. Farin. *q. 37. num.* 13.

28 Vlterius est malè affectus de d. Equite, ex quo asserit se per dies octo ante homicidium cum eo iratum esse, & vt dicitur *scornecciato*, quod facit, vt illius dictum non probet, Natt. *consil.* 412. *num.* 24. Bertazol. *consil.* 170. *num.* 17. *lib.* 1. Osasch. *cons.* 66. *num.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 1127. *num.* 6. saltem, quia superuenit quoque pro ipso Equite alia depositio Antonij Lignaioli, quæ admodum eneruat dictum ipsius Sebastiani, cùm ipse dicat Equitem fecisse diligentiam, vt sibi ipse testis referret, an in domo Isabellæ ingrederentur Soarez, & Soderinus, sed quòd de ipso Comite nihil dixit, aut scire quæsiuit, quod & arguit euidens signum, quòd ille non timebat personam d. Comitis, & sic quòd ob id odium aduersùs eum non habebat, vt sensui patet.

29 Tertium indicium collectum super ense stillettaro, quem prætenditur Equitẽ ex domo Don Cosini habuisse, & secum illo sero homicidij detulisse, de quo deponebant primo processu Don Cosmus & Balthassar Stayt, adhuc dicitur non esse vllius momenti licèt fuerit Don

Cosmus, & Balthassar repetiti, & superuenerit depositio Alexandri Zucchetti, cubicularij Don Cosmi, quia Don Cosmo vti asserto socio criminis non est credendum. Mascard. *de probat. conclus.* 466. *numero* 3. *& conclus.* 1311. *numero* 1. Farinac. *quæst. 43. num. 4. & infrà*, & quia tractant de se exonerando, ex quo cùm ipse haberet pugionem stillettatum facillimè ille potuit occidere Comitem, & inferre vulnus illud, cum quo prætenditur occisum fuisse, vnde ob id non est faciendum fundamentum in eius dicto. Bart. *in l. deferre, numero 2. ff. de iur. fisci*, Crauett. *cons. 99. num.* 2. Decis. Ianuen. 94. *n.* 1. Farinac. *q. 60. n. 4. & infrà.*

30 Et propterea hac ratione tollitur depositio Alexandri Zucchetti, quia cùm hæc tendat ad fauorem sui domini, patitur eundem defectum, quem patitur ipse Don Cosmus, & idcirco illi non est credendum. Gabr. *in tit. de testib. conclus.* 10. *n.* 1. Mascard. *conclus* 757. *n.* 1. Farinac. *q. 55. num.* 122.

31 Balthassar verò nihil penitus facit, quia eius repetitio non tollit mendacia, quamplura periuria, & falsitates quibus irretitus reperitur. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. cap. 3. numero* 62. *& num.* 70. Farinac. *quæstion. 73. numero* 154. de quibus contrarietatibus, & periuriis, ac falsitatibus latè constat ex informatione facti super eius dicto particulariter & exactissimè facta.

32 Nec obstat, quòd saltem etiam adsint plures alij testes, qui attestati sunt Equitem illo sero homicidij se lorica & aliis armis armasse, quia omnes isti testes prius deposuerunt, id non fuisse illo sero, sed antea, & sic fuerunt, & sunt periuri, quibus idcirco licèt confirmauerint, eorum dictum in tortura, quia periurium non fuit per eam purgatum, non est vllo pacto credendum, Mascard. *conclus.* 1168. *n. 7. de probat.* Eugen. *cõs.* 27. *n.* 54. Roland. *cons. 16. n. 9. &* 10. *lib.* 32.

33 Vltra quod delatio armorũ in Equite, milite, & solito deferre, non arguit sinistram aliquam suspicionem, Nouell. *in tract. ad defensam in rubr. an indic. pro reo &c. n.* 68. Mascard. *conclus. 97. numer.* 4. & alij quos allegat & sequitur Farin. *q. 52. n. 79. &* 86. Quo fit vt hoc tertium indicium non sit ex huiusmodi probationibus vllo modo grauatum, & probatum.

34 Quartum quoque quod adducebatur, ex illis verbis, vt prætenditur, prolatis à Comite, nempe, *Hai traditore m'ammazzate*, & ex aliis, *mena le mani siamo qui per questo*, quod in aliis informationibus dicebatur non esse probatum ex depositionibus illorum Petri Pauli, & Petri Sebastiani, quia non erant contestes, sed singulares, & inter se cõtrarij, non est hodie iustificatum ex repetitione eorundem testium, qui modò se contestes faciunt, cùm Petrus Sebastiani, affirmet audiuisse hæc verba, quod aliàs negauit, quoniam ex noua hac depositione redduntur periuri, quod infringit eorum dictum superiùs allegatom circa alios testes, & quia sunt isti birroarij, & famuli Barigelli, quibus ratione eorum vtilitatis, & infamiæ vllo pacto, non est standum, Ioseph. Ludouic. *decis. Lucen... num.* 3. Grammat. *vot.* 21. *num.* 1. Osasch. *cons. 65. post numer.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 129. *in princ.* Farinac. *q. 56. n.* 372.

35 Neque vis fieri potest in dicto Isabellæ, quod in nouo processu superuenit, dum ea deponit se audiuisse vocem subtilem, dicentem, *Ahi traditore*, & aliam magnam respondentem, *Mena le mani*, quia huiusmodi verba si vera essent nihil concludunt super præmeditatione, de qua agimus, ex quo non refert audiuisse alia verba *siamo qui per questo*, quæ fiscus adducit pro verificatione huiusmodi præmeditationis, insuper quia assertioni Isabellæ, vti mulieri inhonestæ non est credendum, Nepos de Monte Albano *de testibus numero* 16. Mago n. *decision. Lucen.* 89. *numero* 4. Mascard. *in toties citato tractatu de probat. conclus.* 1356. *n.* 2.

36 Sicuti etiam non est faciendum fundamentum in assertione Francisci Syluestri vnius ex famulis Comitis asserentis in hoc vltimo examine audiuisse vnum ex aggressoribus, dicentem, *Chi va li con voce grossa*, quoniam

occidit, præmeditatè occidisse dicatur, difficultatem non habet in iure, sed quòd Eques occiderit Comitem, nedum proditoriè, vbinam in processu? Nullibi certè, vt dixi.

44 Dum pro secunda coniectura ex aduerso adducitur inimicitia inter Equitem, & Comitem ortam ex riualitate mulieris in illius amore, illaque continuata etiam post prætensam reconciliationem, iam alias fuit responsum, quòd circumscripta pro nunc riualitate (de qua mox dicam) in processu non constat de aliqua prætensa graui, seu capitali inimicitia inter Equitem, & Comitem, sed prout fatetur Eques, constat solùm quòd se inuicem non salutabant; quæ non salutatio non grauem, nec capitalem producit inimicitiam, vt aliàs probatum fuit; & quod ex aduerso scribitur ex inimicitia etiam non capitali oriri præmeditationis præsumtionem, ex Blanc. *in tract. de indic. numero 89. & 90.* est contra communem sententiam Doctorum contrarium sententium, vt videre est apud Anchar. Mant. & Pancirol. in locis relatis per Decian. *consil. 67. numer. 9. & 10. lib. 3.* Bertazol. *consil.* a 71. *numero* 30. *libr.* 3. apud quos alij etiam referuntur Doctores concordantes, vltra quod Blanc. vbi suprà loquitur, quando constat inimicum non capitalem occidisse suum inimicum, quod, vt prædixi, non constat in casu nostro.

45 Verùm quod attinet ad riualitatem, in qua pro parte fisci fit præcipuum fundamentum, & quæ prætenditur etiam continuata post reconciliationem, ex qua propterea oriatur indicium contra riualem, si alter riualis reperiatur occisus, vt per Blanc. vbi suprà allegatum, *vers. idem dici potest*, per tex. *in l. idem si ob stuprum, ff. de condict. ob turp. caus.* vltra quod tex. per Blanc. vbi suprà allegatus *in d. l. idem si ob stuprum*, nihil prorsus ad propositum facit, adhuc dicitur non probari in processu, quòd ante reconciliationem subsequens non salutatio orta fuerit ex causa Isabellæ, nullus enim alius de hoc deponit, nisi Staytus & Don Cosmus: Stayto autem quantum credendum sit ex particulari informatione data super exceptionibus contra ipsum laborantibus bene dignoscitur; Don Cosmo pariter nihil credendum, tum quia, vt aliàs probatum extitit, deponit ad se exculpandum, vti complicem in rixa, & sua interest alium facere culpabilem, tum etiam quia deponit de auditu, & non dicit à quo. Crot. *consil. 34. numer. 24. versic. Praterea isti es deponentes, lib. 1.* Surd. *consil. 135. numero 95. in fine etiam libr. 1.*

46 Minus hæc prætensa riualitas probatur post reconciliationem; ad hoc enim, vt ad effectum, de quo agitur, riualitas Equitis cum Comite probata dicatur, quatuor requiruntur; primum quòd Eques esset captus amore Isabellæ; secundum quòd eodem amore esset captus Comes; tertium quòd amor Comitis esset notus Equiti; quartum quòd Comitis amorem Eques ægreferret. Primum quòd Eques amaret Isabellam, transeat, quia Eques fatetur, licèt priùs pro conseruatione nuptæ & nobilis mulieris negauerit; nec ex hoc mendacio, vt ex aduerso deducitur contra Equitem, aliquod indicium sumi potest, quia si illud fassus fuisset, sibi non præiudicasset, Marsil. *consil. 15. numero 15. versicul. Praterea etiam responden. & consil. 51. numero 66. versicul. Sed istis respondeo*, Bertazol. *consil. 59. numero 7.* Honded. *consil. 107. numero 44. libr. 1.*

47 Secundum quòd Comes esset captus amore eiusdem Isabellæ non probatur in processu, nisi ex dicto Stayti, & Sebastiani Senensis de auditu ab Equite; & ex dicto Bettæ famulæ ipsius Isabellæ: Staytus, & Sebastianus qui deponunt de confessione extraiudiciali Equitis nihil probant, quia vltra alias exceptiones sunt singulares in dicto, & in tempore; Cater. *in pract. in tract. de indic. & tortur. §. septimum indicium, numero 8.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, & si confitebuntur, part. 2. numero 2.* Viu. *opin.* 138. *numero 6.* Bursat. *consil. 166. num. 20. & seq. libr. 2.*

48 Multo minus probat Betta vilissima & pauperrima ancilla. Paris. *consi. 54. num. 57. lib. 4.* Aym. *cons. 249. numero 12. versi. Accedit etiam vilitas*, Roland. *consi. 63. numero 34. lib. 2.* Menoch. *de arbitrar. quæstion. cas. 96. numero 6. & 7.*

Et nihilominus prædictorum testium depositio confunditur, & reprobatur ex dicto Don Cosmi, ex dicto 49
Isabellæ, & ex dicto duorum famulorum Comitis, dicentium, quòd Comes erat captus amore cuiusdam mulieris in via Cucumeri; ergo non est verum, quòd esset captus amore Isabellæ, cùm, vt aliàs dixi, amor non capit duos: istis autem testibus magis credendum, quàm contrarium deponentibus, tum quia sunt examinati pro informatione curiæ, tum quia pluribus; tum etiam quia excludunt delictum. Boss. *in tit. de defensione reorum, num. 7. in fine*, Gabr. *de testib. lib. 1. conclus. 4. num. 21.* Rolan. *cons. 57. num. 48. lib. 4.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 496. num. 15. & 16.*

Tertium quòd amor Comitis esset notus Equiti, non 50
probatur nisi ex dicto Sebastiani Senensis, & Stayti de confessione extraiudiciali Equitis, qui vt suprà iterum dixi nihil probant, cùm sint singulares in dicto, & in tempore; vltra quod, prout aliàs dictum fuit, Sebastianus fatetur se malè satisfactum de Equite, & nihilominus istorum depositio confunditur à depositione Antonij de Badia testis curiæ, dicentis se instanter fuisse requisitum ab Equite, vt bene obseruaret, an in domum Isabellæ ingrederentur Eques Soarez, & Alexander Strozzius, & de Comite nihil dixit; euidens signum, quòd de eo non suspicabatur; & huic testi licèt vnico plenè credendum est, cùm sit examinatus pro informatione curiæ, *l. si quis testibus, Cod. de testibus.* Gabr. *tit. de testib. conclus. 1. post numer. 14. libro 1.* Cephal. *consil. 82. numero 47.* Bursat. *consil. 58. numero 12. libro 1. & cons. 311. numero 21. libro 3.* Data autem ignorantia Equitis de amore Comitis cum Isabella, etiam quòd talis amor esset verus, prout non est, cessat omne indicium ex prætensa riualitate sumtum. Grammat. *cons. 6. sub num. 19.* Simon de prætis *cons. 15. num. 58.* Bertazol. *cons. 215. num. 10. lib. 1.*

Quartum quòd Eques ægreferret amorem Comitis 51
cum Isabella, pariter non constat in processu nisi ex dicto Stayti, & Sebastiani Senensis de auditu ab Equite, qui ex præallegatis nullum faciunt indicium; vltrà quod dato quòd probarent hanc extraiudicialem confessionem Equitis super hoc iudicio remoto, non vtique illud potest dici plenè probatum, sed tantùm semiplenè; Speculat. *in titulo de confessi. §. nunc videndum, versiculo siquidem quis confitetur crimen extra iudicium*, Alberic. *in l. quoniam, numero 1.* & ibi Fulgos. *numero 3. in fine*, & Angel. *numero 4. ff. de his qui notant. infam.* Clar. *in pract. §. final. quæst. 55. in princip.* Et tamen quodlibet remotum indicium debere concludenter probari. ad Glosam *in leg. final. in verbo, Vel indicus, Cod. famil. hercisc.* Blanc. *de indic. numero 46.* Brun. *in eodem tract. de indic. part. 1. quæst. 2. numero 4.* Decis. pedem. 79. *numero 19. & 31.* Quare ex præmissis nullam in processu apparere causam riualitatis, seu inimicitiæ inter Equitem, & Comitem facile concludendum est, sequuta præsertim reconciliatione, quæ cùm antecesserit homicidium per breuium (quicquid secus ex aduerso dicatur) non potest dici recens, secundùm communem de qua aliàs dictum fuit. præsertim in Equite, & viro Nobili, contra quem inuerisimilis est præsumtio, quòd paci, seu reconciliationi contrauenire voluerit.

Dum tertiò ad præmeditationis indicium adducitur 52
præparatio armorum, iam fuit responsum; & ex aduerso nihil video replicatum, quòd cùm eques eo sero esset accessurus domum mulieris Nobilis, & nuptæ, non sine suæ vitæ periculo. prudens fuit armando se, & benè præcauendo, & vt iuribus probaui, armorum hæc præparatio, potius ex hac causa, quàm ex alia delictum arguenti facta præsumitur. Addo modò, quòd hæc armorum præparatio negatur ab equite, & non probatur nisi per testes periuros, qui vt notum est in criminalibus

mitis dicentibus ; Comitem in rixa non fuisse loquutum.

60 Dum nonò consideratur qualitas temporis, nempe de nocte, quo casu homicidium præsumitur deliberatè commissum.ad trad.per blanc.Boss.Mascard.& Menoch. in locis ex aduerso allegatis ; respondetur hanc solam præsumtionem non esse sic absolutè veram, quia etiam de nocte multæ contingunt rixæ,& propterea non habet locum quando in contrarium adest aliqua rixæ præsumtio,vt bene aduertit Menoch. ex aduerso alleg. *de arbitr. cas. 361. num. 36.* Et in casu nostro quòd existant plures coniecturæ rixæ excludentes præmeditationem,satis superque in prima informatione fuit deductum, quibus addo vnum,quod in facto verissimum est: quòd ex omni parte processus constat, quòd causa amoris in Isabellam,Eques ad eius domum accessit,& præuentus ad locum,transmisit,vt dixi,nuntium Isabellæ,illi significans quòd volebat eam alloqui,& Don Cosmus dicit; *Quando comminciò la baruffa,la Portughese staua alla finestra ragionando con il Caualiere sopradetto, anzi quando arriuò lì quel giouane,che scoperse la lanterna in faccia al Caualiero, all'hora lei haueua lasciato cascare vn viglietto dalla finestra.* Apertum signum, quòd Eques illuc accessit amoris causa, & non animo occidendi Comitem. Si enim hoc animo eò venisset, non vtique testes futuri homicidij conuocasset.

61 Dum decimò fit fundamentum in confessione extraiudiciali Equitis probata,vt intenditur per Stayrum,& Carluccium,satis in secunda informatione fuit responsum,& ex aduerso nihil replicatum;hîc iam dicta repetere superfluum est.

62 Dum vndecimò ponderatur qualitas personarum, quòd scilicet Eques sit grandior, robustior, & in armis magis versatus,ad tradita per Marc. Mant. *in consil. 236. numer. 11. libr. 1.* cum alijs per Mascard. *de probation. lib. 1. conclus. 72. numero 4.* Vltra quod in materia de qua agitur attenditur potius quis sit magis commissus, quàm quis magis robustus, & iunior, vt in specie aduertit Mascard. *dicto numero 4.* & ante eum Cepoll. *consil. 28. numero 11. in fine, & consil. 26. numero 9. etiam in fine, & numero 10,* Herculan. *de caution. de non offenden. cap. 30. numero 21. & numero 26. versic. secunda coniectura est.* Menoch. *de arbitrar. cas. 363. numero 7.* Et vltrà quòd etiam non creditur in processu constare, quòd Eques esset magis robustus, magisque in armis exercitatus; dico ex qualitate prædicta non oriri præsumtionem præmeditationis, de qua nunc agitur, sed aggressionis, de qua non agitur, & ita loquuntur Mantua, & alij allegati per Mascard.vbi suprà.

63 Ex quibus omnes prætensæ præmeditationis præsumtiones ex aduerso deductas,prorsus sublatas esse,nullus credo dubitationi locus sit,sed quatenus aliqua superesset præmeditationis suspicio. Iam in alijs informationibus, in contrarium pro non præmeditatione, adductæ fuerunt decem validissimæ coniecturæ, quæ, vt iure probatum fuit, omnem prorsus tollunt difficultatem; nec ex aduerso aliud responsum vidi,*nisi quòd per me allegata procedunt, quando agetur de probando homicidium, secus vbi tractatur de ostendendo præmeditationem.*sed huic responsioni satis sit replicare, quòd si videantur Doctores per me allegati in terminis, dicunt quòd ad excludendum præsumtiones præmeditationis,sufficiunt, & præualent coniecturæ. & sic ex solidissimo fundamento, quod nec in facto, nec in iure negari potest, frustrà ad habendum præmeditationem agi videtur de inferenda tortura.

64 Nec etiam obstet motiuum D.Iudicis, qui bene fatetur ex processu non constare Equitem præmeditasse animum occidendi Comitem, sed bene forsan, vt ipse inquit, *di farlo correre, ò farli qualch' altro affronto sotto le fenestre della Dama*, huic enim motiuo, vltrà quòd ab omni verisimilitudine alienum est, nec poterat vllo pacto ab Equite præcogitari quòd sic, vt D. Iudex suspicatur, posset euenire, cùm Comes esset iuuenis nobilis,& incedens non solùm armatus,sed ab armatis hominibus associatus, qui propterea nunquam mihi ignem aliquod simile passurus erat,& consequenter ad arma,& vulnera, quæ non dantur ad mensuram, deueniendo opus erat: adhuc eodem motiuo admisso, dico nullo pacto posse tractare de inferenda tortura pro habenda præmeditatione faciendi currere Equitem, aut quid simile, sine animo occidendi, homicidium non dicitur dolosum,sed culposum,tex est apertus *in l. Diuus Adrianus. in illis verbis, si non occidendi animo hoc admiserit ab solui posse.* & ibi Glosa *in verbo, absolui.* Alberic. *post num. 1. & numero 5. versic. in secundo casu, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. 1. in princ. Cod. eodem.* vbi dicitur, *remitti homicidij pœnam illi, qui non occidendi animo hominem percussisse probauerit.* Et ibi glos. *in verbo, Si & voluntas,* & communiter Doctores omnes, Boss. *in tit. de homicid. num. 35. in fine, versic. Et quoa animus occidendi.*

Et propterea non ordinaria, sed extraordinaria pecu- 65
niaria, aut exilij pœna imponi potest. *l. 1. §. 1. ff. de his, qui eiecerunt, vel effud.* Boss. *in tit. de defens. reor. num. 68.* si in casu prædicto non potest imponi, nisi pœna extraordinaria: ad quid ista tortura? cùm etiam sine, & stante incertitudine delinquentis, & homicidio in rixa commisso, eadem extraordinaria pœna imponi potest vt suprà probaui,& huic obiectioni,vellem quòd D. meus Iudex, qui fecit motiuam, responderet.

Præterea, & ex abundanti supplicatur aduerti (& 66
huic fundamento cupe etiam responsionem) quòd omnes ex aduerso consideratæ præmeditationis coniecturæ, excepto quòd Eques amaret Isabellam,non sunt probatæ, nisi per testes nedum singulares, sed etiam repulsatos,& plures patientes exceptiones; de quo quatenus in facto dubitetur, concordetur factum cum processu; ergo testes prædicti præmeditationem non probant, nec possunt coniungi ad effectum inferendi torturam. Omissa enim illa disputatione, an ad effectum præmissum testes singulares, pluràque imperfecta, & in genere suo non plenè probata coniungantur, de qua latè dixi *in mea pract. crimin. quæst. 86. numero 95. & seqq.* certissimi iuris est, quòd quando testes non sunt idonei, tunc nec singulares coniunguntur, nec plura imperfecta, & multo minus non plenè probata etiam ad torturam inferendam; & ne membranas allegationibus impleam, refero me ad ea, quæ super hoc ad satietatem scripsi *in pract. quæst. 37. numero 19. & seqq.* Et licèt Petr. Caball. *cas. 193. numero 6.* affirmet testes etiam repulsatos coniungi ad torturam inferendam ex Rom. Gramat. & alijs, quos ego etiam retuli in loco præallegato; opinio tamen contraria, vt ibidem demonstraui, est verior, & magis communis.

Pro qua addo aliam verissimam,& communem iuris 67
conclusionem, quòd scilicet quando testes inhabiles aliqua speciali ratione admittuntur ad probandum crimen, non tamen admittuntur quando agitur de probandis indicijs, & præsertim remotis, vt in casu nostro, ex alleg. per Boss. *in tit. de indicijs & considerat. ante tortur. num. 15.* vbi reprobat Brunum, Socin. & alios relatos per Caball. vbi suprà contrarium tenentes, Eugen. *consil. 27. numero 63. in fine vers. Non obstat septimò*, Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 37. n. 44. cap. 45. n. 2.* vbi etiam loquitur in crimine læsæ maiestatis, quod & idem procedit in crimine hæresis: Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 857. num. 35.*

Et in casu nostro res videtur indubitabilis, cùm te- 68
stes non solùm non sint integri, sed etiam singulares, quo casu non loquuntur Doctores per Caball. allegati, & si aliter diceremus, concurrerent insimul tria specialia. Vnum quòd plura imperfecta, aliud quòd non plenè probata, & sic per testes singulares, & tertium, quòd testes inhabiles coniungerentur ad torturam inferendam, contra tex. *in leg. 1. Cod. de dot. promiss.* & ibi Doct. communiter. Quare vt concludam, dico in primis in casu de quo agitur nullas extare præmeditationis

vel Clar. *quaest.* 21. *num.* 156. quod indubitanter procedit, saltim coneurrentibus adminiculis, prout concurrunt in casu nostro, vt per Clar. *d. quaestion.* 21. *versicul. mendacium.*

76 Non obstant exceptiones, quae dantur contra vnum ex testibus, qui deponit de isto odio Equitis propter dictam causam riualitatis; nempe contra Balthassarem Staytum, tum quia alij etiam testes de hoc alio deponunt, & numerus supplet defectum, praesertim quando non agitur ad condemnandum, sed ad torquendum, & concurrunt etiam alia adminicula, Bettaz. *consi.* 474. *num.* 3. *lib.* 2. Natt. *consi.* 362. *num.* 10. tum quia licèt d. Balthassar recesserit à seruitiis Equitis malè satisfactus, vt ex aduerso dicitur, non propterea sequitur quòd esset inimicus, vel infestus ipsi Equiti, praesertim adeò vt possit suspicari, quòd voluerit in eius caput falsum testimonium dicere, & à communiter accidentibus videtur quòd famuli qui discedunt à dominis, & malè satisfacti non propterea euadunt eorum inimici, neque quicquam mali contra eorum vitam moliuntur, Felyn. autem & alij ex aduerso citati loquuntur quando constat testem esse inimicum illius contra quem deponit, quod non verificatur in isto teste neque de graui, neque de leui inimicitia, & ideo non potest ex hoc capite aliquid de illius fide diminui, & nullus rancor remanebat in dicto Stayto, qui licèt discesserit à seruitiis Equitis, nihilominus rediit postea ad seruitia illius, & illum transmisit Eques ad seruiendum eius fratri in ciuitate Neapolis cum litteris ipsius Equitis directis eius fratri in commendationem ipsius Stayti, vt fatetur ipse idem Eques, & ex hoc cognoscitur, quòd nullus malus animus remansit in ipso, & consequenter quòd eius dictum ex hoc capite non remaner debilitatum.

77 Non obstat etiam, quòd iste Balthassar sponte venerit ad se examinandum, quia hoc ei opponi non potest, cùm fuerit examinatus à Iudice, vel de eius ordine delato ei iuramento, Bald. *in cap.* 1. §. *porrò*, *sub num.* 10. *versic. & eo ipso quòd iudex*, *&c.* Nell. *de testib. post number.* 42. *versicul. ego credo*, Campeg. *de testib. reg.* 167. *in princip. fallen.*

78 Et denique cùm defectus iurisdictionis bene tollatur ex facto, reliqui defectus si qui sunt, quod non credo tam in isto quàm in aliis testibus, (sunt ad modum pauci, & leues, vt tollantur per torturam, praesertim concurrentibus tot adminiculis, Bettazzol. *d. consil.* 474. *libro* 2. Grammat. *decis.* 45. *numer.* 22. Clar. *in prax. quaest.* 21 *vers. fuos tamen*, *&c.* quod procederet etiamsi testes paterentur plures defectus, tradit Baiard. ad Clar. *quaest.* 24. *num.* 128. *ad fin.* cui non contradicit dominus ex aduerso scribens in sua praxi quando alia concurrunt indicia, & adminicula, prout multa concurrunt in casu nostro, vt per eum *in prax. quaest.* 43. *numer.* 178 *ad fin. & quaest.* 62. *num.* 382. *in fin.* Vnde omnino ista conclusio debet procedere in casu isto, in quo iste Balthassar Staytus, vel nullum verè patitur defectum, vel vnicum tantùm, & satis leuem, quòd discesserit à seruitio Equitis malè satisfactus, & eius depositio multum coadiuuatur ex aliorum dictis, & ex aliis adminiculis supradictis, & infrà dicendis, & non leue adminiculum est concordia suae depositionis cum constitutis ipsiusmet Equitis, quia ferè in omnibus cum illo concordat, & propterea cùm in pluribus reperiatur verus, in caeteris quoque praesumitur, Aym. *consil.* 275. *versic. confirmatur*, *&c.*

79 Non obstat etiam, quòd testes deponentes de isto odio Equitis videantur singulares, quia cùm hoc odium sicut etiam scientia conuersationis Comitis cum Isabella sit, quòd consistens in animo ipsius Equitis potest probari per testes singulares, Aym. *consil.* 75. *num.* 23. Socinuiun. *consil.* 178. *num.* 6. *libr.* 2. praesertim cùm simus in singularitate adminiculatiua, in qua testes singulares probant concurrentibus adminiculis, Gabr. *d. test. conclus.* 2. *in fin.* & latè per D. ex aduerso scribentem *in tractat. de test.* 66. *numero* 302. *limitat.* 44. vbi multos concordantes allegat; vltra quod etiam testes singulares sufficiunt, & coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, praesertim concurrentibus adminiculis, prout concurrunt in casu nostro, Baiard. ad Clar. *quaest.* 22. *num.* 6. *cum aliis*, de quibus per Caball. *in resolutione crimin. Centur.* 2. *cas.* 193. *num.* 2. vbi etiam *numero* 6. dicit hoc procedere etiamsi testes paterentur aliquos defectus.

Et haec dicta sufficiunt ad sustinendum probationem 80 aliorum indiciorum subsequentium, quae probantur per testes forsan singulares ne haec eadem saepius repetere cogar.

Non denique obstat, quòd Eques & Comes in- 81 simul fuerint reconciliati, tum quia ista reconciliatio fuit de recenti, vt in facto praesupponitur, Menoch. *de arbitr. quaest.* 28. *numero* 8. tum quia per hanc reconciliationem non fuit remota causa odij, hoc est, riualitatis, cùm adhuc vterque suum pristinum commercium continuaret cum Isabella, odium autem & inimicitia semper praesumitur adesse quamdiu adest illius causa, Rol. *consilio* 24. *numero* 44. *lib.* 1. Gramm. *decis.* 35. *numero* 7. Crescen. *decis.* 3. *de test.* & haec praesumtio iuris in casu isto coadiuuatur ex depositione Balthassaris, & Illustrissimi D. Cosini; qui deponunt, quòd adhuc Eques ob istam riualitatem odio prosequebatur Comitem, & quòd volebat *Leuarli bizzarria di capo*, & alia huiusmodi.

Neque obstat, quòd aliqui testes dicant, quòd Co- 82 mes amabat aliam mulierem in via de Cocomeri, quia ex hoc non tollitur quin seruerctur amore Isabellae, vt saepius vidimus, quòd isti iuuenes vnam puellam ament, alia fruantur, & quòd quandoque etiam vtraque, ideo per hunc praetensum amorem in via de Cocomeri non tollitur causa odij ob riualitatem, quae perueniebat ex ?? fiuitate Isabellae, & sic remanet firmum hoc indicium ex causa riualitatis.

Quintum indicium est, quòd Eques procurauit scire 83 an ea nocte Comes esset accessurus ad Isabellam, vt scilicet posset illum securius inuenire, & occidere, prout considerat Menoch. *de arbitr. d. cas.* 361. *sub num.* 3. vbi adhibet exploratores, vt sciat, &c.

Et licèt Menichella in tortura circa hanc perquisitio- 84 nem variauerit, tum cùm ex aliis indiciis tam antecedentibus, quàm subsequentibus; & ex tota serie facti eius primum dictum sit verisimile, illi potius standum est quàm secundo dicto in tortura, Rol. *consi.* 40. *num.* 4. *lib.* 1. Aym. *consil.* 6. *n.* 45. & dominus ex aduerso scribens *cons.* 38. *num.* 15.

Sextum indicium colligitur ex armis insolitis quibus 85 ea nocte Eques se armauit, ex quibus oritur graue indicium animi praemeditati ad homicidium, Caron. *de indiciis.* 13. *c.* 4. Blanc. *eodem tit. num.* 67. *&* 68. Menoch. *d. cons.* 361. *num.* 40. & Carer. *in pract. crim.* 24. indicio praesertim, cùm non solùm ipse gestauerit ista arma insolita, & in specie ensem stillettatum, de quo plenissimè conuincitur, sed etiam procurauit habere pistolam, licèt non potuerit; ex hoc ergo genere armorum, non solùm insolitorum, sed etiam sub grauissimis poenis prohibitorum in ciuitate Florentiae, clarè colligitur, quia illa nocte Eques non cogitauit leuia, sed potiùs cogitauit committere homicidium, vt docuit euentus.

Septimũ indicium colligitur ex verbis dictis ab Equi- 86 te dum illo sero se armabat suis armis consuetis, dum dixit, *queste non sono arme per me questa sera*. & postea cùm se induisset arma insolita, & mutuata dixit, *Adesso sì che posso andare à combattere con Rodomonte*, subdens eodem tempore, *questa sera io faro vn gran intrigo*, *&c.* & loquendo cum suo famulo dixit, *non sai tu l'odio che io porto al Contino*, *&c.* ex his verbis dictis illo sero ante homicidium duo colliguntur. Primum quòd excluditur praetextus allegatus per Equitem quòd vellet ire à Pegnolo, immo etiam ad effectum eundi ad domum Isabellae, non erat opus relinquere arma propria, cum quibus aliis noctibus ire solebat, & induere arma mutuata, sicut non erant necessaria illa verba, *Che era per fare vn grand' intrigo, & che poteua combattere con Rodomante*,

Secundò

INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hoc secundo volumine Consiliorum, seu Responsorum, continentur.

INDEX

C

cons.

Declara

Cortina

D

Farinac. Consil.crim.lib.2.

E

F

Fiscus

G

H

non

Iudex

Libelli

M

O

P

quando

Possessio nem.

Prohi

Q

R

S

processus

Subornatio,

V

Venditor

suspectus

Z

FINIS.

RESOLVTIONES
CRIMINALES
LXII.
HIERONYMI
DE FEDERICIS.

QVI DVM VIXIT ILLVSTRISS. D. AVDITORIS CAMERÆ in criminalibus Locumtenens, deinceps semel atque iterum Vrbis fuit Gubernator, & primò Sagonensi, secundò Maturanensi, & demum Lauden. Episcopatu decoratus obiit.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE TVM PRINCIPALIVM Quæstionum & Argumentorum, tum Rerum ac Sententiarum locupleti.



LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXVI.



PROSPERO FARINACIO IVRIS-CONSVLTO,

HIERONYMVS DE FEDERICIS. P. F.



SINGVLAREM tuam humanitatem, vir Iurisconsultorum omnium quotquot nostra ætas habet maxime, & eruditissime, qua complecteris omnes, iam ab eo tempore mihi non obscurè declarasti, cùm tuo nomine Horatius Cicero ad me pertulit, tua inter chirographa aliquot repertiri sententias capitales à patruo meo Hieronymo de Federicis, ea tempestate Marturani Episcopo, dum hanc Vrbem regeret, sacræque Inquisitionis officij consultor esset, dictas, téque eas eruditissimi seculi luce dignas æstimare, tum propter rerum sententiarúmque dignitatem, tum etiam ne tanti viri memoria de tam liberalibus disciplinis benemeriti, apud posteros intermoreretur, addidit etiam, si id mihi fuisset in optatis, te libentissimè effecturum vt ad calcem consiliorum tuorum, quæ nunc sub prælo sunt, typis euulgarentur, quo ipse felici nuncio excitatus non modò tibi confestim coràm quantas potui maximas gratias egi, sed meos quoque, datis ad eos de communi beneficio litteris, consanguineos, atque adeò quotquot è meo deinceps genere existent, perpetuo nexu tibi obstrictos volui. Neque me fugiebat nomen patrui mei propemodum extinctum nunquam ab interitu vindicatum iri, nisi tu vir ea doctrina, eáque apud mortales omnes auctoritate extitisses, qui id cumulatius, quàm quisquam alius, præstares, Hieronymi scriptis inter tuas grauissimas atque doctissimas consultationes, quæ summam sibi gloriam, & nullo tempore interituram ab extremis vsque terræ partibus collegerunt, locum aliquem concedendo, illisque quasi comites addendo, vt ad dissitas etiam orbis plagas, quæ tua prudentissima iuris oracula admirantur, peruagarentur; quod cùm nunc pro tua humanitate effeceris, eam ob causam consanguinei mei, qui te multo antè, tuique vim ingenij ac nominis dignitatem in tuis doctissimis libris venerantur, quòd ipsi coràm comis atque suauis animi tui significationem hanc quanti faciant declarare minimè possunt, id mihi oneris dederunt, vt ipsorum tibi nomine in tegerrimè significarem, quantam tibi gratiam singuli, quantam pro tuis innumerabilibus in se meritis habeam vniuersi; quoniam enim referre se eam tibi omnino posse diffidunt, sanctissimè pollicentur, in seque recipiunt in te colendo, honorificéque obseruando parem habituros esse neminem, nedum superiorem, quæcunque autem à Deo optimo maximo bona, quæcunque à fortuna sibi fuerint tradita, vitam denique ipsam, ac spiritum pro tuis ornamentis liberalissimè profusuros. Tu verò officium hoc suauissimi studij, plenum, instum, præterea ac debitum ea benignitate complectere, quanta me nuperrimè alacritate es complexus, vel, vt veriùs loquar, quantum meis fauere commodis, atque vtilitati studes. Et vt de meipso pauca dicam, ego sicut patrui mei nomen tamquam hæreditatinm sum consequutus, ita omnium maximè tibi me debere profiteor, atque in hoc feliciorem puto conditionem meam, quòd tametsi mihi beneficium commune est cum cæteris, hoc meum videtur esse proprium, ac singulare præsens, vt tibi operam meam, curam, diligentiam nauare possim, mandata verò exequi curare, conficere; in quo si mecum plurimi contendant, omnes tamen facili negotio vel te iudice superabo. Quòd si gratia deuinctis nihil potest accidere optatius, quàm vt lingua, facultate, ac vocis sono se maximè gratos possint, memoresque præstare, efficiam profectò vt in hoc genere animum omnino meum, ac voluntatem ardentissimam, totum me denique ipsum noscas, quod præstantibus doctrina viris tui simili-

bus pluris haberi solet, quàm quælibet quantumuis manifesta ac speciosa significatio. Reliquum est, vt quàm cumulatissimas Horatio Ciceroni gratias agam, cuius amantissimis consiliis nostræ familiæ maximus gloriæ cumulus, ac solidæ laudis accessit, noui hominis suauissimos mores, hoc est, fructum iucundissimæ consuetudinis tuæ, noui specimen ingenij singulare, vt tuæ propemodum humanissimæ naturæ tribuendum videatur, iis, quos in familiaritatem quotidiani congressus admiseris, non solùm documenta des pulcerrimarum rerum; sed domestico quoque vsu, vitâque communi auram quodammodo tuæ facilitatis impertias. Est & hoc tuæ comitatis argumentum, quòd me societate atque gratissima necessitudine neutiquam excludis, vnde tot in me officia tam liberaliter promanarunt, vt neque ea capere animus meus enumerando, neque vllam eorum illustrando partem pro dignitate assequi possit. Vale Excellentissime Farinaci. Romæ IV. Nonas Martias. Anno salutis M. DCXV.

INDEX





INDEX PRINCIPALIVM QVÆSTIONVM, ET ARGVMENTORVM, QVÆ IN HIS CRIMINALIBVS RESOLVTIONIBVS CONTINENTVR.



 XXXVI. Petens

INDEX ARGVMENTORVM.

HIERO





HIERONYMI DE FEDERICIS RESOLVTIONES CRIMINALES.



ARGVMENTVM.

Contrarietas scripturarum, cera recens, productio illarum præter stilum, inducit præsumtionem falsitatis, & subscribens vt talis, cùm non sit, ac sigillans sigillo defuncti, incidit in falsum.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas, & diuersitas scripturarum arguit suspicionem falsitatis.*
2 *Cera recens illud idem operatur.*
3 *Dolus præsumitur, vbi vtilitas adest.*
4 *Præsumitur contra eum, de cuius interesse agitur.*
5 *Præsumitur contra eum, qui aliquid facit præter solitum.*
6 *Suspicio falsitatis habetur pro falsitate, quoad inquirendum.*
7 *Subscribens, tanquam Cancellarius Episcopi, cùm non sit, incidit in falsum.*
8 *Nemo potest rogari de actu, nisi sit Notarius.*
9 *Notarius, ab officio depositus, potest explere instrumenta antea per eum recepta.*
10 *Sigillans sigillo Episcopi defuncti tenetur de falso.*
11 *Sigillum tribuit robur literis ordinarij.*
12 *Instrumenta Notarij defuncti non dicuntur authentica, nisi extracta, parte citata.*
13 *Falsitas dicitur committi etiam respectu temporis.*
14 *Falsitas satis est, quòd aliquo casu nocere possit.*

RESOLVTIO I.



Enui in quadam Trauisina falsitatis me processum fuisse contra Petrum Crazeri, & eum crimine falsi condemnari debere.
1 Quia ex contrarietate & diuersitate litterarum promotionis hincinde productarum, quæ in data & subscriptione apparebat, oria fuerat maxima præsumtio, & suspitio falsitatis, ad Bald. *in l. scriptura, C. de fid. instrum. & in l. cum proponebant, de legat. 2. & in l. Imperator ff. de stat. hom.* Bart. *in l. si librarius, de reg. iur.* per Gram. *in consil. 24. per totum.* Sicut dicebatur de teste contraria deponente *in l. qui falsa, ff. de fals.*

Et magis contra literas pro parte ipsius Petri produ- 2
ctas ex cera recentiori, stante obitu Episcopi Trauisin. iam quadriennio elapso, quæ in alijs satis vetusta erat, iux. tex. *in cap. inter dilectos, de fid. instr.*

Et ex data ipsarum, quæ ipsi Petro potiùs proficua 3
erat, & eius sic esse intererat. Vnde contra eum præsumendum erat, vt per Bald. *in l. 1. C. locati.* per Bart. *in l. fin. versic. item quòd illa res, ff. de quæst.* Vbi enim aderat 4
vtilitas, ibi dolus præsumebatur, Gram. *in consil. 22. n. 6.*

Et ex eo quòd in Rota idem Petrus originales ipsas, 5
quæ modò falsæ dicebantur, non produxerat, sed in partibus per compulsum extrahi fecerat præter solitum, ad tex. *in c. quàm graui, de crim. fals.*

Et sola suspicio falsitatis, quoad inquirendum, habe- 6
batur pro falsitate. *l. iubemus, C. de prob.* Arch. *in cap. in memoriam, distin. quem sic declarabat,* Dec. *in consil. 175. in causa falsitatis, in consil. 189.*

Et cùm per inquisitionem desuper factam comper- 7
tum fuerit literas huiusmodi fuisse subscriptas à Iulio, qui nunquam fuerat Cancellarius Episcopi, tamquam eiusdem Episcopi Cancellario, & post eiusdem Episcopi mortem de ipsius Petri mandato non poterat ex hoc capite idem Petrus crimen falsi euitare, ex not. per Bart. *in l. reddatur, C. de profess. & Medic. lib. 12. & in l. si pupilli, §. item si fundum, ff. de negoc. gest. & in l. eos, ff. de falso.*

Nec, etiamsi fuisset Cancellarius, videbatur ipsum 8
potuisse illas subscribere, cùm nullo modo posset dici de actu promotionis huiusmodi rogatus eo non existente Notario. *l. stipulatio ista, §. alteri materia ff. de verb. oblig.*

Et sic non poterat dici actus respectu sui inceptus ita 9
quòd ab eo post mortem Episcopi expleri potuerit, prout dicebatur de Notario ab officio deposito, qui instrumenta, ante depositionem per eum recepta, explere poterat, vt per Bart. *in l. ad testamentum, §. 1. ff. de testam.* per Alex. post alios *in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden.* per Scrib. *in l. Barbarius. ff. de offic. præf.*

Et ex eo, quia huiusmodi literas sigillari fecerat sigillo 10
eiusdem Episcopi iam defuncti, ad not. per Abb. *in c. 11. col. pen de fide instrum.* & per Bald. *in rub. C. eod. col. 5.*
Per quod robur tribuerat ipsis literis, iux. not. *in c. post* 11
cessionem, de prob.

Dicebantur esse in authentica forma, cùm aliàs nul- 12
lam fidem fecissent, nisi parte citata extractæ fuissent, *c. cùm P. Tabellio, de fid. instr. authen. si quis in aliquo,* cum ibi notatis, *C. de eden.*

Et quia sub alia data, quàm actus gestus fuerat, confe- 13
ctæ repetiebantur. *l. si creditor, C. de fals.*

Et quamuis inquisitus non fatetur sub dicta data fieri curasse, oec etiam eius interesset, quòd magis sub huiusmodi quàm sub vera data expeditæ fuissent, videbatur tamen quòd ex prædictis, & aliis de quibus io processu, idem Petrus posset dici etiam circa hoc conuictus.

14 Et satis esse falsitatem huiusmodi potuisse aliquo casu eius aduersario nocere, iux. notat. per Salycet. *in l. damus*, vbi etiam Alexandr. *in apostill. ad Bartol. & in l. qui veluti, C. de fals.* & per Felyn. *in capitulo ex tenore, numero 20. de rescript.*

ARGVMENTVM.

Text. *in l. querelam, C. de fals.* procedit etiam in crimine simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Crimen simoniæ, quoad accusationem, & inquisitionem formandam, æquiparatur crimini læsæ maiestatis, & hæresis.*
2 *Memoria defuncti in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, damnatur post obitum per quinquennium.*
3 *Aequiparatio, de qua suprà, videtur procedere etiam in simonia, quæ committitur circa beneficia.*
4 *Et hinc omnis simoniaci memoriam videtur damnari posse.*
5 *Quod non reperitur limitatum, remanet sub regula.*
6 *Crimen, de quo non constat euidentia facti, vel per confessionem, vltra 20. annos non potest puniri.*
7 *Et tanto magis vbi est lapsum tempus 30. annorum.*
8 *Differentia inter simoniam, quæ committitur circa beneficia habentia potestatem clauium, & simplicia.*
9 *Ratio huius differentiæ.*
10 *Commendatarius non habet potestatem clauium, sed administrationem bonorum.*
11 *Matrimonium aliquod spirituale non contrahitur inter Commendatarium, & Ecclesiasticum.*

RESOLVTIO II.



N alia Legionen. prætensæ simoniæ pro Bernardo de Ordas contra fiscum dubitaui, an tex. *in l. querelam. C. de fals.* procederet etiam in crimine simoniæ, & dubium faciebat.
1 Quia tale crimen, quoad accusationem formandam, æquiparabatur crimini læsæ maiestatis, *capitulo fanè, & ibi glos. 15. quæstione 3.* & etiam crimini hæresis, *capitulo per tuas, de simonia, capit. Presbyter. 1. q. 1. cap. cùm liqueat. ead. caus. & quæst.*
2 In quibus procedebatur perpetuò, etiam quoad pœnam, & damnabatur memoria post obitum per quinquennium,
3 *l. finali, C. ad l. Iuliam maiestatis l. 4. C. de hæret.* Quod videbatur etiam procedere in ea simonia, quæ committebatur circa beneficia, per tex. *in capitulo, ex multis 1. quæstione 3.* & tradita per Cardinal. Iacob. *in tractat. de pot. con.*
4 *fol. 122. versiculo inde infero*, vbi dicebat omnis simoniaci memoriam post mortem damnari posse.

Sed tenui contrarium per regulam *dicta l. querelam, &*
5 *l. in omnibus, ff. de diuer. & temporal. præscript.* Quæ non reperiebatur limitata, vt non procederet in dicto crimine, & sic sub ea remanebat, *capitulo 2. de restitut. spoliat. libro 6.* &
6 ita consuluerat Dec. *in consilio 114. per totum.* Præsertim, cùm de dicto crimine non constaret per euidentiam facti, vel per confessionem inquisiti, secundùm ea, quæ refert Carerius *in §. circa quartum. numero 368. in sua practica*
7 *fol. 154.* Et esset lapsum tempus, nedum viginti, sed etiam triginta annorum, & vltrà, vt per eundem Dec. *in d. cons. 114.*

Et allegata in contrarium poterant procedere simo- 8
nia commissa circa beneficia habentia potestatem clauium, prout erat de mente Bald. *in l. si quemquam, & ibi*
apostill. C. de Episcopis & cler. Quia tunc præsumebatur 9
data pecunia pro consequenda illa potestate spirituali, non autem pro habenda administratione bonorum temporalium, vt not. Abb. *in capitulo, cùm pridem, columm. final. de pactis. & in c. extirpanda, §. qui verò, de præben.*

Quæ præsumtio tanto minus in casu oostro conside- 10
rari poterat, etiam quòd huiusmodi prioratus haberet curam animarum cùm fuisset eidem Bernardo commendatus, & Commendatarius non haberet illam potestatem, sed tantummodo administrationem bonorum. glos. *in capitulo, nemo deinceps, de elect. libro 6. & in capitulo du-*
dum, eodem titulo. Non enim cootrahebatur aliquod ma- 11
trimonium spirituale inter Commendatarium, & Ecclesiasticum, vt per Gemin. *in consilio 8. & in consilio 17. per totum.*

ARGVMENTVM.

Substitutus lite contestata etiam in criminalibus potest sustituere.

SVMMARIVM.

1 *Actus censetur factus ex eo capite, quo potest fieri, etiã quòd non exprimatur, vbi ex alio fieri non potest.*
2 *Actus incontinenti factus censetur correspectiuus actui immediatè præcedenti.*
3 *Gesta post datos reuerentiales dicuntur attentata, & ob id reuocanda.*

RESOLVTIO III.

N vna Turritan. attentatorum pro Didaco Martines contra fiscum, tenui quòd Gerardus Villana substitutus à procuratore ipsius Didaci lite contestata, dato quòd essemus in criminalibus, potuerit alium substituere. per doctrin. Angeli *in l. 1. ff. de procur.* quam sequebatur Alexand. *in l. quod quis*, vbi etiam Ias. *in finalibus verbis*, & Iac. de S. Georg. *C. eod.* quicquid dixerit Bald. *in l. nos, col. 10. C. de accus.*

Non obstante quòd non expressisset se substituere 1
tanquam dominum litis effectum, cùm ex alio capite substituere posset, argumento *l. 3. de milit. testam.* ex tex. *in capit. cùm super Abbatia, de offic. deleg.* bene facit glos. *in l. quamuis, C. de fideicom.* & quæ not. Innoc. & mod. *in capitulo cùm ex officio, in 6. conclus. de præscript.* & Rota *decis. 356. in antiq.*

Præsertim cùm statim lite contestata substituisset, 2
quo casu illa substitutio videbatur correspectiua ad actum immediatè præcedentem, prout colligebatur ex
deductis per Dec. *in l. petens, num. 11. cap. de pact.* Et 3
propterea quòd omnia facta contra eum per dictum Alexandrum Palanterium antecessorem meum post appellationem à dicto procuratore substituto interpositam, & datos reuerentiales venirent ex capite attentatorum reuocanda, ad text. *in capitulo, cùm appellationibus, de appellat. lib. 6.*

ARGVMENTVM.

Exemtus captus de mandato ordinarij pro crimine homicidij non est fideiussoribus relaxandus.

SVMMARIVM.

1 *Commissiones signatæ arbitrio Iudicis nihil tribuunt, nisi prout de iure.*
2 *Captura dat præuentionem iudici illam committenti.*

3 *Iudex*

3 *Index praeuentus debet negotium terminare.*
4 *Iurisdictio in casu speciali praefertur generali.*
5 *Rescripta auocatoria iurisdictionis sunt ipso iure nulla.*
6 *Poena homicidij est capitalis.*
7 *Carceratus non est relaxandus fideiussoribus ubi poena est capitalis.*
8 *Clericus capi potest à iudice laico ad effectum transmittendi ad iudicem ecclesiasticum.*

RESOLVTIO IV.

IN quadam alia Gerunden. praetensarum cen-
surarum pro Episcopo Gerunden. contra Mi-
chaelem Triez accolitum, & fiscum, dixi
quòd nullo modo mandatum de relaxando
ipsum Michaelem decernere poteram, prout penes me
1 instabatur. Quicquid dicerent commissiones pro eius
parte praesentatae, quae in effectu nihil tribuebant nisi id
quod mihi de iure concedebatur, quamuis dicerent ar-
bitrio, ad not. *in l. cùm filius. iuncta l. 1. n. 6. de sacrosanct. Eccl.*
2 Tum quia Episcopus qui ex indulto speciali contra
exemtos in casibus assassinij, & homicidij, procedere
poterat, de quo nulla penitus mentio in praedictis com-
missionibus facta fuerat, praeuenerat rapiendo eundem
Michaelem, vt per Bart. *in l. 1. ff. de poen.* & per Bald. *in l. of-*
3 *ficiales, circa medium, C. de iud.* Quo casu ipse, & non alius,
negocium terminare debebat *l. vbi coeptum, & l. & si postea-*
quam, ff. de iud. Gram. *in cons. 28. num. 12.*
4 Praesertim cùm iurisdictio esset restricta ad causas spe-
ciales assassinij, & homicidij, nostra verò competeret ex
generali iurisdictione officio Auditoris Camerae conces-
5 sa, argumento *c. 21. de offic. deleg.* Et rescripta surreptitia
auocatoria iurisdictionis erant ipso iure nulla. Innoc. *in*
cap. ex literis, eo titul. Felyn. *in cap. ad audientiam. n. 10. fallen.*
de rescript. Cassad. *cap. 1. & 2. eo titul.*
6 Tum quia in omnem euentum poena delicti, pro quo
detinebatur, videlicet homicidij, erat capitalis, *l. 3. § legis*
Cornelia, ad l. Cor. de sicar. l. qui vltimo, cum ibi not. *ff. de poen.*
7 *§ item lex Cornelia, Instit. de publ. iud.* Vnde nullus de fideius-
soribus relaxari poterat. Bart. *in l. 1. & in l. diuus, ff. de cust.*
8 *reor.* decisioo. Neapol. 30. *in nouis.* Cùm etiam à iudice lai-
co ad effectum transmittendi ad Ecclesiasticum Cleri-
cus capi possit. Bartol. *in l. 1. C. de exhib. reis.* Et nihilominus
Dominus meus, fisco consentiente sub eo praetextu, quòd
in processu per Episcopum transmisso nihil releuans
contra dictum Michaelem esset sub cautione de se in
Vrbe coram eo repraesentando, mandauit ipsum rela-
xari.

ARGVMENTVM.

Ignorantia Bullae in coena Domini, & praetensa consuetudo contra eam, non excusat transgressorem ipsius ab illius poena.

SVMMARIVM.

1 *Bulla in coena Domini est satis nota, & de ea fit mentio in corpore iuris.*
2 *Et propterea ab illius contemptu nullus excusatur.*
3 *Ex illius etiam tenore id expressè disponitur.*
4 *Consuetudo expressè à lege improbata non excusat transgressorem à poena.*
5 *Consuetudo mala excusat à poena.*
6 *Causa bestialis non excusat à dolo in delictis iudicialibus, & remissiuè quae requirantur ad hoc vt excuset, 7. & 8.*

RESOLVTIO V.

DEclaraui quondam Franciscum
Peruanx in poenas Bullae in coena Domini
ob impetratas inhibitiones regias incidis-
se, & incurrisse. Non obstante allegata
ignorantia, ac praetensa consuetudine Bri-
tanniae recurrendi ad iudices seculares super beneficio
pacificè possessn per annum, vel non excedente sum-
mam 24. Cùm dicta bulla esset satis nota, & de ea etiam 1
in corpore iuris mentio fieret, *in Clem. 1. de iud.* vnde
meritò ab illius contemtu minimè quis praetextu igno- 2
rantiae excusaretur, secundùm Bald. *in l. leges sacratissi-*
mae, num. 4. C. de leg. & prout etiam ex illius tenore ex- 3
pressè disponebatur, nullum videlicet praetextu igno-
rantiae excusari posse, immo omnes arctare; ac si eis per-
sonaliter intimati forent, secundùm not. *in d. Clem. 1.*
Ac dicta praetensa consuetudo esset expressè per di- 4
ctam bullam improbata, quo casu nunquam excusare
poterat transgressorem legis à poena, vt singulariter di-
xerat Bald. *in authen. nauigia.* per illum tex. *C. de fur.* Ia-
cob. Alu. & Modern. in corpore vnde sumitur *de statu,*
& consuetud. decimae collat. Abb. *in capitulo, cùm venerabi-*
lis, de consuetud. Licèt aliàs consuetudo quantuncunque 5
mala excusaret à poena. glos. *in capitulo denique 4. distinct.*
Abb. *in dicto capitulo, cùm venerabil. & in capitulo, cùm in*
ecclesiastica, in primo notab. de simonia. Roman. *in sing. 19.*
an consuetudo, & Dec. *consilio 175. in penult. column.*
Nec eidem Francisco proderat illa vulgata regula, de 6
qua *in l. igitur, ff. de liber. caus. & in l. Plagij. ad l. Fabiam*
de plag. cùm essemus in delictis iudicialibus, in quibus 7
causa bestialis non excusabat à dolo, per dicta *in l. 3. C.*
de calum. quod sequebatur Alex. in apostil. ad eundem
in d. l. plagij. Soc. *in consil. 113. num. 7. vol. 1.* Et quia in
omnem casum, vt dictum erat, asserta consuetudo erat
improbata, nec concurrebant notat. Angel. *in dicta l.*
plagij.

ARGVMENTVM.

Indicia plura in materia mandati ad homicidium ex quibus potest procedi ad quaestionem.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis oritur ex lite omnium, vel maioris partis bonorum.*
2 *Et contracta cum vno censetur contracta cum eius affine, & consanguineo.*
3 *Amicus inimici mei quando dicatur meus inimicus.*
4 *Verba ex quibus videtur argui ferè tacitum mandatum.*
5 *Filius censetur delinquere ex mandato patris.*
6 *Testes per verba credulitatis credentes quando plenè probent.*
7 *Dicta in domo dicuntur secretò dicta.*
8 *Inimicitia capitalis iuncta cum aliis facit indicium ad torturam, sola autem non.*
9 *Fuga ante inquisitionem formatam facit indicium ad torturam.*
10 *Fallit vbi subesset suspicio de futura inquisitione.*
11 *Mala fama dicitur probata quando quis in eodem genere delinquit.*
12 *Percutiens cum baculo censetur habere animum occidendi.*
13 *Contumacia facit indicium ad torturam.*
14 *Contrarietas, & variatio facit indicium ad torturam.*

RESOLVTIO VI.



N alia sententia homicidij pro fisco contra Andream Valletam inquisitum de prætenso mandato ad homicidium conclusi ipsum subiiciendum fore tor-
1 turæ ex pluribus. Et primò, quia inter eum, & quendam Hieronymum Valletam erat lis omnium, vel maioris partis bonorum, ex qua præsumebatur orta inimicitia capitalis, ad notat per Angel. *in §. item propter litem, Institut. de excus. tut.* per Bald. *in l. athleta, verbo dat remissionem. ff. eo.* per glos. *in §. si verò, in auth. de testibus.*

2 Nedum cum eo, sed etiam cum interfecto qui erat frater consobrinus ipsius Hieronymi, Abb. & alij *in capit. cum P. Manconella, numer.* 5. & Felyn. *in capitulo cùm oporteat, eodem. §. de accusation.*

3 Præsertim quia etiam remota consanguinitate interfectus contraxerat amicitiam cum dicto Hieronymo ad perniciem rerum, & bonorum dicti inquisiti, quo casu amicus inimici mei dicebatur inimicus meus, Bart. *in l. sciendum, §. si accusat. ff. de legatio.* & glos. *in capitulo si inimicus 14. distinct.* Dec. *in l. consilij §. socij. mei, ff. de reg. iur.*

4 Secundò quia dictus inquisitus per diem ante commissum homicidium in præsentia Petri eius filij homicidæ dixerat hæc vel similia verba, videlicet, *Orsu l'Abbate Antonio ce vuole ruinare, è leuare la robba nostra, pur sia con Dio vorria esser giouene dell'età di Pietro, so bene quello ch'io faria,* & altero die præcedente, *se il Podestà non ce vuole remediare ce remediaremo noi.* Ex quibus verbis argui videbatur tacitum mandatum, per doctrin. Bart. *in l. si quis mihi bona, §. si mandauerit. ff. de acquirend. hered.* de qua latè per Ias. *in l. 1. C. de seru. fug.* per Paulum de Castr. & mod. *in l. 1. C. de his quibus vt indign.* & prout in terminis consuluerat Hippolyt. *in consilio 3. num. 7. & 9.*

5 Maximè in filio, qui præsumebatur de mandato patris deliquisse, ad Bart. *in l. 1. §. finali. ff. quod vi aut clam. &*
6 *in l. de pupillo, §. si quis ipsi pretori, ff. de oper. nou. nunt.* Et qui non erat aliàs verisimiliter ex se factutus nisi ab aliquo instigatus, & persuasus, prout testes examinati deponebant, qui licèt per verba credulitatis deponerent, tamen ex quo reddebant bonam rationem, per quam ita credere cogebantur, plenè probant, Alex. *cons.* 109. *numero* 13. *& seqq. vol.* 1. Hipp. *in cons. 20. numer.* 34. Gramm. *in cons.* 25. *num.* 8.

7 Et quamuis prædicta verba non fuissent ad aurem dicta, iuxta limitationem Ias. *in d. l. 1. de ser. fug.* nihilominus cùm in domo dicta fuissent, dicebantur secretè & occultè dicta, per tex. *in l. consensu, circa medium, C. de repud.* & not. per Alexand. *cons. 99. volumine* 1.

8 Et inimicitia capitalis iuncta cum supradictis verbis, econtra faciebat indicium sufficiens ad torturam. Hippol. *in cons. 62. in principio. & in dicto cons.* 3. Grammatic. *in cons. 3. in fine,* vbi aliàs forsan sola, & per se minimè fecisset, vt per Imo. *in l. fi. de her. instit.*

9 Tertiò quia dictus inquisitus statim audito aduentu Domini Diomedis Commissarij Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Carpen. aufugerat à terra Setiæ, & se contulerat ad ciuitatem Sermonetæ, vnde ex fuga ante inquisitionem formatam resultabat indicium sufficiens ad torturam, Bart. *in l. fin. col.* 11. *ff. de quæst. & in l. 1. ff. de bon. eorum qui ante sen. mor. sibi cons. in l. de iureiurando, & in l. in bonæ fidei, C. eo. & in l. lege Cornelia, ad Sillanian.* per Aret. *in tract. malef. vers. fama publica,* & per Hipp. *in cons. 49.*
10 *num. 37.* Cùm præcipuè non subesset aliqua suspitio de futura inquisitione seu accusatione, vt not. Dec. *in cons. 234. col. 2. vers. non obstat.*

11 Et esset probata mala fama inquisiti in eodem genere de quo quærebatur, prout not. Bar. *in l. Cassius, ff. de Senator.* & Bald. *in d. l. final. de hered. instituend.* quia aliàs percusserat quendam cum claue in capite, in quo loco percutiendo tenebatur de vulnere lethali, secundùm not. per Bart. *in l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* & per Felyn. *in cap. significasti, de homicidio.* Vnde non poterat suc- 12
cedere dictum Archid. *in cap. decernimus 3. quæst. 9.* relatum per Brun. *in suo tractat. de indit. & tortur.*

Et non posset dici spontanea comparitio cùm permisisset se habita notitia processus in contumaciam con- 13
demnari, & deinde videns alienationem bonorum animo illam impediendi comparuisset, & talis contumacia ita perseuerata sufficiebat ad torturam, vt notabiliter dixit Bal. *in l. 1. col. 21. versic. aliqualis tamen, C. de hered. instit.* relatus per Hip. *in l. penul. in final. versic. ff. de quæst.* & per Gram. *in consil. 12. num.* 21.

Quartò quia erat varius; in primo enim constituto 14
dixerat se pluries conquestum fuisse coram ipsius filio de fauoribus præstitis eius aduersariis. per dictum interfectum, & in secundo illud negauerat, ex qua variatione sumebatur indicium sufficiens ad torturam, ad not. per Bart. *in l. fin. ff. de quæstion.* per Luc. de Pen. *in l. quotiens, de dignit. lib.* 10. per Felyn. *in cap. literas, de præsumtion.* & per Alex. *consil. 26. vol.* 1. Rom. *consil.* 8. & Gram. *in consil. 5. & consil. 17. num.* 18.

ARGVMENTVM.

Protestans se nolle esse instigatorem, & nihilominus postmodum comparens coram iudice, & illum informans, debet condemnari in expensis.

RESOLVTIO VII.



CONDEMNAVI Thomam Vgonis in expensis Iacomo Salmon in quadam S. Andreæ prætensæ falsitatis, licèt protestatus fuisset pluries in prosecutione causæ se non velle instigare huiusmodi causæ criminali aliquo modo assistere, cùm nihilominus post protestationes istas sæpius me informasset, & etiam fisco probationes subministrasset, sequutus doct. Car. *in Clem. sæpe, §. si. col. pen. versic. 4. quæro, de verb. sign.*

ARGVMENTVM.

Notarius adscribens sibi legata in testamento nuncupatiuo non incidit in falsum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio senatusconsulti non procedit in testamento nuncupatiuo.*

2. *Pœna senatus prædicti cessat vbi probatur per testes testatorem reliquisse.*

RESOLVTIO VIII.



PRONVNCIAVI Laurentium Bonincontrum Notarium ob legata sibi in duobus testamentis, de quibus rogatus fuerat, adscripta, pœnam falsi non incurrisse, quia testamenta
non erant in scriptis, sed nuncupatiuum, in quibus non 1
videbatur procedere prohibitio senatuscons. ad Bald. *in l. 2. C. de his qui sibi adscrib. in test. & in l. dictantibus, in fi. C. de testam.*

Et quia in omnem euentum quòd prohibitio etiam in 2
nuncupatiuo procederet secundùm opin. Dini, quem sequebatur Alber. & Bar. *in l. 1. §. ex illa, ad l. Cornel. de fals.* aderant quinque testes probantes testatorem legata prædicta sibi reliquisse, quo casu pœna locum habere non poterat. Saly. *in l. 2. num. 5. versic. ego idem nisi Notarius, C. eod. tit. de his qui sibi adscrib. in test.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Reus vbi nulla sibi competit defensio potest torqueri denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Testis semel approbatus amplius reprobari non potest.*
2 *Socij criminis, cuius persona à reo approbatur, fides maximè augetur.*
3 *Testis deponens directò super maleficio facit indiciū.*
4 *Copia indiciorum non est decernenda, vbi nulla defensio competere potest.*
5 *Indicia resultantia ex ore inquisiti multum faciunt contra ipsum inquisitum.*
6 *Reus non potest renunciare defensionibus suis.*

RESOLVTIO IX.

VIctorius Baricellus Vrbis fuit suppositus quæstioni, mandante Reuerendissimo D. meo Auditore, & consulente D. Sebastiano Pighino eius in ciuilibus Locumtenente ex depositione Angeli Hebræi super quodam crimine, de quo idem Angelus, siue, vt socius eiusdem criminis, siue vt testis depoluerat etiam denegata copia indiciorum
1 pro eius parte petita. Sub eo prætextu, quòd approbasset personam eiusdem Angeli, ita quòd contra eum amplius
2 excipere non posset. *l. si quis, C. de testib.* Quo casu multum augebatur fides ipsius testis, etiam quòd esset socius criminis, Aym. *cons.* 178. *sub num.* 3.
3 Et dicta per eundem Angelum essent de directo super ipso crimine. ad glos. *in l. maritus. ff. de quæst.* & Bar. *in l.* 1. §. *idem Cornel. & in l. fin. num.* 11. *ff. eo.*
4 Et sequuta inter eum, & inquisitum secretè, & seorsum ab aliis, ita, & taliter quòd nullam ipsi inquisiti, nec quispiam pro eo probabilem defensionem, etiam quòd copia decreta fuisset, proponere potuisset, arg. not. *in cap. cum olim. de ind. in l.* 1. §. *quod de frumentaria. ff. de admin. rerum ad ciuit. pert.* per Soc. *cons.* 4. *n.* 25. *& seq. vol.* 3. cum pluribus aliis relatis per Hip. *in l. de vnoquoque. n.* 67. *de re ind.*
5 Et nonnulla alia etiam concurrant ex ipsiusmet ore resultantia, quæ multum contra ipsum faciebant. Bald. *in l. vnica, col.* 4. *de confess.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra, in vers. confession. de prob.* Gram *cons.* 5. *in fine.*

Et nihilominus mihi semper visa fuit huiusmodi resolutio satis periculosa, cùm etsi ex narratione inquisiti vi-
6 deretur nullam sibi competere posse defensionem: tamen defensores sui potuissent etiam ipso inuito deducere, & probare contraria his, quæ inquisitus dixerat, & talia per quæ supersedendum fuisset in tortura, & ab illa abstinendum, cùm ipse reus non possit renunciare defensionibus suis. iuxt. not. *in l. custodias. ff. de pub. iud. & in l. non tantùm, ff. de appell.* & per Felyn. *in c. cùm dilectus, n.* 7. *de accus.*

ARGVMENTVM.

Respondens velle vti instrumento, de cuius falsitate agitur, detecta falsitate non potest puniri de vsu, nisi post responsionem aliquid in causa fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Aliud est dicere volo vti, & aliud est effectualiter vti.*
2 *Quis non potest puniri de delicto, quod adhuc non commisit.*
3 *Respondens velle vti instrumento si quid post responsionem fecit in causa non excusatur à pœna, vsus ratione ignorantiæ.*

RESOLVTIO X.

IN quadam Portugalen. prætensæ falsitatis pro Didaco Ramon contra fiscum. Tenui eundem Didacum, licèt interrogatus respondisset se velle vti instrumento, de cuius falsitate agebatur, pro bono, secundùm doctr. Bart. *in l. diuus la* 2. *ff. de fals.* detecta postmodum falsitate, & statim renunciatione per eum facta vsui dicti instrumenti, non posse de falso puniri, ex quo post responsionem prædictam, nihil penitus fecerat in causa ciuili, vel criminali, per quod dici posset eum vsum fuisse dicto instrumento. Nam aliud erat dicere, volo vti, & aliud effe- 1
ctualiter vti, ad not. *in l. serui electione, de legat.* 1. *& l. in ementis, C. de contrah. emtio.* cum aliis.

Et cùm non constaret eundem Didacum de præterito 2
scienter vsum fuisse, non poterat de delicto, quod adhuc non fecerat, puniri, toto tit. *ff. & C. de pœn.* Parif. *consil.* 171. *num.* 21. *vol.* 4. Et ideo necesse erat fiscum expecta- 3
re post responsionem, quòd aliquid fecisset in causa dictus Didacus, quia tunc non potuisset excusari prætextu ignorantiæ, prout colligebatur ex not. per Felyn. *in cap. præsentium, col.* 3. *de testib.* per Paul. de Castr. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de fid. instr.* & per Anchar. *in consil.* 73. *in princ.*

ARGVMENTVM.

Suspiciones falsitatis nedum sufficiunt ad inquisitionem, sed etiam aliis concurrentibus ad quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Suspiciones falsitatis sufficiunt ad inquirendum.*
2 *Et aliis concurrentibus etiam ad torquendum.*
3 *Contrarietates, & mēdacia in reo sufficiunt ad quæstionem.*
4 *Etiam quòd non sint super delicto, sed super illius circunstantiis.*
5 *Dictum de auditu facit aliqualem præsumtionem.*
6 *Falsi crimen in occulto committitur.*
7 *In criminibus occultis faciliùs proceditur ad quæstionem.*
8 *In crimine falsi facienda est acerrima indagatio.*

RESOLVTIO XI.

FVIT resolutum etiam ex voto D. Sebastiani Pighini in ciuilibus Locumtenentis in causa Burgen. falsitatis, Ioannem de Acona posse subiici quæstioni. Tum ex variis su- 1
spicionibus, & præsumtionibus falsitatis resultantibus contra eum, quæ sufficiebant, nedum ad inquirendum, seu capiendum, iuxta dictum Archid. *in cap. in memoriam* 19. *dist.* & not per Dec. *in consil.* 175. *in causa falsitatis, n.* 4. *& consil.* 189. *Laetatus sum. post princ.* Sed etiam concur- 2
rentibus aliis ad torquendum, vt per Parif. *in consil.* 162. *in fine, vol.* 4.

Tum ex diuersis contrarietatibus, & mendaciis ipsius, 3
ad Bart. *in l. final. post princ. ff. de quæst.* per Felyn. *in c. literas, col.* 1. *de præsumt.* Rom. *in consil.* 8. Alexand. *in cons.* 72. *vol.* 1. Gram. *in consil.* 17. *num.* 9. Quicquid dixerit And. de Iser. *in constit. regni damna*, & ibi Afflict. & Gram. *in consil.* 21. *penult. col.* Prout nouissimè dicebat Blanc. *in l. fin. num.* 265. *ff. de quæstio.* Etiam quòd non essent super 4
delicto, sed super illius circunstantiis, vt ibidem per eum, *num.* 263. Bart. *in l. eos, col.* 2. *ff. de fals.* Aym. *consil.* 173. *num.* 4.

Tum etiam ex dicto Ferdinandi de Angulo in tormen- 5
tis asserentis audiuisse à Francisco M. qualiter ipse Franciscus M. & dictus Ioan. falsificauerant mandatum, de quo agebatur radendo dictionem *sei*, & loco illius ponendo dictionem *sette*, ad effectum, vt mandatum non

compre

comprehenderetur sub aliqua reuocatione, quantumuis esset de auditu, quia negari non poterat quin faceret aliqualem præsumtionem, vt per Archid. *in c. hoc videtur*, 22. q. 5. Roman. *in l. si verò, §. de viro, vlt. col. ff. solut. matr.* Alex.
6 *consil. 72. num. 5. vol.* 1. Et maximè cùm crimen falsi in oc-
7 culto committeretur. Et propterea faciliùs procedi deberet ad quæstionem ob difficultatem probationum, secundùm Angel. *in l. fin. C. de probat.* & Bald. *in l. quicunque, C.*
8 *de ser. fug. & in l. 3. C. de Episcopali aud.* Et in eo aliàs facienda esset acertima indagatio, *l. vbi, C. de falsis.*

ARGVMENTVM.

Quando quis de se, & alio interrogatus fatetur de se, & de alio negat, statur huiusmodi dicto, etiam quòd contrarium dicat postmodum in tormentis.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter statur dicto in tormentis potius, quàm dicto extra tormenta.*
2 *Tortus præsumitur in tortura dixisse veritatem.*
3 *Tortura non est alicui sine causa irroganda.*

RESOLVTIO XII.

IN vna Bononien. assassinij inter fiscum, & Bartholomæum de Desiderijs coram Vibis Gubernatore pendente, consultus à Locumtenente in criminalibus eiusdem D. Gubernatoris, & D. Marco Antonio Burghesio inquisiti Aduocato an dictus Bartholomæus in caput Camilli prætensi complicis posset vlterioribus quæstionibus supponi, dixi quòd non. Quia dictus Bartholomæus à principio de se, & de Camillo negauerat circa qualitatem assassinij,
1 quem nunc intendebatur ab eo exquiri. Quo casu licèt aliàs regulariter standum esset dicto in tormentis potius quàm dicto extra tormenta, Bar. *in l. si postulauerit, §. sed si*
2 *negauerit, ff. de adult.* Cùm tortus præsumeretur in tortura veritatem dixisse, glos. & ibi Alber. *in l. edictum, ff. de quæst.* standum erat omnino dicto extra tormenta quoad Camillum, dato quòd etiam aliud idem Bartholomæus dixisset in tormentis, vt post Aret. concludebat Dec. *in cons. 172. in causa falsitatis, n. 7. & in cons. 189. latatus sum, num. 6. & 10.* Th. Gram. *in cons. 59. num. 7.* per doctrinam Bar. *in l. 1. §. quæst. ff. de quæstio.* per illum text.
3 Vnde cum huiusmodi tortura esset frustratoria non erat huic Bartholomæo, præsertim toties torto, sine aliqua causa inferenda, ad Bar. *in l. 1. § si dicatur ff. eo. tit.*

ARGVMENTVM.

Testis inquisitus de falso, licèt sit varius ab iis quæ dixit in primo examine, in quo prætenditur falsus, & sibi ipsi contrarius debet habere copiam ante torturam.

SVMMARIVM.

1 *Testi non datur copia indiciorum.*
2 *Reo inquisito de crimine necessariò copia danda.*
3 *Reus potest contrarietates resoluere, & illas saluare.*
4 *Dictum Bar.* in l. vnius, §. Iudex, ff. de quæstio. *intelligitur, quando testis non examinatur, vt delinquens.*

RESOLVTIO XIII.

IN alia Fulginaten. prætensæ falsitatis pro Paulo de Brigida contra Fiscum tenui eidem Paulo dandam esse copiam indiciorum penitùs antequam torqueretur, quamuis esset 1
sibiipsi contrarius, & varius in eius depositionibus, quia non torquebatur nunc tamquam testis, celans veritatem, ad effectum illam eruendi ab eo, quo casu non esset sibi danda copia indiciorum, secundùm not. per
Bar. *in l. vnius, §. Iudex, ff. de quæst.* Sed tamquam quòd 2
falsum in prima depositione deposuerit, & sic cùm prætenderetur esse delinquens, necessariò erat sibi danda copia. *l. custodias. ff. de pub. iud. d. l. vnius. §. cognitur. s.* Alex. *consil. 65 num. 1. & 2. vol. 1.*
Vt posset resoluere varietates, & dicere, quòd redu- 3
cerentur ad concordiam, & multa alia ad se saluandum, de quibus latè Hip. *in l. eos, C. de fals.* & isto casu non dicebatur dari ipsi tamquam testi copia indiciorum quæ contra eum erant, sed suum examen, in quo prætenditur falsus, & principalis criminosus. Et dictum Bar. *in* 4
dicto §. Iudex ita intelligebat, Aret. *in tract. malefic. in versic. fama publica, versic. quæro, quo casu testes.*

ARGVMENTVM.

Reus pro præcisa responsione ab eo eruenda potest quæstionibus supponi.

SVMMARIVM.

1 *Responsio præcisa eruenda per quæstionem debet inferre ad delictum necessariò, vel præsumtiuè.*
2 *Iudici inquirenti inprimis debet constare de corpore delicti.*
3 *Cui non licet quod est minus non debet licere quod est plus.*

RESOLVTIO XIV.

DIxi in vna Recanatenensi prætensi homicidij fuisse minus iuridicè processum per surrogatum loco mei contra Petrum Paulum Pulcinellam inquisitum super præcisa responsione ad rigorosum examen. Quia 1
huiusmodi responsio, nec necessariò, nec præsumtiuè inferebat ad delictum, prout ad effectum torturæ inferendæ requirebatur, iuxt. doct. Bald. *in l. accusationem. col. 3. versic. super, C. qui accus. non poss.* relata per Brun. *in tract. de ind. & tortur. q. 5. in princ.* decis. Neap. 195 *in nouis.*
Et quia eidem surrogato tempore illatæ torturæ hu- 2
iusmodi non constabat adhuc de corpore delicti, de quo primitus antequam inquireretur constare debebat, vulg. *l. 1. §. item illud.* & ibi Bart. *ff. ad Sill.* cum plenè cumulatis per Marsil. *in sua pract. & in princ.* Et cùm non pos- 3
set inquirere, quòd erat minus, non poterat etiam torquere super ipsa inquisitione, quod erat plus, *c. cum illorum, de sent. excomm.* & not. per glos. *in Reg. cui licet, de reg. iur. in 6.* cum aliis.

ARGVMENTVM.

Socius criminis hodie in quocunque crimine inditis aliis facit indicium ad torturam, præsertim vbi per inquisitionem proceditur.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis nedum non sufficit ad quæstionem, sed nec ad inquisitionem. Quod tamen intelligitur, prout num. 6.*
2 *Consuetudo Italiæ interrogandi de consociis in quocumque crimine.*

3 *Ad Præsidem spectat purgare prouinciam malis hominibus.*

4 *Fuga socij facit indicium contra socium carceratū.*

5 . *Conuersatio nominati in sociū cum nominante dicitur sufficiens adminiculum.*

1 LIcèt Berto asserenti se corruptum & subornatum tanquam socio criminis non videretur credendum etiam quoad inquisitionem formandam, nedum quoad torturam, secundum communem conclusionem, de qua per glos. *in l.si filium.C.de lib.causa*, per Anchar.*in cons.24.visa inquisitione*, per Fulgos.*in cons.136.col.pen.& fin.& in cons.109.col.3.in causa inquisitionis, in princ.* per Angel.*in tract. malef.in ver.fama publica, ver.quæro, an particeps*, cum aliis, de quibus per Dec.*in cons.189.col.6.& in consilio 234.col.2.* & per Hip. *in consilio 2.numero 38.& seq.& in consilio 12.col.pen.& in consilio 15.col.2.& in sua pract. §. diligenter, numero 67.*

2 Tamen attenta generali consuetudine iudicum interrogandi indistinctè in quolibet crimine de consciis, & inquirendi, quæ inoleuerat in Italia, vt per Iac.de Belluis. *in sua pract.crimin.in tit de quæstion.col.11.versiculo iuxta hoc quæritur, numero 51.* & per Gand. *in tract. suo malefic. sub rubr.quomodo de malo cognosc.per inquis.col.4. versiculo sed hodie.* Et maximè vbi procedebatur per viam inquisitionis, in qua iudex indifferenter videbitur posse iuridicè de omnibus interrogare, cùm ad eius officium spectaret purgare Prouinciã malis hominibus, *l.congruit, de off.Præsid.* & prout seruabat.

3 Concurrente fuga Bentiuoli eius filij alterius socij criminis, quæ quidem indicium faciebat contra carceratum, secundùm not. per Alex.*in consilio 69.prope finem, vol.1.* per Gram. *in consilio 14. num.4.* Quicquid dixerit Io.Andr.*in add.ad Specul. in tit. de præsumtionibus, præs.152. in addit.magna*, relatus per Ias.*in rep.l.admonendi, num.176. de iureiur.*

4 Et conuersationem carcerati nominati cum dicto Betto nominante, quæ etiam dicebatur sufficiens adminiculum, per Gram.*in voto 6.numero 1.* per Hip.*in consilio 15.numero 4.*

5 Non videbatur mihi dubitandum quin contra D. Horatium Ricardum Fanensem esset procedendum ex dicto præfati Betti ad rigorosum, prout processi, siue prædictis, vel aliis adminiculis ex illius sola depositione, etiam obstante allegata consuetudine, & processu per viam inquisitionis non potuisset procedi. Guid. de Suz. *in suo tract.de tormentis, col.10.versiculo sed quid, de quæstio.* Salyc.*in l.fin.in fin.C.de accus.* Roman.*in l.& si certus.ff.ad Sillan.* glos.& Archid.*in cap. nemini 15.quæstion.3.* Aug.de Arim.*in addi.ad Angel.in d.ver.fama publica.& ver.quæro, an particeps.* Alex. *in consil.28.quam abundè. in fin.lib.4.& in cons.89.viso themate, col. 2. versicul. cum aliis*, de quibus per Hip.*in cõs.130.n.42.in sua pract. §. diligenter.& in sing.209.* & per Gram.*in cons.21.cons.38.*

ARGVMENTVM.

Testis tentatus de crimine, qui recusauit, facit indicium ad torturam, super ipso attentato crimine.

SVMMARIVM.

1 *Doctori licèt magno non creditur sine auctoritate, vel ratione.*

2 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*

3 *Testis deponens directè super maleficio facit indicium ad torturam.*

4 *Delictum attentatum ob qualitatem ipsius, vel rei potest exquiri per tormenta.*

5 *Indicium à remotis debet probari per duos testes.*

6 *Testis inimicus probata inimicitia repellitur.*

RESOLVTIO XVI.

VNico testi asserenti se tentatum de delicto, & non assensisse in quadam Vibeuentana attentata subornationis, dicebam non esse plenè credendum ad condemnationem, quicquid diceret Aret. *in consil.13.colum.8.ve sic.præterea est magnum dubium.* relat. per Grammat.*in consil.1.in fin.& in consil.3.in princ.* Nam, vt dicebat idem Gram.n.*in voto 11.colum.3.* Aretin.*in dict.consil.nihil allegabat ad id probandum.* Et Doctori licèt magno non erat credendum, nisi 1
allegaret legem, vel eius rationem, vt per Bald.*in l.respublica, Cod.ex quib.cau.maior.* & per Ias.*in l.illam, num.6.Cod. de collat.* Et aliàs huiusmodi dictum erat contra illam 2
vulgatam reg. quòd in ore duorum, vel trium stat omne verbum, de qua *in cap.veniens, & c.licèt vniuersis, de testib.& in l.vbi numerus, ff.to.* cum concor.

Sed bene facere indicium ad torturam super dicto attento crimine, vt eleganter per Bald.*in consil.429.an mandatarius, volum.3.* quia cùm non acceptasset mandatum valde commendandus erat, & dicebatur testis integer,
& sine aliqua exceptione. Qui cùm deponeret directò 3
super ipso maleficio sufficiebat, secundùm glos.*in l.si quis, C.ad l.Iul.maiest.& in l.maritus*, vbi etiam Bartol. *in l.1.§.idem Cornelio, & in l.diuus*, cum aliis, *ff.de quæstio.*

Et licèt Hip.*in sua pract.in § diligenter, num.37.* videretur velle impugnare dictum Bald. tamen si bene consideratur, non loquebatur in terminis nostris, quando videlicet sumebatur indicium ex dicto talis testis super dicto crimine attẽtato, quia in hoc, nec ipse inficiatus fuis- 4
set, si alias huiusmodi crimen attentatum ob ipsius criminis, vel inquisiti qualitates potuisset exquiri per tormenta, vt in casu nostro, iuxt.not.*in l.edictum, ff.de quæst.* quin sufficisset per not.*in d.l.Diuus, & in aliis locis suprà allegatis.* Sed loquebatur quando ex tali dicto sumere vel- 5
lemus indicium ad delictum commissum, quia tunc cùm esset à remotis & non super ipso malefico, duo ad minus testes requirebantur, ad not. per Glos. & per Bart.*in l.fi. Cod.famil.hercis.& in l.fin.ff.de quæstio.* per Ang.*in suo tract. mal.in ve.sic.fam.pub.car.85.versicul. Quæro qualiter probetur indicium*, latè Paris.*in consil.151. in princ. volum.4.* & Bald. *in eo consil.60.in fi.* respond.ad Glos.*in l.fi. C.fam.her.* & Innoc.*in cap.sicut, de sim.* dum inquit non procedere, vbi testis deponit directè super maleficio, declarat se loqui vbi in hoc fortasse procedere possent dicta per eum.

Nec refragabatur secunda ratio per eum adducta,
quòd videlicet si decis. Baldi esset vera, quilibet posset 6
dicere se tentatum, & non assensisse, vel alicui suo inimico noceret, quia si probaretur inimicitia, talis testis repellendus foret, *ad l.1.§ præterea, de quæst.* & si hoc attenderimus etiam testis directò super ipso maleficio deponens solus nunquam sufficeret.

ARGVMENTVM.

Semel absolutus à crimine non potest etiam ad instantiam partis, quæ de processu notitiam habuit, amplius molestari, & habens iustam causam litigandi, etiam in criminalibus, excusatur ab expensis.

SVMMARIVM.

1 *Semel absolutus non potest amplius molestari.*

2 *Etiam ad instantiam partis quæ de processu notitiam habuit.*

3 *Temere litigans condemnatur in expensis.*

4 *Succedens in locum alterius dicitur habere iustam causam litigandi.*

5 *Habens iustam causam litigandi in criminalibus excusatur ab expensis.*

RESOLVTIO XVII.

IN vna Viterbiensi prætensæ expilatæ hære-
ditatis pro Scipione Bongello Episcopo Or-
tano contra fiscum,& Iulium instigatorem,
tenui ipsum non potuisse amplius super di-
1 cto prætenso crimine molestari.Cum semel ab eo fuisset
per diffinitiuam sententiã quæ nulla prouocatione sus-
pensa in rẽ transiuerat iudicatã,absolutus,iuxta textum
& ibi not.*in l.si cui,§.1 idem criminibus,ff.de accusat.& in c.
de his eo.tit.*per Aret.*in cons.58.colum.3.vers.circa 2.*& per
Dec.*in cons.237.in princ.*
2 Nec dictus Iulius tamquam prosequens proprium
interesse esset admittendus stante notitia q.d. Pacificæ
eius amicis habita de formatione processus contra di-
ctum D.Scipionem,& de sententia in illius fauorẽ sub-
3 sequuta, iux.not.*in sup.verbis.* Et nihilominus eundem
Iuliũ nõ debere in expensis huiusmodi litis prout pete-
batur condemnari ,tamquam quòd temere litigasset,
4 *ad l.qui crimen.C.qui accus.non poss.*& Bar.*in l.1.§.1.ver.nemo
ad vers.ff.de Turpillia.*Ex quo successerat in locum d. Pa-
cificæ,& ob id habuerat iustam causã litigandi.*l.qui in al-
terius,*& ibi Dec.*ff.de reg.iur.*
5 Sicque ab expensis absoluendus,ad trad.per Bart.*in l.
properan.§.sin autem,C.de iud.*per Hip.*in l.patre vel marito,
n.22.ff.de adul.*

ARGVMENTVM.

Tex.*in l.si seruum,§.Prætor ait,ff.de acquir. hæred.*dũ vult filium declarantem se nolle adire, & aliquid amouentem teneri creditoribus hæreditariis,nõ excludit quin criminaliter etiã de dolo puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditores hæreditarij solo beneficio abstinendi impediuntur conuenire suum hæredem.*

2 *Filius in primo casu dicti §. verè dolum committit.*

3 *Immo non procedit dispositio dicti §. nisi eo dolum committente.*

4 *Dolus criminaliter punitur.*

5 *Iurisconsulto satis est terminare quæst.secundùm congruitatem tituli sub qua lex situatur.*

6 *Furtum non committitur in re propria.*

RESOLVTIO XVIII.

IN alia Florentina expilatæ hæreditatis pro
fisco,& Luparellis contra Philippum Bon
del monte,ego semper tenui quòd tex.*in l.si
seruum,§.prætor ait,ff.de acquir.hæred.*quem do-
minus Sebastianus Locumtenens in ciuilibus mihi ad-
iunctus ad defensionẽ dicti Philipi adducebat,& de quo
magnum capitale faciebat,fundaret de directo intẽtio-
nem fisci,& creditorum.
Et primò quoad ipsos creditores dicebam probari ex
illo textu quòd filius, qui dũ declarat se nolle adire ali-
quid hæreditarium amouebat , quia perdebat beneficiũ
abstinendi, efficaciter dicebatur hæres,& propterea po-
1 terat conueniri à creditoribus hæreditariis qui solo be-
neficio abstinen.impediebantur conuenire suum hære-
dem ante immixtionẽ.Aret.& Socin.*in l.si filius qui patre.
ff.de vul.& pupill.*Alexand.*in l.necessarius,ff.de acquir.hæred.*
Et quoad fiscum, quia filius in casu illius tex verè do-
2 lũ committere dicebatur,amouendo , vt dicũt Alb.Ang.
3 & Imol.ibi & Bal. *in §. immo non poterat sibi vindicare locum
dispositio ex filio dolosè proceden e,*nisi in verb.Pro quo dolo
clarum erat puniri posse criminaliter in iudicio crimi-
nali,*l.2.*& ibi glos.*de crim.stellio.* Corn.*cõs.19.col.3.lib.3.*
Et licèt tex.diceret quòd tantùm perdebat benefi-
cium abstinendi in eo casu , & non subiungeret
eum teneri furti tanquam diuersum à primo , tamen &
in primo non excludebat quin criminaliter de dolo pu- 4
niri posset,satis enim fuit Iurisconsulto terminare quæ-
stionem secundùm congruitatem tituli,sub quo lex erat 5
situata, iux text.vulg. *in l. Imperatores , ff. de iudic.* & satis
erat declarare an ex tali amotione diceretur adita hære-
ditas,& an ex ea perderet filius beneficium abstinendi,&
sic declarare pœnam quoad ciuile interesse propter do-
lum cõmissum , nec propterea dicebatur excludere quin
conueniri posset criminaliter. Nec erat diuersitas inter
primum,& secundum,ratione criminalitatis,sed tantùm
ratione furti,quia in primo non poterat conueniri furti
à creditoribus hæreditatis,in 2.sic;& ratio erat quia cen-
sebatur in primo rem suã amouisse, in qua non videbitur 6
fieri posse furtum,*l.1.in princ.*& ibi glos.*ff.de furt. Instit.de
oblig.quæ ex delicto nas.in princ.*

ARGVMENTVM.

Motus proprius Clementis VII. de faciẽdo depositum medietatis pœnæ , & pro residuo de cauendo habet etiam locum respectu delictorum commissorum extra terras Ecclesiæ, de quibus tamen cognitum & iudicatum fuit in curia.

SVMMARIVM.

1 *Intentio finalis disponentis colligitur ex proœmio.*

2 *Reus non debet in audientia appellationis grauari deposito vel sequestratione.*

3 *In respicientibus ordinem procedendi attenditur statutum loci,in quo iudicium agitatur.*

4 *Lex debet esse vniuersalis,& ligare vbique locorum, vbi extendit se iurisdictio disponentis.*

5 *Et maximè quando emanat ad præcludendum viam fraudibus.*

6 *Regulæ Cancellariæ ligant vniuersaliter.*

7 *Appellatio debet esse præsidium innocentiæ , & non defensio iniquitatis.*

8 *Extensio licita est etiam in materia exorbitanti, & correctoria ab identitate rationis.*

9 *Via calumniosis appellationibus,& subterfugiis præcludenda est.*

10 *Delicta puniri,& delinquentes ab illis retrahi fauorabile est.*

11 *Occasio,quæ faciliorem viam præbet delictis , est amputanda.*

RESOLVTIO XIX.

LIcet Motus proprius Clementis VII. per
quem rei appellantes coguntur ad faciendũ 1
depositũ medietatis pœnæ,&pro alia medie-
tate ad cauendũ in euentũ succũbẽtiæ secũ-
dũ eius præfationẽ,ex qua colligitur intẽtio finalis ipsius
disponẽtis,ad Bart.*in l.fi.ff.de hæred.inst.*videatur voluisse 2
prouidere tantũ respectu delictorũ, quæ in terris Eccle-
siæ committuntur. Maximè stante eius exorbitantia à
iure communi,dicente reum cuiuscunque criminis de-
bere perseuerari in eo statu in audientia appellationis,
in quo erat ante sententiam latam , nec debere grauari
aliquo deposito vel sequestratione , prout notatur *in leg.
non tamen,ff.de appell.in l.Imperatores,in fin.eo.tit.in l.ab exe-
quutione,C.quorum appell.non recip.& in capit.fin. de sequest.
poss.& fruct.* Nihilominus in illa Turritana excessiuum in
qua super attentatis contra fiscum pronunciaueram tẽ-
tum fuit dispositionem dicti motus proprij vindicare
sibi locum etiam quoad delicta alibi quàm in terris Ec-
clesiæ commissa , de quibus tantùm cognitum fuerat
in curia,quia clarum erat motum proprium non respi-
cere decisionem causæ appellationis , sed tantùm dare
ordi

ordinem procedendi in illo, facta depositione, & data cautione, & in respicientibus ordinem procedendi attendebatur statutū loci in quo iudicium agitabatur, iux. not. *in l. 1. C. de sum. Trinit. & fid. cath. in l. cum clericus, & ibi glos. C. de Episcopis & Cler. in l. 1. C. de emancipatione liberorum. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.*

4 Et quia lex debebat esse vniuersalis, & ligare vbique locorum vbi extendebatur se iurisdictio disponentis, *l. 1. C. & ff. de legib. l. leges, & l. fin. C. eodem.* Et maximè quando emanabat ad præcludendā viam fraudibus, Petr. Rebuff. *in tract.* Et propterea regulæ cancellariæ ligabant vniuersaliter. Sarmien. *in proœmio dictarum regularum, q. 2.* Cassad. *decis. 31. super eisdem regulis.*

5 Et quia in dicto motu proprio fuerat expressa ratione, scilicet vt appellantes ad calumnias appellationes recurrerent, cùm alioquin appellatio ipsa deberet esse præsidium innocētiæ, & non defensio iniquitatis, *c. cum speciali, §. porrò, de appellat. c. cum inter, & c. significauerunt, de exceptio.* quę militabat pariformiter extra terras Ecclesię, quo tamen ad personas subditas sicut in terris eidem Ecclesiæ subiectis. Quo casu licita erat extensio etiam in materia aliàs exorbitanti, & correctoria, per tex. *in l. his solis, ibi, sacis etiam cautum tacitè putamus, C. de reuocan. donat.* prout voluerat Bald. *in authen. qui actiones, num. 4.* & ibi Iaf. *n. 17. C. de sacrosanct. eccl.* Paul. de Castr. *in l. quamuis, in fi. C. de fideic.* Socin. *in l. 1. §. ex his, in princ. ff. de verb. oblig.*

6 Et maximè cùm dictus motus proprius diceretur potius fauorabilis quàm odiosus, cùm per eius dispositionem præcluderetur via calumniosis appellationibus, & subterfugiis, & citius delicta punirentur, sicque delinquentes ab illis retrahebantur. *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & occasio quæ faciliorem viam præbebat delictis, amputanda erat. *l. conuenire, ff. de pact. dotal.* Corn. *conf. 2. col. fin. vol. 3.*

ARGVMENTVM

Iudex in criminalibus reperto crimine in eadē sententia potest punire reum criminaliter, & consulere indemnitati partis etiam ipsa parte non petente.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest furem condemnare ad pœnam corporalem, & ad restitutionem rei subtractæ in consequentiam.*
2 *Et hoc seruatur de consuetudine.*
3 *Maximè vbi proceditur per viam inquisitionis.*
4 *Et de delicto constat per confessionem ipsius rei.*
5 *Damnum partis offensæ probatur ex processu criminali etiam quòd pars illi non interfuerit.*
6 *Iudex tenetur ex officio condemnare reum ad restitutionem rei parte non petente.*

RESOLVTIO XX.

1 IN vna alia Neapolitana furti pro Domina Iulia de Peregno contra Gabrielem Sances tenui me posse ex processu cōtra dictum Gabrielem facto condemnare eūdem ad triremes ob furtum per eum commissum, & ad restitutionem pecuniarum ablatarum in consequentiam, iux. doct. Bar. *in l. interdum, §. qui furtū, ff. de fur.* & ibi Alexand. *in apostill.* & Angel. *in l. 1. ff. de priuat. delict. & in l. defuncto,* vbi
2 etiam Imol. prope finem, *ff. de publ. iud.* per Aret. *in tract. malefic. in verbo etiam velem celestem, n. 4. car. 196.* & ibi Aug. Arim. *in additio. n. 2.* qui dicebat huiusmodi opinionem seruari de consuetudine, latè Paris de Put. *in tract. syndic. car. 72. vers. sequitur modo alia quæstio,* quicquid dixerit Bal. *in l. de possessione, C. vnde vi. & in l. si quis ad se fundum, col. vlt. vers. sexto quæro, C. ad l. Iul. de vi publ.*
3 Maximè cùm processum per viam inquisitionis, iux. doct. Innoc. *in c. cùm oporteat, num. 5.* & ibi latè Felyn. Hieron. de Federic. resol. crim.

colum. vlt. in de accusat. & per eundem Bald. *in l. ea iudem, num. 60. C. de accusation.* Et constaret de huiusmodi delicto per confessionem ipsius Gabrielis, ad not. per Bald. *in l. qui crimen, colum. vlt. numer. 28. qui accusare non p. ff.* & per Felyn. *in capitul. causam quæ, il primo, numero 23. de testibus.* 4

Dato quòd dicta Domina Iulia non interfuerit huiusmodi processui criminali, quia ex eo probabatur damnum ipsius, vt per Bald. *in l. 2. col. 1. l. prope finem,* & ibi Alex. *C. de eden.* & aliquid non petiisset neque peteret, Cùm etiam ex officio teneretur reum condemnare ad restitutionem rei parte non petente, prout notabil. dicebat glos. *in const. Regni de defensis impositis in Notarios,* per tex. *in l. 1. ff. de concussio. & in §. quod si delinquentes, in auth. de manda. princip.* & sequebatur ibi Andr. de Iser. *num. 23.* & Afflict. *car. 62. num. 43.* 5 6

ARGVMENTVM.

Testis varius, & contrarius, potest torqueri ad effectum sciendi in quo dicto falsum deposuerit etiam denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Testis varius & contrarius condemnari potest de falso.*
2 *Testis varius semper præsumitur dolosè deposuisse.*
3 *Testis varius potest torqueri ad effectum sciendi, in quo dicto falsum deposuerit.*
4 *Copia indiciorum ante torturam semper est danda dum crimen exquiritur.*
5 *Testi periuro & vario non creditur sine tormentis.*
6 *Tortura non est frustratoriè irroganda.*
7 *Semper standum est primo dicto quando testis loquutus fuit cum parte.*

RESOLVTIO XXI.

IN quadam Triuentina falsitatis contra quendam Iulium Massarorum, ego tenui dictum Iulium qui diuersa dicta in ipso principali negotio, & adinuicem omnino contraria contra Episcopum Triuentinum deposuerat, non esse aliter ad finem eruendi crimen falsi ab eo quæstionibus supponendum. Quia 1 de delicto crimine per eius dicta varia, & contraria conuictus fuerat, & condemnari poterat, *ad l. eos, ff. de fals. & l. qui varia, ff. de testib.* Abb. *in c. cùm in tua, col. fin. co. 19.* Cùm 2 taliter varius semper præsumeretur dolosè deposuisse, Alciat. *in tract. præsum. in 2. reg. præsumt. 3 1.*

Sed bene ad effectum sciendi in quo dicto falsum de- 3 posuisset, secundū not. per Bar. *in l. sed si postulauerit, §. si negauerit, ff. de adult. & in d. l. eos,* & latè per Cepol. *in cons. 60. col. fin.* & quoad hoc posse torqueri etiam denegata copia examinū pro eius parte petita, & eo aliter non posito ad largā, cùm non torqueretur ad effectum eruendi crimen 4 pro quo expurgando ante torturam erat necessariò danda copia indiciorum, ad not. per Bart. *in leg. final. ff. de quæstion. & in leg. custodias, de public. iudic.* per Modern. *in §. constante, in princ. & in consilio 10. num. 24.* cum infinitis aliis.

Imò certum esset ipsum in altera ex prædictis eius de- 5 positionibus falsum deposuisse, prout & ipse fatebatur, quod tamen absque tormentis nullatenus credendum erat ratione varietatis & periurij, *c. apud, licet, & c. testimonium, de testibus.* Bald. *in l. si ex falsis, C. de transact.* Alexand. *in consil. 2. numer. 4. volum. 4.* Modern. *in repet. fin. num. 26. ff. de quæst.*

Et si poneretur ad largam ex quo certificaretur omnino se tot quendum, & condemnandum, sine in alio dicto perseueraret de facili posset institui, & subornari ab aliqua ex partibus, vt in vno potius quàm in alio persisteret, adeo quòd tunc tamen eisemus certi de veritate,

6 Et quodammodo huiusmodi tortura redderetur frustratoria, contra tex. *in l. 1. §. si dicatur, ff. de quaest.* Cùm standum esset eo casu postquam loquutus fuisset cum parte primò, & non secundò, etiam quòd secundum diceretur in tormentis, vt per Ang. *in l. fin. C. eod.*

ARGVMENTVM.

Exequutor datus in literis cum clausula, si ita est, non cogitur assumere partes iudicis, sed tantùm se de contentis in dictis literis extraiudicialiter informare..

SVMMARIVM.

1 *Exequutor satis est quòd extraiudicialiter se informet, & processum fulminet.*
2 *Iudex potest aliunde quàm ex actis se de meritis causæ informare.*
3 *Exequutori satis est quòd constet de narratiua literarum per publicam vocem, & famam.*
4 *Quæ non redderent Principem difficiliorem si tacerentur in gratia non vitiant gratiam.*

RESOLVTIO XVII.

DOMINI Visitatores decreuerunt quendam N. Magistrum Scholæ detentum pro homicidio, qui literas à sacra Pœnitentiaria obtinuerat, cum clausula ordinaria, si ita esset, non fore vlterius molestandum prætextu dicti homicidij, non obstāte quòd exequutor datus in literis prędictis in processu desuper fulminato diceret sibi constitisse de narratiua literarum per relationem, etiam medio iuramento factam dicti imperrantis.

1 Tum quia, vt ego dicebam, dictus exequutor in vim dictæ clausulæ, si ita est, non cogebatur assumere partes iudicis, sed duntaxat se de contentis in literis extraiudicialiter informare, desuper saltem processum fulminare primu fecerat, ad ea quæ trad. Paris. *in cons. 57. circa fin. vol. 4.* & quia exequutor nō debet citare in eius processu, nec adhibere causæ cognitionem; Franch. *in c. si capitulo, n. 2. vltimò not. de concess. præb. lib. 6.*

2 Et quamuis diceret quòd sibi constiterat per relationem partis, non tamen excludebatur quin etiam aliunde potuerit sibi de prædictis constare.

3 Tum quia pro parte eiusdem carcerati fuerant examinati testes, per quos probatur saltem de publica voce & fama narratiua dictarum literarum quę ad effectum exequutionis earundem sufficere videbatur.

Et quia non erat inconueniens quòd huic supplicanti, qui non erat inquisitus tempore impetrationis literarum, & qui à principio fatendo totum id quod voluisset etiamsi dixisset commisisse homicidium voluntarium, obtinuisset gratiam, crederetur quòd veritatem dixisset,
4 vbi de contrario non docebatur, & propterea Principem non redditum fuisse difficiliorem ad huiusmodi gratiam concedendam, secundùm not. *capitulo, ad audientiam, & capitulo, postulasti, de rescript.*

ARGVMENTVM.

Capitulum *ad falsariorum, de crimin. fals.* an procedat in falsificante supplicationes, & an illarum datas; & an extensio, de qua in Bulla in Cœna Domini, comprehendat casum de quo agatur.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio dicitur gratia informis, & nihil probat.*
2 *Cap. licet de crim. fals. nihil dicit de supplicationibus, sed tantùm de literis plumbatis.*
3 *Papa melius quàm quilibet alius iura interpretatur.*
4 *Extensio legis facta de vno casu ad alium casum videtur innuere quòd per prius casus ille non esset in lege comprehensus.*
5 *Offendens plures personas ex vno actu videtur magis delinquere.*
6 *Breuia dicuntur literæ Apostolicæ.*
7 *Capitulum ad falsariorum, non procedit in literis delegatorum.*
8 *Nec in literis sacræ Pœnitentiariæ.*
9 *Scribens literas sub nomine Regis, & contrafaciens manus officialium non punitur pœna mortis.*
10 *Cap. ad falsariorum, de consuetudine comprehendit supplicationes.*
11 *Extensio quandoque fit ad abundantem cautelam.*
12 *Consuetudo attendi debet in pœnalibus.*
13 *Supplicationes videntur magis literæ Apostolicæ quàm literæ plumbatæ propter manus Papæ appositionem in illis.*
14 *Pœna de qua in c. falsariorum, videtur imposita ob reuerentiam Pontificis.*
15 *Tempore capituli ad falsariorum, non erant supplicationes.*
16 *Lex adaptatur etiam ad causas superuenientes, licèt tempore legis non essent in rerum natura.*
17 *Extensio de qua in Bulla Cœnæ Domini fuit facta propter supplicationes signatas manu inferiorum à Pontifice.*
18 *Textus in capitulo ad falsariorum procedit tantùm in supplicatione signata manu Papæ.*
19 *Gratia per solam supplicationem dicitur perfecta, & sufficit ad possessionem ad absolutoriam, & ad dandum de iure tertij.*
20 *Lex adaptatur ad eos casus, qui magis frequenter accidunt.*
21 *Falsitas commissa in supplicatione est magis nociua tam quæ commissa in originali, quàm illa quæ cōmittitur in bullis.*
22 *Differentia inter supplicationes etiā non signatas manu Papæ & literas pœnitentiariæ, & aliorum.*
23 *Quidam Hispanus combustus ob falsitates commissas in literis sacræ Pœnitentiariæ.*
24 *Cap. ad falsariorum, quatenus procedat in falsificante supplicationes an debeat intelligi in falsificante manum papæ, vel etiam corpus supplicationis, & datam.*
25 *Papa consueuit signare dupliciter supplicationes per fiat, & per placet.*
26 *Data falsificata intelligitur falsificata signatura*
27 *Papa subscribendo videtur omnia approbare.*
28 *Instrumentum falsificatum in die censetur falsificatum in totum.*
29 *Idem si falsificetur in loco quando locus est de substantia.*
30 *In pœnalibus, & odiosis non est licitum argumentum de casu vero ad casum fictum.*
31 *Data supplicationis est pars substantialis, & fundamentum totius gratiæ.*
32 *Papa in cap. ad falsariorum habuit consideratione̅, non tam ad eius reuerentiam, & honorem, quàm quòd quis literas apostolicas in tali esse deduceret, vt aliquid consequi posset.*
33 *Faciens ex integro literas Apostolicas falsas est cōpre*

prehensus in cap.ad falsariorum.

34 *Clausula in medio posita cõprehendit præcedentia & subsequentia.*

35 *Datarius semper dat datam illius diei in quo signatur supplicatio.*

36 *Quando lex requirit duas qualitates requiritur quòd vtraque concurrat.*

37 *In pœnalibus, & correctoriis non valet argumentum à maioritate rationis.*

38 *Reiteratio delictorum etiam non capitalium facit vt possit esse locus pœnæ vltimi supplicy.*

39 *Pœna falsi, est corporalis.*

40 *Falsificans supplicationes signatas, & datatas, destruit gratiam perfectã, secus si nondũ expeditas.*

41 *In c.ad falsariorũ, comprehenduntur omnes casus de quibus in c.licet.*

42 *Interpretatio passiua, etiam in pœnalibus, & correctoriis nunquam censetur exclusa.*

43 *Datarius non consueuit in supplicatione expedita aliquid addere, immo potiùs dat supplicationem sub alia data.*

44 *Dictio, &, copulat repetendo qualitates.*

45 *Submittens supplicationem falsam pro expedita tenetur de falso.*

46 *Propter vtilitatẽ reipublicæ potest quis præseruari à pœna mortis,*

47 *Cap.ad falsariorũ, an habeat pœnam mortis, & an procedat in incorrigibili, & quando per accusationem*

RESOLVTIO XXIII.



IN vna Legionen. falsitatis supplicationum pro fisco contra Petrum Millor dubitatum fuit de pluribus, & pro eorum resolutione vnà mecum coram se accersiri fecit,

Videlicet Dominum Sebastianum Pighinum in ciuilibus eius Locumtenentem, & futurum Rotæ Auditorem Ioannem Aloysium Aragonia paupetum, & Antonium de Gabrielibus fisci Aduocatos Consistoriales, Ioannem Baptistam Guidobonum, & Ioannem Baptistam Osium viros eminentis scientiæ, & doctrinæ. Et primò an capitulum ad falsariorum de crimin.fals. procederet etiam in falsificante supplicationes.

1 Et pro negatiua dicebat dictus Sebastianus, qui fuit primus in votando, omissis autoritatibus Doctorum, quòd Papa in illo capitulo habuerat respectum ad gratiam perfectam in forma probanti quæ præiudicare posset, & ista fuerat eius intentio finalis, prout erant literæ Apostolicæ plumbatæ, non autem ad gratiam informem, & quæ nihil probaret, nec erat perfecta, prout erant supplicationes, secundùm Archidiacon. Domi. & alios *in proœm.sexti*, & Abb. *in capitulo, in nostra, de rescriptis.*

2 Secundò quòd tex. *in capitul.licet, eo titulo*, vbi ponebantur nouem modi falsificandi literas Apostolicas, & propter quos quis incidebat in pœnam *dicti c.ad falsariorum*, vt in glos. nihil penitus dicebat de supplicationibus, sed tantùm de literis Apostolicis plumbatis; ergo etiam tex. *in dicto capit.ad falsariorum*, qui superuenerat, de eisdem loquebatur, & non de aliis, & recipiebat interpretationem *à d.c.licet.*

3 Tertiò dicebat quòd huiusmodi quæstio erat expressè decisa per summum Pontificem qui melius quàm alius iura interpretabatur, *c.per vniuer.§.rationibus, qui fil.sint*
4 *leg.c.1.de sum.trinit. & fid. cath.c. & si Christus, de iureiur.* Et propterea frustrà disputabatur; si enim per literas in die cœnæ Domini extenderat *c.ad falsariorũ*, etiã ad supplicationes; ergo declarabat, & interpretabatur quòd per prius in supplicationibus non procedebat.

Et pro ista eadem opinione subiunxit Dominus 5
Ioannes Aloysius quòd illam de stricto rigore iuris putabat verissimam, & ab ea nullatenus recedendum, tum per rationes nuper allegatas, tum & quia hoc forsan de literis Apost. statutum fuerat ob id quòd transirent per manus tot officialium, & videretur propriè magis delictum illas falsificare, cùm plures personæ offenderentur. Quæ ratio in supplicatione non ita procedebat, neque militabat. Tum quia litera tex. nostri stabat pro ista opinione, quam etiam tenuerat glossator super reg. cancel. *in reg.25.29.69.*

Et dicebat, quòd si aliàs fuerat dubitatum an com- 6
prehẽderet Breuia quæ negari non poterãt, dicit literas Apostolicas, & *in c.2. & c.super his, & per totum.ext.de rescr.* multo fortius dubitatio augebatur in supplicationibus, quæ nullibi literæ apostolicę nuncupari reperiebantur. Et quòd Federicus de Sen. *in cons.* 119. loquebatur circa literas tantùm, nec examinabat quæstion. supplicationũ.

Nec tex. *in cap.in memoriam 18. distin.* alleg. per Gomesium *in tract.de breuibus*, aliquid ad rem faciebat, quia illa verba; exempla vel aliud, etiam quòd haberent crimen falsi, non tamen imponebantur pœnæ, de quibus *in c.ad falsariorum*, & de falsitate in casu nostro non dubitabatur, sed an esset qualificata iuxta terminos illius c. & ad illud quod referebat de exequutione facta in personam Sebastiani de Federicis respõdebat nescire an tunc temporis procederent extensiones factæ in literis in cœna Domini.

Et in omnem euentum quòd *dictum c.ad falsariorum*, 7
etiam in supplicationibus procederet, quod tamen nullo pacto affirmandum esse arbitrabatur, dicebat considerandum quòd deberet procedere in supplicationibus manu Papæ tantùm signatis, non autem per manus inferiorum, & aliorum eius officialium, prout erat in casu nostro, in quo apparebant signatę per d.D.Cesenaten. vt
de literis delegatorũ, & Vicegerentiũ not. per Abb. *in c.* 8
olim ex literis, in 2.notabil.de rescrip. & de literis sacræ pœnitentiariæ, & cancellariæ, per Doctor. *in c.ex literis, de fid. instr.* cum aliis, de quibus in additio. ad eundem. Abb. *in d.c.olim, in d.notab.*

Et in terminis ferè dicebat hoc aliàs fuisse decisum 9
ex multis Neapoli, vt per Affl. *in decis.* 21. de eo qui scripserat literas sub nomine regis contrafaciendo signaturam, & manus officialium, stante consuetudine regni imponente pœnam mortis, mutando literas regias, & fuerat conclusum per omnes dominos dicti cõsilij contra duos Auditores quòd non poterat pœna mortis puniri, & regia maiestas visis contrarietatibus opinionum liberauerat delinquentem à carceribus.

Pro affirmatiua verò dictus Antonius dixit illam sine dubio in pũcto iuris fore veriorem, & quòd mouebatur auctoritate, consuetudine, & ratione. Auctoritate, quia illam tenuerat collectaneus in dicto capitulo *ad falsariorum*, & Gomes. *in tract.Bre.in 2.c.ar.* contrarium autem solus glossator. *reg. & quod litera*, text. non cantabat magis de literis plumbatis, quàm de aliis, sed loquebatur tantùm de literis Domini Nostri Papæ.

Et istam partem asserebat fuisse receptam à consuetu- 10
dine, vt attestabatur Gomes. *in d.tract.* in personam dicti Sebastiani de Federicis, quo tẽpore non erat aliter extẽsio in literis in die Cœnæ Domini, quia de illis dictus Gomes. fecisset aliquam mentionem, & non fecisset, motus ex sola iuris dispositione, prout apparebat motum fuisse, immo quòd tunc temporis ad tollendum in futurum disputationes prout audierat Papa per viam decla- 11
rationis, & ad abundantiorem cautelam extenderat dict. *c.ad supplicationes*, vt quandoque solitum erat fieri, arg. *l. 2.C. de indict.vid.tollen.*

Et quòd in pœnis erat attendenda consuetudo, not. 12
per Felyn. *in cap.inter cæteras, num.19.de rescript. & in c.inquisitio.col.5.de accusatio.* & per Par.de Puteo *in tract.syndicat.fol.200.num.20.*

Ratione, quia eius iudicio hodie magis videbantur 13
ibi literæ Domini Nostri Papæ supplicationes in quibus Papa manum apponebat quam literę plumbatæ, quæ per

14 manus officialium duntaxat expediebatur. Et dicebat quòd pœna dicti c. non fuerat imposita, habita consideratione ad officiales, vt dicebatur, sed ob reuerentiam, & honorem qui erat adhibendus summo Pontifici, quæ ratio magis militabat in supplicationibus, quàm in literis plumbatis, cum in eis vt dixerat sit manus Papæ, in illis verò non.

15 Et in *c. ad falsariorum*, non fuisse factam aliquam mentionem de supplicationibus, quia eo tempore non erant supplicationes, sed solùm literæ plumbatæ in quibus Papa tunc manum apponebat.

Nec obstare dicebat illud quod statim præmissis auditis subiunxit D. Io. Aloysius, videlicet quòd argumentum contra eum retorquebatur, quia si non erant supplicationes, vt ipse dicebat, quod tamen pro absoluto nõ admittebat dispositio d. c. non poterat ad illas adaptari, immo tunc constabat claré quòd in illis non procedebat.

16 Quia ideo dicebat fuisse expressum in dicto capitulo de literis tanquam grauia frequentioris vsus, vnde si postea contingeret vsum mutari, vel variari, prout in nostro casu de nouo contigerat, non sequebatur propterea quin dispositio legis ad casus de nouo cõtingentes adaptari, & in illis etiam effectum sortiri non deberet, se-
17 cundùm quod not. *in l. vnica, C. de repud.* Et vlterius considerabat quòd extensio facta per summum Pont. in literis in die cœnæ Domini non fuerat facta principaliter propter supplicationes manu Papæ signatas, sed propter alias, quæ non essent signatæ eius manu, sed de eius mandato per habentem signaturam, & ita extensio non poterat dici frustratoria, quia d. c. illos nõ cõplectebatur, iux. not. *in d. c. clim.* Et istam opinionem etiam dominus Io. Baptista Guidobonus dixit eius iudicio magis veram, quia vltra quòd teneat illã collectam ibi iudicabatur, nisi quòd ex not. in d. c. in memoriam inferri posset ad decisionem quæst. nostræ, quia text. dicebat, si verò falsum Apost. Sed i attulisset exemplum, vel aliud, & sic non magis loquebatur de literis plumbatis quàm de aliis, & tamen glos. Arch. & Præpos. ibi dixerunt committentes falsum iuxta terminos illius capitali esse puniendos, prout *in c. ad falsariorum*, & ita qualificatiuè, & nõ simpliciter, prout præsupponebatur, & ideo eo disputabant etiam ibi om-
18 nes an d. c. procederet in corrigibili, vel incorrigibili, dicebat bene hoc intelligere in supplicatione manu Papæ signata, vt expressè dicebat Collect. *in d. c. ad falsariorum, &* quòd propriè forsan fuerat facta extensio, de qua in literis, vt dictum fuerat.

Et quòd eius iudicio Fed. de Senis *in cons.* 21. decidebat huiusmodi casum dum nullam faciebat differentiam siue in charta, siue in Bulla, vel quomodocunq; falsificarentur literę D. N. Papæ ad hoc, vt quamuis incideret in pœnas dicti capit. ad falsariorum.

Et pro ista opinione D. Ioan. Baptista Osius subiunxit quòd licèt ipse super hoc non studuisset, sed tãtùm super intelligentia literarum in die Cœnæ Domini, in quibus
19 tota difficultas videbatur consistere pro veritate casus de quo quærebatur, attamen considerabat vltra allegata negari non posse gratiam per solam supplicationem esse perfectam, & etiam in forma probanti, quia sufficiebat ad possessionem capiendam, & in causa possessorij ad absolutoriam obtinendam, & ad dandum de iure tertij, vt erat vulgatum. & trad. decis. Cass. 8. *de rest. spol.* & ob id crederet, licèt non præcisè affirmaret, dispositionem dicti c. etiam procedere in supplicationibus, maximè considerata mente summi Pontificis quæ fuerat in effectu punire grauiter committentes falsum circa literas ab ipso emanatas quomodocunque emanarent, & ad ipsorum falsariorum malitiam confundẽdum, vt in prin. tex. dicebatur.

20 Sed replicabat dominus Sebastianus quòd non fuerat habita consideratio ad casus speciales, sed ad eos qui magis frequenter accidebant, iuxt. *l. nam ad ea, ff. de leg.*

Et quamuis fuisset satisdictum & allegatum etiam per Magnificum D. Procuratorem fisci qui eandem opinionem tenebat. Ego autem quem onus iudicandi spectabat, videbar ita opinionibus aliorum moueri, & siceo pede pro illa opinione, quam puto verissimam, pertransire, præsupposito, quòd eo tempore non essent in vsu supplicationes, quia si fuissent crederem, vt dixi, quòd de eis in corpore iuris aliqua mentio facta reperiretur, prout etiam huic opinioni Dominus meus annuebat, considerabam quòd repertis supplicationibus dispositio c. quæ simpliciter loquebatur de literis Romã. Pont. magis in eis procedere debere quàm in bullis.

Quia omissa ratione maioris reuerentiæ propter manus Papæ appositionem falsitas commissa in supplicatione proculdubio erat magis nociua, & etiam enormis quàm illa quæ committebatur in bullis, cùm bullæ ex supplicatione conficerentur, & secundùm illas corrigerentur, & emendarentur, vnde illis falsificatis non falsificata supplicatione facile succurrebatur per recursum ad supplicationem illi in cuius præiudicium falsificatæ fuerant, supplicatio verò esset ipsa matrix, & originalis scriptura, qua falsificata detecta veritas apparere minimè poterat, cùm ad aliam scripturam recurri non posset, immo semper supplicationi tanquam originali stari deberet, ad not. *in l. si librarius, ff. de reg. iur. &* l. *imperator la prima, ff. de statu hom.* cum aliis similibus. Et si considerabamus quòd falsificans literas plũbatas plures personas offendebat, ista ratio etiã militabat in supplicationibus quæ forsan per non minores manus transibant, vt experientia docebat. 21

Et vlterius quòd non admitterem pro ita absoluto vt in supplicationibus manu Papæ tantùm signatis procederet, quia allegata de literis pænitentiariæ, & cancellariæ, & gerentium vices Romanorum Pont. iudicio meo non videbantur militare in casu nostro, in quo habens signaturam rescribebat sub nomine Papæ, & literæ & supplicationes dato quòd haberent signaturam inferioris, tamen sub nomine Rom. Pont. cõficiebantur, quod non erat ita in literis sũmi Pont. & vicecancellarij quæ sub eorum nominibus expediebantur. 22

Et nihilominus quòd ego videram quendam Hispanum ob falsitates commissas in literis pænitentiariæ per tũc almæ Vrbis Gubernatorem affici vltimo supplicio tanquam comprehensum, vt arbitrabar, *in cap. ad falsariorum.* 23

Secundò præsupposita pro vera opinione affirmatiua an haberet locum in falsificante corpus supplicationum tantùm, vel etiam illarum data.

Pro negatiua dicebat D. Io. Aloysius quòd quatenus opinio prædicta esset vera eius iudicio procederet tantùm in falsificante seu cõtingente signum supplicationis papalis, & non illius corpus, neque datam, prout voluerat colonus ibi, dum dicebat: Quid enim si quis falsificauerit rre, & quòd illa verba subsequentia vel aliud ex quo papa consueuerat signare per fiat, vel per Placet, 24
verificabantur in Papa, & non poterant extendi ad alias manus inferiorum prout Datarij. 25

Præsertim cùm falsificata data non intelligeretur in rei veritate falsificata ipsa cõcessio, ponebat enim quòd si vnus obtinuisset gratiam, & alius falsificasset datam eiusdem gratiæ concessæ, non propterea ille dicta sua gratia priuatus fuisset, cùm illã probare posset per testes, & sic non erat adeò de substantia gratiæ ipsi data, licèt supplicatio sine illa non staret, prout ipsa signatura in qua tota vis gratiæ consistebat.

Quibus subiunxit D. Antonius quòd licèt ipse pro absoluto teneret dispositionem c. procedere etiam in falsificante corpus supplicationum, quia in effectu falsi- 26
ficare videtur signaturam Papæ: cùm Papa subscribendo videatur omnia approbasse, & confirmasse, iux not. *in l. si ita stipulatus fuero, si Titius, §. Chrysogonus, ff. de verbor. obl.* & per Bart. *in l. emtor. §. Lucius, ff. de pact.* & videretur dubitandum in data ex quo veniebat post signaturam Papæ, & sic falsitas non videbatur facta circa ea quæ Papa fecerat, sed tantùm Datarius. Nihilominus dicebat se considerare quòd cùm in commissione Papæ adiiciatur data vt appareat qua die facta fuerat concessio, per falsificationem datæ probabatur quòd 27

con

concessio facta vna die fuerat facta alio die, & sic falsitas datæ faciebat vt Papa videretur alio die scripsisse, & alio die concessisse quàm ea qua scripserat, & signauerat, & per cõsequẽs per falsificationem datæ effectualiter falsi-
28 ficabatur ipsa cõcessio. Prout etiam apparebat in instrumento falsificato in die, quod quidem instrumentum dicebatur esse totum falsum, quia dies erat de substantia: vt per Rom. *in cap. si ad scripturas, dist. 9.* per Io. de Anania
29 *in c. fraternitatis col. 1. de hæret.* Et idem in qualibet alia falsitate commissa in substantialibus, vt puta in loco: vt not. per Innoc. *in cap. cùm in iure peritus, de offic. deleg.* per Alex. *in l. si ex falsis, col. fin. de transact.* & per Felyn. *in d. c. fraternitatis col. 3.* Sed prædictis d. Io. Aloysius replicabat esse animaduertendum quòd licèt consideratio esset subtilis, attamen non inferebatur ex illa ad manum Papæ, & nihilominus dici poterat quòd allegata procederẽt per viam fictionis, & præsumptiuè, non autem quòd in veritate
30 ipsa concessio diceretur falsificata, & cùm essemus in pœnalibus, & odiosis, non erat vsque adeò tuta huiusmodi consideratio.

31 Et pro affirmatiua d. Sebastianus dixit quòd ipse nullatenus dubitaret, quòd si tex. *in cap. ad falsariorum*, procederet in supplicatione, vtique etiam habebat locum in falsificante datam, quia data supplicationis erat pars supplicationis & fundamentum illius gratiæ, ad not. *in cap.*
32 *dubius, de rescript. lib. 6.* & quòd Papa in d. c. non considerauerat, prout dicebatur, eius reuerentiam, & honorem, nec quam partem literarum quis falsificaret, sed tantùm quòd literas appellatas in talem formã per viam falsitatis deduceret vt aliquid consequi posset, & non erat dubium quòd falsificans datam literarum tenebatur pœna d. c. Nam si vera fuisset illa consideratio, qui ex toto fabricaret literas Papæ non comprehenderetur sub dispositione d. cap. & tamen talis falsitas erat comprehensa in illo cap. vt not. *in cap. licèt.*

Et istamet opinio placebat etiam d. Io. Baptistæ Guidobono, præsertim propter dictum Collectanei, dicentis vel aliud, & non restringentis se potius ad manum Papæ quàm ad aliquid aliud contentum in supplicatione in qua residebat etiam Io. Baptista Osius.

34 Et ego pro ista opinione considerabam quòd data supplicationis non videbatur minus comprehẽsa in supplicatione quàm omnia in corpore, & in clausulis contenta, cùm secunda signatura non esset in fine clausularum, sed in medio, & propterè comprehendebat omnia præcedentia, & subsequentia, ad not. *in l. talis scriptura, de legatis*
35 *1.* Quod constabat expressè ex alio, quia semper datarius dabat datam illius diei, qua signabatur supplicatio per Cardinalem, vel per habentem signaturam; ergo virtualiter data comprehendebatur sub signatura, & illam falsificans falsificabat totam concessionem, & non solùm manum Datarij.

Vltimò dubitaui an extensio facta in literis in die Cœ-
36 næ Domini comprehenderet casum nostrum. Et præsupposita prima lectura dicebat dictus Ioannes Aloysius quòd ipse multum dubitaret an comprehenderet casum nostrum, quia videbatur Papam voluisse quòd concurrerent illæ duæ qualitates, videlicet quòd supplicatio fuisset signata, & datata ad hoc vt haberet locum extensio, ad not. per Io. And. *in c. 1. de homic. lib. 6.* per Bald. *in l. si quis non dicam rapere in 2. C. de Episc. & cler.* & per Ias. *in l. non solum, §. secundum, ff. de op. noui nuntia.* quæ in casu nostro
37 non concurrebant. Et quia in pœnalibus & correctoriis non procedebat extensio vt erant decisiones claræ Doctorum, & deducebat Afflict. in dicta decisione 21.

Et nihilominus quòd propter reiteratas falsitates in casu nostro ipse erat in voto quòd dictus Petrus veniret puniendus vltimo supplicio. Si enim iudex in casu in
38 quo clarè esset pro delicto quem debere puniri pœna pecuniaria, poterat ob reiterata crimina imponere pœnam mortis, & securè, vt per Bartol. & Ang. *in l. 1. C. de supe exact. libr. 10. in leg. l. citato §. quod illicitè, de publican.* & Rom. *in leg. si verò, § de viro, in 30. fallen. sol. mat.* Quan-
39 to magis in casu in quo à principio veniebat imponenda pœna corporalis, ad text. *in l. 1. §. final. ff. de fals.* cum alias, immo erat dubium an puniri posset vltimo supplicio. Et si vnquam iudex deberet arbitrari pœnam mortis, erat in huiusmodi casu faciendum propter qualitatem criminis.

Et sequendo eandem opinionem subiunxit Dominus Antonius quòd propter illa duo copulatiuè requisita ipse etiam multum dubitaret, præsertim si assignari pos- 40
set aliqua probabilis ratio propter quam Papa voluisset dictas qualitates concurrere, & ipse talem considerauerat, videlicet quòd forsan Papa habuerit respectum quòd falsificans supplicationes signatas, & datatas falsificabat, & destruebat eius gratiam iam perfectam & expeditam, sed non quando solam tantùm signaturam falsificabat: quæ ratio quatenus esset concludens dicebat relinquere cogitandum.

Et non inficiabatur quòd propter reiteratas falsitates poterat inquisitus pœna mortis puniri, ex latè deductis per Cassan. *in consuetud. Burgund.* Et prosequendo dicebat quòd hoc relinquebat arbitrio iudicis, & in istam opinionem concurrebat etiam D. Io. Baptista Guidobonus per easdemmet rationes & fundamenta.

Sed Dominus Sebastianus dicebat quòd immo circumscripta reiteratione delictorum casus noster erat comprehensus in litteris, dato quòd dicerent signatas, & datatas, & inquisitus veniebat propriè vltimo supplicio afficiendus, & præsupponebat, quòd text. *in c. ad falsariorum*, loquens de litteris apostolicis intelligebatur de perfectis, & expeditis in tali forma, vt præiudicare 41
possent, & tamen sub eodem sermone comprehendebantur omnes casus notati *in c. licet, eod. tit.* prout ibi dicebat glos. inter quos isti duo æquiparabantur, vel quòd quis ex integro & toto litteras Apostolicas confingeret, & falsò fabricaret, vel iam factas & expeditas corrumperet. Vnde cùm postmodum superuenerit lex noua extendens c. ad falsariorum etiam ad supplicationes, debebat intelligi, & interpretari secundùm dispositionem legis 42
antiquæ, quia huiusmodi interpretatio passiua, etiam in pœnalibus, nunquam censebatur exclusa, ad not. *in l. si quis seruo, C. de furt.* per Dominum Ioannem Andr. *in cap. auaritiæ, & in cap. is qui, & in cap. licèt canon in secunda columna, de electio. libro 6.* & per Io. And. & Dom. *in cap. 1. §. 1. de restit. spol.* sed in l. antiqua illi duo casus erant æquiparati; ergo & in l. noua, vt sicut quis falsificando datam in supplicatione, iam expedita ex dispositione l. nouæ incidebat in pœnam dicti c. ita pariformiter totam datam falsam conficiendo incidere debebat, prout in l. antiqua disponebatur.

Et dicebat huiusmodi casum iudicio suo si benè consideraretur nullam habere dubitationem, & quòd decisio Neapolis allegata ideo non puniuerat delinquentem, quia falsitas non fuerat perfecta; nec in esse deducta, prout in casu nostro, in quo per falsas datas supplicationes ad earum esse perfectum deduxerat, & huic rationi & fundamento nullæ in effectu fuerant datæ responsiones concludentes.

Et quòd extensio comprehenderet casum subiunxit D. Io. Baptista Osius se pro certo miratum fuisse quòd in hoc fuerit facta aliqua difficultas, quia verba litterarum eius iudicio videbantur sibi admodum clara, & quòd erant ita legenda, videlicet extendentes c. ad falsariorum, cum omnibus pœnis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & hîc faciendus punctus. Deinde prosequendum, & datatas sine nostra, aut Datarij nostri licentia, vt esset sensus quòd datans supplicationes sine licentia Papæ, vel Datarij incideret in pœnas dicti cap. ad falsariorum, & aliter intelligendo dicebat resultare vnum inconueniens, & absurdum, quòd daretur casus, in quo supplicationes possent sine licentia Papæ, vel Datarij datari.

Sed statim fuit per omnes replicatum, quòd huiusmodi intelligentia non erat vera, tum quia illa verba falsificãtes, & mutantes intelligendo hoc modo non poterant congruè referri ad illud verbum datatas, tum quia intentio Papæ fuerat excludere illos, qui de licentia

iur,& Datarij databant, vel corrigebant supplicationes, & in illis addebāt; subdebat tamen ipse post multa, quòd circa reiterationem delictorum materia erat clara, tamen ipse potiùs credebat super hoc consulere Principem per ea, quæ dicebat Ias. *in l.1. num.2. C. de precib. Imp. offer.* cui d. Fiscalis statim replicauit quòd Princeps super hoc nimium consultus fuerat.

Postremò ego pro istamet opinione, quòd casus noster comprehenderetur sub bulla, dicebam quòd fecerā maximam diligentiam de reperiendo, quomodo in rei veritate cantarent verba Bullæ, & reperteram quòd nullæ factæ tempore Clem. omnes ferè habebant signatas, & datatas, tempore verò Pauli vna excepta reliquæ, & præsertim huius anni secundùm quam erat iudicandum, habebant huiusmodi verba, *signatas, & datatas*, & cōsiderabā, quòd huiusmodi vltima lectura iudicio meo videbatur mihi verior, & quòd intentio Papæ non fuerat alia, nisi punire falsificantes supplicationes, & illarum datas.

Et quod esset verum dicebam primò apparere ex illis verbis falsificantes, seu mutantes supplicationes, quæ referebantur ad supplicationes, & ad datas respectiuè, scilicet illud falsificantes ad supplicationes, mutantes verò ad datas, quia datæ vtplurimum falsificari nō poterant, quin in totum mutarentur, supplicatio verò falsificabitur etiam non mutata tota supplicatione. Et apparebat ex alio, quia illa verba, *sine nostra, aut Datarij nostri licentia*, non fuerant apposita, nisi respectu datarum, alioquin se-
43 queretur vnum inconueniens, quòd Papa cogitasset supplicatione iam expedita, & registrata potuisse, & esse consuetum, vt in eis aliquid adderetur, vel minueretur, & tamen, vt docebat experientia, nunquam hoc faciebat: imò potius dabat supplicationes sub eadem data, quàm in iam expeditis aliquid adderet, vel minueret, & hoc modo intelligendo casus noster nullam penitus haberet difficultatem, per reg. vulg. *l. iam hoc, de vulg. &*
44 *pupill. & l. quotiens, C. eodem.* Et quia dictio, &, copulabat repetendas qualitates, Bat. *in l. Seia, §. Cato*, per illum text. *de fund. instruct.*

45 Præterea dicebam, quòd etiam circumscripta bulla in cœna Domini non eramus in terminis c. ad falsariorum, ex alio quia iste inquisitus non solùm datauerat supplicationes, verumetiam super vna ex illis per eum datatis literas expediuerat, & sic expeditoribus literarū supplicationem falsam subministrauerat, & inficiari minimè poterat, quin literæ sic expeditæ falsæ in effectu dicerentur, seu saltem ipse tanquam falsarius literarum Apostolicarum puniri deberet, ex not. *in d. c. licet*, vbi videbatur casus in terminis, in verbo *eos*, & per Abb. *in cap. quanto, extrà de his, quæ fiunt à prælat. sine cōsensu capituli*, per Bal. *in l. si quis obrepserit, ff. de fal.* & per Alex. *in cons.* 77. in causa accusation. *in prin. vol.* 1.

46 Vlterius circa illud de reiteratione delictorum, in quo omnes concurrebant, dicebam quòd omnino cogebar in hoc casu, dato quòd esset arbitrarium imponere pœnam mortis non solùm ob reiteratas quatuor falsitates successiuis temporibus, verumetiam ob propositum in futurum, quòd habebat inquisitus alia similia committendi, præsertim quia per huiusmodi delicta offendebatur maiestas Principis, & iste erat vilis conditionis, & aliàs fuerat seruatum in personam cuiusdam nobilis, & literati, qui tanquam vtilis reipublicæ seruandus fuisset, ad text. *in l. ad bestias, ff. de pœn.*

47 Et licèt fuerit etiam dubitatū, an pœna c. ad falsariorum esset vltimum supplicium, per ea quæ not. Ant. de But. ibi. & Archid. *in c. in memoriam*, & decis. Neapol. 30. *in nouis*, & glos. *in c. per litteras, in constitutione Regni*, & procederet tantū in incorrigibili, & quando per viam accusationis procedebatur. Attamen ex communi voto fuit resolutum, quòd sic, ex not. per glos. *in d. c. ad falsariorum*, & per Abb. & Hostien. *ibi*, & per Petrū de Ancar. *in 3. notab.* & per Præp. *in d. c. in memoriā, col. pen. propè finē.* per glos. & Salyc. *in l. maio ē, C. de fal.* & per decis. Neap. *vlt. n. 21. in antiquis*, & per glos. *in c. cùm nō ab homine*, & ibi Abb. *extrà de iud. & in c. ad abolendā, de hæreticis*, & per Gram. latè *in d. c. in memoria*, quæ opinio semper hic Romæ seruata fuerat.

Et sic tandem inter omnes conclusum fuit dictum inquisitum vltimo supplicio damnandum esse, & quòd in sententia vtrumque caput comprehenderē. Et ita ipsum almæ Vrbis Gubernatori remisi, qui die sequenti visa mea sententia ignibus tradi iussit, prout factum fuit.

ARGVMENTVM.

Iudex ecclesiasticus potest punire laicum coram ipso falsum deponentem.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet iudex, vt competens potest punire testem coram ipso falsum deponentem.*
2 *Fallit finita causa ciuili.*
3 *Pœna de qua in l. nullum, C. de testibus, imponitur officio iudicis mercenario.*
4 *Officium iudicis mercenarium cessat lata sententia.*
5 *Iudex in criminalibus non potest consulere indemnitati partis, nisi incidenter.*

RESOLVTIO XXIV.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine, dicebam, & dico d. v. Illustrissimæ, quòd Reuerendiss. D. Vicarius suus in Archiepiscopatu Neapolitano, sine vlla difficultate poterat laicum coram eo in causa tam ciuili, quàm criminali vt testem deponentem falsum extraordinariè pu-
nire, cùm idem quilibet alius iudex facere posset, iuxta 1
not. *in l. nullum, C. de testibus*, per Ang. *in tract. malef. in vers. falsario, vers. quæro, testis, & vers. quæro, an quilibet iudex*, & per And. de Iser. *in const. in damna clandestina, num.* 13. Dec. latè *in c. præterea, de off. deleg.*

Ita tamen si in ipso examine, vel saltem durante causa, 2
& ea adhuc non finita, super qua deponit, vel deposuit, inuenerit eum falsum perhibere, vel prohibuisse testimonium, secus si ea finita, quia tunc coram iudice suo conuenire debebat, vt voluerat Cal. & Io. de Anan. *in c. 1.*
de calum. Bal. & Ang. *in l. 1. C. eod. tit.* & Salyc. *in d. l. nullum.* 3
Ea ratione, quia iudicis officio mercenario imponeba-
tur illa pœna, de qua *in d. l. nullum.* Quod quidem cessa- 4
bat per sententiam, *ad l. 4. C. deposit.*

Sicut in simili videbamus in iudice causarum crimi- 5
nalium, qui non poterat consulere indemnitati partis, nisi incidenter pronuntiando super crimine *in l. interdum, §. qui furem, ff. de fur. in l. solemus, §. latrunculator, cum aliis, de iud. in l. interdum, de pub. iud.* & per Aret. *in d. tract. malef. in vers. testem calestium, num.* 4.

ARGVMENTVM.

Confessio facta coram iudice non sedente pro tribunali, si reuocatur, facit indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Confessio Clerici coram laico facit indicium ad torturam.*
2 *Reus varians potest torqueri.*
3 *Confessio extraiudicialis facit indiciū ad torturam.*
4 *Confessio pluries reiterata, & iurata non potest reuocari.*

RESOLVTIO XXV.

In quadam Roman. furti, & computorum pro D. Procuratore fiscali Curiæ Capitolinæ, & Illustriss. D. Malherba Vrsino, contra Petrum Donatum, in qua ego almæ Vrbis Senatori,

Senatori, per Reuerendos P. D. Visitatores carcerum fui datos adiunctus, fuit inter me & auditorem dicti Senatoris resolutum, quòd inquisitus ob reuocatam confessionem factam coram dicto Senatore non sedente pro tribunali aliter non docto de errore torqueri posset. Quicquid dixerit Bal. *in l. vnica, col. pen. C. de confess.* & post eum Felyn. *in c. & si Clerici, num. 18. de iud. & in c. olim col. 3. in princ. de rescript. & l. iul. & magistratibus, num. 6. ff. de iud.*

Et hoc per notabilem limitationem Dec. *in d. l. & magistratibus, col. pen. in fine.* vbi dicebat doctrinam Bald. *in d. l. vnica*, procedere quoad iuris dispositionem tantùm, non autem, quòd non remaneret factum, in quo fundaret
1 indicium ipsum pro tortura. Prout in confessione facta per clericum coram iudice laico: nam quantumcumque esset, nulla tamen sufficiebat ad torturam, quia clarum erat factum remanere: vt per Innoc. *in c. per inquisitionem, vers. sed quomodo, de elect.* & latè per modern. *in d. c. et si clerici.*

2 Et quòd huiusmodi intelligentia esset vera, ego inter alia adducebam, quòd reus, qui primò confessus erat, deinde reuocabat, negari non poterat, quin esset varius; ergo torquendus, iuxt. not. per Bald. *in l. bonæ fidei, col. 3. ver. item quæro, C. de iureiur. & in l. 2. C. de fid. iur.*

3 Secundò, quòd si reuocatio confessionis faceret, vt quis torqueri non posset ex confessione extraiudiciali, nullus vnquam, vel rarò torqueretur, contra glos. communiter approbatam *in l. capite quinto. ff. de adult.* & sic redderetur frustratoria dicta iuris dispositio, vt per Dec. *in d. c. & si clerici.*

4 Tertiò dicebam, quòd talis reuocatio non erat admittenda, nisi docto de errore, quo minus torqueri posset, cùm esset iterata, & iurata, quo casu si fuisset facta coram iudice pro tribunali sedente, nullo modo forsan reuocari potuisset, ad not. plenè per Hip. *in cons. 113. col. 1.*

ARGVMENTVM.

Confessus interficere hominem, sed ad sui defensionem, vbi aliter non constat de delicto, non potest condemnari ad mortem, sed torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vltimi supplicij nunquam est imponenda etiam ex violentissimis præsumtionibus.*
2 *Innocens, vel etiam culpabilis vltra modum non est condemnandus.*
3 *Tortus pro eruenda qualitate si sustinet tormenta est absoluendus.*

RESOLVTIO XXVI.

IN alia Romana homicidij pro Martino Corso contra Fiscum in qua fui datus adiunctus R. P. D. Almæ Vrbis Gubernatori, qui erat omnino in voto suspendendum dictum Martinum, tenui quòd stante confessione sua qualificata, cùm aliter non constaret, nisi ex quibusdam præsumtionibus ipsum homicidio voluntariè astitisse, nullatenus ad pœnam vltimi supplicij posset condemnari, & in hoc votum, licèt cum maxima difficultate eundem D. Gub. reduxi. Per illud singul. dictum Abb. *in cap. auditis, col. penult. de præscript.* quod ibi sequebatur Felyn. *num. 50. & in cap. significasti el 2. numer. 13. de homicid. & in cap. cùm ven.* vbi etiam Dec. *num. 20. de except.* Alex. *in l. non solùm, §. sciendum. ff. de op. nou. nuntia.* Socin. *in l. 1. numer. 12. ff. de vulg. & pupill.* nouissimè Grammat. *in voto 2. in princ.* & Alciat. plenè *in l. 1. §. si quis simpliciter, numer. 77. ff. de ver. oblig.*

Et dicebam quòd illæ præsumtiones, propter quas ex aduerso inferebatur, non militare dictum Abb. bene sufficiebant, vel ad eruendum per tormenta, & quæstiones explicitam confessionem de delicto, vt per Gram. & Alciat. in locis præallegatis, vel ad imponendam aliam pœnam citra vltimum supplicium, cùm illa etiam ex violentissimis præsumtionibus, nunquam esset imponenda, 1
ad not. *in c. 2. de præsumtio. & in c. 3. loco. de prob.* per Gand. *in tract. suo de maleficio, sub rub. de præsumtio. & indic. column. final.*

Nam infitiari non poterat, quinetiam stantibus præ- 2
sumtionibus prædictis res potuerit esse, & processisse eo modo, quo illam narrabat dictus Martinus, & sic de facili posset innocens, vel etiam culpabilis vltra modum, & nimis rigorosè condemnari, contra *l. absentem, ff. de pæn. & auth. omnes peregrini, C. eod.*

Et quia præsumtiones aliquæ erant, vt dixi, contra 3
ipsum, quòd animo deliberato astiterat; ego consulebam potius ad triremes condemnandum, quàm quæstionem de eo super explicita confessione sumendam, quia potuisset de facili, prout credendum erat, cùm esset Corsus, iuuenis, & robustus, tormenta sustinere, & ita impunitus euadere, iuxt. not. per Gram. *in dicto voto 2. num. 9.* & per Alciat. *in d. §. si quis simpliciter.*

Et nihilominus de communi voto tortus contra opinionem meam statim eleuatus fassus fuit astitisse voluntariè dicto homicidio.

ARGVMENTVM.

Qualitas indiciorum præcedentium ad effectum reponendi reum reuocantem confessionem in tormentis factam est multum ponderanda.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in tormentis si reuocetur facit indicium ad torturam.*
2 *Modum quæstionis lex arbitrio iudicis relinquit.*
3 *Iudex torturam adhibere debet secundum qualitatem delicti indiciorum, & personæ.*
4 *Arbitrium iudicis regulari debet secundùm dispositionem iuris communis.*

RESOLVTIO XXVII.

CVm Iulianus Cherubini post reuocationem confessionis factæ iterum tortus fuerit, 1
prout iuridicè poterat, ex not. per Bald. *in leg. vnius, §. 1. ff. de quæstio.* per Bald. *in l. bonæ fidei, C. de iureiur.* per Parid. de Puteo *in tract. Synd. car. 27. in verbo, de repetitione*; & post huiusmodi torturam nil aliud superuenerit, non videbatur mihi pro vlterioris quæstionis repetitione, seu illius continuatione rectè a fisci procuratore instari.

Quia prima indicia, ex quibus processum fuerat ad quæstionem, non erant multum vrgentia, adeò quòd forsan etiam sequuta reuocatione vlterius torqueri non poterat, ad Salyc. *in l. 2. col. vlt. vers. quæro tunc, C. de cust. reorum.* Bar. *in d. l. vnius, & in l. qui sicut, ff. de quæstio.* Bald. *in l. obseruare. C. quorum appellationes.* Aret. *in tract. malef. in verbo comparent dicti inquisiti, & negant totum, col. 2.* cum cumulatis per Cepol. *cons. 32. col. 8.*

Et licèt modum quæstionis lex arbitrio relinqueret, 2
in l. quæstionis modum, & in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstio. Tamen debet iudex torturam adhibere secun- 3
dùm qualitatem delicti indiciorum, & personæ inquisiti, vt dicebat text. *in d. §. tormenta, & in l. 1. in princ. & in leg. edict. eodem tit.* Et sic arbitrium suum secundùm ius com- 4
mune regulare, ad Bart. *in extrauaganti ad reprimen. in verbo videbitur, & in l. si in lege, ff. locati.* Paul. *in cons. 151. numer. .. vol. 4.*

ARGVMENTVM.

Testis siue sit varius, siue contra eum sint indicia, quòd sciat veritatem, pro illa eruenda potest torqueri denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Testis contra quem est præsumtio, quòd sciat veritatem, potest torqueri pro illa eruenda.*
2 *Idem quando vacillat.*
3 *Testi non datur copia indiciorum.*
4 *Bar. in §. iudex, simpliciter loquitur non tantùm in casu vacillationis.*
5 *Quod probatur etiam auctoritate Aretini in loco hic allegati.*
6 *Testis potest multa adducere aduersùs suas contrarietates.*

RESOLVTIO XXVIII.



IN alia Toletana prætensæ falsitatis pro fisco contra Ariam Gundisalui Comitem de Pugno rostro, conclusimus Locumtenens Gubernatoris mihi adiunctus, & ego Didacum de Euia pro indiciis ab eo eruendis posse quæstionibus
1 supponi. Tum quia contra eum erunt indicia, & præsumtiones quòd sciret aliquid circa huiusmodi falsitatem, ad not. per Bar. *in l. 1. in prim. & in §. quæst. ff. de quæst.* per Bald. *in l. milites, circa medium. C. eo. in l. 3. ad l. Iul. de adult.* latè per Biun. *in tract. de indic. & tortura, car. 32. num. 15.* Giam. *in cons. 40. num. 21. & in voto 31. num. 20.*
2 Tum quia vacillabat in eius dictis, & modò vnum, modò aliud asseruerat, ad Bal. *in l. ex libero. ff. de quæst.* Alex. *in cons. 58. vol. 1.* Socin. *in cons. 253. col. 2. ver. præterea ille testis, vol.* . . Bal. *in cons. 101. vol. 1.* Cepol. latè *in cons. 61.* Ang. *in sua practica, in verbo, comparent dicti inquisiti, & totum negant, num. 18. ver. quæro an testes.*
3 Et nullam in vtroque casibus prædictis esse dandam copiam indiciorum, antequam torquerentur, ex not. per Bar. *in l. vnius, §. iudex. ff. de quæstion.* & ibi Pomar. *in apostillis*, & Hip. *in fin. verb.* Qui Bart. simpliciter loque-
4 batur, cum tractabamus de torquendo testem, & non solum, quando vacillabat, prout ex aduerso considerabatur propter illa verba, videlicet quædam sunt indicia, quæ comprehenduntur ex dictis, quæ causam principalem tangunt, quasi quòd in casu vacillationis, ideo esset deneganda copia, quia clarum erat nullam sibi competere defensionem.
5 Nam quòd etiam ita deberet fieri, vbi testis torquebatur ex indiciis, quæ contra eum erant ab extra, & non solùm quando vacillabat, voluerat Aret. *in d. tract. in ver. fama publica, car. 92. ver. quæro, quo casu testes*, & Biun. *in loco supradicto*, allegando Bar. *in d. §. iudex.*
6 Sicut enim poterat testis aduersùs indicia pro eius defensione aliquid adducere, propter quod inferebatur eo casu dandam esse copiam cùm caderet disputatio, ita poterat aduersùs suas varietates allegare multa ad se saluandum, de quibus per Hip. *in l. eos. ff. de fals.*

Nec erat verum quòd Bar. loqueretur tantùm in casu vacillationis, quia non specificabat magis de indictis resultantibus ex dictis ipsius testis, quàm ex aliorum depositionibus, sed simpliciter de dictis, quæ causam principalem tangebant, vt colligebatur ex primo membro distinctionis ipsius, & ex dictis per Hip. ibi circa finem, & clarè demonstrabatur ex tex. super quo idem Bar. scribebat, in quo nihil penitus de vacillatione, sed imò de indiciis ab extra, quando videlicet asserebatur testem interfuisse facto de quo quærebatur.

ARGVMENTVM.

Testis super inquisitione generali potest torqueri denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet, vt vnus de populo admittitur vbi solùm agitur de defensione alicuius imputati de aliquo crimine.*
2 *Copia indiciorum est concedenda cuicunque inquisito de crimine.*
3 *Testis varius, vel conuictus de mendacio de falso tenetur.*
4 *Iudex in ciuilibus potest torquere principaliter ad veritatem priuatam in consequentiam ad vindictam publicam.*
5 *Attenditur quod principaliter agitur, & non quod in consequentiam.*
6 *In generali inquisitione testis inhabilis etiam admittitur.*
7 *Testis torquendus ante torturam auditur in propositione exceptionum contra personas deponentes cōtra eum.*
8 *Cautela in criminalibus recipiendi testes informatiuos inualuit propter timorem subornationis.*

RESOLVTIO XXIX.



IN eadem Toletana subornationis contra eundem Comitem fuit resolutum quòd Martinus de Guadalágiar alter testis, contra quem similiter erant indicia, quòd sciret veritatem circa huiusmodi falsitatem, quam tamen recusabat propalare, & aliàs in dict. suis variabat posset subiici tormentis, non obstantibus protestationibus petitionis copiæ indiciorum tam per eum, & eius nomine per quendam tanquam vnum de populo, quàm pro parte dicti Comitis factis. Quia cùm examinaretur tamquā testis, sibi non erat danda aliquo modo copia ex deductis in præcedenti decisione, & si sibi denegabatur, multo fortius alteri pro eo competenti erat deneganda.

Et maximè quia pro ipso carcerato non poterat com- 1
parere aliquis tamquam vnus de populo, cùm id solùm esset permissum vbi contra aliquem carceratum procederetur super crimine ad effectum eundem puniendi, secundùm not. *in l. penult. §. ad crimen. de publ. iudic. in l. non tantùm, de appellat.*

Nec obstare dicebam illud quod ex aduerso replica- 2
batur, quòd videlicet d. Martino non poterat denegari huiusmodi copia, quia omni casu ipse videbatur teneri tamquā delinquens cui semper erat concedenda. *l. custodias, de publ. iudic.* & not. *in l. vnius, §. cognituram, de quæst.*
cum aliis. Nam siue esset varius, per textum *in l. qui varia,* 3
vel falsa, ff. de testib. & not. *in l. eos, de fals.* & prout notat Bald. *in cons. 101. num. 6. vol. 1.* siue conuinceretur quòd veritatem sciret, & illam subiiceret, de falso tenebatur. ad not. per Bald. *in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler.*

Quia non agebamus modò principaliter contra istum 4
ad effectum eundem puniendi de crimine quod non poterat adhuc dici perfectum, nec consummatum, sed duntaxat ad habendū veritatem super inquisitione, licèt forsan in consequentiā veritate reperta extraordinariè puniri posset ratione veritatis & periurii, ac attentati criminis in veritate subicienda, prout dicebamus in iudice ciuili qui principaliter poterat torquere ad veritatem habendam ad priuatam vtilitatem, & in consequentiā puniri ad vindictā publicā; iux. not. *in l. nullam, C. de testib.* Et 5
attendebatur id quod principaliter agebatur, non autem quod in consequentiam. vulg. *l. non omnes, ff. si cert. petat.*

Minúsque

6 Minusque protestatio dicti Comitis erat in hoc casu admittenda, cùm non examinaretur dictus Martinus nunc cōtra ipsum Comitem, ita vt militare possent, not. *in l. 1. §. si quis dicatur ff. de quæst.* sed tantùm super ipsa generali inquisitione in qua nullibi prohibitum reperiebatur quòd iudex non posset recipere quoscunque testes etiam inhabiles, immo reperiebatur permissum, secundùm not. per Ant. de Butr. *in c. qualiter, & quando col. 5. num. 17.* & ibi Anchar. *col. 3. in fine*, & Io. Andr. *col. 6. similiter in fine, de accusat.* gloss. *in c. cum I. & A. de re iud.* Gram. *in consil. 45. num. 12. & in cons. 58. num. 5. & in cons. 59. num. 14.*

7 Et quamuis ipse Martinus in propositione exceptionum respicientium personas eorum qui fuerant contra eum examinati, esset audiendus, iuxta docti. Bart. *in dicto §. in dex*, non erat tamen ponendus ad largam propter ti-

8 morem subornationis, propter quem inualuerat etiam practica in criminalibus recipiendi testes parte non citata, secundùm Bald. *in l. si quando, num. 5. C. de testib.* & per Ioan. Mileum *in eius pract. criminali fol. 1. in verbo, forsan.*

Et quia standum fuisset semper primo dicto, & non secundo, etiam quòd secundum esset in tormentis, vt per Angel. *in l. final. column. 1. C. de quæst.*

ARGVMENTVM.

Procurator in causa nullitatis simoniæ criminalis admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Vbi crimen discutitur Procurator reiicitur, ne simonia reddatur elusoria.*

2 *Procurator admittitur vbi crimen opponitur per modum exceptionis.*

3 *Idem vbi opponuntur exceptiones dilatoriæ.*

RESOLVTIO XXX.



Vod in causa nullitatis sententiæ criminalis possit procurator interuenire, voluit Bened. de Plumb. referens Baldum quem appellat Doctorem suum *in l. pen. §. ad crimen, num. 99. de publicis iudic.* Firman. *in suo repertorio, in verbo Procurator, in criminalibus*, ibi, *procurator potest interuenire*, allegando tex. pro singulari *in cap. hac quippe, in verbo sanè*, & ibi glos. *in verb. expulsis 3. q. 6.* Hip. *in sua pract. in verbo sequitur, num. 6. & num. 30. in cons. 29. num. 14. & cons. 39. num. 61.*

1 Et ratio videtur esse, quia in huiusmodi causa nullitatis non discutitur crimen, in cuius discussione procurator repellitur, ne sententia reddatur elusoria, iux. not. *in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & in l. ferrum quoque, §. publicè interest. ff. de procur.* Rot. *decis. 481. n. 2. in nouis.*

2 Et hinc videmus quòd vbi opponitur crimen per modum exceptionis, ibi procurator interuenit, *cap. super iis*, & ibi Abb. *in vlt. notabili de accusat.* Et etiam ad opponen-

3 dum exceptiones dilatorias vt inepti libelli, & incompetentiæ iudicis, ex not. *in d. §. ad crimen*, & per Salyc. *in l. reos, num. 16. C. de accusat.* & ita tenui in vna Senogalin. prætensorum excessuum pro Barth. Balthass.

ARGVMENTVM.

Clementina cōtra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum procedit in omni impedimento exequutionis earumdem, præstito etiam aliter quàm in vim priuilegiorum, de quibus in eo.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio pœnalis est ita intelligenda ne elusoria reddatur.*

2 *Fatua credulitas excusat à dolo.*

3 *Cui conceditur id quod est pluris, conceditur id quod est minus.*

4 *Casus expressus tamquam communiter accidens non facit quin constitutio locum habeat in alio casu non expresso.*

5 *Constitutio referens se ad aliam constitutionem, secundùm illam intelligi debet.*

RESOLVTIO XXXI.

Volvervnt Reuerend. Domini Auditor. & Vrbis Gubernator in quadā Oscen. excessuum contra Episcopum Oscen. dispositionem Clementinæ contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum procedere in omni casu præstiti cuiuscunque impedimenti etiam, præterquam in vim priuilegiorum, & constitutionum synodalium, de quibus in dicta Clementina. Quia licèt huiusmodi constitutio esset pœnalis, erat tamen ita intelligenda, ne elusoria redderetur. *c. si ciuitas, de sent. excom. c. quāquam, de vsur. lib. 6.* Felyn. *in c. Rodulphus col. 1. & seqq. de rescript.* quod de facili in casu nostro eueniret, si de illo solo impedimento intelligeretur. 1

Maximè quia si Auditori concedebatur facultas monendi vbi quis virtute priuilegij exequutionem literarum Apostolicarum impediebat, qui aliquam excusationem prætendere poterat propter fatuam credulitatem à priuilegio inductā, quæ à dolo excusabat, ad glos. & Angel. *in l. pl. agij, C. ad l. Flauiam de plagia. in l. 1. § fin. ff. de eo per quem factum erit*, Iasl. *in l. si quis id quod, col. 8. de iurisdom. iud. & in l. si quis maior, col. 1. C. de transact. & in cons. 84. col. 4. vol. 1.* quod erat plus, multo fortius præsumendum erat concessisse id quod erat minus, vt *in reg. cui licet. de reg. iur. in 6. & in l. non debet. eo. tit.* 2 3

Et quòd expresserit dictū casum impedimenti in vim priuilegiorum, tamquam quod magis communiter eueniret, non autē quia non deberet idem esse. quando quis propria temeritate impediret, arg. not. per glos. *in l. 1. §. fin. autē in verbo sponte, C. de rap. virg.* per Felyn. *in c. ad aud. entiam il 1. col. penul. de rescript.* per Alex. *cons. 119. col. fin. vol. 6.* 4

Quod expressè demonstrabat et confirmando constitutionem Leonis, in qua cauebatur indistinctè contra impedientes quocunque modo exequutionem dictarum literarum, & dum etiam in facultate quam Aud. dabat, subiunxerat vel impedientibus præmisso siue alio quouis modo, & etiam per relationem ad Bullam in Cœna Domini, in qua indifferenter excommunicabantur omnes quouis modo impedientes, licèt magis specialiter in omnibus expressum fuisset de impedimentis in vim constitutionis synodalis tamquā frequentiùs occurrentibus. 5

ARGVMENTVM.

Clementina prædicta procedit etiam contra impedientes exequutionem literarum delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ delegatorum propriè non dicuntur litteræ Apostolicæ.*

2 *Impedientes exequutionē litterarum Apostolicarum puniuntur.*

3 *Appellatione mandatorum Apostolicorum veniunt mandata delegatorum.*

4 *Delegatus in causa delegata dicitur gerere vices delegantis.*

5 *Delegatus in causa delegata est maior quocunque ordinario.*

6 *Ordinarius*

6 *Ordinarius ad mandatum delegati tenetur exequi eius sententiam siue iusta, siue iniusta.*

7 *Practica ponendi in litteris delegatorum clausulam, nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.*

RESOLVTIO XXXII.

Concluserunt in eadem Domini prædicti, dispositionem dictæ Clementinæ verificari etiam contra eos, qui litteras delegatorum
1 impediebant. Quamuis enim tales litteræ non dicerentur propriè litteræ Apostolicæ, adeò quòd faciens aliquid circa eas non incidebat in pœnas, in quas committens circa litteras Apostolicas, de quibus *in cap. ad falsariorum, de crim. fals.* prout notabatur per Abb. *in cap. olim ex literis, in secundo notab. de rescript.* per Hostien. &
2 alios *in cap. ex litteris, de fid. instrum.* Tamen dicebatur exequutores litterarum Apostolicarum cùm tenderent ad exequutionem causæ commissæ per litteras Apostolicas, & Bulla non loquebatur simpliciter contra impedientes ipsas litteras Apostolicas, sed contra impedientes illarum exequutionem, & exequutores, & per consequens impediens litteras delegatorum Sedis Apostolicæ, dicebatur impedire exequutionē litterarum Apostolicarum.
3 Et præsertim, quia in dicta Clementina nō dicebatur de impedientibus exequutionem litterarum prædictarum tantùm, sed etiam mandatorum Apostolicorum,
4 quorum appellatione veniebant mandata delegatorum, *cap. 194. islin. ibi, nostra per eum repræsentetur authoritas, cap. cùm in iure peritus, ibi, autoritate qua fungitur, de officio deleg.*
5 Et erat maior quocunque ordinario, *cap. Pastoralis, §. fin. de off. ord.*
6 Imò ad eius mandatum tenebatur ordinarius exequi illius sententiam, siue iustam, siue iniustam, *cap. Pastoralis, §. qui verò sæpe, eod. tit. de off. deleg.*
7 Et hinc inoleuerat practica, quòd in mandatis delegatorum ponebatur clausula, nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis semper obedire mandatis.

ARGVMENTVM.

Clementina prædicta ad effectum, vt decerni possit monitorium, non requirit quòd Auditor per seipsum testes examinet.

SVMMARIVM.

1 *Vbi eligitur industria personæ non potest per aliam expleri.*

2 *Verba illa, de quibus in Clementina, videlicet,* recepris per eum, *quomodo intelligantur.*

3 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

4 *Facultas procedendi extraiudicialiter operatur, vt index moneri possit ex probationibus, etiam in actis non reductis.*

5 *Ex testibus per remissoriam examinatis deueniri potest ad diffinitinam.*

RESOLVTIO XXXIII.

Volvervnt etiam non esse necessarium ad effectum, vt audiri posset decernere monitorium in vim dictæ Clementinæ testes esse exa-
1 minatos super impedimentis in Curia ipsius Auditoris, etsi adessent illa verba, receptis priùs per eum desuper aliquibus probationibus, quasi quòd videretur electa industria personæ ad huiusmodi testium receptionem, ex
2 not. Sed sufficere vbicumque, & per quemcumque essent examinati, dummodo pro indiciis coram eo producti, & per ipsum Auditorem recepti essent, per quam productionem, & receptionem satis dicebantur verificata illa verba, receptis priùs per eum.

3 Et maximè, quia sic intelligendo de testibus tantum excluderetur omnis alia species probationis, quæ tamen ab ipsa Clementina non excluditur, cùm dicat in genere, receptis probationibus, & sic non magis de testibus quàm de scripturis, & aliis probationibus.

4 Eo magis, quia in prædicta Clementina datur sibi facultas monendi ex probationibus extraiudicialibus, adeò quòd procedere posset etiam absque eo quòd in actis aliquid reduceret. Nam aliàs sequeretur, quòd receptis probationibus de mandato dicti Auditoris per
5 alium iudicem si per ipsummet deberent recipi, non posset decerni monitorium, cùm nihilominus ex illis posset deueniri ad diffinitiuam sententiam, iuxt. not. *in auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instr. in c. constitutus, de fideiuss. & in cap. cùm causam, de test.*

ARGVMENTVM.

Impedimenta voluntaria, & non necessaria nōn excusant à personali comparitione.

SVMMARIVM.

1 *Electio officij tamquam voluntarium impedimentum, & non necessarium non excusat.*

2 *Vocatus ab Episcopo, & Rege, tenetur comparere coram Rege.*

3 *Vocatus tamen à Papa, non excusatur quòd à Rege vocatus fuerit.*

4 *Petro vocante omnia dimittenda sunt.*

5 *Inimicitiæ, an & quando excusent à personali comparitione.*

6 *Impedimentum inimicitiæ non potest opponi nisi ab habente speciale mandatum.*

7 *Morbus ad hoc vt excuset debet esse grauis.*

RESOLVTIO XXXIV.

In illa mei decreuerunt Episcopum omnino arctari ad personaliter comparendum, reiectis allegatis impedimentis. Quia electio 1
officij erat voluntarium impedimentum, & non necessarium, & propterea non excusabat, Bar. *in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscrip.* Alex. & Ias. *in l. 1. §. si quis in iud. ff. si quis cautio.*

Et licèt vocatus ab Episcopo & Rege teneretur comparere coram Rege, ad tex. *in cap. si Episcopus, 18. dist.* Tamen vocatus à Papa non excusabatur quòd à Rege vocatus fuisset, *l. contra pupillum. §. is qui ad maius, ff. de re iud.* prout declarabat Guid. Papæ *quæst. 443.* scrib. *in cap. cùm parati*, per illum tex. *de appell.* Petro enim vocante omnia 4 erant dimittenda, prout Petrus vocatus omnia dimiserat.

Et quia inimicitiæ quando citatus, vel per ipsum potetat reddere locum tutum transeundo per loca inimicorum stipatus magna caterua, vel implorando superioris auxilium, vt faceret ipsum associari, vel compellere inimicos ad cautiones de non offendendo non excusabant à personali comparitione, Bald. & Imol. *in l. quibus diebus, in princ. ff. de cond. & demon.* Fel. *in capitulo accedens il 2. colum. 3. vt lit. non contestata.* Marianus *in tract. citation. column. 63. aliàs articulo 19. quæstione 5. in fine.*

Præter id quòd huiusmodi impedimentum inimicitiæ non poterat opponi nisi ab habente mandatum speciale, vt notat Bart. *in l. penult. §. ad crimen, col. 1. ff. de publ. iud.*

Et morbus ad hoc vt excusaret, debebat esse adeò 7 grauis, & talis propter quem citatus rebus suis consulere non posset, vult *lex, quæsitum, de re iudic.* quis tamen non erat in casu nostro cùm laboraret Episcopus tantùm podagra.

ARGV

ARGVMENTVM.

Clementina contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum non procedit contra non obtemperantes ipsis literis Apostolicis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria, & ciuilis non repellit procuratorem.*
2 *In vim Clementinæ non possunt moneri nisi qui exequutioni literarum Apostolicarum impedimento sunt.*
3 *Ex proœmio colligitur intentio finalis disponentis.*
4 *Intentio Clementinæ fuit prouidere liberæ exequutioni literarum Apostolicarum.*

RESOLVTIO XXXV.

IN quadam Barchinonen. contrauentionis literarum Apostolicarum pro Antonio Pintor contra fiscum, tenui eundem esse omnino admittendum ad se defendendum per procuratorem, & non debuisse aliquo modo moneri ad perso-
1 naliter comparendum. Cùm pœna adiecta in literis exétionis concessisse beneficiatis de Mari, quibus dicebatur eum contrauenisse, esset pecuniaria, & excommunicationis tantùm, quæ quidem ciuilis erat, nec procuratorem repellebat, ad not. per Batt. & alios *in vulgat. l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iud. in l. seruum quoque, §. publicè interest, ff. de procur.* per Bald. & alios *in l. reos, C. de accusat.* & latè per Marian. Socin. in repetitio. *capit. veniens, columna* 10. *versic. secundò quæro, & column.* 21. *& 27. vers. tertiò quæro, de accusat.*
2 Et in vim Clementinæ non possent moneri nisi qui exequutioni literarum ipsarum impedimento forent.
3 Quia vt apparebat ex illius proœmio, ex quo colligebatur intentio finalis dispositionis *ad l. final. cum simil. de hered. instituend.* & ex toto illius tenore colligebatur quòd Clementina intenderat tantùm prouidere quòd libera esset exequutio, & nullum impedimentum exequutoribus, vel aliis in ipsa exequutione præstaretur, non autem contra non obtemperantes literis Apostolicis inducere nouam pœnam, vel aliam, quàm esset expressa in casu contrauentionis in ipsis literis Apostolicis.

ARGVMENTVM.

Petens debitum solutum non incidit in crimen stellionatus, nisi effectualiter exegerit.

SVMMARIVM.

1 *Non dicitur petiisse, qui effectualiter non exigit.*
2 *Vbi lex requirit effectum non sufficit conatus.*

RESOLVTIO XXXVI.

DIxi Dominum Romilium de Glusiano, qui debitum scienter aliàs sibi solutum à fratribus S. Mariæ de Pace petierat ex sola petitione non incidisse in pœnam criminis stellionatus, quæ ita demũ incurrebatur si sequuta fuerat effectualis exactio, *l. si fideiussor, §. in omnibus, ff. mandati*, & ibi Bat. Bald *in l.* 1. 2. *co-*
1 *lum. in 2. quæst. C. de condict. indeb.* Cùm non diceretur petiisse si sibi nondum satisfactum fuerat, & sic crimen adhuc minimè contractum erat. *l. amplius non petitum*, & ibi Bar. Alex. & alij, *ff. rem ratam haberi*, vt in termin. statuti de pœna peten. debitum iam solutum voluerat Ale-
2 xand. *in consi.* 85. *num.* 4. *vol.* 6. Et maximè quia text. *in d. §.* in omnibus requirebat effectum, vnde conatus nullo

modo puniri poterat, *l. 1. in fin. ff. quod quisque iur. l. penult.* & vtrobique per glos. & scrib. *ff. ne quis eum qui in ius vocat. est, vi exim.*

ARGVMENTVM.

Incendarij ita demum pœna mortis puniantur si incendium sit factum in ciuitate, & combustum ædificium, vel si sint incensores messium.

SVMMARIVM.

1 *Incendiariis pœna vltimi supplicij imponitur.*
2 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
3 *Dolus in criminibus capitalibus etiam vltra propositum non est puniendus.*
4 *Incensores messium puniuntur pœna vltimi supplicij.*
5 *Maximè quando messes sunt prope aliquod ædificium.*
6 *Vel ibi homo combustus fuerit.*
7 *Ex qualitate loci deprehenditur animus non committendi incendium.*
8 *Aetas minor sufficit ad euadendam pœnam vltimi supplicij.*

RESOLVTIO XXXVII.

LIcet aliàs incendariis pœna vltimi suppli- 1
cij de iure imponi videatur, *l. capitalium, §. nonnunquam. ff. de pæn. l. aut facta. §. fin. eod. tit.* notatur *in l. data opera, C. qui accus. non poss. & in l. 1. in princ. C. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui ædes, & l. fin. §. qui data, ff. de incen. ruin. & naufr.* Tamen in quadam Rom. incendij contra nonnullos iuuenes, qui ignem in stabulum Illustriss. D. Oratoris Franciæ, non causa iniurandi ipsum D. Oratorem, nec voluntate comburendi ædificium immiserint, sed animo duntaxat comburendi modicam quantitatem fœni ibi existentem ad finem, vt ipse Dominus Orator credens illud factum culpa magni stabuli è domo sua expelleret eum, tenui talem pœnam non esse eis irrogandam. Cùm propositum, & volun- 2
tas distinguerent maleficia, *cap. cùm voluntate, de sen. excom. l. qui iniuria, ff. de furt.* Dolúsque in criminalibus ca- 3
pitalibus, etiam vltra propositum non est puniendus, vt per Hip. post alios *in l. 1. §. D. Adrianus, ff. ad l. Corn. de sicar.*

Et superiùs allegata loquerentur in incendio facto in ædibus, per quod deformabatur ciuitas, & inferebatur periculum habitantibus. Vel si incensoribus messium in 4
dispendium publicæ vtilitatis maximè quando messes erant prope aliquod ædificium, quod comburi poterat, 5
iuxt. not. per Bald. *in l. data opera in 1. & 2. col.* per Ang. *in ver. incendario, in princ.* per Alber. *in d. l. data opera*, & in aliis locis, de quibus suprà, & ita erat intelligenda distinctio Iacobi de Arena, quã referebat Batt. *in l. apud. ff. de off. Præfect. vigilum.* Bal. & Salyc. post Alber. *vbi supra.*

Nec etiam forsan sufficeret, nisi etiam ibi homo com- 6
bustus fuisset, secundùm Afflict.

Et ex qualitate loci, & modica fœni quantitate ibi- 7
dem existente animus ipsorum deprehenderetur non fuisse incendium committendi, prout nec commissum fuerat. *c. significasti il 2. de homic.* Batt. *in l. Diuus ad l. Cornel. de sicar. & in l. is, qui cum telo. C. eod. tit. & in l. 1.* vbi Batt. & alij. *C. de emendation. seruorum.*

Et ætas ipsorum adeò miserabilis esset, vt sola suffi- 8
ceret ad euadendam pœnam vltimi supplicij, & ad eam diminuendam arbitrio iudicis, multo magis pluribus concurrentibus, videlicet desinentia animi actus, & potentię comburendi ędificium, *l. auxilium, §. in delictis, ff.*

de min. Cuman. *in conf. 95. Christophorus vadens*, Fulg. *in conf. 157. supp. fuo statuto, colum. 1. vers. si autem.* Dec. *in consil. 535. col. 2. vers.*

ARGVMENTVM.

Conceſſio pœnarum ex maleficiis facta communitati comprehendit etiam pœnas prouenientes ex crimine falſi, & fraudationis ſalis.

SVMMARIVM.

1 *In generali remiſſione non venit crimen falſi.*
2 *Remiſſio criminum eſt ita intelligenda.*
3 *Beneficium Principis eſt latiſſimè interpretandum contra ipſum Principem.*
4 *Poteſtas legitimandi eſt latiſſimè interpretanda, ſed ipſa legitimatio strictè.*
5 *Vnicuique licitum eſt habere ſalinas, & ſal fabricare.*
6 *Princeps vſurpauit ſibi ius vendendi ſal ſubditis ſuis.*
7 *Et propterea intereſt Principis, vt communitates recipiant ſal ab eo vendendum, ſed poſtquam recepit nihil ipſius intereſt quomodo vendatur.*

RESOLVTIO XXVIII.



IN alia Interanen. falſorum ponderum pro Mazzatillis contra fiſcum tenui pœnam ad quam agebatur in vim breuis Apoſtolici communitati conceſſi ſpectare ad ipſam communitatem, nō autem ad fiſcum, & Camerā Apoſtolicam, non obſtante quòd in ipſo breui non fuerit facta ſpecialis mētio de pœnis prouenientibus ex crimine falſi, & occaſione fraudationis ſalis. Quia in caſu noſtro nō
1 eramus in remiſſione generali delictorū facta, vt ita poſſit dici crimen falſi non venire, ſecundum not. per Bart. *in l. Lucius, in fin. ff. ad Turpill.* per Hip. *in rub. ff. de fi. col. 3. &*
2 *4. & in conſ. 105. n. 7.* Quæ quidem remiſſio erat strictè intelligenda, ad Bar. Ang. & alios *in l. 2. in princ. de verb. oblig.*
3 Secus in beneficio Principis, quod quidem contra ipſum Principem erat latiſſimè interpretandū, ad not. *in l.*
4 *final. C. de conſt. Princ.* Prout in ſimili de poteſtate legitimandi, & ipſam legitimationem conſuluerat Alexan. *in conſ. 69. perſpectis iis, volum. 6.*
5 Maximè quia de iure communi materia ſalis non dicebatur Principi reſeruata, nec magis priuilegiata, cùm vnicuiq; licitum eſſet habere ſalinas & ſal fabricare, *l. 1. §. quamquā, ff. de cēſib.* gloſ. *in l. diuortio, §. ſi vir. ff. ſol. matrim.*
6 Et quamuis ex quadam conſuetudine Princeps hoc vſurpauerit, adeò quòd nullus ſal ſubditis vendere poſſit niſi ipſe ſolus, vt per Aluar. *in c. vnico, in verbo ſal vendi*
7 *poteſt, quæ ſint regalia Princ. in vſib. feudorum.* tamen in hoc intererat ipſius Principis, vt communitas ab eo ſal reciperet, ſed eo capto à Principe nihil intererat quomodo illa communitas venderet, vel diſtribueret, ideo vendentes illud cum falſis menſuris non magis erant puniendi quàm vendentes piper, & ſimilia.

ARGVMENTVM.

Exceptio partis non interrogatæ an velit accuſare non annullat proceſſum factum, nec impedit faciendum.

SVMMARIVM.

1 *Pars offenſa interroganda eſt priùs an velit agere.*
2 *Verum eſt de conſilio, non autem de præcepto.*
3 *Ab opinione quæ recepta eſt conſuetudine nullo modo eſt recedendum.*
4 *Accuſator ſuperueniens poſt cœptam inquiſitionem non impedit iudicem inquirentem.*
5 *Pars offenſa ſatis eſt quòd interpelletur etiam quòd nihil reſpondeat.*

RESOLVTIO XXXIX.



TENVIMVS in quadam Vicana exceſſuum contra Sebaſtianum de Ancona Epiſcopum Vicanum, Locumtenens Vicàrij mihi adiun- 1
ctus & ego, allegatam exceptionem de parte non interrogata an vellet accuſare cum præfixione termini, iux. not. per gloſ. *in c. presbyter ſi à Plebe 2. q. 2.* quā ſequebatur Bal. *in l. Senatus, C. qui accuſ. non poſſ.* Alex. *in apoſtil. ad Bar. in l. 2. §. ſi publico, in apoſtil. incipien. modum inquiſitionis, ff. de adul.* Hip. *in §. conſtante, num. 39.* Gram. *in conſ. 42. n. 10* non annullare proceſſum factum.
Cùm illud eſſet tantùm præceptum conſultiuum, & 2
non neceſſitatiuum, immo tutius & cautius eſſet iudici inquirere volenti nullum præfigere terminum, ſed ad inquiſitionem procedere, præſertim vbi haberet promtas probationes, vt in caſu noſtro; ſatis enim erat quòd nullus ſe offerebat accuſator, vt per Spec. *in tit. de inquiſ. §. nunc tractemus, ver. porrò ſi proceditur in inquiſitione*, & ibi Io. Andr. *in Apoſtill. per gloſ. in c. qualiter, & quando, il 2.* & ibi Abb. *col. 5. de accuſ.* vbi dicebat limitari, no. *in d. c. Presbyter ſi a plebe*, idem Abb. *in c. inter, col. 2. de purg. cano.*
Quæ quidem opinio quicquid diceret modernus Hi- 3
ſpanus *in ſua pract. crim. can. fol. 8*, qui videbatur intelligere præmiſſa quando non conſtabat de certa perſona offenſa, ſemper ſeruata fuerat, & ſeruabatur in Vrbe, prout erat notorium, immo nedum non petente & apparente manifeſto inſtigatore non cogebatur ſe declarare, à qua conſuetudine non erat aliquo modo recedendum, vulg. *l. minimè, ff. de leg.*
Et minus ſuperſedendum quominus ad vlteriora pro- 4
cederetur, cùm etſi Galletus de cuius intereſſe principaliter agebatur, veniret expreſsè ad cauſam huiuſmodi ipſo ſciente à principio moram in terminis, in quibus modò reperiebatur, non poſſet dictus inquiſitus allegando ſuperueniſſe accuſatorem impedire inquiſitionem, & quia poſſet dicto Galleto imputari negligentia, & quia Curia iam fecerat proceſſum, & iam ferè eramus in calculo expeditionis, & etiam ex aliis notatis per Salyc. *in l. ea quidem, colum. 12. C. de accuſ.* per Felyn. *in dicto capitulo, qualiter, & quando, in fine*, per Aret. *in tract. malefic. in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio.*
Nec erat aliter curandum de dicti Galletti reſponſio- 5
ne, cùm ſatis eſſet quòd interpellatus non veniret.

ARGVMENTVM.

Lacerans literas delegati Sedis Apoſtolicæ & carcerans illas præſentantem cogi poteſt ad perſonaliter comparendum.

SVMMARIVM.

1 *Deprehenſus in habitu non ſuo poteſt impune à iudice non ſuo carcerari.*
2 *Copiæ priuilegiorum quis credere non tenetur.*
3 *Lacerans originale priuilegij alicui conceſſi, extra ordinem venit puniendus.*
4 *Vbi eſt locus pœnæ extraordinariæ quis non debet cogi perſonaliter comparere.*
5 *Impediens exequutionem literarū Apoſtolicarum ſeu mandatorum Apoſtolicorum ex forma Clementinæ poſſunt moneri ad comparendum perſonaliter.*

Verba

6 *Verba si tibi videtur, non recedunt à dispositione iuris communis.*
7 *Fallit si dirigantur iudici aliàs habenti auctoritatē.*
8 *Pro atroci iniuria iudex potest imponere pœnam mortis.*
9 *Vbi pœna est arbitraria potest quis cogi ad personaliter comparendum.*

RESOLVTIO XL.

DEFENDENTES Dominum Gasparem de Chiroga Vicarium Archiepiscopi Toletani à personali compatitione dicebant quòd cùm ipse deprehendisset scholarem Collegij de Alcala in habitu non scholastico potuerat ipsum impu-
1 ne carcerare, *l. si ignoranter, ff. locati, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniur. c. si iudex laicus, de sen. excom. lib.*
2 6. Et postquam constitit sibi eum esse scholarem cùm non teneretur priuilegiis nisi originalibus credere, *c. cùm personæ, de priuil. lib. 6.* not. per glos. *in c. porrò*, & ibi per Abb. *in 1. not. eod. tit.* per Felyn. post alios *in c. cùm in iur. col. 2. vers. dum in isto textu, & ver. amplia istā decretalem, de off. deleg.* Non poterat dici eum contemsisse priuilegia Apostolica dicto Collegio concessa, & minus aliquam pœnam incurrisse ex illorum laceratione.
3 Quinimo, & si originalia ipsa priuilegia lacerasset, non erat tamen nisi extra ordinem puniendus, vt per Host. *in c. accepimus*, & ibi Felyn. *col. penult. vers. vltimò omissis his, & ver. & de comburentis*, iunctis not. per eum *in cap. peruenit il 1. column. fin. vers. sic. dicunt etiam prædicti, de testibus cog.*
4 Et propterea cùm non esset locus alicui pœnæ, & in omnem casum extraordinariæ, non posset nec deberet cogi ad personaliter comparendum, ex not. per Bart. & alios *in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iud. in l. seruum quoq. ff. de procur* plenè per Mar. Soc. *in c. et. c. veniens, col. 10. ver. 2. Quæro vtrum in causa criminali, & col. 21. vers. 10. quæro quid si venit, de accus.*

Sed fuit resolutum ipsum omnino cogi debere ad personaliter comparendum, quia monitus fuerat sub eo prætextu quòd carcerato dicto scholari in quocunque habitu eum deprehendisset dum delegatus Sedis Apostolicæ cum insertione suæ facultatis eundem Gasparem requisiuisset pro relaxatione, vel remissione eiusdem scholaris ad eum vti iudicem competentem in ipsa præsentatione literarum huius delegati, nedum ipsas literas lacerasset, sed & Notarium intimantem carcerari fecis-
5 set. Quo casu dicebatur impediuisse exequutionem literarum, seu mandatorum Apostolicorum, & ita impedientes ex forma Clementinæ moneri poterant ad comparendum personaliter, vt ex illius tenore satis cōstabat.
6 Et quamuis in dicta Clementina diceretur, *si Auditori visum fuisset*, quæ verba à iuris tramite non videbantur recedere, & post Bar. *in Extrauaganti ad reprimendum, in verbo videbitur.* Felyn. *in c. 1. col. antepenult. verbo, & si dicatur secundùm quod tibi videbitur, de const.* Nihilominus præter id
7 quod tanquam relata ad iudicem habentem aliàs auctoritatem aliquid plus vltra iuris communis dispositionem importabat, secundùm Imol. *in l. si filiusfamilias, ff. de donat.* Rectè poterat etiam Auditor monitorium decernere cùm esset iudex ordinarius similium delictorum.
8 Et essemus in casu atrocis iniuriæ factæ summo Pontifici, & Sedi Apostolicæ, quandoquidem huiusmodi delicta in vilipendium auctoritatis Pontificiæ tenderent, vnde meritò Auditor pro huiusmodi crimine imponere potuisset etiam pœnam mortis, secundùm gloss. *in §. summa, Instit. de iniur.* & not. per Alex. *cons. 11 1. numer. 5. vol. 1.* per Gram. *in consil. 36. colum. 2.* per August. de Arim. in add. ad Angel. in verbo...

Et vbi pœna erat arbitraria, poterat quis cogi ad personaliter comparendum, Anchar. *cons. 262.*

Hieron. de Federic. resol. crim.

ARGVMENTVM.

Falsitas commissa in priuata scriptura an possit exquiri per torturam.

SVMMARIVM.

1 *Priuata scriptura nullam fidem facit.*
2 *Falsitas nemini præiudicans non est punibilis pœna l. communi, sed extraordinaria tantùm.*
3 *In crimine stellionatus non est locus torturæ.*
4 *Iudex ex leui suspicione potest moueri, vel ad capturam, vel ad inquisitionem formandam.*
5 *Iudex videtur posse procedere ad capturam etiam sine indiciis, & non constito de corpore delicti.*
6 *Captura in honesta persona dicitur inferre præiudicium irreparabile.*
7 *Falsitas aliquo modo præiudicans punitur pœna l. Corn. de fal.*
8 *Testis de visu non omnino integer non sufficit ad torturam.*
9 *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*
10 *Consuetudo delinquendi facit esse locum pœnæ corporali vbi etiam ex delicto veniret imponenda pecuniaria tantùm.*

RESOLVTIO XLI.

DICEBATVR in illa Vican. excessum pro Se- 1
bastiano de Aucona Episcopo Vicano quòd cùm cedula de cuius falsitate agebatur esset penitus priuata, & nullam fidem facer. *l. exem-*
plo, & l. rationes, C. de probat. Falsitas circa eam commissa 2
vti nemini præiudicans nō erat punibilis pœna l. Corneliæ, sed tantùm extraordinaria ex crimine stellionatus, ad glos. *in l. damnū, C. de fals.* Bal. & Saly. *in l. C. de sepul. viol.* Bal. *in l. si qui dimitto, C. de fals.* Soc. *cons. 62. col. 2. vol....* Aug. de Arim. in addit. ad Ang. *in tract. malefic. in verbo falsario,*
vers. addo tamen, n. 7. Et propterea contra eundem Episco- 3
pum super dicto crimine nō posse procedi ad tormenta, ad tex. *in l. hoc edictum*, & ibi not. *in l. Diuus, ff. de quæst.* per Blanc. *in tit. de quæst. & tor. n. 2.* decis. Neapol. 126. *in princ.*

Sed fuit resolutū quòd ex quo huiusmodi cedula poterat mouere iudicem, vel ad capturā vel ad inuestigan-
dum veritatem, & sic ad recipiendum nomen Galetii in 4
ter reos, cùm ad præmissa Iudex ex qualibet etiam leui suspicione moueri posset. Bald. *in l. quod cum ādi, ff. de condict. ob tur. caus.* Sal. *in l. 2. vers. not. 5. C. de exhib. reis.* Io. And. *in c. si clericus, de sen. excom.* Brun. *in tract. de ind. & tor. carta 74.* Hip. *in l. 1. in princ. ff. de quæst. & in §. constante, num. 4.* Grami. *in cons. 55. col. 1.* Blan. *in repet. l. fin. num. 8. ff. de quæst.*

Immo videretur ad illam posse procedi sine indiciis 5
etiam non constito de corpore delicti, Bald. *in l. consentaneum, col. 3. §. quo. & quando iudex, in l. 2. C. de iis, qui latro. occul. a.* per Ang. *in Auth. de defens. ciuit. §. audient.*

Quæ quidem captura maximè in honesta persona in- 6
ferebat præiudicium irreparabile, vt per Paul. de Cast. *in l. 4. §. condemnatum, circa finē, ff. de re iud.* Bald. *in l. 1. C. de in integr. restit. postul.* & ibi Alex. *in c. Apostol.* Felyn. *in c. cùm super, col. pen. de re iud.* Bertran. *cons. 43. vol. 1.*

Falsitas in dicta cedula commissa quantumuis priua- 7
ta veniebat ex capite legis Corneliæ punienda, Bart. *in l. 1. §. qui in rationibus, & in l. si quis legatum, col. 3. ff. ad l. Corn. de fals.* Bald. & Ang. *in l. viluis, Cod. eod.* Bald. *in d. l. si quis, & in rub. Cod. de fid. instr. col. 9. vers. sed quæro,* Paul. de Castr. *cons. 130. vol. 1.* Ioan. de Anan. *in c. falsidicis, col. 5. de crim. fals.* Corn. *cons. 149. col. 1. in fin. & seq. vol. 3.* Socin. *cons. 186. col. 2. vol. 2. & cons. 104. vol. 1. & in cons. 60. n. 4. vol. 4.* Cassan. *in consuet. Burgund. col. 2.* Cur. sen. *cons. 56. col. 19. num. 43.*

Senatori, per Reuerendos P. D. Visitatorea carcerum fui datus adiunctus, fuit inter me & auditorem dicti Senatoris resolutum, quòd inquisitus ob reuocatam confessionem factam coram dicto Senatore non sedente pro tribunali aliter non docto de errore torqueri posset. Quicquid dixerit Bal. *in l. vnica, col pen. C. de confess.* & post eum Felyn. *in c. & si Clerici, num. 18 de iud. & in c. olim col. 3. in princ. de rescript.* Iaf. *in l. & magistratibus, num. 6. ff. de iud.*

Et hoc per notabilem limitationem Dec. *in d. l. & magistratibus, col. pen. in fine.* vbi dicebat doctrinam Bald. *in d. l. vnica*, procedere quoad iuris dispositionem tantùm, non autem, quòd non remaneret factum, in quo funda-
1 ret indicium ipsum pro tortura. Prout in confessione facta per clericum coram iudice laico: nam quantumcumque esset, nulla tamen sufficiebat ad torturam, quia clarum erat factum remanere: vt per Innoc. *in c. per inquisitionem, vers. sed quomodo, de elect.* & latè per modern. *in d. c. etsi clerici.*

2 Et quòd huiusmodi intelligentia esset vera, ego inter alia adducebam, quòd reus, qui primò confessus erat, deinde reuocabat, negari non poterat, quin esset varius; ergo torquendus, iuxt. not. per Bald. *in l. bona fides, col. 3. ver. item quæro, C. de iureiur. & in l. 2. C. de fid. ins.*

3 Secundò, quòd si reuocatio confessionis faceret, vt quis torqueri non posset ex confessione extraiudiciali, nullus vnquam, vel rarò torqueretur, contra glos. communiter approbatam *in l. capite quinto, ff. de adult.* & sic redderetur frustratoria dicta iuris dispositio, vt per Dec. *in d. c. & si clerici.*

4 Tertiò dicebam, quòd talis reuocatio non erat admittenda, nisi docto de errore, quo minus torqueri posset, cùm esset iterata, & iurata, quo casu si fuisset facta coram iudice pro tribunali sedente, nullo modo forsan reuocari potuisset, ad not. plenè per Hip. *in cons. 113. col. 1.*

ARGVMENTVM.

Confessus interficere hominem, sed ad sui defensionem, vbi aliter non constat de delicto, non potest condemnari ad mortem, sed torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vltimi supplicij nunquam est imponenda etiam ex violentissimis præsumtionibus.*

2 *Innocens, vel etiam culpabilis vltra modum non est condemnandus.*

3 *Tortus pro eruenda qualitate si sustinet tormenta est absoluendus.*

RESOLVTIO XXVI.

IN alta Romana homicidij pro Martino Corso contra Fiscum in qua fui datus adiunctus R. P. D. Almæ Vrbis Gubernatori, qui erat omnino in voto suspendendum dictum Martinum, renui quòd stante confessione sua qualificata, cùm aliter non constaret, nisi ex quibusdam præsumtionibus ipsum homicidio voluntariè astitisse, nullatenus ad pœnam vltimi supplicij posset condemnari, & in hoc votum, licèt cum maxima difficultate eundem D. Gub. reduxi. Per illud singul. dictum Abb. *in cap. audītis, col. penult. de præscript.* quod ibi sequebatur Felyn. *num. 50. & in cap. significasti il 2. numer. 13. de homicid. & in cap. cum ven.* vbi etiam Dec. *num. 20. de except.* Alex. *in l. non solum, §. sciendum. ff. de op. nou. nuncia.* Socin. *in l. 1. numer. 12. ff. de vulg. & pupill.* nouissimè Grammat. *in voto 2. in prim.* & Aleiat. plenè *in l. 1. §. si quis simpliciter, numer. 77. ff. de ver. oblig.*

Et dicebam quòd illæ præsumtiones, propter quas ex aduerso inferebatur, non militant dictum Abb. bene sufficiebant, vel ad eruendum per tormenta, & quæstiones explicitam confessionem de delicto, vt per Gram. & Aleiat. in locis præallegatis, vel ad imponendam aliam
pœnam citra vltimum supplicium, cùm illa etiam ex vio- 1
lentissimis præsumtionibus, nunquam esset imponenda, ad not. *in c. 2. de præsumtio. & in c. 3. loco. de prob.* per Gand. *in tract. suo de maleficio, sub rub. de præsumtio. & indic. column. final.*

2 Nam infitiari non poterat, quinetiam stantibus præsumtionibus prædictis res potuerit esse, & processisse eo modo, quo illam narrabat dictus Martinus, & sic de facili posset innocens, vel etiam culpabilis vltra modum, & nimis rigorosè condemnari, contra *l. absentem, ff. de pæn. & auth. omnes peregrini, C. eod.*

3 Et quia præsumtiones aliquæ erant, vt dixi, contra ipsum, quòd animo deliberato astiterat; ego consulebam potius ad triremes condemnandum, quàm quæstionem de eo super explicita confessione sumendam, quia potuisset de facili, prout credendum erat, cùm esset Corsus, iuuenis, & robustus, tormenta sustinere, & ita impunitus euadere, iuxt. not. per Gram. *in dicto voto 2. num. 9.* & per Alciat. *in d. § si quis simpliciter.*

Et nihilominus de communi voto tortus contra opinionem meam statim eleuatus fassus fuit astitisse voluntariè dicto homicidio.

ARGVMENTVM.

Qualitas indiciorum præcedentium ad effectum reponendi reum reuocantem confessionem in tormentis factam est multum ponderanda.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in tormentis si reuocetur facit indicium ad torturam.*

2 *Modum quæstionis lex arbitrio iudicis relinquit.*

3 *Iudex torturam adhibere debet secundùm qualitatem delicti indiciorum, & personæ.*

4 *Arbitrium iudicis regulari debet secundùm dispositionem iuris communis.*

RESOLVTIO XXVII.

1 CVM Iulianus Cherubini post reuocationem confessionis factæ iterum tortus fuerit, prout iuridicè poterat, ex not. per Bald. *in leg. vnica, §. 1. ff. de quæstio.* per Bald. *in l. bona fides, C. de iureiur.* per Parid. de Puteo *in tract. Synd. car. 27. in verbo, de repetitione*; & post huiusmodi torturam nil aliud superuenerit, non videbatur mihi pro vlterioris quæstionis repetitione, seu illius continuatione rectè a fisci procuratore instari.

Quia prima indicia, ex quibus processum fuerat ad quæstionem, non erant multum vrgentia, adeò quòd, forsan etiam sequuta reuocatione vlterius torqueri non poterat, ad Salyc. *in l. 2. col. vlt. vers. quæro tunc, C. de cust. reorum.* Bar. *in d. l. vnica, & in l. qui sicut, ff. de quæstio.* Bald. *in l. obseruare. C. quorum appellationes.* Aret. *in tract. malef. in verbo comparent dicti inquisiti, & negant totum, col. 2.* cum cumulatis per Cepol. *cons. 32. col. 8.*

2 Et licèt modum quæstionis lex arbitrio relinqueret, *in l. quæstionis modum, & in l. de minore, §. tormenta, ff. de*
quæstio. Tamen debet iudex torturam adhibere secun- 3
dùm qualitatem delicti indiciorum, & personæ inquisiti, vt dicebat text. *in d. §. tormenta, & in l. 1. in princ. & in leg.*
edict. eodem tit. Et sic arbitrium suum secundùm ius com- 4
mune regulare, ad Bart. *in extrauaganti ad reprimen. in verbo videbitur, & in l. si in lege, ff. locati.* Paris. *in cons. 151. numer. .. vol. 4.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Testis siue sit varius, siue contra eum sint indicia, quòd sciat veritatem, pro illa eruenda potest torqueri denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Testis contra quem est præsumtio, quòd sciat veritatem, potest torqueri pro illa eruenda.*
2 *Idem quando vacillat.*
3 *Testi non datur copia indiciorum.*
4 *Bar. in §. iudex, simpliciter loquitur non tantùm in casu vacillationis.*
5 *Quod probatur etiam auctoritate Aretini in loco hîc allegati.*
6 *Testis potest multa adducere aduersùs suas contrarietates.*

RESOLVTIO XXVIII.

IN alia Toletana prætensæ falsitatis pro fisco contra Ariam Gundisalui Comitem de Pugno rostro, conclusimus Locumtenens Gubernatoris mihi adiunctus, & ego Didacum de Ema pro indiciis ab eo eruendis posse quæstionibus
1 supponi. Tum quia contra eum erant indicia, & præsumtiones quòd sciret aliquid circa huiusmodi falsitatem, ad not. per Bar. *in l. 1. in princ. & in §. quest. ff. de quest.* per Bald. *in l. milites, circa medium. C. eo. in l. 3. ad l. Iul. de adult.* latè per Brun. *in tract. de indic. & tortura, car. 32. num. 15.* Gram. *in cons. 40. num. 21. & in voto 31. num. 20.*

2 Tum quia vacillabat in eius dictis, & modò vnum, modò aliud asserueiat, ad Bal. *in l. ex libero. ff. de quest.* Alex. *in cons. 58. vol. 1.* Socin. *in cons. 253. col. 2. ver. præterea ille testis, vol. . .* Bal. *in cons. 101. vol. 1.* Cepol. latè *in cons. 61.* Ang. *in sua practica, in verbo, comparent dicti inquisiti, & totum negant, num. 18. ver. quæro an testes.*

3 Et nullam in vtroque ex casibus prædictis esse dandam copiam indiciorum, antequam torquerentur, ex not. per Bar. *in l. vnius, §. iudex. ff. de quæstion.* & ibi Pomat. *in apostillis*, & Hip. *in fin. verb.* Qui Bart. simpliciter loque-
4 batur, cùm tractabantur de torquendo testem, & non solùm, quando vacillabat, prout ex aduerso considerabatur propter illa verba, videlicet quædam sunt indicia, quæ comprehenduntur ex dictis, quæ causam principalem tangunt, quasi quòd in casu vacillationis, ideo esset deneganda copia, quia clarum erat nullam sibi competere defensionem.

5 Nam quòd etiam ita deberet fieri, vbi testis torquebatur ex indiciis, quæ contra eum erant ab extra, & non solùm quando vacillabat, voluerat Aret. *in d. tract. in ver. fama publica, car. 92. ver. quæro, quo casu testes,* & Brun. *in loco supradicto,* allegando Bar. *in d. §. iudex.*

6 Sicut enim poterat testis aduersùs indicia pro eius defensione aliquid adducere, propter quod inferebatur eo casu dandam esse copiam cùm caderet disputatio, ita poterat aduersùs suas varietates allegare multa ad se saluandum, de quibus per Hip. *in l. eos. ff. de fals.*

Nec erat verum quòd Bar. loqueretur tantùm in casu vacillationis, quia non specificabat magis de indiciis resultantibus ex dictis ipsius testis, quàm ex aliorum depositionibus, sed simpliciter de dictis, quæ causam principalem tangebant, vt colligebatur ex primo membro distinctionis ipsius, & ex dictis per Hip. ibi circa finem, & clatè demonstrabatur ex tex. super quo idem Bar. scribebat, in quo nihil penitus de vacillatione, sed imò de indiciis ab extra, quando videlicet asserebatur testem interfuisse facto de quo quærebatur.

ARGVMENTVM.

Testis super inquisitione generali potest torqueri denegata copia.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet, vt vnus de populo admittitur vbi solùm agitur de defensione alicuius imputati de aliquo crimine.*
2 *Copia indiciorum est concedenda cuicunque inquisito de crimine.*
3 *Testis varius, vel conuictus de mendacio de falso tenetur.*
4 *Iudex in ciuilibus potest torquere principaliter ad veritatem priuatam in consequentiam ad vindictam publicam.*
5 *Attenditur quod principaliter agitur, & non quod in consequentiam.*
6 *In generali inquisitione testis inhabilis etiam admittitur.*
7 *Testis torquendus ante torturam auditur in propositione exceptionum contra personas deponentes cõtra eum.*
8 *Cautela in criminalibus recipiendi testes informatiuos inualuit propter timorem subornationis.*

RESOLVTIO XXIX.

IN eadem Toletana subornationis contra eundem Comitem fuit resolutum quòd Martinus de Guadalágiar alter testis, contra quem similiter erant indicia, quòd sciret veritatem circa huiusmodi falsitatem, quam tamen recusabat propalare, & aliàs in dict. suis variabat posset subiici tormentis, non obstantibus protestationibus petitionis copiæ indiciorum tam per eum, & eius nomine per quendam tanquam vnum de populo, quàm pro parte dicti Comitis factis. Quia cùm examinaretur tanquã testis, sibi non erat danda aliquo modo copia ex deductis in præcedenti decisione, & si sibi denegabatur, multo fortius alteri pro eo competenti erat deneganda.

Et maximè quia pro ipso carcerato non poterat comparere aliquis tanquam vnus de populo, cùm id solùm esset permissum vbi contra aliquem carceratum procederetur super crimine ad effectum eundem puniendi, secundùm not. *in l. penult. §. ad crimen. de publ. indic. in l. non tantùm, de appellat.* 1

Nec obstare dicebam illud quod ex aduerso replicabatur, quòd videlicet d. Martino non poterat denegari huiusmodi copia, quia omni casu ipse videbatur teneri tanquã delinquens cui semper erat concedenda. *l. custodias, de publ. indic.* & not. *in l. vnius, §. cognituram, de quæst.* 2
cum aliis. Nam siue esset varius, per textum *in l. qui varia, vel falsa, ff. de test.* & not. *in l. eos, de fals.* & prout notat 3
Bald. *in cons. 101. num. 6. vol. 1.* siue conuinceretur quòd veritatem sciret, & illam subticeret, de falso tenebatur. ad not. per Bald. *in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler.*

Quia non agebamus modò principaliter contra istum ad effectum eundem puniendi de crimine quod non poterat adhuc dici perfectum, nec consummatum, sed duntaxat ad habendũ veritatem super inquisitione, licèt forsan in consequentiã veritate reperta extraordinariè puniri posset ratione veritatis & periurii, ac attentati criminis in veritate subticenda, prout dicebamus in iudice ciuili qui principaliter poterat torquere ad veritatem habendam ad priuatam vtilitatem, & in consequentiã 4
puniri ad vindictã publicã, iux. not. *in l. nullum, C. de testib.* Et 5
attendebatur id quod principaliter agebatur, non autem quod in consequentiam. vulg. *l. non omnes, ff. si cert. petat.*

Minuique

6 Mínúsque protestatio dicti Comitis erat in hoc casu admittenda, cùm non examinaretur dictus Martinus nunc cōtra ipsum Cmnitem, ita vt militare possent, not. *in l. 1. §. si quis dicatur ff. de quæst.* sed tantùm super ipsa generali inquisitione in qua nullibi prohibitum reperiebatur quòd iudex non posset recipere quoscunque testes etiam inhabiles, immo reperiebatur permissum, secundùm not. per Ant. de But. *in c. qualiter, & quando col. 5. num.* 17. & ibi Anchar. *col. 3. in fine*, & Io. Andr. *col. 6. similiter in fine, de accusat.* gloss. *in c. cum I. & A. de re iud.* Grain. *in consil. 45. num. 12. & in cons. 58. num. 5. & in cons. 59. num. 14.*

7 Et quamuis ipse Martinus in propositione exceptionum respicientium personas eorum qui fuerant contra eum examinati, esset audiendus, iuxta docti. Bart. *in dicto §. index*, non erat tamen ponendus ad largam propter ti-
8 morem subornationis, propter quem inualuerat etiam practica in criminalibus recipiendi testes parte non citata, secundùm Bald. *in l. si quando, num. 5. C. de testib.* & per Ioan. Mileum *in eius pract. criminali fol. 11. in verbo, seorsum.*

Et quia standum fuisset semper primo dicto, & non secundo, etiam quòd secundum esset in tormentis, vt per Angel. *in l. final. column. 2. C. de quæst.*

ARGVMENTVM.

Procurator in causa nullitatis simoniæ criminalis admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Vbi crimen discutitur Procurator reiicitur, ne sententia reddatur elusoria.*
2 *Procurator admittitur vbi crimen opponitur per modum exceptionis.*
3 *Idem vbi opponuntur exceptiones dilatoriæ.*

RESOLVTIO XXX.

QVOD in causa nullitatis sententiæ criminalis possit procurator interuenire, voluit Bened. de Plumb. referens Baldum quem appellat Doctorem suum *in l. pen. §. ad crimen, num. 99. de publicis iudic.* Firman. *in suo repertorio, in verbo Procurator, in criminalibus*, ibi, *procurator potest interuenire*, allegando tex. pro singulari *in cap. hac quippe, in verbo sane*, & ibi glos. *in verb. expulsis 3. q. 6.* Hip. *in sua pract. in verbo sequitur, num. 6. & num. 30. in cons. 29. num. 14. & cons. 39. num. 61.*

1 Et ratio videtur esse, quia in huiusmodi causa nullitatis non discutitur crimen, in cuius discussione procurator repellitur, ne sententia reddatur elusoria, iux. not. *in l. pen. §. ad crimen ff. de publ. iud. & in l. seruum quoque, §. publicè interest ff. de procur.* Rot. *decis. 482. n. 2. in nouis.*

2 Et hinc videmus quòd vbi opponitur crimen per modum exceptionis, ibi procurator interuenit, *cap. super his*, & ibi Abb. *in vlt. notabili de accusat.* Et etiam ad opponen-
3 dum exceptiones dilatorias vt inepti libelli, & incompetentiæ iudicis, ex not. *in d. §. ad crimen*, & per Salyc. *in l. reos, num. 16. C. de accusat.* & ita tenor in vna Senogalin præ tensorum excessuum pro Barth. balthass.

ARGVMENTVM.

Clementina cōtra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum procedit in omni impedimento exequutionis earumdem, præstito etiam aliter quàm in vim priuilegiorum, de quibus in eo.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio pœnalis est ita intelligenda ne elusoria reddatur.*
2 *Fatua credulitas excusat à dolo.*
3 *Cui conceditur id quod est pluris, conceditur id quod est minus.*
4 *Casus expressus tamquam communiter accidens non facit quin constitutio locum habeat in alio casu non expresso.*
5 *Constitutio referens se ad aliam constitutionem, secundum illam intelligi debet.*

RESOLVTIO XXXI.

VOLVERVNT Reuerend. Domini Auditor. & Vrbis Gubernator in quadā Oscen. excessuum contra Episcopum Oscen. dispositionem Clementinæ contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum procedere in omni casu præstiti cuiuscunque impedimenti etiam, præterquam in vim priuilegiorum, & constitutionum synodalium, de quibus in dicta Clementina. Quia licèt huiusmodi constitutio es- 1
set pœnalis, erat tamen ita intelligenda, ne elusoria redderetur. *c. si ciuitas, de sent. excom. c. quāquam, de vsur. lib. 6.* Felyn. *in c. Rodulphus col. 1. & seqq. de rescript.* quod de facili in casu nostro eueniret, si de illo solo impedimento intelligeretur.

Maximè quia si Auditori concedebatur facultas mo- 2
nendi vbi quis virtute priuilegij exequutionem literarum Apostolicarum impediebat, qui aliquam excusationem prætendere poterat propter fatuam credulitatem à priuilegio inductā, quæ à dolo excusabat, ad glos. & Angel. *in l. plagij, C. ad l. Flauiam de plagia. in l. 1. § fin. ff. de eo per quem factum erit.* Ias. *in l. si quis id quod, col. 8. de iurisd. om. iud. & in l. si quis maior, col. 1. C. de transact. & in cons. 84. col. 4. vol. 1.* quod erat plus, multo fortius præsumendum erat concessisse id quod erat minus, vt *in reg. cui licet, de reg. iur. in* 3
6. & in l. non debet. eo. tit.

Et quòd expresserit dictū casum impedimenti in vim priuilegiorum, tamquam quod magis communiter eue- 4
niret, non autē quia non deberet idem esse, quando quis propria temeritate impediret, arg. not. per glos. *in l. 1. §. fin autē in verbo sponte, C. de rap. virg.* per Felyn. *in c. ad aud. etiam il 1. col. penul. de rescrip.* per Alex. *cons. 119. col. fin. vol. 6.*

Quod expressè demonstrauerat confirmando constitutionem Leonis, in qua cauebatur indistinctè contra 5
impedientes quocunque modo exequutionem dictarum literarum, & dum etiam in facultate quam Aud. dabat, subiunxerat vel impedientibus præmisso siue alio quouis modo, & etiam per relationem ad Bullam in Cœna Domini, in qua indifferenter excommunicabantur omnes quouis modo impedientes, licèt magis specialiter in omnibus expressum fuisset de impedimentis in vim constitutionis synodalis tamquā frequentiùs occurrentibus.

ARGVMENTVM.

Clementina prædicta procedit etiam contra impedientes exequutionem literarum delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ delegatorum propriè non dicuntur litteræ Apostolicæ.*
2 *Impedientes exequutionē litterarum Apostolicarum puniuntur.*
3 *Appellatione mandatorum Apostolicorum veniunt mandata delegatorum.*
4 *Delegatus in causa delegata dicitur gerere vices delegantis.*
5 *Delegatus in causa delegata est maior quocunque ordinario.*

6 *Ordinarius ad mandatum delegati tenetur exequi eius sententiam, siue iusta, siue iniusta.*

7 *Practica ponendi in litteris delegatorum clausulam, nostris huiusmodi, imò veriùs Apostolicis formiter obedire mandatis.*

RESOLVTIO XXXII.

COncluserunt in eadem Domini prædicti, dispositionem dictæ Clementinæ verificari etiam contra eos, qui litteras delegatorum
1 impediebant. Quamuis enim tales litteræ
non dicerentur propriè litteræ Apostolicæ, adeò quòd faciens aliquid circa eas non incidebat in pœnas, in quas committens circa litteras Apostolicas, de quibus *in cap. ad falsariorum, de crim. fals.* prout notabatur per Abb. *in cap. olim ex litteris, in secundo notab. de rescript.* per Hostien. &
2 alios *in cap. ex litteris, de fid. instrum.* Tamen dicebatur exequutores litterarum Apostolicarum cùm tenderent ad exequutionem causæ commissæ per litteras Apostolicas, & Bulla non loquebatur simpliciter contra impedientes ipsas litteras Apostolicas, sed contra impedientes illarum exequutionem, & exequutores, & per consequens impediens litteras delegatorum Sedis Apostolicæ, dicebatur impedire exequutionē litterarum Apostolicarum.

3 Et præsertim, quia in dicta Clementina nō dicebatur de impedientibus exequutionem litterarum prædictarum tantùm, sed etiam mandatorum Apostolicorum,
4 quorum appellatione veniebant mandata delegatorum, *cap. 194. ostien. ibi, nostra per eum repræsentetur authoritas, cap. cùm in iure peritus, ibi, autoritate qua fungitur, de officio deleg.*
5 Et erat maior quocunque ordinatio, *cap. Pastoralis, §. fin. de off. ord.*

6 Imò ad eius mandatum tenebatur ordinarius exequi illius sententiam, siue iustam, siue iniustam, *cap. Pastoralis, §. qui verò sæpe, ead. tit. de off. deleg.*

7 Et hinc molecterat practica, quòd in mandatis delegatorum ponebatur clausula, nostris huiusmodi, immo veriùs Apostolicis semper obedire mandatis.

ARGVMENTVM.

Clementina prædicta ad effectum, vt decerni possit monitorium, non requirit quòd Auditor per seipsum testes examinet.

SVMMARIVM.

1 *Vbi eligitur industria personæ non potest per alium explicari.*

2 *Verba illa, de quibus in Clementina, videlicet,* receptis per eum, *quomodo intelligantur.*

3 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

4 *Facultas procedendi extraiudicialiter operatur, vt index moneri possit ex probationibus, etiam in actis non reductis.*

5 *Ex testibus per remissoriam examinatis deueniri potest ad diffinitiuam.*

RESOLVTIO XXXIII.

VOLVERVNT etiam non esse necessarium ad effectum, vt auditor posset decernere monitorium in vim dictæ Clementinæ testes esse exa-
1 minatos super impedimentis in Curia ipsius Auditoris, etsi adessent illa verba, receptis priùs per eum desuper aliquibus probationibus, quasi quòd videretur electa industria personæ ad huiusmodi testium receptionem, ex
2 not. Sed sufficere vbicumque, & per quemcumque essent examinati, dummodo pro indiciis coram eo producti, & per ipsum Auditorem recepti essent, per quam productionem, & receptionem satis dicebantur verificata illa verba, receptis priùs per eum.

Et maximè, quia sic intelligendo de testibus tantum 3
excluderetur omnis alia species probationis, quæ tamen ab ipsa Clementina non excluditur, cùm dicat in genere, receptis probationibus, & sic non magis de testibus quàm de scripturis, & aliis probationibus.

Eo magis, quia in prædicta Clementina datur sibi 4
facultas monendi ex probationibus extraiudicialibus, adeò quòd procedere posset etiam absque eo quòd in actis aliquid reduceret. Nam aliàs sequeretur, quòd receptis probationibus de mandato dicti Auditoris per
alium iudicem si per ipsummet deberent recipi, non pos- 5
set decerni monitorium, cùm nihilominus ex illis posset deueniri ad diffinitiuam sententiam, iuxt. not. *in auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instr. in c. constitutus, de fideiuss. & in cap. cùm causam, de test.*

ARGVMENTVM.

Impedimenta voluntaria, & non necessaria nòn excusant à personali comparitione.

SVMMARIVM.

1 *Electio officij tamquam voluntarium impedimentum, & non necessarium non excusat.*

2 *Vocatus ab Episcopo, & Rege, tenetur comparere coram Rege.*

3 *Vocatus tamen à Papa, non excusatur quòd à Rege vocatus fuerit.*

4 *Petro vocante omnia dimittenda sunt.*

5 *Inimicitiæ, an & quando excusent à personali comparitione.*

6 *Impedimentum inimicitiæ non potest opponi nisi ab habente speciale mandatum.*

7 *Morbus ad hoc vt excuset debet esse grauis.*

RESOLVTIO XXXIV.

IN illamet decreuerunt Episcopum omnino arctari ad personaliter comparendum, reiectis allegatis impedimentis. Quia electio 1
officij erat voluntarium impedimentum, & non necessarium, & propterea non excusabat, Bar. *in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscrip.* Alex. & Ias. *in l. 2. §. si quis in iud. ff. si quis cautio.*

Et licèt vocatus ab Episcopo & Rege teneretur com- 2
parere coram Rege, ad tex. *in cap. si Episcopus, 18. dist.* Ta- 3
men vocatus à Papa non excusabatur quòd à Rege vocatus fuisset *l. contra pupillum. §. si qui ad maius, ff. de re iud.* prout declarabat Guid. Papæ *quæst. 443.* scrib. *in cap. cùm parati*, per illum tex. *de appell.* Petro enim vocante omnia 4
erant dimittenda, prout Petrus vocatus omnia dimiserat.

Et quia inimicitiæ quando citatus, vel per ipsum po- 5
terat reddere locum tutum transeundo per loca inimicorum stipatus magna caterua, vel implorando superioris auxilium, vt faceret ipsum associari, vel compellere inimicos ad cautiones de non offendendo non excusabant à personali comparitione, Bald. & Imol. *in l. quibus diebus, in princ. ff. de cond. & demon.* Fel. *in capitulo accedens il 2. colum. 3. vt lit. non contestata.* Marianus *in tract. citation. column. 63. aliàs articulo 19. quæstione 5. in fine.*

Præter id quòd huiusmodi impedimentum inimici- 6
tiæ non poterat opponi nisi ab habente mandatum speciale, vt notat Bart. *in l. penult. §. ad crimen, col. 1. ff. de publ. iud.*

Et moribus ad hoc vt excusaret, debebat esse adeò 7
grauis, & talis propter quem citatus rebus suis consulere non posset, vult *lex, quæsitum, de re iudic.* quis tamen non erat in casu nostro cùm laboraret Episcopus tantùm podagra.

ARGVMENTVM.

Clementina contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum non procedit contra non obtemperantes ipsis literis Apostolicis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria, & ciuilis non repellit procuratorem.*
2 *In vim Clementinæ non possunt moneri nisi qui exequutioni literarum Apostolicarum impedimento sunt.*
3 *Ex proœmio colligitur intentio finalis disponentis.*
4 *Intentio Clementinæ fuit prouidere liberæ exequutioni literarum Apostolicarum.*

RESOLVTIO XXXV.

IN quadam Barchinonen. contrauentionis literarum Apostolicarum pro Antonio Pintor contra fiscum, tenui eundem esse omnino admittendum ad se defendendum per procuratorem, & non debuisse aliquo modo moneri ad perso-
1 naliter comparendum. Cùm pœna adiecta in literis exẽtionis concessisse beneficiatis de Mari, quibus dicebatur cum contrauenisse, esset pecuniaria, & excommunicationis tantùm, quæ quidem ciuilis erat, nec procuratorem repellebat, ad not. per Bart. & alios *in vulgat. l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iud. in l. seruum quoque, §. publicè interest, ff. de procur.* per Bald. & alios *in l. reos, C. de accusat.* & latè per Marian. Socin. in repetitio. *capi. veniens, columna* 10. *versic. secundò quæro, & column.* 21. & 27. *vers. tertiò quæro, de accusat.*

2 Et in vim Clementinæ non possent moneri nisi qui exequutioni literarum ipsarum impedimento forent.

3 Quia vt apparebat ex illius proœmio, ex quo colligebatur intentio finalis dispositionis *ad l. final. cum simil. de hered. instituend.* & ex toto illius tenore colligebatur quòd Clementina intenderat tantùm prouidere quòd libera esset exequutio, & nullum impedimentum exequutoribus, vel aliis in ipsa exequutione præstaretur, non autem contra non obtemperantes literis Apostolicis inducere nouam pœnam, vel aliam, quàm esset expressa in casu contrauentionis in ipsis literis Apostolicis.

ARGVMENTVM.

Petens debitum solutum non incidit in crimen stellionatus, nisi eectualiter exegerit.

SVMMARIVM.

1 *Non dicitur petiisse, qui effectualiter non exigit.*
2 *Vbi lex requirit effectum non sufficit conatus.*

RESOLVTIO XXXVI.

DIxi Dominum Romilium de Glusiano, qui debitum scienter aliàs sibi solutum à fratribus S. Mariæ de Pace petierat ex sola petitione non incidisse in pœnam criminis stellionatus, quæ ita demũ incurrebatur si sequuta fuerat effectualis exactio, *l. si fideiussor, §. in omnibus, ff. mandati*, & ibi Bar. Bald. *in l. 1. 2. co-
1 lum. in 2. quæst. C. de condict. indeb.* Cùm non diceretur petiisse si sibi nondum satisfactum fuerat, & sic crimen adhuc minimè contractum erat. *l. amplius non petitum*, & ibi Bar. Alex. & alij, *ff. rem ratam haberi*, vt in termin. statuti de pœna peten. debitum iam solutum voluerat Ale-
2 xand. *in consi. 83. num. 4. vol. 6.* Et maximè quia text. *in d. §. in omnibus* requirebat effectum, vnde conatus nullo

modo puniri poterat, *l. 1. in fin. ff. quod quisque iur. l. penult.* & vt vbique per glos. & scrib. *ff. in quis eum qui ius vocat. est, vt exim.*

ARGVMENTVM.

Incendiarij ita demum pœna mortis puniantur si incendium sit factum in ciuitate, & combustum ædificium, vel si sint incensores messium.

SVMMARIVM.

1 *Incendiariis pœna vltimi supplicij imponitur.*
2 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
3 *Dolus in criminibus capitalibus etiam vltra propositum non est puniendus.*
4 *Incensores messium puniuntur pœna vltimi supplicij.*
5 *Maximè quando messes sunt prope aliquod ædificium.*
6 *Vel ibi homo combustus fuerit.*
7 *Ex qualitate loci deprehenditur animus non committendi incendium.*
8 *Aetas minor sufficit ad euadendam pœnam vltimi supplicij.*

RESOLVTIO XXXVII.

LICET aliàs incendariis pœna vltimi suppli- 1
cij de iure imponi videatur, *l. capitalium, §. nonnunquam. ff. de pœn. l. aut facta. §. fin. eod. tit.* notatur in *l. data opera, C. qui accus. non poss. & in l. 1. in princ. C. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui ades, & l. fin. §. qui data, ff. de incen. ruin. & naufr.* Tamen in quadam Rom. incendij contra nonnullos iuuenes, qui ignem in stabulum Illustriss. D. Oratoris Franciæ, non causa iniurandi ipsum D. Oratorem, nec voluntate comburendi ædificium immiserint, sed animo duntaxat comburendi modicam quantitatem fœni ibi existentem ad finem, vt ipse Dominus Orator credens illud factum culpa magni stabuli è domo sua expelleret eum, tenui talem pœnam
non esse eis irrogandam. Cùm propositum, & volun- 2
tas distinguerent maleficia, *cap. cùm voluntate, de sen. excom. l. qui iniuria, ff. de furt.* Dolúsque in criminalibus ca- 3
pitalibus, etiam vltra propositum non est puniendus, vt per Hip. post alios *in l. 1. §. D. Adrianus, ff. ad l. Corn. de sicar.*

Et superiùs allegata loquerentur in incendio facto in ædibus, per quod deformabatur ciuitas, & inferebatur
periculum habitantibus. Vel si incensoribus messium in 4
dispendium publicæ vtilitatis maximè quando messes
erant prope aliquod ædificium, quod comburi poterat, 5
iuxt. not. per Bald. *in l. data opera in 1. & 2. col.* per Ang. *in ver. incendario, in princ.* per Alber. *in d. l. data opera*, & in aliis locis, de quibus suprà, & ita erat intelligenda distinctio Iacobi de Arena, quã referebat Bart. *in l. apud ff. de off. Præfect. vigilum.* Bal. & Salyc. post Alber. *vbi supra.*

Nec etiam forsan sufficeret, nisi etiam ibi homo com- 6
bustus fuisset, secundùm Afflict.

Et ex qualitate loci, & modica fœni quantitate ibi- 7
dem existente animus ipsorum deprehenderetur non fuisse incendium committendi, prout nec commissum fuerat. *c. significasti il 2. de homic.* a att. *in l. Diuus. ad l. Cornel. de sicar. & in l. is, qui cum telo. C. eod. tit. & in l. 1.* vbi Bart. & alij. *C. de emendation. seruorum.*

Et ætas ipsorum adeò miserabilis esset, vt sola suffi- 8
ceret ad euadendam pœnam vltimi supplicij, & ad eam diminuendam arbitrio iudicis, multo magis pluribus concurrentibus, videlicet desinentia animi actus, & potentię comburendi ędificium, *l. auxilium, §. in delictis, ff.*

de min. Cuman.*in conf. 95. Christophorus vadens*, Fulg. *in conf. 157. supp. suo statuto, colum. 1. vers. si autem.* Dec. *in consil. 535. col. 2. vers.*

ARGVMENTVM.

Concessio pœnarum ex maleficiis facta communitati comprehendit etiam pœnas prouenientes ex crimine falsi, & fraudationis salis.

SVMMARIVM.

1 *In generali remissione non venit crimen falsi.*
2 *Remissio criminum est ita intelligenda.*
3 *Beneficium Principis est latissimè interpretandum contra ipsum Principem.*
4 *Potestas legitimandi est latissimè interpretanda, sed ipsa legitimatio strictè.*
5 *Vnicuique licitum est habere salinas, & sal fabricare.*
6 *Princeps vsurpauit sibi ius vendendi sal subditis suis.*
7 *Et propterea interest Principis, vt communitates recipiant sal ab eo vendendum, sed postquam recepit nihil ipsius interest quomodo vendatur.*

RESOLVTIO XXVIII.

IN alia Interanen. falsorum ponderum pro Mazzatillis contra fiscum tenui pœnam ad quam agebatur in vim breuis Apostolici communitati concessi spectare ad ipsam communitatem, nõ autem ad fiscum, & Camerã Apostolicam, non obstante quòd in ipso breui non fuerit facta specialis mẽtio de pœnis prouenientibus ex crimine falsi, & occasione fraudationis salis. Quia in casu nostro nõ
1 eramus in remissione generali delictorũ facta, vt ita possit dici crimen falsi non venire, secundùm not. per Bart.
in l. Lucius, in fin. ff. ad Turpill. per Hip. *in rub. ff. de sil. col. 3. &*
2 *4. & in cons. 105. n. 7.* Quæ quidem remissio erat strictè intelligenda, ad Bar. Ang. & alios *in l. 2. in princ. de verb. oblig.*
3 Secus in beneficio Principis, quod quidem contra ipsum Principem erat latissimè interpretandũ, ad not. *in l.*
4 *final. C. de const. Princ.* Prout in simili de potestate legitimandi, & ipsam legitimationem consuluerat Alexan. *in cons. 69. perspectis iis, volum. 6.*
5 Maximè quia de iure communi materia salis non dicebatur Principi reseruata, nec magis priuilegiata, cùm vnicuiq; licitum esset habere salinas & sal fabricare, *l. 1. §. quamquã. ff. de cẽsib.* glos. *in l. diuortio, §. si vir. ff. sol. matrim.*
6 Et quamuis ex quadam consuetudine Princeps hoc vsurpauerit, adeò quòd nullus sal subditis vendere possit nisi ipse solus, vt per Aluar. *in c. vnico, in verbo sal vendi*
7 *potest, quæ sint regalia Princ. in vsib. feudorum.* tamen in hoc intererat ipsius Principis, vt communitas ab eo sal reciperet, sed eo capto à Principe nihil intererat quomodo illa communitas venderet, vel distribueret, ideo vendentes illud cum falsis mensuris non magis erant puniendi quàm vendentes piper, & similia.

ARGVMENTVM.

Exceptio partis non interrogatæ an velit accusare non annullat processum factum, nec impedit faciendum.

SVMMARIVM.

1 *Pars offensa interroganda est priùs an velit agere.*
2 *Verum est de consilio, non autem de præcepto.*
3 *Ab opinione quæ recepta est consuetudine nullo modo est recedendum.*
4 *Accusator superueniens post cœptam inquisitionem non impedit iudicem inquirentem.*
5 *Pars offensa satis est quòd interpelletur etiam quòd nihil respondeat.*

RESOLVTIO XXXIX.

TENVIMVS in quadam Vicana excessuum contra Sebastianum de Ancona Episcopum Vicanum, Locumtenens Vicarij mihi adiun- 1
ctus & ego, allegatam exceptionem de parte non interrogata an vellet accusare cum præfixione termini, iux. not. per glos. *in c. presbyter si à Plebe 2. q. 2.* quã sequebatur Bal. *in l. Senatus, C. qui accus. non poss.* Alex. *in apostil. ad Bar. in l. 2. §. si publico, in apostil. incipien. modum inquisitionis, ff. de adul.* Hip. *in §. constante, num. 39.* Gram. *in cons. 42. n. 20* non annullare processum factum.
Cùm illud esset tantùm præceptum consultiuum, & 2
non necessitatiuum, immo tutius & cautius esset iudici inquirere volenti nullum præfigere terminum, sed ad inquisitionem procedere, præsertim vbi haberet promtas probationes, vt in casu nostro; satis enim erat quòd nullus se offerebat accusator, vt per Spec. *in tit. de inquis. §. nunc tractemus, ver. porrò si proceditur in inquisitione*, & ibi Io. Andr. *in Apostill. per glos. in c. qualiter, & quando, il 2.* & ibi Abb. *col. 5. de accus.* vbi dicebat limitari, *no. in d. c. Presbyter si a plebe*, idem Abb. *in c. inter, col. 2. de purg. cano.*
Quæ quidem opinio quicquid diceret modernus Hi- 3
spanus *in sua pract. crim. can. fol. 8.* qui videbatur intelligere præmissa quando non constabat de certa persona offensa, semper seruata fuerat, & seruabatur in Vrbe, prout erat notorium, immo nedum non petente & apparente manifesto instigatore non cogebatur se declarare, à qua consuetudine non erat aliquo modo recedendum, vulg. *l. minimè, ff. de leg.*
Et minus supersedendum quominus ad vlteriora pro- 4
cederetur, cùm etsi Gallerus de cuius interesse principaliter agebatur, veniret expressè ad causam huiusmodi ipso sciente à principio motam in terminis, in quibus modò reperiebatur, non posset dictus inquisitus allegando superuenisse accusatorem impedire inquisitionem, & quia posset dicto Galleto imputari negligentia, & quia Curia iam fecerat processum, & iam ferè eramus in calculo expeditionis, & etiam ex aliis notatis per Salyc. *in l. ea quidem, colum. 12. C. de accus.* per Felyn. *in dicto capitulo, qualiter, & quando, in fine*, per Aret. *in tract. malefic. in verbo, Hac est quadam inquisitio.*
Nec erat aliter curandum de dicti Gallerti responsio- 5
ne, cùm satis esset quòd interpellatus non veniret.

ARGVMENTVM.

Lacerans literas delegati Sedis Apostolicæ & carcerans illas præsentantem cogi potest ad personaliter comparendum.

SVMMARIVM.

1 *Deprehensus in habitu non suo potest impunè à iudice non suo carcerari.*
2 *Copiæ priuilegiorum quis credere non tenetur.*
3 *Lacerans originale priuilegij alicui concessi, extra ordinem venit puniendus.*
4 *Vbi est locus pœna extraordinariæ quis non debet cogi personaliter comparere.*
5 *Impediens exequutionem literarũ Apostolicarum seu mandatorum Apostolicorum ex forma Clementinæ possunt moneri ad comparendum personaliter.*

Verba

6 *Verba* si tibi videtur, *non recedunt à dispositione iuris communis.*

7 *Fallit si dirigantur iudici aliàs habenti auctoritatẽ.*

8 *Pro atroci iniuria iudex potest imponere pœnam mortis.*

9 *Vbi pœna est arbitraria potest quis cogi ad personaliter comparendũm.*

RESOLVTIO XL.

DEFENDENTES Dominum Gasparem de Chi-
roga Vicarium Archiepiscopi Toletani à
personali comparitione dicebant quòd cùm
ipse deprehendisset scholarem Collegij de
Acala in habitu non scholastico potuerat ipsum impu-
1 ne carcerare, *l. si ignoranter ff. locati, l. item apud Lobeonem,*
§. si quis virgines, ff. de iniur. c. si iudex laicus, de sen. excom. lib.
2 6. Et postquam constitit sibi eum esse scholarem cùm
non teneretur priuilegiis nisi originalibus credere, *c. cùm*
personæ, de priuil. lib. 6. not. per glos. *in c. porrò,* & ibi per Abb.
in 1. not. eod. tit. per Felyn. post alios *in c. cùm in iur. col. 2.*
vers. dum in isto textu, & ver. amplia istã decretalem, de off. de-
leg. Non poterat dici eum contemsisse priuilegia Aposto-
lica dicto Collegio concessa, & minus aliquam pœnam
incurrisse ex illorum laceratione.
3 Quinimo, & si originalia ipsa priuilegia lacerasset,
non erat tamen nisi extra ordinem puniendus, vt per
Host. *in c. accepimus,* & ibi Felyn. *col. penult. vers. vltimò omis-*
sis his, & ver. & de comburente, iunctis not. per eum *in cap.*
peruenit il 2. column. fin. ve. sic. dicunt etiam prædicti, de testi-
bus cog.
4 Et propterea cùm non esset locus alicui pœnæ, & in
omnem casum extraordinariæ, non posset nec deberet
cogi ad personaliter comparendum, ex not. per Bart. &
alios *in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. aud. in l. seruum quoq.*
ff. de procur plenè per Mar. Soc. *in c. et. t. veniens, col. 10. ver.*
2. Quæro vtrùm in causa criminali, & col. 21. vers. 10. quæro
quid si venit, de accus.
Sed fuit resolutum ipsum omnino cogi debere ad
personaliter comparendum, quia monitus fuerat sub eo
prætextu quòd carcerato dicto scholari in quocunque
habitu eum deprehendisset dum delegatus Sedis Apo-
stolicæ cum insertione suæ facultatis eundem Gasparem
requisiuisset pro relaxatione, vel remissione eiusdem
scholaris ad eum vti iudicem competentem in ipsa præ-
sentatione literarum huius delegari, nedum ipsas literas
lacerasset, sed & Notarium intimantem carcerari fecis-
5 set. Quo casu dicebatur impediuisse exequutionem lite-
rarum, seu mandatorum Apostolicorum, & ita impe-
dientes ex forma Clementinæ moneri poterant ad com-
parendum personaliter, vt ex illius tenore satis cõstabat.
6 Et quamuis in dicta Clementina diceretur, *si Audito-*
ri visum fuisset. quæ verba à iuris tramite non videbantur
recedere, & post Bar. *in Extrauaganti ad reprimendum, in*
verbo videbitur. Felyn. *in c. 1. col. ante penult. verbo, & si dicatur*
secundùm quod tibi videbitur, de const. Nihilominus præter id
7 quod tanquam relata ad iudicem habentem aliàs aucto-
ritatem aliquid plus vltra iuris communis dispositio-
nem importabat, secundùm Imol. *in l. si filiusfamilias, ff. de*
donat. Rectè poterat etiam Auditor monitorium decer-
nere cùm esset iudex ordinarius similium delictorum.
8 Et essemus in casu atrocis iniuriæ factæ summo Pon-
tifici, & Sedi Apostolicæ, quandoquidem huiusmodi de-
licta in vilipendium auctoritatis Pontificiæ tenderent,
vnde meritò Auditor pro huiusmodi crimine imponere
potuisset etiam pœnam mortis, secundùm gloss. *in §. sum-*
ma, Instit. de iniur. & not. per Alex. *cons. 111. numer. 5. vol. 1.*
per Gram. *in consil. 36. colum. 2.* per August. de Arim. in add.
ad Angel. in verbo...
9 Et vbi pœna erat arbitraria, poterat quis cogi ad per-
sonaliter comparendum, Anchar. *cons. 262.*

ARGVMENTVM.

Falsitas commissa in priuata scriptura an possit exquiri per torturam.

SVMMARIVM.

1 *Priuata scriptura nullam fidem facit.*

2 *Falsitas nemini præiudicans non est punibilis pœna l. communi, sed extraordinaria tantùm.*

3 *In crimine stellionatus non est locus torturæ.*

4 *Iudex ex leui suspicione potest moueri, vel ad capturam, vel ad inquisitionem formandam.*

5 *Iudex videtur posse procedere ad capturam etiam sine indiciis, & non constito de corpore delicti.*

6 *Captura in honesta persona dicitur inferre præiudicium irreparabile.*

7 *Falsitas aliquo modo præiudicans punitur pœna l. Corn. de fal.*

8 *Testis de visu non omnino integer non sufficit ad torturam.*

9 *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*

10 *Consuetudo delinquendi facit esse locum pœnæ corporali vbi etiam ex delicto veniret imponenda pecuniaria tantùm.*

RESOLVTIO XLI.

DICEBATVR in illa Vican. excessum pro Se- 1
bastiano de Ancona Episcopo Vrano quòd
cùm cedula de cuius falsitate agebatur esset
penitus priuata, & nullam fidem faceret. *l. exem-*
plo, & l. rationes, C. de probat. Falsitas circa eam commissa 2
vti nemini præiudicans nõ erat punibilis pœna l. Corne-
liæ, sed tantùm extraordinaria ex crimine stellionatus,
ad glos. *in l. damnis, C. de fal.* Bal. & Saly. *in l. C. de sepul. viol.*
Bal. *in l. si quis decimo, C. de fal.* Soc. *cons. 62. col. 2. vol....* Aug.
de Arim. in addit. ad Aug. *in tract. malefic. in verbo falsorie,*
vers. adde tamen, n. 7. Et propterea contra eundem Episco- 3
pum super dicto crimine nõ posse procedi ad tormenta,
ad tex. *in l. hoc edictum.* & ibi not. *in l. Diuus, ff. de quæst.* per
Blanc. *in tit. de quæst. & tor. n. 2.* decis. Neapol. 126. *in princ.*
Sed fuit resolutũ quòd ex quo huiusmodi cedula po-
terat mouere iudicem, vel ad capturã vel ad inuestigan-
dum veritatem, & sic ad recipiendum nomen Galerii in- 4
ter reos, cùm ad præmissa iudex ex qualibet etiam leui su-
spicione moueri posset. Bald. *in l. quod exitãdi. ff. de condict.*
ob tur. caus. Sal. *in l. 2. vers. not. 5. C. de exhib. reis.* Io. And. *in c. si*
clericus, de sen. excom. Brun. *in tract. de ind. & tor. cau. 174.*
Hip. *in l. 1. in princ ff. de quæst. & in §. constante, num. 4.* Gram.
in cons. 55. col. 1. Blan. *in repet. l. fin. num. 8. ff. de quæst.*
Immo videretur ad illam posse procedi sine indiciis 5
etiam non constito de corpore delicti, Bald. *in l. consentanea*
neum, col. 3. §. quo. & quando iudex, in l. 2. C. de iis, qui latro. oc-
cult. & per Ang. *in Auth. de defens. ciuit. §. audiens.*
Quæ quidem captura maximè in honesta persona in- 6
ferebat præiudicium irreparabile, vt per Paul. de Cast. *in*
l. 4. §. condemnatum, circa finẽ, ff. de re iud. Bald. *in l. 1. C. de in*
integr. restit. postul. & ibi Alex. *in c. Apostol.* Felyn. *in c. cùm su-*
per, col. pen. de re iud. Bertran. *cons. 43. vol. 1.*
Falsitas in dicta cedula commissa quantumuis priua- 7
ta veniebat ex capite legis Corneliæ punienda, Bart. *in l.*
1. §. qui in rationibus, & in l. si quis legatum, col. 3. ff. ad l. Corn.
de fals. Bald. & Ang. *in l. veluti, Cod. eod.* Bald. *in d. l. si*
quis, & in rub. Cod. de fid. instr. col. 9. vers. sed quæro, Paul. de
Castr *cons. 130. vol. 1.* Ioan. de Anan. *in c. falsidicus, col. 5. de*
crim. fal. Corn. *cons. 149. col. 1. in fin. & seq vol. 3.* Socin.
cons. 186. col. 2. vol. 2. & cons. 104. vol. 1. & in cons. 60. n.
4. vol. 4. Cassan. *in consuet. Burgund. col. 2.* Cur. sen. *cons. 56.*
col. 19. num. 43.

Et quòd suspicio prædicta resultans ex huiusmodi
cedula nedum poterat mouere iudicem ad capturam, sed
etiam adminiculari ad torturam, si fortè adfuisset vnus
testis de visu non omnino integer, quia alias solus non
9 sufficeisset, ad not. *in l. 1. §. eadem Cornelio, & in l. maritus. de quæst.* per reg. quæ non prosunt singula, multa iuuant, de
qua *in l. spadonem, §. qui iura, ff. de excusat. tutor.*

10 Et quòd in omnem euentum agebamus contra ipsum
inquisitum tanquam consuetum delinquere in eodem,
& in diuerso genere, ob quam consuetudinem delinquendi iteratam pœna delicti intentati esset pecuniaria,
efficiebatur corporalis, per tex. *in l. vnica,* & quod ibi Bar.
& Ang. *C. de superexact. lib. 10. in l. licitatio, §. quod illicitè, de publican.* per Lud. Rom. *in l. si verò, §. de viro, in 30. fallen. ff. soluto matr.* & per Cepol. *cons. 77. iusta inquisitione,* &
latè per Cassan. *in d. ru. de consuet. Burgund.*

ARGVMENTVM.

Famulus in re graui, & importanti domino suo,
& ad illius vtilitatem delinquens præsumitur de mandato eius deliquisse.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum regulariter ad committendum falsum non præsumitur nisi probetur.*
2 *Fallit in familiari committente falsum ad commodum domini, vt hic.*
3 *Præsumitur magis pro re verisimili quàm inuerisimili.*
4 *Falsitas præsumitur facta per habentem interesse in causa.*
5 *Vtens instrumentis, vel testibus falsis præsumitur falsificasse, vel subornasse aut mandasse.*
6 *Dictum de auditu inducit aliqualem præsumtionem.*
7 *In claris non est opus coniecturis.*
8 *Testis non debet iudicare, sed deponere.*
9 *Fallit vbi deponit super re, quæ non subiacet sensui immediatè, sed mediante discursu intellectus.*
10 *Præsumitur mandatum in delicto serui ex scientia, & non contradictione domini.*
11 *Notitia falsitatis superueniens ex postfacto non facit quem teneri de falso nisi præcesserit interrogatio an velit vti.*
12 *Præsumitur contra ponentem articulum falsum si desuper testes induxerit.*
13 *Vtens falsis attestationibus de falso tenetur.*

RESOLVTIO XLII.

IN quadam Parmensi subornationis testium
pro fisco contra Illustriss. Ioannem Manfredum Palauicinum tenui ex dictis per Conradum eius seruitorem ad effectum vt concurrentibus aliis indiciis, de quibus in processu, quæstioni subiici posset, argui mandatum eidem Conrado ad
subornandum testes datum, vel saltem ad vtendum fal-
1 sis attestationibus. Quia licèt regulariter mandatum nō
præsumeretur ad falsum committendum. *l. Diuus, §. item Senatus, ff. de fals.* Ioann. de Auan. *in cons.* 12. Dec. Neapol.
2 *67. num. 3. & seq. in nouiss.* Tamen ex quo eramus in familiari qui testes in causa domini & in re falsa quam verisimiliter nisi à domino scire debuerat citra aliquam ipsius vtilitatem, sed ad domini sui tantùm commodum, subornauerat, credendum erat quòd de mandato & voluntate domini fecisset nisi contrarium probaretur, ex not.
per Imol. *l. hæres meus, de cond. & demonstr. atiom.* per text.
in capitul. constitutus il 1. de testibus, per Bart. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, 10. quæst. de op. nou. nun.* cum quo
transibat Ant. de Butr. *in cap. final. de præsumt.* & notabat
Fel. *in c. Petrus col. 2. versi. fallit tertiò. de homic.* Hipp. *in cons. 3. num. 8.*

Non enim erat verisimile quòd dictus Conradus ser- 3
uitor tot testes in tam graui causa, & super articulo principali ad falsum deponendum non nisi præcedente
scientia, cōmissione & mandato domini subornasset, &
ob id potius de mandato tanquam magis verisimile suspiciendum erat. *l. non est verisimile, ff. quod met. causa. c. quia verisimile, de præsum.* cum ibi not. Bald. *in l. 1. col. 4. de ser. fugit. & in l. fin. in fine, C. de eden.* Alex. *in cons.* 27. Cepol.
cons. 32. Gram. *in voto 14. col. 2. cum aliis.*

Et præsertim in crimine falsitatis, quæ semper præsu- 4
mebatur commissa per habentem interesse in causa, ad
not. per Bar. *in l. fin. col. 2. ff. de quæst.* per Dec. *cons. 175. colum. 3. in fine,* per Bald. *in l. 1. C. loc.* per Gram. *cons.* 22. *n.* 6. glos.
not. *in l. penul. ad l. Cornel. de fals.*

Et quia vbi quis vtebatur testibus, vel instrumentis 5
falsis, ipse præsumebatur illa falsificasse, & testes illos
subornasse, vel mandasse, nisi de contrario doceret. *l. 3.* cū
ibi not. *C. de fid. instr.* Bald. & Salyc. *in l. maiorem, C. de fals.*

Præterea idem Conradus dicebat audiuisse à Bartholomæo Dardano altero familiari eiusdem Ioannis Manfredi quòd quidā frater Agrestus vnus ex testibus subornatis petierat duos Iulios pro faciendo se absolui,
quos receperat à dicto Ioanne Manfredo. Ex quo dicto 6
quantumuis de auditu insurgebat aliqualis præsumtio,
vt per Lud. Rom. *in l. si verò, §. de viro, col. vlt. solut. matr.* per
Alex. *in cons. 178. num. 5 vol. 1. & in cons. 72. in princ. vol. 3.*
quòdque dum ipse Alexander veniret Romam monitus
ad personaliter comparendum sibi dixerat idem Ioannes
Manfredus huiusmodi verba, videlicet, *Sta in ceruello, & forte,* volens inferre, ne vellet fateri de subornatione testium. Et sic in claris nōn erat opus coniecturis. *vulg. l.* 7
continuus, §. cùm ita. ff. de verb. oblig.

Et quamuis ex prædictis videretur dictus Conradus 8
potius velle iudicare, quàm deponere, quod tamen ad
testem non pertinebat, ad not. per Bart. *in l. qui testam. §. fin. ff. de testam. in l. quod tamen, §. si arbiter. ff. de arbitr.*

Nihilominus cùm deponeret super re, quæ non sub 9
iacebat sensui immediatè, sed mediatè per discursum
intellectus, eius dictum probabat, Alex. *in cons. 77. circa fin. vol. 1.* Gramm. *in cons. 22. n. 36.* & etiam quia postmodum idem Alexander Conradus subiunxerat, quòd dictus Ioannes Manfredus intellexerat ab eo de huiusmodi testium subornatione ante transmissionem remissoriè ad Vrbem, quia dictus Alexander post datam illi huiusmodi notitiam ipso volente transmiserat, & in causa
produci fecerat.

Et sic præsumebamus saltem mandatum propter 10
scientiam & non contradictionem. ad Bart. *in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi, ff. de oper. nou. nunt.* & Felyn. *in d. c. Petrus.*

Nec obstabat quòd ex aduerso considerabatur quòd
per productionem testium coram iudice remissoriè dicebatur, hunc Ioannem Manfredum vti, & per transmissionem remissoriè ad Vrbem potius vsum esse quàm
de nouo vti. Ex quo notitia superuenerat ex postfacto 11
ad effectum vt de vsu teneretur, erat interrogandus an
vellet vti vel ne, secundùm doct. Bal. *in l. fin. col. fin. C. si ex fals. instrum.*

Quia omisso quòd ibi Bald. loquebatur quando pro- 12
ducebatur testis super articulo vero, cùm aliter præsumeretur contra ponentem articulum falsum, si desuper
testes induceret, ad not. per Felyn. *in cap. præsentium, col. 3. de testib.* per transmissionem huiusmodi dicebatur etiam
vti, & non vsum esse, cùm ipse non intenderet vti dictis
testibus coram iudice remissorialium coram dominis de
Rota, vbi causa pendebat, & faciendo instantiam quòd
transmitteretur in Rota, procuIdubio vtebatur attestationibus prædictis, quas falsas esse scribit. Et per con- 13
sequens citra aliquam interrogationem ratione vsus de
falso tenebatur.

ARGVMENTVM.

Statutum imponens pœnam habenti, & vtenti ac tenenti falsa pondera non comprehendit fabricantem illa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de vtente non procedit in fabricante.*

2 *Acrius punitur fabricans quàm vtens, quia contra fabricantem est directa pulsatio l. Corneliæ.*

3 *Contra verò vtentem non est directa pulsatio, sed alia quæ habet minorem effectum.*

4 *Pœna est delicto commensuranda.*

5 *Præsumendum est statuentes non intellexisse de ea pœna de qua si cogitassent maiorem imposuissent.*

6 *Statutum de tenente, vel quid deferente non habet locum nisi quis tenere, vel deferre deprehendatur.*

7 *Argumentum ab absurdo euitando habet locum in statutis vbi præsertim dispositio aliter potest sortiri effectum.*

8 *Argumentum prædictum etiam in aliis locum habet.*

RESOLVTIO XLIII.

TENVI in illa Interanen falsorum pōderum sub statuto dictæ ciuitatis non comprehendi casum fabricationis, nec in prima nec in secunda eius
1 parte. Et primò ex illis verbis, videlicet, *che nissuno habbia misure false & ogni volta, che si sarà trouato vendere, o hauere vsato misure false*, & clarum erat non comprehendi, cùm tantummodo vendenti, & vtenti pœnam imponerent, non autem fabricanti, quo casu statutum de vno non habebat locum in alio, ad not. per scriben *in l. 2. C. de fid. instr. in cap. ad falsariorum, de crim. fal.* per Alber. *in 2. par. statut. quæst. 26.* & per Gandin. *in tract. malef. sub rubr. de pœn.*
2 *reorum, vers. quæstio frequens.* Quia acrius puniebatur fabricans quàm vtens, cùm fabricans teneretur directa pœna l. Cornel. de fals. irremediabiliter etiam absque eo quòd falsificationem deduceret ad vsum l. si falsos, & quod ibi not. Bald. Angel. & Salyc. *C. de fals.*

3 Contra illum verò, qui vtebatur, non erat directa pulsatio legis Corneliæ, sed alia quædam, quæ non habebat tantum effectum, ad not. per Cyn. *in d. l. 2.* & per Ioann. de Anan. *in d. capitul. ad falsariorum*, relat. per Hip. *cons. 24. num. 10. in cons. 30. n. 17. & in cons. 39. num. 52.*

Et minus ex aliis subsequentibus, videlicet item *che nissuno possa tenere in la sua Bottega bilancie non giuste, & che non siano giustate.* Quia statutum in hac parte loquitur de simplici retentione, & non de fabricatione, volens prouidere ex eo quòd etiam citra dolum posset quis habere penes se pondera falsa & iniusta, ne illa quoquomodo retinerentur, sed singulis mensibus iuxta formam alterius statuti adiustarentur, & ita potius voluerat punire negligentiam quàm dolum, quod etiam colligebatur ex
4 modica pœna quam tenenti imponebat, cùm aliàs esset delicto commensuranda, *l. 1. §. sed & si quis, ff. de abigeat, l. respiciendum. ff. de pœn.*

5 Et non erat verisimile quòd statuentes voluissent imponere pro pœna fabricantis pœnam minimam, immo si id intellexissent, maioré proculdubio imposuissent, & ob id præsumendum erat de illa non intellexisse, ad glos. *in l. tale pactum. ff. de pact.* & not. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebellian.*

6 Et quia ad effectum, vt committeretur pœna ex forma dicti statuti requirebatur quòd falsa pondera reperirentur penes tenentem, ex not. *in l. si Barsatoram, C. de fideiusso.* per Ias. *in l. 1. num. 89. de acquir. possess.*

7 Quòd si de fabricante intellexissent, sequeretur maximum inconueniens quòd pro fabricatione quis non puniretur nisi penes eum reperirentur falsa pondera, & in materia statutaria validum erat argumentum ab absurdo euitando, præsertim cùm dispositio statuti poterat aliàs sortiri effectum. Bart. *in l. omnes populi, in 6. quæst. prin. ff. de iust. & iur.* Rom. *cons. 485. n. 3.* latè Hip. *in cons. 16. n. 42.* Prout etiam regulariter in aliis. *l. non absurdum,* 8
ff. de bon. lib. l. scire oportet, ff. de excusat. tut. l. Pomponius, ff. de neg. gest.

ARGVMENTVM.

Socius criminis laicus in crimine falsi concurrentibus aliis adminiculis ac qualitate criminis ac inquisiti, facit indicium ad torturam etiam contra clericum.

SVMMARIVM.

1 *Mala hominis reputatio, & vita in materia indiciorum multum operatur.*

2 *Crimen falsi committitur etiam in rationibus.*

3 *Suppressio, & occultatio scripturarum inducit crimen falsi.*

4 *Semel malus semper præsumitur malus.*

5 *Delinquens in opprobrium officij, quod quis gerit, grauiùs puniri debet.*

6 *Officialis recipiens pecuniam pro locanda re publica minori pretio, falsi & repetundarum tenetur.*

7 *Inducens testes falsos contra aliquem super aliquo crimine pœna eiusdem criminis puniendus est.*

8 *Crimen corruptionis Iudicis est nefandum, & detestabile.*

9 *Delinquens grauiùs punitur si nomen Principis in ipso delicto admisceat.*

10 *Inimicitia cum persona offensa, & amicitia intrinseca cum socio criminis non leuem suspicionem inducit.*

11 *Socius ob qualitates, & circunstantias potest interrogari de consociis, etiam quòd crimen non sit exceptum.*

12 *Interrogatus de consociis concurrentibus aliis adminiculis facit indicium ad torturam.*

13 *Dictum de auditu inducit aliqualē præsumtionem.*

14 *Nominans autorem falsæ scripturæ, & de illo docens euitat suspicionem.*

15 *Reus deficiens redditur suspectus.*

16 *Indicia ex ore rei resultantia dicuntur plusquam indicia.*

17 *Contrarietates tolluntur per quæstionem, & statur dicto in tormentis.*

18 *Maximè quando est verisimile.*

19 *Contrarietates in socio criminis non sunt ita in consideratione prout in teste mero.*

20 *Reus potest pro defensione vitæ, & honoris sui impune deierare.*

21 *Crimen falsi committitur in occulto.*

22 *Laicus admittitur contra clericum ad indicium faciendum.*

23 *Frequentia delicti facit, vt iudex possit transgredi iura etiam in procedendo.*

RESOLVTIO XLIV.

IN illa Vicana excessuum contra Episcopum Vicanum communicata etiam materia cum Reuerendiss. Dominis nostris, tenuimus contra præfatum Episcopum esse locum quæstionibus, & tormentis, ex pluribus. Et primò, quia inquirebamus contra personam nedum ita communi reputatione malæ vitæ, æstimationis, & famæ, & solitam diuersimodè delinquere, vt nec quidem probare potuerit, quòd nulli vnquam inquisito forsan euenerat eius bonam famam ingerere, quamuis super hoc plures testes

1 induxisset, quæ quidem mala communis reputatio, & vita non modicum operabatur *l. de minore, ver. plurimum quoque, ff. de quæstion. l. non omnis, §. à Barbaris, de re mil.* per Gand. *in tract. malef. tit. à quo, vel à quibus, in fine.* Sed etiam contra diffamatam in eodem genere delicti, & aliàs, vt ex depositione testium apparebit, pro simili crimine carceratam, immo expressè in processu coram nobis agitato conuictam de quamplurimis fraudibus, & falsitatibus per eum commissis in libris, & rationibus per eum ten-
2 tis in administratione thesaurariæ Prouinciæ Romandiolæ, in quibus clarum erat committi crimen falsi, per text. *in l. 1. §. quin rationibus, ff. ad l. Cornel. de fals.*
3 Et etiam in suppressione & occultatione scripturarum Sebastiani Martij, per quam etiam hoc ipsum crimen incurrebatur, *l. Paulus*, cùm ibi not. *eod. tit.* & not. per Felin. *in capit. cùm olim magister, in fin. de offic. deleg.*

4 Quo casu non leue indicium contra eum oriebatur, per reg. *semel malus, de reg. iur. libr. 6.* & not. per Bart. *in l. Cassius, de sena.* & per gloss. & ibi Bal. & Sal. *in l. eunte, C. de fur.* per Hipp. *in sua pract. malef. §. diligenter, numer. 99. & in cons. 44. num. 19.* & per Gram. *in cons. 40. num. 31.* cum aliis similibus. Et præsertim, quia etiam in alia causa, in qua ipse inquisitus pro Commissario contra Fratres S. Mariæ de Portu Rauennaten. prout in ista contra Gall. interuenerat, alia falsitas fuerat cõmissa, quæ dederat similiter principium inquisitionis contra vnum intimum ipsius inquisiti familiarem, non sine suspicione, & rumore, quòd ipse etiam conscius fuisset.

5 Secundò, quia crimen intentatum pluribus de causis erat magis considerabile, quàm simplex crimen falsi tantùm, tum respectu personæ ipsius inquisiti, qui dum esset deputatus iudex ad inquirendum contra Gall. vt haberet materiam inquirendi, & grauandi dictum Gall. etiam penes S.D.N. mandauerat falsò fabricari cedulam, de qua agebatur, vnde non erat dubitandum, quòd grauiori pœna puniri debebat, ex quo in opprobrium eius officij deliquerat, ad not. per Alber. & alios *in l. Presbyt. C. de Episc. & cler.* per Fel. *in cap. Pastoralis, in prin. de off. deleg. cap. cum quidam, de iureiur.* Bal. *in §. si quis verò, tit. de pace fir. in vsib. feud.*

6 Tum etiam respectu personæ ipsius Galleti contra quem dictum crimen commissum fuerat, qui erat similiter officialis publicus à Sanctitate sua deputatus, qui ex dicto crimine sibi falsò imposito, & falsi & repetundarum pœnis punien. venisset, *l. 4. §. & qui pridem, ff. de fal. l.*
7 *final. C. ad l. Iul. repetundarum.* Ex quo non minori pœna inquisitus ex fabricatione dictæ cedulæ puniendus veniebat, *l. 1. § præterea,* & ibi latè Hipp. *in prin. ff. ad l. Cornel. de sicar.*

8 Et nõn minus respectu ipsius delicti corruptionis, quod per eandem cedulam falsò eidem Galletto impingebatur, quòd crimen nefandum, & detestabile erat, & inter magna & capitalia crimina numerabatur, Bal. *in l. proficiscens 10. quæst. ff. de off. Procur. & leg.* & latè per Gram.
9 *in cons. 35. in princ.* Et præsertim, quia in huiusmodi crimine quicquid ex aduerso dicebatur fuerat admixtum nomen Principis. Nam, vt deponebat vnus socius criminis, Episcopus sibi dixerat, quòd fiebat res grata Pontifici, qui omnimodo habebat intentionem castigandi Galletum, & Iacobus alter socius etiam subiungebat, quòd ipsi nullatenus id fecissent nisi credidissent complacere S.D.N. & sic ipse Episcopus ad inducendum prædictos ad huiusmodi delictum vsus fuerat quodammodo lenocinio Principis.

10 Tertiò, quia erat notorium, vt etiam probabatur per aliquos testes, quòd inter inquisitum, & Gallettum erant odia, persecutiones hincinde, rancores, & inimicitiæ, & quod aliàs ipse inquisitus dixerat se velle eundem Gallettum vltimæ ruinæ tradere. Et vlterius inquisitus erat amicus intrinsecus dicti Vincentij, & cum eo semper omnia merita causæ contra Galletum communicauerat, & secum eundem Vincentium in Prouinciam Romandiolæ pro huiusmodi causa simul, & semel habitando conduxerat, quæ omnia simul iuncta nõ leuem suspicionem inducebant, ad not. *in l. 1. §. præterea, ff. de quæstion.* & per Ang. *in l. final.* Bart. *in l. si quis mihi bona, §. sed si mandauerit, ff. de acquir. hered.* vel. *in cap. cùm oporteat, de accusatio.* latè per Hipp. *cons. 72. in princ.*

Ex quibus præter alia, de quibus in processu antea facto circumscripto etiam quòd aliàs crimen huiusmodi 3
esset de exceptis, ac circumscripta consuetudine interrogandi certissima, præsertim in Vrbe, & opinione Blanci, de qua *in dicta lege final. num. 374.* ac aliis pro fisco allegatis, secundùm ea quæ deducebantur per Aduocatum inquisiti inferebamus dictum Vincentium socium, & participem criminis potuisse interrogari de consociis, iuxta not. per Sal. *in l. fin. col. antepenul. C. de accus.* per Brun. *in tract. de indicus, & tortura.*

Et interrogatum in omnem casum facere indicium 2
ad torturam, præmissis & aliis adminiculis concurrentibus, quæ in casu nostro concurrebant, Alex. *in cons. 79. viso themate, & in cons. 168. quoniam abundè lib. 4.* per Gram. *in consilio 38. in princ.* Hipp. *in consilio 25. numero 4. nouissimè,* & latè in terminis falsi Parisius *consilio 1. & 12. vol. 4.*

Eo maximè quòd dictus Vincentius nullam aliam exceptionem patiebatur, quicquid ex aduerso diceretur. Imò per testes inquisiti de illius bona vita, & fama constabat, & eius depositio per depositionem Iacobi Sale, quam ipse inquisitus acceptauerat, adiuuabitur, dum dictus Sala deponebat audiuisse à Vincentio tempore commissi huiusmodi delicti Episcopi, quo tempore idem Vincentius erat eius amicissimus, & continuus familiaris, ex quo dicto etiam de auditu insurgebat aliqualis præsumptio, ex iis quæ not. Lud. Rom. *in l. si verò, §. de viro, in vltima col. sol. matrim.* per Alex. *in cons. 77. n. 4. vol. 1. & in cons. 62. col. 1. vol. 3.*

Quartò, quia nondum detecta falsitate dictæ cedu- 15
læ, & existente in secretis prædicto Vincentio, & adhuc confesso, immo in negatiua perseuerante ipse inquisitus semper intrepidè & audacter quantumuis expressisset autorem, à quo cedulam habuisset, sed asseruisset fuisse sibi inter alias quamplures scripturas datam palàm, & publicè, etiam in conspectu Sanctitatis suæ, confisus quòd nihil adhuc reuelasset, affirmauerat pluries cedulam esse verissimam, immo à nobis petierat, vt transmitteretur Bononiam, vbi erat Iacobus alter socius criminis, quia intendebat illam recognosci facere, ex quo necessariò inferebatur ipsum esse conscium huiusmodi falsitatis, & vt cessaret omnis suspicio contra eum intendebat à seipso excludere delictum, & cogitabat fortasse verificari facere talem cedulam à dicto Iacobo Bononiæ existente. Quia si fuisset sine aliquo dolo, proculdubio cùm nesciret secundùm eius assertionem, à quo dictam cedulam habuisset, & per consequens nescire posset an vera, vel falsa esset, non ita audacter asseruisset eam esse veram, etiam subiiciendo se periculo conuicti criminis in euentum non verificationis, sed postquam vidit dubitari de veritate dictæ cedulæ dixisset se nescire an vera, vel falsa esset, & statim autorem eius nominasset, vt ita omnem suspicionem contra se ortam euacuaret, iux. notat. *in lege maiorem, C. de fals.* 14

Quæ quidem suspicio magis augebatur, quia antea idem inquisitus fecerat omnem diligentiam pro intelligendo de depositis, & dictis per eundem Vincentium, ex quo sequebatur, quòd dubitabat ne Vincentius huiusmodi falsitatem propalaret. Et confirmabatur ex postea subsequutis, videlicet ex eo quòd detecta & ostensa ipsi inquisito falsitate eiusdem cedulæ, videns se non posse amplius excusari statim interrogatus, à quo illam habuisset ne videretur ita subitò recordatus fuisse de illius autore, quem in pluribus examinibus nominauerat, dixit se habuisse ab altero ex prædictis Vincentio, vel Iacobo, & postmodum re in totum patefacta se firmauerat in Vincentio. A quo Vincentio iam paulo antè ab eo defenso, & approbato pro viro probo inculpatus fuerat de mandato sibi dato ad huiusmodi cedulam conficiendam, & vt

ab eo

ab eo remoueret suspicionem per nominationem autoris eum nominauerat.

15 Et tanto magis, quia adducto ad faciem ipsius Episcopi dicto Vincentio, & eidem dicente, & narrante mandatum, & commissionem sibi datam ipse Episcopus remanserit, quasi extra se, præsertim, dum dictus Vincentius torquebatur, prout nobis notum erat, & idemmet Vincentius animaduerterat, & hæc omnia non leuem suspicionem, & indicium faciebant, ad not. per Bart. *in d.l.fin.in princ.ff.de quæst.*

16 Nec obstare dicebamus, quòd dictus Vincentius esset periurus, & varius super eo, quod priùs negauerat, & ita ex hoc pateretur plures exceptiones, & quòd esset laicus, & sic repelleretur. Quia præter illa ex ore ipsius inquisiti plura resultabant contra eum, quæ forsan de per se sufficiebant, & potius dictum Vincentij eis adminiculabatur, quàm econtra, & erãt plus quàm indicia, quo casu iudex ad torturam faciliùs procedere debebat, vt per Bald. *in l.vnica in 4.col.C.de confess.*

17 Quia, vt ego dicebam, dictæ variationes sublatæ fuerant per confessionem in tormentis, cui standum erat, non obstantibus contrarietatibus, Bart. *in l.sed & si postulauerit, §.si quis negauerit, de adult. in l.1.§. qui quæstionem, ff.*
18 *de quæst.* & præsertim quando dictum vltimum erat magis verisimile, vt in casu nostro, & per Cepol. latè *in cons.40. super 1.col.fin.*

19 Et dictæ variationes, & periuria ante confessionem non debebant in casu nostro ita considerari, prout in te-
20 ste mero, de cuius interesse nullo modo tractabatur. Secus in socio criminis, qui pro defensione vitæ, & sui honoris poterat impune deierare, vt not. Bald. *in l.& si legibus, C.de precib. imper.offer.* per Alex. *in apostill.ad Bart.in l. 1.C.de iis, qui sibi mort.consc.*

21 Et prætcrea eramus in crimine falsi, quod in secreto & occulto committebatur, Bald. *in l.3. C. de episc.audien.* & forsan propter qualitates suprà narratas in excepto.

22 Et in omnem euentum non tractabamus de probatione ad condemnationem, sed tantùm ad indicium, in quibus laicus etiam admittebatur, vt latè Fel. *in c.de cætero, de testibus.*

Accedebat quòd hodie, vt in pluribus videbamus, indistinctè admittebãtur laici contra omnes, dummodo alia non concurrerent, quibus illi repellerentur.

23 Et tanto magis videbatur procedendum esse contra inquisitum, attenta frequẽtia huiusmodi criminis quod ita passim hîc in Vrbe committebatur, ob quam frequẽtiam licitum erat, etiam in procedendo transgredi iura, vt in terminis dicebat Gramm. *consil.17. colum. 2.* & sic ex communi voto, tam Dominorum nostrorum, quàm etiam aliquorum summæ autoritatis virorum, quos Vicarius, tamquam nimium scrupulosus assumere voluit, conclusum fuit indicia esse plusquam sufficientia.

ARGVMENTVM.

De corpore delicti ante inquisitionem in quocunque crimine satis est quòd constet verè, vel præsumtiuè.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter iudici debet constare de corpore delicti antequam inquirat.*
2 *Fallit in crimine falsi, furti, & adulterij.*
3 *Regula prædicta quomodo intellegatur.*
4 *Tex.in §. item illud, vnde sumitur regula prædicta, loquitur in seruis.*
5 *In quocunque crimine si de corpore constare potest bonum est quòd constet.*

RESOLVTIO XLV.

Regulariter in primis & ante omnia iudici 1
inquirenti, seu inquirere volenti debet constare de corpore delicti, *l.1.§.item illud,* & ibi
Bar. *ff.ad Sillanian.* Et licèt Bal. *in l.3.in lectu-* 2
ra antiqua,ff.de testib. dixerit hoc non procedere in crimine falsi, furti, & adulterij, & ipsum sequatur Brun. *in tract.de indic.& tor.q.5.princ.n.10.* de cuius tamẽ opinione dubitauit Aug. de Arim. *in add.ad Ang.in ver.fama publica, ver.12.in index.* Et Blancus *in l.fin.n.15.ff.de quæst.* distinxerit, an corpus subijci possit oculis corporeis, vel ne.

Nihilominus regula prædicta indistinctè procede- 3
bat absque vlla limitatione, & in quolibet crimine, sed erat intelligenda, quòd debeat constare de corpore delicti verè, vel præsumtiuè, ita Raph. Cuman. *in l.& si certus.§.1.* per illum text. vbi etiam Bar. Bal. Ang. & alij, *ff.ad Sillan.* Et per illum text. iunctis etiam ibidem not. per supradictos confundebatur limitatio, & distinctio, de quibus suprà; dum per illum tex. satis erat constare hominẽ non reperiri.

Nec dicatur dictum §. primùm loqui in quæstione 4
seruorum. Quia etiam text. *in d.l.1.§.item illud* ex quo sumitur regula prædicta, loquitur in seruis, & tamen vult debere constare de corpore, antequam procedatur ad quæstionem, prout etiam *in l.1 ff.de quæstio.* Et sic declarabat dictus Raph. Cuma. *in d.§.item illud. & in dicto §. 1.*

Bene verum erat quòd vbi poterat liquidò constare 5
de ipso corpore, iudex omnem diligentiam debebat adhibere, vt in actis de illo appareret per oculatem inspectionem, sed si non poterat, satis erat quòd præsumtiuè de illo constaret, vt per Blancum *in dicta l.finali,* & ita semper seruatum fuerat.

ARGVMENTVM.

Quando non potest esse locus quæstioni potest sequi condemnatio pecuniaria etiam ex non plena probatione.

SVMMARIVM.

1 *Vnico testi quantumcumque spectatæ fidei, & summæ autoritatis non est credendum.*
2 *In criminalibus vbi agitur circa pœnam corporalẽ non requiruntur, tam exactæ probationes, prout in aliis.*

RESOLVTIO XLVI.

In vna Cauaneen. attentatæ subornationis pro fisco contra Iacobum Corniglia renui esse locum condemnationi contra eundem Iacobum; licèt enim solus testis tentatus ad falsum deponendum non sufficeret ad condemnationẽ
cum vnico testi etiam spectatæ fidei, & summæ auto- 1
ritatis, nunquam esset credendum, *l.iusiurandi, C.de test.* Tamen cùm concurreret depositio alterius testis asserentis audiuisse Iacobum, dum rogaret dictum testem ad deponendum, postquam dixit sibi sæpius, quòd veritatem deposuisset, subiungentem, vt vellet sibi omnimodo cõplacere, & esse necesse, quòd cõplaceret, habebamus aliquid plus vltra semiplenam probationem.

Quo casu cùm non posset attenta qualitate inquisiti, & delicti, super quo agebatur, procedi ad torturam, poterat sequi condemnatio pecuniaria, iuxt. singul. doctr. Bal. *in l.finali, col.vlt. C.de probat.* quam sequebatur decis.
Neap.126. *in nouis.* Nam in criminalibus etiam vbi age- 2
bamus citra pœnam corporalem non requirebantur ita exactę probationes, & concludentes, prout in aliis Paul. de Castro *in d.l.finali,* Cepol. *cons.32.col.7.* Gram. *cons.3.in fine,* Aym. Crau. *in cons.178.col.1.*

ARGVMENTVM.

Processus factus à iudice laico contra Clericũ eundem Clericum nullo modo afficere debet.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui iudicis laici contra clericum.*
2 *Etiam quòd esset consuetudo, quòd procedere posset iudex laicus.*
3 *Confessio Clerici coram iudice laico sufficit ad torturam.*
4 *Confessio est maioris efficaciæ, quàm sit alia probatio.*
5 *Processus factus à laico contra Clericum in curia indistinctè reuocatur ab officio contradictarum, & pœnitentiariæ sine aliqua causæ cognitione.*
6 *Iudex procedens spreta inhibitione delegati cẽsetur in contemtum processisse.*

RESOLVTIO XLVII.


N alia Mutinensi prætensorum excessuum pro Guidotto de Guidonibus contra fiscũ, tenui eundem non debuisse aliquo modo, nec debere prætextu processus contra eum
1 per iudicem secularem fatinati molestari. Quia iudex ecclesiasticus non tenebatur stare tali processui contra Clericum, Abb. Felyn. & alij *in c. & si clerici, de iud.* Afflict. *in constu. Regni, in ver. si damna clandestina*, *ver.* 9. Gram. *in*
2 *cons. 42. in princ.* Quantumuis esset consuetudo quòd secularis procedere posset, quæ nihil valebat, ad not. *in c. clerici, eo tit.* per Rot. *decis.* 840. *in antiquis.*
3 Et licèt confessio clerici facta coram seculari sufficere videretur ad torturam, secundùm magis communem opinionem, de qua *in d. c. & si clerici*, vt ibi per Felyn. *n.*
4 5. & per Dec. *n.* 6. & 17. Tamen secus esse videbatur in alijs actis probatoriis contra clericum factis, quia negari non poterat quin confessio esset maioris efficaciæ quàm altera probatio *l. generaliter, C. de non num. pec. c. per tuas de prob.* Crauet. *cons.* 80. *n.* 1.
Imò in casu nostro, etsi concurreret confessio, quæ tamen non concurrebat, essem in voto, quòd omnino totus processus vnà cum confessione annullaretur, nec
5 ex ea aliquod indicium sumeretur. Tum quia eramus in curia in qua receptum fuerat ex stilo & consuetudine similibus processibus non adhibere fidem, & indistinctè reuocabantur etiam sine aliqua causæ cognitione per officium contradictarum, & pœnitentiariæ.
6 Tum quia dictus iudex secularis adeò temerariè processerat, non obstante prohibitione Legati de latere Sedis Apostolicæ, vt potius in contemtum iurisdictionis Ecclesiæ quàm zelo iustitiæ processisse videretur, & ne alijs secularibus huiusmodi similia faciendi in futurum audacia tribueretur.

ARGVMENTVM.

Notarius lacerans notam originalem, etiam absque dolo, punitur extra ordinem ob temeritatem.

SVMMARIVM.

1 *Lex Cornelia de falsis requirit dolum.*
2 *Recurritur semper ad matricem, vti ad fontem, vbi fides instrumenti in dubium reuocatur.*
3 *Error potius præsumitur, quàm dolus non falsificata matrice in instrumentis publicatis.*
4 *Regulariter in Notario error potius præsumitur, quàm dolus.*
5 *Sponte confitens præsumitur veritatem dixisse.*
6 *Scriptura originalis dicitur illa, quæ tempore actus gesti conficitur.*
7 *Scriptura originalis non potest impune lacerari.*
8 *Scriptura ad quam quis se refert omnino conseruanda est.*
9 *Decretum iudicis requirit scripturam.*
10 *Causa bestialis non excusat à pœna temeritatis.*

RESOLVTIO XLVIII.

DOMINICVS de Summo vir alioquin probus, qui quandam notam translationis pensionis q. Garsiæ de Gibraleon. per eum vti Notarium receptam lacerauerat, sub eo prætextu, quòd confusè cum multis apostillis confecta fuerat, & aliam confecerat, ac in instrumentis per eum publicatis inseruerat literas reseruationis pensionem, quas tamen distinctè non viderat, licèt coram eo in quodam sacco allatæ fuissent à domino Sebastiano Pighino, & me, ab-
solutus fuit à crimine falsi, & pœna legis Corneliæ. Quia 1
ex pluribus constabat ipsum non fuisse circa præmissa dolosè versatum, & lex Cornelia requirebat dolum, *l. nec exemplum, C. de fals. & l. quid sit falsum*, & vtrobique Bart. *ff. eod. tit.*
Et licèt mutasset veritatem in dictis instrumentis per 2
eum publicatis, id incõsideratè fecerat, nec matricem ex qua dicta instrumenta publica sumpserat aliter corruperat, quod si dolosè fuisset, vtique & illam quod corrupisset, oc per recursum ad eam falsitatis ipsa detegeretur, cùm ad illam semper vti ad fontem recurratur, vbi instrumentorum fides in dubium reuocatur, vt Bald. *in cap.* 1. *n.* 12. *de probat.* per scriben. *in Auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Anchar. *cons.* 431.
Et sic non falsificata matrice error potiùs præsu- 3
mebatur, imò per illius exhibitionem deprehendebatur, ita Bar. *in l. si librarius, num. 9. de reg. iur.* prout etiam regu- 4
lariter in Notario error potius, quàm dolus præsumebatur, vt Bar. *in l. quoties. §. 1. ff. de hæred. instit.*
Et maximè, quia a seipso omnia sponte & ingenuè 5
confessus fuerat, ex qua confessione oriebatur præsumtio dictorum per eum, ad not. *in l. 1. C. ne tut. vel cur. vect. cond. & in c. fin. de furt.* Abb. Fel. Dec. & alij *in c. & si Clerici in 6. not. de iud.* Tiraq. *de pæn causa* 30.
Verùm quia scriptura prædicta per eum tempore 6
actus gesti confecta erat originalis, *§. illud. Auth. de tabell.* Bal. *in l. 2. n. 9. C. de test. am.* Ias. *in d. Auth. si quis in aliquo, in prin.* Fuit dictum quòd non poterat illam impune lace- 7
rare, vt per Bald. *in rub. C. de fide instr. n.* 28. Ioan. de Amicis *cons.* 106. *n.* 8.
Maximè, quia transferens in ipsa translatione ad il- 8
lam se retulerat, dicendo quòd transferebat, prout in ipsa scriptura continebatur, quo casu erat omnino conseruanda, ad not. *in l. Paulus, ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. eum 9
qui, C. eod. tit.* Et eo magis cùm ipsa translatio ob decretum iudicis requireret scripturam. Bald. *in d. rub. C. de fide instrum. num.* 20. & 28. Ang. *in l. alia, num.* 5. & ibi Imol. *ff. de re iud.*
Ideo licèt excusaretur à dolo ob causas, de quibus in 10
actis, non tamen excusabatur à pœna temeritatis, per quam crimen stellionatus incurrebat, vt per Ang. *in l. plagij, versic. similiter attende, C. ad leg. Fabiam de plag. & in l. ex consensu, §. eum, qui, ff. de appell.* Ias. *in l. iustè, in fin. ff. de acquiren. possess.* Dec. *in l. hoc edicto, column. penult. prope fin. ff. quod quisque iur.*

ARGVMENTVM.

Remissoria in criminalibus, etiã vbi testes sunt extra prouinciam, fisco non est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Distinctio de testibus in Prouincia, & extra Pro-*

uin

niunciam in remiſſoriis reprobatur ab Abbate.
2 *Rationes eædem concurrunt in vtroque caſu.*
3 *Remiſſoria in fauorem rei, vel ipſo conſentiente cõ-*
cedi poteſt.
4 *Opinio quòd fiſco non detur, recepta fuit in curia.*
5 *Reſolutio huiuſmodi fuit cauſa condendi motum*
proprium, quòd fiſco detur remiſſoria.

RESOLVTIO XLIX.



Oſtquam Epiſcopus Oſcen. de mandato
Summi Pontificis ad preces Cæſaris admiſ-
ſus fuit per procuratorem, dum inſtaretur
pro parte fiſci decerni remiſſoriam pro re-
petendis teſtibus, Domini decreuerunt non eſſe aliter
decernendam, etiam quòd teſtes eſſent extra Prouin-
1 ciam, & iuriſdictionem noſtram, nec cogi poſſent com-
parere ſecundùm opinionem, gloſ. Abb. Anchar. Card.
& aliorum *in c. conſtitutus, de fideiuſſor.* & ſententiam eiuſ-
dem Abbatis reprobantis diſtinctionẽ de teſtibus exi-
ſtentibus in Prouincia, ſeu extra Prouinciam, *in c. cùm*
2 *cauſam, col. pen. ver. vlt. extra gloſ. de teſt.* Cùm concurre-
rent vtroq; caſu eædem rationes, grauitas ſcilicet cauſæ,
& quia euenire poſſet, vt teſtes torqueri deberent, ſicut
conſiderabat Abbas *in d. c. cùm cauſam*, de quo etiam per
Gloſ. & Doct. *in c. teſtes 3. q. 9.* Cin. & Sal. *in Auth. apud elo-*
quemiſſ. C. de fid. inſtr.
3 Et quòd opinio contraria, quando teſtes erant extra
Prouinciam poterat procedere, vbi peteretur ad fauo-
rem rei, ſicut diſtinguebat Sal. *in dicta Auth. prope finem*,
vel inquiſito conſentiente, prout eius conſenſum re-
quiri, & non debere aliter teſtium repetitionem in cri-
minalibus committi, voluerat Gram. *in conſ. 67.*
4 Et dicebant opinionem prædictam fuiſſe receptam
hîc in curia, in quamplurimis cauſis, & in ſpecie, in qua-
dam Polignanen. exceſſuum, in qua Reuerendiſſ. D.
Cardinalis Pariſius in minoribus Auditor Cameræ de-
5 creuerat, & reclamante Epiſcopo remiſſoria effectum
non habuerat. Quæ reſolutio præbuit occaſionem con-
dendi motum proprium, quem ego formaui, quòd vbi
teſtes eſſent extra Prouinciam daretur remiſſoria fiſco,
& haberet locum, etiam in pendentibus, quamuis re-
ſpectu cauſæ huiuſmodi res fuerit reducta ad terminos
iuris, & remiſſoria per præfatos Dominos denegata.

ARGVMENTVM.

Motus proprius de faciendo depoſitum pœnæ
pecuniariæ procedit etiam, vbi quis condẽ-
natur ratione delictorum extra terras Ec-
cleſiæ commiſſorum.

SVMMARIVM.

1 *Ex proœmio colligitur intentio finalis diſponentis.*
2 *Fallit vbi eſt diſpoſitio generalior ipſa cauſa.*
3 *Motus proprius reſpicit iudicia, non autem delicta.*
4 *Et reſpicit ordinationem.*
5 *In ordinatoriis forenſes ligantur ſtatutis loci, vbi*
agitatur iudicium.
6 *Papa habet iuriſdictionem in quoſcunq; clericos e-*
tiam extra eius diſtrictum temporalem.

RESOLVTIO L



Ondemnauimus D. Sebaſtianus Pighinus
Locumtenens in ciuilibus, & ego Epiſco-
pum Egitanen. diffinitiuè in pœnas con-
tentas in monitorio contra eum decreto in-
ter quas erat pecuniaria viginti millium ducatorum, &
fuit dubitatum ab eodem Domino Sebaſtiano an ap-
pellatio dicti Epiſcopi eſſet reiicienda ob non factum
depoſitum iuxta formam motus proprij, quia in illius
proœmio fiebat mentio de improbitate illorum, qui in
terris Romandiolæ ad calumnioſas appellationes con-
fugiebant, & ſic eius diſpoſitio videbatur reſtringenda
ad delicta in dictis terris, vel ſaltem in locis ſubiectis ipſi
Papæ diſponẽti, & ex proœmio colligebatur finalis cau- 1
ſa diſpoſitionis, iuxta not. *in l. fin. de hered. inſtit.* per Bar. *in l.*
ambitioſa, col. penult. ff. de decret. ab ord. facien. per Dec. *in l. 2.*
§. mutui dato in 2. lect. ff. ſi cert. pet. Anchar. *in cõſ. 36.* & Alex.
in conſ. 55. lib. 5. Rom. *conſ. 16.* Sed tenuit contrarium, pro-
ut aliàs ego quoque tenueram, quia illa non fuerat cau-
ſa finalis ipſius diſpoſitionis, ſed impulſiua, ſicut de Cal-
phurnia dicebatur. *in l. 1. §. ſextum. ff. de poſtul.*
Quod ex eo deducebatur, quia diſpoſitio erat genera- 2
lior ipſa cauſa, quo caſu cauſa dicebatur impulſiua, &
non finalis. Ioan. And. *in c. quoniam, in 1. quæſt. de immun. c.*
Eccl. lib. 6. quem referebat & ſequebatur Felyn. *in cap. cùm*
nuntius, col. 1. de teſt. Iaſ. *in con. 1. col. 10. vol. 1.* Apparebat au-
tem generalior, ex quo non ſolùm calumnioſè appel-
lantes, ſed etiam eos, qui iuſtè appellarent, arctabat ad
depoſitum faciendum.
Nec videbatur Papam voluiſſe reſtringere diſpoſitio-
nem ad terras Eccleſiæ, ob id quod fecerat mentionem
de terris, & locis Sanctitati ſuæ ſubiectis, vt prætende-
batur, ſecundùm not. per Soc. *in conſ. 54. col. 2. ver. tertia*
reſtrictio, vol 4. Nam motus proprius non reſpiciebat ipſa 3
delicta, ſed iudicia, & loca in quibus de delictis ageba-
tur, vt ſcilicet iudices in iudiciis coram ipſis petentibus
ſuper quibuſcunque delictis vbilibet commiſſis appel-
lantes non audirent niſi facto depoſito. Nec Soc. *in dicto*
conſ. 54. dicebat ex proœmio reſtringi diſpoſitionem, ſed
ſolùm, quòd lex generalis reſtringebatur ex alia parte
diſpoſitionis, in qua loquebatur ſpecialiter & vt minus
corrigeret ius commune, quàm fieri poſſet.
Quòd tanto magis in propoſito dicendum erat, quia 4
huiuſmodi motus proprius reſpiciebat ordinatoria.
Alex. *in l. 1. in fin. ff. de legat. 1. & in conſ. 167. circa finem, vol.*
2. Cor. *conſ. 187. col. fin. vol. 4.* Quo caſu etiam forenſes li- 5
gabantur, ad not. *in c. quod clericus, de for. comp. & in c. Eccle-*
ſia S. Mariæ, de conſtitut. Gem. *conſ. 73.* Tum etiam quia 6
eramus in Epiſcopo, & per conſequens iuriſdictione di-
ſponentis ſubiecto, quandoquidem Papa iuriſdictionẽ
habet in omnes clericos cuiuſcũque diœceſis, etiam ex-
tra diſtrictum temporalis dominij Sedis Apoſtolicæ, Io.
Mon. & ibi Prob. *in cap. ſi eo tempore, de elect. lib. 6.* Bal. *in t. t.*
quis dic. Dux, vel Marchio. in vſib. feud.

ARGVMENTVM.

Idem motus proprius procedit etiam reſpectu
aliarum pœnarum, vt non poſſit appellari,
niſi facto depoſito pœnæ pecuniariæ con-
tentæ in eadem ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius eſt correctorius, & odioſus, & pro-*
pterea reſtringendus.
2 *Natura verbi vniuerſalis negatiui eſt excludere o-*
mnem diſpenſationem, & potentiam etiam in
caſibus ſpecialibus.
3 *Diſpoſitio legis in quo poteſt ſemper ſeruanda eſt.*
4 *Quando concurrunt duæ cauſæ prohibitoria, & per-*
miſſiua, in ſeparabilibus prohibitiua non nocet
permiſſiuæ.
5 *Imò nec in indiuiduis vbi reducimur ad ius com-*
mune.
6 *Pœna adiecta ad aggrauandum non debet operari*
effectum contrarium.

RESO

RESOLVTIO LI.

Svccessiuè in eadem R.P. D. Iacobus Puteus, & ego tenuimus appellationem etiam respectu excommunicationis, & aliarum pœnarum, in quibus non cadebat depositum, non facto deposito de pœ-
1 na pecuniaria denegandam esse. Non obstante, quòd motus proprius huiusmodi esset correctorius, & odiosus, vtpote tollens, & restringens defensiones, & per cõsequens restringendus solùm ad pœnas, in quibus caderet depositum, ad Bar. & alios *in l. si verò. §. de viro, ff. sol. mat. in l. omnes populi, col. fin. versic. d. quarto quæro, de iust. & iur. in Auth. quas actiones, C. de sac. Eccl. in c. cum dilectus, de consuet. c. odia. de reg. iur. cum sim. libus.*
2 Quia cùm motus proprius loqueretur per verbum vniuersale negatiuum, videlicet nullas appellationes, excludebat omnem prorsus appellationem etiam in mixta condemnatione, siue interponeretur respectu pœnæ pecuniariæ, siue non, ex natura verbi vniuersalis negatiui, quæ erat exeludere omnem dispensationem, & tollere omnem potentiam, etiam in casibus specialibus, ad glos. *in Clem. vt si, in ver. nullo modo, de ætate & qual.* Aug. & Inol. *in l. si quærimus. ff. de test.* Ias. *in l. 1. §. sublata, n. 13. & seq. ff. ad*
3 *Trebell.* Paris. *cons. 81. n. 9. vol. 1.* Et legis dispositio semper in quo poterat seruanda erat, *l. 2. C. vt infra cert. temp. l. qui. cunque. de ser. fug.* Ang. *in auth. sed nouo iure, in fine ver. quid si manum nõ habet. C. eod. tit.* vnde cùm in altera ex dictis pœnis seruari possit, vtique seruari debebat.
4 Nec obstare dicebamus, quòd vbi duæ causæ concurrebant, vna permissiua, altera prohibitiua, tunc prohibitiua in separabilibus non nocebat permissiuè, secundùm Bart *in l. 3. § fin. ad S llan.* & Ias. *in l. mater, C. de inoff.*
5 *testam.* Imò nec etiam in indiuiduis quando per causam permissiuam reducebamur ad ius commune. Ias. *in l. si arrogat n. num. 48. de ad pt.* Et quòd propterea, siue materia in proposito esset diuidua, siue indiuidua, appellatio prohibita à pœna, in qua depositum consistere poterat, non videbatur prohibita ab illa, in qua depositum non cadebat.

Quia erat aduertendum, quòd appellatio interponebatur à sententia, non autem à pœna, & ideo cùm sententia contineret etiam pœnam, in qua depositum cadebat, ita quòd lex, seu motus proprius in illa parte verificari poterat, & prohibebat appellationem cum illa vniuersali negatiua, nulla re, vtique non poterat etiam ab
6 alio capite appellari nisi deposito facto. Alioquin illa pœna excommunicationis adiecta ad magis grauandum operaretur contrarium effectum, scilicet releuamen ab onere depositi contra notissimas regulas iuris. *l. legata inutiliter ff. de fund. instr. l. Aurelius. §. testamento ita, ff. de liber. leg.* cum sim.

ARGVMENTVM.

Saluus conductus etiam subreptitius prodest ad minuendam pœnam vltimi supplicij, quę aliàs posset imponi pro crimine.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus subreptitius non prodest inquisito illum habenti.*
2 *Idiota persona non debet decipi sub fide publica etiã subreptitia sine dolo impetrata.*
3 *Fides publica talis qualis est debet inducere indicem ad minuendam pœnam.*
4 *Meretrici volenti ducere in virum condemnatum pœna vltimi supplicij, debet talis condemnatus condonari.*
5 *Qualitas derobationis in homicidio facit transire crimen homicidij in latrocinium.*
6 *Qualitas huiusmodi omissa in saluo conductu reddit illum subreptitium.*
7 *Captanda est occasio puniendi crimen enorme, vt ceteris sit exemplo.*
8 *Imputandum est idiotæ qui non facit sibi legi saluũ conductum pro eo impetratũ si saluus conductus sit subreptitius.*
9 *Nullus est tam fatuus, quin sciat qualitatem derobationis alterare crimen homicidij.*
10 *Latrones vbique locorum saltem recepta consuetudine puniuntur.*
11 *In re notoria non potest dici fuisse quem sub fide publica deceptum.*
12 *Delinquens enormiter meretrici etiam volenti eũ ducere in virum, non est concedendus.*
13 *Et in omnem euentum in Vrbe non seruatur de cõsuetudine.*
14 *Sanctissimus D.N. inclinauit pro minoratione pœnæ in casu de quo in præsenti decisione allegata etiam per eum ratione.*

RESOLVTIO LII.

Qvidam Senensis interfecto eius Domino 1
in ciuitate Senarum, & derobato, scripserat literas Domino Vanno Signorino, vt pro eo impetraret saluum conductum, & eo à Gubernatore Vrbis obtẽto, cùm peruenisset ad Vrbem, ac captus confessus fuisset homicidium cum qualitate derobationis de qua in saluo conductu, nulla facta fuerat mentio. Aliqui ex Dominis Visitatoribus dicebant 2
quòd literatim saluus conductus esset subreptitius, & propterea inquisito suffragari non deberet. Tamen quia ipse erat idiota qui scripserat veritatem dicto Domino Vanno, & ab eo receperat saluum conductum credens esse validũ non videbatur iustum quòd decipi deberet sub hac fide publica absque sui culpa, & dolo taliter impetrata, prout not. Alb. *in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impet.* cũ credidisset bona fide licentiam tenere, vt per eund. Alb. *in l. præsenti. §. cùm autem, col. 3. in princ. C. de iis qui ad Ecc. confug.* & subreptio in supplicatione impetrata per alium absente principali non debet nocere ipsi principali. Rot. *decis. 73. in antiquis, Dominus Vrbanus. aliàs 74 de rescript.*

Et in omnem easum qualis esset huiusmodi fides pu- 3
blica debebat saltem inducere iudices ad minorandum pœnam, & maximè cùm petitus fuisset in virum à mere- 4
trice, & eam iam desponsasset.

Alij verò replicabant quòd ex quo illa qualitas dero- 5
bationis faciebat transire homicidium in aliam speciem criminis, scilicet latrocinij, vt *in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fug.* Sicque redderet 6
saluum conductum subreptitium, Nedum pœna vlti- 7
mi supplicij remittenda non erat, sed captanda occasio huiusmodi vt hic facinorosus, & proditor, ac tam scelestus & impius homo, qui Dominum suum ad effectum derobandi necauerat, cæteris exemplo esset. Et quòd 8
sicut scripserat eidem Domino Vanno de ablatione rerum ita sibi prospicere potuerat legendo saluũ cõductũ, vel illum sibi legi faciendo, quod cũ non fecisset potiùs diuinæ iustitiæ, quæ noluerat tam enorme facinus inultum remanere, adscribendũ erat quàm eius simplicitati. 9

Nullus enim tam fatuus reperiebatur quin sciret qualitatem derobationis huiusmodi maximè alterare deli- 10
ctum homicidij, etiam ex iure quodam iusto naturæ. Et quod vbique locorum tales appellabantur vulgò assassini, & quòd lattones saltem ex recepta cõsuetudine vbiq; 11
etiã puniebantur. Vnde in re tam notoria nullo modo poterat dici illum fuisse fide publica deceptum.

Nec meretrici similis delinquens nullo pacto con- 12
donan

3 dānandus erat. Præter id quòd opinio prædicta nunquā in Vrbe recepta fuerat, in quæ si reciperetur, omnes ferè delinquentes impuniti euaderent ob numerum meretricum in ea existentium.

Et hanc sententiam maior & sanior pars dominorum amplectebatur, & dicebat exequutioni mittendam.
14 Verùm cum Illustris. D. Margarita de Austria credens rem piam facere ratione desponsationis prædictæ pro eo intercederet, fuit dictum quòd fieret verbum cum Sanctitate sua quæ auditis votis Dominorum inclinauit pro minoratione pœnæ, dicens, quòd & si saluus conductus est subreptitius non omnes tamen hanc subreptionem sciuissent, sed bene omnibus innotuisset hominem sub saluo conductu neci traditum fuisse, & sic fuit transmissus ad triremes perpetuò.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis generale super quæstione inferēda reo ob ambiguas & inuerisimiles responsiones debet intelligi de quæstione inferenda super crimine, non autem pro eruendis præcisis, vel magis verisimilibus responsionibus.

SVMMARIVM.

1 *Index in criminalibus potest interrogare reum vbicunque æquitas eum mouet.*
2 *Verba l. vbicunque, de interrog. actionib. quomodo intelligantur.*
3 *Index non tenetur admittere inuerisimiles responsiones rei.*
4 *Reus ambiguè respondens potest torqueri pro eruenda præcisa responsione quando verè, vel præsūtiuè infert ad crimen.*
5 *Etiam nulla sibi data dilatione ad cogitandum.*
6 *De facili quis potest obliuisci de gestis per eum.*
7 *Reus non potest torqueri pro eruendis indiciis, sed pro eruendo crimine.*
8 *Ad quæstionem non debet deueniri, nisi præcedentibus indiciis, & talibus, quòd sola confessio rei deesse videatur.*
9 *Sententia debet semper intelligi secundùm ius cōmune.*
10 *Reus, qui fuit tortus, & purgauit, non potest condemnari*

RESOLVTIO LIII.

DVm in quadam Bononien. Parricidij pro fisco, & equire Piatesio contra Andream etiam Piatesium carceratum prætenderetur posse procedi ad condemnationem, tamquam ex indiciis ferè indubitatis conuictum coràm D. Gubernatore, cui ego post torturam eidem Andreæ illatam in adiunctum datus fui, cùm multa, & magis vrgentia ad conuincendum eum militarent ex ipsius ambiguis, & inuerisimilibus responsionibus, super quibus per Dominū Locumtenentē dicti D. Gubernatoris facto quodam decreto multum generali processum fuerat ad torturam, dictus Locumtenens, nec videretur admisisse reum ad purgationem indiciorum, dicebat quòd quātū ad ambiguas responsiones ipse supposuerat ipsum reum quæstionibus pro eruendis præcisis respōsionibus, & nō super ipso crimine.

1 Quia cùm iudex in criminalibus posset interrogare reum, vbicunq; æquitas eum moueret, secundùm Bal. *in l. 2. ver. ex officio tamen, C. de exhiben. reis*, quē sequebatur Georg. Natta *in Clem. sæpe, col. 7. de verb. signif.* prout cantabant verba text. *in l. vbicunque, ff. de interrog. actio.*

Quæ exponebantur, idest, in quacunque parte iudicij, & ex quacunque causa iudex ita expedire ad faciliorem iudicij expeditionem cognosceret, vt declarabat Rom. *in consil. 375. in principio*, etiam quòd huiusmodi præcisę responsiones non inferrent aliàs ad delictum, potuerat torquere, si ipse reus respondere recusabat, prout in casu nostro recusauerat. 2

Quantum verò ad inuerisimiles, quia iudex non tenebatur tales responsiones admittere, vt per Hip. *cons. 71. n. 17. & 101. numer. 76. & 109. numer. 24.* Gram. *voto 14. col. 2.* torquere sibi licuerat pro magis verisimilibus eruendis, & sic vtroque casu non poterant dici indicia huiusmodi purgata respectu criminis principalis. 3

Sed ego replicabā, & D. Gubernator approbabat quòd licèt iudex posset interrogare in quacunque parte iudicij, & ex quacunque causa, vt dicebatur, non tamen poterat in quacunque parte, nec ex quacunque causa torquere, sed tunc demum respectu processus faciente.

Cùm ipse reus super ipsa inquisitione, vel eam concernentibus in facto proprio respondere recusaret, ita quòd responsio eruenda necessariò, verè, vel saltem præsumptiuè inferret ad delictum, & non aliàs, per doctrinam Bal. *in l. accusationem, col. 2. C. qui accus. non poss.* quā sequeb. Brun. *in tract. de indic. & tort. q. 5.* decis. Neap. 146. *in nouis.* 4

Reus enim ambiguè respondens super ipso delicto, ideo torqueri poterat, quia certus esse debebat se fecisse, vel non fecisse, & ob id, & nulla sibi dilatio ad respondendum danda erat, sed præsens statim cogebatur respondere, iuxt. glos. sing. *in c. 1. quæst. 4.* relat. per Roman. *in sing. 694. quæro nunquid per Ioannem de Arnono, in sing. 23. quotidie hic casus*, Bald. *in l. cum falsum, ff. de acquir. hered.* 5
Quod quidem non sic procedebat vbi responsio non inferebat ad delictum, quia de facili quis poterat etiam de rebus per eum gestis obliuisci, ad not. *in l. 2. C. de vet. iur. enucl. in l. peregre, ff. de acquir. poss.* Hippol. *in consil. 77. numer. 15.* Grammat. *in consil. 47. num. 14. & in voto 36. numer. 1. & seq.* 6

Quo verò ad inuerisimiles responsiones, quòd nullibi legeram reum posse torqueri pro eruendis indiciis ab eo, sed bene quòd nullo modo, & non nisi pro reperiendo crimine intentato, vt per Bald. *in consil. 259. verba inquisitionis, vol. 1.* relat. per Hippolyt. *in consil. 70. num. 45.* Et quòd ad eam non poterat deueniri, nisi ipsis indiciis præcedentibus, & talibus quodammodo sola confessio rei deesse ad probationem ipsius criminis videretur, *l. 1. & per totum, ff. & C. de quæst.* 7 8

Et propterea cùm decretum per eum factum posset intelligi de tortura respectu criminis reperiendi illata, sic potiùs erat intelligendum cùm esset secundùm iuris communis dispositionem; secundùm quam semper sententia in dubio interpretabatur. glos. *in l. Herennius, §. final. in fine, de euict.* Bart. *in l. 2. §. edicto. col. 3. ff. vi bon. rapt.* Et sic cùm in tortura perseuerasset iudicia contra eum laborantia ex dictis inuerisimilibus responsionibus fuisse purgata, ita quòd ad condemnationem saltem directam in eis nullo modo fieri poterat fundamentum. 9 10

ARGVMENTVM

Periurium circa partitum litis decisiuum an criminaliter puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex periurio facto in partito decisiuo litis nulla actio parti oritur.*
2 *Vbi aliquo facto actio ciuilis non oritur parti, minùs oritur fisco criminalis.*
3 *Periurus dolum committit, & ferè impossibile est id committi posse sine dolo.*
4 *Dolus punitur criminaliter.*
5 *Lex n unquam aperit viam periuriis.*

RESO

RESOLVTIO LIV.

IN vna Astoricen. periurij inter Fiscum, & Didacum de Vega illi adhærentem, & Alphõsum Diaz reum inquisitum fuit dubitatum, an periuriũ circa partitũ litis decisiuũ puniri posset criminaliter. Et pro negatiua allegabatur tex. *in l.2.* cum ibi not. per Sal. *C. de reb. cred.*

1 Secundò dicebatur, quòd ex quo nulla actio parti ex
tali periurio ciuilis oriebatur, per text. *in l.1. C. de reb.*
2 *cred. & in l. nam, & postea quam, ff. de iureiur.* Nec reipu-
blicę oriri poterat, vt per Salyc. *in l. eos, & in l. si abducta, in
vlt. col. C. de furtis*, & per Hipp. *cons. 35. n. 14. & cons. 53. n. 12.*
Præsertim quando ex actu, super quo iurabatur, resul-
tabat delictum priuatum, & non publicum, prout in ca-
su nostro, iuxt. ea quæ trad. Cassanæus *in consuet. Burgun.*
& quòd tale periurium non puniretur tenuerat Guido
Papæ *cons. 88. circa merita 2. col. in fin.*

Pro affirmatiua verò, quam secuti fuimus, D. Puteus, & ego. adducebantur not. per Iacob. Buttigat. *in l.1. C. de sum. trin. & fide Cathol. & in d. l. 2.* vbi & Bal. & Io. Faber concludebant periurium puniri, & respondebat *ad d. l. 2.* etiam vltra glos. bal. *in l. si fideiussor. §. in omnibus, ver. nota hic ff. mã.* sequebatur Ias. *in l. si duo. §. fi. ff. de iureiur.* & quòd pro ista opinione erat tex. *in l. fin. ff. de crim. stellio. & in cap. quicunq.* vti etiam glos. & ibi Car. Alex. *6. q. 1.* & Ripa *in c. 2. n. 10. de rescript.*

3 Nam negari non poterat quin periurus dolum com-
mitteret, imò impossibile videbatur illud sine dolo cõ-
mitti posse, ad not. per Ias. *in l. si quis maior. C. de transact.*
4 *& in l. qui iurasse, ff. de iureiur.* Et dolus criminaliter pu-
5 niebatur *l. 3. de crim. stellio.* glos. *in l. 1. ff. de fid. tuto.* Et sic di-
cebamus tale periurium non puniri saltem pœna extra-
ordinaria, sequebatur quòd lex aperiebat viam periuris,
cõtra *l. 1. C. si. aduer. vend. & l. 2. C. de ind. vid. toll.*

Nec obstat ratio superiùs adducta, quia ad illã colligebatur responsio, ex iis quæ not. Matth. de Afflict. *in tit. de consu. rect. feud. §. Item, si inter dominum, n. 17. vsque ad finẽ*, vbi latè hoc disputabat, & concludebat tale periurium puniri pœna extraordinaria optimis rationib. de quib. ibi per eum, *& in const. reg. fol. 189. col. 2. & sequen.*

ARGVMENTVM

Quando causa bestialis excuset à dolo, & à pœna periurij.

SVMMARIVM

1 *Quelibet causa etiam iniusta, & bestialis excusat à dolo.*
2 *Ita etiam excusat à pœna periurij.*
3 *Dictum Bal. in l. 3. C. de calum. nõ intelligitur prout intelligit Alex. & Soc.*
4 *Causa bestialis nunquam excusat à dolo præsumto, sed tantùm à vero.*
5 *Vbi de modica summa agitur nõ præsumitur dolus.*
6 *Non præsumitur errasse quando quis iurauit super scriptura, quam prius videt, & legit.*
7 *Periuria quæ fiunt à reo super inquisitione non puniuntur.*
8 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
9 *Ex negatione veritatis, & mẽdacio arguitur dolus.*
10 *Debitor contra quem est commissa ex aduerso exequutio soluens exequutori curiæ liberatur.*
11 *Doctor errans in iure non excusatur.*
12 *Probatio non concludens nihil releuat.*
13 *Causa bestialis excusat dummodo cõstet quem motum fuisse ex illa, & quòd credatur tempore actus gesti causam fuisse rationabilem*
14 *Nullus præsumitur moueri ex causa bestiali.*

RESOLVTIO LV.

IN eadem fuit vlterius dubitatum, an allegata causa prætensi erroris excusaret inquisitum à dolo, & à pœna periurij. Et pro affirmatiua Dominus Iacob. Puteus dicebat ipsemet inquisitus, quòd ex quo ipse crediderat esse aliud depositũ, quòd videlicet prætendebat Didacus soluisse exequutori non poterat dici periurasse, & quòd habuisset illam credulitatem subiungebat constare in suamet responsione, quam fecerat ad partitum, dum in ea dixerat non fuisse satisfactam de deposito, neque de expensis circa illius exactionem factis, quæ ascendebant ad summam 2. Iul. & vltrà. Apparebat autem ex confessione ipsius Didaci, quòd in deposito, super quo prætendabatur ipsum periurasse, neque in alio fuerant factæ tot expensæ, sed bene in illo executoris; sic ergo de illo intellexerat, & ad illud relationem habuerat.

Et licèt illa prætensio, quòd esset creditor depositi ad quod se retulisse asserebat, esset iniusta per ea, quæ deducebantur, infra tamen cùm periurium sine dolo minimè committeretur, iuxta dictum Bal. *in l. obseruare, §. proficisci, col. penul. ff. de offic. procons. & leg.* quod communiter tenebatur, vt per Canonistas *in c. breui, de iureiur.*

Tamen dicebat succedere regulam vulgat. quòd pro- 1
ut qualibet causa, nedum iusta, sed etiam iniusta, & be-
stialis excusabat à dolo, glos. & Angel. *in l. plagij. c. ad l. fals.
de plag. & in l. 1. cum alius ff. de oblig.* ita etiam excusabat à
pœna periurij, & illius reatu, vt in terminis voluerat Ias.
in d. l. qui iurasse, & in l. videamus ff. de in litem iur. Gram. *vo-
to 10. num. 24.*

Et dicebat dictus dominus de Puteo quòd dictum 3
Bald. *in l. 3. notabil. Cod. de calumn.* quod ego inter alia alle-
gabã, nõ intelligebatur eo modo, nec prout intelligebat
Alex. in Apostill. ad eundem *in d. l. plagij*, & Soc. *cons. 118.
col. 5. vol. 1.* Quia Bald. non faciebat ibi differentiã quan-
tum ad exclusionem doli quòd essemus in delictis iudi-
cialibus, sed bene dicebat prout causa bestialis excusa-
bat à dolo extraiudicialibus, non ita excusabat à præ-
sumta calumnia iudicialib. & verum dicebat cùm nun- 4
quam excuset à dolo præsumto, sed tantùm à dolo vero,
vt per Ang. *in l. ex consensu, §. item qui, ff. de appel.* Decis. Nea-
pol. *31. num. 3. in antiq.* Qui dolus præsumtus in casu no- 5
stro considerari non poterat, nec præsumebatur, cùm
de summa 11. Iul. & contra personam qualificatam age-
retur, iuxt. not. *in cap. accedens, de crim. fals.* & per Bald. *in
l. 2. C. eod.*

Non obstare dicebat text. *in l. si non conuicij, C. de iniur. & in l. 1. C. de sicar.* cum aliis simul per ea, quæ magistraliter tradeb. Bart. *in l. dolum, C. de dolo*, & Felyn. *in cap. 1. in 4. col. 2. de præsumt.*

Pro negatiua verò ego considerabam si dici posset quòd immo dictus inquisitus huiusmodi periurium dolosè, & non per errorem commiserat, quo casu cessant omnia supradicta, ad text. *in l. igitur, ff. de liberali causa*, & per Ang. & alios *in d. l. plagij*, & per Canonistas *in d. c. accedens, quod apparebat ex infrascriptis.*

Et primò, quia partium specificè se referebat ad cedu- 6
lam certam in actis productam tam in tèmpore quàm in
summa diuersam à credito, de quo ipse falsò prætẽdebat
per errorem, & edidisse, & penes alium notarium confe-
ctam, vnde non poterat videri errore factum, sed consul-
tò, quia iurauerat super cedula, de qua in partito quod vi-
derat, & legerat, prout ipsemet fatebatur, *& l. præsumebat,
l. non est ferendus, ff. de transact.* Bal. *cons. 7. n. 10. vol. 1.*

Præsertim cùm ex primo deposito esset creditor tan- 7
tùm pro certo residuo maioris summæ, cuius partem
iam habuerat, prout ipsemet asseruit, virtute autem
secundi depositi, super quo iurauerat, totum petebat &
non residuum.

Secundò, quia in vno constituto inquisitus ostensa 8
sibi quietantia à tergo cedulæ, super quo iuratum fuerat
intrepidè illam negauerat, asserens non esse eius manum,
& nunquam reperiri posse, quòd illam scripserit, &
postea

postea in alio dixerat fuisse scriptā & subscriptā eius manu,& quòd de illa hucusq; nō dubitauerat,neq; illā negauerat,quia non videretur sua æqualiter,& sic cōuincebatur manifestè de periurio & dolo,quia in omnem euentum si sua videbatur aliquo modo,non dicebat illam ita præcisè negare,prout negasse apparebat.

9 Et licèt tale periurium non esset punibile,ad not. per Alex.in apostill.ad Bart.*in l.1.ff.de bon.eor.*per Afflict.super const.Regni *fol.89.*per Sil.nuptial.*fol.* 100. tamen inferebatur illum esse solitum sæpius periurare,& semel malus semper præsumebatur malus in eodem genere mali, per reg *semel malus,de reg.iur.lib.6.*& ex tali negatione,& mēdacio arguebatur dolus. ad not. per Felyn. *in cap. literas, in pr.de præsum.*per Bart.*in l.de ætat §.si cùm esset, de interrog. actio.* Alex.*cons.vol.1.*

10 Nec obstare videbātur superiùs adducta,quia pro eorum resolutione considerabam esse impossibile,quòd inquisitor cogitasset , & credidisset de alio deposito : nam cùm esset ll peritus,& Doctor,acq; procurator,dicebat Didacum per solutionem factam executori, qui ita in iudicio inciminando attestatus fuerat , fuisse liberatum , iux. not. per Bald *in l.nouissimè.ff.quod falso tut. auct.*& per Ang. *in l.liber homo,in princ. de hered. instituend.* per Alex.in apostil.ad Bart. *in l.creditor,ff.de solutio.* nec sub hoc prætextu ignorantiæ excusari poterat propter professionis ipsius desiderij repugnantiam,prout not. Bart *in l. sed reprobari, ff.de excus.tutor.*& Bald.*in l.1.C.qui & aduersùs quos.*

11 Nec erat verisimile,quòd voluerit apponere de dicto deposito,sciens se statim repelli posse, prout etiam ab alio iudice repulsus fuerat,immo oriebatur præsumptio vehemens quòd sciens & prudens de alio opposuisset à quo non poterat ita facilè repelli nisi probata eius manu,quę erat admodum difficilis recognitionis propter characteres penitus diuersos , & dissimiles ab alia ipsius manu consueta.

12 Nec ex illis verbis neque de expensis iuncta depositione Didaci inferebatur necessariò illud quod dicebat Dominus meus,quia Didacus non negabat,quòd in depositione super quo iurabat inquisitus , non fuissent factæ tot expensæ , vel vltra , sed bene dicebat,quòd ipse Alphonsus nunquam petierat , nec obtinuerat aliquod mandatum super alio deposito, quàm super illo,quod executioni solutum fuerat , & stabant ista simul quòd expendisset duos iulios circa depositum prędictum , vel aliud in tot citationibus pluries factis,vel alio modo,& tamen non obtinuisset mandatum contra dictum Dida-
13 cum,prout apparebat ex alio deposito confessato , vnde probatio non erat concludens,ad glos.vulg.*in l.neque natales,C.de probat.& in l.non hoc,Cod.vnde cognat.* Quo casu succedebat,quòd cùm non constaret ipsum motum fuisse ex illa causa licèt tempore actus subesset, non poterat illius prætextu se à dolo excusare,ita in term. Alex.*consil.* 103.*col.pen.vol.*1.Corn.*cons.*33.*col.pen.vol.*4. Claud.*in l.iu-*
14 *stè possidet,circa finem,ff.de acq.poss.* Nec aliquis præsumebatur moueri ex causa iniusta,& bestiali, vt per Aret. *consil.* 80.*colum.*1.

Præterea dicebam,quòd forsan illa verba,de quibus in vltima responsione intelligi poterant respectu omnium expensarum,tam primi,quàm secundi depositi. Et nihilominus,quòd iudicio meo non sufficiebat probare,quē motūm fuisse ex aliqua causa iniusta,& bestiali,nisi etiam probaretur, quòd tempore actus gesti credidisset actum faciens causam fore probabilem,& aliàs sufficientem ad illum faciendum,puta probando , quòd super eo consuluisset peritiores, præsertim in casu, in quo quis haberet præsumptionem iuris contra se, quòd sciret causam irrationabilem,prout in nostro contingebat , & quòd ita erat de mente Angeli si rectè videretur,*in d.l.plagij, C.ad l. Fabiam de plag.*

ARGVMENTVM.

Tex.*in l.si diutino.ff.de pœn.*procedit etiam in eo, qui reiterauit delicta.

SVMMARIVM.

1 *Causa minorandi pœnam in l.si diutino.fuit,quia aliter debet puniri delictū recens, aliter antiquū.*
2 *Et ex negligentia iudicum non inquirentium de crimine.*
3 *Quæ duæ rationes ita militant in vno,sicut in pluribus delictis.*
4 *Tex.in d.l.si diutino, loquitur in singulari numero.*
5 *Reatus idem est quod crimen.*
6 *Consuetudo delinquendi aggrauat delinquentem,vt grauiùs puniatur.*

RESOLVTIO LVI

IN quadam Tudertina excessuum Domini visitatores dixerunt recedendum esse à pœna ordinaria legis Corneliæ de sicarijs,in eo qui duo homicidia iam quindecim annis elapsis perpetrauerat,per tex.*in l.si diutino.ff de pœn.* Considerantes,quòd causa subleuandi pœnam,de qua in illo tex.erat diuturnitas temporis,cùm aliter puniretur delictum antiquum,& aliter delictum recens,vt ibi per gloss. Et etiā negligentia iudicis , qui super crimine non inquisierat, prout colligebatur ex not.ibi per Bar. dum volebat dictā legem non procedere,vbicunque iudex etiam in contumaciam condemnasset. Quæ rationes ita videbātur militare in pluribus delictis sicut in vno,imò multo magis in pluribus,quàm in vno,cùm maior daretur negligentia respectu plurium,quàm vnius. 1 2 3

Et licèt fuerit dictum,quòd tex. loquebatur in singulari;si quis in reatu,hoc est , in crimine diutino tempore fuerit. Reatus enim idem erat,quod crimen,seu delictū, *l.1.C.vbi senat.vel clariss.*Fel.*in cap.illa, num.2.de accus.*Vnde non debebat intelligi de eo,qui in reatibus fuisset,in quo erat ratio consuetudinis delinquendi,ex qua grauiùs veniebat puniendus, iux. not. *in l.3.C.de Episc.aud.in l.5.C.de superexact.lib.*10.Et quòd ita etiā videbatur esse de mente, Alber.*in d.l.si diutino* ,dum dixerat illud non procedere in delicto reiterabili,quia tūc imputabatur cōsuetudini allegantis dictam l.3.Nihilominus obtentum fuit à maiori parte pœnam esse mitigandā pro ea autoritate , & æquitate,quibus semper ipsi vti consueuerint. 4 5 6

ARGVMENTVM.

Testes inquisiti,quòd corrupti falsum deposuerint an possint torqueri non habita eorum depositione.

SVMMARIVM.

1 *De corpore delicti debet constare eo modo,quo potest.*
2 *Accusatio falsi non potest institui , nisi post dedicita testificata.*
3 *Testis corruptus punitur de falso etiam quòd veritatem dixerit.*
4 *Et etiam de periurio.*

RESOLVTIO LVII.

PLuries dubitatum fuit coram me an contra testes , qui de corruptione & subornatione inquirebantur, falsum deposuisse in causis ciuilibus pendentibus in Rota, à quibus non poteramus habere illorū depositiones, stantibus aliis indiciis 1

posset procedi ad quæstionem. Et semper resolutum fuit,quòd aut intẽdebamus torquere super eo,quòd falsum in aliquo particulari deposuissent, & tunc debere constare de depositionibus per eos factis,in quibus prætẽdebatur eos falsum deposuisse, vt videretur,an id quod falsum esse asserebatur, verè deposuissent;& sic eo modo, quo poterat constare de corpore delicti,secundùm not. *in l.1.§.item illud.& in l.& si certus,§.1.ff.ad Sillan.& in l.fin.ff.de quæst.* per Hipp *in sua pract.in princ.num.5.* Prout etiam videbamus, quòd non poterat institui à parte falsa accusatio,nisi post dicta testificata, vt per Sal. *in l.produci,n.3.ff.de testibus.*

3 Aut intendebamus torquere super corruptione, &
tunc satis erat constare in actis,quòd fuerant producti,&
examinati in causa ciuili absque eo quòd constaret de
iis,quæ deposuerunt,etsi veritatem deposuissẽt dummodo
corrupti de falso tenerentur,gloss.& Bart.*in l.1.§.&*
qui iudicem ff.ad l.Corn.de fals. idem Bart. *in l.Diuus,colum.2.*
num.7.ff.de re iudic. Specul.*in tit.de testib.§.1. versic.sed quid si*
testi,& ibi Ioan.Andr.*in additionib.* vel.*in c.licèt causam,num.*
4 *19.de probat.*quicquid dixerit Dec *in c.1.de iudiciis.* Et non
solùm de falso, sed etiam de periurio, Sal.*in l.si quis testib.*
col.fin.in 5.quæst.C.de testib.

ARGVMENTVM.

Iuducens testem ad deponendum verum,quod tamen testis ignotabat,cum promissione pecuniarum,de falso venit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Testis accipiens pecuniam pro deponenda veritate punitur pœna falsi.*

2 *Mandans cum promissione pecuniarum eadẽ pœna punitur.*

3 *Lex Cornelia ita punit mandantem sicut cõmittentem.*

4 *Mandans punitur eadem pœna, qua mandatarius.*

5 *Ratio inducens pœnam falsi in teste deponente veritatem per corruptionem quaenam sit.*

6 *Crimen furti non committit, qui credit dominum permissurum,licèt falsò,& similiter denegaturũ, cùm permissurus sit.*

7 *Voluntas,& propositum distinguunt maleficia.*

8 *Mandans tenetur nedum ad solita,sed etiam ad ea, quæ euenire posse cogitare debuit.*

9 *Testis dicens veritatem quam nescit videtur esse in aperta falsitate.*

RESOLVTIO LVIII.

ALPHONSVS de Morales in vna Conchensi
Cappellaniæ induxerat testem etiam cum pro-
missione pecuniarum ad deponendum verum,
quod tamen ipse testis ignotabat, tenui ipsum de falso
1 puniendum esse. Quia sicut puniebatur testis pœna falsi
accipiens pecuniam etiam pro veritate deponenda quam
sciebat,ex not. per glos.& Bartol.*in l.1.in princ.* per illum
tex.*ff.ad l.Cornel.de fals.& in l.diuus*, vbi communiter alij,
*ff.de re iud.*per Paul.de Castro,& Ias.*in l.1.ff.de cond.ob turp.*
causam. per Abb. *in cap.1.in fine*, & ibi Ioann.de Ann. *col.*
fi.de crimin.fals. quicquid dixerit Decius *in cap.1.in princ.*
de testib.
2 Ita etiam mandans puniri debebat,vt per Ang.*sito tra-*
ctat.in verb.falsa,num.19. vers.quæro aliquis accepit pecuniam.
3 Cùm lex Cornelia puniat mandantem sicut committẽ-
4 tem falsum.*d.l.1.in princ.& l.2.ff.de fals.* Et quia regulari-
ter mãdans eadem pœna puniebatur qua mãdatarius, ad
not.*in l.non ideo minus,C.de accus.in l.non solùm,§.si mandato,ff.de iniur.* per Abb. & alios *in cap.mulieres numero secum seq.de sent.excom.* Alex.*consil.65.vol.4.* cum similibus adductis per Ias.*in l.si quis id quod.ff.de iur.om.iud.*

Et licèt pro eius parte diceretur rationem inducen- 5
tem pœnam falsi in teste per corruptelam deponente veritatẽ esse, quia mentiebatur iurando nec prece, nec pretio motus ad testificandum,vt per Imol. *in c.licèt causam,* vbi Fel.*num.3.de prob.* Quæ videbatur cessare in mandãte,qui non probatur mandasse testi,vt in hoc mẽtiretur, sed solùm quòd deponeret id quod in effectu erat,verũ in quo etiam testis ipse non poterat censeri periurus dicendo veritatem,quam iurauerat se dicturum.

Sicut non delictum furti committebat qui D.permis- 6
surum licèt falsò credebat, nec is qui credebat dominũ denegaturum cùm permissurus esset.vulg.§.*placuit.Inst.de oblig.quæ ex delict.nascun.l.inter omnes,§.rectè ff.de furt.*

Cùm propositum & voluntas distinguerẽt maleficia. 7
l.qui iniuria.ff.de fur.& in materia falsi Mart.*in l.1.§.præterea,n.10.vers.vlterius dico*, *& in §.Diuus Adrian.in princ.col.2.ff.ad l.Cornel.de sic.*

Nihilominus præter id quod allegata ratio non erat illa quæ pœnam falsi in ipso teste induceret, sed alia,quia videlicet turpiter faciebat accipiendo pecuniam pro depositione, quã accipere minimè debebat,vt per Bar.*in d.l.1.*& ibi Hipp.*col.1.ff.de fals.* per Felyn.*in c.causam.col.5.de prob.* & per Dec.*in d.c.1.de testib.* quæ etiam in dante procedebat,vt per Ang.*in dicto verbo falsario.*

Replicabam considerationem tolli, ex eo quòd iura- 8
mentum habebat formam communem,& quis corrumpendo testẽ,& ei mandando vt attestaretur,ac eũ producendo,vt iuraret in forma, censebatur mandasse omnia necessaria ad testimonium pro quo dederat pecunias, & propterea cùm mandando fuerit in culpa, tenebatur nedum ad solita, sed etiam ad ea quæ cogitare debebat
euenire posse. *c.si.de homicid.in 6.* Et tanto magis quia in 9
casu nostro d. Alphonsus sciebat ipsum testem nescire veritatem,vnde forsan attentari posset ipsum testẽ quatenus dixerit se scire in hoc quod asseruerat, id quod nesciebat, esse in aperta falsitate, & mandantem similiter.

ARGVMENTVM.

Inducens testem ad deponẽdum falsum prout in præcedenti decisione, non venit priuandus beneficiis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis nunquam imponitur nisi lege expressè caueatur.*

2 *Tex.in c.si Episcopus.50. dist. imponit pœnam priuationis falsificanti scripturam,& dicenti testimoniũ falsum.*

3 *Mandans non punitur pœna imposita facienti quãdo per aliam legem ipsi mandanti pœna reperitur imposita.*

4 *Et maximè vbi potest assignari ratio deuersitatis.*

5 *Falsum non potest dici quando habet primordium veritatis,& pœna eo casu temperatur.*

6 *Testis deponens veritatem quam nescit punitur pœna temeritatis.*

7 *Tex.in d.c.si Episcopus,tanquam pœnalis,& odiosus non est extendendus.*

8 *Inducens testes ad deponendum falsum non perdit causam.*

RESO

RESOLVTIO LIX.

1 N eadem tenui præfatum Alphonſum nihilominus priuandum non eſſe aliquo modo beneficiis. Quia pœna priuationis nunquam imponebatur niſi lege aliqua expreſſe caueretur, vt per gloſ. *in §. in ſumma 15. q. 8. in fin.* per Fel. poſt Abb & Imol. *in cap. querelam, n. 5. de iureiur.* & per not *in c. fin. de temp. ordin.* per Iaſ. *in l. illam, C. de collat.* faciebat tex. *in §. optimum*, ibi. *nec qua licet eſt lex aliquid tale dicens, auth. de non elig. ſecun. nub. in l. ſi ſeruum, §. Prator ait*, ibi, *non dixit Prator. ff. de acquir. hered.*

2 Et licèt tex. *in c. ſi Epiſcop. 56. diſt.* imponeret pœnã priuationis in falſificando ſcripturam, vel dicente teſtimonium falſum, & videretur idem eſſe in mandante, per ea
3 quæ deducta fuerunt in præcedenti deciſione. Nihilominus dicebam ſecus eſſe in caſu noſtro, tum quia tex. expreſſè loquebatur in faciente, & de iure mandantis in crimine falſi reperiebatur iam ſtatuta pœna, quo caſu per legem imponentem aliã pœnã facienti non cõprehendebitur mandans, ad not. per Salic. poſt Bald. *in l. non ideo minus, num. 19. ver. Ego dico latius, ff. de accuſ.* per Ang. *in verbo Sempronium mandatorum, q. 13. & 14. n. 30.* & ibi Aug. *in additionibus*, & conſtitutio pœnalis loquens in faciente non procedit in mãdante, Gram. *in voto 9. n. 29.* Felyn. *in c. mulieres, n. 5. de ſent. excom.* licèt dicatur, quòd qui mandat verè committere dicitur, *d. cap. mulieres. §. illi verò, de ſenten. excomm.*

4 Maximè in caſu iſto, in quo aſſignari poſſet ratio diuerſitatis inter facientem, & mandantem, vt hîc, cùm ipſe mandauerat, mandatarius verò illam ignoraret, vt per eundem Sal. *in d. l. non ideo minus, n. 23.* Iaſ. *in l. ſi id quod, ff. de iuriſd. omn. iud.*

5 Tum quia non poterat dici mandaſſe falſum teſtimonium, cùm haberet primordium veritatis pro ſe, & ſic pœna erat temperanda *l. cùm filius, §. heres, in fine. ff. de leg. 2.* Felyn. *in capit. ſuper litteris, numer. 30. de reſcript.* Hipp. *in ſing.*
6 *35. ille qui nunquam.* Prout etiam in ipſo teſte deponente veritatem quam certò neſciebat, qui pœna temeritatis tantùm puniebatur, vt per Anch. *in conſ. 24.* Felyn. *in cap. fraternitatis. in fine, de here.* Iaſ. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi pratori, n. 11. de nou. oper. nunc.*

7 Et tex. *in d. c. ſi Epiſcopus*, loquebatur in dicente falſum teſtimonium, vnde non erat extendendus ad inducentem & corrumpentem teſtes pro veritate deponendum tanquam pœnalis, & odioſus, *c. in pœnis, & c. odia. de reg. iur. in 6.* cum ſimilibus.

8 Et præſertim cùm aliàs inducens teſtes nedum ad deponendum verum, ſed etiam quando propter falſitatem commiſſum in cauſa pars ipſa falſitatem committens amittat cauſam, vide Iul Clar. *in §. falſum, verſic. item propter falſitatem, non perderet cauſam l. Diuus*, & ibi Bart. & alij, *ff. de re iud. in l. 1. circa fin. C. ſi ex falſis inſtrum.* Fel. *in c. cùm venerab. ver. vtrùm ſicut falſum, de except.*

ARGVMENTVM.

Pactum de ſoluendo expẽſas reſeruationis fructuum, & regreſſus, non cenſetur expreſſum per illa verba, *reſeruatis validè infraſcriptis, & nõ aliàs, aliter, nec alio modo*, de quibus in ſupplicatione.

SVMMARIVM.

1 *Gratia eſt perfecta per ſolam ſupplicationem.*
2 *Supplicatio ad abſolutoriã ſufficit, & in poſſeſſorio.*
3 *Solutio compoſitionis nihil facit ad perfectionem gratiæ.*
4 *Nullus præſumitur aſſumere in ſe onus alienũ, præſertim vbi cadit delictum.*

5 *Papa non cenſetur remittere crimen quod non intelligit.*

RESOLVTIO LX.

N vna Romana Simoniæ pro fiſco contra Ludouicum Diaz, Vibis Vicarius, & ego tenuimus pactum de ſoluendo expenſas expeditionis literarum reſeruationis fructuum, & regreſſus inter reſignantem, & reſignatarium in die præſtiti conſenſus factum non cenſeri expreſſum in ſupplicatione, per iſta verba, videlicet, *Niſi reſeruatis validè infraſcriptis, & non aliàs, aliter, nec alio modo.* Quia per ſolã 1
ſupplicationem gratia erat perfecta, & valida, licèt ad ipſius probationem & canonizationem in iudicio obtinendã requireretur literarum expeditio. Rot. *deciſ. 87. & alia 882. de reſcr. in antiq.* Mil *in ſuo repertorio, in verſicul. gratia Apoſtolica*, Felyn. *in rubr. de conſt. col. 3.* Caſſad. *de reſt. ſpol. dec. 8. de cauſ. poſſ. & prop. deciſ. 4. de re iud deciſ. 2. & ſuper reg. cancel. dec. 1 & 2.* per Sarnen. *in reg. de non iuxta form. ſupp. q. 3.* per Staſil. *de literis gratia, & inſt. fol.* 109. Per. Rebuf. *ſuper concord. fol.* 126. Quicquid dixerint Bellam. *deciſ.* 644. & Old. *conſ. 325.* & Bald. *in cap. primo, in princ. col. fin. per quos fiat inueſtitura.*

Et propterea cùm in ſupplicatione diceretur validè 2
reſeruans re, & ad validitatem reſeruationis, ſufficeret ſola ſupplicatio, quæ ad abſolutoriam obtinendum, & in poſſeſſ. ſufficiebat. Caſſ. *in d. deciſ. 4. de cauſ. poſ. & prop. & in d. deciſ. 2. de re iud.* Sequebatur quòd verba prædicta nõ poterant intelligi de expeditione literarum, quæ poſt gratiam perfectam expediebantur.

Et licèt compoſitio pro reſeruatione veniret ſoluen- 3
da, hoc tamen non faciebat gratiam nõ eſſe onus, quod
ſequebatur poſt gratiam perfectam. Et quia in omnem 4
euẽtum ſi per verba prædicta cenſeretur expreſſum quòd literę expedirentur, & compoſitio ſolueretur, tamen non propterea inferebatur Papam intellexiſſe actum fuiſſe inter reſignantem, & reſignatarium ex conuentione Simoniaca, vt onus expeditionis quod ſui natura ſpectabat ad reſignantem contra ius, & conſuetudinem, tranſiret & transferretur in reſignatarium, cùm quilibet teneretur ſoluerę id quod ad ſe ſpectabat, & nemo præſumeretur in ſe aſſumere onus alienũ *l. cùm de indebito, ff. de prob.* præſertim delictum committendo, *l. meritò, ff. pro ſoc.*

Vnde non poterat cenſeri Papam remiſiſſe ſimoniam 5
quam ignorabat, ad not. *in l. quidam conſulebant, ff. de re iud.* per Rom. *cõſ. 206.* per Iaſ. *in l. Barbarius, col. 3. ff. de offic. prat.*

ARGVMENTVM.

Pactum de quo in pręcedenti deciſione facit ipſam reſignationem ſimoniacam.

SVMMARIVM.

1 *Pactum poſt reſignationem incontinenti factũ cenſetur ineſſe ipſi reſignationi.*
2 *Reſignans præſumitur reſignare beneficium ſub ſpe promiſſionis incontinenti ſequuta.*
3 *Doctrina Bar in l. pennl. §. ſi vir. ſolut. matrim. quomodo intelligatur.*

RESOLVTIO LXI.

N eadem tenuimus pactum prædictum om- 1
nino cenſeri ſimoniacum. Quia cùm poſt præſtitum conſenſum incontinenti coram eiſdem notario, & teſtibus ſubſecutum fuerit, cenſebatur correſpectiuũ ad ipſam reſignationẽ præcedẽtẽ, & eidẽ ineſſe, per illam vulg. regulã de qua *in l.*

lecta, versicul. licebam, ff. si certum petat. & in capitul. officij,
2 *de elect.* Et qua[illegible]ignans præsumebatur resignasse sub spe illius promissionis subsequutæ, per doctr. Bartol. & aliorum communiter *in l. penult. §. si vir. ff. solut. matrim.* quam sequebantur, Archid. *in consilio* 53. Abb. *in consilio* 73. 2. *par.* Curt. sen. *in cons.* 75. & Felyn. *in c. pastoralis, col. pen. vers. scias, n. 7. de rescrip.* & licèt diceretur prædicta procedere dummodo dictæ duæ copulatiuæ concurrent, videlicet quòd primus & secundus contractus esset inter easdem personas celebratus.

Et ex primo nullum ius esset quæsitum secundo contrahenti, quæ in proposito non videbantur concurrere, ex quo primus contractus resignationis videbatur celebratus cum Papa, secundus verò cum resignatario, cui etiam ex primo contractu, videlicet ex resignatione iam erat ius quæsitum; vnde non videbatur correspectiuus, ex not. per Alex. *in d. §. si vir.*

Tamen præter id quòd resignatio censebatur celebrari etiam cum resignatario cùm fieret expresè in eius fauorem, replicabamus distinctionem prædictam non esse veram, & quantum ad primum confundi, per text. *in d. c. officij,* in quo licèt non ageretur inter easdem personas, tamen electio præsumebatur correspectiua ad assumtionem habitus monachalis.

Et quoad secundùm, ex not. per Soc. *in consil. 66. circa fin. vol.* 1. per Rip. *in l. si vnquam. C. de reuoc. don. q.* 44. vbi voluerant quòd si donatarius post...... donatio huiusmodi censeretur correspectiua, & facta ex causa illius promissionis subsequutæ, non obstante quòd ex illa donatione iam esset quæsitum ius ipsi donatario.

3 Et quòd etiam in terminis Dec. Barr. & aliorum *in dict. capitul. si vir*, ex illa confessione de dote recepta erat quæsitum ius patri dotanti, & tamē ea confessio censebatur facta sub spe ipsius promissionis statim subsequente.

Nec Alex. dicebat illud, ad quod allegabatur, sed solùm quòd vbi confessio præcedebat promissionem, censebatur facta ex causa futuræ promissionis, quando verò contra promissio præcedebat confessionem, probabat veram solutionem, nec poterat videri facta virtute promissionis futuræ, per text. *in l. in contractibus, §. illas securitatibus, C. de non num. pec.* sed non negabat propterea Alex. quin contractus, qui incontinenti subsequebatur, non posset censeri correspectiuus ad præcedentem, etiam quòd ex eo esset quæsitum ius secundo contrahenti.

ARGVMENTVM.

Socius criminis in crimine hæresis admittitur contra socium, sed cum tormentis.

SVMMARIVM.

1 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
2 *Fauores ampliandi sunt, & non restringendi.*
3 *Testi in causa hæresis nulla exceptio obstat nisi inimicitiæ, & quæ descendit ex iure naturali.*
4 *Socij criminum admittuntur in alijs criminibus exceptis.*
5 *In crimine læsæ maiestatis, & simoniæ admittuntur participes criminis, & aliàs infames.*
6 *Dummodo in tormentis deponant.*
7 *Testes infames nunquam admittuntur sine tormentis.*
8 *Vna lex declaratur per aliam.*
9 *Text. in c. in fidei fauorem, non inducit specialitatem respectu criminum receptorum.*
10 *Duo specialia non possunt concurrere circa vnum, & idem factum.*
11 *Tex in d. c. in fidei fauorem, quid in effectu inducere voluerit.*
12 *Testes socij criminum quando admittantur in criminibus exceptis.*
13 *Socius criminis regulariter non admittitur contra socium.*
14 *Lex noua superueniens debet intelligi secundũ dispositionem legis antiquæ, & secundum illam interpretari.*

RESOLVTIO LXII.



IN congregatione Illustrissimorum DD. Inquisitorum fuit pluries in dubium reuocatum, an socius criminis in causa fidei admittendus esset in testem sine tormentis, & Illustriss. D. Verallus dicebat, quòd sic, per text. *in c. in fidei fauorem, de hæret. lib. 6.* qui indistinctè loquebatur, nec distinguebat an in tormētis, vel extra tormenta deponerent, vnde nec nos distinguere debebamus, vulg. *l. de pretio, ff. de Publ. in rem actio. l. si seruum. §. non dixit Prætor, ff. de acquir. her.* 1

Et maximè, quia illud fuerat inductum in fauorem fidei, qui fauor erat ampliandus, & non restringendus, *c. odia, de reg. iur. lib. 6. l. in fine, ff. de lib. & post.* 2

Et quia Doctores per text. *in d. c. in fidei fauorem,* concludebant nullam exceptionem obstare testi, quin admitteretur, nisi inimicitiæ, & eam, quæ erat iuris naturalis, nihil prorsus dicentes, quòd talis testis, etiam quòd pateretur exceptiones, de quibus in illo textu, deberet torqueri. 3

Et quia nulla videretur specialitas in hoc crimine, cũ alijs criminibus similiter admitterentur, iuxt. not. *in l. fin. C. de accusat.* 4

Sed ego replicabam, quòd licèt text. *in d. c. in fidei fauorem,* simpliciter disponeret socium criminis in causa fidei admittendum, tamen intelligi debebat, vt admitteretur secundùm alias qualitates de iure, & socio criminis, & aliàs infami requisitas, & sic cum tormentis, ita in terminis voluerat Gundisal. *in tractatu de hæres. quæst.* 13. *num.* 11. & 15. Venafrius *in cons.* 27. *numer.* 2. Hippol. *in cons.* 109. *numer.* 13. & *seq.* Paris. *in cons.* 2 *numer.* 83. *vol.* 4. sentiebat glos. *in c. cum P. Manconella, in verbo, Laicus*, & ibi Innoc. *de accus.* Boër. *decis.* 219. *numer.* 2. & 3. ibi, & idem Thom. Gram. *in 2. parte.*

Prout in simili videbamus in crimine læsæ maiesta- 5
tis, & simoniæ, in quibus iura dicebant, tales socios, &
participes, vel aliàs infames in testes admittendos esse *l.*
famosi, ff. ad l. Iul. maiest. & not. *in l. quoniam liberi, C. de*
testibus. c. 1. *de confess. c. per tuas, & c. licèt Hels. de simon.* Et ta- 6
men intelligebatur, si id in tormentis deponerent, sicut
etiam in alijs criminibus exceptis, vt per glos. *in d. c. cum*
P. & ibi Innoc. & *in d. c. per tuas, in verbo. adminicula,* & per
scribentes *in d. cap.* 1. Alex. *in cons.* 11. *numer.* 5. & *seq. vol.* 1.
Afflict. *in constitutione Regni, in titul. de Patarenis recept. num.*
23. *versicul. quintum est casus.* scribentes *in d. l. fin.* Fulg *in cons.*
173. cum alijs cumulatis per Paris. *in d. cons.* 2. Testes enim 7
infames numquam admittebantur sine tormētis, *l. ob carmen, in principio. ff. de test. §. si verò ignoti, auth. eodem.* glos. *in summariis, quæst.* 6. Archid. & Gemin. *in cap. illi qui* 5. *q.* 5.

Et sic dicebam tolli primam rationem in contrarium adductam, cùm nos non distingueremus, sed lex ipsa distingueret, & se ipsam declararet, ad *l. non est nouum, & l. sed & posteriores, ff. de leg.* 8

Nec obstare id quod de fauore ampliando dicebatur, cùm satis ampliaretur fauor in hoc vt causa fidei cõnumeraretur inter exceptas, quod antea in specie minimè expressum fuerat. Et quòd Doctores dicentes nullam exceptionem obstare, non propterea excludebant, quin testes socij, & participes, vel aliàs infames essent torquendi, prout etiam in alijs exceptis requirebatur.

Nec esse verum quod text. *in d. capitul. in fidei fauorem*, voluerit inducere specialitatem respectu casuum 9

excep

exceptorum,& ab illis crimen hæresis excipere, quæ specialitas in alio non fuisset nisi vt in causa fidei sine tormentis admitteretur; id enim expresse dixisset, cùm aliàs clarum esset tales testes etiam in exceptis non aliter quã cum tormentis admitti, vt in iuribus suprà allegatis, &
10 circa vnum & idem factum duo specialia minimè concurrere debere, vulg. *l.1.C.de dot.promiss.c.2.de transl. Episc.*
11 Quæ quidem text.si sic intelligeretur,proculdubio concurrerent primùm quòd admitterentur socij criminum, contra reg.de qua *in d.l.fin.* & not.*in l.quoniam liberi,& in d.cap. 1. de confess.* secundò quòd sine tormentis, contra text.*in d.l.ob carmen.*
12 Imò quod tex.ex omnibus illis verbis apertè demõstrabat nil aliud inducere voluisse, nisi vt etiam in crimine hæresis testes, qui aliàs non admittebantur in aliis,prout & in cæteris exceptis,æquiparare,prout ibi in quodam notabili addito antè gloss.dicebatur, cùm text. expresserit vlterius omnes eas qualitates, quas & in aliis exceptis iura expresserant, videlicet quòd admittantur, præsertim in defectum aliarum probationum,si ex verisimilibus coniecturis, ex numero testium, &c. sic enim,vt in aliis exceptis,tales testes cùm istis qualitatibus,&c.& non aliàs admitti debebant,ad not.*in d.l.fin.& in d.cap. cum P.* vbi Arct.& in omnibus aliis locis superiùs alleg. per Gram.*in cons.38.in fine.*

Nam cùm haberemus duas regulas, vnam videlicet 13
quòd socij criminum non admitterentur contra socium, vt *in d.l.fin. C. de accus.* canonizat. *in d.capitul. 1.de confess.*

Et aliam quòd testibus infamibus non crederetur sine 14
tormentis,*d.l.ob carmen.* tex.*in d.c.in fidei favorem,*superueniens,& excipiens casum hæresis,à reg.*d.l.fin.de accus.*debebat intelligi, & interpretari secundùm dispositionem legis antiquę,& sic,vt admitterētur,prout & in l.antiqua admittebãtur cum aliis suis qualitatibus ex interpretatione passiua,ad not.*in l.1.§.lex Falcidia.ad l.Fal.in l.si quis servo,Cod.de fur.in l.quod verò,ff.de leg.*

Et quamuis idem Illustriss.D.Verallus qui solus tunc aderat inter Illustriss Dominos professionis legalis,à sua opinione recedere propter præmissa noluerit, nihilominus Illustriss.D.Cardinalis Crescentius,qui postmodum in congregationem venit incidenter, huiusmodi dubio eiusdem meæ sententiæ & opinionis fuit, & dictus D. Durallus tandem illi etiam acquieuit.

F I N I S.





INDEX RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM,

Quæ in his criminalibus Resolutionibus continentur.

Con tra

Papa

Statuen

FINIS.



DECISIONES
SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ
CCCLXXII.

CRIMINVM ET TESTIVM PROBATIONEM IN SECVNDO PRÆSERTIM RESPONSORVM CRIMINALIVM PROSPERI FARINACII I. C. ROMANI VOLVMINE PERTRACTATAM RESPICIENTES.

Ab eodem PROSPERO FARINACIO recollectæ.

Summa cura ſtudióque in lucem editæ.

Cum Indice, & Summariis locupletiſſimis.



LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXVI.



SACRÆ

ROMANÆ ROTÆ SAPIENTISSIMIS, AC INTEGERRIMIS. IVDICIBVS,

PROSPER FARINACIVS.



ON integrum mihi liberúmque fuit in hisce lucubrationibus meis, post Principem Maximum, Principique proximum, vos quoque non appellare, iuris Antistites Sapientissimi; faciunt hoc ipsæ per se Decisiones, quæ licèt à me nulla destinatione dirigerentur in manus vestras; sua tamen sponte, quia vestræ sunt, vos rectà repererent, nec expectassent vt à me docerentur qua via contenderent ad natale solum. Facio ego tanto etiam alacrius, quanto gratiora fuisse vobis animaduerti, quæ primo Consiliorum volumine nuper in lucem edidi. præsertim cùm me deinceps in vestris rerum grauissimarum definitionibus viuentem sæpius allegare (quod honoris genus nisi fallor tribuistis ante me nemini) grauati pro vestra humanitate non sitis. Quamobrem existimaui, non posse maiorem à me gratiam referri, quàm si ea, quæ ex Sacro isto Tribunali disceptata ac decisa prouenniunt, quasi è cœlestium Senatu susciperem ipse sanè reuerenter, laborémque & industriam meam in iis enucleandis occupatam haberem, ac fide communicarem. Et verò si vnquam tempus fuit, quo Romanæ decreta Rotæ apud homines aliquo loco haberentur, quæ tanti semper habita sunt, vt ad istud quocumque Areopago Tribunal augustius in difficilioribus causis vniuersa Christiana Respublica tanquam ad Aram sedémq; Iustitiæ confugere consueuerit: hoc certè tempore, in quo felici conspiratione rerum tam prudentium, electorúmq; ex omnibus terrarum partibus virorum capita concurrunt, Decano præsertim Senatus vestri Ioanne Baptista Coccino Consultissimorum integerrimo, atque integerrimorum consultissimo: tantum de vestri iudicij prudentia, fide, sanctitate auctum est, vt vbique locorum homines controuersiis potentiorum exagitati ad vos denique suspicent, fateantúrque vnam esse Romanam Rotam, ad quam versutorum frangatur & crucietur improbitas, fortunæq; (vt aiunt) Orbis, ac Rota temeritatis istuc allisa comminuatur. Quare, sicut apud alios tepor tatorum me arbitror aliquid gratiæ hoc nomine, quod vestræ effata sapientiæ propagare contendam: ita à vobis peto, vt me ex adytis vestris salutaria hæc Populo arcana vulgantem, qua soletis benigniate foueatis, causámque vestram pariter, ac meam vestri nominis autoritate firmetis. Romæ kalen. Martij 1615.



INDEX
ARGVMENTORVM
PRINCIPALIVM CONCLVSIONVM, QVÆ IN HISCE CRIMINALIBVS DECISIONIBVS CONTINENTVR.

sint

Ee

Inuen


Gratia

Instrumen

Sen

DECI





DECISIONES ROTÆ.



ROBVSTERII.

Romana Computorum. Lunæ 22. Maij 1568.

ARGVMENTVM.

Testibus singularibus deponentibus de confessione extraiudiciali, an & quando credendum sit, iuncto teste deponente de veritate facti.

SVMMARIVM.

Testis singularis nō probat, præsertim si deponat inuerisimilia. n. 1.

Testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali, an & quando coniungi possint deponentes de veritate facti. d. n. 1.

DECISIO I.

1 Vit resolutum non constare de renunciatione, quia vltrà quòd Ioannes Bellonus patitur plures exceptiones, est etiam singularis, & dictum ipsius est admodum inuerisimile, vt patet ex his, quæ gesta fuerunt, & duo vltimi testes, coram me examinati deponentes de extraiudiciali confessione, sunt singulares; & licèt testes deponentes de confessione possent coniungi cum vno deponente de veritate facti, tamen est verum, quando sunt plures contestes super illa confessione, quia Rota non tenet, quòd confessio probetur per testes singulares. Put. *decis.* 3. *de prob.* Anton de Aug. *de testib. decis.* 23. Ideo vnus testis de confessione, & alius de veritate non coniunguntur, Afflict. *decis.* 364. Curt. Iun. Paris. & alij per D. Informantem allegati præsertim stantibus tot præsumtionibus in contrarium, quæ præponderant his testibus imperfectè deponentibus.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Romana Societatis. 2. Ianuarij 1570.
Farinac. Decis. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Consuetudo vsuram permittens excusat à pœna, sed non facit contractum validum.

SVMMARIVM.

Consuetudo in vsuris nihil operatur. n. 1.

Vsura est prohibita iure Diuino, & humano. n. 1.

Consuetudo excusat à pœna vsuræ, sed non validat actum. num. 1.

DECISIO II.

FVit conclusum dictum pactum, vt illicitum non conualidari ex coosuetudine Curiæ, quia consuetudo Curiæ nihil operatur in vsuris. *c. quia in omnibus, iunct. gl. de vsur. & c. fi. iunct. gl. de cōsuet.* est enim vsura à iure Diuino & humano prohibita, latè Cou. *lib. 3. var. resol. c. 3. n. 6.* Doctores latè *in l. quod seruus fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict.* & cętera in contrariū allegata procedūt, quoad euitationem pœnæ, non quoad validitatem actus, vt per Butr. *in d. c. quia in omnibus. num. 4 cum seq.* Aym. *cons.* 115. *numer.* 12. in Tolerantia Pauli III. propter supplicationes, quæ eius tempore signabantur vigore Bullæ editæ super societatibus officiorum, Domini non fecerunt aliquod fundamentum: nam dixerunt Domini Bullam in eius procemio, & ferè per totum reprobare pacta illicita in huiusmodi societatib. & ideo ex ea nō iuuari hæredes, præter id quòd societas hæc contracta fuit ante Bullam, quæ non extenditur ad præteritas, in præteritis enim dat formam præscriptam Notario, qui eas debeat intra bimestre notificare, aliàs annullatur. Prætereà cùm super hac societate non reperiebatur supplicatio aliqua signata, adhuc viget d. bulla reprobans pactum hoc, vt illicitum, adeò quòd in societate de qua agitur, ex aliis supplicationibus signatis, super aliis societatibus, non potest argui tolerantia, quia in diuersis, & concernentibus materiam peccati, non fit extensio de casu ad casum, *iur. vulg.* 1

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Romana Societatis. Veneris 28. Aprilis 1570.

ARGVMENTVM.

Contractus societatis cessante vitæ periculo & amissione sortis principalis remanet purum mutuum, & fructus exigi non possunt ex confessione interesse ab initio taxati, nisi aliunde probetur.

SVMMARIVM.

Societatis contractus cessante periculo vitæ, & amissionis sortis principalis remanet purum mutuum. n. 1. Vbi quòd illa cessatio, seu confessio futuri interesse facta ab initio est illicita, & in fraudem vsurarum, nisi illud aliunde probetur.

DECISIO III.

1 Circumscripta consuetudine, & cæteris aliis fuit conclusum pactum esse illicitum de iure, quia finita societate cessat periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, & remanet purũ mutuũ, & illa taxatio facta ab initio est quædam confessio futuri interesse, quæ videtur facta in fraudem vsurarum, nisi illud aliunde probetur. per doctrinam Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. versicul. quid ergo. si cert. pet.* cùm latè per Couar. *lib. 3. variar. resolut. cap. 4. numer. 5.* Aym. *cons.* 189. *numer.* 6. Sot. *de iust. & iur. & in libr. 6. quæst. 6. artic. 2. circa finem.*

ALDOBRANDINI

OLIM CLEMENTIS OCTAVI.

Vicentina Feudi. Mercurij 27. Ianuarij 1573.

ARGVMENTVM.

Ex summario argumentum pete.

SVMMARIVM.

Testes quòd iurati deposuerint, an credatur assertioni Notarij dicentis, iuratus, &c. n. 3.

DECISIO IV.

1 Domini habuerunt processum compulsorialem pro nullo ex defectu citationis, cùm deficiat citatio ad videndum transumtari, & videndum collationari. Testes etiam habuerunt pro nulliter examinatis, defectu citationis, licèt etiam Portia citata 5. Maij ad videndum admitti articulos & iurare testes, tamen in eadem citatione fuerat sibi datus terminus trium dierum ad dandum interrogatoria, & eadem die fuerunt examinati duo testes, sic nulliter.

2 Reliqui etiam 29. Iulij examinati fuerunt absque vlla citatione, sed quia præfati duo primi fuerunt postea repetiti super interrogatoriis partis, & alij etiam fuerunt quoque examinati cum præfatis interrogatoriis, fortasse iste defectus sanabitur, secundùm Dominos cum cõmissione, quòd illi fides adhibeatur arbitrio, & quamuis in repetitione non fiat mentio de iuramento, tamen dicebant aliqui non requiri nouum iuramentum, quando fuit præstitum super articulis, & tota causa.

3 Quo verò ad iuramentum res habuit difficultatem, quia aliqui ex Dominis dicebant non sufficere illa verba, iuratus, & suo iuramento deposuit, alij contrà: quia licèt non sufficeret attestatio Notarij, quando iuratus, &c. tamen quando procedit vlterius aliquid addendo, ex quo deprehenditur, quòd fuit præstitum iuramentum, vt eis videbatur esse factum in isto casu propter illa verba, *& suo iuramento deposuit*, dicebant hoc sufficere, & fuit dictum, quod similiter fuit resolutum de anno 1564. in vna beneuentana coram D. Gropperio. Quoad reliqua nihil firmatum, sed decisum, quòd particulariter detur copia subscriptionum Notariorum, qui se subscripserunt instrumentis illorum actorum particularium super quibus Valerianus, & fratres se volunt fundare cum eorum recognitione, & dubitetur an sint in forma probanti.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Clusina Pensionis. Mercurij 9. Decemb. 1573.

ARGVMENTVM.

Testes per famam deponentes per modum affirmatiuum non probant, secus si per modũ negatiuum.

SVMMARIVM.

Testes deponentes de valore beneficij per famam nõ probant. n. 1. Vbi quod secus est probando non excessu, qui habet præsumtionem pro se, quo casu etiam semiplena sufficit probatio.

DECISIO V.

Fvit conclusum non satis constare, quòd remaneant 1 centum liberi pro Rectore, quia licèt testes probent valorem per famam, tamen hæc probatio non sufficit in hoc casu, quia non agitur de probando non excessu, qui habet præsumtionem aliquam pro se, ideo semiplena sufficit probatio, Aegid. *decis.* 683. sed sumus in casu, in quo probatio debet esse concludens quòd verè remaneant centum liberi pro Rectore per modum affirmatiuum, iuxta Mobed. *decis.* 148.

ILLVSTR. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Auriacen. Canonicatus 22. Martij 1574.

ARGVMENTVM.

Hæreticus quòd quis fuerit, probatur tam per testes, quàm per sententiam declaratoriam, quæ facit ius quoad omnes.

SVMMARIVM.

Testes in causa hæresis etiam examinati parte nõ citata probant contra hæreticum potentem. n. 1.

Sententia declaratoria lata contra aliquem tanquã hæreticum valet etiam quòd non dicat de quo tempore cõdemnatus esset hæreticus, quia declaratur ex actis: num. 2.

Sententia declaratoria, quòd quis sit hæreticus facit ius quoad omnes. n. 2.

Sententia lata contra præsentantem nocet etiam præsentato. n. 2.

Patronus, declaratus hæreticus amittit iuspatronatus à die quo in hæresim labitur. n. 2. in fine.

Sententia in contumaciam lata facit ius quoad omnes, quãdo ex actis cõstat de delicto per probationes. n. 3.

DE

DECISIO VI.

1 FVit tentum, quòd Antonius Hector, qui præsentauit Ludouicũ Daurelli, incepit labi in hæresim ante dictam præsentationé, vt probat primus testis examinatus in partibus, & vltimus examinatus in curia, qui deponunt de publica fama de dicto tempore; nam primus licèt dicat citrà, tamen postea dicit vsque ad præsens, & loquitur de anno 1560. Vltimus verò dicit de mense Iunij 1562. & sic ante præsentationem, quæ fuit facta de mense Decembris de eodem anno. Quartus verò, sextus, & septimus testes examinati in partibus deponunt de visu, & certa scientia ab anno 1560. Nec obstat, quòd dicti testes fuerunt examinati in partibus non citato d. Antonio Hectore, quia, cùm ille fuerit potens, & caput hæreticorum, in illis partibus non fuit necessaria citatio, vt in causa hæresis est tex. *in cap. fin. de hæret. in 6.* de quo latè per Gab. *de commun. opin. lib. 2. in tit. de citat. conclus. 1 numer. 328.*

2 Probatur etiam dicta hæresis per sententias latas in partibus contra dictum Antoniũ, qui in illis declaratur hæreticus, & licèt in dictis sententiis non exprimatur tempus lapsus in hæresim, tamen debet declarari secundùm acta, in quibus constat propter dicta testium, de quibus suprà, quòd fuit de anno 1560. vt tradit Alex. *cons. 12. circa medium, vers. pro hoc etiam. vol. 7.* Corn. *cons. 53. numer. 3. in fine. vol. 1.* Et hæ sententiæ, cùm respiciant statum personæ faciunt ius quoad omnes, Alex. *in l. sæpe, n. 62. de re iudic.* Et de sententia lata contra præsentantem, quòd noceat præsentato latè tradit Lambertengus *in tit. de iure patr. lib. 2. par. 2. 11. quæst. princ. art. 9.* & Patronus declaratus hæreticus amittit omne ius, quod habet à die, quo lapsus est in hæresim, vt per eundem Lamberteng. *lib. 3 8. q. princ. art. 2.*

3 Non obstat quòd dictæ sententiæ sint latæ in contumaciam, & propterea non faciant ius quoad omnes; quoniam respondetur, quòd id procedit, quando ex actis non constat nisi de contumacia, sed quando constat etiam ex probationibus in eisdem actis, tũc facit ius etiam quoad omnes, vt per Abb. *in capit. penult. numer. 20. in fine. de sent. & re iud.* At ex actis constat de veritate, quòd ille fuerit hæreticus de dicto tempore: propterea ex supradictis fuit resolutum, quòd præsentatio, institutio, & possessio Ludouici Daurelli præsentati ab Antonio Hectore declarato hæretico, non suffragantur D. Daurello.

COTTÆ.

Romana Damnorum, seu Societatis. Veneris 3. Iunij 1575.

ARGVMENTVM.

Vsura est, finita societate officij fructus exigere ad rationem duodecim pro centenario.

SVMMARIVM.

Vsurarium est pactum, quòd dissoluta societate offſcij debeantur fructus ad rationem duodecim pro centenario, num. 1.

Taxatio interesse à principio facta vsuraria est, & illicita, nisi aliunde interesse probetur. n. 2.

Papa non dispensat contra ius diuinum super pacto vsurario. n. 2.

Vsuræ sunt prohibitæ iure diuino. n. 2.

Farinac. Decis. lib. 1.

DECISIO VII.

COnclusum in casu de quo agitur, loco damnorum & interesse non deberi D. Marco Antonio Lepido fructus ad rationem duodecim pro quolibet centenario vsque ad diem solutionis 2000. quia dissoluta societate perceptio fructuum non est licita, cùm cesset periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, remaneatque purum & merum mutuum, in quo non nisi totidem pecuniæ restitui debent, & pactio illa quòd distracta societate fructus currant ad rationem duodecim pro centenario quolibet, non valet tanquam in fraudem vsurarũ facta, nisi aliunde probet de interesse præfato, vt per Bal. *in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. vers. Quid ergo si cert. pet.* vbi Purpur. *num. 39.* Dec. *cons. 39. sub numer. 5. & in cons. 322. 2. dub. col. fi.* Aym. *cons. 89. sub n. 7.* Flor. de commun. *in l. si quando. numer. 452. C. vnde vi.* & ex Theologis D. Thom. *2. 2. quæst. 78. art. 2. in respons. ad 5. arg. lib. de iust. & in lib. 6. quæst. 6. art. 2. circa finem.* 1

Et ad supplicationem super confirmatione Societatis, & quòd ea finita restituantur 2000. aliàs fructus soluerentur ad duodecim pro centenario loco damnorum & interesse, fuit reponsum d. taxationem absque aliqua probatione dicti interesse esse vsurariam, & illicitam, idcirco confirmationem illi robur aliquod tribuere non posse, *c. super eo. de vsur.* Couarr. *resolut. lib. 3. cap. 1. n. 8. vers. Secundò expressiùs.* ea sanè ratione, quia cũ vsuræ sint prohibitæ, etiam de iure diuino. *c. quia in omnibus, & d. c. super eo. de vsur. c. plerique 14. quæst. 3.* Papa non dispensat contra ius diuinum, & super pacto vsuram sapiente. D. Thom. *par. 2. quæst. 94. art. 5. per tot.* dixerunt tamen Domini dispẽsationem sustineri posse in terminis iuris communis, nempe quando probaretur interesse lucri cessantis, & damni emergentis, non autem simpliciter, & absolutè. Dec. *d. cons. 322. numer. 4.* quod quidem erit probandum vt Rota postulat, iuxta decis. Mohed. 208. 2

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Lucana de Insula sancta. 6. Iunij. 1575.

ARGVMENTVM.

Clericus contrahens matrimonium præsertim cum consanguinea, ipso iure amittit beneficium etiam quòd non sequatur copula, & etiam quòd matrimonium sit nullum alia ratione, quàm consensus.

SVMMARIVM.

Testes deponentes articulum verum censentur deponere omnia contenta in articulo esse vera. n. 1.

Matrimonium de præsenti censetur probatum per immissionem anuli. n. 1.

Clericus matrimonium contrahens ipso iure beneficiis priuatur. n. 2.

Clericus contrahens matrimonium priuatur beneficiis etiam non sequuta copula, & etiam quòd matrimonium sit nullum alia ratione, quàm defectu consensus. n. 3. & 4. vbi declaratur quando in matrimonio dicatur deficere consensus.

Subreptio, quæ verisimiliter non mouisset Principẽ ad concedendm gratiam, non vitiat gratiam. n. 5.

DECISIO VIII.

IN vna Lucana de Insula sancta 6. Iunij 1575. coram Reuerendo Patre D. Lancellotto fuit conclu- 1

sum

ſum, quòd Michael contraxit matrimonium cum Virginia de anno 1565. de menſe Septembris, vt bene probant primus & ſecundus teſtis, qui licèt in ſecundo interrogatorio præciſè non recordentur de anno, tamen poſtea fatendo dictum articulum verum, in quo continentur dicti menſis & annus, cenſetur expreſsè deponere de eorum menſe & anno. Non obſtat, quòd verba de quibus deponit quintus & ſextus teſtis, importent ſponſalia de futuro, non autem matrimonium de præſenti, vt per Couarr. *ſuper 4. libr. de decret. capitul. 4. §. 1. numero 4. reſpectiuè.* præſertim cùm in continenti fuerit ſubſequuta anuli immiſſio, vt deponunt teſtes: nam per hunc actum denotantem conſenſum coniugalem probatur etiam matrimonium de præſenti, vt latè per Couarruu. *dict. capitul. 4. numero 3. in principio.*

2 Maximè quia idem Michael confeſſus fuerat dum examinaretur ſe ſuſcepiſſe filium ex Virginia ſub 29. vel 30. Octobris 1566. & poſtea de anno 1576. 16. Ianuarij fuit concluſum, quòd matrimonium fuit contractum per verba de præſenti, vnde inducebatur vacatio Beneficij ipſo iure *capitul. 1. de Cler. coniug. & ibi gloſ. in verſicul. de relinquendo, in princip.* Quæ quidem concluſio eſt approbata per Couarruu. *in Epit. 4. libr. part. 2. capitulo 6. §. tertio, numero 4.* & hanc opinionem tenet Collect. *in capitulo Ioannes, numero 1. in fine. de Clericis coniugatis.*

3 Quæ concluſio procedit etiamſi non fuerit ſubſequuta copula, iuxta *deciſionem primam eodem titulo in nou. & primam de ſponſ. in antiq.* & procedit etiam vbi matrimonium ſit nullum ex alia ratione quàm defectu conſenſus, quia eo ipſo quòd matrimoniū contraxit, habuit beneficium pro derelicto, & propterea non debereſſe melioris conditionis, eo quia contraxit licitè, vt tradit Ioann. Andr. *in dict. capitul. Ioannes. columna penultim. quaſt. 161.* cæteri ſequuntur Roman. *conſilio 285. columna 3. numero 5. verſiculo tertiò videamus.* Abb. *in dict. capitulo 1. numero 2. & in fine.* Briſcien. *quaſt. 10. q. Dominica.* Marſil. *ſingul. 386.* Aufrer. *in addit. ad deciſio. Toloſ. 239. in fine.* Staffil. *de lit. grat. fol. 15. verſicul. poſſit tamen.* Rebuff. *ſuper reg. de publican. in fine.* Iaſ. *in l. vbi pactum. numero 24. Cod. de tranſact.* Gig. *de penſ. quaſtion. 24. numero 2.* Couarruu. *dict. §. 3.* & eſt communis opinio, vt ait Barb. *columna 16. conſil. 2. in fine. verſ. Præterea.* Imol. *d. c. Ioannes. num. 24. verſic. Quarto caſ.*

4 Nec placuit Dominis fundamentum factum ex aduerſo ad probandum hîc adeſſe defectum conſenſus, quia licèt non fuerit probatum in hoc matrimonio interueniſſe Parochum, prout diſponit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reformat. capitul. 1.* quod habet decretum irritans inducens reſiſtentiam in actu in contrarium geſto, dixerunt tamen Domini quòd etiam lex cum decreto irritanti reſiſtit matrimonio contracto cum conſanguineo, & communiter concludunt ſupradicti Doctores induceruacationem, quia in hac materia inſpicitur factum ipſum, nō autem facti inualiditas, propterea tunc dicitur deficere conſenſus, quando nullo modo fuit præſtitus, vt exemplificant DD. in contrahente per metum, vel non habente intellectum, non autem quando eſt præſtitus, & illum lex annullat, immò dicunt quòd Concilium in eius proœmio non negat matrimonio clandeſtino adeſſe conſenſum.

5 Nec obſtat, quòd tunc inducatur talis vacatio beneficij, quando adeſt talis nullitas matrimonij, quæ inducit impedimentum publicæ honeſtatis, quod oritur ex conſanguinitate, & tunc, vt dictum eſt, vacat Beneficium per contractum matrimonij cum conſanguineo; vnde eſt verificata narratiua Iuliani narrantis, quòd Beneficium vacauit per matrimonium per verba de præſenti, verum eſt quòd fuit legitima ſubreptio ſecundùm ſubiectam hanc materiam. Præterea cùm talis ſubreptio veriſimiliter non mouiſſet Papam ad concedendum, non vitiat, Ægid. *deciſ. 4. cum vulg.*

ROBVSTERII.

Romana ſeu Ceſenaten. Reſciſſionis inſtrumenti. Lunæ 27. Iunij 1575.

ARGVMENTVM.

Delicta difficilis probationis: prout eſt furtum, dolus, & fraus, præſumtionibus probantur, dummodo ſint violentæ, vnúſq; teſtis de viſu cum fama publica delictum non probat.

SVMMARIVM.

Furtum, dolum, fraudem, vel delictum allegans probare debet. num. 1.

Furtum, fraus, ſeu dolus, eſt delictum, quod occultè committi ſolet, & quia difficilis probationis, coniecturis probatur. n. 1.

Dolus, fraus, furtum, delictáque omnia difficilis probationis licèt coniecturis probentur, ſeu præſumtionibus, debent tamen tales præſumtiones eſſe violenta in tantum quòd vehemens præſumtio non ſufficit, etiam quòd ciuiliter agatur. n. 1.

Dolus probari debet indiciis perſpicuis. n. 1 in fine.

Infamia non irrogatur, quando de crimine agitur per viam exceptionis, declara, vt non irrogetur infamia iuris, ſecus infamia facti. n. 2.

Fama publica iuncta cum vno teſte delictum non probat. n. 2. in fine.

DECISIO IX.

QVia pluries per me in relationibus, &c. & reſoluerunt Domini nō conſtare ſufficienter de huiuſmodi fraude, ideo eſſe procedendum ad totalem exequutionem obligationis Cameralis; nam allegans furtum, dolum malum, fraudem, vel delictum tenetur probare, *l. quoties. §. qui dolo. de probat.* & licèt ſint iſta de his, quæ occultè fiunt, & de his quæ difficilè probari poſſunt, niſi per coniecturas *c. 2. de renunc. in 6.* gloſ. *in l. apud Iulianum. in princ. de dol. except.* quia tamen fraus eſt etiam delictum, Anchar. *conſ. 135. n. 5.* Aym. *conſ. 21. n. 4.* & infamat *l. 1. in prin. l. athleta. l. ſi. l. furti. §. primo, de his, qui not. infam.* probari debet ex præſumtionibus violentis, nec ſufficit vehemēs præſumtio, etiā vbi de his ciuiliter agitur, & Abb. ibi dicit de violenta præſumtione: idem probatur *in c. præterea. de teſtib.* Aretin. *in c. veniens, in princ. n. 2. eodem titulo,* Egid. Boſſ. *in prax. criminal. tit. de conuict. n. 50. cum ſeq.* & facit text. *in l. dolum. C. de dolo.* quòd dolus probari debet indiciis perſpicuis, & Bald. quem paſſim ſequuntur Doctores, *conſ. 250. numer. 1. lib. 1.* declaratur de indiciis perfectè efficacibus, & ita intelligenda ſunt quæ not. Bart. *in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. de eden.* 1

Non obſtat igitur dum ad probandam huiuſmodi fraudē, adducitur vnus teſtis de viſu cum publica voce, & fama, quoniam, &c. Neque obſtat quòd de crimine non agatur, ſed excipiatur, quo caſu per talem exceptionem non irrogatur infamia. ad notata per Bald. & alios *in l. 1. n. 5. de his qui not. infam. & Inſt. de furt. in princ.* Quoniam reſpondetur, quòd ſaltem infamia facti irrogatur ex tali exceptione in actis probata. *c. ſuper his. de accuſat. c. ſuper eo. de elect.* gloſ. *in d. §. quemadmodū gloſ. teſtis. poſt princ.* Abb. *in d. c. ſuper eo. col. 2.* & ibi etiam additio, & hæc infamia facti ſufficit ad effectum, de quo agitur: nam communiter tenent Doctores, quòd ſi de crimine agatur ſiue agendo, ſiue excipiendo, non ſufficit fama cum vno teſte. Bald. *in c. cum litteris.* 2

ILL.

ILL. D. CARD. SERPHINI.

Romana Turris Bubalariæ. Lunæ 7. Nouemb. 1575.

ARGVMENTVM.

Census impositio cum pacto, quòd venditor teneatur illum redimere infra quatuor annos, dicitur illicita, & vsuraria, & totum contractum vitiat, nisi in instrumento adsit protestatio, quòd pacta non apponenda habeantur pro non appositis, tunc enim vitiatur pactum, sed non contractus census.

SVMMARIVM.

Census impositio facta cum pacto, quòd venditor teneatur infra quatuor annos censum redimere, contractum vitiat. num. 1.

Substantia actus remota, remouetur & ipse actus, n. 1.

Pacta, quæ non sunt contra substantiam contractus, sed circa accidentia, licèt sint illicita non vitiant contractum, sed vitiantur. n. 1. in fine, & n. 2.

Census impositio facta cum pactis non approbatis à Bulla Pij Quinti non vitiatur in totum sed tantummodo vitiantur pacta, stante protestatione, quod quæ sunt contra formam Bullæ, habeantur pro non appositis. num. 2.

DECISIO X.

1 FVit resolutum pactum appositum in contractu census, quòd venditor teneatur infra quatuor annos in totum redimere censum, vitiare contractum census, per reg. *c. fin. de condit. appos.* cum ibi not. *l. per seruum. §. final. de vsu, & habit.* bald. *in l. pater. de adop.* bart. *in l. 2. num. 3. C. de iure emphyt.* Doctor. *in authent. ingres. C. de sacrosanct. Eccles.* Huius conclusionis inter cætera potissima ratio est illa, quam tradit bald. *in cap. 1. §. fin. numer. 7. per quos fiat inuest.* quia pactum hoc in ipso contractu census appositum tendit ad perimendum ipsum actum, cùm sit contra ipsius actus substantiam, quâ remota remouetur ipse actus. Abb. *in d. cap. final. numer. 4.* deficit enim consensus, qui requiritur pro substantia ipsius actus; itaque videtur, vel quòd partes voluerint facere actum elusorium, *l. an inutilis, in princ. de accept.* vel quòd voluerint in aliam speciem contractus consentire, aut in casu proposito, in quo potiùs videtur, quòd voluerint contractum pignoris, vel fœneraticium à iure reprobatum constituere, vt per Laur. de Rodulph. *in tractat. de vsur. par. 2. quæst. 61.* Guid. Pap. *decis. 477.* cum aliis per informantes allegatis; vbi verò pacta non sunt contra substantiam, sed circa accidentia, tunc quamuis sint illicita vitiantur, & non vitiant; consensus enim circa substantiam contractus non deficit.

2 Non obstat textus *in l. non precario. de precar.* tum quia illud pactum potius est contra naturalia quàm contra substantiam, & multi ex DD. tenuerunt, tum etiam quia non procedit, vbi pactum facit, vt contractus in aliam speciem transeat, qui est casus noster, ita post bartol. *in l. vbi ita donatur. de donat. caus. mort.* tradunt Scribent. *in dict. authen. ingress.* Dec. *cons. 293. in fine.* Cagnol. *in l. contractus, n. 20. de reg. iur.*

3 In isto casu res transit sine difficultate, nempe quòd pactum vitiatur, & non vitiat, stante consensu vtriusque partis, quòd apposita contra formam bullæ pro non appositis habeantur, aliàs huiusmodi pactum, quòd pro non appositis habeantur, frustrà occuparet membranas.

ILLVSTR. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Societatis. Veneris 9. Maij 1578.

ARGVMENTVM.

Fructus societate disdicta non debentur neque pacto neque ratione lucri cessantis.

SVMMARIVM.

Fructus societatis officij illa disdicta non debentur, neque ex pacto, neque loco damnorum, & interesse, nisi præcedant protestatio, & requisita interesse lucri cessantis. n. 1.

DESISIO XI.

FVit resolutum non deberi fructus pecuniarum hæredibus Leonis post disdictam societatem, ex pacto enim non debentur, vt fuit resolutum in causis, Romana 1000. seu Bon. 2000. & Romana societatis coram Reuerendo D. Cotta, & Reuerendo Patre D. meo Lancellotto. Minus etiam loco damnorum, & interesse, quia non præcessit protestatio hæredum Leonis, & testes nō probant requisita interesse lucri cessantis, iuxta decis. Mohed. 208. 1

CANTVCCII.

Florentina Bonorum. Lunæ 26. Maij 1578.

ARGVMENTVM.

Ex sequenti summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Testes deponentes super valore rei venditæ, an & quando valorem probare dicantur, multa explicantur. n. 1. & 2.

DECISIO XII.

DOmini dixerunt ex dictis testium examinatorum pro parte Illustriss. D. Aloysij non esse recedendum à resolutione aliàs facta die 10. Decembris 1576. Testes enim non probant talem valorem istarum terrarum, vt venditio dicatur cessisse in euidentem vtilitatem Monasterij. Primus enim testis super. 10. capitulo in rubric. de valore terrarum æstimat valorem istarum terrarum ex iudicio suo, quod iudicium suum est priuatum, & nihil deponit de cōmuni æstimatione, & fundatur super redditu fructuum, prout 2. & 3. & 6. super eo, & affirmatiuè deponunt de hoc valore, & nullum verbum de non excessu, præter sextum, qui est vnicus. Ascensus autem ad valorem 20. scut. comparatur cum valore 40. cùm maiori summæ insit minor, immo si sic attenduntur dicta illorum testium, coadiuuatur intentio monialium; secundus enim testis iuxta sextum dicit, quòd ratione incommodi stadium terrarum fuit venditum quadraginta aureis. Et tertius iuxta nonum. Quòd autem hoc casu maximum versetur incommodum Monialium, patet ex dicto primi iuxta 17. & ex eo, in quo partes conueniunt, quòd terræ de quibus agitur, adhæreant huic Monasterio, ex qua commoditate & incommoditate augetur & minuitur pretium ad effectum inducendi & tollendi læsionē, & solus valor fructuum nō 1

 atten

attenditur, Pinell. *in l. 2. part. 3. cap. 4. n. 17. cum seq. C. de rescind. vend.*

2 Non obstant depositiones testium super vtilitate venditionis, quia ex eo indicant hanc venditionem vtilem Monialibus, quia ex pretio collato in prædiis extra ciuitatem Florentinam vberiores fructus percepissent quàm ex his terris, quæ ratio Dominis non placuit: nam cùm in colligendis & tansportandis fructibus multæ sint necessariæ impensæ, quibus non subiacebant bona sita in Ciuitate, vtique non potest dici cessisse in euidentẽ vtilitatem Monasterij huiusmodi alienationem, præcipuè cùm ex depositione tertij testis super quarta appareat, quòd istę terræ erant in statu meliorationis, & non deteriorationis, & ex eiusdẽ assertione super quinto colligitur, quòd multos fructus præter annuum redditum 60. aureorum percipiebant moniales ex istis terris qui fructus vnà cum d. redditu facilè æquare possunt, id quod deductis oneribus ex prædiis extra Ciuitatem percipi posse asserunt testes.

SINONETTÆ.

Oscen. Hæresis.

ARGVMENTVM.

Manifestam hæresim sapit consulere dæmones pro sciendis occultis.

SVMMARIVM.

Hæresim manifestam sapit pro sciendis occultis dæmones consulere.

DECISIO XIII.

1 IN causa Oscen. coram Domino Vgone fuit iudicatum sapere manifestam hæresim consulere dæmones, vt inueniantur thesauri, & vt sciant occulta. per glos. *in c. accusat. §. sanè. de heret. in 6. per c. 2. de sortileg. & c. erubescant. 32. distinctio.*

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Romana Releuationis indemnitatis. Veneris 9. Iunij 1581.

ARGVMENTVM.

Dominus ex delicto familię tenetur quãdo delinquitur in eo, in quo quis est præpositus, nisi præpositus fuerit homo bonæ famæ, & non solitus delinquere, & quid de Notario substituto committente falsum, an Dominus Notariatus pro eo teneatur.

SVMMARIVM.

Dominus tenetur pro delicto familiæ, quando delinquitur in eo in quo quis est præpositus. n. 1. declara nisi præpositus sit bonæ famæ, solitus cum integritate se gerere, nec delinquere. d n. 1. & 2.

Qualitas hominis mala in genere non infert ad delictum in specie. n. 2. Notarius substitutus si falsum committat, an Dominus notariatus pro eo teneatur, & an illum exhibendo liberetur. n. 3.

DECISIO XIV.

1 INspecta dispositione iuris communis, quamuis Gerardus, & Arendatarij habeant regulam contra se, quòd D. teneatur ex delicto familiæ, quando delinquitur in eo, in quo quis est præpositus, ad Bartol. *in l. 1. §. si familia. de publ.* cum aliis allegatis. tamen limitatio est in eorum fauorem, quando proponitur homo bonæ famæ, cognitus, & qui solitus est cum integritate se gerere, nec delinquere, vt per Bald. *consil. 121. libr. 2.* Castrens. *in l. videamus loca.* cum aliis per D. Benettum allegatis, & hæ qualitates bene pro eorum parte probantur.

2 Neque tollitur hæc probatio per contrarias creditorum probationes, cùm non concludant in specie super istis qualitatibus, sed super aliis, ex quibus non infertur necessariò, quòd Cinthius esset adeò peruersis moribus, vt talia de eo suspicari possent, prout tradit Felyn. *in capitul. Petrus. numero 7. de homicid.* Neque confessio Gerardi concludit ad suspicionem committendi falsum, sed alia quæ concernunt diligentiam in exercendo officium, quæ deducuntur *ex l.... naut. caup. stabul.* non applicatur huic materiæ, & specialia ratione personarum in illo edicto comprehensarum.

3 Verùm inspecta dispositione Bullæ, Domini resoluerunt Dominum teneri: cùm enim disponat de substitutis approbatis à iudice, ita quòd nulla culpa Dominis imputari possit, quòd istis sic approbatis negotia committant, non potest earum dispositio limitari, vt procedat vbi culpa præcedit casum, maximè cùm disponatur quòd etiamsi exhibeatur ille substitutus, si non est soluendo, tamen Dominus teneatur, & tamen de iure communi ex duobus capitibus non tenebatur, tum quòd non poterat imputari mala electio stante iudicis approbatione, tum quia exhibebat eum. Roman. *consilio 11.* cum ibi adnot. nec placet quòd bulla fel. record. Pij IV. non loquatur de Notariis Auditoris Cameræ, quia immo illos comprehendit, cùm sæpius in eadem fiat mẽtio A. C. & generaliter loquatur, & maius in his versabatur periculum, stante ista consuetudine. *cap. vbi periculum. de election. in 6.* an verò Gerardus, vel Arendatarij teneantur vigore prætensæ bullæ, videndum erit particulariter.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Romana Releuationis indemnitatis. ... Iunij 1581.

ARGVMENTVM.

Sententia in contumaciam lata pro aliquo delicto contra reum, tertio non nocet, & quid de Notario substituto in contumaciam condemnato pro falsitate, an dominus notariatus pro eo teneatur.

SVMMARIVM.

Sententia in contumaciam lata contra aliquem, tertio non nocet. n. 1. vbi ampliatur hæc conclusio, siue teneatur de delicto, seu culpa sua.

Notarius substitutus si pro falso fuerit in contumaciam condemnatus, dominus Notariatus pro eo tenetur ad damna, & interesse. n. 2.

Contumacia non caret culpa, immo dicitur delictum, & pro eo quis potest excommunicari. n. 3.

DECISIO XV.

1 LIcèt regula sit, quòd sententia contra reum contumacem lata non noceat tertio non citato. *l. cùm filiusfamilias*, & ibi Bart. *de verb. obligat.* Roman. *cons.* 154. *num.* 5. Alex. *consil.* 84. *lib.* 3. Corn. *cons.* 42. *num.* 9. *lib.* 2. cum aliis per informantes congestis, & siue quis teneatur de delicto, siue de culpa sua, in terminis Bullæ necesse est vt legitimè de ea constet, ad hoc vt noceat tertio, & ideo in casu isto non videtur probata, cùm sententia sit lata in contumaciam non citato Gerardo. *l. qui repudiatur.* §. *final. l. Papinianus.* §. *meruisse. de inoffic. testament.* Alexandr. *consi.* 84. *num.* 4. facit text. *in l.* 2. *C. de fid. instrum.* vbi Bald. & Salycet.

2 Tamen Domini concordes fuerunt, quòd in casu isto domini creditores satis sint in probatis ad obtinendum contra Gerardum, cùm ex dispositione Bullæ teneatur etiam de culpa, quæ notoria est, cùm Cinthius se absentauerit, & adhuc sit contumax, & hæc contumacia, nedum culpa non caret, sed etiam delictum præsefert, ita vt propter eam possit quis excommunicari. Ægid. *decis.* 242. nec potest dici quòd Cinthio comparenti aliqua competere possit defensio, cùm testes instrumentarij negent se interfuisse contractibus ab eo confectis, nec exhibendo Cinthium liberaretur Gerardus nisi is esset soluendo, vt præcisè in Bulla habetur. Quare omnibus simul consideratis, negari non potest, probari talem culpam, ad quam præstandam Dominus officij teneatur.

ALDOBRANDINI.

OLIM CLEMENTIS OCTAVI.

Mediolanen. Cambiorum. Lunæ 19. Iunij 1581.

ARGVMENTVM.

In contractu mutui quicquid sorti accedit, vsura est, sed vsura non datur in alio contractu, quàm mutui, vel in mutuum resolubile.

SVMMARIVM.

Vsura est quicquid sorti accedit in mutuo, n. 1.
Vsura committi non potest sine mutuo, aut alio contractu in mutuum resolubile, n. 4. *in fine, & n.* 8.
Illatio ex diuersis fieri non potest, n. 5.
Vsuraria existente prima radice, & infecta, quicquid inde procedit dicitur vsurarium, n. 6. *vbi declaratur hoc procedere inter easdem personas, non inter diuersas.*
Vsura probanda est per eum, qui illam allegat, n. 7.
Vsura crimen est ecclesiasticum, n. 7.
Vsuræ præsumtio cessat vbi alia præsumtio capi potest. num. 7.

DECISIO XVI.

1 CVm in causa Mediolanen. Cambiorum, siue vsurarum, iam ad fauorem Dominorum de Cusanis fuisset resolutum contractum initum inter Michaeles, & Arnolphinos, & D. Paulum Sormanium ex vna, & D. Forlù ex alia esse contractum mutui, & consequenter accessionem librarum 32937. continere vsurariam prauitatem, cùm quicquid sorti accedat vsura sit. *l. rogasti.* §. *si tibi.* vbi Doctores. *ff. si cert. petat. capit. consuluit. de vsurar.* & pro parte D. Sormannij prætenderetur, quòd quamuis hoc esset verum, exinde tamen non vitiaretur contractus quem prætendebat esse inter Cusanos, & ipsum super quo asserebat, iam iudices laicos pronunciasse, nec ad cognitionem iudicis ecclesiastici pertinere cognitionem illam an inter eos nouus vel ne contractus celebratus fuerit, sed supposito quòd adesset solùm ad eius cognitionem pertinere, an ille esset vsurarius vel ne, econtra autem cùm negarent Cusani aliquem contractum inter ipsos intercessisse, asserentes dupliciter fuisse grauatos à iudicibus laicis, tum quia fuerunt condemnati ad soluendum debitum alienum; tum & secundò quia & illud debitum erat vsurarium, & cùm ab initio contractus fuerit fœneratitius, dicebant omnino videndum esse, an inter eos, & Sormannium intercesserit aliquis nouus contractus, & qualis ille fuerit, ex quo alia ratione Sormannius vsuræ crimen euitare non potest, nisi interuentu, vt dictum est, istius noui contractus; pro faciliori igitur decisione huius difficultatis, priùs super hoc consultis Dominis, dubitatum stante resolutione iam facta, an sit sufficienter fundata intentio Dominorum de Cusanis contra D. Sormannium super vsuraria prauitate.

Et Domini supradicta die concluserunt illam sufficienter fundatam non fuisse, tenentur enim Cusani, probare hanc vsurariam prauitatem respectu partitæ, de qua loquuntur sententiæ DD. Philodoni, & Porri, quas sententias vti canonizantes, & approbantes partitam vsurariam & infectam reuocandas censuit Vicarius Mediolani., de cuius sententiæ iustitia & validitate agitur. Inquit enim Vicarius in sua sententia, decernimus & declaramus partitam librarum 32937. nuncupatam del Forlù de qua in dictis sententiis, ac omnia, & singula eidem partitæ accessoria, & ab ea dependentia, seu prouenientia, necnon laudum, seu sententiam latam, seu promulgatam respectu dictæ partitæ tam per prædictam Illustriss. D. Philodonum, quàm per Illustriss. D. Portum factarum sub ficto & palliato nomine cambiorum, fuisse & esse vsurarias, vitióque vsurarum subiacuisse, & subiacere, & vsurariam prauitatem in se continuisse, & continere, & tanquam tales, & talia, ob id nullam, nullas, & nulla declaranda, & declarandas fuisse, & esse, & declarari debere, prout declaramus, dictámque partitam librarum 32937. in creditum prædicti Domini Sormanij, & in debitum Illustrissim. Dominorum de Cusanis poni, & dictas declarationes, & condemnationes in fauorem Illustriss. D. Sormannij, vt præmittitur fieri minimè potuisse. Licèt igitur Vicarius damnasset vti fœneratitiam partitam, quam iudices laici mandarunt poni in creditum Sormannij, & in debitum Cusanorum; loquendo enim de huiusmodi partita semper relationem habet ad sententias prædictas, quas ob id dicit iniustas, & nullas, quia continent vsuram. *l. asse toto. de heredibus instituend.* licèt enim iudex regulariter non teneatur assignare causam in sententia: Vicarius tamen. assignauit causam; quare declarauit sententias iniustas & nullas, eo quia vti canonizantes dictam partitam subiacebant vsurariæ prauitati, vt denotat illa dictio, *ob id*, ex quo apparet, quòd ad istam causam restringit suam reuocationem. 2

Si igitur Domini Cusani volunt sustinere sententiam Vicarij, tenentur probare partitam, de qua loquuntur sententiæ iudicum laicorum continere vsurariam prauitatem, qua stante, cùm sententiæ Philodoni, & Porri non loquantur de partita cantante inter Forlù, & Sormannium, sed ea quæ versatur inter Cusanos, & Sormannium, Philodonus enim declarat partitam librarum 32937. descriptam in dictis computis datis à Cusanis Sormanoio ponendam esse in creditum Sormannij, & in debitum Cusanorum, nulla habita ratione verborum *sopra de lui*, descriptorum in fine d. partitæ, incipientis, *& scuta* 16549. nisi quatenus dicta vltima partita, robur & vigorem accipiat ab allegato computo à parte R. nuper pro parte Cusanorum deducto: in sententia autem D. Porri legitur, insuper declarauit & ordinauit par- 3

tiam librarum 31937. descriptam in computis datis prædicto Domino Sormannio, & de qua fit mentio in dicta ordinatione, ponendam esse, & poni debere in calculis inter dictas partes faciendis in creditum prædicto D. Sormannio, & in debitum prædictis DD. fratribus Cusanis, prout in dicta ordinatione etiam nulla habita ratione exceptionis resultantis, & propositæ per Dominos de Cusanis super computo à parte R. & successiuè nulla habita ratione partitæ scutorum 16549. fundatæ super dicto computo à parte R. de qua fit mentio in ipsa ordinatione Illust. D. Philodoni.

4 Ex quibus, vt dictum est, apparet sententias loqui de partita posita in debitum, & creditum inter Cusanos, & Sormannium, non autem de ea, quæ vigeret inter Forlù, & Sormannium, cùm igitur item deducant Cusani, ex quo appareat, quòd partita descripta in dictis computis inter ipsos, & Sormannium, contineat mutuum inter prædictos Dominos Cusanos, & Sormannium, nec ratione mutui accessionem aliquam soluendam à Cusanis ratione pecuniarum sibi à Sormannio mutuatarum, non potest dici quod Cusani fundent intentionem suam inter ipsos, & Sormannium super vsura. Quicquid sit inter Sormannium, & Forlù, quia de hoc secundo casu non loquuntur sententiæ Porti, & Philodoni, sed de primo, sine mutuo autem, aut alio contractu in mutuum resolubile vsura consistere nequit. *cap. consuluit. de vsur.* Henric. Boich. *in cap. ciuitate. num. 5. de vsur.* Abb. *num. 2. in rubr. de vsur.* vbi latè Decio. *num. 37. & in cap. 1. n. 75. de in integr. rest. 1.* & liquet ex definitione vsuræ.

5 Non obstat, quòd mutuum fuerit inter Forlù, & Sormannium, quia non agitur inter Forlù, & Sormannium, sed inter Cusanos, & Sormannium, inter quos nullum mutuum probatur intercessisse, & ex diuersis fieri non potest bona illatio. *l. Papinianus exuli, de minor.*

6 Non obstat, quòd existente prima radice vsuraria, & infecta, quicquid inde procedit dicatur vsurarium, cùm illa semper attendatur. ad cumul. per Paul. *consil. 54. num. 56. libr. 1.* quia hæc omnia bene procedunt inter easdem personas, prout loquuntur omnes Doctores allegati, sed inter diuersas personas non concludit; inter easdem enim personas fundata est semel intentio actoris super primo contractu inter eos inito, sed quando variatur persona, argumentum necessariò non concludit, quia non sequitur, vsuram ab initio contraxi cum Titio, ergo hoc vitium etiam infert inter me & Sempronium, & tollitur id quod pro parte Cusanorum adducebatur, quòd fundatam habebant intentionem super primo contractu, & quòd Sormannius si vult excludere vsuram debet docere de nouo contractu, quia DD. dicebant, si res ista inter Forlù & Sormannium ageretur, argomentum concluderet, sed cùm res sit inter diuersas personas, aliunde tenentur Cusani probare vsuram inter ipsos & Sormannium, quàm ex eo, quòd contractus initus cum Forlù sit fœneratitius, sufficit enim Sormannio dicere Cusanis, quoad vos liberas ædes habeo, non enim docetis, me aliquid illicitum vobiscum commisisse.

7 Et consequenter non obstat, quòd nouus contractus non præsumatur, & debeat probari per allegantem, & quòd sufficiat Cusanis negare aliquem inter eos intercessisse contractum, &c. quia cùm Domini de Cusanis sint actores in hoc iudicio vsurariæ prauitatis, & D. Sormannius reus, prout etiam ita appellat partes Vicarius in d. sententia, tenentur ipsi probare vsuram intercessisse inter ipsos & Sormannium vulg. *l. ei qui. de probat.* idque tanto magis, cùm regulariter vsura non præsumatur, cùm sit crimen & delictum ecclesiasticum. Bald. *consi. 39. n. 6. lib. 3.* & propterea eam allegans probare debet, Aym. *cons. 48. n. 8.* immo vbi alia subest præsumtio cessat præsumtio fraudis, & vsurarum. Bald. *cons. 18. in fine lib. 1.* & hinc etiá tollitur, quod dicebatur sufficere probare actum illicitum, quia excusationem debet Sormannius probare, quia hæc omnia procedunt, si res ista esset cum Forlù, sed cùm sit cum Cusanis ipsi tenentur probare Sormannium secum aliquid illicitum perpetrasse, quod non probant.

Sicut non applicatur, quòd vitium existens in contractu influat in sententiam ipsum exequentem, Fulgos. *cons. 73. col. 3.* Dec. *consil. 475. num. 15.* quia sententiæ iudicum secularium, vt suprà dictum fuit, non loquuntur de contractu inito inter Forlù, & Sormannium, in quo consideratur mutuum, sed de partita posita in computis inter Sormannium, & Cusanos, inter quos hoc casu non ostenditur aliquod mutuum, nec aliqua accessio propter mutuum, quo casu vt suprà dixi considerari inter eos non potest vsura, Bald. *dict. cons. 18. in fine, libro 1.* nec facit, quòd respectu Sormannij contineat vsuram, ex quo eis mediantibus exigit vsuras, quia nullas vsuras exigit mediantibus huiusmodi sententiis à Cusanis; si enim Cusani ipsi nolunt vsuras, cùm inter eos & Sormannium non ostendatur aliquod mutuum, non potest dici etiam, quòd Sormannius ab eis exigat vsuras. 8

Non obstant demonstrationes allegatæ ad ostendendum identitatem, quia ad hunc effectum, necesse est, quòd sit identitas contractus ex quo proficiscatur vsura, non autem ab identitate summæ, vel alterius qualitatis, non ergo concludit, eadem est quantitas, quæ fuit à Sormannio mutuata Forlù; ergo idem est contractus inter Sormannium & Cusanos, &c. 9

ALDOBRANDINI

OLIM CLEMENTIS OCTAVI.

Æsina Bonorum. Lunæ 28. Decembris 1581.

ARGVMENTVM.

Ex summario habes argumentum.

SVMMARIVM

Testes iurati extra terminum nulliter postea examinati dicuntur. n. 1.

DECISIO XVII.

Domini non obstante constitutione, & attestatione duorum Notariorum, steterunt in resolutis. quicquid enim sit de veritate d. attestationis, examen est nullum, quia testes iurarunt extra terminum trium dierum præfixum ad probandum, qui terminus, vti dilatio probatoria, dicitur continuus, & non vtilis, Marant. *de ord. iudic. par. 6. tit. de dilat. numero* 18, quo fit, vt nihil referat, quòd intra illos tres dies inciderit festum Annunciationis beatissimæ Virginis, quod festum sanatur per constitutionem, vt iam fuit resolutum. 1

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI SENIORIS.

Firma Bonorum. Veneris 1. Iunij 1582.

ARGVMENTVM.

Stilo effici potest, vt testes parte non citata examinati probent.

SVMMARIVM.

Testes parte non citata examinati, & non repetiti probant sic stilo existente. n. 1.

DECISIO XVIII.

Præsuppositis hinc inde deductis, an constet Ser. Dominicum Roscium fuisse vsurarium manifestum, 1
ad

ad effectum, vt substitutio, de qua in asserto eius testamento, sit nulla, & irrita, nisi testes examinati pro informatione curiæ parte non citata repetantur formiter, vel probetur stilus de partibus, quòd illis detur fides, Domini tenuerunt non constare de vsuraria prauitate, nam ceteræ aliæ probationes modicum faciunt.

CANTVCCII.

Romana Nullitatis Census. 4. Februarij 1583.

ARGVMENTVM.

Census impositus ad rationem octo pro centenario cum pacto redimendi quandocunque, an sit vsurarius, & an vitietur per pactum quòd emtor census qui domum super qua est impositus conduxit, expelli non possit, etiam locatione finita, nisi priùs facta per venditorem census redemtione & extinctione.

SVMMARIVM.

Census impositus ad rationem octo pro centenario, & cum pacto redimendi quandocumque, est licitus, & nullam continet vsuræ suspicionem, n. 1.

Pactum quòd census sit liber ab omni onere non repugnat naturæ contractus, n. 2.

Pactum in venditione rei immobilis, quòd onera pertineant ad venditorem, est contra naturam contractus venditionis, & vsuræ inducit præsumtionem. d. num. 2.

Pactum quòd emtor census qui domum super qua est impositus conduxit, expelli nequeat etiam locatione perfecta, nisi priùs facta per venditorem census redemtione, & extinctione, licèt videatur per viam indirectam contra contractus naturam, compelli venditor ad redimendum potest, tamen non vitiatur contractus. num. 4.

DECISIO XIX.

1 FVit conclusum censum de quo agitur fuisse validè impositum, cùm iuxta Bullas Martini & Calisti ad rationem octo pro centenario, & cum pacto redimendi quandocumque impositus fuerit, qui contractus licitus est, & nullam continet vsurariam prauitatem, ad latè deducta per Corrad. *de contract. quæst. 83.* & Couar. *var. resol. lib. 3. c. 8. num. 5.*

2 Non obstat pactum quòd census sit liber ab omni onere, quia hoc non repugnat naturæ contractus; nihil enim impedit quo minus ego possim emere annuum censum immunem & exemtum ab omni onere; Natt. *cons. 198. num. 13. lib. 1.* Roland. *cons. 40. num. 35. lib. 2.* ex aduerso allegati loquuntur in venditione rei immobilis cum pacto quòd onera pertinerent ad venditorem, quod pactum cùm sit contra naturam contractus venditionis inducit præsumtionem vsurarum, idque apertè ostenditur ex verbis Bal. quem ipsi citant *consi. 311. num. 10. lib. 5.* vbi firmat pactum quòd venditor teneatur soluere gabellam, & agnoscere alia onera contractus, & rei venditæ, esse contra naturam contractus venditionis, & inducere præsumtionem vsurarum, Veron. *de simul. contract. præsumt. 6.*

3 Non obstat pactum quòd ex quocumque euentu etiam incogitato nulla peti possit reductio, neo defalcatio, quia hoc pactum in instrumento census non legitur.

4 Non obstat pactum quòd emtor census qui domum super qua impositus fuit conduxit, non possit expelli etiam finita locatione, nisi facta priùs per venditorem redemtione & extinctione census, ex quo pacto videtur per quandam viam indirectam compelli venditor census ad illum redimendum, quod est contra naturam census, quia licèt huiusmodi pactum verum, licitum, & honestum, non videatur, non tamen vitiat contractum census; cùm enim respiciat locationem, & non sit contra substantiam contractus, census vitiatur, & non vitiat. ad trad. per Bart. & Doct. *in l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.* & in specie Couar. *var. resolut. lib. 3. c. 8. num. 7. circ. med.*

RVBEI.

Placentina Vsurarum. 1. Iunij. 1584.

ARGVMENTVM.

De pluribus præsumtionibus arguentibus simulationem contractus.

SVMMARIVM.

Simulatio vt arguatur ex modicitate pretij quanta debeat esse ista modicitas. n. 1.

Simulatio arguitur ex pluribus contractibus vno post alium factis. num. 2.

Simulatio arguitur ex pacto de retrouendendo nonnisi post certum tempus, & post fructuum recollectionem. num. 2.

Simulatio arguitur ex pacto, quòd venditor sustineat onera, & non emtor, & quòd det semina rehabenda tempore, quo fiet retrouenditio. n. 3.

Simulatio arguitur ex pactis in instrumento venditionis de quibus, num. 4.

DECISIO XX.

DIxerunt Domini satis constare de modicitate pretij, non obstantibus pactis ponderatis pro parte Curinorum. Cùm enim per secundam resolutionem factam, pretium huius prædij esset scutorum 2700. & ipsi soluerint solùm 1150. vel ad summum 1360. apparet ipsos soluisse scuta 200. vel circa minus, quàm esset medietas iusti pretij, vnde quando etiam diminueremus sextam partem valoris huius prædij, nihilominus verificantur verba tex. *in cap. ad nostram. de emt. & vendit.* quod pretium solutum vix medietatem iusti pretij attingit. Host. *in princ. in d. cap. ad nostram, & in verb. vix.* Imol. *in princ.* Corn. *cons. 23. num. 6. libro 3.* maximè vbi concurrunt aliæ coniecturæ, quia tunc videtur sufficere, quòd pretium sit iniustum licèt non ita modicum, Paris. *consilio 54. numero 69. libro 1.* Afflict. *decisio. 40. numero 19.* 1

Hîc autem plura concurrere videntur suadentia contractum fuisse simulatum, primò instrumenta depositi præcedentis scutorum 700. post quod fuit facta locatio ad triennium, & postmodum venditio, & vltimo loco celebratum, pactum de retrouendendo separatim ab ipso instrumento venditionis, tot enim contractus ita celebrari simulationem arguunt. ad Bald. *cons. 125. lib. 1.* Aym. *consilio 156. numero 11.* Accedit pactum quòd redemptio fieri nequeat, nisi post annum 1570. & quando fiet, quòd fiat recollectis fructibus, quod tamen faciliùs arguit simulationem, Doct. *in l. insimmone. C. plus val. quod agit.* & Tiraquell. *de retract. comment. §. 1. glos. 2. num. 66.* Aym. *cons. 156. num. 5.* 2

Superadditur conuentio quòd Casalis venditor sustineat onera, Paris. *d. cons. 54. num. 77. & cons. 55. num. 56. lib. 1.* Natt. *cons. 198. numero 12. & 13. libro 1.* Additur pactum, quòd venditor det semina rehabenda tempore, quo fiet retrouenditio, item prohibetur emtor facere 3

meliora

melioramenta in prædiis, quæ omnia, vtplurimum vti repugnantia naturæ venditionis, & tanquam pacta insolita simulationem arguere solent, ex præallegatis.

4 Nec facit, quòd alia pacta diminuant, quia vice versa adsunt alia pacta quæ augent valorem rei, vt est illud, quòd prædium sit liberum ab oneribus impositis, & imponendis, & consequenter quòd Casalis venditor teneretur ipse soluere onera dicti prædij, prout etiam soluit. Item pactum de dandis seminibus rehabendis, solùm tempore retrouenditionis, accedit quòd pactum est restrictum vt non possit redimi prædium, nisi infra triennium, quod saltem efficit, vt facilius præsumatur simulatio, ex allegatis, maximè quia aggrauatur hoc ex alio pacto, in quo fuit conuentum, quòd redemtio non possit fieri, nisi recollectis fructibus, quæ omnia non diminuunt pretium, & valorem præfati prædij, &c.

ROBVSTERII.

Romana Residui pretij appaltus.

Lunæ 25. Iunij 1584. & 4. Iulij 1584.

ARGVMENTVM.

Verisimilitudo quantum operetur in contractibus simulatis, præsertim quando verisimilitudo est ipsa causa simulationis.

SVMMARIVM.

Verisimilitudo dicitur cognata naturæ, & ad illam excludendam requiruntur claræ probationes, n. 1.

Simulatio non fraudulenta pendet à voluntate contrahentium, vt cæteri contractus, n. 1.

Verisimilitudo quantum operetur, & quæ dicatur probabilis & verisimilis causa, n. 7.

DECISIO XXI.

1 Bonæ memoriæ D. Fabianus de Monte particeps in tertia parte appaltus Alumini. Et retentis eisdem terminis, quòd circumscripta prætensione potioris hypothecæ Tobiæ constat de causa simulandi, seu occultandi, & de ipsa occultatione maior pars Dominorum tenuit hodie 4. Iulij 1584. quòd in casu isto non constat de tali hypotheca, seu iure claro Tobiæ, vt excludatur causa simulationis, & ipsa simulatio seu occultatio tam considerata, præcipuum fundamentum fuit, quòd prætensa hæc hypotheca Tobiæ non est ita clara in facto, & in iure, vt excludatur verisimilitudo, quæ cognata naturæ, & ipsæ causa simulandi, vt considerant Bart. Ægid. Anchar. & alij allegati. nam ad effectum de quo agitur non est necessaria tam efficax causa, & illius veritas, vt aliàs considerant Bart. *in l. si fortè*, Castr. Specul. Socin. Dec. & alij *in l. si donatione. C. de collat.* sed sufficit opinio seu animus verisimilis contrahentium, cùm simulatio non fraudulenta pendeat à voluntate contrahentium, vt cæteri contractus, *l. consilio*, & ibi glos. & alij. *ff. de curat. furios.*

2 Meritò in istis inspicitur magis verisimilis contrahentium opinio, & animus, quàm ipsa veritas, & releuantia causæ. *l. si is qui putat. l. hæres institutus. de acquiren. hæred.* cum aliis per Aretin. *d. consi. 65. col. penult. versic. in contrarium*, Aym. *consi. 88. num. 14. & 148. num. 10. cum seq.* & ideo satis dicitur probabilis, & verisimilis causa, quæ potuit tollere aliquam difficultatem in facto, vel in iure. Aym. post alios *consi. 70. num. 29.*

ALDOBRANDINI OLIM CLEMENTIS OCTAVI.

Colonien. prætensorum fructuum.

8. Octobris 1584.

ARGVMENTVM.

Hæresis suspicio oritur ex testibus etiam examinatis parte non citata, & etiam ex eo, quòd quis monitus recusauit cum aliis sumere sanctissimam Eucharistiam in die Paschatis Resurrectionis.

SVMMARIVM.

Compulsoria tribuit iurisdictionem Iudici compulsori non quoad partes, sed quoad Notarios, n. 1.

Hæresis suspicio oritur etiam ex testibus examinatis parte non citata, n. 1.

Hæresis suspicio oritur contra eum, qui monitus recusauit in festo Paschatis Resurrectionis sumere cum aliis sanctissimam Eucharistiam, n. 1.

DECISIO XXII.

Domini concluserunt inhibendum esse, tum quia litteræ compulsoriales non tribuunt iurisdictionem Iudici compulsori contra partem, vt propterea exhibeat instrumenta, & proprios libros, sed contra Notarios, & tertias personas, vt exhibeant documenta penès ipsos existentia; nam quoad partem inspectio est iudicis causæ, an cogenda sit exhibere, vel ne; accedit suspicio hæresis, qua laborat; fuit enim sibi opposita hæc exceptio in partibus, & Iudices remisarunt causam ad Rotam, inter quos Iudices aderat vnus nominatus pro parte ipsius Nesel. Item fuit monitus, vt in festo Paschatis Resurrectionis sumeret cum aliis sanctissimam Eucharistiam, nil fecit de hoc, vel saltem non apparet id fecisse, sed bene, quòd resignauit canonicatum, liberè asserens nullos percepisse fructus, & concurrunt tot alia, de quibus deponunt testes, licèt examinati informiter parte non citata, vt res reddatur multum suspecta, idque tanto magis quia licèt testes pro sua parte adducti appellent eum Catholicum, & dicant catholicè viuere, cum tamen numquam secundùm præcepta Romanæ Ecclesiæ viuere videtur. Impij enim illi sycophantæ hæretici, nominant se quidem Catholicos, licèt non viuant secundùm Romanam Ecclesiam. Tutiorem ergo viam eligendo censuerunt Domini inhibendum esse, &c. 1

GIPTII.

Romana Cambiorum. Lunæ 17. Decemb. 1584.

ARGVMENTVM.

Mercator, qui pro alio tanquam fideiussor soluit non potest prætendere damna, & interesse, & illorum loco cambia, nisi solutionem principali debitori notificauerit, eúmque ad soluendum interpellauerit.

SVMMARIVM.

Cambia, seu damna, & interesse ob retardatam solutionem mercatori non debentur, nisi ob moram debuerit.

bitoris, & interpellationem sequutam, n. 2. & n. 4. vbi declaratur hæc conclusio, & n. 5. & seq.

Mora non habet locum nisi aduersùs eum, qui est in dolo saltim præsumptò, seu lata culpa, n. 3.

Ignorantia præsumitur in muliere præsertim in facto alieno, n. 4.

Fideiussor ante solutionem aduersùs principalem agere non potest, n. 6. in fine.

Fideiussor pecunias sub vsuris accipere potest, vt creditori satisfaciat, & debitor tenetur ad vsuras, declara, vt num. 7.

Interpellatio requiritur ad hoc, vt debitor fideiussori, qui pro eo soluit, teneatur ad damna, & interesse, n. 2. & omnibus seqq.

DECISIO XXIII.

1 Mandatum ab Auditore Cameræ relaxatum fuerat tam contra Illustr. D. Hersiliam de Monte, quàm D. Petrum Antonium Bandinum, qui vti principalis in quadam officij societate pro ipsa se obligauerat, merúque dicti mandati sortem & fructus habita iurium cessione soluerat, & summam postmodum similem, vt sibi satisfacerer, ad cambium acceperat, & in suis libris D. Hersiliam, vt dicitur, per contto à parte debitricem creauerat, & super cambiis tenuerat, quæ successiuè in pluribus & diuersis partitis per quinquennium, vel paulò amplius pecunias creditori ex causa societatis solutas D. Bandino restituerat, sed ad damna prouenientia ob moram D. Hersiliæ an debeantur câbia. Causa proposita Domini postremò ad duas præcipuè difficultates restinxerunt. Videlicet an isto casu fuisset opus D. Hersiliam priùs certiorare, aut interpellare; secundò an de dictis damnis sufficienter constaret.

2 Quod attinet ad primam difficultatem conclusum fuit interpellationem requiri, siquidem negari non posse dicebatur interesse siue damnum absque mora non deberi. ad not. *in l. quod te. l. lecta. ff. si cert. pet. glos. in c. conquestus. de vsur.* Gabriel *de solut. libr.* 10. Nauarr. *in compend. de vsur. num.* 46. & hoc adeò verum est, vt pactum non valeat, quòd mora cessante illud debeatur. Aret. qui de communi testatur *cons.* 151. *col. fin. versic. ad secundum dubium*, Aym. *consi.* 120. *num.* 2. sed mora præsertim regulariis absque scientia, vel interpellatione non committitur, *l. mora. de vsur. l. Titia. §. si vsuras. de leg.* 2. & vtrobique doctr. Bart. & Paul. de Castr. *in l. si duo. §. hac autem verba. de constit. pecun.* Scrib. *in d. l. quod te. ff. si cert. pet.* Bero *cons.* 205. *n.* 7. *lib.* 3.

3 Quoniam mora non habet locum nisi aduersùs eum, qui est in dolo saltem præsumpto, seu lata culpa, *l. fin. §. idem iuris erit. ad l. Rhod. de iactu.* Alex. *in l. si mora. solut. matr.* Alciat. *cons.* 104. *tom.* 5. *lib.* 8.

4 Non obstat quòd Mohed. *decis.* 102. *in fine*, contrarium tenuerit; quoniam ibi aduersùs eum agebatur, qui ad certum diem præcisè restituere debebat, aliàs ad omnia damna & interesse deuinctus erat, & sic ignorantiam nullo pacto prætendere poterat. iuxta doctrinam Innoc. quam ipse allegat *in cap.* 1. *de vsuris*, qui in istis terminis loquitur, & cum multi sequuntur, quos referunt addent. post Rom. *consi.* 94. & 101. Rolan. *cons.* 35. *num.* 2. *lib.* 1. sed in hac facti specie hoc locum sibi vindicare non potest, cum D. Hersilia aliquid Bandino restituere, nisi in cuentum solutionis, non debebat, quandoquidem solutionem istam extitisse affirmat ignorasse, & sibi credendum videtur, maximè cùm in muliere ignorantia præsumatur, Ias. *in l. si quis id quod, de iurisd. omn. iud.* Mohedan. *decisio.* 157. eòque magis in facto alieno. *l. fin.* & ibi Bart. *ff. pro soc.* Bero vbi suprà *numer.* 3. ideo dictam Mohed. decis. casui nostro minimè adaptari posse satis dignoscitur.

5 Sed esto quòd verisimiliter d. societatis extinctionem sciuerit, non ideo in tali mala fide & mora constituta censetur, vt sub cambiorum vsuris tenenda esset, præsertim si interpellata soluere parata illico erat, secundùm Corn. *consil.* 206. *n.* 7. *lib.* 2. vbi ponderat *d. l. quod te. ff. si cert. petat.*

6 Et interpellationem necessariò desiderari, tum ex illa ratione suaderi posse DD. videbatur, quòd valde iniquum esset vno atque eodem tempore quem obligari, & in mora constitui. ad doctr. Bar. *in l. eum qui. §. si iuramento. numero* 3. & ibi Castr. *de iureiur.* Cagnol. qui alios citat *in l.* 2. *quæst.* 41. *num.* 160. *C. de pact. inter emt. & vend.* & nonnulla in hunc sensum congerit Grammat. *decis.* 103. *num.* 165. Bero. *d. cons.* 205. *numero* 21 *libro* 3. & ante eum Decius *consilio* 2. *numero* 5. *versic. non quando.* tum etiam quia hodie prævalcat opinio Angel. & Castr. *in l. fideiussor pro venditore. de fideiuss.* & animaduertit Gallesi. *ad tertiam partem oblig. Cameral. de personis peten. exequut. n.* 5. secundùm quod fideiussor ante solutionem aduersùs principalem agere nequeat.

7 Nec quicquam facit obiectum de fideiussore, qui pecunias etiam sub vsuris accipere & creditori satisfacere potest, *l. si verò non remunerari. §. mihi. l. si mandatum. §. si fideiuss. ff. mandat.* quia ad effectum satisfaciendi ipsimet fideiussori non applicatur, nisi præcedente notitia, vel debitoris interpellatione, per ea quæ suprà dicta sunt, &c.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Fauentina Matrimonij. Veneris 1. Febr. 1585.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, an & quando dissoluatur propter viri frigiditatem, seu impotentiam.

SVMMARIVM.

Matrimonium propter impotentiam viri, vt dissoluatur, requiritur cohabitatio per triennium in quo fiat experientia de dicta impotentia. n. 1. & num. 3. vbi declaratur hoc procedere quando impotentia est inuisibilis, & n. 4.

Mariti impotentia, an possit probari alio modo, quàm per cohabitationem triennalem. n. 1. & n. 3. & 4.

Mariti impotentia, & frigiditas probari potest per testes de tempore matrimonij, & ante matrimonium. num. 2.

Mulier an sit deflorata, nec ne statur dicto obstetricum, etiā quod maritus eam deflorasse affirmet. n. 2. & n. 5. vbi, an hæc obstetricum relatio sufficiat ad dirimendum matrimonium.

Mariti impotentia probatur ipsius confessione. n. 4.

DECISIO XXIV.

Fvit dubitatum an sententia in partibus lata sit confirmanda, vel infirmanda, & difficultatem contra sententiam faciebat, quòd non fuit seruata forma *c. laudabilem, & cap. fin. de frig. & malef.* in quibus disponitur, vt coniuges habitent per triennium, iniuncta priùs per Ecclesiam salutari pœnitentia; è contrario tamen prætendebatur hoc non fuisse introductum de forma, quando per aliud genus probationis constat de frigiditate, vt videtur probari *in dicto c. laudabilem*, & ibi glos. & Innoc. *in princ.* Anchar. & Collect. *in cap.* 1. *in princ. eodem tit.* & ibi Card. & Abb. Specul. *eodem tit.* §. 1. *num.* 3. & ibi Io. Andr. *in addit.* Ang. Caluaf. *in verb. matrimonium, imped.* 16. *num.* 10. 1

Sed per testes huiusmodi frigiditas probari dicebatur non solùm de tempore matrimonij, sed etiam ante matrimo- 2

matrimonium, quæ probatio in hac materia admittitur, vt per Cald. & alios *d. cap.* 1. & ex eo tempus trienij, quod datur ad cognoscendum, an frigiditas sit perpetua, satis ex eorumdem testium depositione colligi, & hanc probationem adiuuari ex obstetricum inspectione deponentium dominam Victoriam non fuisse defloratam, cùm tamen vir affirmet se eam cognouisse, & in hoc reperiatur mendax ad Anchar. *d. cap.* 1. *num.* 4. *ad fin.* & ideo bene fuisse sententiatum super separatione per Ordinarium Fauentinum.

3 His tamen non obstantibus Domini vnanimiter censuerunt sententiam esse reuocandam, & præcipuum fundamentum huius opinionis fuit, quòd quando vitium frigiditatis & impotentiæ non est visibile, ita vt sensu oculorum percipi possit, & negatur per alterum ex coniugibus impotentia, dispositio *cap. laudabilem. & c. fin.* est de solemnitate probatoria, eamque obseruari est necesse, cùm fieri possit, vt tale impedimentum non sit naturale, sed temporale, proueniens ex aliquo maleficio, & sperari possit quòd acta pœnitentia misertus Deus coniugum tale impedimentum sit sublaturus.

Quòd autem impedimentum non sit visibile constat ex relatione medicorum, vnde hoc casu statuendus erat terminus ab Ecclesia præfinitus, vt tradit D. Thom. *in Summ. parte* 3. *q.* 58. *art.* 1. Syluestr. *in verb. matrimonium. num.* 3. Summ. confess. *lib.* 4. *tit.* 6. *q.* 16. Tabien. *in verb. impedimento, n.* 2. Goffred. *tit. de frigid. & malef. num.* 16. Ioan. Andr. *tit. de consang. & affin. n.* 83. Turrecrem. 33. *q.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 9. Anchar. *d. c. laudabilem, n.* 7. & ibi Abb. *num.* 5. & ferè omnes alij.

4 Non obstant deducta in contrarium, & primò ad autoritates allegatas, quòd possit probari frigiditas per aliud genus probationis, id verum est, quoties vitium est tale, quod per visionem detegi potest, vel quoties coniuges fatentur impotentiam, accedente septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ. *d. cap. laudabilem*. Habent enim canones has probationes pro concludentibus, sed vbi vitium non est visibile, & maritus negat impedimentum, tunc seruanda est forma supradicta *cap. laudabilem, & c. fin.* & ideo non sunt attendendi testes, cùm ex eorum dictis non probetur naturalis perpetua frigiditas, & impotentia, maximè cùm è contrario adsint aliæ probationes per testes, quorum tamen in præsentia, nulla fuit habita ratio.

5 Non obstat quòd obstetrices dicant eam non fuisse cognitam, quia & huiusmodi probatio adhuc est incerta, neque accessit septima manus, sed dato etiam, quòd probaretur concludenter, non ideo ob mendacium dirimendum est matrimonium, licèt de fide coniugis multum detrahatur ex hac causa. Nam in hac materia asseueratio coniugum non est vera probatio, vt tradit Abb. *d. c. laudabilem, num.* 5. quare ex his conclusum, quòd cùm agatur de periculo animæ, & Sacramenti direptione, neque vitium de recta probatione & concludenti probari possit, seruandam fuisse temporis ab Ecclesia statuti præfixionem, ex hac ratione sententiam ordinarij esse reuocandam.

ROBVSTERII.

1 Casalensis Parochialis. Veneris 23. Maij 1586.

ARGVMENTVM.

Simonia, & pacta illicita in præsentatione cum reseruatione pensionis ex quibus excludantur.

SVMMARIVM.

Præsentatio facit acquirere ius ad rem, n. 1.
Constitutio Procuratoris ad præsentandum cum reseruatione pensionis si non est facta incontinenti, non dicitur simoniaca, & illicita, d. n. 1.

DECISIO XXV.

Resoluerunt DD. hîc nullam adesse simoniam, vel illicitam pactionem ex eisdem rationibus, vt antea, & addebant, quòd in casu isto sufficit Salamonio prima præsentatio, quam resoluimus esse validam, ex qua acquiritur ius ad rem. Sarn. *in reg. de iur. quæsi. non toll. quæst.* 1. *num.* 19. Nec illa constitutio Procuratoris ad præsentandum Salamonium cum reseruatione pensionis, potest dici simoniaca, seu alias illicita, quia non est facta incontinenti. Ægid. *decis.* 12. Sarn. *de trien. quæst.* 12. 1

Nec etiam potest dici correspectiua per viam relationis, ex quo Ordinarius instituit cum reseruationibus, quoniam potest intelligi de reseruatione de qua in actis 26. Augusti per patronos facta. Præterea illa reseruatio non est correspectiua ad primam præsentationem, & tantùm reseruat & remittit ad Papam, & intelligitur saluo illius beneplacito, & cùm simus in separatis, & diuiduis, qui præseruat & remisit ad Papam nihil dat, nec exequitur, præsertim respectu actus separati, & pro illius validitate. 2

ROBVSTERII.

Casalensis Parochialis. Veneris 30. Maij 1586.

ARGVMENTVM.

Dispositio *cap. auaritiæ, de elect. in* 6. in casu proposito an intret.

SVMMARIVM.

Qui per alium facit per seipsum facere videtur. n. 1.
Iuris dubij error inducit bonam fidem saltim ad euitandum pœnam. num. 2.

DECISIO XXVI.

Resoluerunt Domini, quòd non intrat in casu, de quo agitur dispositio *cap. auaritiæ, de elect. in* 6. quia nullitas relationis examinatorum, & institutio ordinarij non est ita clarè nulla, vt dici possit Salamonium credidisse istos esse in lata culpa, vel dolo, quæ requiruntur, vt intret pœna *dicti capituli auaritiæ*. nam Concilium Tridentinum non dicit clarè, quòd examinatores non committant informationem de ætate, & moribus ipsi Episcopo: nam qui per alium facit per se facere videtur, præsertim cùm remittantur ordinario ea, de quibus ipse melius, quàm ipsi examinatores possit esse informatus, & Rota non habuit rem pro tam clara vt arbitrata fuit à Congregatione Concilij Tridentini, sieque clarum est, quòd error iuris dubij inducit bonam fidem, saltem ad euitandam pœnam, & DD. addebant Abb. *in c. quia plerique, num.* 12. *de immunit. Eccles.* 1 2

ROBVSTERII.

In materia iurisdictionis Baronum status ecclesiastici.

ARGVMENTVM.

An, & quando per donationem, seu concessionem iurisdictionis censeantur concessa regalia, vt puta merum & mixtum imperium, necnon facultas cognoscendi causas appellationum, & an, & quomodo superior concedens possit in dictis causis appellationum seu recursus omisso medio interpositarum sine iniuria inferioris se remittere.

SVM

SVMMARIVM.

Donatio facta à Principe ecclesiastico in fauorem alicuius, non impedit quin illa non obstante donans retineat penès se prioritatem ex suprema potestate prouenientẽ ad effectum cognoscendi causas appellationum, licèt secus si in donatione facta à Principe seculari. num. 2.

Dominus supremus in suis terris habet duplex ius, vnum tanquam dominus particularis, aliud tanquã vniuersalis & supremus Princeps, & concedendo vnum, remanet aliud n. 3.

Dominus supremus quando dat alicui supremam potestatem non tantam dat aliis, quantam penès se retinet, cùm illam det cumulatiuè, non autem priuatiuè, num. 3.

Verba quantumuis vniuersalia, & prægnantia restringuntur ex passiua interpretatione ad id quod iuris est ac probabile, & verisimile. n. 3.

Verba vniuersalia & prægnantia non comprehendunt insolita, vel excessiua, nec id quod à sapientibus reprehendi possit. n. 3. in fine.

Iurisdictio secularis potest ex causa remunerationis absque magna regni læsione in alium priuatiuè transferri. n. 4 vbi declaratur hæc conclusio.

Ecclesia Sedis Apostolicæ difficilius transfert in alium priuatiuè quoad se supremam iurisdictionem, quàm facit secularis potestas. n. 4.

Actus quilibet perficitur ex potestate, & voluntate. num 4. in fine.

Donatio, seu concessio omnimodæ iurisdictionis, & superioritatis an sit fauorabilis, vel odiosa. num. 5. & num 12.

Feudum differt à concessione, & donatione, n. 6. vbi declaratur hæc conclusio.

Iurisdictio suprema cognoscendi causas appellationum non præscribitur. n. 7.

Imperium merum & mixtum, & alia regalia non veniunt in simplici concessione iurisdictionis, vel omnium iurium. n. 8. Declara nisi aliud suadeatur ex verbis inuestituræ, & insolitis concedi ex causa remunerationis, & qualitate personarum. ibidem.

Ius creãdi magistratus est de regaliis Principis, sub n. 8.

Iurisdictione omnimoda concessa cum mero & mixto imperio, censetur tantummodo concessa facultas cognoscendi primas causas, & primas instantias, non autem causas appellationũ, nisi nominatim fuerint expressæ causæ appellationum. n. 9. quod quando verum sit. n. 10. & seq.

Regalia censentur concessa in generali concessione quãdo in ea aliqua species regalium fuerit excepta. n. 11.

Exceptio extenditur ad casus sui natura, vel probabili coniectura similes, n. 11.

Dispositio quando est fauorabilis verificatur vltra primam vicem. n. 12.

Appellationum causæ veniunt in generali concessione iurisdictionis, quando sumus in terris, in quibus adsunt diuersa tribunalia. declaratur n. 13. & seq.

Obseruantia seu vsus subsequutus declarat, & interpretatur concessionem præcedentem. n. 13.

Consuetudo irrationabilis, & contra bonum publicum non est seruanda. n. 14.

Territoria dicuntur de iurisdictione illius domini intra cuius limites posita sunt. n. 15.

Ius canonicum attendi debet in terris Ecclesiæ. num. 15. in fine.

Verba vbi non sunt omnino clara non potest in eis fieri fundamentum. n. 16.

Princeps superior potest se intromittere in causis eorum qui ad ipsum recurrunt, & supplicant omisso medio. num. 17. & seqq. vbi præsertim de iure canonico, & in terris Ecclesiæ.

Appellare, an & quãdo liceat ad superiorem omisso medio. num. 17. & seqq. vbi etiam declaratur quid vigore Aegidianæ constitutionis.

Constitutiones Aegidianæ vigore Bullæ Pauli III. seruandæ sunt in omnibus terris immediatè Ecclesiæ subiectis, non autem mediatè. n. 18.

Appellare an liceat de iure canonico ad Papam omisso medio, & quando. n. 19. & seqq.

Papa non debet se intromittere, nec inferiorem dominum impedire in primis causis, vel in secundis instantiis, quando illas in inuestitura expressè concessit. n. 22. vbi declaratur.

Concessiones omnes restringũtur ex passiua interpretatione ad ordinem iuris, & ad id quod iuris est n. 22.

Appellare quando liceat ad Papam omisso medio in prophanis. n. 23.

Appellare quando liceat à sententia syndicatus. n. 24. & in additione litera A.

Appellare an liceat officiali condemnato pro delicto cõmisso in officio, in additione litera A, vers. & facit.

Auditor Cameræ potest cognoscere causas eorum, qui ad vsum recurrunt omisso medio. n. 24. & in additione litera B, vbi de materia.

Appellatione sublata non censetur sublata supplicatio, vel recursus. n. 24. in fine. quod quando verum sit in additione litera C.

Appellatio, recursus, supplicatio, querela, seu reclamatio, quomodo inter se differant, & an valeat argumentum de vno ad aliud, & de forma procedendi in causa supplicationis, & recursus, in additione litera C, vers. penult. & seq.

DECISIO SEV VOTVM XXVII.

PRoposita quæstio, an scilicet appellatio, seu recursus 1 Benedicti Carosij deuoluerit causam criminalem ad Sedem Apostolicam, ita quòd inferior se in ea intromittere non possit, in casu de quo agitur, plures virtualiter continet difficultates. Prima an vigore donationis fel. rec. Clementis VII. fuerit totaliter concessa suprema Potestas, quam Sedes Apostolica vti vniuersalis Domina Patrimonij beati Petri habebat in istis locis donatis. Secunda, an fuerint concessa aliqua regalia, quandoque concedi solita, saltim omnimoda iurisdictio, cum mero & mixto Imperio. Tertia an sit concessa facultas cognoscendi de primis causis tantùm, non etiam de secundis, & sic de primis appellationibus. Quarta an ista loca posita in districtu beati Petri, vt præfertur, donata dicantur amplius de temporali iurisdictione Ecclesiæ, ita quòd attendi debeat ius Canonicum in appellationibus ad Sedem Apostolicam omisso medio interpositis. Quinta an Sedes Apostolica posset absque inferioris Domini iniuria de causis primarum appellationum omisso medio se intromittere. Vltima an huiusmodi causa sit ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta, ita quòd inferior de iure se intromittere non possit, in casu de quo agitur.

Ad primam respondetur negatiuè, quoniam, vt inquit 2 Ioan. Andr. *in add. ad Specul. de iurisdict. omn. iudic. in addit. magn. ante fin.* & sequitur Alberic. Angel. Riminald. &

alij *in l. 1. in fine, de officio eius cui mandata est iurisdictio,* quicquid sit in donationibus Principum secularium factis in fauorem Ecclesiæ, quæ habet primæua iura, in donatione tamen facta per Ecclesiam Romanam ad fauorem aliorum illa non obstante semper ipsa Ecclesia retinet superioritatem ex suprema potestate prouenientem, & potest de causis appellationũ cognoscere, & dictam superioritatem exercere, idem tenent Albet. *in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic.* & ferè omnes *in l. imperium.* præsertim Io. Baptista de S. Seuerino *q. 14. versicul. item dicunt, & q. 15. post med.* Gaspar. Valla. *numer. 30. versicul. tertiò principaliter limitatur.* Io. Bologn. *numer. 43. vers. & nota, de iurisd. omn. iudic.* Martin. Lauden. *in tract. de Princip. notab. 115.* & de Castell. & Castr. *notab. 22.* Bald. *in l. à procuratore. col. 1. & 2. C. mandat.* Flor. de S. Petro *in l. 1. §. 1. si vsusfructus petatur.* Lucas de Penna *in l. 1. numer. 18. versic. vel dicas plenius. de priuil. Scholar. & in l. contra publica. num. 8. in fine, vt sicut. & contrà videtur, de re militari, & in l. 1. numer. 5. versicul. sed pone, de veteran. lib. 12.* Paris de Puteo *in tract. syndicatus, sub rubr. de excessib.* Baron. *n. 12. cum seq.* Rot. *in antiq. de consuetud. decis. 10. circa finem.* Matth. de Afflict. *in constit. Neapol. incip. ea quæ ad decus, sub tit. quod nullus Prælatus. numer. 22. cum pluribus seqq. & numer. 27.* Iacob. de S. Georgio *in inuestitura feudali, in verb. de Castro Rubeo Montis numer. 4.* Ægid. Boss. *tract. de regalib. numer. 23. & 25.* Ias. *consil. 161. in fine primi dubij in secundo.* Socin. iun. *cons. 98. numer. 31. in 3.* Calcan. *cons. 102. col. 1. & 2.* Pedem. *decis. 102. numer. 11. cum seqq.* latè Couarr. *pract. q. c. 4. col. 1.* ferè per totam. Rol. à Valle *cons. 4. præsertim n. 134. vsque 144. lib. 2.*

3 Pro qua opinione facit, quòd supremus Dominus habet duplex ius in terris suis, alterum tanquam dominus particularis illius loci, alterum vti vniuersalis & supremus Princeps totius status, & concedendo vnum remanet aliud supremum, vt per Ioan. Andr. Alber. Lucam de Penna. Calcan. Pedem. & alios suprà allegatos, & quando dat supremam potestatem, non tantam dat alijs, quãtam penès se retinet, cùm illam det cumulatiuè, non priuatiuè, *cap. dudum. §. nos igitur. de præbendis in 6.* cum aliis per Grammat. *decis. 50.* Dec. *consil. 3. num. 3.* Roland. *consil. 1. numer. 134. cum seq.* & verba quantumuis vniuersalia & prægnantia restringuntur ex passiua interpretatione ad id, quod iuris est, ac probabile, & verisimile. *l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. l. obligatione generali. ff. de pignor.* glos. *in l. tale pactum. ff. de pact.* cum aliis per Calcan. *consil. 102. ante med.* Anton. Gabriel *de reg. iur. conclusio. 12.* nec comprehendunt insolita, vel excessiua, nec id quod à sapientibus reprehendi possit, *l. Saluius Aristo. ff. de legat. præst. l. ex pacto, in princip. ff. de vulg. & pupill.* cum aliis per Aym. *consilio 3. numero 23. per tot. & consilio 5. numero 14. & consilio 192. numero 3.* Socin. iun. *consilio 1. numero 128. & consilio 8. numero 22. & consilio 15. numero 9. in primo,* quæ omnia multo magis applicantur ad donationem de qua agitur, cùm in ea nulla fiat mentio de regalijs, nec apparent quæ iura tunc remanserent Sedi Apostolicæ.

4 Non obstat quòd suprema iurisdictio secularis possit ex causa remunerationis absque magna Regni læsione in aliud priuatiuè transferri, ad trad. per Claud. Seisel *in in spec. feud. sub titul. qui feudum dare possunt, in 8. limit. de regalijs,* & latè cumulat Menoch. *consilio 2. numer. 63. cum seq. in princip.* quoniam non agimus de superioritate seculari, sed ecclesiastica Sedis Apostolicæ, quæ difficilius priuatiuè transfert: vt *in extrauag. vnam sanctam, de maior. & obed.* Ioan. Andr. *in capit. cum instantia. numer. 9.* & ibi etiam Abb. & alij *de cens.* Felyn. *in capit. cùm non liceat, ante finem,* & ibi etiam Paris. *numero 42. cum sequent. de præscript.* Bald. *in tract. præscriptionum 2. part. 5. par. princ. q. 2. præcipuè numero 5. cum sequent.* Præterea quæstio nostra non est de potestate, sed de voluntate. Duo sunt enim quæ perficiunt actum, potestas, & voluntas, *l. nolle.* vbi Bald. *de acquir. hered.* cum alijs per Aym. *de antiq. temp. part. 1. numero 94.* & ex suprà allegatis patet, quòd Sedes Apostolica non intendit ex clausulis prægnantibus comprehendere, & absolutè transferre plenitudinem potestatis.

5 Non obstat, quòd huiusmodi datio sit fauorabilis, & latè interpretanda, quoniam Curt. iun. & alij *in l. imperium,* præsertim Bolog. *in 41. post princ. de iurisd. omn. iudic.* id non simpliciter admittunt propter læsionem ordinariæ iurisdictionis, & præiudicium subditorum, & idem Claud. *in l. fin. de const. princ.*

6 Non obstat, quòd ista concessio sit donatio, non feudum, vt per Oldr. *consilio 159. numero 3.* Alex. *consilio 24. numero 11. in 5.* Dec. *cons. 497. col. 3.* Ruyn. *cons. 38. num. 5. in princ.* quoniam, & si dici possit quòd donatarius sit maior Dominus. *c. imperialem. de prohibit. feud. alien.* non ideo est maximus, & supremus, & quo minus suprema iurisdictio remanet penès Sedem Apostolicam.

7 Non obstat allegata præscriptio. nam vltra quòd non probatur, dico, quòd non potest probari aliqua præscriptio in casu isto quæ releuet: nam hæc suprema iurisdictio, vt ad supremum Principem appelletur ab inferiore qui non inficiatur se illi esse subiectum, nullo vsu, nullòve modo auferri potest, ideo non potest præscribi, ne ad Sedem Apostolicam appelletur, Bald. *in auth. quas actiones. num. 4. versiculo tertio quæritur. & vers. ex his apparet. C. de sacros. Eccles. & in l. si aquam. numero 22. versiculo sextò quæritur. C. de seruit. & aqua.* Oldr. *consil. 172 numero 3. cum seq. & consilio 24. numero 4. & consilio 214. numero 1. cum seq.* Alb. *de præscript. in 2. par. 5. par. princ. quæst. 1. & 2.* Siluan. *cons. 96. numero 17.* Couarr. *pract. quæst. c. 4. col. 1. & in reg. possess. part. 2. §. 2. n. 8. in princ. & versic. ex his verò; de reg. iur. in 6.*

8 Ad secundam affirmatiuè respondetur: nam licèt iurisdictione, vel omni iure simpliciter concessis, non veniat merum & mixtum imperium, nec alia regalia solita concedi, Alb. *in l. fin. in fin. C. de iurisd. omn. iud.* Martin. Lauden. *in tract. de princ. notab. 115.* & de Castr. *num. 22.* & plenè not. *d. l. imperium.* tamen vbi adsunt tam prægnantia verba prout hic, & verisimiliter ad alia, quàm regalia referri non possunt, tunc venit merum & mixtum imperium, & omnimoda iurisdictio, & sic ius creandi magistratum, quod est de regalijs, *c. 1. quæ sint regalia,* vt in regalijs, quę quandocunq; concedi solét ex causa remunerationis, & qualitate personarum, considerant Oldr. *cons. 252. numero 7. & 8. & in fine,* & Cuman. *consilio 162. col. 1. & 2.* Paul. Castr. *consilio 62. circa fin. versiculo 5. libro 1.* Soc. iun. *consilio 180. numero 39. lib. 2.* vbi quòd per verba tam prægnantia veniunt regalia. Seisel *in Specul. feud. sub tit. qui feudum dare possun,* in pluribus limitationibus, Ias. *consilio 45. col. 2. versiculo & moueor, lib. 1.* Aym. *cons. 294. n. 2. vers. sed magis in terris.*

9 Ad tertiam respondetur, quòd circumscripta obseruantia de erectione duorum tribunalium res videtur clara quòd concessa omnimoda iurisdictione cum mero & mixto imperio ex interpretatione iuris censetur concessa facultas cognoscendi primas causas tantùm seu primas instantias, non autem secundas, & sic appellationes primas, iuxta *l. boues. § hoc sermone. de verb. signif.* & ibi latè in limitationibus, & ampliationibus, Andr. Tiraqu. & Ant. Gabr. *de legibus & constit. conclus. 2. per tot.* & hoc communiter tenent Doctores, vt colligitur ex Ang. *in d. l. 1. in fine de officio eius, cui mandata est iurisdictio,* Iacob. de S. Georgio *in dicta sua inuestitura feudali, in verb. cum mero & mixto imperio, num. 9.* inquiens nisi nominatim in concessione exprimatur, causæ appellationum non veniunt: vt refert & sequitur Ægid. Boss. *in sua pract. de princ. & priuilegiis, num. 181. cum plur. seqq.* Martin. Lauden. *de princip. not. 115.* de Castro *notab. 22.* Guido Pap. *q. 518. in fine, & q. 551. num. 4.* Aym. *cons. 209. numer. 9.* Alber. Brun. *cons. 47. numero 7. & cons. 102. col. 1. & 2.* Ant. Capic. *in inuestitur. feud. in verb. causa appellationum. fol. 15.* cum aliis per Couarr. *d. c. 4. num. 6. cum seq. pract. quæst.* & idem sentiunt omnes suprà in quæstione prima citati, ex quibus patet clarè hanc esse communem opinionem, vt attestantur Brun. & Couarr. vbi suprà.

10 Non obstat Cur. iun. *cons. 2. & in tract. de feud. prima vlt. quæst. 12.* vbi tenet, quòd cõcessa omnimoda iurisdictione

ctione cum mero & mixto imperio censetur concessa cognitio causarum primarum appellationum, & idem videntur tenere Paris. *cons.* 8 *numer.* 31. *in princ.* quoniam Aym. *d. cons.* 209. in specie reprehendit Curt. iun. & Paris. & Couar. *d. c.* 4. *numer.* 6. Calcan. *d. cons.* 102. *col.* 2. & Alber. Brun. *d. cons.* 102. *col.* 1. *&* 2. saluari tamen possunt vbi reperiuntur duo tribunalia, vnum pro locumtenente ad vniuersitatem causarum, aliud pro ipso domino feudi, quia verba non sunt ita clara, quominus possint recipere interpretationem, ex vsu subsequuto, vt dicetur alioquin, vbi non adsunt diuersa tribunalia impossibile est, quòd ad seipsum appelletur, *l. à proconsulibus. C. de appell. c.* 3. *de consuet. in* 6.

11 Non obstat Ias. *cons.* 161. *in fine primi dubij*, Menoch. *cons.* 2. *num.* 73. *in princ.* Rub. Alex. *cons.* 50. *numer.* 1. Pedem. *decis.* 102. *numer.* 9 Paris. *d. cons.* 8. *numer.* 31 *in princ.* quoniã vt dictum est communis opinio est in contrarium, & isti non percutiunt casum de quo agimus, quoniam ipsi faciunt fundamentum in casu excepto, tenentes quòd vbi aliqua species regalium excipitur, aliæ censentur concessæ, Dec. *cons.* 197. *col. penul.* Decian. *cons.* 124. *numer.* 11. *in* 3. & adhuc talis ratio est periculosa, cùm opinio communis fundetur in regula, *l. boues*, *§. hoc sermone*, vt per Aym. *cons.* 209. *numer.* 2. & exceptio extendatur ad casus sui natura, vel probabili coniectura similes, *c. qui ad agendum. de procurat. Clemen. non potest. eodem tit.* Dec. *in l.... de reg. iur. & in c.* 1. *de confirm. vtil. vel inutil.*

12 Non obstat, quòd in fauorabilibus, vel vbi verba sunt prægnantia, non habet locum regula *l. boues. §. hoc sermone*, quoniam, vt dictum est, neque confessio huiusmodi potest dici simpliciter fauorabilis, cùm tendat in præiudicium vasallorum, quorum valde interest vt potius subiiciantur supremo Principi, quàm inferiori domino, neque adsunt aliqua verba vniuersalia respectu numeri, seu vnitatis tribunalium, sed tantùm quoad qualitatem, vel naturam iurisdictionis, vt considerari possit prægnantia verborum.

13 Verùm cùm præsupponatur in istis terris adesse diuersa tribunalia, vnum pro ipso domino, alterum pro Vicario, seu locumtenente, credo bene posse dici, quòd res ista non sit ex verbis ita clara, an voluerit Princeps dare primam vel etiam secundam cognitionem, quominus possit esse locus declarationi interpretatiuè ex vsu subsequuto, vt in simili Bart. & alij *in l. ab executore. num.* 7. *de appell.* Aret. *consil.* 84. *num.* 5. Socin. *cons.* 141. *colum.* 1. *&* 2. *in* 2. propter quam obseruantiam dici potest, quòd vigore dictæ concessionis censetur data ista potestas cognoscendi de secundis causis, & sic de primis appellationibus, & etiam in hoc Doctores *in l. imperium. de iurisd. omn. iudic.* post Bald. *in capit.* 1. *num.* 9. *de capit. qui curiam vendidit.* Iacob. de S. Georg. *in dict. inuestitura feudali. verbo dictique vasal. numer.* 3. *cum sequent. in fine*, remittunt se ad consuetudinem, & obseruantiam.

14 Non obstat quòd non valet quæuis consuetudo vti irrationabilis, & contra bonum publicum: vt ad seipsum appelletur. *d. c.* 3. *de consuetud. in* 6. quoniam verum est, vbi est vnum & idem tribunal, secus vbi sunt diuersa tribunalia, Guido Pap. *decis.* 518. *&* 551. Brun. *d. cons.* 102. *col.* 2. prout nec etiam obstant tot Doctores dicentes non esse datam hanc potestatem, quia intelligo vbi non adest specialis concessio harum causarum, vel aliqua obseruantia ex constitutione diuersorum tribunalium in cõtrarium, prout dicitur hîc adesse.

15 Ad quartã respondetur, quòd cùm ista loca sint in districtu patrimonij B. Petri dicuntur de temporali iurisdictione Ecclesiæ, quamuis omnimoda iurisdictio sit alteri concessa: nam quoad territorium Sedes Apostolica habet fundatam intentionem eo ipso, quòd illud est intra limites suos, quamuis iurisdictio omni modo, cum mero & mixto imperio sit alteri data, quia ex vno non infertur ad aliud, Bald. *in d. l. à procuratore. colum.* 2. *C. mandat.* & fuit plenè dictum in Salamantin. de Medina del Campo, & in alia Collen. Volateran. seu nullius; cùm enim id solùm probetur ex aduerso, quòd ista loca sint inferiori Domino principaliter, & de per se donata, & non accessoriè, vt vnirentur alteri territorio, vel magnæ dignitati, remanent ista loca sub iisdem legibus, quibus priùs regebantur, Bart. *in l. si conuenerint. §. si nuda. in fine de pignor. act.* Alex. *consil.* 151. *numero* 5. *in* 2. *de commun.* Felyn. *in c. translata. col.* 4. *vers. & eius dictum. de constit.* & ideo cùm simus in territorio Ecclesiæ, debet attendi ius canonicum. *c. si duobus. §. denique.* & ibi Abb. Franc. Dec. & alij *in c. dilecti* 3. *de appell.* Calder. *cons.* 18. *de constit.* & notatur *in c. Ecclesia S. Mariæ, eodem tit.*

16 Non obstat, quòd ista loca sint vnita, & accessorio applicata contractui fundi, vt in donatione ibi, & illorum, vt Comes fundorum, quoniam prædicta verba referri possunt ad alia loca proximè expressa magis, quàm ad ista, & cùm verba non sint omnino clara, non potest in eis fieri fundamentum, Oldr. & alij per Aym. *consilio* 29. *col.* 2. *de antiqu. temp. part.* 1. *numero* 80. & si qua inerat dubitatio, illa fuit sublata ex obseruantia subsequuta, ex qua apparet, quòd ista loca, vti de territorio Romanæ Ecclesiæ mediatè subiecta fuerunt habita, tenta, reputata, & tractata, vt præsupponitur esse notorium; & quamuis nuper controuertatur inter istos magnos dominos, quis ipsorum sit dominus, tamen vt præsupponitur nunquam fuit quæstio de territorio Beati Petri, & sufficit ad istum effectum, quòd Ecclesia sit in possessione dicti territorij vsque ad limites Regni Neapolitani, quamuis non sit discussum de iuribus ipsius, Innoc. & alij *in c. transmissa, & in c. nihil. de electione*, Aclul. de Grass. *de success. d. vnic.*

17 Ad quintam respondetur, quòd quandocunque laici de istis locis in primis appellationibus legitimis omisso medio eorum Domini inferioris appellant, vel supplicant; aut aliàs recursum habent ad Sedem Apostolicam potest ipsa Sedes ex superioritate, quam retinuit iure suo, & absque alicuius iniuria de dictis causis primarum appellationum cognoscere, & suam iurisdictionem exercere, quia de iure canonico, quod seruãdũ est in istis terris, Sedes Apostolica potest cognoscere omisso medio de primis appellationibus & recursibus, non solùm inter Ecclesias, & personas ecclesiasticas, & de re spirituali, vel ecclesiastica, sed etiam inter laicos. & de rebus prophanis, quamuis de iure ciuili, nisi adsit constitutio non liceat omisso medio ad secularem Principem appellare. *d. c. si duobus. §. denique.* vbi post Abbatem & alios Franc. *n.* 11. *cum seq.* Dec. *num.* 6. *& in d. c. cùm dilecti* 3. *n.* 25. *cum seqq. de appell.* Marant. *in Specul. de ordin. iudic. verb. appell. in n.* 358. *cum plurib. seqq.* Couar. *pract. q. c.* 4. *col.* 2. *cum seq.* & ideo quoniã omisso medio veniunt ad Sedem Apostolicam, non possunt inferiores domini se intromittere, latè post alios Io. de Neui. *cons.* 44. *n.* 10.

18 Non obstat Ægidiana constitutio sub tit. quòd non appelletur ad Papam omisso medio, quoniam licèt ex confirmatione Pauli III. Ægidianæ constitutiones sint extensæ ad terras immediatè subiectas Ecclesiæ, non tamen ad alias mediatè subiectas, prout sunt istæ, vt patet ex præmissis, & ex lectura d. confirmationis, & quotidie ita practicatur.

19 Non obstat, quòd quando pars opponit, prout hîc, etiam de iure canonico non potest appellari ad Papam omisso medio. *c. si delegatus*, vbi Fran. & alij, *de offic. deleg. in* 6 cum aliis per Rotam *deci.* 387. *circa medium*, quoniam verum est, quòd de iure canonico in aliquibus casibus non liceat appellare ad Papam omisso medio, vt per Dec. *in c. cum te. col.* 1. *de appell.* & in casibus, in quibus non licet appellare omisso medio, si pars opponat, tunc Papa non se intromittit, secus regulariter vbi de iure canonico admittitur ista appellatio omisso medio, & ita declarant Marant. & Couar. *in locis suprà citatis*, vnde cùm versemur in casu regulæ, & non in casu alicuius limitationis, verum erit quòd licita est appellatio ad Papam omisso medio, & inferiores non possunt se intromittere.

20 Non obstat obseruantia, quæ allegatur in contrarium, quoniam & si verum esset quòd isti Domini

cognouissent de primis,& de secundis causis, nihil ex hoc inferri posset ad casum de quo agimus, in quo hoc non negamus,sed dicimus,quòd cùm ista loca sint de Territorio diui Petri,in eo est attendendum ius canonicum,& non ius ciuile, quo attento regulariter licita est appellatio,omisso medio ad Sedem Apostolicam, nec in hoc datur,nec dari potest obseruantia in contrarium;quæ percutiat istum casum, prout percutere dicitur,vt possit releuare,vt post alios latè Ayin. *cons.* 197. *cum seq.*

21 Non obstat quòd non admittitur appellatio omisso medio à potestate seculari ad Ecclesiam, vt in aliquibus Prouinciis fieri consueuisse dicunt Guido pap. Rebuff. & alij relati per Couar *pract.quæst.d.c.*4.quoniam verum est vbi concessio facta per Ecclesiam personis secularibus ita facta sit vt vel sit specialiter in hoc prouisum,vel territorium etiam est ab Ecclesia tortaliter alienatum simul cum iurisdictione,ita vt ius ciuile ibi seruari debeat, & non ius canonicum,quamuis Couaruu referat etiā plures Prouincias,videlicet Hispaniæ,& Neapolim, in quibus cautum est per constitutionem expressam, vt ad Regem omisso medio appellari possit.

22 Non obstat quòd sicut Papa non debet se intromittere, nec inferiorem dominum impedire in primis causis,vbi illas in inuestitura concessit, Bald.*in l.* 2. *numero* 15.*&* 43 *de ver.diuis.* Ioann.Fab. *de Attiliano tut.in princ. num.*8.Ægid.Boss.*in tract.de principe, & priuileg. eis.n.* 284. *cum seq.*Iacob.de S.Georgio *in quæstionibus feudalibus positis post tract.de Roidis,numero* 42.ita nec in aliis instantiis, quando illas concessit. Capic. *in inuestit.feud. verb.cognitione primarum causarum fol.*127.Curt.iun.*consil.*2.*in princ.* quoniam respondetur, quòd istæ omnes concessiones referuntur,ex passiua inter præfatione ad ordinem iuris & ad id quod iuris est.*c.causamque.de rescript.*Gemin.*cons.* 47.*col.*2.& bene Calcan. *d.consilio* 102. *col.* 2. præsertim vbi possunt aliquid operari,& Alex.*in l.final.§.in computatione.num.*9.*de iure deliber.*intelligendæ itaque sunt istæ concessiones secundùm ordinem iuris, videlicet nisi partes habeant recursum ad Papam in casibus à iure permissis.

23 Non obstat quòd ita demum appellatur ad Papam omisso medio,quando sumus in rebus spiritualibus,vel ecclesiasticis,sed non quando sumus in prophanis,& in iudicibus laicis,à quibus non appellatur, nisi in defectū iustitiæ, Franc.*in d.c.duobus.§.fin.num.*14. Boss.*de for.comp. num.*166.*& seq.*Menoch.*de arbitr.iud.quæst.*70.*numero* 21. *cum seq.*Curt.iun.*consilio* 2.*in princ.& numero* 6.Ant.Cap. *in d.inuestitura,versiculo appellationum causa,fol.*15.nam verum est quòd etiam à Iudice seculari non recognoscente superiorem,& à quo aliàs non potest appellari, potest nihilominus ad Ecclesiam appellari ex causa iniustitiæ,sed adhuc etiam dicitur, quòd sicut valet appellatio ab inferiori omisso medio in spiritualibus,& ecclesiasticis,ita in prophanis & inter laicos vbi sumus inter subditos iurisdictione temporali Ecclesiæ,prout sumus nos, vt patet ex præmissis.

24 Ad vltimū respondetur,quòd licèt Doct.*in c.nulli quor.*
A *appell. non recip.* vario modo loquantur de sententia lata in syndicatu vbi quis non est verè conuictus,vel sententia non est corporis, vel honoris afflictiua,vt animaduertunt Paris de Put. *in tract.syndicat.in verb. appellatio, numero* 16.*&* 17.*& in pract.crim.in princ. numero* 79.*versic. octauus casus.* Antonius Vicellius *de concordantiis gloss.fallent.* 20. nihilominus ad effectum de quo agitur, vt de causa criminali cognosci possit in curia per R.P.D.

B A C. sufficit, quòd iste habuerit recursum ad Sedem Apostolicam, vel supplicauerit, & sublata appellatione
C non est sublata supplicatio vel recursus, Ias. *in l.si quis aduer.§.*1.*C.de precib. Imper.offer.* Neuizan.*cons.*44.*& cons.*3. Menoch.*de arbitr.iud.cas.*70.*n.*21.*cap.*23.intelligendo tamen,vt causæ pecuniariæ remaneant apud Iudicē à quo,
o. & illius sententia in istis exequutioni demandetur.

ADDITIO.

A *De sententia lata in syndicatu* regulariter appellari non potest, sicut per textum *in l. nulli. Cod. quorum appellationes*, adnotauit ibidem Alber. *num.* 1. à quo dissentire non videtur Paris de Put.*in tract.syndic.in verb.appellatio.numer.*18.*col.fin.in princ.versic.& idem tenet ibi Alber.fol. mihi* 119. vbi licèt suprà affirmauerit veriorem & magis communem Doctorum opinionem esse, quòd à sententia syndicatus possit appellari, eam tamen ex Alber.& Saliect.*in d. l.nulli*, videtur declarare,nisi officialis, seu potestas esset legitimè de delicto,& barattaria conuictus,Carer.*in pract.crim.in pract.de appel.versicul. octauus casus est. numer.* 1. Viu. *opin.* 423. *numer.* 1. vbi de communi Lancel. *de attent.par.* 2. *capitul.* 12. *limit.*21. *numero* 1.*& seqq.* vbi quòd pendente appellatione in causa syndicatus fit exequutio, & ad hoc plures allegat concordantes. Et pro hac opinione extat constitutio Marchiæ quæ omnes dirimit controuersias *libr.* 6.*capitul.*2. vbi generaliter cauetur,quòd à sententia syndicatus non datur appellatio, & ibi addentes *in verb.syndicatu*,alios refert de iure concordantes Doctores, & rationem reddit.

Et facit,quia nec pariter admittitur appellatio, quando officiales sunt condemnati pro delictis commissis in officio,secundùm Bellapert.*in d.l.nulli.in prin.*& ibi etiam Cyn. *num.*1.reddens rationem, quia scilicet iura præsumunt isto casu contra officiales quòd reuera deliquerint,si in aliquo fuerint condemnati,Alber.*numer.*2.*in fine.versic.item hæc lex*,Salic.*numer.*1.vbi pariter & hanc conclusionem admittit, quando officialis fuit conuictus de barattaria, seu alio delicto commisso in officio,& ita etiam declarat Bald.ibidem tenentem contrariam, & reprehendentem Cyn. volentem etiam in officio delinquentem posse appellare, quando non est conuictus, cùm non sit verum (prout Cyn. videtur asserere) quòd semper contra officialem condemnatum sit præsumtio quòd deliquerit. Verùm si de delicto conuictus est,tunc condemnatus non appellat,per illum text.vt ibi per eum Bellam.*in c.ei qui.§.nulli quoque, il secondo, numer.*2.*q.*6.vbi videtur tenere, quòd officialis conuentus siue ciuiliter, siue criminaliter pro delicto in administratione commisso non auditur appellans, quòd & idem dixit ibi Io. de Turrecrem.*numero* 2.*in fine versicul. item nota*, & latiùs ibidem prosequitur Præpos.*in princ.& num.*1. Specul. *in tit.de appellat.§.in quibus.num.*4.Paris de Put.*in tract.syndic. in verb.appellatio.capitul.*1.*num.*16.*& sequen.ib.*in discursu, vbi in hoc bene refert antiquorum Doctorum dicta Carer.*in pract.in tract.de appellat.versic.octauus casus est. num.*6. *&* 7.vbi infert ad officialem condemnatum de barattaria, & qui mundas non habuit manus, Amad. *in tractatu syndic.n.*236.*vers.an autem*,Viu.*opin.*423.*n.*1. vbi de communi opinione.

Et licèt quòd immo officiales in syndicatu condemnati possint appellare,expressè voluerit Bartol.*in d.l.nulli.versic.*2.*in eo*,& ibi etiam Angel.*num.*1.*versic.& hoc intellige*,& Paul.de Castr. *num.*1.*C.quor. appellat.* Paris de Put. *de syndic.in verbo appellatio.cap.*1.*num.*16.*& seqq.* vbi relatis & ponderatis dictis dictorum *in d. l.nulli*, & alibi concludit veriorem esse opinionem, quòd officialibus in sydicatu condemnatis non sit deneganda appellatio, Amad.*in tract.syndic.num.*236.*versic.an autem à sententia lata.* vbi dixit,quòd lectura & intellectus Bart.*ad l.*1.nulli valde conuenit.

Tu autem in occurrenti casu non recedas à proposita limitatione quæ sine dubio magis communiter recepta videtur saltim quoad effectum suspensiuum,& quādo in aliquo loco adsunt specialia statuta, prout in statu ecclesiastico habemus supradictam cōstitutionem Marchiæ.Tunc res omni prorsus caret difficultate,secundùm Amodeum *in tract.syndicat.post numer.*237.*versicul. aduerte tamen quia communiter,& num.*238. vbi relatis, & reprobatis contrariis hanc defendit conclusionem, bene verum est,quòd plures sunt casus, in quibus etiam à sententia syndicatus datur appellatio, seu saltim supplicatio, vel recursus,de quibus lectorem remitto ad tradita per D.meum Farinac.*in sua pract. crim.part.* 2. *titul. de variis & diuersis quæstionibus, quæstion.* 101. *numero* 93. *&* 94.

An

Auditor Cameræ. Et hinc nota tu Procurator in Curia fundari practicam, vt etiam in prima instantia, quando subditi Baronum, & feudatariorum Ecclesiæ suspectos habentes suos dominos recurrunt ad Vrbem, & Auditorem Cameræ offerentes se etiam in carceribus constituere, si delicti qualitas hoc exposcit, non debet idem A. C. ipsis sic confugientibus, & recurrentibus suas aures denegare, sed libenter eos suscipere, & eorum causas cognoscere, ac terminare, & ita semper obseruatum vidi, præsertim tempore, quo D. meus Farinacius fuit per quinque annos Locumtenens dicti Tribunalis, & ego eram illius pariter substitutus Locumtenens.

Supplicatio vel recursus. Appellatione prohibita an & quando censeatur prohibita supplicatio, recursus, aut querela, est materia quæ patitur multas ampliationes, & limitationes, ideo ad eam videas Cepol. *caut.* 80 *num.* 2. Paris. *cons.* 54 *num.* 39. *lib.* 3. Corsett. *singul. verb. querela.* 12. Marsil. *sing.* 88. *num.* 288. *&* 295. Diaz *reg.* 719. Natta *cons.* 17. *numer.* 11. Foller. *in pract. crim. in verb. pœnis debitis ferian tur. numer.* 83. Benint. *decis. Bonon.* 78. Roland. *cons.* 38. *per tot. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 18. *& seqq.* Contard. *de moment. possess. q.* 8. Rol. *cons.* 94. *libr.* 1. Plot. *cons. diuers.* 130. *numer.* 64. *& seq. lib.*... Lancel. *de attent. c.* 19. in discursu Menoch. *in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen. n.* 92. 895. *& seqq.*

Et de pluribus differentiis inter appellationem, recursum, supplicationem, querelam, seu reclamationem, videas per Menoch. *de arbitr. quæst. dict. q.* 70. *num.* 18. *& seqq. libr.* 1. Contard. *de moment. possess. dict. quæst.* 8. *numero* 11. Lancell. *de attent. dict. cap.* 19. *numer.* 1. *& seqq.* Roland. *consilio* 94. *numero* 1. *& seq. libr.* 1. vbi in specie an valeat argumentum de supplicatione ad appellationem, & è contra, & an verum sit, quòd recursus habeat vim appellationis, & quòd illius loco succedat, vide Lancell. *dict. cap.* 19. *num.* 7. *& num.* 21.

Quomodo autem sit procedendum in causa reuisionis concessæ per supplicationem, seu recursum, videas Benitend. *d. decis. Bonon.* 78. Menoch. *de arbitr. d. q.* 70. *num.* 27. vbi quòd causa recursus regulatur secundùm appellationem, quoad tempus exercitij, & determinationis, quod & idem voluit Lancell. *d. cap.* 19. *num.* 11. *& seq.* vbi alios refert concordantes, sed an in causa supplicationis possint adhiberi nouæ probationes, habeàtque locum regula, non deducta deducam, vide Rol. *d. cons.* 94. *sub n.* 1. *& seq.* Contard. *d. q.* 8. *num.* 37. & Menoch. *de arbitr. quæst. libr.* 1. *q.* 72. *per tot.* quæ autem sit forma talis supplicationis, ponit Rol. *consil.* 38. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 2. & ante eum Prob. *in c. r. n.* 20. *de restit. in integr. lib.* 6. vbi quòd debet continere causam grauaminis, & quanto tempore duret instantia supplicationis, videas per Rol. *d. cons.* 94. & per Contard. *d. quæst.* 8. *num.* 36. & ante istos per Rom. *consil.* 325. *numer.* 14. & per Marsil. *sing.* 84. *incipiente, stante, &c.* & an supplicatio, seu recursus debeat interponi infra decem dies, in quibus interponitur appellatio, dic quòd sic, ad text. vbi notant omnes *in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offeren.* cum aliis de quibus per Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 56. *& seqq.* vbi declarat tribus modis, sed vide Contard. *de moment. possess. d. q.* 8. *num.* 35. vbi quòd immo ista supplicatio potest quandocumque offerri, & quòd à sententia lata in hac causa reuisionis per supplicationem, vel recursum non detur vlterior appellatio, voluit idem Contard. *d. q.* 8. *n.* 39.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Pecuniaria. Mercurij 1. Iulij 1587.

ARGVMENTVM.

Priuata cedula habens anteriorem hypothecã vbi pro ea concurrunt indicia, & coniecturę quæ fraudem & simulationem excludant, præfertur publico instrumento posteriorem habenti, & sic cessat dispositio *l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab.*

Farinac. Decisi. lib. 2.

SVMMARIVM.

Dispositio l. scripturas. C. qui pot. in pign. habean. *tota fundatur in suspicione fraudis quæ per antidatam committitur. n.* 1.

Cessante suspicione fraudis in scriptura priuata cessat d. l. dispositio. n. 1.

Annotatio scripturæ priuatæ in libro mercatorum subordinata ad alias, & aliæ ad ipsam, omnino tollit fraudis suspicionem n. 2.

Cedula priuata roborata testium dictis qui deponant de tempore non censetur simulata. n. 3.

Multa simul iuncta quæ ad eundem rei finem tendant faciunt plenam probationem. n. 4.

DECISIO XXVIII.

PRoposui vna tantùm parte informante propter nimiam alterius contumaciam dubium, an dispositio 1
l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. obstet Reuerendissimo D. meo Portico, ita vt posteriores creditores illorum de Gattardis, & Ceulis habentes hypothecata bona per instrumenta publica veniant sibi vigore cedulæ hypothecam anteriorem habentis præferen. Et attenta serie facti DD. circumscripto capite simulationis absque vlla difficultate in eam descenderunt sententiam vt non sit locus d. l. contra Reuerendissimum Porticum, constitutio enim illa fundatur in suspicione fraudis, quæ per antidatam committi potest, Bal. *in d. l. num.* 2. & alii Doct. *ibi.* Tiraq. *de retract. conuen.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 48. cessante igitur dicta suspicione debet cessare & eius dispositio. idem Bal. *in c. cum cessante. n.* 7. *de appell.* & in terminis d. l. *cons.* 198. *n.* 5. *lib.* 1.

Cessat autem omnis suspicio. Primò ex annotatione 2
istius cedulæ in libro qui penès mercatorem conseruari consueuit, quæ annotatio ita est subordinata ad alias & aliæ ad ipsam, vt excludatur omnis supicio antidatę. Hoc autem argumentum à subordinatione est tale, vt per illud Rota tenuerit anno 1575. coram Illustrissimo Aldobrandino in causa Veronen. Monasterij pro Illustrissimo Cardinali Farnesio probari non fuisse iuxta constitutionem consensum in tempore, & per talem descriptionẽ factam in libro tolli omnem fraudis præsumtionem, tenet Negusan. *de pign.* 2. *membr.* 2. *part. princ. num.* 48.

Accedunt dicta testium qui deponunt de tempore 3
quæ sufficiunt etiam ad hunc effectum. Tiraq. *vbi sup. numero* 55.

Vltimò concurrunt partitæ quæ iunctis suprascriptis 4
omnibus faciunt plenam probationem, cùm ad eundem rei finem tendant. Bald. *in c. cum omnes, in princ. de probat. conclus.* 1. 60. *&* 64.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Pecuniaria. 20. Nouembris 1587.

ARGVMENTVM.

Simulatio cõtractus cùm probatur ex cõiectutis, illæ debent esse à iure tantùm approbatę.

SVMMARIVM.

Libri mercatorum pro tertio contra tertium nullam fidem faciunt n. 1.

Coniecturæ quæ probãt simulationẽ cõtractus debent esse à iure approbatæ, & non homine simpliciter. n. 2.

Mandatum non præsumitur datum ad actum illicitum. num. 2.

Qualitas personæ excludit præsumtionem simulationis in contractu. n. 2.

Contractus qui habet veritatis substantiam licèt in alterius specie sit translatus, nō dicitur simulatus.n.3.

Hypotheca competit pro eo quod verè gestum est, & nō amittit sua iura.n.3.

DECISIO XXIX.

1 PRosequutus sum disputationem iam cœpram super iure hypothecæ Reuerendissimi D. Portici, & vna parte informante prout mihi mandatum fuit. Et quia opponebatur simulatio contractus depositi cùm prætenderetur esse mutui sub vsuris, ideo quæsiui an probaretur talis simulatio, & probata releuaret, & DD. dixerunt talem simulationem non probari. Quia libri mercatorum pro tertio contra tertium nullam fidem faciunt, Ias. *in l. admonendi. numero* 133. *ff. de iureiur.* Felyn. *in capitulo 2. numero 3. de fid. instrum.* Aym. *de antiq. temp. part.1.n.*240. & multo minus in hoc casu, cùm nullam fidem faciant contra Vellutellum.

2 Non obstat quòd Vellutellus esset negatiorũ gestor seu procurator Reuerendissimi D. Portici, quia licèt simulatio contractus ex coniecturis probetur, illæ tamen esse debent à iure approbatæ, & non homine simpliciter. Bal. *cons.*464. *num.*4. *lib.*3. Aym. *cons.*145. *num.*2. sed hoc casu ius præsumtioni huic resistit, quæ etiamsi probaretur contra Vellutellum, non releuaret contra D. Porticum, tum quia non censetur datum mandatum ad actum illicitum. *l. si procurator.* vbi Doct. *ff. de condict. indeb.* tum etiã quia qualitas personæ excludit hanc fraudis præsumtionem, vt post Io. And. Hostien. Anton. de butr. *in c. finem litibus. de dol. & contumac.* trad. Barbat. *cons.*65. *n.*3. *lib.*4. Grã. *decis.*60. *n.*13. *& seq.*

3 Dato etiam quòd esset probata simulatio, tamen non releuaret, quia contractus, qui habet veritatis substantiam, licèt in alterius speciem sit translatus, non dicitur simulatus. *l. si de pretio. C. si cert. pet. l. Lucius. ff. depos.* Bal. *cons.* 399. *lib.* 5. ex quo sequitur vt hypotheca pro eo quod verè gestum est competere debeat, & non amittat iura sua. *l. verius. ff. qui pot. in pign. hab.* Afflict. *decis.*186.

COMITVLI.

Casalen. seu Nullius. Lunæ 15. Februarij 1588.

ARGVMENTVM.

Pœna priuationis hæreditatis incurritur per cōtrauentionem voluntatis testatoris, illam alienare prohibentis sub pœna.

SVMMARIVM

*Hæres prohibitus alienare sub pœna priuationis hæreditatis alienando, & contraueniendo pœnam incurrit. num.*1.

*Transactionem iuratam non seruans incurrit pœnas l. si quis maior. C. de transact. n.*2.

Delicti particeps dicitur, qui delicto consentit.n.2

Indignus hæreditate testatoris dicitur is, qui illius voluntati contrauenit.n.3.

Primogenitus priuatur iure primogenituræ contrauenienS voluntati illius qui primogenituram instituit. numero 3.

Pœna per testatorem apposita ex causa iusta per inobedientiam, & inobseruantiam committitur.n.3.

Dominium, & possessio censetur translata ex traditione scripturarum, & instrumentorum.n.3.

Possidere insolidum duo non possunt.n.3.

Contemtus non inducitur deficiente consensu.n.4.

Protestatio contraria facto reiicitur.n.4.

Pœna incurritur etiam ex actu nullo, quando illa committitur contraueniendo voluntati testatoris, & contrahentium.n.5.

Pœna sine dolo non incurritur.n.6.

Causa qualibet etiam minima excusat à dolo.n.6.

Dolus præsumitur in contraueniente voluntati testatoris & transactioni.n.6.

DECISIO XXX.

COnsentientibus votis fuit resolutum constare de sufficienti contrauentione DD. Ioannis Vincentij, & Galeotti iunioris, vt commissa fuerit pœna de qua in testamento, codicillis, & transactionibus in puncto præsuppositis. Euidens contrauentio insurgit, ex eo quòd stantibus Galeotti senioris expressis ordinationibus, & contrauentionibus, de quibus agitur quandocunque decederet Ioannes Vincentius cum filiis, seu liberis, natu maior ex eis & ipso maiore natu decedente, semper maior natu descendens ex linea masculina Ioannes Vincentius succedere debeat probibita quacunque distractione, & alienationis voluntate, & contraria dispositione, sub pœna nullitatis actus, & deuolutionis bonorum. Galeottus iunior Ioanne Vincentio præsente, & expresse consentiente patre his cognitis de anno 1570. cessit, & refutauit omne ius tam de præsenti sibi, & descendentibus de sua linea quæsitum, quàm etiam postea quærendum per obitum eius patris super dictis bonis, & iuribus fideicommisso, & natu maioritatis suppositis in fauorem Georgij fratris natu minoris, & totius ipsius stipitis. Vnde ambo conuincuntur fecisse contra prædictas ordinationes, & prohibitiones, tum quia voluntatem Galeotti senioris deferentes bonorum successionem ad ipsum Galeottum iuniorem, vti natu maiorẽ, eiúsque successores, & descendentes non impleuerunt. *l. qui non facit. de reg. iur.* Aym. *cons.*24. *numer.* 5. tum quia formam succedendi constitutã peruerterunt transferendo successione de maiori natu, & eius linea in minorẽ natu, & eius descendentes contra expressã prohibitionẽ, ne disponi posset, quòd aliter succedatur. *l. non dub. C. de legib. l. contra legem. ff. eod.* tũ quia successio, quæ ex voluntate Galeotti senioris expectabat obitum Io. Vincentij: argument. text. *in l. qui delictis. §. extraneus. de noxal.* Alexandr. *consil.* 1. *numer.*4. *libro* 1. Decian. *consilio* 34. *numero* 4. *volum.*1. reputata fuit ad fauorem Georgij, & ante diem persona successoris certificata, quòd non licuit. ad trad. *in l. post mortem.* vbi Ias. *numer.* 3. *C. de fideicommissis.* Cels. Vg. *consilio* 120. *numer.*75. *& sequent.* tum quia Galeottus iunior per talem renunciationem factam Georgio præsenti, & acceptanti, quantum in ipso fuit alienasse intelligitur. ad gloss. communiter receptam *in l.*1. *C. de pact.* Socin. *cons.*230. *lib.*2. Aret. *cons.*18. *n.*3. *&* 4.

Ex quibus contrauentio Ioannis Vicentij eo grauior redditur, quo venisse arguitur etiam aduersùs transactiones iuratas. *l. si quis maior.* vbi Bart. *n.*3. & Bald. *n.*2. *C. de transact.* Purpur. *cons.*42. *n.*22. nec solùm præstitit Galeotto contrauenienti consensum, quo eiusdem contrauentionis factus est particeps. *C. de inoff. donat.* Bartol. *in l. fin. num.*1. *de pact.* Tiraq. *in l. si vnquam. in verbis, donationem largitus, quæst.*23. *num.*349. *& seq.* verùm etiam seorsum aliam cessionem postea fecit in fauorem eiusdem Georgij, vt in præsuppositis. 2

Quòd verò huiusmodi contrauentio sufficiens existat ad incurrendam pœnam caducitatis, & deuolutionis, Domini deducebant ex dispositione tum legis, tum testatoris: constat enim quòd de iure contraueniens voluntati testatoris efficitur indignus hæreditate. *l. post legatum. de his quibus vt indign. reg. ex eo. de regul. iur. in* 6. Aymon. *consilio* 1. *numero* 3. Paris. *consilio* 19. *numero* 55. *libr.*2. & si fuerit primogenitus priuatur iure primogenituræ, quæ alioquin ei deberetur iure hæreditario. Paris. *dict. consilio* 19. *num.*131. post glos. Innocen. & alios *in cap. licet. de vot.* Bal. *in authen. hoc amplius. numer.* 17. *C. de fideicomm* 3

vbi

vbi autem pœna est apposita per testatorem ex causa iusta. *ad l. 1. C. de his quæ pœn. nomine*, Bald. *num.* 10. Socin. *cons.* 4. *numer.* 15. *libr.* 4. aut aliàs conuenta, non ambigitur illam per inobedientiam & inobseruantiam committi, vt per Alexand. *consi.* 138. *num.* 12. *libr.* 1. Paris. *d. consil.* 19. *numer.* 134. *cum seq.* Decian. *consil.* 48. *num.* 27. *lib.* 2. Bologn. *in d. l. si quis maior, num.* 50. Paris. *cons.* 100. *num.* 7. *libr.* 4. quia tunc nihil aliud attenditur, quàm contemtus, vt per Bart. & Alexand. *in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbor. oblig.* contemtus autem in casu de quo agitur ingrauescit propterea quòd in rationibus prædictis deuentum fuit ad actus traditionis, & alienationis, dum Ioannes Vincentius constituit se bona cessa nomine Georgij, & descendentium ab eo possidere, & in signum translationis veræ possessionis, seu quasi, tam ciuilis, quàm naturalis, manualiter consignauit, & tradidit scripturas, instrumenta, & iura quæcunque fundationis fideicommissi, & maioritatis, ex qua traditione regulariter intelligitur facta traditio prædiorum, & castrorum, & consequenter translatum dominium & possessio. *l. 1. & not. C. de donat.* Alexand. *in l. 3. num. 9. & seq.* Tiraq. *de iur. constit. 2. part. ampliat. 3. numer.* 4. Couarr. *resolut. libr.* 3. *cap.* 16. *numer.* 11. *in fine*, & 16. sed ex vigore prædictæ cessionis Georgius apprehendit possessionem castri Altaris, vt in instrumento præsupposito, quamuis prætendatur pro parte domini Prosperi possessionem fuisse instrumentalem ex eo quòd possessio esset occupata, per D. Bonifacium, & duo insolidum possidere non possunt. *l. 3. §. ex pluribus. de acquir. possess.* Cæterùm qualiscunque fuerit illa traditio, & possessionis apprehensio, tenuerunt Domini commissam esse pœnam ex omnibus præmissis, maximè, quia prohibitæ fuerunt etiam dispositiones per testamentum, & contrariæ ordinationes, in quibus traditio non est considerabilis, Paris. *d. consil.* 100. *num.* 23. *& seq. libr.* 4.

4 Nec tollitur contrauentio, aut eius effectus ex eo quòd prædictæ cessiones leguntur factæ iuxta dispositionem testatoris, & non aliàs aliter, nec alio modo, ac proinde quatenus repugnent dispositioni testatoris carens consensu, quo deficiente cessat contemtus, & pœna. Bald. *in cap.* 1. *num.* 23. *de success. feud. & in c. Cumana. n.* 3. *de elect.* Curt. sen. *consi.* 8. *num.* 7. Roland. *consi.* 63. *n.* 24. *libr.* 4. Quia Domini referebant has clausulas ad modum succedendi, vt scilicet in descendentibus Georgij seruari deberent quoad successionem prærogatiuæ natu maioritatis, iuxta ordinem & formam primæ fundationis, prout apparet ex lectura ipsorum instrumentorum iuxta dispositionem testatoris, in qua de similibus cessionibus, neque explicitè, neque implicitè mentio habetur, nisi prohibitiuè: protestatio autẽ, quæ facto cõtrariatur & implicat contradictionem, reiicitur, Bart. *in l. non solùm. §. morte, num.* 17. *de oper. nou. nunciat.* Bald. *in cap. Cumana. de elect. & consil.* 188. *numero* 1. *libr.* 3. nec allegatæ doctr. Bald. Curtij, & aliorum applicantur ad propositum in quo actus pendere non potest à voluntate testatoris defuncti, cuius post mortem non redditur arbitrium. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. cap. cùm Marthæ, de celebr. miss.* & quatenus conditio prætensa respiceret tempus præsens, aut præteritum, nulla extet. *l. cùm ad præsens. ff. si cert. petatur.*

5 Nec etiam releuat protestatio resolutiua adiecta in cessione Ioannis Vincentij, quòd si non valeret in fauorem Georgij, haberetur pro non facta: tum quia validitas, vel inualiditas actus non facit ad pœnam, quæ incurritur ex dispositione testatoris, & contrahentium ex actu nullo propter solam contrauentionem. Abb. *in c. Raynaldus, n.* 17. & Couar. *in c. 1. n. 8. de testam.* Tum quia sufficit Ioannem Vincentium opinatum fuisse, quòd cessio valeret. *ad l. is qui putat. & l. heres institutus, in pr. de acquir. hered.* prout similis protestatio inutilis fuit iudicata in illa Regien. bonorum de anno 1585. coram Illustrissimo D. Aldobrandino.

6 Non obstat, quòd sine dolo non incurritur pœna ex contrauentione, dolus autem excusat, ex quacunque causa, licèt minima, Caputaq. *decis.* 235. *num.* 8. *part.* 1. Corn. *cons.* 94. *num.* 3. *lib.* 3. quia dolus consistit in eo quod factum est contra dispositionem testatoris, & maximè contra transactiones iuratas. *l. si quis maior. C. de transact.* Aym. *cons.* 100. *num.* 9. & in casu decisionis Caputaq. tribuit excusationem ambigua voluntas testatoris, vt in casu de quo agitur probabilem causam, quæ excuset, hactenus Domini non agnoscunt.

Reatina Pensionis. Venetis 11. Martij 1588.

ARGVMENTVM.

Ex summario habes argumentum.

SVMMARIVM.

Pensio dicitur nulliter imposita quando resignatio fuit simulata, & simulatio præsumitur ex vicinitate actuum. num. 1.

DECISIO XXXI.

FVit resolutum pensionem de qua agitur esse nullam, 1 tum quia resignatio non fuit vera, sed simulata ad effectum, vt pensio reseruaretur nepoti ipsius resignantis, & Archidiaconatus statim retrocederetur ipsi Fabritio, *l. qui sic soluit. ff. de solut.* Mohedan. *decis.* 244. quod colligebant ex vicinitate actuum, & ex eo quòd nulla datur probabilis ratio, cur in hoc casu statuendum sit, iuxta Bullam fel. record. Pij Quinti super confidentiis editum, quæ capit etiam pensiones ... nisi detur resipiscentia.

Reatina Pensionis. ... 1588.

ARGVMENTVM.

Ex sommario collige argumentum.

SVMMARIVM.

Pensio super beneficio dicitur nulliter imposita quando resignatio est simulata. simulatio autem ex vicinitate actuum præsumitur. n. 1.

DECISIO XXXII.

DOmini steterunt in decisis, quòd pensio, de qua 1 agitur, sit nulla. nam quòd dicitur resignationem fuisse sortitam effectum statim quòd Papa illam admisit, & per huiusmodi resignationem fuisse incontinenti abdicatum omne ius, & possessionem beneficij à resignante, iuxta decis. Cassad. 2. *de renunciat.* non applicatur huic casui, vbi ex vicinitate actuum, & aliis pro Archidiacono deductis, constat resignationem non fuisse veram, sed simulatam ad effectum vt nepoti ipsius resignantis reseruaretur pensio, Archidiaconatus statim ipsi resignanti retrocederetur, prout factum fuit: quòd si Papa sciuisset saltem, difficiliùs hanc pensionem reseruasset, ad not. *in c. super litteris. de rescript.*

BVBALI.

Romana Legitimæ de Vrsinis.
Venetis 20. Maij 1588.

ARGVMENTVM.

De periuro, an & quando agere posit non petita absolutione à iuramento sub prætextu enormissimæ læsionis.

SVMMARIVM.

Periurus repellitur à limine iudicij agens non petita absolutione, n. 1.

Periurus sub prætextu enormissimæ læsionis agere non potest non petita absolutione, nisi priùs de dicta enormissima læsione constet per sententiam, vel aliàs euidenter, num. 2.

DECISIO XXXIII.

1 FVit resolutum Illustrissimum & R.P.D. Valerium Vrsinum non posse audiri in hoc iudicio rescissionis laudi, & spolij, stante periurio per ipsum incurso; cùm enim promisisset cum iuramento non petere reductionem laudi nisi priùs parito iudicato, & postea ad eius instantiam fuerit processum ad quamplures actus ante absolutionem à iuramento, vtique non potest excusari à periurio, & consequenter non est audiendus, nisi priùs obtenta absolutione, exceptio enim periurij impedit processum ad vlteriora. *c. dilecti. de except.*

2 Et quamuis controuersa sit quæstio, an stante enormissima læsione requiratur absolutio, de qua per Doct. *in cap. cùm contingat. de iureiuran.* Pedem. *decis. 40. num. 1. & seq.* hoc tamen intelligendum est, quando de enormissima læsione cõstaret per sententias latas absque eo quòd oppositõ de periurio, & ita procedit decisio facta coram R. P. D. meo Otano in causa Mediolanen. Affictus de anno 1586. aliàs semper est necessaria absolutio, & ratio est, quia de facili eluderetur iuramentum sub prætextu enormissimæ læsionis, & non debet quis esse iudex sui iuramenti. Giammat. in his terminis *consi. 30. n. 32. libr. 1.* & ita de stilo Rotæ semper seruatum fuit statutum Vrbis disponens, quòd stante læsione vltra tertiam partem iuramentum nihil operetur, intelligendum est quando adest sententia, vel constaret euidenter, & notoriè de enormissima læsione, sed hoc casu etiam de stilo Rotæ solet peti absolutio ad cautelam; adeat igitur dictus Valerius signaturam pro obtinenda absolutione.

GIPTII.

Romana Tutelæ de Ceulis.
Lunæ 20. Iunij 1588.

ARGVMENTVM.

Respondens articulis, & positionibus (non credo vt ponitur) non ita simpliciter negare videtur, vt cùm ex his quæ ponuntur aliqua sint vera, argui de absoluta negatione possit, & sic de mendacio conuinci, periurióque puniri.

SVMMARIVM.

Responsio illa, non credo vt ponitur, non est ita simpliciter negatiua, ita vt qui respondet si aliqua credere potuisset, de mendacio dicatur conuinci, n. 1.

Positiones quando sunt permixtæ cum facto alieno, tunc responsio etiam dubia admittitur, n 1.

Positionibus respondens semper excusatur à periurio, num. 2.

Causa qualibet excusat à periurio, n. 3.

Causa qualibet excusat à periurio, ista regula procedit quoad pœnas periurij, non autem quoad ipsum periurium, num. 4.

Priuatio facultatis iurandi non est pœna, n. 4.

Iurans absque dolo non amittit facultatem iurandi in litem, n. 4.

Matris assertiò licèt filij ætatem probare videatur, tamen non ita sufficienter probat. n. 5.

Ad periurium inducendum requiritur plena probatio. num. 5.

Rescripta etiam sine mandato impetrari possunt. n. 6.

In dubio facienda est interpretatio vt periurium euitetur. num. 8.

Lapsus 10. annorum facit præsumere ignorantiam, & obliuionem ad excusandum à periurio. n. 8.

Mulieres propter sexus fragilitatem facile labuntur, & decipiunt. n. 8.

DECISIO XXXIV.

DVbitatum fuit an constet de tali periurio DD. Aureliæ, & Hersiliæ de Masso, vt eis iuramentum in litem deferendum non esset, & non constare DD. resoluerunt. Quoniam illa vulgaris responsio (non credo vt ponitur) non est simpliciter negatiua ita vt respondens argui possit de absoluta negatione, & conuinci de mendacio, cùm ex his quæ ponuntur aliqua credere videntur, Papien. *in form. excep. contr. positiones, in verbo primo quod publica vox. num. 6.* Alex. ad Bart. *in l. si dubitetur. §. ita demum, in verbo amitti. de fideiuss.* & faciunt trad. per Aret. *in §. sed & si quis, vers. item si socius. super gloss. in verb. socio, Instit. de action.* idem Papiens. *in form. respons. ver., in verbo narrata, prout narrantur, in princ.* Quod maximè dicendum est in proposito casu, quia huiusmodi positiones partim sunt de facto alieno & antiquo, partim super ætate Francisci fratris dictarum mulierum, quo fit vt responsio etiam dubia admittatur, Bart. *in l. 2. §. quod obseruari. numer. 23. in fin. C. de iuram. calum. post glos. ibi in verbo, existimat,* Natta *cons. 59. num. 2.* 1

Et quòd respondens positionibus semper excusetur à periurio, determinat Soc. iun. *cons. 3. num. 16. cum duobus sequens. libr. 2.* vbi allegat Salic. *in l. si alterius. in fin. C. si minor se maior. dix.* 2

His præterea accedit quod à periorio qualibet causa excusat. Doct. *in l. si quis maior. Cod. de transact.* Grat. *cons. 50. in fin. lib. 1.* Gabr. *de transact. conclus. 1. n. 53.* 3

Et licèt hæc conclusio videatur procedere quoad pœnas, non autem quoad periurium, Grat. *cons. 15. n. 22. lib. 1.* nihilominus negari non potest quòd priuari facultate iurandi non sit pœna, per ea quæ scribit Ias. *in l. qui iurare. §. vltimo, num. 3. de iureiur.* Et quòd absque dolo malo iurans non amittat facultatem iurandi in litem, tenet Plot. *in l. si quando. §. 49. num. 5.* 4

Nec dicatur mulieres non posse euitare periurium, cùm ætas Francisci articulata satis probetur ex assertione matris à qua facile informari potuissent, vt per Rimінald. sen. *cons. 491. & seq.* Tiraq. *de retract. consang. §. 2. glos. 2. num. 12.* quoniam vltra responsiones ab informantibus datas quæ placuerunt DD. potest dici quòd matris assertio sufficienter ætatem filij non probat. ad glos. *in l. etiam. de probat.* & fuit resolutum in vna Sarsinaten. Comitatus coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino 13. Iunij 1583. eo magis ad effectum periurij in quo requiritur plena probatio. *l. sciant cuncti, C. de prob.* Feder. de Sen. *cons. 23. n. 7.* 5

Et hoc passu etiam tolluntur ea quæ dicuntur de libris hæreditatis q. Lucæ de Masso, præsertim cùm fuerint impugnati nunquam in actis producti sed solùm in partibus fauorabilibus acceptati, & repetiti ad instruendum animum iudicis, vt faciliùs possit taxare summam per mulieres iurandam.

Postremò non obstat supplicatio ipsarum nomine regio consilio porrecta, quoniam non constat de mandato Procuratoris qui illam produxit, & sæpe accidit quòd rescripta impetrantur sine mandato. Sarn. *in reg. de annal. quæst. 32. num. 8.* Ioan. Paul. *decis. 77. cum aliis alleg.* 6

Minúsque releuat quòd in commissione contra D. Hieronymum impetrata dicatur sine præiudicio litis 7

mntæ in ciuitate Neapolis,siquidem ex hoc non infertur quòd prædictæ mulieres sciuerint prædictam supplicationem porrectam, quam nec potuerunt ratificare prosequendo huiusmodi litem. Innoc. *in cap. ex parte. de rescript.* de communi Abb. *in cap. nonnulli.* §. *sunt & alij, num.* 4. *eod. tit.*

2 Et hanc sententiam libenter amplexi fuerunt DD. tum quia in dubio facta est interpretatio, vt periurium euitetur. Grat. *consi.* 121 *num.* 13 *lib.* 2. tum etiam, quia lapsi sunt x. anni, ex quo tempore præsumitur ignorantia & obliuio ad excusandum à periurio. Aym. *consi.* 65. *n.* 9. & 10. maximè in mulieribus quæ propter fragilitatem sexus facile labuntur. Soc. iun. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune, n.* 23 *t.* & facile decipiuntur. §. *ius consequens. de equal. dot.* Alciat. *de præsumt.* 42. *num.* 2.

ORANI.

Romana Mercium. 14. Octobris 1588.

ARGVMENTVM.

Amissio libri ex solo amittentis iuramento probatur quando ad illius custodiam neque ex contractu neque alia obligatione tenebatur, licet secus sit quando custodire tenebatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum non suffragatur amittenti librum cùm ad illius custodiam tenebatur, n. 1.

Vbi quòd secus est quando ad illius custodiam non erat obligatus.

Mitius agi debet cum eo qui non est obligatus, quàm cum eo qui obligatus est, d. n. 1. *in fin.*

Iuramentum optimè excusat libri amissionem quando cum eo concurrunt adminicula, n. 2.

Testis familiaris in totum non repellitur in his quæ domi fiunt, n. 3.

Probationes etiam leuiores sufficiunt in his quæ sunt difficilis probationis, d. n. 3.

DECISIO XXXV.

1 FVit conclusum D. Vincentium Lauaianum non posse cogi ad exhibitionem libri de quo agitur, suffragatur enim sibi iuramentum super illius amissione præstitum: nam licèt vbi quis tenetur ex contractu vel obligatione ad alicuius rei custodiam, non admittitur ad probationem amissionis illius per solum iuramentum. Soc. *consi.* 190. *post numer.* 5. *l. br.* 2. Bero. *consil.* 91. *numer.* 21. *libr.* 1. tamen secus est quando prout in præsenti themate intendit probare amissionem eius ad cuius custodiam aliter non erat obligatus. *l. fin. vbi post glos. in versi. sacramentum.* Bald. *circ. fin. C. de fid. instrument.* trad. Imol. *in capi. quæsitum, numer.* 9. *de te indic.* Alexand. *in l. si quis ex argentariis.* §. *fin. in fin. de eden.* quoniam mitius agitur cum non obligato quàm cum obligato. Cyn. *in d. l. fin. num.* 5.

2 Et hoc tanto magis quòd concurrunt adminicula, vt est bona fama D. Lauaiani, & depositio testium qui diligentiam per eum adhibitam in perquirendo libro prædicto optimè concludit, quia eo casu iuramentum semper præstat excusationem.

3 Nec curandum est quòd vnus testium sit familiaris, quia in his quæ domi fiunt, familiaris in totum non repellitur. *l. etiam,* vbi Dd. *C. de test.* Tob. Non. *in* §. *pater, num.* 138. *Instit. Inst. de test.* & in his quæ sunt difficilis probationis leuiores sufficiunt probationes. Bart. *in l. si quis ex argentariis,* §. *fin.* & ibi Ias. *de eden.*

præmissis etiã addebat vnus ex DD. non constari hic de aliquo interesse Passari, quod Rotam mouere solet ad editionem petitorum, propterea quòd editio libri tendit ad demonstrandum reuocationem ordinis dati per Lauaianum Andreæ dell'hoste, vt habetur in literis Lauaiani ad Passerum, sed constat ordinem prædictum nedum fuisse reuocatum, sed exequutioni demandatum; idque

primò, ex duabus quietantiis Passeri de mense Nouembris 1585. in quibus idem Passerus asserit se recepisse quasdam pecuniarum summas ab Andrea dicto Hosti in executionem ordinis dicti Lauaiani.

Secundò, ex literis eiusdem Andreæ de anno 1528. quando significat se transmisisse bona empta ad D. Lauaianum, vt de illis valeat iuxta conuentiones cum Passero initas disponere.

Neque verò contrarium suadet Lauaiani protestatio de receptione mercium, quia recusatio receptionis illarum non procedit ex aliqua reuocatione ordinis, sed quia Andreas mandatum suum fuerat transgressus ex quo in mandato habebatur quòd promitteret merces soluere infra certum tempus, & tamen in pecunia numerata illas persoluerat: nam postquam pro interesse illius temporis mutuatas pecunias per nundinas Bisuntinas comperit, ita quòd in solutione præsenti pecuniarum facta nullo damno fuit affectus, Lauaianus acceptauit merces, & illas iuxta conuenta cum Passero administrauit.

Voluerunt tamen DD. Lauiano iuxta formam traditam *in d. l. fin. C. de fid. instrument.* de nouo deferri iuramentum super amissione libri, &c.

BVBALI.

Regien. Hospitalis. Lunæ 23. Ianuarij 1589.

ARGVMENTVM.

Ignorantia insuperabilis & inuincibilis quæ sit, quæ crassa, & supina, & quæ probabilis ad excusandum aliquem à delicto.

SVMMARIVM.

Ignorantia insuperabilis seu inuincibilis est quæ humana vinci industria non potest quæ excusat ignorantem. num. 1.

Ignorantia crassa & supina est nescire quod scire debemus, quæ comparatur culpæ, nec excusat. n. 2.

Ignorantia probabilis excusat. n. 3.

Ignorantia probabilis iuris dubij, & difficilis cognitionis excusat contrahentes. d. n. 3. *quod procedit etiam in aliis grauioribus delictis, puta hæresi. n.* 4.

Errans in iure deceptus autoritate magnorum virorum excusatur. d. n. 4.

DECISIO XXXVI.

PRæsupposita vera & communi ignorantiæ diuisione, quòd alia sit inuincibilis seu insuperabilis, alia autem supina siue crassa, alia iusta seu probabilis, credetem Octauium naiadum posse excusari, in casu & ad effectum de quo agitur.

Ignorantia inuincibilis seu insuperabilis est quæ humana industria superari, seu repelli non potest, hæc omnino excusat ignorantem, quia cùm non sit in sua potestate nec in suis viribus id intelligere, quod inuincibiliter ignoratur, non errat ignorando, nec delinquit, ideo meritò excusatur.

Qui supina seu crassa ignorantia errat, non excusatur: nam culpa est nescire quod sciri debet, & ab omnibus

commu

communiter intelligitur, & hæc ignorantia culpæ comparatur. *l.lata culpa. ff. de ver.signif. l. quod Nerua. ff. depos. l.nec supini,ff. de iur.& fact.ignor.* ideo non excusat. *cap. ad Apostolica, de cler.excomm.ministr.* Iacobatius *tract.de Concil. libr. 4.artic.4.num.106.vers.nam ignorantia.*

In casu de quo agitur neminem puto fore dicturum Octauium Baiardum laborasse ignorantia crassa & supina, quod ex multis constare viderur, sed vel inde maximè quòd etiam periti, quos consuluit de casu proposito, dubitabant, augebant dubitationem decisionis coram R.P.D.Cantuccio in causa Aquilaua 14. Aprilis 1582.& de mense Ianuatij 1583.

3 Fateamur ergo oportet nos versari in casu probabilis ignorantiæ; ergo debet excusari, quia ignorantia probabilis excusat.glos.communiter recepta *in cap.ab excommunicato.in verbo de facto suo,extrà de rescript.* Bellamer.*tract.de permut.benef.par.11.4.q.& q.5.numer.6.* Iacobat.*pracit.loc.* Bart.*in l.1.§.cap.... ff.de recept.* Mars. *consi.107.* Roman. *consil.471.*& ceteri,quos refert & sequitur Iacob.Nouel. *tract.ad defens.vers.An indicia pro reo danda sint,n.96.& 97.* est tex.expressus *in l.fin.§.fin.ff.de leg.2.* vbi alienatio rei prohibitæ alienari sustinetur propter iustam, hoc est, propter probabilem & rationabilem ignorantiam. Et in indiuiduo in permutationibus quòd ignorantia probabilis iuris dubij seu difficilis cognitionis excuset contrahentes,tenet Bellamer.*in d.tract.permut.benef.part.11.q.4.num.2.& seq.versi.sed de hac die, vt dixi.* Item quòd eadem probabilis ignorantia excuset impetrantem errantem in modo acceptandi,tenet Selua *in tract.de benef.par.3.q.30.per tot.*

4 Hæc ignorantia nedum in his rebus,sed etiam in aliis grauioribus, excusat: vt in hæresi, quæ excusat etiam à pœnis latis contra errantes, præsertim si quis autoritate magnorum virorum erraret deceptus.*cap.dixit Apostolus.24.q.3.*est singularis doct.Gratian.*29.q.1.circa finem.vers.item si quis,&c.*

ILLVSTR. D. CARD. MANTICÆ.

Romana Legati. Mercurij 10.Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à phrenetico infirmo non valet, & an,& quando, & per quos testes phrenesis & alienatio mentis legitimè probetur.

SVMMARIVM.

Donatio facta à phrenetico,& non sana mentis non sustinetur,n.1.

Peritis attestantibus de non sana alicuius mente magis credendum est quàm aliis,n.2.

Phreneticus de bonis suis disponere non potest,d.n.2.

Sanæ mentis in dubio licèt quis præsumatur, tamẽ cùm constat illum in furorem incidisse, ei, qui dicit eundem fuisse sanæ mentis tempore quo disposuit, onus probandi incumbit,n.3.

Sana mens non eo præsumitur, quòd quis dicat aliqua verba ad propositum,quia stulti etiam aliquando loquuntur ad propositum,n.4.

Testis singularis,& vnicus non probat,n.5.

Donatio facta ad suggestionem, & interrogationem donatarij in articulo mortis non valet,n.6.

DECISIO XXXVII.

1 Conclusum fuit Illustrissimum & Reuerẽdissimum D.Cardinalem Vastauillanum tẽpore factæ donationis,non fuisse sanæ mentis, & consequenter eam non posse sustineri, Nam primus testis, qui est Medicus iuxta 13.14.& 15.& tertius qui est Chirurgus iuxta 4.& 5. Secundus qui erat assistens, & pro D. Ænea inductus fuit iuxta 26.& 28. apertè deponunt de alteratione mentis à nocte Sabbati quæ fuit 8. mensis Augusti, & diem Dominicam, qua fuit facta donatio antecessit,& similiter deponunt de continuatione furoris, vsque ad extremum vitæ exitum.

Idémque Aromatarius testificatur iuxta 26.atque his 2 testibus tanquam peritis magis quàm aliis credendum est. Cyn. *in l.senium.C. qui test.fac.poss.* Bart. *in l.2. numero 5. ff.de test.* constat autem phreneticum qui mente alienus est de bonis suis non posse disponere.*c.cùm dilectus.§.quia verò, de successionibus ab intestato, & l.ob quæ vitia, in princ.* ibi, *qui propter febrem loquitur aliena.ff. de adil. edict.* & vt dispositio dementis valeat is debet habere dilucida interualla, & perfectissima. *l. furiosum.C.qui testam. fac.poss. iuncta l.seq.cum aliis.C. de curat.fur.*

Et quamuis in dubio quis præsumatur sanæ mentis 3 esse. *l.vlt.*& ibi Bald. not. *C.de codic.* tamen, quando constat aliquem in furorem incidisse, ei, qui dicit eumdem fuisse sanæ mentis tempore quo disposuit,onus probandi incumbit, glos.*in d.cap.cùm dilectus, in verbo, competere. de success.n.3.& 6.lib.1 & cons.45.num.6.& 14.& cons.68.n.1.lib.2.*

Non obstant testes, qui dicunt Cardinalem die Do- 4 minica in proposito loquuntur fuisse; quia ex hoc non sequitur eum sanæ mentis fuisse,nam stulti etiam quandoque in proposito loquuntur, & qui ex morbo phrenesis mentis alienationem patitur, in eo sensu præsumitur perseuerare, licèt aliqua verba sanæ mentis loqui videatur: neque enim phrenesis dicitur cessare, sed potiùs aliquo modo latere, vt ex Medicorum scientia scribit Suar. *alleg.1.num.19.cum seq.*

Neque etiam obstat, quòd huiusmodi donatio, tan- 5 quam à sapienti facta, debeat intelligi per seruitia longo tempore à D.Ænea Cardinali præstita, & quia Cardinalis habebat animum eum remunerandi, quemadmodum deponit secundus testis iuxta *6.* quia ille est singularis, ideo non probat. *l.iusiurandum. C. de testib.* & si Cardinalis talem animum habuisset ei in testamento aliquid in specie legasset,sicuti quibusdam aliis legauit, & tamen nihil ei specialiter legauit. Quare donatio tanquam facta ab eo, qui mente erat alienus, non potest subsistere.

Quod Dominis placuit multo magis, quia non fuit 6 facta motu proprio ipsius Cardinalis, sed ad interrogationem & suggestionem donatarij: nam similiter institutio hæredis facta ab eo, qui est in articulo mortis ad interrogationem alterius non valet, quia is non intelligitur sanæ mentis fuisse,& quia ad interrogationem alterius, quilibet morbi acerbitate vexatus solitus est respondere *ij* *it.* Ruyn. *cons.8,n.9.& 14.lib.3.*qui dicit hanc esse receptiorem,æquiorem, & magis rationabilem opinionem.Idémque consuluit Lanfranc.de Oran.*inter cons.128. lib.1.* & hanc sententiam magis communem testatur,& sequitur etiam Socin. iun. *consil.183.num.32.& 33.lib.2.*

ILL. D. CARD. PLATTI.

Bononien. de Herculanis. 5.Iunij 1589.

ARGVMENTVM.

Actorum transportatio est necessaria etiam quòd causa sit commissa cum clausula, summariè,& quantum sufficere videbitur.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio vitiat sententiam etiam in prophanis.n.1.

Actorum

Actorum transportatio est necessaria, etiam quòd causa sit commissa cum clausula, summariè, & quantum sufficere videbitur, n. 2. & n. 5.

Negatiua probatur ex inspectione actorum, & sententia, num. 3.

Clausula, statum, & merita, &c. & clausula, quorum tenores, &c. quam iudici tribuat iurisdictionem, n. 4.

DECISIO XXXVIII.

1 FVit resolutum sententiam A. C. esse nullam ob non transportationem actorum, iuxta decretum Concilij *sess. 24. cap. 20.* quod locum habet etiam in prophanis, paret ex decisione facta coram R. P. D. Blanchetto in vna Tudertina Bonoruni 15. Martij 1586.

2 Non obstat, quòd A. C. fuisset commissum, vt sententiam Rotæ Bonon. reuocaret, constito sibi summariè, & quantum sufficere videretur, quòd non fuisset pronunciatum per Prætorem Bononien. à cuius sententia dicebatur, per Bernardinum Herculanum fuisse appellatum quia debuerunt saltem ad tribunal A. C. transportare acta, & processus existentes coram Auditore Rotæ Bononien. & sic etiam processus Bagnacauali, Lughi, Casignolæ, & alij qui tùm ad Auditorem Rotæ Bononien. transportati fuissent de ipsis actis fuerunt effecti, & maximè quia agebatur coram A. C. de probando, quòd commissio. facta Ioachino Auditori Rotæ Bononien. esset nulla, & nullam tribuerit iurisdictionem, ex quo fuerat in ea falsò expressum, quod pronunciatum fuerat à Prætore Bononiæ, & ab eius sententia appellatum, iuxta tradita per Dec. *cons. 303. col. 2. & cons. 483.* Alex. *cons. 95. n. 1. lib. 4.* Bald. *in l. si contra. de appellat.*

3 Neque enim ad hanc negatiuam probandam sufficit, quòd in sententia Ioachini nulla de sententia Prætoris Bononien. mentio habeatur, sed ad solas sententias iudicum Ferrarien. relatio fiat, per ea quæ tradit Felyn. *in cap. quoniam contra, n. 34. de probat.* Alexand. *cons. 42. col. 2. lib. 4.* oportebat igitur ad docendum nõ fuisse pronunciatum à Prætore Bononien. nec ab eo appellatum ad Ioachinum afferre, & transportare omnes processus ad tribunal Ioachini transportari, vt ex eorum inspectione apparere posset de hac negatiua.

4 Addebant etiam Domini, quòd cùm commissio directa Ioachino haberet clausulam, statum, & merita, &c. & clausula, quorum tenores tribuebat iurisdictionem, vt per Cassad. *decis. 1. & 2. de rescript.* Achil. *de commiss. decis. 5.* & propterea non videbatur satis esse A. C. pro reuocatione dictæ sententiæ, quòd sibi constaret non fuisse à Prætore Bononiæ appellatum ex visione gestorum coram Ioachino, sed debebant etiam videre alios processus coram aliis iudicibus factos, vt cognoscere posset bene, vel malè si fuissent sententiæ aliorum à Ioachino reuocatæ.

5 Non obstat quòd commissio A. C. dicat constito de præmissis, quantum sufficere videbitur, quia in eadem dicitur etiam per sententiam Ioachini, prout iuris fuerit reuocet, & sic debet iuris dispositio, & Concilium Tridentinum super transportatione processuum seruari.

Præterea in eadem commissione A. C. non solùm narratur quòd à Prætore Bonon. non fuerit pronunciatum, sed etiam plura narrantur coram aliis iudicibus agitata ex quibus fuerit signaturæ insinuatum, causam hanc ad iudices laicos Serenissimi Ducis Ferrariæ remittendam esse; clausula igitur, constito de præmissis, ad omnia narrata videtur referenda, de quibus sanè constare non poterat, nisi visis processibus coram illis iudicibus agitatis, & per consequens sententia A. C. reuocans sententiam Ioachini, & ad illos iudices exequutionem remittens, non visis processibus coram iisdem iudicibus factis, maximè cùm iam fuissent, vt dictum est, coram Ioachino transportati, remanet nulla.

GIPTII.

Perusina Separationis tori.
Mercurij 28. Iunij 1589.

ARGVMENTVM.

Tori separatio an & quando concedatur propter sæuitiam viri, qualis debeat esse ista sæuitia, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur notoriè iniusta illa, quæ ex actis non iustificatur. n. 1.

Vxor propter viri sæuitiã de illius domo propria auctoritate discedere non potest. n. 1. declara nisi maritus esset nimium sæuus. n. 2. vbi etiam, quòd iudicis arbitrio remittitur quæ sit magna sæuitia.

Mariti sæuitia non præsumitur, nisi probetur, numero 3. vbi etiam quòd vani timoris nulla habenda est consideratio.

Maritus potest ex causa vxorem ad correctionem leniter verberare. n. 4.

Vxor tenetur stare cum eius viro, etiam quòd sit vnus peruersus. n. 4.

Vxor tenetur sequi virum suum quocumque vadit. numero 5.

Vxor potest petere separari à viro propter litem quam habeat cum ipso. n. 5. in fine.

Tori separatio vbi propter viri sæuitiam datur, dos vxori non est restituenda, sed tantùm ex fructibus dotis alenda est. n. 6.

Tori separatio an & quando concedatur propter sæuitiam viri, qualis debeat esse ista sæuitia, & quomodo probetur. n. 1. & omnibus seqq.

DECISIO XXXIX.

CIrcumscripto capite bonorum paraphernalium, de quo particulariter agitur, resolutum fuit sententiam Vicarij Perusini esse reuocandam, tum quia ex actis non iustificatur prout opus est, Cassan. *decis.* 179. & sentit Put. *decis.* 401. *lib.* 1. Mohed. *decis.* 290. nam Rota non tenet illam opinionem, quam refert & sequitur Aym. post alios quos citat *consil. 198. in fine*, quòd iudex ad iudicandum aliunde potuerit moueri, & sic ex his quæ extra acta fuerunt gesta nisi esset notorium, iuxta *decis. vltimam, de fid instrum. in antiq.* tum etiam quia ex deductis pro D. Prospero apparet sententiam huiusmodi esse notoriè iniustam. Et primò in eo dum firmat licuisse D. Lucretiæ è domo viri discedere, quod propria auctoritate facere non poterat. *cap. porrò. cap. significasti. de diuort.* Paris. *consilio* 54. *num.* 52. *vol.* 4. Rimin. iun. *consil.* 74. 1

Nec refragatur, quòd ob viri sæuitiam permittatur vxori ab ipso recedere. *cap. literas. in fine, de rest. spol.* Bart. *in l. cùm satis. num. 7. de agric. & cens lib.* 11. Ioan. Lop. *in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 10. num.* 4. quoniam id solùm procedit quando maritus est nimium morosus, & sæuus, vt *in d. cap. literas*, probatur, & exempla sæuitiæ bene colligi possunt ex cons. Anchar. 408. Rimin. vbi suprà, *num.* 1. & licèt arbitrio iudicis relinquatur quæ sit, vel ne, magna sæuitia, Tiraq. *in l. si vnquam. in verb. omnia, vel partem. num. 31. in fine. C. de reuoc. donat.* Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 139. *in fine.* nihilominus arbitrium istud debet iure & ratione regulari, Bald. *in auth. iubemus. in vlt. not. C. de iudic.* 2

Hinc

3 Hinc est, quòd non creditur vxori de sæuitia mariti, nisi probetur, Io. Lup. *in cap. per vestras, in 3. not. n. 7. in fine, de dona. inter vir. & vxor.* & Rimin. *inter consi. matrim. consi. 81. n. 24. cum sequent. plur.* propterea vani timoris nulla habetur consideratio *l. 3. ex quibus causis maior.* Roland. *cons. 27. num. 3. lib. 3.* siquidem iustè dumtaxat timet, qui timet quod etiam constantes timere solent. *l. metum, quod met. caus. cum simil.*

4 Præterea ex testibus pro vxore examinatis sæuitia non probatur, cùm singulares, vel non concludant sæuitiam ad separationem tori necessariam, vt bene deducunt informantes, maximè quia maritus potest ex causa vxorem ad correctionem leuiter verberare, Abb. *in c. quemadmodum. §. illud autem. de iureiur.* Rol. & Rimin. *in consil. supracit.* & vxor cum eius viro etiamsi sit vnus peruersus permanere debet, dicunt Socin. *cōsi. 286. in fine,* Silu. nupt. *in verb. non est nubendum, n. 37.* & quòd propter sæuitiam allegatam, sententia non sustineatur eo magis dicendum venit, cùm ex prædictis testibus D. Lucretiæ satis constet D. Prosperum erga ipsam bene semper gessisse, & ex bona fama ipsius & qualitate personæ facile iudex discernere potest pro huiusmodi separatione tori iudicandum non esse.

5 Sed quòd sæuitia non fuerit causa recessus D. Lucretiæ, nullam prorsus videtur habere difficultatem, stante quòd ipsa respondendo positionibus confessa fuit se à domo D. Prosperi recessisse, quia nolebat mutare domicilium, & ad Vrbem ab ipso inuita adduci, & tamen dubium non est, mulierem teneri sequi suum virum quocunque vadit, *c. vnaquaeque. 13. q. 2. c. si quis. & c. naturalem. de coniunct. leprosorum.* Cuman. *cons. 1. num. 4.* Rimin. *d. cons. 81. n. 21.* ex prædicta confessione tollitur obiectum, desumtum ex decis. 11. Thom. de Tanis *de sponsal. n. 28.* nempe quòd propter litem possit vxor discedere, & seorsum à viro permanere, maximè quia tempore dicti excessus nulla adhuc fuerat lis contra D. Prosperum introducta.

6 Est etiam iniusta dicta sententia quia cōdemnat Dominum Prosperum ad restitutionem dotis: nam dato millies quòd esset locus separationi tori, attamen dos non erat restituenda, vt determinat Host. *in summ. tit. de diuort. num. 5.* solùm ex fructibus dotis cogebatur vxori præstare alimenta *l. si cum dotem, §. sin autem. sol. matr.* Bald. *in c. ex parte. n. 8. de consuetud.*

ILL. D. CARD. PLATTI.

Cortonen. Bonorum de Seitello.
Mercurij 28. Iunij 1589.

ARGVMENTVM.

Omissio transportationis actorum reddit sententiam nullam, & alia nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio reddit sententiam nullam, n. 1.

Testis, qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, potest etiam vltra articulata deponere. n. 1.

Minor infans non citatus reddit processum nullum, etiam quòd postea fuerit illi datus curator, n. 2.

Tutores plures, quando sunt dati, omnes citari debent, aliàs processus est nullus, n. 2.

Sententia data contra minorem indefensum nulla & inualida est, n. 3.

DECISIO XL.

1 RESoluerunt Domini sententiam latam ad fauorem Episcopi Cortonensis per Episcopum Montis Politani fuisse nullam ex pluribus. Et primò ob non transportationem omnium actorum, quę fuit necessaria; cùm enim Episcopus Montis Politiani reuocauerit sententiam Episcopi ciuitatis Castelli latam in exequutionem literarum, si in euidentem, non potuit hoc facere, nisi visis actis factis coram Episcopo ciuitatis Castelli, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20.* ac fuit pluries in Rota resolutum: apparet autem ex processu transportata plura in eo fuisse omissa, quæ fuerant apponenda, ex quo cessat responsio data per informantes pro Episcopo, dum dicebant testium examinatorum transportationem non fuisse necessariam, quia ex solis articulis apparebat de iniustitia sententiæ Episcopi ciuitatis Castelli: nam in dicto processu non solùm desiderantur dicta testium, sed etiam inuentarium, & alia deducta per informantes pro Marchionibus, vltra quod, & testium dicta fuerunt necessaria, quia testis, qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, potest etiam vltra articulata deponere.

Secundò fuit nulla sententia, quia cùm Marchiones essent infantes non potuerunt citari, vt in iudicio comparerent, & propterea processus factus vigore citationis huiusmodi etiam post dationem curatoris à iudice dictis infantibus factam fuit nullus, vt latè per Afflict. *decis. 262.* & tradunt Modern. *in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. inhabil. num. 12.* nec releuat, quòd tutor fuerit citatus, quia cùm plures essent tutores, non sufficit quòd vnus tantùm fuerit citatus, glos. *in l. 2. C. si ex plur. tutor.* Aym. *consil. 225. sub num. 5.* 2

Tertiò est nulla, quia lata contra minorem indefensum; nemo enim, nec tutor, nec curator datus comparuit ad eum defendendum. Cresc. *decis. 206. num. 9. de sent. & re iud.* 3

PENIÆ.

Spoletana Bonorum. Mercurij 5. Iulij 1589.

ARGVMENTVM.

Testis quando possit in continenti, vel ex interuallo petere, vt suum examen sibi legatur ad effectum illud corrigendi, addendi, vel minuendi.

SVMMARIVM.

Testis non tenetur subscribere suum examen, nisi priùs illud sibi hoc petenti legatur. n. 1.

Testis ex interuallo, & post quatuor dies, non potest corrigere suum examen, nec petere, quòd illud sibi legatur. n. 2.

DECISIO XLI.

AD instantiam D. Abbatis Ancaiani die 14. Iunij proximè præteriti examinabatur Felix Mariottus, qui sæpe fuit protestatus quòd volebat sibi legi suum examen, vt posset addere, mutare, corrigere, vel detrahere, sicut sibi pro veritate videretur. Dubitauit Notarius reclamantibus præsentibus interpretibus, an esset testi examen legendum nec ne, & ideo cùm me consuleret, ordinaui, vt in fine cuiuslibet examinis, nedum non renueret legere singulis testibus proprium examen, præsertim ipsis petentibus, sed quòd etiam illos ad id inuitaret, ad prædictum effectum corrigendi, addendi, vel minuendi. Quia postquam testes deposuerunt antequam se subscribant, legenda illis est sua testificatio, vt per lectionem depositio compleatur, & omnis error, qui esse posset in subscribendo, tollatur, iuxta laudabilem & in foro iudiciali omnino retinendam praxim, 1

quam

quam docuit Bald. *in l. vlt. C. plus val. quod agit.* per text. *ibidem*, quem dicit esse multum notabilem, refert & sequitur Felyn. *in cap. per tuas. de test. circa fin. num. 7. vers. secundò adde.* & Ægid. Boss. *tit. de tortur. test. num. 24.* & hoc procedit sine difficultate quando in eodem examinis actu, antequam testis recedat, & instrui possit, petit sibi legi testificationem ad effectum addendi, minuendi, vel corrigendi, & ita procedit præfata doct. Bald. & cùm ego in hoc casu putarem testem nondum recessisse à loco examinis, propterea ita ordinaui.

2 Ceterùm cùm post quatuor dies ab examine completo testis reuerteretur ad petendum, quòd sibi suum legeretur examen, quod mihi Notarius subticuerat, quo toto tempore potuit instrui, & sic videretur suspecta petitio, & Communitas Spoleti, propterea peteret, vel testem reiici, vel saltem ad partem reponi, & D. Abbas diceret, quòd scribêrentur additiones factæ per illum testem, & quòd examen remaneret sicut antea: adeo me iubente, partes informarunt Rotam, & dederunt memorialia, & Domini primùm dixerunt Baldi doctrinam esse in prædicto casu seruandam: de præfato verò examine ordinarunt ne quid immutaretur, aut deleretur, sed quòd in processu causæ arbitrio Rotæ relinquendum erat iudicare, quid esset de eo sentiendum, & quantum fidei, vel detrahendum, vel tribuendum examini: & quòd interim Notarius adnotaret diē factarum additionum, vel mutationum per testem postquam fuit examinatus eodem die idem D. Abbas Ancaianus ad effectum examinandi testes in partibus petiit remissoriam, vel destinari Notarium ad partes cum vno solo interprete, per Rotam eligendum: nam si duo essent interpretes, facilè contingeret propter mutuam contentionem perturbatio, sed Domini dixerunt, vt remissoria de more decerneretur.

ALDOBRANDINI

OLIM CLEMENTIS OCTAVI.

Ciuitaten. Præstimoniorum. 23. Octobris 1589.

ARGVMENTVM.

De literis Cardinalis Legati, quando de falso suspectæ reddantur, ex eo quòd ab ipso legato non subscriptæ reperiantur, & in tempore datæ appareat rasura, & mutatio temporis.

SVMMARIVM.

Legati literis creditur, & dicuntur esse in forma probanti, quando habent sigillum, & subscriptionem officialium, n. 1 nisi agatur de alterius præiudicio. n. 2. vbi declaratur hæc fallentia, quando esset timor antidatæ.

Stilus diuersimodè seruatus non probat, n. 3.

Sigilli probatio non attenditur, quando contra sigillum est aliqua suspicio, n. 6. vbi declaratur.

Legati literæ sine ipsius subscriptione, an dicantur esse in forma probanti, n. 1. & per totam.

Falsitas in antidata non præsumitur ex rasura facta in tempore data, quando apparet rasuram fuisse factam ad corrigendum errorem, n. 9.

Falsitatem, quòd quis committere voluerit non præsumitur, n. 10.

Falsitatis præsumtiones quantum operentur iudicis arbitrio remissum est, n. 5.

DECISIO XLII.

1 DOmini tenuerunt literas protonotariatus Ferdinandi de Silua esse in forma probanti, moti fuerunt, quia cùm habeant sigillum & subscriptionem officialium, id sufficit: ad Innoc. *in capit. 2. numer. 2. de fid. instr.* Doct. *in c. post cessionē. de probat.* Rota *in antiq. decis. 16. de probat. & 1. eodem tit. in nouis.* Lamberteng. *de iurepatr. art. 7. 10. quæst. princ. 2. par. 2. lib.* cum aliis aliàs allegatis ad hoc propositum.

Non obstat limitatio data pro parte Iuliani, quòd id non procedat, quando agitur de alterius præiudicio. Rota *d. decis. 1. in fine. de probat. in nou. & decis. 10. eodem tit. & lib.* Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 10. numero 22.* omnia enim ista procedunt, quando agitur contra Apostolicum impetrantem propter timorem antidatæ, quia (vt dicit Rota *d. decis. 1. sub num. 2.*) hoc casu quodammodo Episcopus fert testimonium in causa propria, & hac ratione nedum literis Episcopi solo sigillo sigillatis, tunc non creditur, sed nec etiam sua subscriptione munitis, & propterea tunc necesse est, quòd adsit rogitus Notarij coram testibus, quod cessat in hoc casu, in quo nullum versatur periculum antidatæ. 2

Non obstat, quòd legatus solitus esset subscribere, quia immo ex registro secundùm Dominos apparet, quòd legatus diuersimodè obseruabat: nam modò se subscribebat, modò non, & consequenter ex hoc inferri ad stilum nō potest. Bart. *in l. 2. in princ. ff. solut. matr.* Dec. *cons. 8. col. 3. vers. secundò, quia, vt narrat.* Aym. *cons. 96. num. 5.* 3

Nec placuit responsio data, quòd posset subscriptio non registrari, quia apparet, quòd multoties non registrabantur subscriptiones, & sic quòd vbi aderant registrabantur; nec facit, quòd literæ protonotariatus Vitalis Codolet sint registratæ sine subscriptione, & nihilominus sint subscriptæ, quia tenera illa registratio nō fuit perfecta, desunt enim plura, quæ sunt in originali, & propterea non est collationata, nec subscripta ab Antonio Ribera, vt aliæ sunt, quarum registratio est perfecta, in quibus omnibus adsunt illa verba, *collationat. per me, &c.* 4

Dicta testium non obstant, quia non percutiunt hoc tempus. Duccius enim loquitur de nunciatura Lusitaniæ, & de legatione Galliæ, alius loquitur de obseruantia in legatione Romandiolæ longæ post hanc gratiam, & quilibet de suo tempore etiam est singularis, & de hoc tempore videbatur Dominis colligi apertè contrarium ex registro. 5

Secunda etiam limitatio, quòd tunc sigillum operatur effectum, quando non est suspectum. Abb. *in c. inter dilectos. n. 4.* & ibi Felyn. *n. 5. de fid. instr.* Aym. *cons. 46. num. 6.* cum aliis allegatis, visa fuit Dominis non applicari, quia suspiciones allegatæ visæ fuerunt illis nullius considerationis, nāmque suspiciones sunt sequentes, defectus subscriptionis legati, cera, quæ videtur recens, cùm tamē literæ sint datæ de anno 1548. rasura in data, & quòd Cardinalis etiam biduo pòst 7. scilicet Nouembris 1549. erat Otriculi, & sic nondum Romam appulerat, qua de causa arguitur, quòd fuerit correcta data, & quia deest clausula, *In quorum fidem, &c.* 6

Quoad defectum subscriptionis legati, iam suprà est responsum, & aliquando non se subscribebat, quod deprehenditur etiam ex alia gratia nuper exhibita eidem Ferdinandò concessa sub eadem data, in qua similiter deest talis subscriptio, & velle præsumere, quòd hæc quoque sit falsa, est multiplicare nimis falsitates. Quoad ceram, ista est leuis suspicio, cùm potuerit fieri ex materialibus etiam mollem conseruantibus, vt liquet ex alia nuper producta, quæ etsi non sit tam mollis, vt ista, est tamen mollis, item ex sigillo apposito in literis Stephani Adam, in quo cera videtur admodum recens, & quamuis non ita sit mollis, hoc nihil est, potuit enim in hac cera adesse plus, vel terinentinæ, vel pinguedinis porcinæ mollem magis conseruantes, vt dicunt testes. 7

Non obstant dicta testium, quia omnes fatentur de hoc nullam fecisse experientiam, & licèt aliqui iudicent, quòd nullo modo possit per tantum tempus durare, subiungunt tamen, non fecisse experientiam, adeò quòd peritiam sine experientia rerum magistra habere non possunt, & vt dicebat vnus ex Dominis, oculi obstetricis quandoque fallunt. 8

Rasura datæ similiter non obest, quia fuit error 9

correctus ab ipsismet officialibus, vt liquet ex registro, & quòd esset error apparet ex annis Pontificatus, ex quibus deprehenditur raturam fuisse benefactam, quo casu nihil obstat bene in proposito Abb. *in cap. cum venerabilis, num. 8. de relig. domib.* Alex. *cons. 14. n. 16. lib. 6.* Dec. *in l. fin. num. 37.* & ibi Zuecard. *num. 33. C. de edict. diu. Adr. tollen.* maximè quia adsunt in registro aliæ similes correctiones pariter in data in aliis gratiis cum eadem correctione & adnotatione officialium, quòd esset absens legatus 9. Nouembris 1549. id pro parte Iuliani colligitur solùm ex sola expeditione, de qua in registro, Dat. Otriculi, quinto Idus Nouembris, ad quod bene responderut pro parte Didaci, quòd in ea adest error, quia non conueniunt anni Pontificatus cum millesimo, cantant enim de anno decimoquinto Pontificatus eius, & de mense Nouembris 1549. quo tempore currebat annus decimus sextus eius Pontificatus. Quòd verò non adsit clausula illa, *In quorum fidem, &c.* nihil est, quia non est substantialis, & sigillum præsumitur appositum de voluntate Domini, Gabr. *de præsumtion. conclus. 4. num. 9.*

10 Vice versa pro veritate protonotariatus plura concurrunt, & inprimis præsumtio. *l. merito. ff. pro socio.* non est enim verisimile, quòd tot officiales, de quibus Cardinalis ille summopere confidebat, cùm vnum ex ipsis videlicet Franciscum de Herrera Vicelegatum in spiritualibus, quando in Galliam profectus fuit, reliquerit, voluerint committere falsitatem, cùm præsertim falsitas sine causa, & magno emolumento non soleat committi, nec sit verisimile, quòd Ferdinandus voluerit cum ingenti pecunia corrumpere tot officiales, vt crearetur protonotarius, res quippe tunc præsertim temporis admodum facilis impetrationis.

11 Concurrit transumtum factum de anno 1550. de hoc protonotariatu in Camera Apostolica, ex quo colligitur primum magna verisimilitudo, quòd literæ non essent falsæ, quia si id fuisset, pars non curasset illas transumtari, quia ita faciendo, facile falsitas detegi poterat, maximè cùm in eo quoque trāsumto oportuerit corrigere errorem, secundùm quod tunc habebant sigillum: nam aliàs non fuissent transumtæ sine sigillo, & subscriptione, vt attestantur Notarij practici.

12 Idque tanto magis, quia cùm hæ literæ à Francisco de Herrera Secretario legationis essent subscriptæ, quòd vir iste falsitatem committere voluisset, omnino sigillum apposuisset, quia alioqui literæ sine sigillo, & subscriptione, est indubitatum, quòd fidem non fecissent taliter quod necesse est, quòd in omnem euentum literæ sigillo ab initio munitæ fuerint.

13 Concurrit recognitio manuum officialium, tam respectu subscriptionum, quæ sunt in literis originalibus, quàm in registro; concurrit etiam pro adminiculo, quòd Ferdinandus pro protonotario se gessit, & Notarium creauit; concurrit registratura, non enim fit verisimile, quòd si officiales illi falsam gratiam concessissent, & eam gratis concessam fuisse adnotassent, id in publicis libris, vbi aliæ registrantur, registrassent: nam facilè potuisset eorum delictum deprehendi, & propterea omnibus simul bene ponderatis, Domini arbitrati fuerunt sigillum non esse taliter suspectum, vt fides scripturæ, cui est appensum, non præbeatur, cùm hæc materia vt plurimum in arbitrio iudicis resideat. Felyn. post Abb. *in cap. inter dilectos, num. 5. de fid. instrum.*

ORANI.

Foroliuien. Census. Lunæ 13. Nouemb. 1589.

ARGVMENTVM.

Census emtus cōtra formam Bullæ Pij Quinti non dicitur fœneratitius, quando emtor protestatus fuit expressè se velle emerè secundùm formam dictæ Bullæ, & non aliter, aliàs nec alio modo, & quòd census emtus ad rationem decem pro centenario sustinetur ex consuetudine loci.

SVMMARIVM.

Contractus omnis præsumitur licitus, iustus, & legitimus, non autem fæneratitius n. 1.

Nobilis non præsumitur committere vsuram. n. 2.

Census non dicitur illicitus, nec contra Bullam Pij V. quando in cōtractu fuit protestatū ab emtore se velle emere secundum formam Bullæ, & non aliter, aliàs, &c. num. 2. & num. 3. vbi propterea quòd pacta contra formam dictæ Bullæ pro non appositis habentur. & num. 4.

Clausula, non aliter, aliàs, nec alio modo, arguit præcisè protestantis intentionem. n. 2.

Pacta inutilia & illicita non reddunt illicita, & inutilia pacta licita, & vtilia. n. 4.

Census ad rationem decem pro centenario sustinetur ex consuetudine regionis n. 5. & 6.

Consuetudo facit contractum licitum, qui aliàs esset illicitus n. 6.

Testes instrumentum reprobantes, debent esse omni exceptione maiores. n. 7.

Fideiussores non sunt idonei testes ad fauorem eius, pro quo fideiusserunt. n. 7.

DECISIO XLIII.

FVit conclusum sententiam Auditoris Cameræ annullantem annuum censum de quo est quæstio, tanquam fœneratitium reuocandam esse, cùm enim fuerit super re certa constitutus, & de eo confectum publicum instrumentum, præsumitionem pro se habet, vt sit factum de contractu licito, Cepol. *de simul. contract. præsumt. 26. n. 85.* & regulare est vt omnis contractus præsumatur iustus, & legitimus. Bald. *in l. rogasti §. si tibi, num. 19. ff. si cert. petatur.* 1

Tanto autem magis quòd celebratus fuit cum muliere nobili, in qua difficiliùs cadit præsumtio vsuræ, Tiraquel. *de retract. conuent. in præfat. num. 34* Couar. *lib. 3. var. resolut. c. 8. n. 3.* præsertim cùm ipso actu protestata fuerit se velle emere seruata dispositione Bullarum Pontificum super censibus editarum, signanter autem Constitutionis Pij Quinti cum clausula non aliàs, aliter, nec alio modo, ex qua arguitur præcisè illius intentio. *l. si non aliter. de leg. 3. l. si heredi. § fin. de cond. & demonstr.* 2

Licèt autem in illo legatur duplex appositum pactum d. constitutione damnatum, scilicet de retrouendendo, quod aliter non est collatum in liberam & absolutam voluntatem vendentis, sed est limitatum vt possit redimere tantùm infra decem annos, & duos menses. Alterum quòd ad remissionem census non vult teneri, nisi damnum & deterioratio, occasione cuius remissio petitur, ascendat ad quartam partem, nihilominus non propterea concludendum esse vsurariū, sed debent tanquam vitiosa pro non appositis haberi. *l. cùm precario. de precar.* nam illis non obstantibus adest voluntas disponentis in principali actu; itaque si quod amplius concedere voluit, vtique & quod minus est voluisse dicitur. 3

Vnde quod est additum secundùm intentionem disponentis separabile est, adeò quòd non vitiatur vtile per inutile, sed tantùm inutiliter adiectum vitiatur. *l. 1. §. sed si mihi. ff. de verb. oblig.* Hoc autem comprobat clausula d. constitutionis non obstantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè, talem facultatem auferentibus, ex quo colligitur intentionem Papæ fuisse infirmare actus in contrarium, Aug. *in l. quod autem. num. 2. ff. si quis omiss. caus. test.* 4

Neque redargui potest vsurarius sub prætextu quòd fuerit 5

fuerit constitutus ad rationem decem pro centenario: nam quicquid sit de iure communi, de quo per Tiraq. *de retract. consang. §. 1. glos. 6. n. 16. & seq.* iste casus fuit redditus secundùm vsum & obseruantiam Prouinciæ Romandiolæ, vbi prædia super quibus est impositus, sita sunt, in qua quidem Prouincia solet vendi, & constitui census ad rationem decem pro centenario.

6 Certum est quòd stante huiusmodi consuetudine iudicari debet contractus licitus. *l. quis sit fugitiuus, §. item apud Labeonem.* vbi Bart. *ff. de adil. edict. l. quicquid ergo. §. 1. in vers. cum vsuris tuend. ex his qua in regione obseruantur. ff. de contract. & in l. actio. & in l. tutor qui repertorium, §. sed etsi negauit. ff. de admin. tut.* Old. *consil.* 202. Cepol. *in tract. de simul. contract. n. 4. & 97.* Socin. sen. *cons.* 83. *n.* 22. *lib.* 2. Ruin. *in l.* 2. *num.* 17. *C. de eden.* cum simil. & probant extrauagantes Martini & Callisti, sub tit. *de emt. & vendit. in extrau. com.*

7 Minus habita fuit ratio testium deponentium in huiusmodi creatione census pecunias verè non fuisse solutas, ex quo restitutæ fuerunt in continenti, nec penès venditorem census remanserunt. Neque etiam pretium integrum fuisse in pecunia numerata, sed partim in gemmis, quæ contrariantur formæ præscriptæ in Constitutione Pij Quinti, quia Domini responderunt istis testibus nullam adhibendam fidem, ex quo enim ad impugnationem instrumenti fuerunt inducti, necessarium est quòd sint omni exceptione maiores, Roland. *cons.* 147. *n.* 36. *& seq. vol.* 2. tantum autem abest, vt sint tales vt etiam omnino veniant repellendi, cùm duo sint fideiussores, qui regulariter repelluntur, Cror. *de testib.* aut saltem secundùm Ang. *consil.* 295. arbitrio Iudicis committuntur; tertius autem multas exceptiones habet.

PENIÆ.

Spoletana Bonorum.
Mercurij 20. Decembris 1589.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumitur argumentum.

SVMMARIVM.

Testes qui ad iudicem venire nō possunt propter aliquod impedimentum, possunt examinari in ea domo ab aliquo examinatore perito transmisso à Iudice, n. 1. vbi præsertim quando testis est senis, & valetudinarius.

DECISIO XLIV.

1 INter testes adductos ad Curiam per D. Abbatem Ancaianum ad effectum, vt in ista causa examinarentur, aderat vnus octogenarius, qui cœpit ægrotare, vnde tum ob ingrauescentem ætatem, tum ob infirmitatem dubitabatur de eius propinqua morte, ideo ad partis petitionem, ne veritas periret Domini ordinarunt, vt fidelis Notarius ad eum decumbentem accederet, qui illum summariè super articulis tantùm examinaret, quòd si conualesceret examinaret postea formiter adhibitis interpretibus, tam super interrogatoriis, quàm super articulis, cùm explorati iuris sit, iudicem debere mittere examinatorem peritum ad testes recipiendos, qui ad eum commodè venire non possunt. *c. si qui testium. vbi glos. & communiter canon. de test.* maximè quia in casu isto concurrebant duo, nempe, quòd iste erat senex, & valetudinarius, Rot. *decis.* 222. *incip. senes in nou. aliàs est 9. de iudiciis in nouis.* Delegaui ergo pro isto teste examinando substitutum Notarij causæ, cum decreto quòd intimetur parti aduersæ, sed quia pars ab isto decreto appellauit, & testis tantisper conualuerat, reposui, & ordinaui quòd examinaretur etiam super interrogatoriis in domo Notarij, sicut partes inter se conuenerant, non in domo ipsius Abbatis, vbi testis decumbebat, vt omnis suspicio amoueretur.

ILL. D. CARD. PLATTI.

Romana Pecuniaria. Die 19. Februarij 1590.

ARGVMENTVM.

Notarius non tenetur pro minus idoneo fideiussore ab ipsomet recepto si tempore receptionis habebatur pro idoneo, & possidebat bona immobilia paterno licèt fideicommisso subiecta.

SVMMARIVM.

Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum regulariter tenetur parti reficere damna & interesse. n. 1.
Quod procedit excusso priùs fideiussore. n. 1. & n. 5.
Notarius non tenetur pro fideiussore si tempore receptionis habebatur pro idoneo, & possidebat bona immobilia, licèt subiecta paterno fideicommisso. n. 2.
Notarius non tenetur quando fideiussor est receptus parte etiam tacitè consentiente. n. 3.
Relatio adacta quæ faciunt rem notoriam optimè nominis expressionem ostendit. n. 4.

DECISIO XLV.

LIcèt regulariter Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum teneatur parti reficere damna & interesse. *l. 1. §. secundum. ff. de mag. conuen.* Paris de Put. *in tract. de syndic. c. 3. in princ.* Boër. *decis.* 314. *num.* 5. & passim, & in omnibus causis seruari dicit decis. Lucen. 33. *n.* 2. excusso tamen priùs ipso fideiussore, vt vol. Salic. *in l. 1. C. de magist. conuen.* 1

Attamen in casu Verten. inter Illustrem D. Leonem Strozium ex vna, & Antonium Guidottum Notarium ex altera, censuerunt Domini ipsum Guidottum esse absoluendum, licèt præsupponatur recepisse fideiussorem qui soluendo non fuerit, & hoc quia idē fideiussor tempore receptionis habebatur communiter pro idoneo, vt testes deponunt, & possidebat bona immobilia longè maioris valoris quàm esset summa pro qua fideiussit, quę bona quamuis essent subiecta fideicommisso paterno, nihilominus tamē idoneus censendus erat, vt voluit Ias. *in l. ferendum. §. si fundus, post princ. vers. dico. ff. qui satisd. cog.* quem sequitur Mars. *in rubr. de fideiuss. n.* 206. & trad. Ang. *in alleg. §. si fundus, post princ. vers. dico etiā quòd rogatus.* ideo non est imputandum Notario si illum recepit in fideiussorem, quem intellexit bona immobilia possidere, & pro idoneo haberi. 2

Quod ex eo etiam confirmatur, quia in huiusmodi fideiussorem videtur pars quoque consensisse, quæ citata ad videndum expediri mandatum de consignandis pignoribus, attenta cautione de qua in actis non contradixit. Certum est autem quòd Notarius non tenetur quando fideiussor est receptus parte etiam tacitè consentiente, vt dicit d. decis. Lucen. 33. *n.* 15. 3

Hic autem videtur consensisse ex quo citatus nō contradixit, sed per quatuor menses acquieuit, nec potuit ignorare personā fideiussoris licèt in citatione eius nomē nō fuisset expressum, quia expressio nominis sufficienter fuit facta, per relationē ad acta quæ faciunt rē notoriam, Dec. *cons.* 42. *n.* 29. Soc. sen. *cons.* 30. *num.* 7. *vers. principaliter, lib.* 1. Aret. *cons.* 42. *numer.* 5. Paris. *cons.* 111. *numero* 7. *libro* 4. 4

Mouebantur etiam Domini ad ita dicendum ex eo quòd non constabat de excussione contra dictum fideiussorem legitimè facta, quæ erat facienda, vt dictum est ex Salicet. *in d. l. 1. C. de magistr. conuen. &c.* 5

PENIÆ.

Romana Rescissionis contractus.
Veneris 16. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

De iuramenti calumniæ omissione, quod non vitiat sententiam, quando fuerunt seruati termini substantiales.

SVMMARIVM.

Procurator non potest iurare de calumnia, nisi habeat speciale mandatum, n. 1.

Iuramentum calumniæ non præstitum non vitiat sententiam quando fuerunt seruati termini substantiales, num. 1. & 2.

Iuramenti calumniæ defectus, an sit defectus citationis, iurisdictionis seu mandati, n. 2.

DECISIO XLVI.

1 DOmini steterunt in decisis, & quoniam ad prætensam nullitatem ob non præstitum iuramentum calumniæ præter responsionem datam in alia decisione sub die 15. Ianuarij præteriti, fuit decisum difficultatem cessare ex obseruatione terminorum substantialium, inter quos adest terminus ad iurandum de calumnia, & eo ipso quòd seruatur terminus dicitur præstitum, ad quod præstandum in hac causa Procurator habebat mandatum speciale sicut iura requirunt, *c. fin. de iur. calum. libr. 6.*

2 Et ideo non potest dici omnino omissum, licèt forte petitum, & cùm nullitas non proueniat ex tribus illis defectibus citationis, iurisdictionis, & mandati, quos inuiolabiliter Rotæ stilus obseruat, non est tam religiosè attendendum, præsertim cùm aliquo modo præstitum fuisset, & reiteratum in obseruatione terminorum ad sententiam.

REVERENDISS. DOMINI PERVSINI.

Calaguritana Oblationum. Lunæ 26. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

De testibus examinatis sine citatione ad dicendum contra articulos, & videndum eos iurare, an & quando dicantur nulliter examinati, præsertim, si non constat testes iurasse tactis, &c. & quid si in citatione non est expressa dies, & locus examinis.

SVMMARIVM.

Testes examinati sine citatione ad dicendum contra articulos, dicuntur nulliter examinati, n. 1. declara; vt num. 2.

Testes examinati sine citatione ad videndum eos iurare dicuntur nulliter examinati. declara vt n. 3.

Testes examinati cum citatione in qua non fuit expressa certa dies examinis dicuntur nulliter examinati. declara vt num. 4.

Testes examinati cum citatione, in qua non est expressus locus examinis, dicuntur nulliter examinati. declara vt num. 5.

Testes, vt iurati deposuisse dicantur, debet constare, quòd iurauerint tactis, &c. declara vt n. 6.

DECISIO XLVII.

1 VAliditatem examinis, quam Domini præsupposuerunt, die 17. mensis proximè præteriti, hodie non obstantibus obiectis nullitatibus firmarunt. Nam illa quæ ex omissione citationis ad dicendum contra articulos deducitur iuxta decisionem Rotæ 55. *de test. in nou.* & Guidobon. *decis. 70. sub num. 2.* sanata fuit ex eo, quòd Iudex 24. mensis Iulij partibus præsentibus recipit illos, & illorum quemlibet ad probandum suam intentionem admittit, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, cum dilatione & termino decem dierum communi partibus, quas citauit ad videndum iurare testes. Cùm enim per clausulam, saluo iure, prouisum fuerit præiudicio, quod per simplicem admissionem articulorum potuisset contingere, qua ratione cautum est partem debere citari ad dicendum contra articulos, vt post Boër. Imol. & Abbat. declarat Felyn. *in c. 2. num. 32. & num. 35. de testib.* sufficit obseruationi huius termini satisfactum fuisse per æquipollens, Cassad. *decis. 2. de iudic.* Caput. *decis. 149. num. 3.*

2 Cùmque articuli die 1. Augusti intra terminum decem dierum producti fuerint, ignorantia prætendi non potest, neque fuit aliqua intimatio necessaria, quia tam Iudex quàm pars debuerunt rimari acta. Castr. *in l. 5. de satis.* Put. *decis. 110. lib. 2.* Peregr. *decis. 252. lib. 3.* sibique imputet pars aduersa, si non petiit illorum copiam, quam Iudex mandauit dari.

3 Defectus autem citationis, ad videndum iurare testes, exclusus fuit, propterea cùm ipsemet citauerit partes ad videndum iurare testes, & decretum fuerit vtriusque partis procuratoribus intimatis, alia citatio coram Rectore non fuit necessaria, vt tenuerunt Domini de mense Ianuarij hoc anno in causa Calaguritana iuris votandi coram Domino Orano, & confirmarunt die 16. mensis præteriti in causa Toletana Decimarum de Saledon coram R.P.D. Penia.

4 Nec sufficit, quòd citationi certa dies non fuerit adiecta, quia cùm esset præfixus terminus ad probandum, citatio valuit, durante illo termino etiam prorogato partibus præsentibus, vt per Marant. *part. 6. vers. dantur termini, & dilationes. n. 12. & seq.* & per pract. Hisp. Suarez *in pract. Eccles. & secular. par. 1. tom. 1. 8. semp. n. 43. & seq.*

5 Sed neque talis citatio vitiatur ex defectu loci, qui aliàs exprimi debet in citatione, Caputaq. *decis. 274. par. 3.* cùm sufficiat locum parti citatæ aliunde innotescere, vt ibi fuit tentum in causa Pampilonensi Oblationum, anno 1585. & 1586. coram Reu. Oriolensi. Innotuisse autem locum examinis vtrique parti patet, ex quo facultas probandi erat communis, & in eodem loco paulo pòst pars Comitis examinauit suos testes in vim eiusdem facultatis, & coram eodem Receptore, quibus concurrentibus Domini nouissimè in causa Legionensi S. Facundij coram R. P. D. Pamphillo, sustinuerunt aliud examen aduersùs simile obiectum. His accedit, quòd examen receptum fuit in Oppido de Onniate, quod extitit sub dominio ipsius Comitis. Vnde notitia redditur magis verisimilis.

6 Demum non obstat validitati examinis, quòd non apparet testes iurasse tactis Scripturis, secundùm obseruantiam Rotæ, Caputaquen. *decis. 146. part. 2.* quia cùm Notarius receptor attestetur se recepisse iuramentum in forma, intelligendum est illud præstitum fuisse illo, quo debuit legi attento stilo Notariorum Hispaniæ obseruato in pluribus processibus, & admisso coram R.P.D. Seraphino in illa Ciuitatensi constructionis Capellæ anno præterito; & in alijs causis. Testes autem, qui iurarunt in termino potuisse extra terminum examinari, in dubium non venire, Bald. & alij *in l. final. ff. de feriis.* Abb. *in cap. licèt causam. num. 7.* & ibi Felyn. *num. 14. & seq. de probat.*

PENIÆ

PENIÆ.

Spoletaoa Bonorum. Lunæ 26. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

Testes de auditu probant in antiquis, vnúsque testis de visu iuncta fama publica plenam facit probationem.

SVMMARIVM.

Testes de publica voce & fama concludenter probant, quando agitur de probando quid antiquum, n. 1.

Testis vnus de visu iuncta publ ca voce, & fama probata per plures testes plenè probat, n. 2.

Possessio probatur ex priuilegio Papæ, in quo fit mentio locorum de quibus est controuersia, n. 4. etiam quòd mentio fiat per verba enunciatiua.

DECISIO XLVIII.

1 DOminus Nicolaus Ancaianus Abbas Ecclesiæ S. Petri de Fetentillo, prætendens dictam Ecclesiam multorum bonorum, & locorum, inprimis verò Rigouiti Couigni vsque ad Ferrariam, & Montis de Petano, à Communitate Spoleti ...... & pacifica possessione paulatim spoliatam, contra Communitatem iudicium spolij intentauit, iura produxit, & multos super spolio testes examinauit, similitérque communitas multa sua iura proposuit, & testes etiam ad probandam suam intentionem examinandos præparauit, sed quia remissoria fuerat Communitati concessa sine retardatione vlterioris processus, dubitaui, an constaret de primo extremo d. Ecclesiæ sancti Petri de Fetentillo, respectu possessionis præfatorum locorum Domini circumscriptis exceptionibus testiũ pro parte D. Abbatis examinatorum, & iuribus Magnificæ Communitatis, quorum suo loco & tempore habebitur ratio, concluserunt probari primum extremum. Nam primus testis annorum 71. aut 72. super 3. 4. & 5. articulis, & secundus ætatis 75. annorum super 3. & 4. & sextus super 3. & 4. superiori anno examinati, conformiter testificantur de publica voce, & fama, & de auditu à suis maioribus & senioribus, qui similiter à suis antecessoribus audiuerunt præfata loca ab Ecclesia sancti Petri de Ferentillo fuisse possessa, & cùm agatur de antiquo spolio, testes de publica voce & fama concludenter probant primum extremum. Anchar. *cons. 42. incip. circa recuperandum*, Bart. *in l. Celsus ff. de vsucap.* Felyn. *in cap. veniens. lib. 1. num. 16. vers. scias etiam, quòd ad inducendum. de testib.* Put. *decis. 76. incip. in vna Placentina. lib. 1.* Io. Paulus *decis.* 103. Ant. August. *in epit. tit. de vtroque extremo. n. 4* & fit eo nomine ista testium depositio verisimilis, quia nonnulli referunt nomina seniorum à quibus id audiuerunt.

2 Item dictum eiusdem testis de visu qui iuxta 38. interrogat. latè explicat qualiter biennio post Vrbis direptionem, quæ contingit de anno Domini 1527. Communitas Spoletana semel missis 40. hominibus armatis, & iterum quidam illius Commissarius 400. vel 500. hominibus armatis stipatus, possessionem terrarum laboratiuarum existentium in radice Montium Rigouiti, & Couigni, & Petani, colonis Abbatiæ inibi laborantibus, & terras colentibus in fugam versis ingressa est donec paulatim sibi de certa parte fructuum respondere coegerit, vt deponit etiam de ista exactione 5. testis iuxta 30. interrogat. & terras præfatas arbitrio suo mensurauerit; nam iste secundus testis de visu additus aliis de publica voce & fama plenè probat, Bald. & alij vbi Ias. *not. 2. num. 6. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* Abb. Dec. & Felyn. *in c. cùm causam. de probat.* Matth. ad Afflict. *decis. 332. num. 4.*

Huius propterea testificationem coadiuuat 5. testis, 3
qui postquam iuxta secundum interrogat. additionale plurimos senes retulisset, cum quibus familiari colloquio egerat tum de ceteris bonis Abbatiæ de Ferẽtillo, tum verò inprimis de specificatis locis Rigouiti, Couigni, & Petani iuxta 38. interrogat. ait qualiter circiter de annis 44. 45. & 46. vsque ad hæc tempora Spoletani fecerunt sibi persoluere modiolos grani à Colonis Rigouiti, & Petani addens vidisse se Priorem Spoleti cum multis armatis existentibus in Hospitio *del salto del Cieco* tempore collectionis messium prohibuisse homines de Ferentillo ne granum asportarent, antequam sibi præfatos modiolos frumenti persoluerent, & ibidem de auditu refert, quòd aliàs etiam ad eundem effectum armata manu visi fuerunt. idem super quarto de auditu subiungit præfata loca Rigouiti, Couigni, & Petani fuisse Monasterij sancti Petri de Ferentillo, illiúsque Abbates ea tanquam veros patronos possedisse, & Communitatem Spoleti propria auctoritate illa inuasisse; præfatam probationem, quam Domini ad effectum de quo agitur sufficientem esse dixerunt, & coadiuuant ceteri testes, quorum etiam cum suis qualitatibus rationem habendam esse censuerunt.

Item priuilegium Gregorij IX. qui cùm anno 1231. 4
Monasterium sancti Petri de Ferentillo sub Sedis Apostolicæ protectione suscepisset, omniáque illius loca, quæ & nominatim explicat, illibata permanere constituisset, inter illa Rigouiti cum Ecclesia S. Ioannis, & omnibus earum pertinentiis, Montem de Couigni vsque ad Ferrariam, & Montem de Petano recensere: nam ista narratiua Papæ in antiquis etiam in facto alieno plenè probat Io. de Imol. & alij *in Clem. 1. de probat.* Alex *cons. 15. incip. visis narratis. num. 2. libro 5.* Ruyn. *consilio 108. incip. visa ac bene intellecta num. 20. lib. 2.* Gabr. *de probat. conclus. 2. num. 54.* Denique ex assertione pro Magnifica Communitate Spoleti, videbatur etiam resultare probatio primi extremi. Nam si tempore Alexandri IV. de anno 1259. Raynerius Vicepapa io Ducatu Spoleti in Thuscia, & Marchia Anconitana, propter magnam deuotionem ciuitatis Spoleti erga Sedem Apostolicam, Abbatiam sancti Petri de Ferentillo eidem Ciuitati donauit, & Bonifacius VIII. Papa de anno M. CCC. ob corruptos Abbatum & Monachorum mores, castra, villas, terras, & possessiones dismembrauit, & Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis concessit, non est dubium, quin Abbatia ista bona possiderit. Censuerunt itaque DD. plenè probari primum extremum.

PENIÆ.

Spoletana bonorum. Venetis 18. Maij 1590.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de pluribus exceptionibus contra testes oppositis, quibus non obstantibus eos probare concluditur prout in summariis.

SVMMARIVM.

Testes nimis appassionatè & animosè deponentes non probant, declara nisi sui dicti bonam reddant rationem, num. 1.

Testes de auditu non probant, declara, nisi deponant de auditu publico, & nisi simus in antiquis, n. 2.

Testis interessatus non repellitur, vbi non agitur generaliter de suo interesse, n. 3.

Testis deponens de publica voce & fama, non probat, nisi sciat, quid sit fama, n. 4. vbi tamen, quòd non

tenetur exactam fama diffinitionem reddere.

Testis famulus non prohibetur pro suo Domino deponere, quando tempore depositionis non est amplius famulus, num. 5.

Testis depositio debet tota acceptari, nec potest diuidi, num. 5. & num. 7.

Testis deponens contra seipsum, & contra proprium commodum, & interesse, eo magis probat, n. 6.

Testis debitor non prohibetur esse pro suo creditore, n. 6.

Testium numerus supplet defectum aliorum testium, qui tamen propterea non possunt dici testes omni exceptione maiores, n 9.

DECISIO XLIX.

1 DVbitaui, an exceptiones, quæ opponebantur contra testes, per quos DD. 26. Martij præteriti tenuerunt probari primum extremum Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo respectu bonorum, de quibus agitur, essent considerabiles. Primùm fuit consideratus duplex effectus istius depositionis; primus, an exceptiones fuerint tales, vt pro parte Abbatis non esset probatum primum extremum, & ideo esset recedendum à decisis, & respectu istius effectus Domini censuerunt exceptiones non esse considerabiles, tum quia numerus supplet, tum quia eorum dicta coadiuuantur ex multis legitimis documentis, quæ eorum testificationes reddunt multum probabiles, & verisimiles; alter effectus est testium communitatis, vt scilicet in concursu testium Communitatis, contrarium fortasse asserentium, videatur quibus magis sit credendum, & præualere debeat, & ista ratione Domini putarunt esse considerabiles; quoniam verò contra testes opponebantur exceptiones, tam personas, quàm dicta eorum concernentes, de vtrisque respondere oportuit; respectu ergo primi effectus non obstat quòd primus testis iuxta 42. nimis appassionatè & animosè deponat, dicens Ciuitatem non posse iustè possidere, & ideo sit repellendus, Aym. *cons.* 249. *n.* 4. *vers. saltem negari non potest, & num.* 9. *vers. secundus test.* Quia fuit dictum, quòd cùm reddat bonam rationem fidem facit. Giammat. *cons. crim.* 12. *num.* 13. *&* 14. & Aym. ex aduerso allegatus *consi.* 249. *vers. secundus testis.* loquitur in teste non reddente bonam rationem; secus est hic; cùm testis reddat rationem, quia territoria ista priùs erant Abbatis.

2 Nec obstat ei, quòd loquatur de auditu, quasi ideo non probet, licèt ex quadam .... vbi Abb. *n.* 1. *de test.* Bart. *in l. testium, n.* 6. *C. de testib.* Alex. *cons.* 1. *num.* 16. *libr.* 2. Dec. *cons.* 302. *num.* 16. quia non loquitur de auditu simplici, sed de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus; accedit quòd sumus in antiquis, & ideo probat. Alex. *cons.* 187. *lib.* 2. Corn. *cons.* 35. *n.* 20. *lib.* 1. Dec. *cons.* 638. *num.* 8. Non aufertur eius fides, eo quòd non percutiat tempus, & ceteris contestibus præiudicet, quoniam cùm spolium prætendatur, successiuè & diuersis temporibus commissum, eius dictum potast sustineri, respectu vnius temporis, & dictum aliorum testium respectu alterius temporis.

3 Secundo testi opponitur, quòd sit interessatus, vt colligitur ex summario suppletorio aliàs dato, vbi iuxta 38 & seq. 4. dicit *Prange tutto il popol nostro de Spoleti ci fu troppo lutto.* Vnde nó creditur ei, licèt deponeret tanquã vnus de vniuersitate. *cap. tuas. c. nuper, & c. insuper.* vbi Felyn. *numero* 6. *versiculo, si est causa in sua, de test.* Paris. *cons.* 27. *num.* 48. *lib.* 1. Nam respondetur, quòd cùm probabiliter nullum habeat interesse, neque ex dicto suo commodum aliquod consequi speret, non perdit fidem, præsertim cùm reddat bonam rationem in qua potissimum veritatis fundamentum consistit, testis enim interessatus non repellitur, vbi non agitur principaliter de suo interesse, Grat. *cons.* 41. *num.* 17. *lib.* 2. Put. *decis.* 15. *incip. in vna Burgensi, lib.* 3. Ias. *in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat.*

Eidem obiicitur, quòd nesciat quid sit fama, quo casu illam probare non potest, Mars. *in l. de minore.* §. *plurimum num.* 104. *ff. de quæst.* sed sufficit si dicat quòd publicè dicebatur, cùm non teneatur testis exactam famæ diffinitionem reddere. Iul. Clar. *in pract. crimin. quæst.* 6. *versic. post verò scias*, Cassad. *decis.* 3. *de probat.* Quòd si amplius opponitur de contrarietate testificationis, quòd Ciuitas possederit tanto tempore, vt in contrarium memoria hominum non existat, ad possessionem montium refertur; quòd verò à duobus tantùm annis post Vrbis direptionem possederit, ad terras laboratiuas Rigouiti, & Perani pertinet, vt series depositionis indicat, in qua nulla est contrarietas. 4

Ad auferendam, vel saltem diminuendam fidem tertij testis multa simul congeruntur, quòd fuerit factor Patris Abbatis Ancarani, & etiam eiusdem Abbatis, cuius prætetea est colonus, quòd fratrem interfecerit, item satellites occiderit, quòd carceratus, & aliquando etiam excommunicatus extiterit, & denique quòd ignoret bona, de quibus agitur, Bald. *cons.* 444. *lib.* 1. Nell. *de test. n.* 17. sed respondebatur parum referre, quòd fuerit factor, & Patris, & Abbatis filij, cùm tempore depositionis iam desisset esse familiaris, Specul. *de test.* §. 1. *num.* 13. Felyn. *in c. in literis. n.* 8. *de testib.* Grat. *cons.* 44. *n.* 15. *lib.* 2. Gabr. *tit. de test. conclus.* 10. *num.* 9. de homicidio non constat nisi per testis confessionem, qui tamen addit se fuisse liberatum, nec dictum eius potest diuidi, Specul. *de test.* §. ... *numer.* 69. Archid. *in capit. si quid veri. num.* 2. *distin.* 37. & fuit decisum in illa Cæsaraugustana Status de Morata coram D. meo Bubalo. 5

Contra quartum opponitur quòd sit principalis in causa, & interessatus, ex quo contribuit in expensis, quas fecit Ciuitas Spoleti in ista lite, sed ex his redditur magis idoneus cùm quodammodo contra seipsum testificetur. Nec fidem ei aufert, quòd Dominus Odofreducius frater Abbatis, pro eo fideiusserit, cùm alia sit persona Abbatis, & alia Odofreducij fratris, nec debitor prohibetur testificari pro suo creditore. Marian. Socin. *cons.* 135. *incip. non obstante. n.* 12. *libr.* 2. accedit quòd fideiussor antequam soluat, non est creditor. *l. si pro ea.* & ibi Doct. *C. mandat.* 6

Quinto testi fidem adimere nituntur agentes pro Communitate, quia fuit inquisitus propter quendam rumorem, actum in consilio Communis, & condemnatus in 300. scutis. Sed obiectio tollitur, quia addit se postmodum fuisse absolutum, & vt paulo antè dictum est, eius confessio non potest diuidi: prout similiter non officit ei, quòd fuerit imputatus, & carceratus pro receptione bannitorum, quia non fuit condemnatus. 7

Contra sextum opponitur de homicidio. Cæterùm cùm non fuerit condemnatus de illo obiecto, cessat altera oppositio, quòd sit interessatus, cùm non adsit probabile interesse. 8

Denique dicebant Domini, quòd licèt numerus testium, & alia adminicula concurrentia fidem eorum supplere possint. glos. *in l.* 3. *in verb. numerus. ff. de test.* Bal. Alexand. & Ias. *in l. si quis ex argentariis.* §. 1. *ff. de eden.* Alex. *cons.* 149. *numero* 6. *lib.* 5. Nihilominus propter exceptiones contra eos oppositas non possunt dici omni exceptione maiores, ita vt nec vacillet eorum fides, nec diminui debeat, aut cùm possit per alios testes integros aliud probari, de quo erat videndum quando in concursu probationum singulorum qualitates, & dicta more Rotali ponderabuntur vt tandem iudicetur, cuius partis probatio præualere debeat. 9

ORANI.

Seguntina Præstimonij. Veneris 1. Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

De non tuto accessu ad aliquem locum, quod probetur

probetur per testes examinatos parte non citata,& non coram Iudice quando est data potestas procedendi extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

Testes non examinati coram Iudice probant, quando est data eidem iudici facultas procedēdi extraiudicialiter.num.1.

Citatio non requiritur vbi iudex habet facultatem procedendi extraiudicialiter.n. 2.& 3.

Accessus non tutus probatur per testes examinatos parte non citata,& non coram Iudice.n.2.& 3.

DECISIO L.

1 FVit decisum,testibus de partibus super non tuto accessu examinatis, adhibendam fidem, quia quando commissio dat Iudici facultatem procedendi extraiudicialiter,etiam quòd coram eo testes non sint examinati, sufficit ad validitatem processus, vt quouis modo de non tuto accessu sibi constet.Ferret.*cons.*82.*num.*2.*lib.*1. Modern.*ad clausul.de armal.q.*71.

2 Neque enim hoc casu partis citatio, aut alia solemnitas requiritur.Gabr.*de citat.conclus.*1.*numero* 134.testes autem super eo optimè concludunt.Neque contrarium facit *decis.*17.*de dol. & contum. in antiquis.*eum adductis per Vant.*de nullit.& defect.citat. numero* 177. quia etiam quando concluditur,non posse procedi per edictum nisi sumtis informationibus super non tuto accessu, non tamen præsupponunt huiusmodi informationem non posse ex testibus alibi examinatis accipi: decisio autem Putei 164.*lib.*1. allegata retorquetur, quia in illius themate exequuta fuerat citatio, & lata sententia, & quoniam datum fuerat de non tuto accessu,causa commissa cum clausula summariè & extraiudicialiter etiam quando testis fuerat nulliter super non tuto accessu receptus, nihilominus ideo conclusum dicit pro validatione processus,ex quo Iudex potuit aliunde moueri ad credendum non esse ad locum tutum accessum.

3 Minus vrget,quod prætenditur, ideo illos testes non mereri fidem,iuxta notat.*in c.quoniam contra falsa. de probat.*quia hoc tollitur ex facto;nam procurator D.Dominici petiit,& obtinuit examen fieri per officialem qualemcumque coram Notario suæ Curiæ, & illa absoluto dari sibi illius transumtum ad effectum, illum præsentandi in Curia.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Veneta Legitimitatis. Lunæ 25 Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus non probat,& an qui loquuntur de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint, vbi, quando, & quibus præsentibus similiter probent,& quid de teste domestico.

SVMMARIVM.

Adulteram esse suam vxorem quòd quis dicat si ipse aliam vxorem vel mulier alium virum habeat,est inuerisimile,& habet imaginem falsitatis.n.1.

Testis vnicus nihil probat.n.2.

Testes loquentes de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint,vbi,quando & quibus præsentibus,an probent.n.3.

Testes domestici præsumūtur informati,& probant.n.5.

DECISIO LI.

DIxerunt Domini conclusionem quòd decem testes Iuliæ de auditu deponant quòd sæpe concubinarij siue adulteri,pro euitanda infamiæ nota palàm dicunt se coniuges, licèt reuera non sint, non posse firmari hoc modo,vt prætendunt informantes pro D.Georgio: nam quantum ad adulteros non probatur, nec vllus testis de eis loquitur: vltra quod est valde inuerisimile & habet imaginem falsitatis quòd aliquis dicat adulteram esse suam vxorem si ipse aliam vxorem vel mulier alium virum habeat. 1

Prout etiam non probatur quòd concubinarij sæpe & palàm hoc dicant, quia solus Philippus Basadonna quartus testis *fol.*26.dicit quòd publicè dicebant concubinas esse suas vxores,qui tanquam vnicus nil probat. 2

Item non iustificatur in ea parte....loquitur de decem testibus, quia Oliua Triuisana 10. testis *fol.* 68. loquitur tantùm de sua credulitate, remanent tantùm nouem testes, videlicet Iosephus secundus testis *fol.* 12 Philippus Basadonna *fol.*26.Fabius à Canali nonus testis *fol.*62.Sebastiana Veronen.vndecimus testis *fol.*77.Franciscus de Priolis sedecimus testis *fol.* 114. *in fine*, Iulia Ferrarien. decimus octauus testis *fol.*130.Antonio de Molino vigesimus primus testis *fol.*157. Franciscus Cornelius vigesimus quartus testis *fol.* 182. & Baptista Luranus trigesimus primus testis *fol.*235.qui loquuntur de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint, vbi, quando & quibus præsentibus,alij enim testes nihil probant,immo interrogati dicunt se nescire, & nihil audiuisse, & ideo Domini firmarunt conclusionem probari hoc modo quòd nouem testes Iuliæ de auditu deponant quòd aliqui concubinarij pro euitanda infamiæ nota dicunt se coniuges,licèt reuera non sint. 3

Quantum verò attinet ad alias duas conclusiones fuit resolutum illas probari: nam quòd Venetiis etiam non nuptæ anulum matrimonialem deferant, probant Iacoba Veneta vndecimus testis *fol.*355.& Georgius Comolonus decimus sextus *fol.*410.qui vt ex lectura depositionis ipsorum liquet bene deponunt. 4

Quòd Iulius dum cohabitauit cum Adriana nominauerit illam meretricem,probant tres testes Georgij,videlicet Antonius decimus testis *fol.*338. Iulianus duodecimus *fol.*368.& Georgius decimus sextus *fol.*409.qui cùm steterint in domo, & ad seruitia Iulij præsumuntur informati,& bene loquuntur. 5

COMITVLI.

Conchen.Limitum.Mercurij 23.Ianuarij 1591.

ARGVMENTVM.

Testes examinati sine citatione ad videndum iurare testes non probant, prout nec etiam probant si dicta citatio sit sine die & loco.

SVMMARIVM.

Testes examinati non prauia citatione ad videndum iurare testes non probant.n.1.

Citatio ad videndum iurare testes sine die & loco ratione incertitudinis non valet, & consequenter reddit examen nullum.d.n.1.

DECISIO LII.

IN causa fuerunt pro parte Rectoris de los Pedroñeras producti, & examinati in partibus variis in locis, ac diuersis temporibus plures testes, quoniam omnium depositiones ex defectu legitimæ ætatis eorum nullitati 1

esse obnoxias facile Domini declararunt; nam examen anni 1579. expeditum fuisse, nulla prævia citatione ad videndum iurare testes, constat ex actorum inspectione. *cap. quoniam contra. de probat.* Dec. *consil.* 483. *num.* 4. qui solus defectus, etiam cessantibus aliis obiectionibus, destruit fidem testium. *l. si quando. C. de testibus.* r. a. *& ibi not. eod. tit.* Caputaquen. *decis.* 168. *par.* 1. sed neque magis validum est examen anni 1580. licèt præcesserit citatio ad videndum iurare testes, cùm illa fuerit sine die, & loco, nec certificari potuerit ex subsequenti commissione data receptori, siquidem & illa generalis fuit, & vaga pro recipiendis iuramentis, & examinandis testibus in oppido delos Pedroneras & aliis in locis Episcoparus Conchensis, prout examinati fuerūt in diuersis locis; nec docetur de illa notitia, aut præsentia partium, vnde citatio, aut examen sustineri non valet contra incertitudinem loci. Io. Andr. *in cap. fin. numer.* 4. *de elect. libr.* 6. Rot. *decis.* 17. *de re iudic. in nou.* Put. *decis.* 258. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 274. *par.* 3.

ILL. D. CARD. BLANCETTI.

Romana Societatis. Lunæ 28. Ianuarij 1591.

ARGVMENTVM.

Societatis officij contractæ vltra valorē officij facit, vt fructus non possint percipi, & computantur in sortem, quando qui societatem contraxit sciebat valorem officij.

SVMMARIVM.

Societatis officij contracta vltra valorem officij facit vt fructus non possint percipi vltra valorem officij, & computantur in sortem quando qui societatem contraxit sciebat valorem officij n. 1. *& seq.*

Fructus indebitè percepti, vt cedant loco damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, requiruntur ea, de quibus n. 3.

DECISIO LIII.

1 HAbebat duo officia Cæsar de nofil ascendentia ad valorem aureorum 1586. contraxit plures societates super eisdem officiis. Petrus Marcus Martinel, videlicet primam aureorum 3000. aliam 1500. tertiam 1700. quartam 1850. Dubitaui in Rota super validitate prædictorum cōtractuum ad effectum, an licitè fructus potuerint percipi, iuxta conuentionem societatis, vel saltem ratione damnorum & interesse, aut potiùs venitent computandi in sortem principalem, & Domini dixerunt quòd in hoc casu, in quo contrahens sciens & prudens societatem iniuit vltra valorem officiorum, fructus percepti non debentur, iuxta conuentionem, vltra summam excedentem valorem officiorum, & debent computari in sortem: bulla enim Pij Quarti clarè prohibet, inire tales societates, super officiis vltra illorum valorem, ex quo sequitur quòd tales societates non sustinentur, & fuit resolutum coram me 24. Ianuarij. 1575. in causa Romana Societatis da Lautelinis, & tradit Cos. Ful. de offic. sacer. par a, c. 70. vers. quartò. Et ea est ratio, quia vbi deficit subiectum, super quo subsistat contractus in vim societatis valere non potest, *l. verum. § final. ff. pro soc.* & necesse est vt resoluatur in mutuum.

2 Non obstat periculum vitæ consideratum, cuius ratio possunt emi certi redditus ad vitam ementis, quia quando dissoluta societate sors principalis repeti non potest, sic dissoluta societate sors principalis venit restituenda, præter ea adest prohibitio expressa Papæ.

3 Nec obstat quòd imponat pœnam officiali, non autem creditoribus, quia procedit quando officialis inscio socio plures societates cum aliis contraxit, & illas non releuat; hoc autem casu est idem socius, & super iisdem officiis est inita societas, ita vt bene poterit scire valorem officiorum, & sicut illi non est prospectum de euictione, qui sciens & prudens rem alienam, vel alteri obligatam emit. *l. si fundum. C. de euict.* ità nec huic debet Bulla suffragari. An autem fructus pecuniarum cedant loco damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, Rota voluit semper probari requisita per Paul. de Castr. *in l.* 3. *§ fin. ff. de eo quod cert. loc.* Put. *decis.* 259. *lib.* 1. Chassan. *decis.* 29. & coram me in causa Romana Census 4. Decembris 1577. & infinitis aliis causis, quæ an concurrant hoc casu, vel ne, potest particulariter videri.

ILL. D. ÇARD. BLANCHETTI.

Maioricensis Canonicatus.
Lunæ 4. & 18. Februarij 1591.

ARGVMENTVM.

De omissione transportationis actorum quando vitiet sententiam in prima, vel in secunda instantia.

SVMMARIVM.

Sententia non visis actis probatoriis tamquam lata sine cognitione causæ nulla est. n. 1.

Actorum transportationis omissio non vitiat sententiā quando acta non fuerunt transportata ab vna parte negligente, & altera sua acta transportauit, tunc enim Iudex potest, pronunciare super productis n. 1. *declara vt n.* 3.

Termini substantiales pluries reiterati respiciunt defensionem rei, & causæ cognitionem. n. 2.

Actorum transportationis omissio in secunda instantia vitiat sententiam. n. 3. *in fine.*

DECISIO LIV.

ADuersùs sententiam Rotalem duo potissimum nullitates opponebantur, quarum altera in eo versatur, quia ante prolationem dictæ sententiæ non fuerunt transportata nonnulla acta coram Iudice subdelegato, facta pro liquidatione fructuum: altera quòd processus primæ instantiæ Auditoris Cameræ non erat integer. Quod attinet ad primam nullitatem, Domini concluserunt pro validitate sententiæ: nam licèt regulariter sententia non visis actis probatoriis sit nulla, tanquam sine cognitione causæ lata. *l. properandum. §. & si quid.* vbi Bart. *C. de iudic.* idem Bart. *in l.* 2. *C. de edend.* & ibi Alex. *n.* 8. *& seq.* Cagnol. *n.* 68. *versic. sed oppositum.* Doctor. *in l. qui iussit. de re iudic.* Felyn. qui articulum discussit de magis communi, testatur *in cap. Ecclesia sancta Maria, numer.* 17. *de constitution.* nihilominus hoc non procedit quando vna pars produxerit suas probationes, & altera fuit admodum negligens in transportando, quo casu Iudex super productis potest. Alex. vbi suprà *num.* 6. Rimīnal. *num.* 12. *versicul. limita, & in fine.* Cagnol. *numer.* 7. Felyn. *in d. c. Ecclesia sancta Maria, in* 1. *limit. n.* 18. 1

Negligentia verò ex parte Ioann. qui distulit per tot menses suas probationes coram Iudice suo delegato exhibere clarè patet ex deductis, nec refragatur quòd saltem requirebatur monitio Iudicis ante sententiam, vt animaduertit Cagnol. post alios quos citat *d. numer.* 70. *& seqq.* quoniam termini substantiales pluries reiterati pro huiusmodi monitione, ac iussu Iudicis sumere videntur, quandoquidem respiciunt defensionem rei, ac causæ cognitionem, vt per Modern. *de nullitat. ex defectu procur. numer.* 59. 2

Non obstat decretum Concilij Tridentini *sess.* 24. 25. *§. præterea. de reformatione,* quia loquitur in causa appellationis 3

tionis,& sic quando à Iudice à quo ad Iudicem ad quem omnia acta erant transmittenda: nó autem, quando vna partium eidemmet iudici non exhibet aliqua acta de mandato ipsius coram subdelegato facta, ideo casus iste tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione *l. commodissimè. de liber. & posthum.* cum cócord. circa verò aliam nullitatem Domini dixerunt esse locum dispositioni Concilij Tridentini à qua recedere non licet, vt pluries fuit per Dominos resolutum, vt patet ex decisionibus per informantes citatis, & consequenter ex isto secundo capite resoluerunt sententiam vti nullam esse reuocandam.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Lauretana Spolij, & Attentatorum.
Veneris 30. Maij 1591.

ARGVMENTVM.

Iudex causarum criminalium non potest absoluere reum à crimine, & insimul super interesse ciuili pronunciare, & inhibitiones Rotales licèt iniustæ sunt timendæ.

SVMMARIVM.

Iudex criminalis non potest de causa seu ciuili interesse pronunciare absoluendo reum à crimine. n. 1.
Spoliator non auditur nisi spolio purgato. d. n. 1.
Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta timende est, dicto num. 1.
Attentata sunt, & pro attentatis reuocantur quæ post inhibitionem geruntur. n. 2.
Iudici inferiori non licet cognoscere de vi Rotalis inhibitionis. d. n. 2.

DECISIO LV.

1 FVit resolutum vna tantùm parte informante sententiam Iudicis criminalis Auditoris Cameræ esse nullam & attentatam, tum quia ipse non poterat absoluere Alphonsum à crimine contra eum intentato, & super interesse ciuili pronunciare. *l. solemus. §. las vinculator. de iudic.* Cresc. *decis.* 167. maximè stante protestatione quòd pro interesse ciuili spoliator non audiretur nisi spolio priùs purgato, iuxta not. per Bald. *in c. cùm quarente. de rest. spoliat.* Peregr. *decis.* 246. *libr.* 2. tum etiam quia lata fuit contra inhibitionem Rotalem, quæ siue iusta siue iniusta timenda est, Rot. *decis.* 26. *de appell. in antiq.*

2 Quo fit vt gesta post inhibitionem tamquam attentata reuocari possunt, Pitt. *decis.* 395. *lib.* 2. Non enim licet istis iudicibus cognoscere de viribus inhibitionis ne aperiatur via contemnendi inhibitiones Rotales, Achil. *decis.* 2. *de attent.* & ita dixerunt DD. in vna Oriolen. Iuris seden. 30. Aprilis 1588. coram bo. me. Lauretano, & in alia Toletan. Fructuum 16. Maij 1586. coram R. P. D. meo Pamphilio. Quod tantò magis habet locum in casu proposito cùm iudicium criminale habeat connexitatem, & dependétiam à iudicio ciuili. Nam super prætensionibus Baroncini, & sociorum occasione administrationis appaltus cuiusdam siluæ præcedebat calculus & solidatio, propterea Alphonsus non erat amplius molestandus præsertim criminaliter, quod quidem iudicium solùm fuisse intentatum ad euitandum nullitatem mandati Auditoris Cameræ, & iudicium spolij in Rota introductum, bene informantes demonstrant.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Maioricen. Officij Pœnitentiariæ.
Veneris 21. Iunij 1591.

ARGVMENTVM.

Actorum transportationis omissio vitiat sententiam, etiam quòd transportanda acta sint irreleuantia, & etiam quòd non agatur coram Episcopis, sed coram quocumque Iudice.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio vitiat sententiam, etiam quòd transportanda acta sint irreleuantia. n. 1.
Qualitas rei, vel personæ non attenditur vbi aliquid est inductum à lege. n. 1.
Testes possunt examinari etiam post datum summariū depositionum eorum. n. 2.
Actorum transportationis omissio vitiat sententiam, non solùm quando agitur coram Episcopis sed etiam coram quocunque Iudice. n. 2.

DECISIO LVI.

DOmini dixerunt non esse recedendum à resolutione facta coram R. P. D. meo Caprio, videlicet sententiam latam fuisse nullam ob non integram transportationem actorum à Iudice à quo. prout fuit resolutum in Rota in pluribus causis, nec obstat irreleuantia, quia vbi aliquid est inductum à lege, qualitas rei, vel personæ non attenditur *l. non solùm in fine ff. de ritu nupt.* 1

Nec obstat summarium testium fuisse datum, quia hoc non constat, & summarium ac integra dicta longè distát inter se; nec refragatur, quòd Concilium loquatur de gestis coram Episcopis, quia Rota intellexit semper vt procedat coram quocumque Iudice. 2

ILL. D. CARD. MANTICÆ.

Toletana Portionis. Mercurij 20. Nouemb. 1591.

ARGVMENTVM.

De testibus deponentibus super publica voce & fama, & parte non citata quando probent.

SVMMARIVM.

Impuritas sanguinis sufficit, quòd ex vno tantùm parente probatur. n. 1.
Testis de publica voce & fama probant aliquem esse de tali gente, vel familia. n. 2.
Fama publica probatur etiam per testes informatiuos. num. 3.
Testes de auditu probant in antiquis. n. 4.
Fama facit plenam probationem, quãdo est probata per testes plusquam sexagenarios, qui deponant de communi reputatione eorum vita durante, & auditu à maioribus. n. 5.
Testes examinati parte non citata probant, quando agitur de capienda informatione, an aliquis sit idoneus. num. 6.
Progenies verbum accipitur pro linea descendentium & requirit probationem certi gradus. n. 7.

DECI

fuerit constitutus ad rationem decem pro centenario: nam quicquid sit de iure communi, de quo per Tiraq. *de retract. consang.* §. 1. *glos. 6. n. 16. & seq.* iste casus fuit redditus secundùm vsum & obseruantiam Prouinciæ Romandiolæ, vbi prædia super quibus est impositus, sita sunt, in qua quidem Prouincia solet vendi, & constitui census ad rationem decem pro centenario.

6 Certum est quòd stante huiusmodi consuetudine iudicari debet contractus licitus. *l. quis sit fugitiuus*, §. *item apud Labeonem.* vbi Bart. *ff. de adil. edict. l. quicquid ergo.* §. 1. *in vers. cum vsuris tuend. ex his qua in regione obseruantur. ff. de contract. & in l. actio. & in l. tutor qui repertorium*, §. *sed et si negauit, ff. de admin. tut.* Old. *consil.* 202. Cepol. *in tract. de simul. contract. n. 4. & 97.* Socin. sen. *cons. 83. n. 22. lib. 2.* Ruin. *in l. 2. num. 17. C. de eden.* cum simil. & probant extrauagantes Martini & Callisti, sub tit. *de emt. & vendit. in extrau. com.*

7 Minus habita fuit ratio testium deponentium in huiusmodi creatione census pecunias verè non fuisse solutas, ex quo restitutæ fuerunt in continenti, nec penès venditorem census remanserunt. Neque etiam pretium integrum fuisse in pecunia numerata, sed partim in gemmis, quæ contrariantur formæ præscriptæ in Constitutione Pij Quinti, quia Domini responderunt istis testibus nullam adhibendam fidem, ex quo enim ad impugnationem instrumenti fuerunt inducti, necessarium est quòd sint omni exceptione maiores, Roland. *cons. 147. n. 36. & seq. vol. 2.* tantum autem abest, vt sint tales vt etiam omnino veniant repellendi, cùm duo sint fideiussores, qui regulariter repelluntur, Crot. *de testib.* aut saltem secundùm Ang. *consil.* 295. arbitrio Iudicis committuntur; tertius autem multas exceptiones habet.

PENIÆ.

Spoletana Bonorum.
Mercurij 20. Decembris 1589.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumitur argumentum.

SVMMARIVM.

Testes qui ad iudicem venire nō possunt propter aliquod impedimentum, possunt examinari in ea domo ab aliquo examinatore perito transmisso à Iudice, n. 1. vbi præsertim quando testis est senis, & valetudinarius.

DECISIO XLIV.

1 INter testes adductos ad Curiam per D. Abbatem Ancaianum ad effectum, vt in ista causa examinarentur, aderat vnus uctogenarius, qui cœpit ægrotare, vnde tum ob ingrauescentem ætatem, tum ob infirmitatem dubitabatur de eius propinqua morte, ideo ad partis petitionem, ne veritas periret Domini ordinarunt, vt fidelis Notarius ad eum decumbentem accederet, qui illum summariè super articulis tantùm examinaret, quòd si conualesceret examinaret postea formiter adhibitis interpretibus, tam super interrogatoriis, quàm super articulis, cùm explorati iuris sit, iudicem debere mittere examinatorem peritum ad testes recipiendos, qui ad eum commodè venire non possunt. *c. si qui testium. vbi glos. & communiter canon. de test.* maximè quia in casu isto concurrebant duo, nempe, quòd ille erat senex, & valetudinarius, Rot. *decis. 222. incip. senex in nou. alias est 9. de iudicus in nouis.* Delegaui ergo pro isto teste examinatorio substitutum Notarij causæ, cum decreto quòd, intimetur parti aduersæ, sed quia pars ab isto decreto appellaunt, & testis interim conualuerat, Farinac. Decis. lib. 2. reposui, & ordinaui quòd examinaretur etiam super interrogatoriis in domo Notarij, sicut partes inter se conuenerant, non in domo ipsius Abbatis, vbi testis decumbebat, vt omnis suspicio amoueretur.

ILL. D. CARD. PLATTI.

Romana Pecuniaria. Die 19. Februarij 1590.

ARGVMENTVM.

Notarius non tenetur pro minus idoneo fideiussore ab ipsomet recepto si tempore receptionis habebatur pro idoneo, & possidebat bona immobilia paterno licèt fideicommisso subiecta.

SVMMARIVM.

Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum regulariter tenetur parti reficere damna & interesse. n. 1.

Quod procedit excusso priùs fideiussore. n. 1. & n. 5.

Notarius non tenetur pro fideiussore si tempore receptionis habebatur pro idoneo, & possidebat bona immobilia, licèt subiecta paterno fideicommisso. n. 2.

Notarius non tenetur quando fideiussor est receptus parte etiam tacitè consentiente. n. 3.

Relatio adacta quæ faciunt rem notoriam optimè nominis expressionem ostendit. n. 4.

DECISIO XLV.

LIcèt regulariter Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum teneatur parti reficere damna & interesse. *l. 1. §. sciendum. ff. de mag. conuen.* Paris de Pur. *in tract. de syndic. c. 3. in princ.* Boër. *decis. 314. num. 5.* & passim, & in omnibus causis seruari dicit decis. Lucen. 33. *n. 2.* excusso tamen priùs ipso fideiussore, vt vol. Salic. *in l. 1. C. de magist. conuen.* 1

Attamen in casu Vetten. inter Illustrem D. Leonem Strozium ex vna, & Antonium Guidottum Notarium ex altera, censuerunt Domini ipsum Guidottum esse absoluendum, licèt præsupponatur recepisse fideiussorem qui soluendo non fuerit, & hoc quia idē fideiussor tempore receptionis habebatur communiter pro idoneo, vt testes deponunt, & possidebat bona immobilia longè maioris valoris quàm esset summa pro qua fideiussit, quę bona quamuis essent subiecta fideicommisso paterno, nihilominus tamē idoneus censendus erat, vt voluit Ias. *in l. ferendum.* §. *si fundus, post princ. vers. dico. ff. qui satisd. cog.* quem sequitur Mars. *in rubr. de fideiuss. n. 206.* & trad. Ang. *in alleg.* §. *si fundus, post princ. vers. dico etiā quòd rogatus.* ideo non est imputandum Notario si illum recepit in fideiussorem, quem intellexit bona immobilia possidere, & pro idoneo haberi. 2

Quod ex eo etiam confirmatur, quia in huiusmodi fideiussorem videtur pars quoque consensisse, quæ citata ad videndum expediri mandatum de consignandis pignoribus, attenta cautione de qua in actis non contradixit. Certum est autem quòd Notarius non tenetur quando fideiussor est receptus parte etiam tacitè consentiente, vt dicit d. decis. Lucen. 33. *n. 15.* 3

Hic autem videtur consensisse ex quo citatus nō contradixit, sed per quatuor menses acquieuit, nec potuit ignorare personā fideiussoris licèt in citatione eius nomē nō fuisset expressum, quia expressio nominis sufficienter fuit facta, per relationē ad acta quæ faciunt rē notoriām, Dec. *cons. 41. n. 29.* Soc. iun. *cons. 20. num. 7. vers. principaliter, lib. 1.* Aret. *cons. 42. numer. 5.* Paris. *cons. 111. numero 7. libro 4.* 4

Mouebantur etiam Domini ad ita dicendum ex eo quòd non constabat de excussione contra dictum fideiussorem legitimè facta, quæ erat facienda, vt dictum est ex Salicet. *in d. l. 1. C. de magistr. conuen. &c.*

PENIÆ.

Romana Rescissionis contractus.
Veneris 16. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

De iuramenti calumniæ omissione, quod non vitiat sententiam, quando fuerunt seruati termini substantiales.

SVMMARIVM.

Procurator non potest iurare de calumnia, nisi habeat speciale mandatum, n. 1.

Iuramentum calumniæ non præstitum non vitiat sententiam quando fuerunt seruati termini substantiales, num. 1. & 2.

Iuramenti calumniæ defectus, an sit defectus citationis, iurisdictionis seu mandati, n. 2.

DECISIO XLVI.

1 DOmini steterunt in decisis, & quoniam ad prætensam nullitatem ob non præstitum iuramentum calumniæ præter responsionem datam in alia decisione sub die 15. Ianuarij præteriti, fuit decisum difficultatem cessare ex obseruatione terminorum substantialium, inter quos adest terminus ad iurandum de calumnia, & eo ipso quòd seruatur terminus dicitur præstitum, ad quod præstandum in hac causa Procurator habebat mandatum speciale sicut iura requirunt, *c. fin. de iur. calum. libr. 6.*

2 Et ideo non potest dici omnino omissum, licèt forte petitum, & cùm nullitas non proueniat ex tribus illis defectibus citationis, iurisdictionis, & mandati, quos inuiolabiliter Rotæ stilus obseruat, non est tam religiosè attendendum, præsertim cùm aliquo modo præstitum fuisset, & reiteratum in obseruatione terminorum ad sententiam.

REVERENDISS. DOMINI PERVSINI.

Calaguritana Oblationum. Lunæ 26. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

De testibus examinatis sine citatione ad dicendum contra articulos, & videndum eos iurare, an & quando dicantur nulliter examinati, præsertim, si non constat testes iurasse tactis, &c. & quid si in citatione non est expressa dies, & locus examinis.

SVMMARIVM.

Testes examinati sine citatione ad dicendum contra articulos, dicuntur nulliter examinati, n. 1. declara; vt num. 2.

Testes examinati sine citatione ad videndum eos iurare dicuntur nulliter examinati. declara vt n. 3.

Testes examinati cum citatione in qua non fuit expressa certa dies examinis dicuntur nulliter examinati. declara vt num. 4.

Testes examinati cum citatione, in qua non est expressus locus examinis, dicuntur nulliter examinati. declara vt num. 5.

Testes, vt iurati deposuisse dicantur, debet constare, quòd iurauerint tactis, &c. declara vt n. 6.

DECISIO XLVII.

VAliditatem examinis, quam Domini præsuppofuerunt, die 17. mensis proximè præteriti, hodie non obstantibus obiectis nullitatibus firmarunt. Nam illa quæ ex omissione citationis ad dicendum contra articulos deducitur iuxta decisionem Rotæ 55. *de test. in nou.* & Guidobon. *decis. 70. sub num. 2.* sanata fuit ex eo, quòd Iudex 24. mensis Iulij partibus præsentibus recipit illos, & illorum quemlibet ad probandum suam intentionem admittit, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, cum dilatione & termino decem dierum communi partibus, quas citauit ad videndum iurare testes. Cùm enim per clausulam, saluo iure, prouisum fuerit præiudicio, quod per simplicem admissionem articulorum potuisset contingere, qua ratione cautum est partem debere citari ad dicendum contra articulos, vt post Boët. Imol. & Abbat. declarat Felyn. *in c. 2. num. 32. & num. 35. de testib.* sufficit obseruationi huius termini satisfactum fuisse per æquipollens, Cassad. *decis. 2. de iudic.* Caput. *decis. 149. num. 3.* 1

Cùmque articuli die 1. Augusti intra terminum decem dierum producti fuerint, ignorantia prætendi non potest, neque fuit aliqua intimatio necessaria, quia tam Iudex quàm pars debuerunt rimari acta. Castr. *in l. 5. de fact.* Put. *decis. 110. lib. 2.* Peregr. *decis. 252. lib. 3.* sibique imputet pars aduersa, si non petiit illorum copiam, quam Iudex mandauit dari. 2

Defectus autem citationis, ad videndum iurare testes, exclusus fuit, propterea cùm ipsemet citauerit partes ad videndum iurare testes, & decretum fuerit vtriusque partis procuratoribus intimatis, alia citatio coram Rectore non fuit necessaria, vt tenuerunt Domini de mense Ianuarij hoc anno in causa Calaguritana iuris votandi coram Domino Otano, & confirmarunt die 16. mensis præteriti in causa Tolerana Decimarum de Saledon coram R.P.D. Penia. 3

Nec sufficit, quòd citationi certa dies non fuerit adiecta, quia cùm esset præfixus terminus ad probandum, citatio valuit, durante illo termino etiam prorogato partibus præsentibus, vt per Marant. *part. 6. vers. dantur termini, & dilationes. n. 12. & seq.* & per pract. Hisp. Suarez *in pract. Eccles. & secular. par. 1. tom. 1. 8. temp. n. 43. & seq.* 4

Sed neque talis citatio vitiatur ex defectu loci, qui aliàs exprimi debet in citatione, Caputaq. *decis. 274. par. 3.* cùm sufficiat locum parti citatæ aliunde innotescere, vt ibi fuit tentum in causa Pampilonensi Oblationum, anno 1585. & 1586. coram Reu. Otiolensi. Innotuisse autem locum examinis vtrique parti patet, ex quo facultas probandi erat communis, & in eodem loco paulo pòst pars Comitis examinauit suos testes in vim eiusdem facultatis, & coram eodem Receptore, quibus concurrentibus Domini nouissimè in causa Legionensi S. Facundij coram R. P. D. Pampbillo, sustinuerunt aliud examen aduersùs simile obiectum. His accedit, quòd examen receptum fuit in Oppido de Onniate, quod extitit sub dominio ipsius Comitis. Vnde notitia redditur magis verisimilis. 5

Demum non obstat validitati examinis, quòd non apparet testes iurasse tactis Scripturis, secundùm obseruantiam Rotæ, Caputaquen. *decis. 146. part. 2.* quia cùm Notarius receptor attestetur se recepisse iuramentum in forma, intelligendum est illud præstitum fuisse illo, quo debuit legi attento stilo Notariorum Hispaniæ obseruato in pluribus processibus, & admisso coram R.P.D. Seraphino in illa Ciuitatenti constructionis Capellæ anno præterito; & in aliis causis. Testes autem, qui iurarunt in termino potuisse extra terminum examinari, in dubium non venire, Bald. & alij *in l. final. ff. de ferus.* Abb. *in cap. licèt causam. num. 7.* & ibi Felyn. *num. 14. & seq. de probat.* 6

PENIÆ.

Spoletana Bonorum. Lunæ 26. Martij 1590.

ARGVMENTVM.

Testes de auditu probant in antiquis, vnúsque testis de visu iuncta fama publica plenam facit probationem.

SVMMARIVM.

Testes de publica voce & fama concludenter probant, quando agitur de probando quid antiquum, n. 1.

Testis vnus de visu iuncta publ ca voce, & fama probata per plures testes plenè probat, n. 2.

Possessio probatur ex priuilegio Papæ, in quo fit mentio locorum de quibus est controuersia, n. 4. etiam quòd mentio fiat per verba enunciatiua.

DECISIO XLVIII.

1 DOminus Nicolaus Ancaianus Abbas Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo, prætendens dictam Ecclesiam multorum bonorum, & locorum, inprimis verò Rigouiti Couigni vsque ad Ferrariam, & Montis de Petano, à Communitate Spoleti ...... & pacifica possessione paulatim spoliatam, contra Communitatem iudicium spolij intentauit, iura produxit, & multos super spolio testes examinauit, similitérque communitas multa sua iura proposuit, & testes etiam ad probandam suam intentionem examinandos præparauit, sed quia remissoria fuerat Communitati concessa sine retardatione vlterioris processus, dubitatum, an constaret de primo extremo d. Ecclesiæ sancti Petri de Ferentillo, respectu possessionis præfatorum locorum Domini circumscriptis exceptionibus testiũ pro parte D. Abbatis examinatorum, & iuribus Magnificæ Communitatis, quorum suo loco & tempore habebitur ratio, concluserunt probari primum extremum. Nam primus testis annorum 71. aut 72. super 3. 4. & 5. articulis, & secundus ætatis 75. annorum super 3. & 4. & sextus super 3. & 4. superiori anno examinati, conformiter testificantur de publica voce, & fama, & de auditu à suis maioribus & senioribus, qui similiter à suis antecessoribus audiuerunt præfata loca ab Ecclesia sancti Petri de Ferentillo fuisse possessa, & cùm agatur de antiquo spolio, testes de publica voce & fama concludenter probant primum extremum. Anchar. *cons. 42. incip. circa recuperandum*, Bart. *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Felyn. *in cap. veniens. lib. 1. num. 16. vers. scias etiam, quòd ad inducendum. de testib.* Put. *decis. 76. incip. in vna Placentina. lib. 1.* Io. Paulus *decis.* 103. Ant. August. *in epit. tit. de vtroque extremo. n. 4.* & fit eo nomine ista testium depositio verisimilis, quia nonnulli referunt nomina seniorum à quibus id audiuerunt.

2 Item dictum eiusdem testis de visu qui iuxta 38. interrogat. latè explicat qualiter biennio post Vrbis direptionem, quæ contingit de anno Domini 1527. Communitas Spoletana semel missis 40. hominibus armatis, & iterum quidam illius Commissarius 400. vel 500. hominibus armatis stipatus, possessionem terrarum laboratiuarum existentium in radice Montium Rigouiti, & Couigni, & Petani, colonis Abbatiæ inibi laborantibus, & terras colentibus in fugam versis ingressa est donec paulatim sibi de certa parte fructuum respondere coegerit, vt deponit etiam de ista exactione 5. testis iuxta 30. interrogat. & terras præfatas arbitrio suo mensurauerit: nam iste secundus testis de visu additus aliis de publica voce & fama plenè probat, Bald. & alij vbi Ias. *not. 2. num. 6. in l. Gallus. §. et si sui. ff. de liber. & posthum.* Abb. Dec. & Felyn. *in c. cùm causam. de probat.* Matth. ad Afflict. *decis. 332. num. 4.*

Huius propterea testificationem coadiuuat 5. testis, 3 qui postquam iuxta secundum interrogat. additionale plurimos senes retulisset, cum quibus familiari colloquio egerat tum de ceteris bonis Abbatiæ de Ferẽtillo, tum verò inprimis de specificatis locis Rigouiti, Couigni, & Petani iuxta 38. interrogat. ait qualiter circiter de annis 44. 45. & 46. vsque ad hæc tempora Spoletani fecerunt sibi persoluere modiolos grani à Colonis Rigouiti, & Petani addens vidisse se Priorem Spoleti cum multis armatis existentibus in Hospitio *del salto del Cieco* tempore collectionis messium prohibuisse homines de Ferentillo ne granum asportarent, antequam sibi præfatos modiolos frumenti persoluerent, & ibidem de auditu refert, quòd aliàs etiam ad eundem effectum armata manu visi fuerunt. idem super quarto de auditu subiungit præfata loca Rigouiti, Couigni, & Petani fuisse Monasterij sancti Petri de Ferentillo, illiúsque Abbates ea tanquam veros patronos possedisse, & Communitatem Spoleti propria auctoritate illa inuasisse; præfatam probationem, quam Domini ad effectum de quo agitur sufficientem esse dixerunt, & coadiuuant ceteri testes, quorum etiam cum suis qualitatibus rationem habendam esse censuerunt.

Item priuilegium Gregorij IX. qui cùm anno 1231. 4 Monasterium sancti Petri de Ferentillo sub Sedis Apostolicæ protectione suscepisset, omniáque illius loca, quæ & nominatim explicat, illibata permanere constituisset inter illa Rigouiti cum Ecclesia S. Ioannis, & omnibus earum pertinentiis, Montem de Couigni vsque ad Ferrariam, & Montem de Petano recensere: nam ista narratiua Papæ in antiquis etiam in facto alieno plenè probat Io. de Imol. & alij *in Clem. 1. de probat.* Alex *cons. 15. incip. visis narratis. num. 2. libro 5.* Ruyn. *consilio 108. incip. visa ac bene intellecta. num. 20. lib. 2.* Gabr. *de probat. conclus. 2. num. 54.* Denique ex assertione pro Magnifica Communitate Spoleti, videbatur etiam resultare probatio primi extremi. Nam si tempore Alexandri IV. de anno 1259. Raynerius Vicepapa in Ducatu Spoleti in Thuscia, & Marchia Anconitana, propter magnam deuotionem ciuitatis Spoleti erga Sedem Apostolicam, Abbatiam sancti Petri de Ferentillo eidem Ciuitati donauit, & Bonifacius VIII. Papa de anno M. CCC. ob corruptos Abbatum & Monachorum mores, castra, villas, terras, & possessiones dismembrauit, & Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis concessit, non est dubium, quin Abbatia ista bona possederit. Censuerunt itaque DD. plenè probari primum extremum.

PENIÆ.

Spoletana bonorum. Veneris 18. Maij 1590.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de pluribus exceptionibus contra testes oppositis, quibus non obstantibus eos probare concluditur prout in summariis.

SVMMARIVM.

Testes nimis appassionatè & animosè deponentes non probant, declara nisi sui dicti bonam reddant rationem, num. 1.

Testes de auditu non probant, declara, nisi deponant de auditu publico, & nisi simus in antiquis, n. 2.

Testis interessatus non repellitur, vbi non agitur generaliter de suo interesse, n. 3.

Testis deponens de publica voce & fama, non probat, nisi sciat, quid sit fama, n. 4. vbi tamen, quod non

tenetur exactam famæ diffinitionem reddere.

Testis famulus non prohibetur pro suo Domino deponere, quando tempore depositionis non est amplius famulus, num. 5.

Testis depositio debet tota acceptari, nec potest diuidi, num. 5. & num. 7.

Testis deponens contra seipsum, & contra proprium commodum, & interesse, eo magis probat, n. 6.

Testis debitor non prohibetur esse pro suo creditore, n. 6.

Testium numerus supplet defectum aliorum testium, qui tamen propterea non possunt dici testes omni exceptione maiores, n 9.

DECISIO XLIX.

1 DVbitaui, an exceptiones, quæ opponebantur contra testes, per quos DD. 26. Martij præteriti tenuerunt probari primum extremum Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo respectu bonorum, de quibus agitur, essent considerabiles. Primùm fuit consideratus duplex effectus istius depositionis; primus. an exceptiones fuerint tales, vt pro parte Abbatis non esset probatum primum extremum, & ideo esset recedendum à decisis, & respectu istius effectus Domini censuerunt exceptiones non esse considerabiles, tum quia numerus supplet, tum quia eorum dicta coadiuuantur ex multis legitimis documentis, quæ eorum testificationes reddunt multum probabiles, & verisimiles; alter effectus est testium communitatis, vt scilicet in concursu testium Communitatis, contrarium fortasse asserentium, videatur quibus magis sit credendum, & præualere debeat, & ista ratione Domini putarunt esse considerabiles; quoniam verò contra testes opponebantur exceptiones, tam personas, quàm dicta eorum concernentes, de vtrisque respondere oportuit; respectu ergo primi effectus non obstat quòd primus testis iuxta 42. nimis appassionatè & animosè deponat, dicens Ciuitatem non posse iustè possidere, & ideo sit repellendus, Aym. *cons.* 249. *n.* 4. *vers. saltem negari non potest, & num.* 9. *vers. secundus test* . Quia fuit dictum, quòd cùm reddat bonam rationem fidem facit. Grammat. *cons. crim.* 22. *num.* 13. *&* 14. & Aym. ex aduerso allegatus *consi.* 249. *vers. secundus testis.* loquitur in teste non reddente bonam rationem; secus est hic; cùm testis reddat rationem, quia territoria ista priùs erant Abbatis.

2 Nec obstat ei, quòd loquatur de auditu, quasi ideo non probet, licèt ex quadam .... vbi Abb. *n.* 1. *de test.* Bart. *in l. testium, n.* 6. *C. de testib.* Alex. *cons.* 1. *num.* 16. *libr.* 2. Dec. *cons.* 302. *num.* 16. quia non loquitur de auditu simplici, sed de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus; accedit quòd sumus in antiquis, & ideo probat. Alex. *cons.* 187. *lib.* 2. Corn. *cons.* 35. *n.* 20. *lib.* 1. Dec. *cons.* 638. *num.* 8. Non aufertur eius fides, eo quòd non percutiat tempus, & cæteris contestibus præiudicet, quoniam cùm spolium prætendatur, successiuè & diuersis temporibus commissum, eius dictum potest sustineri, respectu vnius temporis, & dictum aliorum testium respectu alterius temporis.

3 Secundo testi opponitur, quòd sit interessatus, vt colligitur ex summario suppletorio aliàs dato, vbi iuxta 38 & seq. 4. dicit *Piange tutto il popol nostro di Spoleti et fa troppo lutto.* Vnde nõ creditur ei, licèt deponeret tanquã vnus de vniuersitate. *cap. inat. c. nuper, & c. insuper.* vbi Felyn. *numero* 6. *versiculo, si est causa in sua, de test.* Paris. *cons.* 27. *num.* 48. *lib.* 1. Nam respondetur, quòd cùm probabiliter nullum habeat interesse, neque ex dicto suo commodum aliquod consequi speret, non perdit fidem, præsertim cùm reddat bonam rationem in qua potissimum veritatis fundamentum consistit, testis enim interessatus non repellitur, vbi non agitur principaliter de suo interesse, Grat. *cons.* 41. *num.* 17. *lib.* 2. Put. *decis.* 15. *incip. in vna Burgensi, lib.* 3. Ias. *in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat.*

4 Eidem obiicitur, quòd nesciat quid sit fama, quo casu illam probare non potest, Mars. *in l. de minore. §. plurimum. num.* 104. *ff. de quæst.* sed sufficit si dicat quòd publicè dicebatur, cùm non teneatur testis exactam famæ diffinitionem reddere. Iul. Clar. *in pract. crimin. quæst.* 6. *versic. post enim scias*, Cassad. *decis.* 3. *de probat.* Quòd si amplius opponitur de contrarietate testificationis, quòd Ciuitas possederit tanto tempore, vt in contrarium memoria hominum non existat, ad possessionem montium refertur; quòd verò à duobus tantùm annis post Vrbis ditcptionem possederit, ad terras laboratiuas Rigouiti, & Petani pertinet, vt series depositionis indicat, in qua nulla est contrarietas.

5 Ad auferendam, vel saltem diminuendam fidem tertij testis multa simul congeruntur, quòd fuerit factor Patris Abbatis Ancaiant, & etiam eiusdem Abbatis, cuius prætetea est colonus, quòd fratrem interfecerit, item satellites occiderit, quòd carceratus, & aliquando etiam excommunicatus extiterit, & denique quòd ignoret bona, de quibus agitur, Bald. *cons.* 444. *lib.* 1. Nell. *de test. n.* 17. sed respondebatur parum referre, quòd fuerit factor, & Patris, & Abbatis filij, cùm tempore depositionis iam desisset esse familiaris, Specul. *de test.* §. 1. *num.* 13. Felyn. *in c. in literis. n.* 8. *de testib* Grat. *cons.* 44. *n.* 15. *lib.* 2. Gabr. *tit. de test. conclus.* 10. *num.* 9. de homicidio non constat nisi per testis confessionem, qui tamen addit se fuisse liberatum, nec dictum eius potest diuidi, Specul. *de test.* §. ... *numer.* 69. Archid. *in capit. si quid veri. num.* 2. *distin.* 37. & fuit decisum in illa Cæsaraugustana Status de Morata coram D. meo bubalo.

6 Contra quartum opponitur quòd sit principalis in causa, & interessatus, ex quo contribuit in expensis, quas fecit Ciuitas Spoleti in ista lite, sed ex his redditur magis idoneus cùm quodammodo contra seipsum testificetur. Nec fidem ei aufert, quòd Dominus Odofreducius frater Abbatis, pro eo fideiusserit, cùm alia sit persona Abbatis, & alia Odofreducij fratris, nec debitor prohibetur testificari pro suo creditore. Marian. Socin. *cons.* 135. *incip. non obstante. n.* 12. *libr.* 2. accedit quòd fideiussor antequam soluat, non est creditor. *l. si pro ea.* & ibi Doct. *C. mandat.*

7 Quinto testi fidem adimere nituntur agentes pro Communitate, quia fuit inquisitus propter quendam rumorem, actum in consilio Communis, & condemnatus in 300. scutis. Sed obiectio tollitur, quia addit se postmodum fuisse absolutum, & vt paulo antè dictum est, eius confessio non potest diuidi: prout similiter non officit ei, quòd fuerit imputatus, & carceratus pro receptione bannitorum, quia non fuit condemnatus.

8 Contra sextum opponitur de homicidio. Cæterùm cùm non fuerit condemnatus de illo obiecto, cessat altera oppositio, quòd sit interessatus, cùm non adsit probabile interesse.

9 Denique dicebant Domini, quòd licèt numerus testium, & alia adminicula concurrentia fidem eorum supplere possint. glos. *in l.* 3. *in verb. numeros, ff. de test.* Bal. Alexand. & Ias. *in l. si quis ex argentarius.* §. 1. *ff. de eden.* Alex. *cons.* 149. *numero* 6. *lib.* 5. Nihilominus propter exceptiones contra eos oppositas non possunt dici omni exceptione maiores, ita vt nec vacillet eorum fides, nec diminui debeat, aut cùm possit per alios testes integros aliud probari, de quo erat videndum quando in concursu probationum singulorum qualitates, & dicta more Rotæ ponderabuntur vt tandem iudicetur, cuius partis probatio præualere debeat.

ORANI.

Seguntina Præstimonij. Veneris 1. Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

De non tuto accessu ad aliquem locum, quod

probetur

probetur per testes examinatos parte non citata,& non coram Iudice quando est data potestas procedendi extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

Testes non examinati coram Iudice probant, quando est data eidem iudici facultas procedēdi extraiudicialiter.num.1.

Citatio non requiritur vbi iudex habet facultatem procedendi extraiudicialiter.n. 2.& 3.

Accessus non tutus probatur per testes examinatos parte non citata,& non coram Iudice.n.2.& 3.

DECISIO L.

1 FVit decisum,testibus de partibus super non tuto accessu examinatis, adhibendam fidem, quia quando commissio dat Iudici facultatem procedendi extraiudicialiter,etiam quòd coram eo testes non sint examinati, sufficit ad validitatem processus, vt quouis modo de non tuto accessu sibi constet.Ferret.*cons.*82.*num.*2.*lib.*1. Modern.*ad clausul.de annal.q.*71.

2 Neque enim hoc casu partis citatio ,aut alia solemnitas requiritur.Gabr.*de citat.conclus.*1.*numero* 134. testes autem super eo optimè concludunt.Neque contrarium facit *decis.*17.*de dol. & contum. in antiquis*.cum adductis per Vant.*de nullit.& defect.citat. numero* 177. quia etiam quando concluditur,non posse procedi per edictum nisi sumtis informationibus super non tuto accessu, non tamen præsupponunt huiusmodi informationem non posse ex testibus alibi examinatis accipi: decisio autem Putei 164.*lib.*1. allegata retorquetur, quia in illius themate exequuta fuerat citatio , & lata sententia, & quoniam datum fuerat de non tuto accessu,causa commissa cum clausula summariè & extraiudicialiter etiam quando testis fuerat nulliter super non tuto accessu receptus, nihilominus ideo conclusum dicit pro validatione processus,ex quo Iudex potuit aliunde moueri ad credendum non esse ad locum tutum accessum.

3 Minus vrget,quod prætenditur , ideo illos testes non mereri fidem,iuxta notat.*in c.quoniam contra falsa. de probat.*quia hoc tollitur ex facto;nam procurator D.Dominici petiit,& obtinuit examen fieri per officialem qualemcumque coram Notario suæ Curiæ, & illa absoluto dari sibi illius transumtum ad effectum, illum præsentandi in Curia.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Veneta Legitimitatis. Lunæ 25.Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus non probat,& an qui loquuntur de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint, vbi, quando, & quibus præsentibus similiter probent,& quid de teste domestico.

SVMMARIVM.

Adulteram esse suam vxorem quòd quis dicat si ipse aliam vxorem vel mulier alium virum habeat,est inuerisimile,& habet imaginem falsitatis.n.1.

Testis vnicus nihil probat.n.2.

Testes loquentes de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint,vbi,quando & quibus præsentibus,an probent.n.3.

Testes domestici præsumūtur informati,& probant.n.5.

DECISIO LI.

DIxerunt Domini conclusionem quòd decem testes Iuliæ de auditu deponant quòd sæpe concubinarij siue adulteri,pro euitanda infamiæ nota palàm dicunt se coniuges , licèt reuera non sint, non posse firmari hoc modo,vt prætendunt informantes pro D.Georgio: nam quantum ad adulteros non probatur, nec vllus testis de eis loquitur: vltra quod est valde inuerisimile & habet imaginem falsitatis quòd aliquis dicat adulteram esse suam vxorem si ipse aliam vxorem vel mulier alium virum habeat. 1

Prout etiam non probatur quòd concubinarij sæpe & palàm hoc dicant , quia solus Philippus Basadoma quartus testis *fol.*26. dicit quòd publicè dicebant concubinas esse suas vxores,qui tanquam vnicus nil probat. 2

Item non iustificatur in ea parte....loquitur de decem testibus, quia Oliua Triuisana 10. testis *fol.*68. loquitur tantùm de sua credulitate, remanent tantùm nouem testes, videlicet Iosephus secundus testis *fol.* 12. Philippus Balsadoma *fol.*26.Fabius à Canali nonus testis *fol.*62.Sebastiana Veronen.vndecimus testis *fol.*77.Franciscus de Priolis sedecimus testis *fol.* 114. *in fine*, Iulia Ferrarien. decimus octauus testis *fol.*130.Antonio de Molino vigesimus primus testis *fol.*157. Franciscus Cornelius vigesimus quartus testis *fol.* 182. & Baptista Luranus trigesimus primus testis *fol.*235.qui loquuntur de simplici auditu absque eo quòd dicant à quibus audiuerint , vbi, quando & quibus præsentibus,alij enim testes nihil probant,immo interrogati dicunt se nescire, & nihil audiuisse, & ideo Domini firmarunt conclusionem probari hoc modo quòd nouem testes Iuliæ de auditu deponant quòd aliqui concubinarij pro euitanda infamiæ nota dicunt se coniuges,licèt reuera non sint. 3

Quantum verò attinet ad alias duas conclusiones fuit resolutum illas probari: nam quòd Venetijs etiam non nuptæ anulum matrimonialem deferant, probant Iacoba Venera vndecimus testis *fol.*355.& Georgius Comolonus decimus sextus *fol.*410.qui vt ex lectura depositionis ipsorum liquet bene deponunt. 4

Quòd Iulius dum cohabitauit cum Adriana nominauerit illam meretricem,probant tres testes Georgij,videlicet Antonius decimus testis *fol.*338. Iulianus duodecimus *fol.*368.& Georgius decimus sextus *fol.*409.qui cùm steterint in domo, & ad seruitia Iulij præsumuntur informati,& bene loquuntur. 5

COMITVLI.

Conchen.Limitum.Mercurij 23.Ianuarij 1591.

ARGVMENTVM.

Testes examinati sine citatione ad videndum iurare testes non probant , prout nec etiam probant si dicta citatio sit sine die & loco.

SVMMARIVM.

Testes examinati non præuia citatione ad videndum iurare testes non probant.n.1.

Citatio ad videndum iurare testes sine die & loco ratione incertitudinis non valet , & consequenter reddit examen nullum.d.n.1.

DECISIO LII.

IN causa fuerunt pro parte Rectoris de los Pedroneras producti , & examinati in partibus variis in locis, ac diuersis temporibus plures testes, quoniam omnium deposiones ex defectu legitimæ ætatis eorum nullitatī 1

esse obnoxias facile Domini declararunt; nam examen anni 1579. expeditum fuisse, nulla præuia citatione ad videndum iurare testes, constat ex actorum inspectione. *cap. quoniam contra. de probat*, Dec. *consil.* 483. *num.* 4. qui solus defectus, etiam cessantibus aliis obiectionibus, destruit fidem testium. *l. si quando. C. de testibus. c. 2. & ibi not. eod. tit.* Caputaquen. *decis.* 168. *par.* 1. sed neque magis validum est examen anni 1580. licèt præcesserit citatio ad videndum iurare testes, cùm illa fuerit sine die, & loco, nec certificari potuerit ex subsequenti commissione data receptori, siquidem & illa generalis fuit, & vaga pro recipiendis iuramentis, & examinandis testibus in oppido de los Pedroneras & aliis in locis Episcopatus Conchensis, prout examinati fuerũt in diuersis locis; nec docetur de illa notitia, aut præsentia partium, vnde citatio, aut examen sustineri non valet contra incertitudinem loci. Io. Andr. *in cap. fin. numer. 4. de elect. libr. 6.* Rot. *decis.* 17. *de re iudic. in nou.* Put. *decis.* 258. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 274. *par.* 3.

ILL. D. CARD. BLANCETTI.

Romana Societatis Lunæ 28. Ianuarij 1591.

ARGVMENTVM.

Societatis officij contractæ vltra valorẽ officij facit, vt fructus non possint percipi, & computantur in sortem, quando qui societatem contraxit sciebat valorem officij.

SVMMARIVM.

Societatis officij contracta vltra valorem officij facit vt fructus non possint percipi vltra valorem officij, & computantur in sortem quando qui societatem contraxit sciebat valorem officij. n. 1. & seq.

Fructus indebitè percepti, vt cedant loco damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, requiruntur ea, de quibus n. 3.

DECISIO LIII.

1 HAbebat duo officia Cæsar de Nofil ascendentia ad valorem aureorum 1586. contraxit plures societates super eisdem officiis. Petrus Marcus Martinel, videlicet primam aureorum 3000. aliam 1500. tertiam 1700. quartam 1850. Dubitaui in Rota super validitate prædictorum cõtractuum ad effectum, an licitè fructus potuerint percipi, iuxta conuentionem societatis, vel saltem ratione damnorum & interesse, aut potiùs veniunt computandi in sortem principalem, & Domini dixerunt quòd in hoc casu, in quo contrahens sciens & prudens societatem iniuit vltra valorem officiorum, fructus percepti non debentur, iuxta conuentionem, vltra summam excedentem valorem officiorum, & debent computari in sortem; bulla enim Pij Quarti clarè prohibet, inire tales societates, super officiis vltra illorum valorem, ex quo sequitur quòd tales societates non sustinentur, & fuit resolutum coram me 24. Ianuarij. 1575. in causa Romana Societatis de Lauelinis, & tradit Co.Ful. de offic. sacer. par 2, c. 70. vers. quartò. Et ea est ratio, quia vbi deficit subiectum, super quo subsistat contractus in vim societatis valere non potest, *l. verum. §. final. ff. pro soc.* & necesse est vt resoluatur in mutuum.

2 Non obstat periculum vitæ consideratum, cuius ratio possunt emi certi redditus ad vitam ementis, quia quando disdicta societate sors principalis repeti non potest, sic disdicta societate sors principalis venit restituenda, præterea adest prohibitio expressa Papæ.

3 Nec obstat quòd imponat pœnam officiali, non autem creditoribus, quia procedit quando officialis inscio socio plures societates cum aliis contraxit, & illas non releuat: hoc autem casu est idem socius, & super iisdem officiis est inita societas, ita vt bene poterit scire valorem officiorum, & sicut illi non est prospectum de euictione, qui sciens & prudens rem alienam, vel alteri obligatam emit. *l. si fundum. C. de euict.* ita nec huic debet Bulla suffragari. An autem fructus pecuniarum cedant loco damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, Rota voluit semper probari requisita per Paul. de Castr. *in l. 3. § fin. ff. de eo quod cert. loc.* Put. *decis.* 259. *lib.* 1. Chassan. *decis.* 29. & coram me in causa Romana Census 4. Decembris 1577. & infinitis aliis causis, quæ an concurrant hoc casu, vel ne, potest particulariter videri.

ILL. D. ÇARD. BLANCHETTI.

Maioricensis Canonicatus.
Lunæ 4. & 18. Februarij 1591.

ARGVMENTVM.

De omissione transportationis actorum quando vitiet sententiam in prima, vel in secunda instantia.

SVMMARIVM.

Sententia non visis actis probatoriis tamquam lata sine cognitione causæ nulla est. n. 1.

Actorum transportationis omissio non vitiat sententiã quando acta non fuerunt transportata ab vna parte negligente, & altera sua acta transportauit, tunc enim Iudex potest, pronunciare super productis. n. 1. declara vt n. 3.

Termini substantiales pluries reiterati respiciunt defensionem rei, & causæ cognitionem. n. 2.

Actorum transportationis omissio in secunda instantia vitiat sententiam. n. 3. in fine.

DECISIO LIV.

ADuersùs sentẽtiam Rotalem duo potissimum nul- 1
litates opponebantur, quarum altera in eo versatur, quia ante prolationem dictæ sententiæ non fuerunt transportata nonnulla acta coram Iudice subdelegato, facta pro liquidatione fructuum: altera quòd processus primæ instantiæ Auditoris Cameræ non erat integer. Quod attinet ad primam nullitatem, Domini concluserunt pro validitate sententiæ: nam licèt regulariter sententia non visis actis probatoriis sit nulla, tanquam sine cognitione causæ lata. *l. properandum. §. & si quid.* vbi Bart. *C. de iudic.* idem Bart. *in l. 2. C. de edend.* & ibi Alex. *n.* 8. *& seq.* Cagnol. *n.* 68. *versic. sed oppositum.* Doctor. *in l. qui iussit. de re iudic.* Felyn. qui articulum discussit de magis communi, testatur *in cap. Ecclesia sancta Maria, numer.* 17. *de constitution.* nihilominus hoc non procedit quando vna pars produxerit suas probationes, & altera fuit admodum negligens in transportando, quo casu Iudex super productis potest. Alex. vbi suprà *num.* 6. Riminal. *num.* 12. *versicul. limita, & in fine.* Cagnol. *numer.* 7. Felyn. *in d. c. Ecclesia sancta Maria, in t. limit. n.* 18.

Negligentia verò ex parte Ioann. qui distulit per tot 2
menses suas probationes coram Iudice suo delegato exhibere clarè patet ex deductis, nec refragatur quòd saltem requirebatur monitio Iudicis ante sententiam, vt animaduertit Cagnol. post alios quos citat *d. numer.* 70. *& seqq.* quoniam termini substantiales pluries reiterati pro huiusmodi monitione, ac iussu Iudicis sumere videntur, quandoquidem respiciunt defensionem rei, ac causæ cognitionem, vt per Modern. *de nullit. ex defectu procur. numer.* 59.

Non obstat decretum Concilij Tridentini *sess.* 24. 25. 3
§. præterea. de reformatione, quia loquitur in causa appellationis

tionis,& sic quando à Iudice à quo ad Iudicem ad quem omnia acta erant transmittenda:nõ autem,quando vna partium eidemmet iudici non exhibet aliqua acta de mandato ipsius coram subdelegato facta, ideo casus iste tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione *l.commodissimè.de liber.& posthum.* cum cõcord.circa verò aliam nullitatem Domini dixerunt esse locum dispositioni Concilij Tridentini à qua recedere non licet, vt pluries fuit per Dominos resolutum,vt patet ex decisionibus per informantes citatis,& consequenter ex isto secundo capite resoluerunt sententiam vti nullam esse reuocandam.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Lauretana Spolij,& Attentatorum.
Veneris 30.Maij 1591.

AR V MENT VM.

Iudex causarum criminalium non potest absoluere reum à crimine, & insimul super interesse ciuili pronunciare, & inhibitiones Rotales licèt iniustæ sunt timendæ.

SVMMARIVM.

Iudex criminalis non potest de causa seu ciuili interesse pronunciare absoluendo reum à crimine.n.1.
Spoliator non auditur nisi spolio purgato.d.n.1.
Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta timendæ est,dicto num.1.
Attentata sunt.& pro attentatis reuocantur quæ post inhibitionem geruntur.n.2.
Iudici inferiori non licet cognoscere de vi Rotalis inhibitionis.d.n.2.

DECISIO LV.

1 FVit resolutum vna tantùm parte informante sententiam Iudicis criminalis Auditoris Cameræ esse nullam & attentatam, tum quia ipse non poterat absoluere Alphonsum à crimine contra eum intentato, & super interesse ciuili pronunciare. *l. solemus.§.lat: unculator. de iudic.* Cresc. *decis.* 167.maximè stante protestatione quòd pro interesse ciuili spoliator non audiretur nisi spolio priùs purgato,iuxta not. per Bald.*in c.cùm quærente.de rest.spoliat.* Peregr. *decis.* 246. *libr.*1. tum etiam quia lata fuit contra inhibitionem Rotalem, quæ siue iusta siue iniusta timenda est,Rot.*decis.*26.*de appell. in antiq.*

2 Quo fit vt gesta post inhibitionem tamquam attentata reuocari possunt,Put.*decis.*395.*lib.*2. Non enim licet istis iudicibus cognoscere de vitibus inhibitionis ne aperiatur via contemnendi inhibitiones Rotales,Achil.*decis.*2. *de attent.* & ita dixerunt DD. in vna Oriolen. Iuris seden.30.Aprilis 1588.coram bo.me.Lauretano,& in alia Toleran. Fructuum 16. Maij 1586. coram R. P. D. meo Pamphilio. Quod tantò magis habet locum in casu proposito cùm iudicium criminale habeat connexitatem,& dependẽtiam à iudicio ciuili.Nam super prætensionibus Baroucini, & sociorum occasione administrationis appaltus cuiusdam siluæ præcedebat calculus & solidatio, propterea Alphonsus non erat amplius molestandus præsertim criminaliter, quod quidem iudicium solùm fuisse intentatum ad euitandum nullitatem mandati Auditoris Cameræ, & iudicium spolij in Rota introductum, bene informantes demonstrant.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Maioricen.Officij Pœnitentiariæ.
Veneris 21.Iunij 1591.

ARGVMENT VM.

Actorum transportationis omissio vitiat sentẽtiam,etiam quòd transportanda acta sint irreleuantia,& etiam quòd non agatur coram Episcopis,sed coram quocumque Iudice.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio vitiat sententiam,etiam quòd transportanda acta sint irreleuantia.n.1.
Qualitas rei,vel personæ non attenditur vbi aliquid est inductum à lege.n.1.
Testes possunt examinari etiam post datum summariũ depositionum eorum.n.2.
Actorum transportationis omissio vitiat sententiam, non solùm quando agitur coram Episcopis sed etiam coram quocunque Iudice.n.2.

DECISIO LVI.

DOmini dixerunt non essẽ recedendum à resolutione facta coram R. P. D. meo Gipsio,videlicet sententiam latam fuisse nullam ob non integram transportationem actorum à Iudice à quo.prout fuit resolutum in Rota in pluribus causis,nec obstat irreleuantia, quia vbi aliquid est inductum à lege, qualitas rei, vel personæ non attenditur.*l.non solùm in fine ff.de ritu nupt.* 1

Nec obstat summarium testium fuisse datum, quia hoc non constat,& summarium ac integra dicta longè distãt inter se;nec refragatur,quòd Concilium loquatur de gestis coram Episcopis, quia Rota intellexit semper vt procedat coram quocumque Iudice. 2

ILL. D. CARD. MANTICÆ.

Toletana Portionis.Mercurij 20. Nouemb.1591.

ARGVMENTVM.

De testibus deponentibus super publica voce & fama,& parte non citata quando probent.

SVMMARIVM.

Impuritas sanguinis sufficit,quòd ex vno tantùm parente probatur.n.1.
Testis de publica voce & fama probant aliquem esse de tali gente,vel familia.n.2.
Fama publica probatur etiam per testes informatiuos. num.3.
Testes de auditu probant in antiquis.n 4.
Fama facit plenam probationem,quãdo est probata per testes plusquam sexagenarios,qui deponant de communi reputatione eorum vita durante,& auditu à maioribus.n.5.
Testes examinati parte non citata probant,quando agitur de capienda informatione,an aliquis sit idoneus. num.6.
Progeniei verbum accipitur pro linea descendentium & requirit probationem certi gradus.n.7.

DECISIO LVII.

1 PRopofui caufam die Lunæ 14. Octobris proximè præteriti, & dubitaui an gratia Domini Michaelis fit iuftificata, & quidem DD. diftinguendo dixerunt primò videndum effe an conftet de puritate, vel impuritate fanguinis Dionyfij. Secundò an fit necefse probare puritatem fanguinis Michaëlis. Tertiò an collatio pertineat ad Sedem Apoftolicam. Vnde die 20. Nouembris propofita prima dubitatione fuit refponfum gratiam ipfius Michaëlis in hoc effe iuftificatam, quòd de impuritate fanguinis Dionyfij conftat ex teftibus à Capitulo Toletano examinatis, & ideo cùm ipfe Dionyfius non defcendat ab antiquis Chriftianis, fed à Iudæis, non poffet effe Portionarius Ecclefiæ Toletanæ; vt ftatutum illius Ecclefiæ confirmatum à Summo Pontifice difponit, quia etiam fufficit ex vno tantùm parente Iudæo vel aliàs infecto aliquam originem duxiffe, vt ex ftatuto non poffit admitti, ficuti coram R. P. D. meo Gropperio decifum fuit in alia Toletana Portionis 30. Martij 1565. quod indicat etiam ftatutum Collegij Hifpaniarum in Ciuitate Bononien. ibi aliqua ex parte.

2 In propofito autem quamplurimi teftes tam primæ, quàm fecundæ informationis quam accepit Capitulum Toletanum fuper quarto deponunt de publica voce, & fama, quo ipfe Dionyfius ab vtroque etiam parente originem ducit, quod ad probandum aliquem effe de tali gente vel familia, fufficit. glof. *in l. 1. ff. de probat.* Aret. *in conf. 37. paulo poft princip. in verf. venio igitur ad fecundum.* Caffanæus, qui alios cõfonantes refert *in confil. 54. num. 17. in fine, & 18. confil. 64. n.* 10. & Tiraquel. *de nobilitat. cap. 10. num. 8.*

3 Item fatis eft huiufmodi famam probari per teftes ex informatione examinatos, Felyn. *in cap. veniens il primo. n. 4. verf. idem quando agitur. de teftib.*

4 Nec dubium eft quin teftes de auditu in antiquis plenè probent, Bald. *in l. conuenticula. n. 6. C. de Epifc. & Cleric.* & notat Abb. *in c. licèt ex quadam n.* 10. *de teftib.* Alex. *confil. 18. numer. 21. libr. 2.* Corn. *confil. 31. libr. 1.* Dec. *in confil. 321. num. 8.*

5 Et cùm plerique teftes fint plufquam fexagenarij, & à fuo recordatu depônant de fama, & communi reputatione eorum vita durante, & auditu à maioribus, huiufmodi fama plenam facit probationem, Alex. *conf. 15. num. 1. & 2. lib. 5. & in confil. 90. n. 210. & feq. lib. 6.* Felyn. *in c. cùm oporteat. n. 19. verfic. adde. de accufat.* Caffad. *decif. 2. num. 1. de probat.*

6 Neque obftat quòd informatio fuerit capta fine citatione, quia cùm teftes fuerint examinati in locis ab ipfo Dionyfio nominatis, vt fieri confueuit, non requiritur citatio, vt aliquibus ex DD. placuit. Præterea ftatutum Ecclefiæ Toletanæ confirmatum à Summo Pontifice in hoc genere informationis non requirit partis citationem, & hoc quidem congruit etiam cum iure communi, quia in capiendis informationibus an aliquis fit idoneus, citatio non eft neceffaria. glof. *in Clement. 1. in verbo reperiunt, de officio delegat.* cum aliis citatis à Gabrielio *de citat. concl. 1. n. 191. & feq.*

7 Nec etiam ad rem pertinet quòd ex depofitionibus teftium non probetur gradus impuritatis, quia prædictum ftatutum fe non reftringit ad certum gradum, fed generaliter loquitur, & ideo debet intelligi generaliter fine diftinctione, *leg. 1. §. generaliter. de legatis præftandis. l. non diftinguemus, in princ. ff. de refcriptis.* ftatutum enim vtitur hoc verbo progenie, quod accipitur pro linea defcendentium, *l. vltima. C. de emancipat.* latè Franc. *in c. fi pater. n. 10. verf. 4. de teftamentis, lib. 6.* Corn. *conf. 123. n. 1. lib. 3.* & ideo non requiritur probatio facta de certo gradu, vt in fpecie dictum fuit in dicta Toletana Portionis 20. Martij 1565. coram R. P. D. Gropperio. de aliis articulis poftea videndum erit.

ORANI.

Viterbien. Bonorum. Lunæ 9. Decembris 1591.

ARGVMENTVM.

Non adimplens præceptum teftatoris pœnatũ, an & quando excufetur à pœna ex eo quòd pro non adimplemento, & ad effectum fe excufandi à dolo alleget aliquam caufam iniuftam.

SVMMARIVM.

Caufa iniufta, & beftialis excufat à dolo, & pœna dummodo allegetur, & probetur, quòd orta fuerit ante incurfum pœnæ, aliàs potius præfumitur quòd quis fuerit motus dolo, quàm ex illa iufta caufa. n. 1.

Pœna priuationis incurritur fine interpellatione, quando fuit expreffus terminus, in quo aliquid adimpleri debebat, & in cafu non adimplementi appofita pœno. n. 2.

Sententia non nocet fucceffõribus, & hæredibus non vocatis, numero 4.

Falfitas in vno legato relicto in teftamento non reddit falfa alia legata feparata. n. 4.

Paupertas non præfumitur, ideo probanda eft ab allegante eam, num. 6.

Dolus, & culpa exiftenti in dolo, feu culpa patrocinari non debet. num. 6.

Caufa iniufta licèt excufet à dolo, debet tamen aliquo modo effe colorata, quia caufa friuola non attenditur. n. 8.

DECISIO LVIII.

FVit refolutum nepotes q. Dominici nõ effe excufãdos 1
à caducitate, & pœna priuationis hæreditatis d. q. Dominici: nã licèt quęlibet caufa etiã iniufta, & beftialis excufet à dolo & pœna, *l. igitur. §. 1. de liber. cauf.* glof. *in l. 1. §. iuftus. ff. de abig.* cum alleg. tamen ea oportet nedum per principalem allegari, fed etiam quòd ea priùs orta fuerit antequam in pœnam incidiffet, probari, Ang. & Imol. *in l. ex confenfu. § fin. de appell.* Alex. *conf. 103. col. pen. lib. 1.* Dec. *in l. quod te. vltimo no. ff. fi cert. petat.* Aym. *conf. 254. num. 4.* cum aliis per Gabr. *tit. de malef. conclus. 8. num. 66.* aliàs præfumitur in dubio potius dolus, quã quòd ex iniufta caufa quis fuerit motus, Bart. *in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* Gabr. *ibidem num. 7.*

Tantum autem abeffe dicebant Domini vt hæredes 2
aliquam caufam huiufmodi deduxerint, & probauerint vt fit potius contrarium argumentum eorum proteruia & contumacia; cùm enim teftatoris præceptum de conftruenda Capella, & affignanda ei dote præfixionem termini duorum annorum contineret, & in euentum infra dictum terminum non exequutæ per fuos hæredes fuæ vltimæ voluntatis pœnam priuationis adiecisset, indubitatum eft, quòd etiam non interpellati antequam dictum tempus adimpleretur, pœnam priuationis incurrerint, Caftren. *conf. 292. num. 9. lib. 2.* Gozad. *conf. 34. n. 2. & 7.* Aym. *conf. 193.* Alban. *conf. 98. n. 14.*

Hócque eo magis, quòd ab obitu eiufdem Dominici, 3
de anno 1545. pluries requifiti, & vfque ad annũ 1560. in mora perfiftentes recurfum habuerunt ad Pœnitentiariam à qua fubreptitiè commutationem legati impetrarunt, ac poftmodum facta de anno 1564. per Epifcopum erectione Capellæ, & nominatis Capellanis, tenuerunt falarium illis teftamento relictum perfoluere. etiam contenta ad fauorem Capellanorum fuper illis

piæ

præstatione sententia lata.ad tradita per Bald. *in l.pupill. in fine.C.de repud.*

3 Quinimmo lite per fratres super deuolutione mota, nouam caducitatem incurrendo passi sunt contra se etiam quartam sententiam in iudicio restitutionis in integrum pronunciari, vnde cùm hodie non agatur de declaranda caducitate, quoniam iam per quatuor sententias fuit declarata, & fratres sunt in possessione, sicque Marofius Tertius qui tractat de auferendo bona à Monasterio, nõ intrant regulæ ordinariæ excusationis, tanto autem minus quòd non sunt legitimæ: nam prima, quæ fundatur in sententia Gubernatoris Viterbij super falsitate testamenti lata, ex qua creditur iustam superuenisse causam non adimplendi voluntatem testatoris, tollitur ex illius reuocatione subsequuta, qua non obstante in contumacia non exequendi testatoris mandatũ perseuerauerũt, Bald. *in l.si quis id quod.§.doct. de iurisd. omn.iud.* tum etiam, quia fratribus subsequutis, non aliter vocatis nocere non potuit, Put *decis.92.lib.3.* Achil. *decis. 3.de senten.* tum denique, quia cùm prætensa falsitas concerneret quoddam particulare legatum, non inducebat falsitatem in alio particulari legato, vel dispositione separata, Bart. *in l.si ex falsis.n.12.* & ibi Alex. *n.14.C.de transact.* Gabr. *de malef.concl.5.n.16.*

4 Pariter secunda non releuat sub prætextu quòd Camera bonorum possessionem acceperat, siquidem post eorum recuperationem, vltra negligentiam afficit perseuerantia in prosequutione litis, Ias. *cons.179.n.7.lib.2.*

5 Nec placuit pro excusatione allegata paupertas, & impotentia, quia omisso, quòd non est probata, Couar. *var. resolut.c.6.n.2.* cũ traditis per Tiraquell. *de retract. lignag.§. 32.glos.1.num.64.* nihilominus cessat ex quo solutio non debebat fieri de bonis hæredis, sed hæreditatis, & à testatore relictis.

6 Minus facit Bulla Pœnitẽtiariæ respiciens reductionem legati stante illius subreptione, & aliàs sequeretur quòd culpa illis proficua esset, *c. fides.de rescr.* Ayn. *consil. 200.num.11.*

7 Vltima, fundata in ignorãtia hæredis eò quòd testator non expresserat Capellanorum nomina, fuit in alia decisione responsum, & est ex præmissis conclusum quòd licèt verum sit, quamliber causam etiam iniustam excusare à dolo, tamen necessarium est, quòd aliquo modo sit colorata, quia alia friuola nõ attẽditur, Aretin. *cõs. 141.n.25.* Decian. *cons.11.n.6.lib.2.&c.*

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Romana Societatis.... 1591.

ARGVMENTVM.

Fructus societatis cessante periculo vitæ exigi non possunt, & illos exigens committit vsuram de iure punibilem, & computãtur in sortis diminutionem.

SVMMARIVM.

Fructus societatis ad rationem duodecim pro centenario recipi non possunt cessante periculo vitæ.n.1.

Exigens fructus societatis cessante periculo mortis committit vsuram, & illi computantur in sortem, n.2.

VOTVM LIX.

1 Certum est, eum, qui non subiacet periculo mortis, non posse lucrari fructus societatis: non enim alia ratione sustinere potest luctum 12.pro centenario, quàm propter mortis periculum, & ideo eo cessante contractus resoluitur in mutuum, & quicquid exinde percipitur est fœneratitium. In casu proposito propter pactum resolutiuum appositum in contractu societatis certum est, neque officialem, neque D. Annibalem, qui recognouit bonam fidem, potuisse lucrari fortem per obitum D. Boëtij Ciuitellæ, vt fuit resolutum coram me in causa Romana 2000.quam decisionem Rota in aliis causis sequuta fuit.

Cessante itaque periculo amissionis sortis, cessat etiam fructuum præstatio: nam aliàs exigens fructus tales incideret in prauitatem vsurariam de iure punibilem, & detestandam, & si fructus soluti fuissent, venirent computandi in diminutionem sortis principalis. Iure itaque non potest dominus pecuniarum quicquam exigere pro fructibus, cùm subiit periculum amissionis suarum pecuniarum in euentum mortis, & si aliàs diceremus, esset aperire viam vsurariæ prauitati, vt quis possit lucrari absque periculo amissionis. Hunc casum hodie proposui per modum consultationis in Rota, & RR.PP. DD. mei censuerunt fructus exigi non posse, & sibi imputet pecuniarum dominus, si non ratificauit expressè societatẽ cum illis fideiussoribus, qui accesserunt. Verùm si exigeret fructus secundi semestris, iure videretur facto ratificasse societatem, & hoc casu subiaceret periculo amissionis per mortem, & in consequentiam posset etiam fructus exigere, & ita de facto interrogatus ex sententia Dominorum meorum de iure respondendum censeo. 2

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Aquilana Canonicatus.... 1591.

ARGVMENTVM.

Commissa causa nullitatis, & iniustitiæ, necnon & restitutionis in integrum, adhuc beneficium dicitur litigiosum. Restitutio enim in beneficialibus passim conceditur, reponitque litem in eodem statu, in quo erat ante rem iudicatam, nec tollitur litis pendentia ex eo quòd constet de non iure agentis.

SVMMARIVM.

Beneficium litigiosum ab Episcopo conferri non potest. num.1.

Beneficium adhuc dicitur litigiosum, licèt super eo latæ fuerint tres sententiæ conformes, si commissa fuerit causa nullitatis & iniustitiæ, nec non & restitutionis in integrum.n.1.& seq.

Per restitutionẽ in integrum lis reponitur in eodem statu, in quo erat ante rem iudicatam, quod maximè procedit in beneficialibus, in quibus passim concedi solet restitutio n.2.& seq.

Instantia causæ restitutionis in integrum durat quadriennio, nisi finiatur per sententiam, vel per totalem processum ad exequutionem n.4.

Commissio cum clausula, parito iudicato, dicitur conditionalis, & non tribuit iurisdictionem, nisi parito iudicato.n.5.

Clausula, parito iudicato, per æquipollens ex decreto iudicis adimpleri potest.n.6.

Ex eo, quòd constet de non iure agentis, non tollitur litis pendentia.n.7.

DECISIO LX.

Fvit resolutum Canonicatum fuisse affectum vitio litigiosi de tempore obitus Petri Pauli, ad effectum vt prouisio non potuerit fieri per Reuerendiss. D. Episcopum, non obstante quòd ipse esset possessor, & obtinuisset tres sententias fauorabiles ad sui fauorem: nam cùm fuisset commissa causa nullitatis & iniustitiæ, nec- 1

non

non restitutionis in integrum, per hanc restitutionem fuit lis reposita in eodem statu, in quo erat ante rem iudicatam, *l.quòd si memor.§. restitutio.de minor.l.1.C. de restitut.in integr.* Cassador.*decis.13. num. 1.de rescript.* & fuit resolutum nuperrimè 18. Februarij coram R.P.D. meo Orana in Romana Castri Orciani,& in terminis regulæ de subrogandis tradit Sarnen. *super d.regul. quæst.14. circa fin.* quod maximè procedit in beneficialibus, in qua passim concedi solet restitutio. Hæc autem instantia restitutionis durat quadriennio,nisi finiatur per sententiam, vel per totalē processum ad exequutionē. Neque obstat, quòd commissio videatur conditionalis,& ita nō tribuat iurisdictionem,nisi partito iudicato,vt per Put.*decis.15.de restitut.in integr.& 424.lib.1.*quia conditio illa fuerat impleta ex decreto Rotæ per æquipollens,vt in decis.coram me in hac causa facta 15. Decembris 1589.& tanto magis procedit hæc opinio, quia cœpta fuerat disputatio super nullitate, quam Domini dixerant pendere ex eo, an pronunciatum esset in petitorio vel possessorio: nam si in petitorio,onus probandi non fuisse publicatam resignationem incumbebat Petro Paulo,quod tamen non reperitur per eum probatum, cùm tantùm sententia videatur lata in petitorio, cùm in ea dicatur ius non fuisse abdicatum à Petro Paulo. Nec obstat,quòd Rota censuerit non constare de bono iure Iacobi,quia ex eo quòd quis non foueat bonum ius,non dicitur lis extincta, sed requiritur totalis terminatio iudicij restitutorij,cū ex eo quòd constet de non iure agentis,non tollatur litis pendentia,vt bene per Franc.*in cap.1.num.5.*ibi,*nec curetur,an constet,vt lit.pend.*Ideo conclusum pro Iacobo.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Romana Excessuum.17. Februarij 1592.

ARGVMENTVM.

Multa notanda in tribus sequentibus votis explicantur ad intellectum Bullæ Sixti Quinti contra Bannitos,&c.ac alterius bullæ contra facientes armatas & caualcatas, & in earum discursu quinq; præcipuè resoluuntur. Et primò, quòd plura delicta diuersi generis eodem tempore, ad vnum finem commissa, non pluribus pœnis,sed vnica tantùm plecti debent. Secundò, quòd contra minorem contumacem procedi aut inquiri non potest ei non dato curatore. Tertiò,quòd bulla Sixti Quinti contra bannitos, &c. in omnibus suis capitibus comprehendit etiam barones & feudatarios Ecclesiæ. Quartò,quòd alia bulla eiusdem Sixti Quinti de armatis & caualcatis non comprehendit eos qui armatos homines & bannitos congregat ad patrandum aliquod particulare delictum. Quintò, quòd bona confiscata vigore bullæ Sixti quinti prædecessoris contra bannitos, &c. non subiacent Bullæ Pij Quinti de non infeudandis.

SVMMARIVM.

Conuenticulam seu congregationem armatorum hominum faciens tenetur l.Iulia,de vi publica, & incurrit etiam pœnas contentas in Bulla Sixti V.de caualcatis.n.2.

Confiscari hodie bona non possunt pro quocunque delicto,excepto crimine lesæ maiestatis, numero 2. ad finem.

Delicta plura diuersi generis eodem tempore commissa, non vnica sed pluribus pœnis plecti debent; declara nisi sint præordinata ad eundem finem, quia tunc vnica tantùm pœna plectuntur.n.3.& seqq.& num.13.& num.20.& seq.& num.23.& in addit.litera A,vbi alia ad materiam.

Exonerans archibusium in confinio duorum territoriorum,& occidens aliquem extra confinem,à quo iudice puniendus.num.3.& num.6.& in addit.litera B,vbi de materia.

Vulnerans & occidens aliquem tenetur de occiso,& non de vulnere insimul,n.4.& in addit.litera A.

Coadunans homines armatos ad effectum committendi homicidium seu aliud delictum, tenetur de delicto,ad quem finem sunt coadunati, non autem de coadunatione,n.4.& num.7.& num. 19.& num. 22.vbi propterea quòd is non videtur incurrere pœnas contentas in Bulla Sixti V.de caualcatis & armatis,& in addit.litera D.

Delicta plura eiusdem generis eodem tempore commissa an puniantur vnica vel pluribus pœnis, & quid si statutum pœnam imponens loquatur in personam, num 5.& in addit.litera C.

Animus & propositum distinguunt maleficia.num. 5. & num.19.

Occidens hominem fortuito casu aliud agere intendens non tenetur pœna ordinaria homicidij. numero 5. ad finem.

Adulterium committens cum consanguinea tenetur tam de incestu quàm de adulterio.n.6.

Bona confiscata vigore Bullæ Sixti V. contra bannitos, &c non subiacent Bullæ Pij V.de non infeudandis. n 7.& n.10.

Bulla Pij V.de non infeudandis est correctoria iuris cōmunis,& propterea recipit interpretationem passiuam à iure communi,interpretarique debet vt illud corrigat minus quàm fieri possit.n.10.

Deuolutiones bonorum ob cessationem præstationis canonis ob pacta non seruata,vel ob delictum commissum, locum non habent nisi Papa vel directo domino volente,n.10.

Confiscatio bonorum à lege vel à statuto imposita ipso iure adhuc vt habeat locum requiritur sentētia declaratoria, & Principe volente, aliàs secus.num.10.& 11.

Homicidia duo commissa eodem tempore non comprehenduntur sub statuto excludente bannitum pro duobus homicidiis à facultate se redimendi infra annum.n.13.

Sententiæ forma non autem materia spectanda est numero 14.

Videlicet dictio,est declaratiua mentis illam proferentis.numer.15.

Sententia est stricti iuris,nec plus operari debet quàm ex ipsa necessariò inferatur.n.14.

Sententia dispositiua attenditur,non autem narratiua. num. 14.

Sententia debet esse clara, reijciens non autem inducens ambiguitates.n.15.

Bulla Sixti V.contra homicidas,bannitos, &c.comprehendit omnes subiectos etiam mediatè Ecclesiæ, & sic Barones & feudatarios.num.16.& num.24.& seqq.in addit.litera E.

Ext-

DECISIO LXI.

1 BEatissime Pater. Postquam placuit S. V. vt in causa criminali intentata contra Illustrissimum D. Io. Antonium. Vtrinum sententiam meam aperirem, præsertim super eo capite, an confiscatio bonorum, de qua in sententia contra eum lata, comprehendatur sub Bulla fel. rec. Pij Quinti de non infeudandis, ita vt non possit S. V. eum ad huiusmodi bona restituere, enitar pro viribus, saluo semper exactissimo & æquissimo S. V. iudicio, quid mihi de proposita quæstione videatur quantum potero dilucidè & breuiter explicare.

2 Et quidem non reuocabo in dubium in facto proposito commissum fuisse delictum, quod cadit sub dispositione *l. Iulia, de vi publ. §. item lex Iulia. de vi. Instit. de publ. iudic. l. 3. § eadem lege, l. qui cœtus, ad l. Iul. maiest. l. vnica. C. vt armorum vsus, & ibi glos. lib. 11.* Et potest etiam dici commissum in Constitutionem fel. recor. Sixti V. de Caualcatis, sed cardo difficultatis in eo versatur, an hîc possint cōsiderari plura delicta pro quibus plures potuerint infligi pœnæ, & an ex capite isto Bullæ condemnatio processerit, vel potiùs ex maiori delicto consūmato ad quod præordinata fuerint cætera, quæ præcesserūt, ita vt vnicū delictū dicendū sit, nō autē plura: quæ inspectio ideo est necessaria quia si nō cadit delictū propositū sub Constitutione Sixti V. nulla potest ex illo capite de iure cōmuni induci publicatio bonorū, cùm talis adunatio siue caualcata non fuerit facta hostili animo contra Principem vel Rempublicam, vt habetur *in l. final. ad l. Iul. maiest.* eo maximè quòd *in auth. bona damnatorum. C. de bon. proscr.* cautum est ne posthac bona damnatorum publicentur, sed dentur ascendentibus & descendentibus, & ex latere vsque ad tertium gradum, excepto crimine maiestatis, in quo vult iustissima iura antiqua seruari. Exclusa ergo Constitutione Sixti non caderet hoc crimen sub Constitutione Pij Quinti, cùm ex eo iure communi non inducatur confiscatio nec vlla deuolutio.

Hîc ergo agendum est de ardua illa quæstione quæ agitatur inter Doctores, an ex facto continuato in quo plura comprehendi possint delicta ratione legum vel statutorum cuilibet separatim pœnam distinctam, resultet vnicum tantùm delictum, ad quod totum illud præordinatum fuit, ita vt vnica pœna irroganda sit, an verò ex tali facto oriantur plura delicta quæ pluribus pœnis sint plectenda. 3

Pro affirmatiua nempe oriri plura delicta, pro quibus possint plures pœnæ imponi, facit text. *in l. nunquam. &* ibi Doctor. *de priu. delict.* vbi habetur nunquam plura delicta concurrentia facere vt vnius impunitas detur, Alberic. *in 2. part. statut. quæst. 24.* Boër. *decis. 82. numer. 10.* Couarr. *variar. lib. 2. capitul. 10. numer. 8.* Clar. *prax. crimin. quæst. 84.* quod videtur comprobari autoritate Bald. *in l. aduersus. C. de fur. in princ.* quem sequitur Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 4. & 17. numero 9.* qui exemplificat in eo qui in confini duorum territoriorū exonerat sclopum, & occidit aliquem extra confine, & ex autoritate multorum Doctorum concludit quòd si extet ex parte loci in quo erat exonerans, statutum tale factum puniens poterit de eo facto puniri.

Verùm pro contraria sententia facit elegans tex. *in l. illud. § si idem,* & ibi Bart. *ad l. Aquil.* vbi qui vno impetu seruum vulnerauit & occidit vnica tantùm occisione, tenetur de occiso, non autem etiam de vulnerato. Et Bartol. *in tractatu l. nunquam. de priu. delict. numer. 10.* dicit quòd si quis coadunauerit gentem, & miserit illam ad aliquem locum, cùm illi actus tendant ad eundem effectum, non punietur nisi de vno, quæ doctrina videtur decidere hunc casum, & ibidem ibi sentire videtur glos. & Angel. *in 2. volumn.* Anan. *in capitul. in tantum. num. 5. de collus. deteg.* Bald. *in capital. quicumque. num. 5. C. de seru. fug.* Io. And. *in reg. delictum. de reg. iur. in 6.* Cat. *in Clem. 1. §. si qui. in 1. opposit. de priuil.* Couarruu. *in d. capitul. 10. n. 8. versicul. quarto si eiusdem,* & hanc opinionem in praxi seruandam tradit Petr. à Plach. *in epit. delictorum capitul. 1. numer. 17. versic. 5.* 4

Hanc itaque sententiam in casu proposito amplectendam esse censeo: nam licèt hæ opiniones videantur inuicem repugnare, tamen credo commoda adhibita distinctione facile conciliari posse, non quidem eo modo quo conciliabat Iac. de Aren. *in l. apud Labeonem. §. conuicium. de iniur.* qui distinguebat inter statutum loquens in rem, & loquens in personam, hanc enim multi, & merito reprobant: nam est verbalis, sed distinguendo delicta ex parte committentis, cùm vulgatum sit animum & propositum distinguere maleficia. *l. quod reipublicæ. de iniur. l. 3. si quis dolo, de tab. exhiben. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. capit. cum voluntate. de sentent. excommunic.* cum simil. latè Tiber. Decian. *tractat. crimin. libri 9. capit. 27. num. 6.* vbi igitur animus committentis in legem dirigitur etiam continuato impetu ad plura perpetranda delicta, vtique continuatio illa & successiuitas factorum non excusat quominus plura delicta commissa censeantur. toties enim peccasse dicendum est, quoties ad factum pluries peccandi intentionem attulit, & hoc casu procedit prior sententia; si verò vnico contemplato fine quis plura dirigendo ad eundem finem 5

patrauerit delicta continuato impetu, tunc delictum pro vnico est reputandum, & locum habet posterior opinio: nam cùm agentis intentio fuerit ad vnicum tantùm finem directa ex toto illa actione, vnicum delictum resultat, ne dicamus aliquem præter intentionem deliquisse, quemadmodum non tenetur pœna homicidij ordinaria qui hominem fortuito casu aliud agens occidit, & hoc sensisse arbitror glos. *in l. qui de crimine. in verbo, plurima, in fine C. de accus.* quem singularissimã dixit *in d. l. illud §. si idem. ad l. Aquil.* & communem dicit Marsil. *in l. si in rixa. numero 15. de sicar.* ratio est, quia omnes isti actus tendunt ad eundem finem, Salyc. *in d. l. qui de crimine. numero 15. in d. l. numquam. numero 4.* & ideo pro vnico reputandi sunt, licèt pro modo circumstantiarum, modo intendatur, modò remittatur pœnæ rigor.

6 Neque huic distinctioni obest exemplum suprà relatum de eo qui in confinio expleto sclopo hominem occidit. Hoc enim ideo contigit, quia respectu homicidij remittendus est ad iudicem loci in quo occisus homo reperitur, & sic ratione separatarum iurisdictionum crimen fit diuiduum ob offensum vtriusque Iudicis, & sic etiam vbi ex eodem facto plura in ipso in fine perpetrantur delicta, tunc reputantur diuersa, & pro diuersis puniuntur veluti si committatur adulterium cum consanguinea, tenetur enim tam de incestu quàm de adulterio, quia in fine actus cõcurrit duplicitas delicti & ideo adest consensus delinquentis vtroque respectu, & consequenter de vtroque est puniendus, iux. *d. glos. in l. qui de crim. in verbo, plurima. C. de accusat.*

7 Hinc infero in casu proposito cùm totus apparatus cõtenderit vt recuperarentur illi qui capti fuerant ab hominibus Ciuitellæ, non autem ad conuenticulas armatorum aduersus Principem aut Rempublicam cogendas esse de hac vi illata vti de pluribus, sed vti de vnico perpetrato crimine iudicandum, illúdque non cadere sub Constitutione Sixti Quinti d. sed sub aliis legibus & Constitutionibus de vi publ. & de homicid. statuentibus præsertim, cùm prohibitio cauaualcatarum sit ex eorum genere quæ sunt prohibita non per se, sed propter aliud, vnde magis attendi debet finis quàm ea quæ finem præcedunt, iuxta vulg. Dialecticorum regulam quæ habet, *propter quod vnumquodque tale & id magis, &c.* Exclusa igitur Bulla Sixti contra facientes armatas, & caualcatas, de aliis Bullis emanarunt contra homicidas, & bannitos non est agendum, cùm in specie excipiantur confiscationes per illas inductæ à Constitutione Pij Quinti, ita vt neque iure communi, neque Constitutionibus Pontificum comprehendatur iste casus in dicta Bulla, & ideo liberum sit S. D. N. de his bonis arbitrio suo disponere, non obstante dicta Constitutione.

8 Quantum verò attinet ad sententiam quæ cùm faciat mentionem Bullæ Sixti Quinti, videtur ex hoc capite duo esse animaduertenda. Primum est ita interpretari non debere sententiam prout de iure ferri poterat: atqui de iure non poterat ferri nisi super consummatione delicti perpetrati, non autem super circumstantiis, separatim à prædicto delicto consideratis, vt iam suprà deductum est, vnde concludendum latam ratione violentiæ publicæ & homicidij, neque facit quòd habita fuerit mentio Bullæ Sixti. Nam hoc factum ad qualificandum principale delictum, ex hoc capite potuit pœnam augere, non autem vt eo omisso super circunstantiis facti ex minore delicto condẽnaretur, hoc enim satis absurdum & præter omnem rationem fieri posset.

9 Secundo loco animaduertendum est, sententiam, si verum est exemplum mihi traditum, non videri respectu D. Io. Antonij continere confiscationem bonorum; nam in parte dispositiua in qua declarat D. Io. Antonium pœnas in monitorio contentas incurrisse, distinguit eius personam ab aliis complicibus, & vtitur his verbis, videlicet ducatorum triginta millium quoad dictum Illustriss. D. Io. Antonium. Quo verò ad alios ducator. mille pro quolibet exilij ab Vrbe & toto statu ecclesiastico confiscationis, priuationis, & publicationis, &c. Quæ vltimæ pœnæ videntur referendæ quoad alios, non quoad D. Ioan. Antonium, & licèt alia fortè fuerit iudicis intentio, certè negari non potest satis ambiguè conceptam fuisse si noluit etiam bona D. Io. Antonij confiscare, nec refert quòd postea eum condemnet in pœnam capitis, quia simul stare possunt vt & capite damnatus fuerit; & nihilominus bona publicata non fuerint, sed neque suppleri potest sententia ex monitorio cum in eo extet eadem distinctio personarum iisdem verbis concepta, sed hoc ex abundanti dictum esse volo.

Vnum autem omittendum non videtur, bullam Pij 10
Quinti, quæ est iuris communis correctoria, & contra capit. 2. de feudis, admittere debere interpretationem passiuam à iure communi, cùm itaque deuolutiones quæ vel cessationem præstationis canonis, vel ob pacta non seruata, vel ob delictum commissum intelligantur, locum habere, Papa vel alio quouis decreto Domino volente & acceptante, Abb. *in capit. causam quæ. il secundo. column. final. de in loc.* Aretin. *consil. 77. numer. 6.* Ias. *in l. non eo minus. numer. 3. C. de procurat.* Fulgos. & Ias. *in l. cum his. §. eam transactio em.* Put. *decision. 3. & 4. de exceptionibus.* & fuit resolutum coram me in vna Ceruien. Bonorum 4. Maij 1575. & probatur *in l. 2. C. de iur. emphyt.* vtique debemus dictam Constitutionem interpretari, vt minus quàm fieri possit cedat ius commune, & diminuat summam Papæ autoritatem, & tunc in his deuolutionibus locum habeat si Papa eos acceptare voluerit.

Neque verisimile est sublatum hoc Papæ arbitrium, 11
cùm plerumque Sedi Apostolicæ intersit has deuolutiones non acceptare, & ex contraria interpretatione sæpenumero fieret, vt lex esset damnosa Ecclesiæ & valde iniqua, & quamuis constitutio excludat omnem declarationem, & velit ipso iure incorporationem fieri, hoc totum intelligendũ Papa volente: nam etsi deuolutio ipso iure fiat, semper tamen requiritur sententia super deuolutione & priuatione, vt tradit Alex. post Bald. *in cons. 124. n. 2. lib. 1.*

Verùm huic considerationi in proposita facti specie 12
obstare posset quod iam præcessit declaratio per sententiam latam, verùm cùm mihi præsupponatur eam non fuisse realiter exequutioni mandatam, &, vt dixi, sit concepta verbis parum aptis ad inducendum bonorum D. Io. Antonij publicationem, posset S. V. indulgere huic nobilissimo vt eadem bona penès eum vti ante perpetratum delictum remanerent, abolitæ prorsus sententia, & eo in integrum plenissimè ad omnia restituto, & ita censeo, saluo semper, &c.

In eadem causa aliud Votum.
Illustrissim. Domin. Cardinal. Blanchetti. La terza.

DE pluribus agendum videtur iuxta memoriale facti ad me transmissum. Vt primò dubitatum an ex 13
perpetratis per Illustrissimum & Excellentissimum Domin. Ioan. Antonium Vrsinum in castro Ciuitellæ (quæ vti nota sunt breuitatis causa non refero) vnum aut plura dicantur resultare delicta, ita vt pro omnibus sigillatim vel vnico tantùm delicto, si licet, homicidij veniat puniendus. Super quo dubio placet mihi Reuerendissimi D. Decani Rotæ. Indubitata enim est conclusio quòd quando vno & eodem tempore plura committuntur delicta ad eundem finem tendentia, pro vnico reputantur, vt per Cyn. *in l. 1. C. si reus vel accus. mort. fuer.* Bald. *in l. aduersus. num. 7. C. de furt.* Aretin. *Institut. de exception. in princip. numer. 22. versicul. & est ratio*, Marc. Ant. blanc. *in prax. crimin. §. visis iud. cas. numer. 155.* vbi dicit eum qui vno & eodem tempore duos interfecerit, non comprehendi sub statuto excludente bannitum pro duobus homicidiis à facultate se redimendi infra annum.

Placet etiam mihi quòd sententia non condemnet 14
Excellentissimum D. Io. Antonium in pœnam confiscatio

tio

tionis castrorum suorum, quia in sententiis forma non materia est attendenda, Bal. *in l. 2. numero 2. C. de re iudic.* secundùm autem formam sententiæ apparet Iudicem voluisse separare personam Excellen. D. Ducis ab aliis in ipsa nominatis. Primò, quia dum pronontiat omnes incidisse in pœnas in monitorio contentas, procedit declarando verba relatiua ad monitorium, videlicet ducat. 30. millia quoad Illustrissimum D. Io. Antonium. Quo verò ad alios ducatorum 1000. pro quolibet exilij ab Vrbe. Dictio enim illa, *videlicet*, declarat mentem Iudicis volentis separare personas delinquentium, Ruyn. *cons. 94. num. 15. lib. 5.* Paris. *cons. 52 numero 2. lib. 3.* & clariùs declaratur ex sequentibus verbis: Quo verò quæ sunt aduertamuè, idque magis placet ponderando quòd Iudex condemnando separatim procedit: relaxando autem mandatum de illos capiendo coniunctim loquitur, & licèt forsan subiecta materia & qualitas personarum non videantur hanc restrictionem pati, quia coadunatio armatorum stante fel. rec. Sixti V. imponit pœnam confiscationis omnium bonorum. Secundò, quia pœna confiscationis Castrorum non poterat applicari aliis de quibus in sententia. Tamẽ certum est in iure sententiam esse strictissimi iuris, nec plus operari quàm ex ipsa necessariò inferatur, Alex. *cons. 28. & cons. 164. n. 2. lib. 7.* Capotaq. *decis. 148. n. 5. par. 3.* cum igitur sententia in parte cõdemnatoria nullum verbum faciat de castris D. Ducis, non potest ex ea inferri ipsum condemnatum in pœnas confiscationis dictorum bonorum, & castrorum.

15 Nec obstat quòd in narratiua hoc dicatur, quia in cõdemnatoria hoc non legitur. Debebat enim Iudex qui in narratiua hoc expresserat distinguere causam pœnarum in dispositiua, vt tradit Bar. *in l. 1. ... §. qui habebat. ff. ad senat. consul. Trebell. & l. si fideiuss. ff. de sol.* & cùm separatim in condemnãdo personas voluerit procedere, sibi imputet quòd suam concepit sententiam, ita vt D. Io. Antonius non reperiatur condemnatus, sententia enim debet esse clara quæ reiiciat, non quæ inducat ambiguitates, Abb. *in c. sicut. de re iudic.* quod etiam videtur dicere de monitorio, cùm contra monitos non coniunctim, sed diuisim pœnas imposuerit, & modo quo condemnatio sequuta fuit, ideo cùm Excell. D. Dux sub pœna confiscationis suorum bonorum non fuerit monitus, nec in sententia reperiatur condemnatus, non video quomodo non veniat restituendus ad possessionem suorum castrorum.

16 Circa secundum dubium an Bolla Sixti Quinti comprehendat vasallum immediatè subiectum Sedi Apostolicæ eximentem delinquentem à Curia loci eidem S. Sedi Apost. mediatè subiecti, saluo meliori iudicio crederem hunc casum non comprehendi indistinctè sed sub distinctione. Nam aut qui detinetur in carceribus est ex delinquentibus contra quos emanauit d. Constitutio, & hunc casum crederem comprehendi, quia cùm Constitutio primò mandet quòd si tales capiantur ad carceres ducantur; & Magistratibus Romani Populi tradantur: postmodum verò prohibeat captos eripi, & quamcumque custodiam effringi, per vniuersalem dictionem quamcumque, videtur comprehendere custodiam etiam loci mediatè subiecti Sedi Apostolicæ, tum quia aliàs facilè fieret fraus legi. Tum etiam quia cùm sit prohibitum fauere istis facinorosis hominibus, censetur etiam prohibitus iste modus: nam quando lex aliquid prohibet, prohibere etiam censetur omne id per quod ad prohibitum peruenire posset. *c. cum quid. de reg. iur. in 6.* Præterea cùm huiusmodi homines sint declarati hostes, & rebelles S. Sedis Apostolicæ de iure communi si quis dolo malè fecerit ne in manibus suorum Magistratuum perueniant, incidit in crim. læs. maiest. *l. 4. ff. ad l. Iul. maiestat.*

17 Si autem carceratus reperiatur ob delictum commissum in dominium suum, tunc credo Bullam hunc casum non comprehendere, quia etsi ad quietem publicam respiciat, tamen non omnes casus amplectitur quibus illa perturbari posset, sed ad illam perturbationem respicit tantùm quæ ex refugio & fauore præstito bannitis oriri consueuit. Nec dicendum videtur Papam voluisse indistinctè reum maiestatis constituere delinquentem in vasallum suum, cùm contra personas & alios DD. inferiores non dicatur committi crimen læsæ maiestatis propter carcerati violatam liberationem, Ias. *in l. 1. §. primò videretur. n. 16. vers. præfatam conclusionem. ff. si quis ius dic. non obtemp.*

Circa tertium super validitate sententiæ, & quia fuit lata contra minorem indefensum non dato curatore regula est pro Excellentissimo Domino Duce quòd sit nulla. *l. fi. præses.* vbi glos. & Salyc. *numer. 7. C. quomodo & quando iud.* Crescen. *decis.* 207. Ab hac regula non videtur recedendum propter verba Bullæ comprehendentis minorem, quia nihil innouare videtur circa modum procedendi. 18

In eadem causa Votum Orani. La Quarta.

CVm in delictis spectari soleat animus qui dicitur distinguere maleficium. *l. verum est. & l. qui seruo, in princip. de fur.* patet ex proposita facti serie coadunationẽ armatorum per Illustrissimum D. Io. Antonium Vrsinum non fuisse ordinatam aduersùs Principẽ vel Rempublicam, sed aduersùs homines Ciuitellæ ad liberandum & eximendum suos subditos, quos sub prætextu perpetrati abigeatus criminis carceribus mancipatant; ideoque delictum ab eo commissum non comprehendi sub Constit. fel. record. Sixti Papæ V. contra caualcatas edita, sed potiùs subiici pœnis Constitutionum contra bãnitos & obuiantes Curiam per eundem Papam renouatarum, ac consequenter penès S. D. N. liberam bonorum D. Io. Antonij fisco applicatorum dispositionem remanere. 19

Etenim communiter receptum est quòd quando vnum crimen ad aliud fuit ordinatum; si eodem tempore & non per interualla fiat confundi, neque delinquentem diuersis pœnis affici, sed illa duntaxat quæ pro finali delicto imposita est, Bar. *in l. illud. §. 1. idem. ff. ad l. Aquil.* Bal. *in l. aduersùs. C. de fur.* Bald. de Vbal. *inter cons. crim. cons. 20. numer. 15. lib. 1.* Veronen. *cons. crim. 77. circa med.* nam licèt vnumquodque crimen habeat principium & finẽ, tamen ratione cõtinuationis plura delicta pro vno reputantur, & ratio est, quia quando actus terminatur ad vnum finem vbi sunt duo propter vnum, ideóque vtrobique vnum tantùm; Bald. *in c. 1. §. iniuria. numer. 72. de pace iur. firman.* & ita communiter obseruari testatur Marian. *in c. qua. numer. 24. extrà de pact.* incontinenti autem, & absque interuallo dicitur factum quando nulla intercapedinis adest certitudo ex quo semper intellectus in minorem partem accipitur ad fauorem rei, ita Bald. *in l. diuortio. n. 4. ff. solu. matrim.* Alex. *cons. 115. n. 4. lib. 2.* 20

Cùm igitur Illustrissimus D. Io. Antonius conuocatis armatis carceres effregerit, detentos in eis exemerit, & Præfectum loci occidi mandauerit, non potest dici aliam pœnam quàm effractionis carcerum & exemptionis aut homicidij incurrisse. glos. *in l. qui de crimine. C. de accusat.* Bart. *in l. infitiando. §. infr. 1. in fine. de furt.* cum allegat per Marsil. *in practic. §. quo complemento. numer. 38. & in §. & quia, numero 37.* vna siquidem pœna confonditur cum alia, quia, vt dixi, collectio armatorum fuit facta pro liberatione carceratorum, & homicidij committendo contra autorem carcerationis. 21

Itaque pœna de qua in Constitutione de caualcatis, procedit quando coadunatio fuit simplex sola, nec aliud delictum fuit sequutum propter quod illa fuerit confusa, pro quo facit quòd verba maximè pœnalia intelliguntur in casu simplici. *l. hoc legatum. de lega. 3.* Doctores *in l. 2. in princip. ff. de verborum obligation.* ne aliàs delinquens quis diuersis pœnis afficiatur contra *leg. senatus. ff. de accusat. capitul. & si clerici. §. de iudic.* Bart. *in l. quid ergo. §. pœna grauior, numero 3. ff. de his* 22

qui not. infam. & ne in eo puniatur ad quod delictum non fuit ordinatum, Signor. *conf.* 711. *numero* 17. prout videmus quòd prodens patriam non odio Principis principaliter, nec vt ciuitas ei auferatur, sed ad alium finē, non incurrit crimē læsæ maiestatis, Salyc. *in l. fallaciter. numer.* 2. *C. de abolit.* sequitur Aretin. *in §. interdum. Instit. de hæred. quæ ab intest.* Aymo. *conf.* 6. *num.* 79. quia principale propositum semper attenditur. *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.*

23 Ex quibus cessare videntur omnia de quibus per glos. & Doct. *in l. vnquam. de priuat. delict.* nam licèt qui rapuit, excedit & occidit, teneatur vt bonorum raptorum iniuriarum & l. Aquil. tamen hoc demum habet locum quãdo non ad eundum effectum neque eodem impetu delicta commissa sunt, Marian. *d. c. ea quæ, numero* 16. *in fine.* vel nisi versemur in eadem delictorum specie; tunc enim delictum delicto aggrauatur, vtpote homicidium homicidio; ideóque Doctor. decidunt quòd si duobus homicidiis commissis quis sit decapitandus si duo commiserit licèt pro vno pœnam soluerit, pro secundo capite plectitur, non autem quando delictum homicidij grauatur ex delicto alterius speciei quod est diuersum, & propterea de diuersis ad diuersum non est facienda illatio.

24 Non potest autem in dubium reuocari quin Constitutio publicata contra homicidas, & obturantes Curiæ inter hoc casu quo exemtio facta fuerit à Curia loci mediatè subiecti Sanctæ Sedenam ex eius proœmio in quo continetur causa finalis, apparet Papam prospicere voluisse vt optata quies, salus, tranquillitas & securitas subditis suis redderetur, quod equidem fieri non poterat nisi omnes intra fines ditionis Ecclesiæ existentes complecteretur, cùm castra mediatè & immediatè iurisdictioni Sedis Apostolicæ subiecta sint inter se ita connexa vt impossibile sit imaginari distinctionem vnius casus ab alio citra legis elusionem. Proinde cùm dispositio sit generalis venit generaliter intelligenda, neque vllam recipere potest restrictionem aduersùs verborum proprietatem, & si versaretur materia odiosa, quanto minus in fauorabili, ex quo omni casu trahi solet etiam contra personas priuilegiatas vbi aliàs non essent priuilegiata in illo casu in quo loquitur dispositio generalis, Dec. *in l.* 1. *n.* 6. *vers. tertiò nota. C. de eden.*

25 Sed tanto magis cùm in ea legatur toties repetita clausula, mediatè & immediatè subiecta, ex qua enixa dispositionis intentio colligitur vulgata, *l. Balist. u. ff. ad Trebell.* manderúntque in illius parte exequutiua, cùm semper & vbique, per omnia loca prædicta ab omnibus inuiolabiliter publicari & obseruari, ponderando verbum, *vbique*, iuxta not. *in tit. de vsucap. in princ. Instit. & in l.* 1. *vbi gloss. ff. solut. matrim.* & alia omnia loca prædicta quæ sunt relatiua & præparatiua præcedentium, secundùm Bart. *in l.* 1. *§. hoc edicto. ff. de postul. in l. quis liberis, §. hæc verba. ff. de vulg. et & pupillari.* vnde cùm debeat ab omnibus inuiolabiliter obseruari vbique, vtique etiam in locis mediatè subiectis.

26 Nec in contrarium facit quòd obseruatio videatur respicere animaduersionem in bannitos, & alios, non autem eximentes à Curia, quia cùm Bulla in generali sua dispositionis parte generaliter loquatur, ideo generaliter venit intelligenda, tenentis iisdem terminis, videlicet de mediatè & immediatè subiectis locis & personis, & hoc quidem vt finem suum respicientem salutem & quietem publicã consequatur, vt bene per Andr. Gayl. *de pace publ. lib.* ... *c.* 1. *n.* 9.

27 Non obstat quòd pœna criminis læsæ maiestatis imposita contrauenientibus non conueniat delinquentibus extra Curiam mediatè subiectam Ecclesiæ, quia impositio pœnę læsæ maiestatis, & aliorum non arguit necessariò crimina fuisse læsæ maiestatis, Boss. *de crim. læs. maiest. nu. mero* 62. & etiam potest dici offensa maiestas Papæ respectu superioritatis, quam à se nunquam supremus Princeps abdicasse intelligitur, Alex. *in l. filio quem pater, in fin. de libe. & posthum.* cum relatis per Boss. *tit. de crim. læsæ maiestatis. n.* 99. *cum seq.*

Circa processus validitatem & intellectum sententiæ declaratoriæ latæ contra Illustrissimum D. Io. Antonium Vrsinum non insisto, vnum tantùm addam quòd cùm præsupponatur ipsum fuisse minorem, necessaria fuit sibi inquisito vel accusato datio curatoris qui assisteret liti, & causæ, ac præstaret in ea autoritatem, aliàs processus & iudicium est nullum, *l. clarum,* & ibi post gl. Cyn. Alber. Bald. & Salyc. *C. de aut. præstan.* sic si non interuenit citatio formiter exequuta, quæ tamen est necessaria ad hoc vt inquisitus possit poni in banno. Bald. *in l.* 1. *in fine. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* per not. *in Clem. pastoralis. de iudic.* & latè declarat Boss. *de citat. num.* 14. *cum sequent.*

ADDITIO.

Plura delicta. Regulariter delicta plura diuersi generis siue ex interuallo siue incontinenti committantur pluribus pœnis plectũtur, & quando ex interuallo cõmissa sunt, tũc succedũt plures pœnæ etiã quòd sint eiusdẽ generis, ac etiã quòd fuerint cõmissa ad eundẽ finẽ & effectũ. Quòd si plura delicta eiusdẽ generis fuerint cõmissa eodem tempore, & tunc, an vnica tantùm imponi possit pœna, an verò plures, controuersia est inter Doctores, prout hæc omnia videri possunt bene declarata per D. meum Farinac. *in sua pract. crimin. part.* 1. *titul. de delict. & pœn. quæstion.* 22. *numer.* 1. *& sequentib.* & quod attinet ad punctum propositæ quæstionis, in qua Illustrissimi & Præclarissimi Præsules isti votum dederunt, firmissima est conclusio, quòd quando plura delicta diuersi generis committuntur ad eundem finem & effectum eodem tempore, tunc vnica tantùm imponi potest pœna, vt bene pariter explicat idem D. meus Farinac. vbi supr. *numer.* 19. *& sequentib.* Verùm id quod in proposita facti specie dubitationem facere videtur, est quòd isto casu licèt vnica tantùm imponi possit pœna, imponenda tamen est ea quæ maior est, non autem quæ minor, etiam quòd illa minor sit pœna principalis delicti, ad cuius finem alia delicta præordinabantur, prout videtur de mente D. mei Farinacij *in dict. quæst.* 22. *eodem numero* 19. vbi dixit quòd maius delictum absorbet minus, & vnica tantùm pœna, si licet, maioris delicti imponi potest, ad quod faciunt etiã tradita per Dec. *in tract. crim. libr.* 8. *capitul.* 4. *numer.* 19. vbi dixit quòd licèt, quando quis vulnerat cum armis, pœna tantùm vulneris, non autem pœna delationis armorum puniri debeat, eo quia arma deferebantur ad finem vulnerandi; hoc tamen non procedit quando pœna delationis armorũ esset maior quã vulneris, prout est hodie in deferētib. archibusetta; tũc enim inquit ipse imponitur pœna maior delationis archibusetti nõ autem vulneris, quãuis ad effectum vulnerandi archibusettum deferebatur, & credo quòd bene dicat, & ita apud nos quotidie seruatur; quòd si quis aliquem vulnerauerit cum archibusetto, licèt vulneratus non obierit, condemnatur tamen vulnerans in pœnam mortis, iuxta formam Constitutionum Apostolicarum pro delatione archibusetti, licèt contrarium consulendo tradiderit Cephal. *in consil.* 240 *numero* 42. *& sequentib. lib.* 2. volens quòd pœna delationis archibusetti confundatur cum pœna vulneris quæ erat maior, de qua te vide etiam quæ scripsit D. meus Farinac. *in ead. sua practic. crimin. part.* 2. *in titul. de var. ac diuersis crimini. quæst.* 108. *numer.* 166. *& sequentib.* & sic dubitabilis videtur resolutio de qua in præmissis votis, cùm secundùm hanc declarationem videretur forsan imponenda pœna Bullę Sixti V. contra facientes caualcatas & armatas, quæ videtur maior, ex quo bona confiscata non eximit à dispositione Bullæ Pij V. de non infeudandis: non autem pœna Bullæ eiusdem Sixti V. contra bannitos, &c. quæ videtur minor ratione prædicta. Sed certè præmissis non obstantibus in occurrenti casu non crederem recedendum à resolutione tantorum virorum, quos credendum est omnia cum maturitate & prudentia considerasse ac rescripsisse S. D. N. Clement. VIII.

In

b *In prefinio.* Ad hanc materiam vide quæ scripsit D. meus Farinac. *in sua pract. crim. par. 1. tit. de inquisit. q. 7. numer.* 44. *& seqq.* vbi latè disputat & distinguit plures casus, an scilicet, & quando delictum in vno Territorio inchoatum & in alio perfectum possit puniri à Iudice inchoati delicti, an verò perfecti.

C *Loquens in personam.* Hæc distinctio Iacobi de Arena reprobatur per Dyn. Albet. Bar. & alios relatos per D. meũ Farinac. *in sua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. quæst.* 22. *n. 9. & seqq.* vbi distinctionis fœdere has contrarias conciliat opiniones.

D *Sixti Quinti.* Vide quæ dixi suprà in additione litera A.

E *Mediatè subiecta.* Declara vt in præcedenti voto Illustrissimi Patriarchæ Seraphini, vt videlicet non comprehendat eos in quos sunt alienata feuda vti feuda maiora, prout sunt Ducatus Ferrariæ, Parmæ, & Vrbini.

F *Non dato curatore.* Hæc conclusio est verissima in iure, sed in practica, & præsertim quando proceditur in contumaciam, minimè seruatur, sicut de hac consuetudine testati sunt Anton. Columban. *in tract. procedendi in controuersiis criminalibus. art. 171. & 173. & seq.* Boer. *decis.* 63. *numero 6. ad finem. & numero* 10. Aug. *de malef. in verbo, comparuerunt, & confitentur totum, numero* 8. vbi quòd est quasi ridiculum dicere contrarium, Cason. *in pract. crim. fol.* 66. Matth. Brunus *cons. 94. numero* 8. Boss. *in tit. confess. numero* 69. Clar. *in pract. §. final. quæst. 50. in princ. & quæst. 55. vers. vlterius potest.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas.* 268. *numero 2. in fine.* Ioseph. Ludouic. *decis. Lucen.* 17. Vrsill. ad Afflict. *decis. 208. numero 3. in fine.* Decian. *cons. 18. numero 180. in fine lib. 1.* idem Menoch. *cons. 98. post num. 149. lib.* 1. Sforz. Odd. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 65. numero 13. in 2. casu vers. quod tamen,* Flamin. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib. 3. cap. 3. num. 4. & 5.* Anton. Scapp. *in tract. de iure non scripto. lib. 5. cap. 47. n. 25. & seq.* Ex quibus negari non potest ita se habere generalem consuetudinem, quæ potissimum procedit in prouincia Marchiæ, ex constit. Ægid. *lib. 4. c. 17.*

Proposita hæc causa in Camera Apostolica de ordine Clementis VIII. Summi Pontificis die iij. Ianuarij M.D.XCVI. (prout audiui) fuit resolutum delicta per Vrsinum commissa contineri non sub Bulla Sixti V. de armatis, & caualcatis, sed sub Bulla eiusdem Sixti Quinti contra bannitos, &c. & sic bona confiscata occasione præmissorum delictorum non subiacere Bullæ Pij V. de non infeudandis, & propterea Sanctiss. Pontifex eidem Vrsino liberam fecit gratiam de omnibus pœnis corporalibus, & confiscationis bonorum ex causa prædicta incursis.

ILLVSTR. DOM. CARD. SERAPHINI.

Parmen. Status. Veneris 6. Martij 1592.

ARGVMENTVM.

Matrimonium probatur præsumtionibus, & coniecturis, dummodo sint approbatæ à iure, & ad eundem finem concurrentes, quando agitur de successione, dubitatúrq; an filij nati sint legitimi, vel naturales.

SVMMARIVM.

Matrimonium præsumtum est illud, quod ex præcedenti promissione per verba de futuro, vel subarratione, vel anuli immissione, & subsequenti copula contractum est. n. 1.

Matrimonium probatur præsumtionibus pluribus tamen à iure approbatis, & ad eundem finem concurrentibus, quando agitur de successione masculorum legitimorum naturaliũ, & de legitimo matrimonio procreatorum. n. 2.

Præsumtiones plures à iure approbatæ, vbi insimul concurrunt, tunc ex illis resultat plena & indubitata probatio. n. 3.

Matrimonium probatur præsumtionibus, etiam quòd constet de concubinatu ab initio, & de disparitate personarum. n. 4. vbi tamen quòd isto casu fortiores & plures requiruntur coniecturæ. & n. 5.

DECISIO LXII.

FVit dubitatum an in casu, de quo agitur, nempe ad effectum successionis sufficiat matrimonium præsumtum, & an probetur tale matrimonium. Quod dubium quamuis habeat duas partes, tamen causa nõ fuit discussa, nisi super priori parte, & licèt dubium sit conceptum de præsumto matrimonio, tamen intelligendum non est in ea significatione in qua Doctores Canonistæ capiunt matrimonium præsumtum, quod est illud, quod ex præcedẽti promissione per verba de futuro, vel subarratione, vel anuli immissione, & subsequenti copula contractum est, quod ex iuris communis dispositione ante Concilium Tridentinum habebat omnes effectus veri matrimonij, vt per Præpos. *in cap. 1. n. 26. de sponsalib. in cap. de illis. n. 2. & c. is qui fidem. n. 1. & c. veniens. n. 3. eod. tit. & cap. fin. n. 2. de coniug. lepros.* & ideo præcedente præsumto, & eo durante aliud contractum verè dicitur matrimonium de facto, & prima est vxor, non autem secunda. *d. c. is qui fidem. n. 3.* 1

Sed est intelligendum de eo matrimonio, quod probatur per plures præsumtiones à iure approbatas, & ad eamdem finem concurrentes, an scilicet possint constituere talem probationem, quæ sufficiat in casu isto, in quo expresè ad successionem vocantur filij masculi legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati verè, & non fictè, & quidem pro parte Dominorũ de Rangonibus admittebatur regulam esse pro affirmatiua, ex gl. *in cap. lator. qui fil. sint legit.* quam sequitur Gemin. *cons. 27.* quòd pluries fuit per Rotam approbatum, velut in causa Mediolanen. Illegitimatis de anno 1558. coram bo. me. Domino de Rubeis, & in Cæsaraugustana de Murata coram bo. mem. Domino Bubalo, & in pluribus aliis causis, quando scilicet non agitur de fœdere matrimonij principaliter, sed incidenter ad effectũ successionis, & fuit doctrina Innoc. *in cap. ex parte. n. 4.* quem alij sequuntur, *de restit. spoliat.* Bald. *in l. filium definimus, de his qui sunt sui, vel alie. iur.* & tradit Peregr. *decis. 66. libr. 1.* Put. *decis. 73. lib. 2.* & in terminis vocationis filiorum natorum ex legitimo matrimonio, Dec. *cons. 135. col. fi.* Paris. *cons. 13. n. 13. libr. 2.* & similis erat substitutio in prædicta causa Mediolanen. 2 l

Neque ab hac opinione est recedendum, cùm clara sit iuris conclusio, quòd vbi concurrunt plures præsumtiones à iure approbatæ, tunc ex illis resultat plena & indubitata probatio, vt per Menoch. *de præsumt. lib. 1. q. 36. n. 3. & q. 3. n. 4.* quod etiam procedit aliquibus casibus in concursu plurium præsumtionum hominis, prout *in q. 40.* latè deducit. 3

Sed conabantur informantes euadere regulam hanc limitando eam, vt non procedat quando constat de malo initio, prout hîc, in quo dicebant sumsisse initium à concubinatu. Item vbi adest magna disparitas personarum, vt in casu isto, tamen quod attinet ad concubinatum de eo non constat: sed solùm de adulterio ex confessione Bernardi. His tamen non obstantibus Domini dixerunt has circumstantias non facere, quin simus in casu regulæ, licèt faciant, vt plenior & efficacior probatio requiratur, & ita procedunt allegata ex Socin. iun. *consil. 86. numer. 26. libr. 2.* & decis. Verall. 210. *part. 2.* cum aliis, non enim excludunt, quòd per plures & fortiores 4

coniecturas non possit haberi concludens probatio, etiam concurrentibus istis qualitatibus, vt colligitur ex decis. Mohedan. 181. & Chisan. 57. & fuit visum in Veneta Legitimitatis coram R.P.D. meo Pamphilio, in qua necesse fuit deuenire ad concursum circumstantiarum, & præsumtionum pro habenda veritate, & licèt in ea fuerit pronunciatum pro non matrimonio, id fuit ex eo quòd præualuerunt præsumtiones pro ista parte.

5 Non obstant verba illa in fideicommisso apposita, de legitimo matrimonio procreati verè, & non fictè, quia fuerunt apposita ad excludendos legitimatos, per subsequens matrimonium, vel per rescriptum Principis, non autem ad arctandum ad duriorem probationem, quàm sit ea, quæ de iure admittitur, & per quam concluditur ad verum matrimonium, & non ad fictum, cùm fictio sit veritati contraria. Cetera quæ deducuntur per informantes, magis pertinent ad secundam partem dubij, scilicet an sit probatum tale matrimonium, & ideo de his erit particulariter agendum.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Eugubina S. Petri. Veneris 13. Martij 1592.

ARGVMENTVM.

Testes ad perpetuam rei memoriam examinati parte non citata non faciunt fidem, prout nec instrumenta non recognita probant, & an & quomodo fieri debeat dicta recognitio vt probent.

SVMMARIVM.

Testes examinati parte non citata non probant n. 1.
Instrumenta non recognita, nullam fidem faciunt. n. 2.
Instrumenta quomodo parte opponente recognosci debeant n. 2.

DECISIO LXIII.

1 Domini dixerunt, non esse adhibendam aliquam fidem testibus exhibitis, pro parte Reuerendiss. D. Episcopi Tudertini, quia fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam, & parte non citata. *l. si quando. C. de testibus. cap. in nomine Domini extrà eodem titulo.* per quem * textum concludunt ibi communiter Doctores, quod nec etiam faciant indicium. Abb. *n.* 14. Aret. *in pr.* Felyn. *num.* 3. & communem fatetur Dec. *num.* 17 licèt ipse con*trarium videatur sentire. idem etiam voluit Bart. *l. maritm. sub num. 3. lib.* 1. Ruyn. *cons. 46. num. 2. lib.* 4. Crescen. *decis. 2. num. 4. de test.* Accedant etiam nullitates multæ per informantem consideratæ, ex quibus apparet, testes dum receptos contra omnes regulas iuris loquentes in materia testium, vnde fuit, vt nullum penitus præstent adminiculum, vel præsumtionem, sed sint in totum reiiciendi, Anchar. *cons. 64 sub num.* 3. Socin. c 18. *sub num.... lib.* 1. Grat. *cons.* 89. *num.* 41 *lib.* 2. Marf. *sing.* 385. Roland. *consilio* 3. *num.* 48. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 65. *num.* 17. *lib.* 1. cum aliis de quibus per Menoch. *de arbitr. cas.* 99. *num.* 7. quicquid dicant Doctores in contrarium allegati, quorum dicta forsan possent procedere, si testes vnum tantùm defectum paterentur, prout etiam ipsi loquuntur.

2 Addebant etiam Domini, quòd de depositionibus prædictorum non constat nisi per quædam instrumenta exhibita pro parte Episcopi, quæ nullam merétur fidem, cùm non fuerint recognita, Innoc. *in cap. 1. de fid. instrum.* Oldrad. *consilio* 227. *numero* 6. Socin. *cons.* 32. *sub numero* 1. *versiculo secunda conclusio. libro* 1. Paris. *consilio* 115. *numero* 4 *libro.* 4. prout parte opponente debent recognosci, saltem eo modo, quo recognoscuntur antiqua ex adminiculis, vel probando Notariatum eorum, qui illa scripserunt etiam per exhibitionem instrumẽtorum eorumdem Notariorum, iuxta decis. Afflict. *decis.* 295. Put. *decis.* 9. & 13. *de fide instrument.* & *decis.* 151. *lib.* 2. Paleott. *decis.* 330. cum aliis multis, quæ allegari possunt.

PENIÆ.

Bergomen. Matrimonij. 17. Aprilis 1592.

ARGVMENTVM.

Adulterium committens, viuente vxore, an ea mortua possit cum adultera matrimonium contrahere, & quid si concurrat fidei datio ante vxoris obitum, & quomodo præsumatur, & qui filij censendi sint legitimi, fidei datione non probata, postea sequuto matrimonio.

SVMMARIVM.

Adulterium solum præcedens non impedit matrimonium cum adultera. n. 1.
Adulterium solum ad hoc vt inducatur impedimentum contrahendum cum adultera, & dirimat contractũ, non sufficit nisi viuente coniuge sit admixtum cum matrimonio de facto cum adultero contracto, vel fidei datione de adultera ducenda, vel in mortem coniugis vt detur locus matrimonio contrahendo machinatum fuerit. d. n. 1. vbi quòd ad hunc effectum ista copulatiuè requiruntur.
Matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum ad hoc vt dirimatur requiruntur plenæ probationes. n. 2.
Testes examinati parte non citata nõ probant etiã quãdo proceditur ab ordinario ex officio. d. n. 2.
Confessio coniugis super fidei datione de ducenda adultera viuente vxore, non probatur per testes singulares. num. 3.
Testes singulares non supplentur ex numero. n. 4.
Confessio quando probetur per testes singulares. n. 5.
Mulieres non admittuntur ad testificãdum in causa matrimoniali vbi agitur de illo dirimendo. n. 5.
Matrimonium legitimè contractum vt dirimatur requiritur vt testes sint omni exceptione maiores, & probationes claræ. d. n. 5.
Probationes in causis matrimonialibus debent esse concludentes, prout in causis criminalibus. n. 6.
Præsumtiones duæ vel plures non coniunguntur ad faciendum plenam probationẽ in causis matrimonialibus, quãdo agitur de matrimonio dirimẽdo, d. n. 6.
Probationes seu plures præsumtiones coniungantur in causa matrimoniali, quando agitur de matrimonij validitate, d. n. 6.
Confessio coniugum fidei dationem intercessisse de matrimonio inter eos contrahendo etiam concurrente rumore vicinia non operatur ad dirimendum matrimonium. n. 7. & n. 8.
Confessio coniugum super fidei datione an. & quando emanauit tẽpore non suspecto, puta ante cõtractum secundum matrimonium, & quando certum est cõiuges nolle inter se colludere in odium matrimonij. d. n. 7. & n. 9.
Filij suscepti ex vxore adultera viuente adhuc prima vxore sunt spurij, nec legitimantur per subsequens matrimonium. n. 10.

Filij

Filij susfcepti ex matrimonio nullo, puta quia vltra copulam probatur fidei datio, sunt illegitimi, secus si dicta fidei datio non probatur, d.n.10.

DECISIO LXIV.

IN ista causa in qua proceditur per contradictas in Rota habita die 16. Martij proximè præteriti coram Sanctiss. D.N. CLEMENTE VIII. nolui capere resolutionem, quia informantes non satisfecerant difficultatibus quas ego excitaueram; quare pro capienda vera resolutione præsupposito in facto quòd viuente Claudia legitima Camilli Marconij vxore Camillus multis annis habuit carnale cōmercium cum Elisabetha domi etiam detenta, ex qua viuente similiter Claudia, idem Camillus filios susceperat, & quòd defuncta Claudia idem Camillus cum eadem Elisabetha adultera matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerat, & quòd Episcopus Bergomen. viso libello seu querela proposita die 22. Augusti 1590. per D. Ioan. Baptistam nomine filiorum d. Camilli parte non citata ex officio quosdam testes examinauerat, quorum nonnulli de auditu ab Elisabetha deponebant Camillum viuente Claudia dedisse fidem Elisabethæ de illa in vxorem ducenda post obitum Claudiæ, & dubitaui de tribus.

Primò ex quo Camillus viuente Claudia adulterium commiserat cum Elisabetha, mortua Claudia potuerit cum eadem Elisabetha legitimum matrimonium contrahere.

Secundò dato quòd ex solo adulterio præcedente non prohibetur adulteram ducere nisi etiam concurreret promissio siue fidei datio de adultera in vxorem ducenda, an in casu isto promissio præcedens viuente Claudia foret præsumenda inter adulterum & adulteram ex carnali copula liberorum susceptione, & matrimonio subsequuto post mortem Claudiæ, & ex testibus singularibus, & ex officio per Ordinarium receptis.

Tertiò qui filij ex Elisabetha suscepti legitimi censendi sint casu quo ex prædictis non probetur promissio seu fidei datio inter Camillum, & Elisabetham Claudia viuente.

Quibus dubitationibus DD. in ista positione concorditer responderunt, dicentes:

1 Primò ad primam, veram & communem esse conclusionem solum adulterium præcedens non impedire matrimonium cum adultera, Zabarell. & alij *in cap. significasti. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adulter.* Præpos. *in cap. fin. vbi glos. in verbo, cognouit eandem, eod. tit.* Sot. *libr. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 4.* text. *in cap. inter cætera. 22. q. 4.* Syluestr. 89. *q. verb. matrim.* cum aliis, quia in ista materia ad hoc vt ex crimine nascatur impedimentum prohibens matrimonium contrahendum cum adultera, & dirimens contractum, regula est non sufficere solum adulterium, nisi viuente coniuge sit admixtum cum matrimonio de facto cum adultero contracto, vel cum fidei datione de adultera ducenda *c. fin. de eo qui dux. in matr. quā pol. per adult. c. relatum. 31. q. 1.* vel in mortem coniugis vt daretur locus matrimonium contrahendi cum adultera machinatum fuerit *cap. significasti. eod. tit.* itaque Præpos. *in d. cap. fin. in primo not.* quo iure censuerit solam fidei dationem vel matrimonium de facto contractum non impedire matrimonium cum secunda mortuâ primâ, cùm duo ista copulatiuè requirantur, & ibid. addit ita limitari omnia iura in hac materia loquentia, omnésque ita sentire scripsi. ibid. Io. Andr. *numer. 6.* vbi dixit ad matrimonium dirimendum duo esse coniunctim necessaria, fidem, & copulam, aut matrimonium de facto contractum cum adultera, & copulam.

2 Pro resolutione secundæ dubitationis Domini considerabant in proposita facti specie agi de dirimendo matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, & propterea requiri plenas probationes quales nō videbantur hîc adesse: nam omnis difficultas reducebatur ad dicta testium qui erant examinati parte non citata, quo casu etiamsi Ordinarius processisset ex officio, non faciebant fidem, Abb. *in c. 2. n. 8.* Felyn. *num. 9. de testib.* Gabr. *num. 39. de test.* Bart. *in l. fin. num. 9. ff. de quæst.* Gabr. *tit. de citatione, conclus. 1. numero 105.* nec aliquid operabatur quòd possent fortiter repeti parte citata, quia satis erat modò non probare.

3 Erant præterea singulares de auditu ab Elisabetha, cùm quilibet fateretur neminem fuisse præsentem quando Elisabetha cuilibet diceret viuente Claudia Camillum sibi dedisse fidem de illa ducenda, Alex. *cons. 68. num. 8. libro 3.* Dec. *in cap. veniens. num. 24. versiculo non obstat. de test.* Felyn. *in c. licet ex quodam. num. 2. eod. tit.* Afflict. *decis. 364. num. 3. & seq.* Put. *decis. 476. incip. confessio 2.* Gabr. *de test. conclus. 2. num. 4.*

4 Nec defectus supplebatur ex numero, quia quando testes sunt singulares, non dicuntur facere numerum, tantum enim probant mille quantum vnus. Bald. *in l. iurisiurandi. n. 9. C. de test.* Dec. *consil. 133. num. 4. & consi. 189. n. 9.* Gabr. *d. conclus. 2. n. 1.*

5 Et licèt vnus ex DD. retulisset quòd aliàs Rota in vna Florentin. legitimitatis coram Litta de mense Ianuarij 1571. tenuerit contra prædictam Put. decis. per testes singulares probari confessionem, vt per Rolan. *consi. 82. num. 44. & seq. lib. 2.* & aliis, tamen istis testibus non videbatur danda fides, quia vltrà quòd, vt dictum fuit, fuerunt examinati parte non citata, non placebat DD. ipsorum qualitas; nam quatuor erant mulieres satis viles, cùm non poterant dici omni exceptione maiores ad matrimonium dirimendum, Dec. *consil. 133. num 4. versic. postremo,* & generaliter omnes erant personæ viles, cùm ad dirimendum matrimonium legitimè contractum claræ probationes & testes omni exceptione maiores requirantur. *cap. 1. de consang. & affin. cap. licèt ex quadam. de test.*

6 Dicebatur præterea alias præsumtiones desumtas ex carnali copula liberorum susceptione & matrimonio subsequuto post obitum Claudiæ non esse sufficientes ad præsumendam fidei dationem ad effectum vt id matrimonium esset dirimendum cùm requirantur concludentes probationes sicuti in causis criminalibus, vt not. Canonist. *in cap. de illo qui cognouit consanguin. vxor. suæ.* Dec. *consil. 133. num. 3.* regula enim est quòd in causa matrimoniali cùm agitur de matrimonio dirimendo duæ plurésve præsumtiones non coniunguntur ad faciendam plenam probationem, Alex. *consil. 143. num. 4. lib. 2.* Dec. *consil. 133. n. 3. & consil. 310.* Grat. *consil. 38. num. 32. lib. 2.* licèt secus sit cùm agatur de matrimonij validitate: nam tunc plures præsumtiones connecti possunt ad plenam probationem faciendam, Bart. *consilio 6. numero 1. & 2. libro 1.* Menoch. *de præsum. quæst. 40. numero 6. & num. 9.*

7 Motiuum factum per vnum Aduocatum quòd neque confessioni ambarum coniugum esset standum, licèt faterentur fidei dationem intercessisse dicto matrimonio inter eos contrahendo, & concurreret rumor vicinæ *cap. super eo. de eo qui cogn. consang. vxor. suæ.* vbi Ant. *numero 1. & 3.* Abb. *numero 1. & 2.* Henric. Boich. Hostien. *in summ. eod. tit. §. & quid iuris. numero 3. versiculo illud notandum,* & in tertio. Ioan. Andr. *in d. cap. fin. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adult. num. 7. versic. in foro tamen iudiciali.* DD. non putabant simpliciter & indistinctè admittendum: nam si talis coniugum confessio emanasset de tempore non suspecto, verbi gratia, ante contractum secundum matrimonium, & quando esset certum quòd coniuges nollent inter se colludere in odium matrimonij vt illud rescinderetur, tunc ea confessio resolueret.

8 Text. autem *in d. cap. super eo.* & Doct. *ibid.* Ioan. Andr. vbi allegat eundem text. loquuntur in aliis terminis, scilicet quando coniungitur matrimonium: nam tunc facile contra matrimonium possent colludere, & ad confessionem incestus prosilire, si suo iudicio crederetur, ideo non staretur confessioni, quamuis ex viciniæ rumore coadiuuaretur, & *d. c. super eo.* neque ex tali confessione posset iudex ad dirimendum matrimonium procedere, sed aliæ plenæ probationes habendæ forent. Hostien.

stien *in cap. attestationes*, vbi Abb. *n.* 8. & Præpos. *n.* 6. *de desponſ. impub.* Io. Brunel *tract. de sponſal. concluſ.* 29. *n.* 4. *verſic. ſextò limita ad*. Couar. *in epit. libr.* 4. *decretal. par.* 2. *c.* 4. §. 1. *numer.* 4. & 5.

9 Ceterùm cessante periculo collusionis si confessio coniugum stantium pro matrimonio fieret in tempore non suspecto, tunc sufficeret ad matrimonium dirimendum, Hostiens. *in dict. cap. attestationes*. vbi Abb. *num.* 8. *verſ. vbi autem cessat præſumtio fraudis*, & Brunel. *d. tract. de ſponſal. concluſ.* 29. *n.* 4. Abb. *in d. cap. ſuper eo. num.* 2. Licèt in proposito in themate isto cessarent cùm non adesset aliqua coniugum confessio contra secundum matrimonium: nam istaquæ prætendebantur haberi ex ore Elisabethæ non erant legitimè probata.

10 Pro resolutione vltimæ dubitationis Domini distinguebant tres casus. Primum, de filiis susceptis per Camillum ex Elisabetha adultera viuente adhuc Claudia, & istos pronunciarunt remanere spurios, & ab hæreditate repelli, licèt post mortem Claudiæ Camillus legitimè Elisabetham in vxorem duxerit *cap. tanta, qui filij ſint legitim.* quia isti non legitimantur per subsequens matrimonium, Mar. Soc. *conſ.* 31. *numer.* 44. *libr.* 2. Secundum, quando simul cum copula probata fuisset fidei datio: nam tunc cùm matrimonium subsequutum foret ipso iure nullum, filij ex eo suscepti legitimi esse non poterant. Tertium, quando probaretur fidei datio vnà cum adulterio, vt in proposita facti specie non fuerat probata, & isto casu filios susceptos ex matrimonio subsequuto inter Camillum & Elisabetham post obitum Claudiæ & legitimos esse, & in hæreditatem successibiles Domini censuerunt.

PENIÆ.

Perusin. Bonorum. Lunæ 20. Aprilis 1592.

ARGVMENTVM.

Pœna de iure ciuili imposita *in l.* 1. & 2. *C. de ſecun. nupt.* contra fœminas nubentes infra tempus luctus, an hodie de iure Canonico sit sublata, & quid si statuto caueatur omnino seruandum inter ciues esse ius ciuile etiam vbi non disponunt.

SVMMARIVM.

Pœna à iure ciuili lata contra secundò nubentes infra annum luctus per ius Canonicum hodie sunt sublata. num. 1.

Statutũ disponens inter ciues seruandum esse ius ciuile etiam vbi illa non disponunt non habet locum quando ius ciuile in casu statuti per ius Canonicum expressè correctum reperitur, n. 2.

Statutum mandans seruari ius ciuile intelligitur de iure ciuili non correcto, n. 2.

Ius ciuile non dicitur ius correctum, d. n. 2.

Confirmatio Papæ in statutis non dat robur illis loquentibus de iure ciuili aliàs per ius canonicum correcto, num. 2.

Pœnæ à iure ciuili inducta fauore filiorum in l. fœmina. & l. hac edictali, C. de secun. nupt. non censentur per ius Canonicum abrogata, n. 3.

Pœna in l. fœmina. & l. hac edictali, non sunt inducta in odium matrimonij, sed fauore filiorum, d. n. 3.

Statutum trahi non potest in re sito in alieno territorio. num. 4.

Statuentes non habent facultatem statuendi extro proprium territorium, d. n. 4.

Pœnæ iure ciuili imposita contro secundò nubentes infra annum luctus non censentur per ius Cononicum sublata, quando mulier nimis properè festinat od secundas nuptias. n. 5.

Pœna qua imponebantur propter festinationem matrimonij sunt omnino de iure Canonico sublata, & hæc est opinio verior. n. 6.

Dictio infrà, in text. c. fin. de secun. nupt. denotot apertè licentiam concessam in qualibet parte anni. dicto num 6.

Incertitudo prolis considerari non potest in muliere secundò nubente quando maritus decessit in partibus longinquis, nec fuit reuersus, & non potuit iterum grauidam reddere vxorem. n. 7.

DECISIO LXV.

PRoposui dubium an pœnæ impositæ de iure ciuili 1 *l.* 1. & 2. *C. de secun. nupt.* vendicarent sibi locum contra D. Margaritam de Sancta Cruce quæ infra tempus luctus ab obitu Domini Guidi de Baleonibus primi eius mariti nupserat D. Pirro de Baleonibus ad effectum vt priuaretur hæreditate Astorris illius filij ab intestato defuncti, & DD. concorditer pœnas à iure ciuili latas contra secundò nubentes infra annum luctus per ius Canonicum fuisse sublatas responderunt *c. ſuper illa, & cap. vltimo extra de ſecun. nupt.* vbi not. com. canon. Abb. *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ. num.* 15. vbi Felyn. *num.* 56. & 57. *de conſt.* Couar. *in epit. lib.* 4. *decretal. c.* 3. §. 9. *num.* 5. & 6. Capr. *conſ.* 70. *num.* 10. & alij quos refert Gabr. *tit. de ſecund. nupt. concl.* 5. *num.* 1. Ac propterea non nocere D. Margaritæ quo minus in hæreditate filij succederet.

Nec placuit DD. quod pro parte D. Gineuræ Saluiatæ opponebatur de statuto Vrbis *lib.* 1. *c.* 24. iubente inter ciues Romanos incolas, & districtuales quales præsupponebantur esse DD. Gineuram, & Margaritam, seruari ius ciuile etiam vbi statuta non disponunt, quoniam respondebatur tale statutum non habere locum quando ius ciuile in casu statuti per ius Canonicum expressè reperiebatur correctum, vt in terminis voluit Capr. *conſ.* 70. *num.* 12. *in. ip. etſi viſo.* quem refert & seq Gabr. *tit. de ſecun. nup. concluſ.* 5. *num.* 5. statutum enim mandans seruari ius ciuile intelligitur de iure ciuili non correcto vel abrogato, quia ius ciuile non dicitur ius correctum. glos. *in l. fin.* vbi Bart. *n.* 1. *ff. ad l. Corneliam de falſ.* Capr. *d. conſ.* 70. *num.* 12. *verſic. nec obſtat ſtatutum*, & ex his quoque tollebatur alia oppositio de auctoritate Papæ confirmantis statuta Populi Romani: nam confirmatio non dedit robur statutis loquentibus de iure ciuili aliàs per ius Canonicum correcto. Nec propterea sequebatur absurdum consideratum pro D. Gineura quod inde fieret vt numquam tale statutum possit habere locum si hoc tempore ius Canonicum foret obseruandum: nam cùm multis in casibus sæpe appareat variis modis fuisse dispositum de iure Canonico, & de iure ciuili, præsertim in materia testamentorum in illis locis vbi seruabitur ius ciuile remanebit illud quidem in viridi obseruantia si expressè per ius Canonicum non appareat abrogatum.

Neque de præsenti casu debet fieri extensio ad alios, 3 verbi gratia, contentos *in l. fœmina, & l. hac edictali. C. de ſecun. nupt.* nam circa istos pœnæ à iure ciuili inductæ fauore filiorum non censentur sublatæ per ius Canonicum. *c. cùm conſtet. de pign.* & expressè not. Innoc. quem alij sequuntur, *in cap. fin. de ſec. nupt.* Felyn. *in d. cap. Eccleſia S. Mariæ.* 56. *verſic. prima declaratio de conſtitut.* nam istæ pœnæ non sunt appositæ in odium matrimonij, sed fauore filiorum. Abb. *in d. c. fin. de ſecun. nup.* & *num.* 3. *verſic. ſed pœnæ appoſitæ.*

Considerabatur præterea hæreditatem de qua agebatur non esse sitam in territorio Vrbis, & ideò statutum 4 Romanum ad illam trahi non potuisse. Alex. *conſ.* 16. & *conſilio* 128. *num.* 2 *libro* 1. Lap. *allegat.* 91. *num.* 7. Galat. *conſ.*

cons.49.n.8. quia statuentes non habent facultatem statuendi extra territorium. Put. *loc.351.incip.dubitani ego.*

6 Et licèt aliqui Doctores voluerint pœnas à iure ciuili iniunctas contra secundò nubentes non esse sublatas per ius Canonicum, quando mulier nimis properè festinasset ad secundas nuptias, idque ob incertitudinem prolis, quia si mulier pareret in x. vel xj. mense post obitum primi mariti, incertum esset cui an primo vel secundo marito foret proles attribuenda. glos. *in l. decet. C. ex quib. caus. infam. irrog.* vbi Bal. & Castr. & alij relati per Gabr. *tit. de secun. nupt. conclus. 5. num. 6.* quod in proposita facti specie, videbatur militare contra D. Margaritam, quæ asserebatur ante duos menses completos ab obitu primi mariti ad secundum matrimonium conuolasse.

7 DD. tamen contrariam sententiam veriorem esse censuerunt, quam tenuit Abb. *in c. fin. n. 3. vers. sed iudicio meo. de secun. nupt. & in c. Ecclesia S. Mariæ num. 15. vers. sed ego. de constit.* & ibi Felyn. *num. 57.* Bal. *in l. 1. in 2. lect. num. 9. C. de secund. nupt.* & Capr. *in d. cons. 70. num. 10. in fin. vers. & hoc quod tale est,* vbi ait Innoc. & post eum Host. & Io. And. *in d. c. fin. de secun. nupt.* tenuisse dictas pœnas quæ imponebantur propter festinantiam matrimonij fuisse sublatas, quam sententiam satis probare videtur text. *in d. cap. fin. de secund. nupt.* ibi, *infra tempus luctus:* nam illa dictio, *infra,* seu *intra,* apertè denotat licentiam concessam in qualibet parte anni, Abb. *ibid. num. 8. vers. sed iudicio meo.*

8 Postremò in proposita facti specie difficultas cessabat ex ratione considerata per DD. alterius opinionis de incertitudine prolis, quoniam D. Guidus Balionus, qui in absentia discesserat in partibus Hedniæ, nec fuerat reuersus, non poterat iterum grauidam reddere d. Margaritam quæ post mariti decessum pepererat Astorrem, Io. Andr. *in d. cap. fin. de secund. nupt. numer. 5. vers. ad id quod de honest.*

PENNIÆ.

Calaguritan. prætensæ Confidentiæ.
Veneris 5. Iunij 1592.

ARGVMENTVM.

Iudex causarum Confidentialium, cognoscens super literis Apostolicis, quibus clausula sublata sit apposita, nulliter pronunciat.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Iudicis Confidentiarum cessat quando literis Apostolicis obstat clausula sublata, n. 1.

Sententia contra mortuum prolata est nulla, n. 2.

DECISIO LXVI.

DVbitatū in ista causa, quam proposui extra Rotam de voto tamen Rotæ cognoscenda; an sententia per Iudicem Confidentiarum lata contra Iustinum Sanctorum, & Didacum Ximenes, vel Didaci successorem Canonicos Calaguritanos, esset iusta vel iniusta.

1 DD. omisso capite iniustitiæ super quo particulariter videre voluerunt conformiter censuerunt esse nullam & reuocandam ex defectu iurisdictionis præfati iudicis, cui in casu proposito obstabat clausula sublata posita in literis Apostolicis, quibus in prædictis Canonicatus Iustinus & Didacus deputati fuerant coadiutores.

2 Rursus quantum ad Didacum ex alio etiam capite sententia erat nulla, quia lata contra illum iam mortuum *l. in summa. §. fin. ff. de re iudic.* Spec. *tit. de sent. §. iusta, num. 5. vers. vel quia is contra quem lata est mortuus erat,* Gabriel *consil. 56. numero 15. libr. 1.* & fuit resolutum coram me in vna Vicen. Augmenti die 16. Decembris 1588.

3 Considerabatur præterea an posset dici nulla ex quo facultas Iudicis non se extenderet ad istum casum, sed quia hoc pendebat ab intellectu Motus proprij fel. rec. SIXTI V. constituentis istum iudicem Confidentiarum, quod requirebat altiorem indaginem, cùm ex supradictis esset nulla, non fuit necessaria ista disputatio.

PENNIÆ.

Calaguritan. Confidentiæ.
Mercurij 1. Iulij 1592.

ARGVMENTVM.

Tractatur hìc de vi & effectu clausulæ, sublata, in literis Apostolicis appositæ.

SVMMARIVM.

Clausula, sublata, in literis Apostolicis apposita adimit Iudicibus aliter iudicandi facultatem donec eis per Papam os aperiatur. n. 1.

Clausula, sublata, vt innotescit Iudices prudentes non solent procedere priusquam per signaturam Papæ aperiatur eis os. d. n. 1.

Clausula, sublata, vbi de ea coram Iudice non opponitur non annullat processum, & sententia inde sequuta valet. numero 2. contrà & veriùs, num. 3. & seq.

Clausula, sublata, est impedimentum reale adimens inferiori iurisdictionem, & reddens illum ad iudicandum inhabilem, & sic de ea quandocumque opponi potest. num. 3.

Clausula, sublata, inhabilitat ipso iure absque eo quòd opponatur exceptio aliqua, & n. 4.

Papa per derogationem Constitutionibus, statutis, & consuetudinibus non censetur derogare clausulæ sublata, quæ tribuit priuilegium. n. 5.

Facultas à Sixto V. data iudici Confidentiarum licèt sit amplissima contra alios Iudices non propterea per illam derogauit gratiis specificis, & particularibus, præsertim illis quæ habent clausulam sublata. num. 6.

Clausula, sublata, beneficio renunciari quis non censetur si in iudicium tractus & condemnatus causam super iniustitia & nullitate sententiæ commisit. num. 7.

DECISIO LXVII.

1 QVoniam Andreas Martini qui fisco adhærebat in hac causa nolebat acquiescere Decisioni DD. qui die 5. Iunij proximè præteriti censuerunt sententiam Iudicis Confidentiarum fuisse nullam propter clausulam, sublata, DD. steterūt in decisis. Quia clausula, sublata, Iudicibus aliter interpretandi aut iudicandi facultatem tollit quæ apposita est in literis Apostolicis coadiutoriæ Iustini, & Didaci, & illis ita claudit os, vt donec & quousque per Papam aperiatur aliquid dicere non possint, Zabarell. *in cap. quia diligentia. in 6. quæst. de elect.* Gundis. de Villadieg. insignis olim Auditor *tract. de leg. quæst. 7. num. 32.* Put. *decis. 50. incip. eadem die num. 5. item quia erat clausula, lib. 1.* Paris. *consil. 5. numero 133. & consilio 38. numero 7. lib. 4.* Ruin. *consil. 21. numero 15. lib. 1.* Veral. *decis. 134. num. 4. par. 3.* & ideo laudabilis stilus seruatur in Curia vt cùm primùm de clausula, sublata, innotuerit, non prius prudentes Iudices procedant quàm per signaturam

turam Papæ aperiatur os. *decis.* 18. *incip. coram eodem.* inter miscellanea.

2 Nec refert si dicatur coram Iudice Confidentiarum non fuisse per reos oppositum de clausula, sublata, quasi propterea processus coram illo factus, & sententia inde sequuta, sustineatur, Bart. *in l. elegar ter.* §. *si quis post. ff. de cond. indeb.* Bal. *in l. non dubium, n.* 30. *C. de leg.*

3 Quia respondebatur primò de clausula, sublata, quandocumque opponi posse cùm sit impedimentum reale adimens inferiori iurisdictionem, & reddens illum ad iudicandum & procedendum inhabilem.

4 Præterea dicebatur quòd cùm clausula, sublata, inhabilitet personam Iudicis ipso iure, absque eo quòd opponatur exceptio aliqua, processus erit nullus, secundùm opin. Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de probat. sent.* §. *iuxta, super verbo, item est nulla ratione delegatorum, vers. est excommunicatus*, & Iac. de Aren. *disputatione quadam, incip. quæstio est. & seq.* Dec. *cons.* 175. *incip. in causa, n.* 2. *vers. sed præmissis minimè obstan.* quicquid ibi sentiat Gallus Parafraster *in verbo, valet*; nam Io. Andr. sententia est mag. com. Alex. *in l.* 1. §. *sublata, n.* 1. *&* 2. *ff. ad T. ebel.* Rota Genuen. *decis.* 180. *incip. nomen debitoris, num.* 8. vnde cùm in omni iudicio requiratur Iudex, actor, & reus. *c. forus. de verb. signif.* & isto agitato coram Iudice Confidentiarum propter clausulam, sublata, persona inhabili iudicium fuit nullum, cùm deficeret Iudex.

5 Minus obstat alia oppositio fisci siue Andreæ illi adhæren. clausulam, sublata, appositam in coadiutoriis Iustini & Didaci fuisse reuocatam per Constitutionem Pij Papæ IV. fuit dictum in ea solitum censeri derogari constitutionibus & consuetudinibus, & ideo non censeri derogari clausulæ sublatæ, quæ tribuit priuilegium, Bart. *in extrauagan. ad reprimendum, in vers. non obstant. vers. secundo verò casu principali.* Rip. *in c.* 1. *num.* 55. *de rescrip. in* 6. Constitutio Pij Papæ V. respuit illos qui vel ante eius editionem receperunt, & retinent in confidentiam beneficia nisi celeri dimissione sibi prospiciant, vel qui in futurum tale facinus perpetrarint, de quibus non erant isti qui nihil tale adhuc perpetrasse constabat.

6 Facultates per Sixtum Quintum Iudici Confidentiarum attributæ sunt amplissimæ contra alios Iudices, & quodlibet Tribunal quibus plenè interdicitur ne de crimine confidentiæ cognoscere audeant, non tamen derogat specificè gratiis particularibus, & præsertim illis habentibus clausulam, sublata, & per hoc respondebatur etiam ad decis. in illa Burgen. de Heline, quia cùm Concilium Tridentinum iubebat... vniones à quadraginta annis in circa per ordinarios, & habebat clausulas fortissimas derogatoriam derogatoriarum, cùm minimè ... si clausula, sublata, derogare etiam censeatur.

7 Iustinus & Didacus committentes causam non censebantur renunciasse beneficio, & clausulæ, sublata, immo ex quo tracti ipsi in iudicium, & condemnari Papam adiuerunt, & nedum super iniustitia, sed etiam super nullitate sententiæ causam committi obtinuerunt beneficium clausulæ, sublata, firmum ipsis manere voluisse censeatur.

8 Denique placuerunt DD. responsiones datæ per informantes contra fiscum, & concorditer censuerunt sententiam fuisse nullam & infirmandam.

PENNIÆ.

Camerinen. bonorum. Mercurij 4. Octobris 1592.

ARGVMENTVM.

Ponuntur nonnullæ coniecturæ quæ arguunt simulationem in instrumento venditionis.

SVMMARIVM.

Simulatio præsumenda regulariter non est nisi de causis simulationis constiterit. n. 1.

Simulatio coniecturis probatur. d. n. 1.

Coniecturæ quæ sufficiant ad inducendam simulationem in instrumento, iudicis arbitrio relinquitur. d. num. 1.

Ponuntur nonnullæ coniecturæ quibus simulatio arguitur. num. 2.

Clausulæ insolitæ & contra ordinarium stilum in instrumento appositæ arguunt simulationem. n. 3.

Simulatio præsumitur inter personas coniunctas contrahentes. n. 4.

Mulieres non præsumuntur facilè donare. n. 5.

Simulationis maxima præsumtio est si dominium rei venditæ post venditionem remaneat ad ipsum venditorem. num. 6.

Simulatio arguitur ex recusatione, & renitentia in exhibendo instrumentum. n. 7.

DECISIO LXVIII.

POst disputationem multorum dubiorum in ista causa cùm DD. ordinassent, vt ad fauorem D. Achillis Cybo pronunciarem pro parte D. Baldi Mauritij, & litis consortum, producta fuerunt quædam instrumenta venditionis tenutæ della Roccheta, super qua erat lis; factæ per D. Theodorinam Cybo ad fauorem Catherinæ Ducissæ de Camerino, quoniam pro parte Achillis opponebatur de simulatione dictæ venditionis, & dicebatur ideo facta, vt posset illam Theodorina Martiæ nepoti suæ in dotem dare in præiudicium suorum filiorum, propterea dubitaui an instrumentum factæ venditionis esset releuans vel simulatum ad effectum de quo agitur, quod proposui vna tantùm parte informante, quia alia pars quamuis sæpius citata non comparuit.

Et licèt regula sit non esse præsumendam simulationem nisi de causa simulationis constiterit, Crauet. *cons.* 145. *num.* 2. Bald. *cons.* 389. *num.* 1. *vers. in contrarium. lib.* 4. Rot. *decis.* 1. *de donat. num.* 2. nihilominus cùm simulatio coniecturis probari possit, Crauet. *consilio* 156. *num.* ... Dec. *consilio* 14. *numero* 6. *versic. simulac enim, & consil.* 692. *num.* 1. & arbitrio Iudicis relinquitur quales coniecturæ ad hunc effectum sufficiant, Bald. *consil.* 311. *num.* 12. *lib.* 5. Paris. *cons.* 55. *n.* 28. *lib.* 1. Couarr. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 9. *n.* 3. *in fine.* in casu proposito & causam simulandi, & sufficientes coniecturas ad probandum simulationem DD. concurrere censuerunt. 1

Causa simulandi fuit vt sub velamine venditionis tenutra daretur in dotem dominæ Martiæ in præiudicium aliorum filiorum, sicut effectus subsequutus monstrauit; nam Martia in dotem tenutam accepit. 2

Coniecturæ item multæ concurrebant. Primò quoniam in instrumento procuræ & venditionis datur facultas ad concordandum de pretio, & illud promittendum sub certis terminis, & dilationibus, & nihilominus Theodorina venditrix fatebatur sibi fuisse satisfactum diuersis vicibus, temporibus & diebus, quod ante mandatum procuræ factum fuisse via intelligi poterat, cùm ex illius tenore contrarium appareret, minus in tempore intermedio propter paruum eius interuallum: nam à die procuræ vsque ad diem venditionis solùm intercesserunt nouem dies, qui verisimiliter fuerunt consumti in transmittendo mandato à Ciuitate Camerin. ad Vrbem vbi Andreas de Albreis Procurator à Ducissa constitutus degebat, & in itinere huius procuratoris ab Vrbe Roma ad ciuitatem Vrbeuetanam, vbi venditio fuit celebrata, præsertim cùm Theodorina fateatur diuersis vicibus, diebus, & temporibus se in contanti à dicta emtrice maximam pecuniarum quantitatem ascendentem ad summam duorum millium, & centum ducatorum accepisse.

Accedebant clausulæ quædam insolitæ, qualis erat, 3 renunciatio expressè facta non numeratæ pecuniæ, plures in instrumento repetita, item illa non spe futuræ numerationis

meratiionis quæ pooebatur post confessionem de recepto contra ordinarium stilum: nam hinc etiam arguebatur simulatio, Paris. *cons.* 55 *num.* 51 *lib.* 1 Natt. *cons.* 198. *num.* 13. & 15 *lib.* 1.

4 Simulationem propterea arguebat, quia venditio fiebat D. Ducissæ de Camerino, nepti quoque ipsius Theodorinæ: nam personalis coniuoctio ita sæpe facit præsumere, Natt. *cons.* 443. *n.* 10. *libr.* 2. Barbat. *cons.* 22. *numer.* 6. *lib.* 4.

5 Euentus subsequutus eandem arguit simulationem, quia emtrix tenutam præfatam dedit in dotem Martiæ, expressè caués vt si Martia sine filiis decederet ad Martiæ proximiores consanguineos dicta tenuta reuerteretur. si enim emtio simulata non fuisset, cùm mulieres non facilè præsumantur donare, Soc. *cons.* 20. *num.* 8. *lib.* 3. Ducissa non fuisset ita liberaliter donatura.

6 Concurrebat propterea potens illa simulationis præsumtio, quia Theodorina post celebratam venditionem semper vsque ad obitum remansit in possessione tenutæ, Corn. *cons.* 135. *num.* 5. *vers. insuper simulatio. lib.* 1. Castrens. *cons.* 74. *num.* 2. *secun l. consect. lib.* 2. Cepol. *tract. de simul. contract. præsumt.* 24. *n.* 164.

7 Postremò magna præsumtio simulationis hîc oriebatur ex retardatione productis huius instrumenti per spatium quinquaginta annorum, quibus d. Catherina Ducissa & successores sui litem sustinuerunt, & ex recusatione, siue renitentia in eo exhibendo arguitur simulatio, Cepol. *tract. cit. præs.* 20. *numer.* 144. Ias. *in l. non dubium. num.* 49. *C. de leg.* Dec. *cons.* 299. *num.* 9.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Mediolanen. Pecuniaria.
Mercurij 9. Decembris 1591.

ARGVMENTVM.

Pactum quòd damna & interesse nō possint taxari vltra quinque pro centenario quolibet anno, non est vsurarium, nec eo tenetur debitor ad aliquod interesse, nisi eo probato.

SVMMARIVM.

Pactum, quòd damna & interesse possint taxari quinque pro centenario quolibet anno, & non vltrà, non est illicitum, nec ex eo debitor tenetur præstare aliquod interesse nisi eo probato, n. 1. *& n.* 3.

Interesse taxatum ad quinque pro centenario dicitur proportionabile, & non excessiuum, ideo talis taxatio valet, n. 2.

Interesse non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis debetur mercatori solito negociari, n. 2.

Interesse lucri cessantis non potest deduci in pactum, nisi mora præcesserit, declara vt n. 3.

Contractus vt valeat, omnis interpretatio facienda est. num. 3 *in fine.*

DECISIO LXIX.

1 DOmini in ista secunda propositione dubij recesserunt à decisiooe facta: moti fuerunt ex eo, quòd pactum quoad damnum & interesse possit taxari præcedente iuramento D. Andreæ, vsque ad summam librarum quinque pro singulo centenario, & anno, & noo vltrà, non est illicitum, cùm non contineat taxationem certam, & vniformem, & concurrat commodum debitoris, qui ad præstationem huius summæ non est obligatus, nisi verè interesse probetur, Natt. *cons.* 450. *numer.* 2. & fuit resolutum coram me in vna Romana Cambiorum de Gradis 19. Iunij huius anni. Et si interesse excederet istam summam, non est obligatus præstare maiorem quantitatem, vltra istam summam, *auth. post iusiurandum. C. de iudiciis.*

Præterea considerabant DD. quòd interesse est limitatum ad rationem quinque pro centenario, ideo contractus noo est illicitus, cùm interesse sit proportionabile, & non excessiuum, Neuiz. *consil.* 75. *num.* 5. Couarr. *var. resolut. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 4. & fuit resolutum in vna Placentina Castri S. Angeli 19. Martij eiusdem anoi coram bonæ memoriæ Cæsare de Grassis. Tanto magis quia Andreas est mercator, & solito negotiari conceditur non solùm interesse damni emergentis, sed etiam lucri cessantis, *l. si conuenisset. ff. rem ratam haberi. l.* 3. *§. vltimo. ff. de eo quod certo loco.* Dec. *consil.* 441. *numero* 13. & 14. Marc. *de pact. consil.* 49. 2

Nec videbatur Dominis obstare, quòd pendente dilatione non posset deduci in pactum interesse lucri cessantis, nisi mora præcesserit, quia hoc procedit quando non est taxatum interesse certum, Couarr. *sub d. num.* 5. in hac autem specie pactum oon continet taxationem certam, & est adiectum ad fauorem debitoris ne sit obligatus vltra istam summam; ideo non est illicitum. Præterea etiamsi proponeretur contractum esse illicitum, si pactum intelligeretur de interesse lucri cessantis, fuit dictum istam promissionem solutionis damnorum & interesse, vt contractus valeat, esse intelligendam de interesse damni emergentis, & non lucri cessantis, *l. quoties. ff. de reb. dub. l. ambiguo. ff. de legib.* 3

ILL. D. CARD. MANTICÆ.

Abolen. Parochialis Diui Thomæ.
Lunæ prima Februarij 1593.

ARGVMENTVM.

Gratia dicitur subreptitia, quando in eo non fuit expressum id, quod si fuisset expressum, Papa, aut gratiam non fecisset, aut difficiliùs fecisset, & hinc infertur ad clericum, qui in impetratione beneficij defectum natalium tacuit.

SVMMARIVM.

Gratia dicitur subreptitia, quando supplicans non expressit id, quod si expressisset, aut gratiam non obtinuisset, aut sanè difficiliùs. numero 1. *& numero* 3. *vbi quòd in hoc attenditur stilus Cancellariæ, & signaturæ.*

Dispensatus ad obtinenda quæcumque beneficia non tenetur aliam illegitimitatis seu dispensationis facere mentionem. n. 2.

Legatus non potest dispensare cum illegitimo, nisi hoc ei specialiter à Papa fuerit concessum. n. 2.

Clericus illegitimus nisi fuerit super illegitimitate specialiter dispensatus, non potest beneficia obtinere, etsi generaliter ad quæcumque obtinenda beneficia dispensatus fuerit. n. 2. *& seq.*

DECISIO LXX.

CVm hæc causa ageretur per audientiam literarum contradictarum, dubitaui an resignatio parochialis facta à Gundisaluo del Varco ad fauorem Marci Lopez sit nulla in casu, de quo agitur, & die 29. mensis præteriti, dubium proposui, nec potui capere resolutionem, quia DD. qui videtant inter se, dissentiebant. Cursus dicta die prima Februarij, proposui dubium, 1

quinque

quinque ex sex Dominis qui videtant immo dissensezant, in eandem sententiam conuenerunt, vt resignatio propter vitium subreptionis sit nulla: nam Marcus Lopez in supplicatione non expressit se esse filium Sacerdotis, quod si expressisset, aut gratiam non obtinuisset, aut sanè difficilius, quo casu gratia ipsa intelligitur subreptitia, *cap. 2. de fil. presbyt.* & ibi Doct. *in c. postulasti. de rescript. & c. super literis.* & ibi Doctores omnes, & maximè Abb. *num. 7. in fin. eod. tit.* idémque Abbas *in c. ad aures. n. 4. & in cap. in nostra. num. 9. cum seq. eodem tit.* & Felyn. *ibidem. numer. 10. cum multis seqq. & in d. cap. postulasti, numer. 13. & num. 17. cum seq.*

2 Non obstat quòd ipse Marcus à Nuntio Hispaniarum ad obtinenda quæcumque beneficia sit dispensatus, & consequenter non fuerit necesse aliam illegitimitatis seu dispensationis facere mentionem, Rota *decis. 3. de fil. presbyt. in antiq.* quia primò fuit ostensum de facultatibus Nuncij non constare, nec legatum cum illegitimo posse dispensare, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, glos. *in c. 1. vers. Sedes Apostolica*, & ibi Doct. *de fil. presb. libr. 6.* Paris. *cons. 36. num. 26. libr. 4.* Rebuff. *in pract. benef. dispen. super defect. nat. num. 45.*

3 Secondò etiamsi de speciali potestate ipsius Nuncij constaret fuit responsum communem stilum Cancellariæ, seu Signaturæ tempore fel. record. Sixti V. fuisse & esse notorium, videlicet noluisse spuriis conferre beneficia etiamsi ad obtinenda quæcumque beneficia fuissent dispensati, & quoties in supplicatione exprimebatur, quòd dispensationes oratoris haberentur pro expressis, cùm fuerit solitum addere hæc verba, *præterquam ex defectu natalium*, qui quidem stilus Dominis non est incognitus, & testium depositionibus comprobatur; quare cùm de huiusmodi defectu natalium nulla mentio facta fuerit, gratia redditur subreptitia: nam cùm quæratur si esset expressum id, quod fuit tacitum, an Papa esset gratiam concessurus, vel difficiliùs concessurus, inspicitur communis stilus Cancellariæ, seu Signaturæ, aliàs hoc nunquam potest intelligi, vt ex mente Lap. explicat Socin. sen. *cons. 164. n. 5. lib. 2.* Felyn. *in cap. super literis. num. 18. ac in cap. mater. num. 51. de rescript.* Io. de Selua *de benef. par. 3. q. 72. num. 51.* Cassad. *decis. 12. num. 14. de preben.* Put. *decis. 187. num. 6. lib. 1.*

4 Quod multo etiam magis in casu proprio DD. dicebant esse recipiendum, ac esse indubitatum, quia defectus natalium non fuit expressus in processu ex notabili ignorantia, vel simplicitate, sed ex calliditate: nam cùm idem Marcus intellexisset Papam eius supplicationem propter defectum natalium in ea non expressum reiecisse, postea dedit operam, vt iste natalium defectus ex alia supplicatione supprimeretur, vt ex adductis apparet, & liquidè constat de vitio subreptionis, & Papam, si natalium defectus fuisset expressus, huiusmodi resignationem quàm semel reiecit nullo modo ad fauorem ipsius Marij fuisse concessurum, atque ita conclusum fuit resignationem nullius esse momenti, &c.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Mediolanen. Vsurarum. 5. Aprilis 1593.

ARGVMENTVM.

Contractus emtionis & venditionis an & quādo reputetur vsurarius ex modicitate pretij, & pacto de retrouendēdo in dicto contractu apposito.

SVMMARIVM.

Contractus emtionis & venditionis licitus præsumitur & non vsurarius, num. 1.

Notarius laicus deputari non potest ad recipiendum iuramenta testium contra clericum, cùm sapiat iurisdictionem. num. 2.

Instrumenta venditionis terrarum eiusdem qualitatis probant communem valorem, & excludunt pretij modicitatem. n. 3.

Pretij sola modicitas non reddit contractum vsurarium. num. 3.

Pactum de retrouendendo appositum in contractu emtionis & venditionis, quando fuit longè post contractum adhibitum, puta inde ad tres annos, non arguit simulationem contractus. num. 4.

DECISIO LXXI.

1 PRo informante, scilicet contractum emtionis & venditionis terrarum, de quibus agitur fuisse licitum, & non vsurarium, talis enim in dubio præsumitur. *l. si ea pactione. C. de vsur.* Glos. *in cap. fin. in verb. dubicatur, eodem tit.* Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.* Dec. *consil. 308. sub num. 5.*

2 Neque obstat asserta modicitas pretij, quia de ea deponant tantùm testes nulliter examinati, videlicet à Notario laico deputato ad recipiendum omnes & quoscunque testes per Dominos de Risiis producendos, cui hæc commissio fieri non potuit, cùm sapiat iurisdictionem, per ea quæ not. *in Clem. iudices.* vbi Vitalin. *numero 24. de offic. deleg.* & ideo seruanda erat forma *cap. statutum de rescript. in 6.* vt per Ægid. *decis. 43. numero 624.* Rota *decis. 8. de offic. deleg. in nou.* Put. *decis. 171. libro 1.* & fuit resolutum coram R. P. D. meo Blanchetto in causa Ægitanen. Decimarum de anno 1577.

3 Vltra quod isti testes patiuntur notabiles exceptiones, vt per informantes pro D. Sacripante, & eorum probatio redditur suspecta ex pluribus instrumentis venditionum terrarum eiusdem qualitatis, quæ probant communem valorem, & excludunt prætensam pretij modicitatem. ad not. per Bald. *in l. vnic. numero 64. C. de sent. quæ pro eo, quod interest*, Alex. *in l. Falcid. §. corpore. sub numero 11. ff. ad l. Falcid.* Cagnol. post Bart. & alios *in l. 2. sub numero 233. versiculo quando producerent multa instrumenta. C. de rescind. vendit.* & in omnem euentum sola modicitas pretij non reddit contractum vsurarium, licèt præstet causam alius rescissioni, quatenus læsio excedat dimidium iusti pretij. iuxta *l. 2. C. de rescind. vend.* cum ibi notatis.

4 Neque obstat pactum de retrouendendo, quia illud non fuit appositum in ipso contractu emtionis & venditionis, sed longè postea ex interuallo, videlicet inde ad tres annos, & vulgare est ea, quæ ex interuallo fiunt, non posse adduci ad probandam simulationem, Bald. & Ang. *in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. obligat.* Afflict. *in cap. 1. in princ. numero 6. de feud. dato in vim legis commiss.* Alex. *in consil. 28. sub numero 7. lib. 5.* Dec. post Butrig. Bart. & alios *in l. pacta nouissimo. numero 10. C. de pactis.* & in terminis promissionis de retrouendendo ex interuallo appositæ, non obstante iniustitia pretij, Veronen. *in tract. de simulat. contract. sub numero 5. versiculo 1. casu.* Abb. *consilio 69. sub numero 1. libro 2.* Alexand. *in consilio 28. sub numero 7. libro 5.* Ripa *in l. nemo potest. numero 73.* post Bart. *ibi. num. 71. ff. de leg. 1.* Aym. *consilio 114. sub numero 5.* latè Cagnol. *in l. 2. sub numero 230. C. de pact. inter emtor. & venditor.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfatio numero 6.* Osasch. *decis. Pedem. 41. numero 10.* & tenuit Rota, vt per Caputaq. *decis. 163. numero 12. part. 3. in impress.* & de anno 1588. sub die 1. Aprilis in causa Placentina terrarum de Campognanis coram R. P. D. Orano, & ita fuit conclusum, &c.

PENIÆ

PENIÆ DECANI.

Mediolanen. de Casata.
Veneris 30. Aprilis 1593.

ARGVMENTVM.

Ponuntur nonnullę coniecturæ, quibus copula carnalis probatur. & quomodo procedat illa regula, quòd filij præsumũtur potius ex proprio viro quàm ex adultero nati.

SVMMARIVM.

Dispensatio videbitur subreptitia ab non qualitatem expressam. n. 1.

Copula probatur ex confessione cohærentium inter se. d. n. 1. in fin.

Copula probatur per publicam vocem & famam. n. 2.

Copula probatur ex filiorum susceptione. n. 3.

Copula probatur quando aliquid filio concubinæ relinquitur. n. 3. in fin.

Filij de iure præsumuntur potius ex proprio viro quàm ex adultero nati n. 4.

Præsumtio quòd filij censeantur potius ex viro quàm adultero nati non habet locũ quando concurrunt nominatio, tractatio, & reputatio. n. 5.

Coniecturæ ex quibus apparet de adulterio excludunt præsumtionem quæ facit pro legitimatione filiorum. n. 5. in fin.

Affinitatis præsumtio oritur ex actibus indicantibus copulam carnalem ad susceptionem prolis quæ difficilem recipit probationem in contrarium, nisi in foro conscientiæ. n. 8.

Copulæ carnalis præsumtio non excluditur ex eo quòd quis fuerit bannitus, quia potest esse bannitus, & nõ seruare bannum. n. 7.

DECISIO LXXII.

1 QVia contra dispensationem productam pro Matthæo, & fratribus de Casata in primis opponebat Fabritius quòd mulieres consanguineæ, quas carnaliter Antonius se narrauarat cognouisse, fuerint sorores carnales, quæ qualitas cùm fuisset tacita, dispensationem reddiderat subreptitiam, Abb. *in c. cùm dilecta. num. 5. de rescript.* Bero. *in c. super literis in prima & secunda lectura. n. 1. eodem tit.* latè Menoch. *lib. 2. arbitr. iud. cas.* 201. *num.* 9. *& seq.* & die 19. Februarij fuit conclusum constare istas mulieres fuisse sorores, restabat videre an constaret de copula Antonij cũ eisdem super quo causa sępe proposita, tandem in hac positione fuit per DD. resolutum constare de copula Antonij cum Catherina, quam in primis probabat confessio propria eorundem Antonij & Catherinæ, de qua deponebat secundus testis super 20. & 21. & tertius super 23. & 25. & septimus super 21.

2 Item publica vox & fama de qua testificabatur primus testis super 20. & 35. & secundus super 20.

3 His accedebat quia Antonius nõnullos filios susceperat ex Catherina quos tractauit, nominauit & reputauit tanquam filios suos, vt probant primus & secundus testes super 25. & 26. & tertius super 25. & quintus super 35. & octauus super 25. & decimus super 24. & vndecimus super 25. ista enim filiorũ susceptio naturaliter sine carnali copula non poterat contingere, vt dic. Soc. iun. *cons.* 32. *n.* 20. *lib.* 2. quinimmo ad probandam copulam carnalem sufficit quòd aliquid fuerit relictum filio concubinæ, Paris. *cons.* 57. *n.* 33. *lib.* 4.

4 Neque prædictis obstabat quòd Catherina dicebatur Farinac. Cons. crim. libr. 2.

habere maritum, vnde intrabat regula quòd filij præsumerentur potius proprij viri quàm adulteri.

5 Nam præterquam quòd non videbatur sufficienter probatum matrimonium, cùm hîc non disputaretur cuius reuera filij forent, & constaret illos ab Antonio tanquam proprios fuisse tractatos, habitos, & nominatos, inde consequebatur eũ carnaliter cognouisse eorum matrem Catherinam, & ideo eius filios putari, quamquam fortassis filij mariti esse potuissent, & tales de iure præsumendi forent, *l. miles. §. defun. lo. ff. ad l. Iul. de adult.* ista enim præsumtio non habet locum quando concurrunt nominatio, tractatio, & reputatio, Anch. *cons.* 225. *incip. videtur prima facie. n.* 6. Ias. *consil.* 225. *numer.* 8. *lib.* 4. cum alijs congestis per Gabr. *tit. de præsum. conclu.* 14. *numer.* 15. quoniam ex istis coniecturis, ex quibus apparet de adulterio, excluditur illa præsumtio quæ facit pro legitimitate, Corn. *cons.* 1. *numer.* 22. *lib*... Caputaquen. *decis.* 110. *incip. licèt ex coniuga: a natiu. libr.* 1. *in manuscrip.*

6 Confessio Fabritij super legitimitate Matthæi, & fratrum de Casata ei non præiudicabat, tum quia ostenso errore poterat reuocari, tum etiã quia iuris potius quàm facti confessio censenda putabatur.

7 Remissio banni facti de anno M. D. XXXVIII. per bon. mem. Carolum V. Imperatorem non probabat concludenter Antonium annis præcedentibus, de quibus testes deponebant, de illius consuetudine carnali cum Catherina commoratum in oppido fabricæ, cùm circa hæc multa interdum & permissiuè multa quoque clam fieri soleant, potuit enim esse bannitus, & non seruasse bannum, præsertim in loco Montano distanti à Mediolano per 25. mill. & tempore quo Ducatus Mediolani bello infestabatur.

8 Quod dicebatur de seminis emissione probanda sine qua non contrahitur affinitas, videbatur satis leue, quia ex actibus indicantibus carnalem copulam ad prolis susceptionem, oritur talis præsumtio affinitatis quæ non facile recipit probationem in contrarium, nisi in foro conscientiæ, Petr. de Palud. *lib. 4. sent. dist. 41. quæst. 1. art. 3. concl.* 1.

De copula cum Francisca altera Catherinæ sorore, & de exceptionibus oppositis contra testes DD. particulariter videre voluerunt, &c.

GIPTII.

Feretiana Matrimonij. Lunæ 28. Iunij 1593.

ARGVMENTVM.

Stuprans & deflorans puellam sub spe futuri matrimonij, tenetur illam in vxorem ducere, etiam quòd sponsalia non fuerint iurata, & etiam quòd sponsalia fuerint clandestinè contracta.

SVMMARIVM.

Apocha confecta de manu tertij asserentis illam scripsisse de mandato vtriusque partis, & non habentis aliquod interesse, plenè probat, etiam quòd fuerit subscripta ab vna tantùm parte. n. 1. & 2.

Matrimonium plenè censetur probatum, si cum semiplena probatione concurrunt coniecturæ, & præsumtiones. n. 3.

Stuprans & deflorans puellam sub spe futuri matrimonij tenetur illam in vxorem ducere, etiam quòd sponsalia non fuerint iurata. n. 4. & 5. vbi etiam quòd sponsalia fuerint clandestinè contracta.

DECISIO LXXIII.

1 REsolutum fuit sententiam de paribus, quæ in iudicatum transierat, esse iustam & exequendam, quoniam ex lectura apochæ in actis productæ, apparet Illustrissimum Dominum Fridericum Fregosum sponsalia cum D.Lauinia de Bonaguillis contraxisse, & illa per anuli missionem subarrhare promisisse.

2 Nec ad rem pertinet, quòd solus ille testis, qui apocham de mandato vtriusque partis scripsit, recognoscat subscriptionem præfati Illustrissimi D. Friderici, quia formiter fuit examinatus, & medio iuramento bene tractatum præcedentem & totam seriem huius facti, & de facto proprio absque eius interesse deponit, quo fit, vt magis ei credendum sit, Innoc. *in c. inquisitione, de accus.* Aym. *consilio 2. numero 9. & cons. 73. numero 30. in fine*, maximè cùm in quatuor literis missiuis D. Fridericus Lauiniam eius vxorem appellet, & multa alia dicat ex quibus satis huiusmodi probatio coadiuuatur.

3 His accedit quòd si apocha non fuisset ab eo subscripta, non fecisset omnem conatum, & etiam mittendo homines armatos pro illius recuperatione, prout deponunt testes. Et quando cum semiplena probatione concurrunt cõiecturę, & præsumtiones, tunc bene probatur matrimonium, Gem. *in c. & quia. in glos. in verbo, manifestas. de vsur. in 6.* Dec. *consil. 163. num. 28.* Grat. *consil. 18. in fine vol. 2.*

4 Erit igitur cogendus Illustrissimus D. Fridericus etiam sub censuris ecclesiasticis ad contrahendum matrimonium cum D.Lauinia, quam sub promissione, & spe futuri matrimonij desflorauit. *c. 1. & 2. de adult. c. ex literis. c. sicut. & c. requisiuit. de spons.* esto quòd sponsalia nõ fuerint iurata. *c. de illis. c. ex literis. in 3. not.* Felyn. *in c. 1. n. 12. de pact.* cum aliis citatis, & sæpius fuit resolutum, & nouissimè coram R.P.D. meo Blanchetto in vna Abulensi Matrimonij 28. Maij præsenti.

5 Non obstat si dicatur matrimonium esse clandestinum, propterea intrare Concilium Tridentinum *de reform. matrim. c. 1. sess. 23.* quoniam promissio Friderici solùm continet sponsalia de futuro, quæ in matrimonium transire debebant, secundùm præcepta S.R.E. propterea non intrat d. Concilium, & ita concluserunt DD. vna tantùm parte informante.

ILL. D. CARD. ARIGONI.

Romana Fideiussionis. Lunæ 15. Iulij 1593.

ARGVMENTVM.

Fideiussio vxoris pro viro carcerato ex causa ciuili an valeat stante iuramento mulieris, & decreto Iudicis in contractu appositis.

SVMMARIVM.

Fideiussio facta ab vxore pro liberatione sui viri è carceribus etiam si sit iuramento vallata, & cum decreto Iudicis, si ex illa remanet penitus indotata, & sine aliquibus bonis, est nulla & inualida. num. 1

Quamuis contrà quando remanent bona viri super quibus mulieri est consultum pro dote. n. 2. vbi quomodo procedat ista secunda opinio.

Fideiussio vxoris pro viro tunc demum valet, quando vir detinetur in carcere pro causa criminali, & non propter æs alienum. num. 3. vbi etiam quòd tunc demum potest sustineri pro causa ciuili, quando illa ex tali obligatione non remanet penitus indotata, secus si contra.

Superioris decretum seu autoritas non tollit damnum, & læsionem. n. 4.

DECISIO LXXIIII.

OCtauius Roncionna, qui propter æs alienum detinebatur in carceribus, fuit excarceratus cum fideiussione Dorotheæ suæ vxoris de illo repræsentando sub pœna debiti, & quia postea Dorothea prætendebat dictam fideiussionem fuisse inualidam, creditores verò nitebantur ostendere illius validitatem propter iuramentum, & decretum superioris, & præsertim quia fuit facta pro liberatione viri à carceribus, dedi dubium super validitate prædictæ fideiussionis, & cum præsupposito, quòd Dorothea remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, pro maiori parte fuit resolutum esse inualidam, non obstante quòd fuerit facta cum iuramento, iuxta Abb. *in cons. 8. sub numer. 6. in 2. par.* Paris. *in cons. 75. numer. 13. cum seqq.* Io. Lopez *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. numer. 15. & 16. versicul. intellige tamen, & numer. 18.* quem etiam referunt, & sequuntur Modern. *in tract. de iureiur. in prin. 75. numer. 12.* Bero. *cons. 48. præsertim num. 13. vol. 1.* & secundùm hanc opinionem post longas disputationes fuit quoque iudicatum per Senatum Pedemontanum, prout refert Thes. *decis. 223. sub n. 12. vers. senatus post multas disputationes.* 1

Et licèt multi DD. videantur tenere contrariam sententiam etiam in casu quando extant alia bona viri, super quibus mulieri sit consultum pro dote sua, nihilominus quamplures ipsorum non loquuntur, quando mulier remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis: nam bene fieri potest vxorem se viro obligasse, & fideiussisse, vel renuntiasse hypothecæ, & non remanere tot bona viri, in quibus posset releuare indemnis circa illam quantitatem pro qua se obligauit, vel renuntiauit, & tamen remanere indotatam. In casu verò, quando remanet indotata, tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, prout dicit Abb. *in dict. consilio 8. sub numero 6.* Ioan. Lop. *in dict. rubr. de donat. inter vir. vxor. §. 17. sub numero 18. versicul. Nam & reipublicæ interest*, quo difficilius sustineri potest, & propter etiam enormissimam læsionem iuramentum non obstat, vt per Paris. *dict. consil. 75. num. 18. & 19. volum. 3.* Socin. iun. *in consil. 47. numer. 7. cum sequentib.* qui loquitur de fideiussione, *volumin 4.* Cassad. *in decision. vn. de emt. & vendit.* 2

Ex quibus quoque resoluitur id quod deducebatur de fideiussione facta occasione excarcerationis viri, vltra quod omnes ferè Doctores loquuntur, quando vir detineretur in carcere, ex causa criminali, vel esset apud hostes, nihilominus etiam, quòd idem esset dicendum quando detineretur in carcere propter æs alienum in causa ciuili, prout nonnulli videntur loqui, procederet in casu, in quo mulier non remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, secus verò quando remaneret indotata, *iur. alleg.* 3

Non obstat decretum visitationis, quia decretum, seu autoritas superioris non tollit læsionem, & damnum, Ægid. *decis. 503.* Anch. *consil. 69. paulo ante numerum 4. vers. sed de iure commum.* 4

PENIÆ.

Romana Pecuniaria de Grandis. Lunæ 11. Octobris 1593.

ARGVMENTVM.

Ponuntur nonnullæ coniecturæ, quibus simulatio excluditur in contractu donationis, qui prætendebatur in fraudem creditorum celebratus.

SVM

SVMMARIVM.

Coniectura non sufficiunt ad arguendam simulationem nisi etiam constet de causis simulationis.n.1.

Testis interessatus non probat.n.2.

Testis non concludens in suo dicto non probat.d.n.2.

Testis dictum æquiuocum,& dubium contra producentẽ interpretari debet n.3.

Testis vnicus non probat.n 4.

Confeßio donantis simulationem arguens facta post donationem non præiudicat donatario qui donationem acceptauit,& in quem fuit translatum dominium bonorum donatorum.n.5.& seq.

Vicinitas actuum arguit simulationem.n.8.

Doctrina Bal.in rub.C.de reuoc.his qua in fraud.creditorum.n.4.reprobatur.n.9.

Simulatio non arguitur ex eo quòd quis super re donata imponat censum post donationem.n.10.

Simulatio nõ arguitur ex donatione omnium seu maioris partis bonorum,quando illa fuit facta ante contractum as alienum.n.11.

Insinuatio donationis in actis publicis redacta iuxta formam statuti excludit cõtractum clam esse celebratum.n.12.

DECISIO LXXV.

1 LIcèt in vltimis audientiis ex ordine Rotæ potuissem expedite causam, tamen vt satisfacerem creditoribus D.Alexandri de Grandis volui ipsos audire super eisdem,& in hac positione vtraque parte informante, & causa bene discussa DD. steterunt in decisis sub die 22.Aprilis 1592.Videlicet donationem factam per D. Alexandrum D Leliæ eius vxori fuisse validam, non simulatam, aut in fraudem creditorum factam; quamquam enim pro parte multæ coniucturæ adducerentur ad simulationem probandam, quia tamen nnn constabat de causa simulandi coniecturę non releuabant,Bart. & alij *in l.post contractum.ff.de donat.*item Bar.*consf.69.num.9.*& fuit decisum in Mediolanen. Iuris patronatus coram R.P.D.Blanchetto die 11.Septembris 1577

2 Primò enim causa simulandi non probatur ex testibus,quia tertius & quartus nihil dicebant circa prætensam fraudem;secundò tanquã interessato non creditur. *l.omnibus.C.de test.l.nullus.ff.de test.* Bald.*consf.10. numer.5. libr.5.*Crau.*consf.99.numer.2.* quintus nempe vltimus D. Hercules Tassonus dum referebat se ad quandã testificationem aliàs per ipsum factam,in qua asserebat D.Alexandrum sibi dixisse sequentia: *Bisogna che io proueda che il Cardinale non mi dia ogni di fastidio di questa sigorta.* Non probant aliquam simulationem vel fraudem; nam ex prædictis D. Alexandri verbis non concluditur quòd voluerit sibi prouidere simularè vel fraudolenter bona sua omnia donando,cùm multis aliis modis sibi præcauere potuisset, vel per recusationem nolendo amplius fideiubere,vel faciendo sibi dare sufficientem assecurationem,& plenariam cautionem, vel per recessum ab Vrbe,vel alio quopiam modo licito,& honesto, Guliel. de Cun.*in l.1.C.de his quib.vt indign.* & ibid. Iacob.de S. Georg.*n.7.*

3 Vnde cùm depositio testis non concluderet certum propositum producentis,non poterat dici aliquid probare ad eius fauorem,quinimmo cùm esset dubia & æquiuoca contra producentem veniebat interpretanda. Bart.*in l.inter stipulantem.§.1.n.6 de test.in antiq.*

4 Remanebat itaque solus primus testis qui & quia vnicus & quia non videbatur DD.omnino integer, & omni exceptione maior,non probabat intentionem creditorum,

5 Præterea dicebatur quòd cùm nullus ex testibus deponeret de tẽpore factæ donationis de quo simulationẽ vel Alexandri confessionem probare oportebat,sed longè post donationem, non poterat donatariæ in qua fuerat translatum dominium, & ipsam donationem acceptauerat,præiudicare.Ant.de Alexandr. inter cons. Rosfredi *consf.52.num.46.versic.vltimo ad probandum simulationem.*Alex.*in d.l.post contractum.n.33.de donat.* Rol.*consil.58. incip.quoniam veritas.n.10.lib.2.*

6 Nec dicebat contrarium, Soc.*consil.264. num.2.versic. sextò arguitur.lib.2.*cùm ibi loqueretur de confessione facta antequam contraheretur.

7 Rursus neque ex facto subsequuto probata videri poterat aliqua simulatio: nam respectu fideiussionis factæ ad fauorem D. Cardinalis Estensis paulo post donationem simulatio excludebatur ex eo quòd penès D.Alexãdrum remanserunt bona longè maioris valoris quàm importet fideiussio.

8 Respectu aliarum fideiussionum minus poterat comprehendi aliqua simulatio, cùm fuerint factæ longè post ipsam donationem de quibus propterea tempore donationis cogitatum non fuerat, vnde ad concludendam simulationem non intrabant trad.per *Bart.*& Doct.*in l.post contractum.ff.de donat.*qui ad effectum considerant vicinitatem actuum.

9 Doctr Bald.*in rubr.C.de reuoc.his qua in fraud.cred. num. 4.* Non obstat huic decisioni quia licèt verum non sit secundùm magis communem opinionem illud edictum reuocatorium nedum habere locum fauore creditorum extantium tempore aliænationis, sed etiam respectu futurorum,quod etiam vol.glos.*in auth.sed tam. C. de donat. ante nupt.*& Bart.*in l.ait prætor.§.ita demum.num.2.versic.sed nihil apparet.*

Cùm tamen nulla causa simulationis iam sufficiens probaretur, non poterat esse locus coniecturis adductis pro parte creditorum.

Quòd Alexander postea tanquam dominus imposuerit censum super vno Casale in donatione comprehensa, non fuit iudicata sufficiens præsumtio simulationis. Cùm potuerit verè & validè sine fraude donare, & postea mutata voluntate inuita seu contradicente vxore super re donata contrahere. Ægid.*decisio.125.incip. non per hoc.* Rota *decision.1. de donat.in nouiss.* 10

Præsumtio illa simulationis de donatione facta omnium,vel saltem maioris partis bonorum tollebatur ex eo quòd fuit facta longè ante contractum æs alienum, Bart.*in d.l.post contractum.n.2.* 11

Postremò illam præsumtionem de contractu clam celebrato,ex quo creditores nitebantur deducere simulationem,excludebat insinuatio in actis publicis Capitolinis iuxta formam statutorum Vrbis, Ale. *in d.l.post contractum.n.50.* 12

Ad alias coniecturas placuerunt DD. responsiones datæ in decis.& bñe per informãtes pro D.Alexãdro,&c.

ORANI.

Romana Pecuniaria. Veneris 25. Octobris 1593.

ARGVMENTVM.

Mercator seu alius soluens falso nuncio,& cum falsis mandatis alienam pecuniam penès ipsum existentem, an & quando liberetur à debito.

SVMMARIVM.

Soluens procuratori falso non liberatur.n.1.

Soluens procuratori falso liberatur, quando sc. soluens habuit iustam causam credendi illum non esse falsum procuratorem.n.2.vbi declaratur,& n.3.

Debitor certa speciei liberatur interitu rei debita non

interueniente dolo vel culpa, ita & traditione rei facta bona fide falso nuncio. n. 3.

Procurator constitutus ad dandum pecuniam non censetur constitutus ad recipiendum. n. 4.

Carceratum debitorem vi eximens à carceribus in quibus tenebatur pro delicto, tenetur creditori ad interesse. num. 5.

DECISIO LXXVI.

1 CHristophorus de Signoris in diuersis partitis deposuerat apud mensarium Argentariæ DD. de Ceulis certam pecuniarũ summam, cuius aliqua parte retro accepta alia aliquibus soluit iusta causa, reliqua calculum exposceret, deprehendit aliquot partitas per Cæsarem Archisium nomine suo vigore ementiti mandati à mensario fuisse receptas, & proprio debito scriptas, harũ autem in exactione sui crediti, cùm nullam rationem habẽdã prætenderet, occurrit dubitari, præsuppositis nõnullis an præfatus mensarius, siue eius dominus teneretur ad solutionem pecuniæ per Christophorũ repetitæ, & Domini cõuenerunt in sententiam affirmatiuam, casus enim est *l. qui hominem. §. si nullo.* vbi Bart. loquitur ad differentiam illius procuratoris qui fuit reuocatus. *ff. de solut.* quia soluens procuratori falso non liberatur. *l. falsus procurator*, & ibi Alber. *num.* 15. Bal. *num.* 28. *C. de furt. l. si indebiti.* vbi idem not. Paul. de Castr. *ff. rem rat. hab. l. si procurator. §. Celsus ait. ff. de condict. indeb.*

2 Et quamuis Bart. *in l. procurator. numer.* 15. & post eum Roman. *num.* 11. Alex. *num.* 16. *ff. de cond. caus. dat.* voluerint habentem iustam causam credendi illum esse creditoris procuratorem liberari, & ideo videatur idem respondendum in præsenti casu, cùm mensarius suam iustam causam alleget, eùm crediderit Archisium fuisse procuratorem Christophori ex quo vtebatur eius opera in similibus negociis, vt ex aliis solutionibus & in mandatis constat, & quia consignauerat eidem mensario pecunias Christophori, ad tradita per Soc. *consil.* 32. *numer.* 21. *lib.* 1. Curt. iun. *consil.* 310. *num.* 95. tamen fuit responsum quòd doctr. Bart, procedit quando soluitur certa species, vel res iuxta terminos *l. cùm furtum. §. seruum tuum. ff. si certum petatur.*

3 Nam sicut debitor certæ speciei liberatur interitu rei debitæ non interueniente dolo, vel culpa, ita & traditione rei facta bona fide *l. incendium. C. si cert. pet.* Castr. *in l. debitoris. ff. de solut.* secus quando soluitur certa pecuniarum quantitas, quoniam eo casu non quidem certus error excusat, Paul. de Castro *in d. l. si procuratori. numer.* 8. & tradunt etiam Rimin. *in d. l. cùm fundum. §. seruum tuum. num.* 3. *versic. secus autem videtur*, Alciat. *sub numer.* 22. *versicul. sed & sunt qui putant*, vbi subiecit quòd communiter sunt reprobati tenentes contra hanc distinctionem, per text. *l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furtis.* idem etiam notant Ioan. Sichard *in dict. l. falsus procurator, sub numer.* 8. *versic. nam qui soluit.* & Gemin. *numer.* 57. *C. de furt.* Dec. *in capitul. significauit. in fine. de appell. & consilio* 405. *column.* 1. Ias. *in l.* 1. *numer.* 21. *ff. de eo per quem factum erit*, vbi dicit, *quòd si sum debitor in decem ducatis, & tuo nomine veniat famulus solitus mitti, cui repentè eos ego bona fide numerem, si famulus aufugiat non sum liberatus*, Roman. verò & Alexandr. *in d. l. si procuratori*, exemplificant suum dictum in eo, qui missus cum signo, quem missurum se creditor prædixerat, quia tunc satis excusatur debitor soluendo falso procuratori dummodo probet illud signum, cùm creditor non dixerit quòd solueret Mæuio, & Titio, sed in genere ei, qui afferret tale signum, quod non potest applicari, quia Christophorus non misit, neque priùs denunciauit, vt isti cum suo mandato accedenti darentur pecuniæ, vnde videtur adesse culpa soluentis, qui cùm non haberet notam manum ipsius Christophori, non debebat ad soluendam summam repetitam incautè induci, non data huius rei notitia ipsi creditori.

Non obstat quòd Cæsar erat solitus exigere pecunias Christophori, & quòd easdem pecunias penès mensarium deposuerit: nam exactio fuit facta in vim mãdatorum particularium, & mandatum ad dandum, non importat mandatum ad recipiendum. *l. si mei causa ff. commodati.* Bald. *in l. si is cui. num.* 4. *C. de furtis.* nec contrarium tenent Socin. & Curt. suprà allegati, quia loquuntur in casu quo quis communiter fuit reputatus negociorum gestor, aut procurator creditoris. 4

Non obstat, quòd culpa Christophori fuit illatũ damnum mensario ob transmissionem Cęsaris ad triremes, & propterea debebat dici liberatus. ad text. *l. quoties.* & ibi aatt. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Salic. *in l. admonendi. n.* 11. *vers. & hæc quando. ff. de iureiur.* cum allegatis, quia præterquam quòd non probatur ad iustificationẽ Christophori fuisse Cæsarem condemnatum, textus ille loquitur in eo, qui vi à carceribus debitorem eximit, non autem quando criminaliter accusauit debitorem alicuius, & postmodum fiscus eum puniuit, &c. 5

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Liciensis Abbatiæ. Veneris 19. Decembris 1593.

ARGVMENTVM.

Quid argumenti, in Summario habes.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio vitiat sententiam, etiam ad effectum, vt suspenso petitorio procedatur in possessorio. n. 1.

DECISIO LXXVII.

FVit dictum non esse procedendũ ad vlteriorem executionem sententiæ latæ ad fauorem D. Octauiæ, tanquam nullæ ob non transportationem actorum Auditoris Cameræ & Ordinarij Liciensis, à quo causa fuit auocata, quæ erant omnino transportanda iuxta formam Concilij Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. Præterea, vt fuit sæpius resolutum, etiam ad effectum, vt omissa causa appellationis, & suspenso iudicio petitorio possit quis procedere in spolio, tanquam in prima instantia, vt fuit decisum coram D. Perusino sub die 11. Maij 1589. in vna Fauentina bonorum de Giannellis. 1

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Societatis. Lunæ vlt. Ianuarij. 1594.

ARGVMENTVM.

Testis deponens de proprio facto, & in negocio in quo nullum ipsius consideratur interesse probat.

SVMMARIVM.

Testis deponens de facto proprio, & in quo nullum habet interesse, probat plusquam semiplenè. n. 1.

DECISIO LXXVIII.

DOmini steterunt in decisis, quòd constat de venditione Fronzettæ, & D. Io. Baptistam pretium illius sibi appropriasse pro concurrenti quantitate sui crediti ex dicto vnius testis, qui deponit de facto proprio, & in negotio, in quo nullum interesse haber, quo casu plusquam semiplenè probat, Innoc. *in c. in-* 1

qui-

quisitioni de accus. Aym. *cons.* 28. *num.* 7. cum alijs per Menoch. *de arbitr. cas.* 99. *num.* 11. in hac autem lite nullum verfatur testis interesse, quia licèt mediante ipso vendita fuerit Fronzetta, tamen ex victoria causæ nullum commodum, vel incommodum reportare potest, & fasis constat, esse illam, de qua agitur, cùm de alta non doceat, & instantia Massæ, & litera D. Moroni satis indicat indemnitatem, & si Ioann. Baptista voluisset alium vendere, non institisset apud D. Iacobum, vt solueret, & protestatus fuisset ad illam vendendam, &c.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Parmen. Status. Lunæ 14. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Exceptiones nonnullæ quibus testibus fides adimitur.

SVMMARIVM.

Testis se referens ad aliud examen non probat. num. 1.
Testis mendax non probat. n. 1
Testis pauper, inimicus, & inhonesta persona non probat. n. 2.
Testis deponens de tempore septem annorũ non probat. n. 2.

DECISIO LXXIX.

1 FVit conclusum istis duobus testibus, de quibus agitur, in dubio non esse fidem adhibendam : nam quoad Casinum attinet, nisi ostendatur prima eius depositio facta in ciuitate Parmæ, ad quam se refert in principio sui examinis, & super octauo interrogatorio dicens se fuisse tunc temporis melioris memoriæ, quàm nunc sit, & quòd protestabatur, quòd non intendebat contradicere primo examini, nec ab eo deuiare, non potest fieri validum fundamentum super vltima sua depositione. Aym. *cons.* 115. *numero* 2. cum aliis allegans. Accedit quòd conuincitur de mendacio quatenus super 12. dicit se mortuo Ioanne Francisco seniore, & ante raptum Catherinæ pluries associasse Bernardinum ad domum matris Marthæ, quod esse non potuit, quia raptus prætenditur ante obitum Ioannis Francisci, vt ipsemet testis asserit. Adsunt præterea multæ exceptiones deductæ ex dictis testium Dominorum de Pallauicinis, inter quas satis vrgentes videntur illa detentara subornationis, item furti commissi. Verùm super istis non fuit factum præcipuum fundamentum rationis exceptionis ex aduerso oppositæ, quòd in istorum testium examine fuerunt omissa nonnulla interrogatoria, de qua re, si opus esset, particulariter esset agendum.

2 Quantum ad Ioannem, Domini dixerunt, quòd cùm ex eius dicto appareat eum esse pauperem, cùm dicat se nihil habere nisi vestes quibus est indutus, & constat eũ esse inimicum Dominorum de Pallauicinis ob demolitam domũ sui viri, super qua erat hypothecata dos sua, quæ est causa manifesta inimicitiarum, vtique venit repellenda, ad not. per Felyn. *in c. quoties. de testibus. num.* 5. Abb. *in c.* 1. *num.* 13. *de iudic. & in c. repellantur. num.* 4. *de accus.* Ioann. de Anan. *in cap. cùm oporteat. eodem titulo.* Alex. *cons.* 99. *lib.* 1. Accedunt testes simistram ei notam impudicitiæ inurentes, quibus etiam posthabitis sufficere dixerunt priores exceptiones, præterea suspectum redditur eius dictum ex eo quòd deponit de tempore quo erat septem annorum, & in quibusdam etiam côuincitur mendacij, prout in accessu Margaritæ ad castrum Varani, vt in facto deducitur. Ex quibus conclusum istis duobus testibus fidem non esse adhibendam.

Farinæ. Decisi. lib. 2.

PENIÆ.

Perusina Executionis. 23. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Petens plus debito an debeat condemnari in expensas, etiam quando illud plus petitur sine fraude.

SVMMARIVM.

Petens plus debito de iure debet condemnari in expensas, quod procedit etiam quando plus petatur sine fraude. num. 1.
Sententia absque clausula ex nouiter deductis reuocata, censetur ex eisdem actis reuocata. n. 2.
Rotæ stilus est quando reuocat ex nouiter deductis illam clausulam exprimere. n. 2.

DECISIO LXXX.

CEnsuerunt DD. deberi expensas, de quibus agebatur, tum quia Dominus Marchio à Cornea petierat plus debito, quo casu de iure veniebat condemnandus in expensas, præsertim cùm sententia quam reportauerat fuisset executioni demãdata. *c.* 1. vbi Abb. *n.* 11. *de plus petit.* Host. & Azo *in sum. eod. tit. n.* 2. quod procedit quamuis plus petatur sine fraude, Io. de Plat. §. *in duplum. n.* 9. *versic. sed per temeritatem. Inst. de action.* 1

Tum etiam, quia cùm R. P. D. meus Blanchettus non expressisset in sententia quòd reuocabat latam ab A. C. ex nouiter deductis, ex eisdem actis visum fuit eam reuocasse, cùm Rotæ stilus sit exprimere quando reuocat ex nouiter deductis, vt fuit resolutum in illa Gerunden. Molestationum siue Nullitatis Censuarum 14. Octobris 1552. coram bon. mem. Rcomano, & consequenter expensæ debebantur. 2

Et licèt hoc motiuum videretur aliquibus DD. satis firmum, primum enim de plus debito petito tollebat difficultatem, vt non foret necessarium quærere an esset vel non esset processum ex nouiter deductis.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Remissionis Mercedis. 23. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Remissio mercedis in locationibus vbi facienda, an & quando sit habenda ratio anni sterilis & fertilis, & an excluso casu belli & pestis in instrumenta censeantur exclusi alij casus quibus de iure communi venit facienda remissio.

SVMMARIVM.

Remissio mercedis fit habita ratione anni sterilis cum fertili, num. 1.
Pactum in instrumento appositum, ex quo tantùm casus belli & pestis comprehendi videtur, non excludit alios casus quibus de iure communi venit faciẽda remissio. num. 2.
Partes in contractibus semper se iuri communi conformare censeri debent. n. 3.
Argumentum à casu belli ad casum inundationis non procedit. n. 4.
Remissio quando facienda est pro rata temporis, & damni, est habenda ratio totius temporis proportionabilis. n. 5.

ſemper tranſeunt cum eodem onere, & in hoc caſu ex eo ceſſabat omnis difficultas, quoniam ceſſio fuit per Cameram facta, & per D. Voltam acceptata cum omnibus honoribus, & oneribus hæreditatis.

4 Informantes pro D. Volta, vt receptas concluſiones excluderent multa opponebant quæ ad tria potiſſimùm capita referebantur. Primùm dicebant nulla ſupereſſe Camilli bona; rurſus illum fuiſſe condemnatum ex capite læſæ maieſtatis Principis. Poſtremò quia cùm Camillus eſſet Clericus vigore Conſtitutionis Pij V. nihil ipſe filio ſpurio relinquere poterat, & ideo neque Ceſſionarium teneri ad illum alendum.

5 Ad primum dicebatur in hac poſitione non tractari, an ſupereſſent Camilli bona nec ne, ſed cum præſuppoſito quòd adeſſent, quod pendebat ex facto, & ex inuentario bonorum, & creditorum, & debitorum, an alimenta deberentur, & concluſum de iure deberi.

Ad ſecundum de condemnatione ex capite læſ. maieſt. Principis bifariam reſpondebatur.

6 Primò, id non apparere ex ſerie ſententiæ, ex qua conſtabat eum fuiſſe condemnatum ad pœnam amputationis capitis propter enormiſſima crimina, & atrociſſima, non autem propter crimen læſæ maieſtat. Principis.

7 Præterea dicebatur quòd licèt fuiſſet condemnatus ob tale crimen, nihilominus tenebatur fiſcus, & eius Ceſſionarius filios ſpurios condemnati alere, Soc. *d. conſ. 30. num. 3. lib. 1.* Rip. *in d. l. ex facto. num. 9. ff. ad Trebell.* Plat. *conſ.* 130. *n.* 83. *&* 84. *inter conſ. crim. diuerſ. lib.* 1. Bero. *conſ.* 8. *num.* 5. Quinimo in fortioribus terminis in crimine hæreſis, quod longè grauius eſt crimine læſæ humanæ, *cap. vergentis. de hæret.* in quo, à die commiſſi delicti ipſo iure omnia hæretici iura ſunt confiſcata. *c. cùm ſecundùm leges. de hæret. lib. 6.* filij hæreticorum catholicas deberi alimenta, tenuerunt Petr. de Auendan. *ſuper l. 4. Tauri. gloſ. 7. num.* 8. & Alfonſ. Caſtr. *lib. 2.* & Gabr. Quemeda *in compendio de bonis confiſcatis in S. Officio Inquiſitionis. q.* 24. vbi alios allegat Socin. *d. conſ.* 30. Plat. *d. conſ.* 130. *numero* 84. *verſic. vbi filiis.*

8 Neque in contrarium vrget tex. *in l. quiſquis. §. filij verò. C. ad l. Iul. maieſt.* quia cùm Imperator ibi filios perpetrantium crimen læſ. maieſt. viuere permittat, ex conſequenti cenſetur illis concedere alimenta, ſine quibus viuere non licet, *l. necare. ff. de lib. agnoſc.*

9 Ad tertium de conſtitutione Pij V. edita contra filios clericorum illegitimos, reſpondebatur primò, illam in ſpecie non tollere alimenta quæ iure naturali & canonico quibuſcumque filiis debentur, neque fuiſſe veriſimile tum Pium Pontificem id cogitare voluiſſe vnde pietatis, & æquitatis, & rationis, lex violaretur.

10 Præterea dicebatur illam conſtitutionem procedere quando illegitimi prætenderent ſibi aliquid deberi vigore diſpoſitionis factę virtute priuilegiorum, ſententiarum, & indultorum à iure ſpeciali prouenientium, ſeu ex aliqua patris diſpoſitione doloſa, quando videlicet ſub aliquo prætextu, verbi gratia, eleemoſynæ dotis, aut alterius ſimilis, niteretur quis ad illegitimorum fauorem diſponere; ſecus autem eſſe quando peterent alimenta ex diſpoſitione iuris communis ex ſolo eius beneficio, iuxta terminos *cap. cùm haberet. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult.* cuius text. diſpoſitionem non fuiſſe ſublatam per d. conſtitutionem Pij V. imò etiam ea non obſtante clericos teneri alere filios ſpurios, tenuerunt Nauar. *tract. de ſpol. cleric. §. 19. num.* 10. *&* 11. & Burſar. *conſil.* 225. *num. 26. lib. 3.* & eſt deciſio ſæpe diſcuſſa in Rota in illa Romana Bonorum de Peruſchis die 29. Februarij 1580. coram R. P. D. Robuſterio.

11 Ius enim & obligatio alendi filios quocumque modo illegitimos non tam oritur ex d. c. cùm haberet, quàm ex iuris naturalis dictamine, & propenſione, qua videmus etiam animalia rationis experientia filiis à ſe genitis naturæ quodam pondere ducta non deeſſe, & legem hanc à natura ſenſibus inditam exequi, §. 1. *Inſtitut. de iur. natural.* Quo fit vt nec pacto patrium, nec lege aliqua, nec conſuetudine ea obligatio tolli poſſit. Verùm quia eſſe, & vetuiſſe dicuntur alimenta iure naturæ deberi, *cap. ſunt quidam. 29. quæſt. 1.* Abb. *in cap. fin. num. 12. de conſuetud.* Couar. *lib. 4. decret. part. 2. cap. 8. §. 6. num.* 4. Chaſſanæus *conſil. 62. numero 16. verſiculo ſed ſecundùm educationem.*

Ad deciſ. coram bon. me. D. de Rubeis die 27. Martij 12
17. & 27. Maij, & 20. Iunij 1579. ex aduerſo datam dicebant DD. ſeniores qui tunc interfuerunt, eam non fuiſſe deciſionem ſed diſcurſum, & motiua DD. proponentium varias difficultates quæ ex dicta conſtitutione oriri poterant ad effectum vt conſtitutionis rigor temperaretur, quod ſatis etiam patebat ex ſerie eiuſdem deciſ.

Poſtremò ad deciſ. Peruſin. Bonorum de Vbaldis 13
coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore die 29. Octob. 1584. dicebant DD. non facere contra petitionem Marij, imò eius fauorem potiùs reſpicere; nam cùm ibi Ioannes ille prætenderet ſuccedere ab inteſtato, & ſibi opponeretur de conſtitutione Pij Quinti prohibente diſponere ad fauorem filiorum illegitimorum, Rot. firmauit aliquot concluſiones in quibus erant ſequentes.

Primò, quòd ex d. conſtitutionis diſpoſitione laici 14
non prohibentur vigore priuilegiorum diſponere in illegitimos de bonis merè patrimonialibus & laicalibus nullam habentibus mixturam cum bonis ab Eccleſia profectis.

Altera quòd conſtitutio ſolùm comprehendebat cle- 15
ricos diſponentes de bonis nedum quæſitis de fructibus beneficiorum, ſed etiam de bonis patrimonialibus.

Tertia quòd dicta conſtitutio comprehendebat etiam 16
laicos diſponentes de bonis ab Eccleſia profectis, qualia ſunt feuda eccleſiaſtica, emphyteutica, & bona ex penſionibus acquiſita, quæ laici ex priuilegio aliquando obtinent.

Poſtrema verò erat quòd conſtitutio Pij Quinti 17
comprehendebat eos quibus applicari poterat vna ex rationibus contentis in procœmio Bullæ, videlicet ſi Ordini eccleſiaſtico noxia eſſent, vel ſcandalum parerent.

Quæ omnia ceſſabant in hoc caſu cùm Marius po- 18
terat alimenta ſolùm ex ſolo beneficio iuris communis à Ceſſionario Cameræ Apoſtolicæ petere, neque inde aliquid noxium inferretur Ordini eccleſiaſtico, aut ſcandalum oriretur.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Parmen. Status. 16. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Teſtis ſe referens ad examen aliàs factum non probat niſi exhibito illo examine ad quod ſe refert, & ponuntur aliæ exceptiones quibus teſtium dicta reiiciuntur.

SVMMARIVM.

Teſtis referens ſe ad aliud examen non probat, niſi exhibito examine ad quod ſe refert. n. 1. & 2.

Paupertas ſola licèt non repellat teſtem, tamen aliis concurrentibus in totum repellit. n. 3.

Quæſtio omnium bonorum, ſeu magnæ quantitatis, ſeu rei notabilis inducit capitalem inimicitiam, num. 3.

DECISIO LXXXIII.

DOmini ſteterunt in deciſis; nam quantum ad Car- 1
linum proteſtatio per eum facta operatur, vt non

 ſit

sit ei fides adhibenda, nisi exhibito priori examine ad effectum iuris, vt sciri possit an secundum dictum sit conforme, vel contrarium priori, ad doct. Bald. *in l. 1. in fin. C. de Episc. & cler.* & aliàs non posset testis redargui de falso, cùm clarè appareat eum velle vt attendatur eius primum dictum, de quo non apparet nisi producatur.

2 Non obstat, quod idem testis subdit, quòd de his de quibus interrogabitur respondebit quid sciat pro veritate, & illud quod recordabitur, quia ex his non tollitur virtus præcedentis protestationis, per quam non vult in aliquo discedere ab eo quod dixit in priori examine, vt patet ex eo, quod non stat in puris terminis protestationis, sed interrogatus dixit, quòd non recordatur de aliquibus, quæ dixerat in eius proximo examine, & quòd non vult aliud dicere vltra illud, quod dixit Parmæ, quæ verba importare videntur meram relationem, maximè cùm dicat quòd tempore prioris examinis erat melioris memoriæ, neque obstant allegata in contrarium, ex Bart. *in l. eos. de fals.* Boer. *decis.* 108. Menoch. *de arbitr. cas.* 109. quia loquuntur in diuersis terminis; videlicet in protestatione facta à teste ad euitandum falsum, quando Iudex non vult vt ei ostendatur primum dictum, quantum ad exceptionem datam ex capite mendacij, ea satis bene euacuatur per informantes pro Dominis Rangonibus, ideo in ea parte discessum fuit à resolutione.

3 Quoad ad Ioannam dictum fuit, quòd licèt sola paupertas non sufficiat ad repellendum testem, tamen aliis concurrentibus in totum repellitur, constat autem de causa odij ob demolitionem domus, nec attenditur causa facti, an sit iusta vel iniusta, sed factum ipsum, cùm Doctores dicant oriri capitales inimicitias, cùm quis mouet alteri quæstionem super omnibus bonis, vel super magna quantitate, vel re notabili, Bat. *in l. 3. de testib.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 23. de quæst.* Ioan. de Anan. *in cap. cùm oporteat, num. 6. de accus.* Præterea deponit de iis, quæ vidit cùm esset quinque vel sex annorum, quod est valde inuerisimile, ideo conclusum standum in decisis.

GIPTIL.

Vrbeuetana Census. Lunæ 6. Iunij 1594.

ARGVMENTVM.

Census dicitur illicitus, & vsurarius ex pacto, quòd emtor possit cogere venditorem ad illum redimendum, quo casu emtor tenetur restituere fructus perceptos etiam ante litem contestatam, nec valet contraria consuetudo.

SVMMARIVM.

Census dicitur inualidus ex pacto, quòd emtor possit cogere venditorem ad illum redimendum, num. 1.

Census vbi est inualidus, fructus debent restitui etiam percepti ante litem contestatam, n. 1. & 2.

Consuetudo non potest validare contractum illicitum, & vsurarium, num. 1. & 2.

DECISIO LXXXIV.

1 FVerat declaratum censum, de quo agitur, nullum & inualidum esse, quia illius emtores apposuerunt pactum, quòd liceret eis, ac ipsorum hæredibus cogere venditorem ad redimendum censum, & restituendum pretium, sed postea examinatis nõnullis testibus, ac productis aliquibus instrumentis, & iuribus, dubitari an D. Octauius vnus ex dictis hæredibus esset excusãdus, ita vt non teneretur restituere fructus cẽsus ante litẽ contestatam perceptos, & excusandum non esse, conclusum fuit, tum quia testes non probant allegatam consuetudinem, cùm non deponant de multiplicitate instrumentorum, nec constat habuisse effectum, præter id, quia dicta instrumenta ex archiuis extracta, & producta non releuant in concursu aliorum instrumentorum, quæ sunt absque dicto pacto; tum etiam quia si dicta consuetudo proberur, dicto Octauio non posset suffragari, quia huiusmodi consuetudo non potest validare contractum illicitum, cùm sit contra ius naturale, & diuinum. *cap. inter dilectos. de excess. prælat. cap. fin. de consuet.* vbi DD. dicunt, quòd potius est quædam corruptela, quàm consuetudo, Bero *cons. 167. in princip. lib. 5.*

Nec in hac materia vsurariæ prauitatis attendenda est 2
consuetudo, Sot. *de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 1. col. 6. post versic. restant ergo tria argumenta.* Et ratio quare emtor sic contrahens non faciat fructus suos, illa est, quia ipse non amittit dominium illarum pecuniarum, cum prædicto pacto solutarum, Sot. vbi suprà *q. 1. art. 4. in princ.* & quòd talis consuetudo non excuset, tradit Bero. vbi suprà *n. 10. versic. Nec obstat consuetudo. lib.* 1. qui etiam respondet ad Bart. & alios in contrarium allegatos, quòd consuetudo loci excusat, vt per eum *num. 1.*

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana Census. Lunæ 13. Iunij 1594.

ARGVMENTVM.

Census impositio illicita, & vsuraria consuetudine, seu Papæ confirmatione conualidari non potest.

SVMMARIVM.

Census impositio, cum pacto, quòd non debeat durare nisi per sex annos, dicitur illicita, & vsuraria, & in totum vitiatur. n. 1.

Census impositio, vbi est vsuraria, illam consuetudo validare non potest. n. 2.

Contractus ab initio nullus, & vsurarius, partium tacito consensu conualidari non potest. n. 1.

Census contractus illicitus, & vsurarius à Papa confirmari non potest. n. 2.

DECISIO LXXXV.

FVit resolutum censum, de quo agitur, esse nullum 1
propter adiectum pactum quod per sexennium tantùm durare deberet, stantibus constitutionibus Martini Quinti, Callisti Tertij *de emt. & vendit.* & constitutione Pij V. & per tale pactum tanquam vsurarium contractum annullari in totum, tradunt, Sot. *de iust. & iur. lib. 6. quæst. 5. art. 3.* Conrad. *de contract. quæst. 84. in 8. conclus.* 148. *num. 4. & 5. lib.* 1. & fuit resolutum coram R. P. D. meo Decano in causa Vrbeuetana Census die 13. Nouembris 1592.

Hunc contractum consuetudo seu etiam confirmatio 2
Papæ, validare non potuit, *cap. cum nob. i. vbi glos. in verb. nullo. de vsur.* Roch. *in cap. fin. in 3. notab. de consuetud.* & fuit resolutum coram Illust. D. meo Lancellotto; & in vna Romana Societatis 2. Iunij 1570. & in dicta Vrbeuetana Census coram D. meo Giptio, & quia partium tacito consensu non potest contractus ab initio nullus validari, *Clement. 1. de vsur. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. reg. non firmatur. eod. tit. in 6.* Doct. *in l. de quibus. ff. de leg.*

Confirmatio autem Papæ hoc casu non suffragabi- 3
tur *cap. super eo. de vsur.* & est communis tam Theologorum,

rum, quàm Canonistarum, Doct. *in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* summ. Ang. *in verb. vsura.* 12. *num.* 4 Syluest. *in eodem verbo, quæst. num.* 22. Sot. *de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 1. ad tertium argumentum.* Couar. *lib. 3. variar. resol.* cùm vsura & iure diuino, & naturali sit prohibita, contra quæ Papa non dispensat, Diuus Thom. *par. 2. q. 44. art. 5.* & fuit resolutũ coram bon. mem. D. Gorta in vna Romana Societatis 3. Iun. 1575. quæ est *decis. 67. inter diuers. part. 1.* & in præmissis. Multo magis, quia confirmatio Papæ respexit præcipuè venditionem officij, alia verò parte tam expressa, quàm tacita confirmat, quatenus sint honesta, vt patet in illis verbis, pacto huiusmodi, & omnia, & singula promissa. Non obstant mandata executiua, quia non fuit in potestate Iudicis validari huiusmodi attentata.

Burgen. Dissolutionis Matrimonij. 17. Iunij 1594.

ARGVMENTVM.

Matrimonij rati sed non consummati dissoluendi ex dispensatione Papæ iusta causa est, quando vxor adulterium commisit cum patre sui mariti, propter quod maritus eam vulnerauit, & occidere attentauit.

SVMMARIVM.

Matrimonium dissolui potest à Papa præsertim de consensu coniugum ex aliqua iusta causa, n. 1.

Gratiæ narratiua, ea præsertim pars, quæ est fundamentum gratiæ plenæ, iustificanda est, n. 2.

Confessioni coniugum, quòd matrimonium non fuit consummatum, non statur, quando agitur de dissolutione matrimonij, n. 3.

Negatiuam non probant testes, nisi remoueant actum à sensu, n. 4.

Matrimonium potest dissolui à Papa causa euitandi scandali, n. 7.

DECISIO LXXXVI.

1 COntractum fuit matrimonium per verba de præsenti inter Ioannem Gili ætate idoneum, & Magdalenam della Scadas viri potentem, quod cùm, vt prætenditur, fuisset ratum, non consummatum, quinimo paruo temporis spatio interiecto, ipse Ioannes à prædicta eius vxore, & à loco vbi inhabitabat se absentauerit, euenit quòd Ioannes pater diabolico spiritu ductus eandem Magdalenam carnaliter cognouit, & grauidam reddidit, quo audito à Ioanne reuersus est in patriam, atque ipsam Magdalenam animo illam occidendi grauiter vulnerauit, quæ tamen viua remansit; postea idem Ioannes supplicari fecit fel. rec. Gregorium XIII. narratis prædictis, & aliis præsertim, quòd matrimonium prædictum copula carnali non fuerat consummatum, vt dignaretur de consensu amborum coniugum matrimonium prædictum auctoritate Apostolica dirimere, & totaliter dissoluere, qui Gregorius causam Ordinario Burgen. commisit, & 17. Iunij 1694. fuit apud me dubitatum in Rota, an literæ Apostolicæ, & commissiones prædictæ essent verificatæ, ita vt esset locus dissolutioni matrimonij in casu, & ad effectum, &c. & Domini quoad potestatem dissoluendi matrimonij rati non consummati, dixerunt non esse dubitandum, quia hæc est communis opinio Canonistarum, præsertim de consensu coniugum, & ex iusta aliqua causa, *cap. ex publico, vbi glos. in ver. consummatum. de conuers. coniug.* Anchar. *cons.* 239. *num.* 2. & 4. Socin. *consil.* 28. *numer.* 6. *libr.* 1. Dec. *consil.* 112. *numer.* 6. & *cons.* 603. *numer.* 3. Natt. *consil.* 190. qui plures alios refert, vbi etiam testatur de communi. Curt. iun. *consil.* 170. *numero* 1. Bald. *in l. final. numero 7. C. de Episcop. & cleric.* Castr. *in rubr. ff. solut. matrim. numero* 3. Quamuis multi Theologi contrarium sentiant, non tamen caret, vt dicit Scot. *in 4. sent. distinct. 27. quæst. 1. artic. 4. de spons. part. 1. cap. 4. numero* 15. qui postea hanc opinionem amplectitur, & alios allegat vbi suprà, *in secunda parte, cap. 7. §. 4. num.* 13.

2 Verùm quoad punctum conclusum fuit literas non esse iustificatas, saltem respectu illius narratiuæ, quæ est pars gratiæ, & fundamentum, quòd matrimonium non fuerit carnali copula consummatum, hoc enim plenè iustificandum est, Curt. iun. *d. cons.* 170. *n.* 1. Paris. *cons.* 51. *n.* 18. *lib.* 4. Goz. *cons.* 2. *n.* 21. & 22. vbi dicit quòd non sufficiunt probationes præsumtiuæ.

3 Neque in hoc concludit confessio coniugum, quæ inducitur primò ad hoc probandum: nam quicquid sit, quoad separationem tori, vel probationem matrimonij, hoc casu non auditur, Abb. *in c. super eo. num. 7. versic. aut confessio fit contra matrimonium, de eo qui cogn. consang. vx. suæ.* Natt. *cons.* 24. *n.* ..

4 Secundò, quoad dicta testium, non concludunt quia solummodo id deponunt ex aspectu Ioannis, & sic ex quadam præsumtione, & verisimilitudine, nec in ista negatiua remouent actum à sensu. Alex. *consil.* 24. *num.* 3. & *consil.* 108. *n.* 10. *vol.* 2. Dec. *consil.* 101. *sub num.* 2. Socin. iun. *consil.* 12. *num.* 22. *vol.* 2. Roland. *consil.* 93. *num.* 7. *vol.* 4. Mandel. *consil.* 299. *n.* 30. & tamen necessaria est probatio concludens, Gozad. *dict. consil.* 2. *n.* 21. & 22.

5 Neque verum est, quòd statim contracto matrimonio discesserit ab vxore, quia contrarium testes concludunt, scilicet post aliquot dies.

6 Præterea omnia dicta testium confunduntur ex ipsamet confessione Magdalenæ, quæ dicit, quòd venit in domum Ioannis Patris, vbi stetit illi inseruiendo per spatium septem annorum, & in tribus vltimis annis Ioannes Iunior fuit à patria absens, de aliis quatuor annis nihil dicit.

7 Si autem probaretur copulam non esse sequutam, causa dissoluendi matrimonij, quæ proponitur, visa fuit iustissima, quia etiam probatur causa euitandi scandali, per Purpur. *consil.* 437. *num.* 9. Dec. *d. consil.* 112. & ita fuit decisum.

PENIÆ.

Conchen. Pensionis.
Lunæ 24. Octobris 1594.

ARGVMENTVM.

Vide in eadem causa aliam decisionem coram Peregrino 6. Martij 1598.

Tractatur fusissimè, & resoluitur insignis quæstio, an filij hæreticorum ante parentum delictum fiant inhabiles, ac si nati post delictum, & nedum ad beneficia habenda postquam illi in hæresis crimen delapsi sunt; sed etiam priuentur obtentis ante parentum delictum, & an idem sentiendum sit de pensionibus quàm de cæteris beneficiis.

SVMMARIVM.

Filij hæreticorum parente condemnato per eandem sententiam reputantur inhabiles, & incapaces ad dignitates & beneficia obtinenda, & obtentis ante patris delictum priuantur. num. 1.

Filij hæreticorum ipso iure priuantur beneficiis ecclesiasticis obtentis, & redduntur inhabiles ad habenda vsque ad secundam generationem per

lineam masculinam, n. 2.

Filius heretici priuatur beneficio obtento, num. 3. vsque ad num. 8.

Fily percutientium Cardinales ipso iure priuantur beneficiis quæ tẽpore cõmissi criminis obtinebant, n. 9.

Delictum longè maius est diuinam quàm humanam ledere maiestatem, d. n. 9.

Filius Clericus condemnati ob crimen læsæ maiestatis humanæ non amittit beneficium ecclesiasticum obtentum ante delictum, num. 10.

Iudex secularis non iudicat de beneficio ecclesiastico, neque Clerico per suam sententiam praiudicare potest, d. num. 10.

Clerici sunt iure diuino à iurisdictione Iudicis secularis exemti, d. n. 10.

Beneficia si fuerunt collata ante parentum delictum filij non sunt illis ipso iure priuati, sed si fuerunt collata post delictum bene priuantur, num. 11.

Doctrina August. ad Angel. de malef. in verb. che hai tradito. *n. 15. reputatur corrupta, n. 12.*

Fily hæreticorum tunc demum priuantur beneficiis obtentis ob patris delictum, quando ad ipsius patris preces illud beneficium obtinuerunt. n. 13.

Filius beneficiatus non perdit beneficium obtentum ante patris delictum, n. 14.

Fily hæreticorum priuentur nec ne beneficio iam obtento est adeo controuersum inter DD. vt egeat summi Pontificis decisione, n. 15.

Rebuffi opinio in prax. benef. tit. de modo amittend. benef. n. 25. non ita satis probatur, n. 16.

Beneficium ecclesiasticum filij, vel præbenda quæ illi reseruantur, non intelliguntur publicata parente de crim. les. maiest. condemnato. num 17.

Fily hæreticorum & fautorum, quòd priuentur beneficiis obtentis nullo reperitur iure cautum. num. 18.

Constitutio pœnalis extendi non debet. n. 19.

Pœna priuationis nunquam imponitur nisi exprimatur quòd veniat imponenda, num. 20.

Inhabiles ad beneficium obtinendum regulariter obtentento non priuantur, n. 21.

Beneficiorum appellatione in materia priuationis non veniunt pensiones, num. 22.

Pœna quæ infertur alicui ob delictum alterius non habet locum vbi sententia lata est in principalem contumacem, n. 23.

Culpa præsumta non sufficit ad hoc vt quis ob crimen alterius puniatur, sed requiritur verum & certum delictum, n. 23.

Dictio, ad nullum assumantur beneficium, in constitutione appositum non inducit priuationem obtentorum, n. 24.

Verbum admittantur, respicit futurum tempus, n. 25.

Text. in c. vt commissi, § priuandi, de heret. in. 6. declaratur, n. 26.

Legislatores sæpe minora crimina variis ex causis maioribus pœnis solent coercere, n. 27.

Fily qui ad preces hæreticorum parentum, fautorum, & similium obtinuerunt ecclesiastica beneficia, meritò illis priuantur, n. 28

Extrauagantes omnes concernentes hæreticorum materias licet non fiat posita in corpore iuris, & sint valida & obseruandæ, tamen cùm repugnant aliis constitutionibus positis in voluminibus iuris non sunt obseruandæ. num. 29.

Constitutio pœnalis extenditur de stricta significatione vocabuli ad latum, & consequenter pensiones veniunt appellatione beneficiorum. num. 30.

Pensiones quando veniunt appellatione beneficiorum, de iis tantum pensionibus intelligendum est quæ dantur in beneficij titulum, non autem de his quæ tamquam fructus ad sustẽtationem largiuntur. n. 31.

DECISIO LXXXVII.

VAcantibus Archidiaconatu & Canonicatu in Ecclesia Conchen. fel. rec. Gregorius XIII. illos contulerat D. Ferdinando de Seobar, reseruatis tamen loco annuæ pensionis omnibus fructibus Gonsalo Perez, filio Antonij Perez tunc Catholicæ Maiestatis Philippi Hispaniarum Regis Secretarij, exceptis dumtaxat mille ducatis monetæ illarum partium d. Ferdinando, & eius successoribus persoluendis.

Hanc pensionem Antonius pater postquam Gonsalus filius charactere clericali fuit insignitus pacificè nomine filij multis annis percepit, filiúsque deinde in possessione exactiis continuauit.

Cæterùm quia superioribus annis per Inquisitores hæreticæ prauitatis Cæsaraugustanos, è quorum carceribus Antonius pater aufugerat tanquam conuictus de hæresi, fugitiuus & pertinax, fautor & occultator hæreticorum per sententiam fuerat condemnatus, & filij per eandem sententiam iuxta receptum stilum Sancti officij inhabiles & incapaces ad habendum, tenendum, & possidendum dignitates, beneficia, & officia tam ecclesiastica, quàm secularia, fuerant declarati, ideo prætendens prædictus D. Ferdinandus Gonsalum ipso iure priuatum, aut priuandum perceptione dictorum fructuum seu pensionum, per tex. *in cap. quicumque. §. hæretici, & in cap. statutum. lo 2. de hæret. lib. 6.* quibus iuribus licèt filij hæreticorum non videantur priuari beneficiis, & officiis habitis, sed solùm reddi inhabiles ad habenda, ex pluribus tamen putabat eam prohibitionem à iure inductam nedum respicere inhabilitatem respectu obtinendorum, sed etiam priuationem respectu obtentorum. Vnde introducta causa in Rota coram R. P. D. Alexandro Iusto obtinuit dari dubium an in prædicto casu Ferdinandus esset liberatus, aut foret liberandus à solutione pensionis & fructuum aliàs ad fauorem Gonsali reseruatorum.

Et vna tantùm parte Ferdinandi, scilicet informante, 1
procedebatur enim per Audientiam Contradictarum causa proposita, quoniam visa fuit DD. grauis & exemplaris, censuerunt D. N. Clementem VIII. consulendum. Cùm verò de ordine Rotæ D. Iustus Auditor eum consuluisset, duo Sanctissimus postulauit ab eo. Primum quid ego sensissem, alterum vt sibi daret notam continentẽ Doctores de hoc articulo differentes, vtrumque Auditor præstitit. Nam me sentire affirmauit sicut scripseram in Directorio Inquisitorum *part. 3. quæst.* 114. Notã verò paulo pòst ad Suam Sanctitatem detulit. Quibus discussis die Iouis 3. Nouembris Sanctissimus in generali Congregatione S. Inquisitionis proposito articulo consultísque Cardinalibus & reliquis Prælatis consultoribus qui præsentes aderant, postquam dixisset se vidisse, quæ ego scripseram de proposita difficultate, auditísque Cardinalibus Inquisitoribus senioribus affirmantibus non esse vsu Inquisitionis receptam doctrinam asserentium filios hæreticorum propter parentum hæresim priuari beneficiis habitis, censuit hanc opinionem tanquam mitiorem fore amplectendam ob rationes quæ paulo pòst recensebuntur.

Affirmatiuam verò sententiam quæ communis est insignes Doct. sequuntur, & Romani quoque Pontifices definiisse videntur, inter Doct. occurrebant sequentes.

Ioan. And. *in c. vt commissi. de hæret. lib. 6. n. 4. versic. priuandi*, Gemin. *ibid. in §. priuandi. num. 4.*

Henric. boic. *in cap. vergentis. n. 12. versic. aut quaris. de hæret.* 2

de haret. vbi expresſè dixit filios hæreticorum ipſo iure priuati beneficiis ſuis eccleſiaſticis iam obtentis, & inhabiles reddi ad habenda vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, per tex. *in c. quicumque, §. haretici. & in c. ſtatutum. lo 2. de haret. lib. 6.*

3 Io. de Anan. *ibid. n. 12. verſ. de crimine autem hereſis.* vbi concludit, in crimine hæreſis filium alicuius hæretici Clericum beneficio eccleſiaſtico obtento ipſo iure priuatum, Præpoſ. *in c. ſatis peruerſam, n. 4. verſ. ſimile eſt in crimine hereſis. 66. diſt.*

4 Io. de Imola *in l. inſulam n. 2. verſ. & adde quod notat gloſſ. ff. ſol. matr.* vbi etiam loquitur dubitatiuè per aduerbium, *forſè,* Rom. *ſingul. 693. incip. ſcis quòd ex condemnatione,* Gig. *tract. de crim. laeſ. maieſt. lib. 3. tit. de pœn. quas fil. incurr. q. 11.* Paulus Rub. *tract. de Regn. Nauarr. par. 5. §. 7. & 8.* Tib. Decian. *lib. 5. tractat. crim. c. 45. num. 4. verſ. item perdant filij.*

5 Et alij hoc ſequuti quorum ſententiam confirmare etiam videtur auctoritas Eimerici *in direct. inquiſ. q. 114.* dum enim reſpondet propoſitæ difficultati an filij hæreticorum priuandi ſint omni beneficio eccleſiaſtico, & officiis publicis, ait, reſpondemus quòd ſint priuati.

6 Eandem affirmatiuam ſententiam proximius accedere ad veritatem, quàm negatiuam, de qua paulo pòſt dicetur, multorum Romanorum Pontificum conſtitutiones videntur oſtendere. Primum enim Innocentius IV. *Conſtitutione incip. nouerit vniuerſitas, §. haretici autem,* videlicet: *Haretici autem, & receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorúmque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium admittantur, quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos in quoſcumque viros Eccleſiaſticos qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, perſonatus, & quæcumque alia beneficia eccleſiaſtica ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis, volentes, vt tales & habitis perpetuò careant, & ad alia vel ſimilia, nequaquam in poſterum admittantur.* Hæc ibi Alexandri Quarti *conſtitutione incipiente, quod ſuper nonnullis. §. frequenter etiam,* idem videtur fuiſſe ſancitum, dum declarat illorum filios & nepotes priuari dignitatibus, beneficiis, & officiis qui hæretici aut credentes, aut fautores reuera fuerunt, & in errore aut fautoria deceſſerunt, non autem illorum quos emendatos fuiſſe conſtiterit, vt pro culpa ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam receperunt, quam ipſi vel iam perfecerunt, vel humiliter proſequutioni eius inſiſtunt, vel parati fuerunt dum viuere ad eandem recipiendam.

7 Quam declaratoriam totidem ferè verbis Bonifacius VIII. in ſua compilatione recepit atque recenſuit, *in cap. ſtatutum. lo 2. de heret. in 6.*

8 Sed apertiùs videtur eandem ſententiam comprobaſſe Nicolaus III. *Cōſtitutione incipiente, nouerit Vniuerſitas, §. haretici autem,* vbi ita ſanciuit, *Heretici autem, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorúmque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium admittantur, quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficiis acquiſitis, volentes vt tales, & habitis perpetuò careant, & ad alia ſimilia nequaquam in poſterum admittantur.* hæc ibi.

9 Doctores præterea qui tenuerunt hanc opinionem præter text. *in c. 2. §. haretici autem. & in c. ſtatutum, lo 2. de heret. in 6.* ad eam confirmandam allegant tex. *in c. felicis, § quòd ſi quis, de pœn. libr. 6.* ex quo patet filios percutientium Romanæ Eccleſiæ Cardinales ipſo iure beneficiis priuari, quæ tempore commiſſi criminis obtinebant, manifeſtum autem eſt crimen illud multo minus ac leuius eſſe quàm crimen hæreſis cùm longè maius ſit diuinam quàm humanam lædere maieſtatem, *cap. vergentis, de heret.*

10 Ad contrariam negantem aſtruendam recenſetur. Primum à Doctoribus, gloſ. *in c. ſatis peruerſam. 56. diſt.* Sed cùm loquatur de patre condemnato ob commiſſum crimen læſæ maieſtatis humanæ, non poteſt ad hanc cauſam applicari; ideo enim filius Clericus non amittit beneficium eccleſiaſticum priùs obtentum, quia Iudex ſecularis condemnans patrem ob crimen ſeculare nō poteſt de beneficio eccleſiaſtico cognoſcere, neque Clerico ſibi non ſubdito præiudicare, ſic enim interpretantur illam gloſ. Ioan. de Imol. *in d. l. inſulam. num. 2. verſi. & adde. ff. ſol. matr.* & Rom. *d. ſingul. 693.* & Ioan. de Anan. *in cap. vergentis. num. 12. de haret.* Clericis enim à iuriſdictione Iudicum ſecularium iure diuino exemtis, *cap. duo. 96. diſt.* non poſſunt Iudices laici per ſuas ſententias præiudicium aliquod inferre, Couar. *lib. 2. var. reſolut. c. 8. num. 4.* Pro hac ſententia allegat Ant. de Butr. & Panorm. *in cap. vergentis. de heret.*

Cæterùm neque Ant. ibi *num. 9.* neque Panor. *num. 4. verſic. ſed circa prædicta poſſunt videri.* facere pro hac parte, cùm ambo vtantur autoritate gloſ. *in d. cap. ſatis peruerſum. 56. diſt.* quæ, vt proximè dictum eſt, loquitur in filio Clerico, cuius pater fuit condemnatus per Iudicem ſecularem ob crimen læſ. maieſtatis humanæ.

Gonſalus de Villadiego Hiſpanus, inſignis quidem Rotæ Auditor, *tract. de heret. queſt. 13. numero 2. verſiculo ſed ſalua meliori,* dirimere hanc controuerſiam nititur propoſita diſtinctione, quia aut beneficia fuerunt collata ante delictum parentum, & filij non ſunt illis ipſo iure priuati, aut fuerunt collata poſt delictum parentum, & tunc illis ſunt ipſo iure priuati. 11

Auctor repertorij Inquiſitorum, qui fuit autor Valentinus, *in verbo, filij. §. ſupradictum eſt, verſi. ſed ſalua meliori deliberatione,* eandem diſtinctionem quam facit Villadieg. commemorat.

Verùm ſi conſtituamus receptiorem Doctorum ſententiam eſſe filios hæreticorum quocumque tempore genitos, id eſt, cùm ante delictum per parentes commiſſum, quàm poſt illud perpetratum pœnis inhabilitatis ad officia, & beneficia comprehendi, vt copioſè dixi in Directorio inquiſitorum, *part. 3. queſt. 114. verſic. illud praterea, & verſic. ſeq.* Quoniam inhabilitatio filiorum, & aliæ pœnæ, quibus propter delicta parentum afficiuntur, non tam ſint latæ propter ipſos filios qui non deliquerunt, quàm propter parentes, vt deterreantur à tantis criminibus perpetrandis, videntes etiam in filios quos vt maxima bona diligunt etiam ſæuire legiſlatores, & armari iura. Si, inquam, hanc opinionem conſtituamus, non facilè poterit ſupradicta diſtinctio habere locum, ſicut reuera non videtur amplectenda propter rationes in quibus nititur affirmatiua ſententia Doct. aſſerentium indiſtinctè per delictum parentum inhabilitari eorum filios, tam genitos ante delictum, quàm poſt delictum commiſſum procreatos.

Aug. Arim. *in addit. ad Ang. de malef. in verbo, che hai tradito. num. 15. verſic. & dixit.* Romanus ſenſit filium Clericum non priuari beneficio eccleſiaſtico propter delictum patris, ſed cum Romani autoritate nitatur, quem ſupradictum eſt ſentire pro affirmatiua, verendum ne vel corruptus ſit Auguſtini locus, vel non ſatis ille diligenter Romanum inſpexerit, *ſing. 693.* 12

Alphonſus Montaltus *in l. 4. par. 7. art. 26.* confitetur filios non priuari beneficiis obtentis ob delicta parentum. Limitat tamen, niſi filius obtinuerit talia beneficia ad preces patris hæretici, tunc enim, & acquiſitis priuatis, & acquirendis, cuius ſententiam optimè videntur probare duorum Pontificum Innocentij IV. & Alexandri IV. reſcripta paulo antè relata. 13

Felyn. *in cap. vergentis, de heret. num. 3. verſic. nota caſum,* filium beneficiatum, non perdere beneficium obtentum ob patris delictum cenſuit. Sed quoniam vtitur autoritate gloſſ. *in cap. ſatis peruerſum 56. diſt.* Ant. de Butr. & Panor. quos ſuprà adduximus, vix poteſt dici eum ſimpliciter in hac ſententia reſidere. 14

Ludouicus Carrer. *tract. de haret. num. 141. verſic. intelligas tamen prædicta,* licèt abſolutè cenſeat filios hæreticorum Clericos inhabiles fieri ad beneficia obtinenda, & obtentis non priuari, vix etiam poteſt exiſtimari tenere hāc ſententiam, cùm ſolius gloſſ. *in c. ſatis peruerſum. 56.* & Panor. *in d. c. vergentis, de haret.* autoritate nitatur.

Ioannes Royas in ſingularibus in fidei fauorem, & hæreſis deteſtationem, *ſing. 24. incip. beneficiis eccleſiaſticis, verſic. ſed ſingulare eſt,* poſt enumeratos aliquos Doctores 15

ctores pro vtraque opinione concludit, hanc quæstionem tanquam dubiam indigere noua Romani Pontificis decisione.

16 Petr.Rebuff.*in prax. benef tit. de mod. amitten. beneficia, numer.* 25. expresè affirmat filios hæreticorum non esse priuatus illis beneficiis quæ habebant ante delictum à patribus commissum, sed esse inhabiles ad postea obtinenda, alleg. Aufrer. *in Capell. Thol. q.* 120. & Hippolytum, *in tract. de fideius. q.* 12. *n.* 120. post glos. *in cap. satis peruersum. 56. dist.*

Sed Aufrer. ibi *n.* 6. *ver. vnde gl.* nullum verbum de crimine hæresis, cùm citet glos. *in d. c. satis peruersum. 56. dist.* licèt addit. ad Aufrer. ibid. dicat idem esse in crimine hæresis, verùm non loquitur de obtentis.

17 Hippol. verò Marsil. *in repet. rubr. de fideiuss. q.* 12. *n.* 143. *vers. item prædictis*, non exemplificat aliquid de crimine hæresis, imò semper videtur versari in crimine læsæ maiestatis humanæ, ex quo fundat se *in l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiest.* & *in glos. d. c. satis peruersum*, concludit, quòd patre condemnato de crimine læsæ majestatis non intelligitur publicatum beneficium ecclesiasticum filij, vel sua præbenda quæ filio reseruantur.

Iul. Clar. *in § hæresis, num.* 16. *versicul. item Clericus*, quamuis confiteatur communem sententiam esse filios hæreticorum ipso iure priuari beneficiis obtentis tempore commissi criminis, sequutus tamen Simanc. liberè profitetur opinionem negatiuam.

18 Quam Simanc. affirmauit *tract. de cath. instit. tit.* 29. *num.* 20. dicens nullo modo esse priuandos illis beneficiis quæ antea obtinuerant quàm patres eorum declararentur hæretici, quia id, inquit, nullo iure cauetur, & inquissimum est.

Eadem fuit sententia Couar. *lib.* 2. *var. resol. c.* 8. *num.* 4. *in fin.* adducens duas rationes. Primò, quia nullibi expressum est filios obtentis beneficiis priuari ob paternum scelus, tum præterea quoniam regulariter qui inhabilis efficitur ad obtinenda non priuatur obtentis.

Ego verò in Directorio Inquis. *par.* 3. *q.* 114. eandem sententiam tanquam veriorem & meliorem sum amplexus.

Quam nouissimè etiam professus est Ignatius Lopez de Salzedo *in comment. pract. crim. Can.* Bernard. Diaz *cap.* 114. *vers. quinimmo filij hæreticorum.*

19 Sanctissimo D. meo Clementi VIII. hæ rationes placuerunt. Primò, quia nunquam iure expresso reperitur cautum, vt filij hæreticorum, & fautorum etiam beneficiis obtentis priuentur, quo tempore parentes damnantur, quod cùm pœnale sit non debet extendi, *c. odia. de reg. iur. lib.* 6.

20 Item quia pœna priuationis nunquam imponitur nisi exprimatur quòd veniat imponenda, glos. fin. *in cap. fin.* communiter recepta, & ibi communiter Doct. *de iure patron.*

21 Præterea quoniam regulariter qui inhabilis efficitur ad obtinenda beneficia, obtentis non priuatur, glos. sing. *in Clemen.* 1. § *ipsius, de pœn.* quam sequuntur ibid. Zabarell. Ioan. de Imol. & Bonif. & cet. quos refert, & probat Couar. *lib.* 2. *var. resol. c.* 8. *num.* 4.

Rursus quia antiquorum Doct. opinio non fuit vsu S. Inquisitionis recepta, quamuis enim filij hæreticorum inhabiles remaneant ad obtinenda ecclesiastica beneficia post patrum condemnationem, non tamen priuantur obtentis antequam pater condemnaretur, qua in re plurimum referre quid tanti tribunalis sequatur autoritas exploratı iuris est.

22 Postremò in proposita facti specie dubio potissimùm suadebant non esse ab hac sententia recedendum. Primum, quia Doct. & iura agentia de hoc articulo semper loquuntur de beneficiis ecclesiasticis, non de fructibus, aut pensionibus reseruatis super prouentibus beneficiorum. Certum est autem in materia odiosa, qualis est causa priuationis, appellatione beneficiorum non venire pensiones, Crescen. *decis.* 296. *incip. pensio in materia stricta, aliàs est decisio* 14. *tit. de renud. in impress.* vbi alleg. plur. Doct.

Alterum erat quia Antonius Perez Gonsal. pater tanquam contumax & fugitiuus damnatus fuerat ab inquisitoribus; quo casu succedit regula quòd quando quis ob alterius delictum punitur, tunc non tenetur quando in principalem in contumaciam fertur sententia, Bart. *in l. cum filiusfamilias. ff. de verb. oblig.* quia vt quis puniatur ob culpam alterius, non sufficit culpa præsumta, sed requiritur verum & certum delictum, hoc tamen motiuum fortasse posset pati aliquam difficultatem propter illa quæ scripsi *in direct. inquis. part.* 3. *quæst.* 115. *versi. patri damn.* 23

His ita positis non obstant adducta in contrarium, per Doct. & Primò non obstat tex. *in c.* 2. § *hæretici, de hæret. lib.* 6. quia ille tex. solùm videtur excludere filios hæreticorum à beneficiis obtinendis, dum dicit, *ad nullum ecclesiasticum beneficium assumantur.* Nam verbum, *assumantur*, non inducit priuationem obtentorum. 24

Rursus non obstat tex. *in cap. statutum. lo* 2. *de hæret. lib.* 6. Quoniam eodem modo respondetur ibi non esse talia verba quæ inducant priuationem obtentorum, solùm enim dicitur, *ipsorúmque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticũ admittantur*, quasi dicat non admittantur in futurum. Ergo si sint admissi non priuantur. 25

Non obstat tex. in cap. vt commissi. §. priuandi. de hæret. in 6. Propterea quia dum ibi dicitur, *priuandi vel priuatos denunciandi*, dictio *priuandi* refertur ad hæreticorum fautores, receptatores, & defensores; dictio verò *priuatos denunciandi* refertur ad ipsos hæreticos qui sunt ipso iure beneficiis priuati, Couar. *lib.* 2. *c.* 8. *num.* 4. quem sum sequutus *in Direct. part.* 3. *quæst.* 113. Aliam propositionem ponit Gondis. *tract. de hæret. quæst.* 23. *num.* 2. *versic. rest. respondere.* 26

Non obstat tex. *in c. felicis. §. quod si quis. de pœn. lib.* 6. Quia sæpe contigit legislatores minora crimina seueriùs variis ex causis coërcere ad refrænandam delinquendi audaciam, Couar. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 4. *var. resol.* Gonsal. de Villad. *tract. hæret. q.* 23. *num.* 2. *versiculo præsertim quia interdum.* 27

Non obstant constitutiones Innocentij IV. & Alexandri *c. sub relato.* quia loquuntur in filiis hæreticorum, vel fautorum, & similium qui ad preces hæreticorum obtinuerunt beneficia ecclesiastica. Tales enim obtentis meritò priuantur; illa enim regula quòd qui inhabilitatur ad obtinenda, non priuatur obtentis, declaratur nisi obtenta beneficia fuerint ad preces, & interuentionem, seu operam hæreticorum, & fautorum. 28

Postremò ad Constitutionem Nicolai III. quæ magis vrget in hac causa, cùm expresè sanciat filios hæreticorum etiam acquisitis beneficiis priuari. Respondetur, vel intelligendam iuxta modum & tenorem præcedentium extrauagantium aliorum Romanorum Pontificum, vel non fuisse vsu receptam, quod videtur certius, vel in hoc non esse conformem dispositioni iuris communis comprehensi in Decretalibus, & Clemen. & ideo ei non esse standum in hac parte. Licèt enim omnes Extrauagantes in materia Inquisitionis contra hæreticos sint validæ & seruandæ, quamuis non sint in corpore iuris positæ. Id tamen procedit in his quibus non obuiant Constitutiones positæ in voluminibus iuris, ita enim constituit Bonifac. VIII. *c. fin. § fin. de hæret. lib.* 6. 29

Cæterùm quia difficile videtur iudicare, an sit contraria nec ne, & quia facile possent eludi dispositiones similium Extrauagantium dicendo eas esse contrarias dispositioni in corpore iuris clausæ, propterea magis placet secunda responsio, quòd non fuerit in hac parte vsu recepta, quod videtur etiam fuisse de mente Sanctissimi, respondentis dicto Iusto se cum Congregatione S. Inquisitionis sensisse negatiuam opinionem tanquam benigniorem seruandam, & ratio fuit quia præter benignitatem, & mansuetudinem huius opinionis negatiuę Sanctitas sua vt accepit à quodam S. Inquisitionis officiali qui eidem Congregationi interfuit, intellexit à Cardinalibus Inquisitoribus, & Consultoribus senioribus contrariam opinionem nunquam fuisse vsu receptam.

Non

30 Non obstat glos. *in d. c. quicunque. §. hæreticis autem, in verbo, beneficium, de hæret. in 6.* vbi not. beneficium ibi largè sumi, & doct. Rom. in ibid. not. cum glos. *in versicul. not bene*, quòd Constitutio pœnalis extenditur de stricta significatione vocabuli ad latam, & consequenter pensiones venire appellatione beneficiorũ, Caccialup. *tract. de pens. q. 30.* Gig. *eod. tract. q. 34. num. 7. versicul. limita tamen conclusionem.*

31 Quia posset responderi istam opinionem fortasse posse habere locum in pensionibus, quæ dantur in titulum beneficij, non autem in illis quæ dantur tanquam fructus pro sustentatione quæ non requirunt residentiam, vt optimè distinguit Caccialup. præcit. *q. 30. numer. 10 & seq.*

32 Sed neque Gig. vrget, qui loquitur de Clerico lapso in hæresim, qui si fiat inhabilis ab beneficia esset etiam inhabilis ad pensiones. Sed in filiis hæreticorum, qui non deliquerunt, fortassis secus respondisset.

Burgi S. Sepulchri Bonorum. Veneris 2. Decembr. 1594.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Actorum transportationis omissio non vitiat sententiam quando non fuerunt transportata omnia acta, diuersa tamen causæ. n. 1.

DECISIO LXXXVIII.

1 Resolutum fuit non esse necessariam transportationem omnium actorum in Rota inter Balleoñes, & Turenu, & Taurinum, quia sunt diuersæ causæ ab ea, quę nunc agitur, sufficit enim Taurino ostendere euictionem sequutã, & de ea docetur ex his, quæ modò sunt in actis, & cùm propter dictam euictionem sequutam obtinuerat mandatum de associando, & de manutenendo ab Auditore Cameræ, de cuius exequutione hodie tractatur in Rota, D. Griffonus appellans, qui dicit vtrumque mandatum iniustum, si id vult ostendere ex præfatis actis, tenetur illa trãsportare, omnia enim, quæ pro parte ipsius allegantis allegantur, procedunt, quando ipsa acta fuerunt producta coram Iudice à quo, tũc enim omnia sunt producenda coram Iudice ad quem, & ita procedunt allegatæ decisiones per ipsum; secus quando causa quæ agitur, licèt habeat aliquam consequentiam à prima, tamen non est vna, & eadem cum illa: si autem voluerit audiri an ex his, quæ hactenus reperiuntur producta tam coram Auditore Cameræ, quàm coram me, constet de iniustitia dicti mandati ex eo, quòd Taurinus spoliauerit Turenum, particulariter dubitabo.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Beneuentana Census. Veneris 16. Decembris 1594.

ARGVMENTVM.

Census dicitur illicitus, & vsurarius, quando in eo non interuenit pecunia numerata, quando non imponitur super re certa, & quando in eo apponuntur pacta repugnantia Constitutioni Pij Quinti.

SVMMARIVM.

Census dicitur impositus in pecunia numerata, quando sic in instrumento per Notarium asseritur. n. 1.

Instrumentum præsumitur verum, facit rem certam & manifestam, & vbi est casus instrumenti cessat omnis disputatio. n. 1.

Instrumentum admittit probationem in contrarium. n. 2. vbi tamen quòd apertissima requiritur probatio.

Testes pro informatione Curiæ examinati parte non citata non probant. n. 2.

Confessiones procuratorum non habentium speciale mãdatum ad confitendum possunt reuocari à principalibus etiam non docto de errore. n. 3.

Mandatum non præsumitur in actu, in quo modica requiritur impensa. n. 4.

Commissio non præsentata in actis confessionem non inducit. num. 4.

Periuri non obtenta absolutione à iudicio repellendi sunt. n. 5.

Census dicitur impositus super certo corpore rei immobilis, quando fuit impositus super vinea, & domo certa, certísque finibus circumscripta, licèt postea addatur super omnibus, & quibuscumque bonis. n. 6.

Census impositio cum pactis contrariis Constitutioni Pij Quinti non vitiatur stante protestatione quòd non apponenda habeantur pro non appositis. n. 7.

DECISIO LXXXIX.

1 Placuit Dominis sententiam Auditoris Cameræ esse reuocandam, quia census de quo agitur, secundùm ea, quæ præponuntur, sustinetur. Nam quòd scriptum est in publico instrumento pecuniam fuisse numeratam præsumitur esse verum, Bald. *in l. sciendum. num. 3. de verb. oblig. & in authent. si quis in aliquo. numer. 11. C. de eden.* Bald. *in l. 1. numer. 15. in fine, de testament.* Alex. *consil. 53. numer. 1. libr. 7.* vnde etiam instrumentum publicum dicitur euidens probatio, & facit rem certam & manifestam, *c. cùm dilecti*, & ibi not. Abb. *numer. 2. de donat.* Bart. *in l. 1. in princ. numer. 8. ff. de oper. nou. nunc.* Bald. *in l. interest. numer. 2. C. de solu.* Alex. *cons. 135. numer. 5. libr. 6.* Dec. *cons. 423. numer. 9. cum seq.* Socin. iun. *cons. 127. numer. 7. lib. 3. & cons. 1. numer. 49. libr. 4.* & ideo vbi est casus instrumenti, cessat omnis disputatio, vt dicitur de casu legis, Crauet. *cons. 31. in fine.*

2 Non obstat, quòd contra publicum etiam instrumentum probari possit. *c. cùm Ioannes. de fide instrumen. l. iuris gentium. §. quod ferè.* & ibi not. Ias. *numer. 2. ff. de pact.* & quòd testes descripti in instrumento deponant pecuniam non fuisse numeratam, sed solùm demonstratam, neque ab illis qui censum vendiderunt fuisse receptam, probant quia non fuerunt legitimè examinati, sed pro informatione Curiæ parte non citata & sine interrogatoriis recepti, & ideo nullam faciunt fidem, nisi iuridicè fuerint recepti. *c. 2. de test. l. si quando. C. eod.* Bart. *in l. vlt. de quæst.* Sal. *in l. vlt. in fine. C. eodem.* Alex. *cons. 180. numer. 7. libr. 2.* Cyn. *cons. 134. numer. 3. libr. 4.* & contra instrumentum publicum apertissima requiritur probatio. *d. c. cùm Ioannes. de fid. instr. l. optimam. C. de contrah. stipul. §. velim. Inst. de inutil. stipul.*

3 Non obstant confessiones, quia fuerunt reuocatæ: nam cùm factæ fuerint à procuratoribus sine speciali mandato ad confitendum, etiam non docto de errore possunt reuocari, Rot. *decis. 19. de procurat. in nou.* Ægid. *decis. 119.* Put. *decis. 171. numer. 2. libr. 3.* Felyn. *in c. 1. num. 14. vt lit. non contest.* Paris. *cons. 115. numer. 18. & seq. lib. 1.*

4 Neque etiam obstat confessio, quæ dicitur ex commissione Sanatoria obtenta ab ipsis Dominis de paterno, quia non constat ab eis, vel de eorum mandato fuisse impetratam, neque id præsumitur, cùm ad eam impetrandam modica requiratur impensa, Sarment. *reg. de anna. possess. quæst. 32. numer. 6. versicul. contraria verò opinio*, Orad. *decis. 80.* Put. *decis. 299. numer. 2. libr. 3.* Peregr. *decis. 44. lib. 1. & decis. 7. lib. 2.* Neque etiã dicta commissio fuit præsentata, & in iudicium deducta, & ideo nulla ex eo confessio dici potest.

5 Accedit etiam, quòd DD. Titij, qui opponunt contra hoc instrumētum,& dicunt pecuniam non fuisse numeratam,nec libr traditam,& consequenter contractum esse simulatum,seu vsurarium,iurarunt omnia contenta in instrumento esse vera, & ideo cùm prius absolutionem à iuramento non obtinuerint tanquam periuri a iudicij limine d.bent repelli,c.dilecti,& ibi Abb.Felyn.& alij notant,de except.Rip.in c.ex parte.n.4.de rescrips. Crauet. cons. 7.num.12.

6 Neque etiam obstat quòd census non fuisset impositus super certo corpore rei immobilis, vt requiritur à Constitutione fel.recor. Pij Quinti, quia ex lectione instrumenti hoc obiectum tollitur: nam census fuit impositus super quadam vinea,& quibusdam domibus certis finibus circumscriptis, & postea dictum est, & super omnibus & quibuscunque bonis, vnde cùm certa corpora fuerint expressa,vtile per inutile non vitiatur. capit. vtile.de reg.iur.lib.6.l.1.§.sed si in nulis.de verbor. oblig. & illa verba, superomnibus & quibuscunque bona, ex abundanti sunt adiecta pro faciliori census exactione, quæ autem exabundanti interponuntur obesse non solent. l. item.§. procuratori. versicul.quid tamen.ff. de neg. gest. l. testamentum non idio.C. de testament.

7 Neque etiam obstant aliæ conuentiones,quæ d.Constitutioni Pij Quinti fuerunt adiectæ, super Constitutione census videntur repugnare ,quia census est constitutus cum expressa protestatione, quòd contrahentes intendunt d.Constitutionem obseruare,& non aliter nec alio modo contrahere , & ideo quodcumque pactum fuit appositum contra tenorem illius Constitutionis , perinde habetur ac si non esset scriptum in instrumento, quoniam hæc verba inducunt formam. l. non aliter, in principio, & l. g.a.d.qui heredes.§.vltim.de cond.& dem.l.non aliter.ff. de adopt.& ita in hac specie fuit resolutum coram R.P.D. meo Orano 13.Nouembris.1589.

IVSTI.

Conchen. Pensionis.
Veneris 16. Decembris. 1594.

ARGVMENTVM.

Filij hæreticorum non priuantur beneficiis obtentis ante patris delictum.

SVMMARIVM.

Filij hæreticorum priuati sunt beneficiis obtentis etiam ante patris condemnationem. n.1. contrarium, n.2. & hæc contraria opinio tanquam benignior recepta est in Officio S.Inquisitionis.n.3.

DECISIO XC.

1 PRoposui dubium in Rota die Lunæ 24. Octobris 1594.inter Ferdinandum de Scolar,& Gundisaluum filium Antonij Perez hæretici condemnati fugitiui in partibus Hispaniarum, an in casu de quo agitur Ferdinandus sit liberandus à solutione pensionis fructuum alias ad fauorem Gundisalui Perez reseruatæ, in quo dubio cadebat illa quæstio , an filij hæreticorum sint priuati , vel priuandi beneficiis obtentis etiam ante patris condemnationem, quæ est controuersa inter Doctores, & affirmatiuam tenet Ioan. Andr. in capit. vt commissi. §. priuandi.de heret.in 6.sub num.4.in versic.priuand.& ibi Gemin.num.4 Henricus Boich.in cap.vergentis.num.12.& ibi Anan.numer.13.de heret. Præpos.in capitul.fane perusus.num. 4. 56. distinct. Imol. per verba, forte, in l. in sulam. numer.2.ff. solut.matrimon. Rom.sing. 693. 619. in tract.de crimine lesæ maiestatis, libr.3.quæstion. 11. in fine,quam opinionem etiam dicunt esse communem Doctorum qui tenuerunt contrariam sententiam,cui opinioni videntur conferre Constitutiones Summorum Pontificum , scilicet , Innocentij IIII.decima, Nicolai III.secunda, Alexandri IIII.10.& Pauli IIII.41.

Inter illos autem,qui tenent contrarias partes , con- 2 numeratur Abb.in d.c.vergentis.Rebuff.in praxi beneficiorum,in tit.de modo admitten.benef. numero 25.Gundis.de heresis.cap .23.numero 2.Lud.Carer.de heret.num.141.Couar.var.re solut.lib.2.cap.4.num.4.qui allegat Io. Lup. de Regno Nauarræ.5.part.§.8.vbi primam opinionem dicit communem,& hanc secundam tenet etiam Simanch. de Catholic.instit.c.tit.29.num.29.Clar.in §.heresis.numero 14. Molin.de primog. Hispaniarum.lib.4. numero 54. cum seq. & mature firmauit R. P. D. meus Penia ad Direct. Inquis. part.3.Schol. 156.

In quo casu Domini mandaruot, vt ego referrem S. 3 D. N. Clementi Octauo , & ego retuli Suæ Sanctitati,qui die 23.Decembris subsequen.respondit mihi alloquutum fuisse Congregationem S.Inquisitionis ,& reperisse Sanctum Officium seruare opinionem negatiuam,tanquam benigniorem ,idcirco non esse locum disputationi.

PENIÆ.

Bononien. Alimentorum.
19. Decembris 1594.

ARGVMENTVM.

Alimenta quomodo constitui debeat filio spurio condemnati ab eo qui redemit hæreditatem paternam à fisco soluta certa pecuniarum quantitate an sit habenda ratio pecuniæ solutæ nec ne.

SVMMARIVM.

Alimēta constitui debent filio defuncti ab eo qui redemit hæreditatem illius soluta certa pecuniarum quantitate nulla habita ratione pecuniæ solutæ,sed eo modo ac si nihil foret impensum.n.1.

Alimenta præstari debent filiis per successorem patris pro modo facultatum quæ erant post eius mortem.n.2.

Alendi liberos onus transfertur etiam quòd bona transferant in fiscum.d.n.2.

Cessionarius fisci qui cum honoribus & oneribus hæreditatem delinquentis redemit tenetur præstare alimenta illius filio prout fiscus tenebatur, nulla habita ratione pecuniarum quas soluit pro reportanda cessione d.num.2.

Obligatio alendi liberos nec pacto partium nec consuetudine nec lege aliqua tolli potest.d.n.2.in fin.

Emens hæreditatem à fisco tenetur ad omnia onera,& obligationes quibus fiscus tenebatur.n.3.

Fiscus vendens hæreditatem sic intelligitur vendere vt ad onera emtor non fiscus teneatur.d.n. 3. vbi quòd hoc multo magis locum habet quando ille emit cum honoribus & oneribus.

DECISIO XCI.

PRo redimenda hæreditate Camilli Voltæ, quam fiscus occupauerat,soluerat R.P.D.Volta scuta septem millia,quorum quia in constituendis alimentis Mario Voltæ Camilli filio habendam fuisse rationem prætendebat,ideo dubitaui super eo,& Rota censuit illius pecuniæ solutæ nullam habendam fuisse rationem in constituenda minori alimentorum quantitate, quæ constituenda esset si nihil foret impensum,l.1.& ibi glos.in verb. fiscū,& com.Doct.C.de hered.vel act.vend.l.2.ff. de alim.& cibar. 1

tiber.leg.4.C. ... *lib.4.Decret.cap.8.§.6.n.14.*Peregr.*de iur. fisc.lib.5.tit.1.n.75.*Thes.*in l.si quis à liberis.§.idem rescript.n.80.ff.de lib.agnosc.*

2 Nam post mortem patris successorem in bonis teneri pro modo facultatum ad præstādum filiis alimenta explorati iuris est.*d.l.si quis à liberis.§.idem rescriptum.de liberis agnoscend.* Onus enim alendi liberos transfertur quamuis bona in fiscum transferantur, Soc.sen.*cons.30.lib.1.*cum aliis latè deductis in decis.in hac causa facta, in qua cùm fuerit definitum obligari fiscum qui Camilli bona acceperat ad alimenta Mario præstanda, eodē modo D. Volta Cameræ cessionarius, qui cum honoribus & oneribus hæreditatem Camilli redemerat, non deducta pecuniarū summa quam soluerat, ad alimenta præstanda tenebatur, quia neque ex pecuniis solutis, neque ex persona emtoris hæreditatis fuerat alterata, mutata, aut diminuta obligatio quæ competebat Mario contra fiscum.Ias.*consil.88.in cap.in præsenti consultatione,n.12.vers.item ex persona,libr.3.* aliàs enim locus posset fieri fraudi, & consequenter absurdum si fiscus posset facere deterius ius eius cui alimenta debentur, quorum obligatio adeò est præcisa vt nec pacto partium, nec consuetudine, nec lege aliqua tolli possit, Abb.*in c. fin,n. 22. de consuet.*Crauet.*cons.26.n.2.*Couar.*lib.4.Decretal.par.2.c.8.§.6.num 4.*

Si enim emtio vel per fraudem vel iusto pretio facta appareret, filij ab alimentis omni iure debitis contra omne ius & pietatem fierent alieni si prætextu cuiuslibet pretij soluti pro hæreditate ab emtoribus excluderentur.

3 Supradictis accedebat communis & vera sententia de ementibus à fisco, in quo illud est speciale, vt ementes hæreditates ab illo teneantur ad omnia onera & obligationes passiuas, quibus fiscus erat obnoxius. *l. 1. C.de hered.& act.vend.*vbi glos.& commun.Doct.*l.eum qui bona.ff.de petit.hered.* & declarat optimè Ias.in his terminis *d.consil.88.num.13.libr.3.*Quando enim fiscus vendit hæreditatem de cuius natura est habere onera. *l.si hæreditatem.ff.mandat.* sic intelligitur vendere vt ad onera emtor non fiscus teneatur, Ias.*d.dict.consil 88.*Peregr.*libr.6.de iure fisc.tit.4.num.30.* & fuit decisum in Romana Pecuniaria die 9. Maij proximè præteriti coram R.P.D. Pamphilio, quod maximè locum habebat in proposita facti specie, in qua dictus Volta emerat cum honoribus & oneribus, nec poterat ignorare adesse Marium Camilli filium cui de hæreditate debebantur alimenta, Alexan.de Neuo *consil.95.incip.casus talis est.numer.9.&* 10. Dec. *consil.187.num.2.& 3.*

At huic decisioni obstare videbatur illa sententia quam Rota fuit sequuta in Romana Quinquaginta millium coram S.D.N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore 14. Ianuarij 1575. quòd bona parentum non sint pro alimentis.

G I P T I I.

Vrbeuetana Census. Lunæ 13. Februarij 1595.

A R G V M E N T V M.

Ex summario habebis argumentum.

S V M M A R I V M.

Census quando est illicitus, & vsurarius popter pactum quòd emtor possit cogere venditorem ad illum redimendum, tunc fructus soluti sortem principalem extingunt, num.1.

D E C I S I O   XCII.

Domini Monaldus, & Iordanus de Clementinis tunc minores emerunt censum de cuius fructibus hodie agitur, cum pacto, quòd liceret ipsis emtoribus

quandocumq; compellere Dominos de Gualteriis vēditores, ad censum redimēdum, & pretium restituendum, propterea Rota resoluit huiusmodi contractū esse nullū, & fructus solutos extinguere sortem principalem, & super hoc latę fuerunt duæ sententiæ. Postremò corā me fuit quæsitum, an fructus soluti tempore communionis prædictorum fructuum, veniant computandi in sortem principalem in præiudicium D. Octauij filij q.Iordani, cùm ipse non sit hæres Monaldi, & d.die 13. Februarij Domini resoluerunt fructus solutos tempore communionis extinxisse sortem principalem, cùm hoc casu extinctio, & computatio fructuum in sortem fiat à lege ipso iure absque hominis facto, *c.1.& c.conquestus. de vsur.c.cum contra.de pign.act.*Soc.*cons.29.n.27.vers. circa tertiū,lib.1.*Paris.*cons.54.n.79.lib.*Rol.*cons.40.sub n.37.lib.2.* fructus verò, qui reperiuntur per D.Iulium sunt illi quos vltra sortem d.Octauius post diuisionem recepit ad quorum restitutionem teneri non est dubitandum, cum sine causa ad ipsum peruenerunt, *l. ex his omnibus causis.ff.de condict.indeb.l.1.C.eod.*quamuis contra Monaldum, siue eius hæredes prædictus D.Octauius poterit habere recursum de euictione census pro rata ei tangente. An in calculo faciendo habenda sit ratio illius partis census retrouenditi de anno 1570.poterit particulariter videri.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Nucerina Castri..... 6.Iunij 1595.

A R G V M E N T V M.

Apparente vitio citationis, & examinis testium processus corruit.

S V M M A R I V M.

Verba in rescriptis propriè, non impropriè sunt interpretanda, n 1.

Testium examen nullum est si non apparet testes tactis scripturis iurasse.n.2.

Processus corruit apparente defectu citationis, & examinis testium.dicto n.2.

D E C I S I O   XCIII.

Fvit resolutum iuta in processu compulsoriali, quæ 1 egent recognitione, non esse in forma probanti. Primò, quia Illustriss.Cardinalis non fuit citatus in loco, in quo, secundùm formam litterarum compulsorialium, citari debebat, *c.cùm dilecti. de rescript.*

Nec obstat, quòd Ecclesia sancti Benedicti de Gualdo 2 sit Ecclesia maior, in dicto loco, quia non est Cathedralis, & in rescriptis verba propriè non impropriè sunt intelligenda. Adest etiam defectus iuramenti, quam primò non constat, an Iudex, vel Notarius de mandato suo receperit illud, cùm fol.18 mander recipi testes. Secundò non apparet an testes iurauerint tactis scripturis. Cùm deficiant ea omnia, quæ ad præsumendum ritè & rectè testes iurasse adesse debent, iuxta tradita per Alex.*in rub, de iureiur.prope fin.*

ILL. D. CARD. MANTICÆ.

Papien. Matrimonij.
Lunæ 27.Februarij 1595.

A R G V M E N T V M.

Remissoria in causis profanis, quando articuli sunt releuātes regulariter conceditur, sufficitq; vnum articulum esse releuantem, licèt

alij sint irrelevantes, nec quælibet calũniæ suspicio sufficit ad denegandum remissoriam nisi fuerit vehemens, aut saltem probabilis.

SVMMARIVM.

Remissoria ad examinandos testes in causa profana, quando articuli sunt relevantes regulariter danda est, præsertim in causa matrimoniali. n.1.

Remissoria ad examinãdos testes conceditur, si vnus ex productis articulis fuerit relevans, etiam quòd alij nõ sint relevantes. n.2.

Matrimonium non seruata forma Concilij Tridentini nullum, & invalidum est. n.3.

Confessionis propriæ nulla maior probatio. num.4.

Demonstratio falsa non mutat veritatis substantiã. n.4

Confessio erronea ante finitum negocium potest revocari. n.4.

Testes contrarij confessioni partis possunt etiam admitti quando agitur de revocatione dictæ cõfessionis. n.4.

Remissoria, vt denegetur propter præsumptam calumniam non sufficit quælibet calumniæ suspicio, sed debet esse, vel vehemens, vel saltim probabilis. n.5. arbitrio Iudicis. n.6.

Matrimonij causa dicitur grauissima. n.7.

Testes examinantur etiam post publicationem in causa matrimonij. n.7.

DECISIO XCIV.

1 COnclusum fuit remissoriam pro examinandis testibus in partibus Illustrissimæ D. Comitissæ Beccariæ esse concedendam, ea potissimum ratione, quòd causa non est beneficialis, sed prophana, & articuli sunt relevantes, quo casu facilè conceditur. Rot. *decis.6. de probat. in nou.* Cassad. *decis.* .... *de appellat.* Put. *decis.* 201 *libro* 1. Caputaq. *decis.68. lib.* 3. & in specie, quòd in causa matrimoniali debeat concedi, decisum fuit coram eodem, *decis.* 53. *eodem lib.*3.

2 Et ad effectum concedendi remissoriam, satis est, si vel vnus articulus, qui ad victoriam sufficiat, possit probari, tunc enim pro omnibus decernitur, vt tenet Rota, & nouissimè ita decisum fuit coram R.P.D. meo Pamphilio in Veronen. exemtionis die 4. Maij 1594. Nam protestationum facultas non debet angustari, *l. quoniam multi,* & ibi not. Bat. *de heret. & Manichæis,* & probatio vnius non excludit probationem alterius, *l. per hanc. de tempor. appellat.* licèt posterior destruat minus potentem, Socin. *cons.* 37. *n.*17. *lib.*3. Crauett. *cons.6. n.*50.

3 In proposito autem negari non potest, quin si probetur licentiam à Vicario Episcopi non fuisse concessam ante contractum matrimonium, sed postea fuisse subsequutam, vt in articulis continetur, matrimonium sit nullius momenti, quia forma tradita à sacro Concilio Tridentino non fuit obseruata, *c.* 1. §. *qui alter. de reform. sess.*24. igitur ad hoc saltem probãdum, placuit Dominis remissoriam esse concedendam.

4 Neque obstat quòd in hoc etiam articulo detegatur, ex eo quòd videatur esse contra propriam confessionem ipsiusmet D. Comitissæ, quæ in apocha sponsaliorum enunciat hanc Vicarij licentiam interuenisse, & nulla sit melior probatio, quàm partis confessio, *cap. per tuas. de probat. l. generaliter. de non numer. pecun.* Alex. *cons.* 35. *num.* 3. *lib.* 3. Crauett. *cons.*61. *num.* 3. quia hæc enunciatiua facilè potuit ab ea in apocha describi, proposita, quòd hoc ei ab alijs relatum fuerit, quamuis verum non esset, præsertim quia dominus Camillus sperabat se posse eam obtinere, ex falsa autem demonstratione, seu confessione, mutari substantia veritatis minimè potest, *l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor.* Et ideo talis confessio facta per errorem ante finitum negotium potest reuocari, *capit. vltimo, de confess. l. error facti. C. de iur. & fact. ignor.* & huius quidem erroris, & antidatæ in licentia à Vicario obtenta, præsumtio oritur ex cancellatione, quæ dicitur apparere in libro Parochi, vnde calumniæ suspicio submouetur.

Neque etiam quælibet suspicio calumniæ sufficit ad impediendam remissoriam, sed vehemens, vel saltem probabilis requiritur, quia agitur de præiudicio irreparabili. Bal. *in l. non epistolis. numer.* 2. *versicul. sed ad hoc respondeo. C. de probat.* Dec. *in c. licet causam, in 6. not. numer. mihi* 42. *extra eod. tit. & in c. super eo. el.* 1. *in fin. de appell.* 5

Vnde vtplurimum remissoria pendet ex arbitrio Iudicis, qui ex varijs causis & personis solet calumniam concipere, vel non concipere, *l. iudicis. & auth. apud eloquentissimum. de fid. instrum.* & ita dictum fuit coram Reuerendiss. Oriolen. in vna Regien. S. Thomæ die 10. Decembris 1579. *in vers. vt dicebant diuersam esse rationem.* 6

Quare cùm causa matrimonij sit grauissima, & in ea post publicatas etiam attestationes liceat testes examinare, *c. cum in tua, & gloss. vltim. ad fin. in cap. fertur. de testib.* cum alijs deductis à Gabr. *in conclus.*21. *numero.* 69. *libr.* 1. *eodem tit.* Placuit Dominis remissoriam etiam concedere. 7

Paduana Matrimonij. 6. Martij 1595.

ARGVMENTVM.

Confessio incidenter facta, & ad diuersum finẽ confitenti non præiudicat, præsertim in diuerso iudicio, & quando aduersarius affirmat contrarium eius, quod quis confitetur.

SVMMARIVM.

Tori separatio conceditur propter adulterium ab vno ex coniugibus commissũ. n.1.

Positionibus concernentibus turpitudinem rei, reus ipse respondere non tenetur. n.2.

Confessio accessoriè & incidenter ad diuersum finem facta confitenti non nocet. n.2.3. & 4.

Confessio in vno iudicio emanata nõ nocet confitenti in alio diuerso. num.3. Vbi ampliat etiam inter easdem personas.

Accusans iudicem tanquam à se corruptum, non potest ex sola illa confessione damnari. n.3.

Positio reuocari non potest nisi docto de errore. n.5.

Confessio non nocet confitenti, quando est contraria confessioni aduersarij. n.5.

DECISIO XCV.

HIppolyta agebat super nullitate matrimonij contracti cum Marco, ex defectu impotentiæ, & cùm positionibus ad illam probandam datis Marcus negaret, & redderet rationem, *che sono 4. ò 5. giorni che io hò conosciuto carnalmente delle donne:* Hippolyta recessit à priori iudicio, & cœpit instare pro separatione tori propter commissum adulterium ex dicta confessione resultans; vnde dubitaui, an esset illi locus, & Domini tenuerunt partem negatiuam. Nam licèt adulterium per alterum ex coniugibus commissum sit legitima causa separationis contra illum qui commisit, *c. intelleximus. de adult. c. significasti. c. gaudemus, de diuort. c. ex parte. de sponsal.* 2. *par. cap.*7. §. 5. *numer.* 8. *versicul.* 5. *hinc diuortio,* & bene probatur per confessionem adulteri, *d. c. intelleximus,* vbi Abb. *num.* 3. & 4. glos. mag. post med. *versicul. nisi in c.* 3. 32. *q.* 1. Couar. *d.* §. *quinto. numero* 12. Natt. *cons.*24. *in princ.* Tamen confessio, de qua quæritur, ex multis non probatur. 1

Primò, quia iudex contra formam expressam *c. ex* 2

hic

teris.de diuort. processit: nam in primis admisit positionem tertiam conceptam hoc modo, quòd dictus Marcus ante contractum matrimonium sæpe tentauit cognoscere fœminas carnaliter, & propter impotentiam non potuerit, cui Marcus non tenebatur respondere: nam si illam fateretur, detegebat turpitudinem suam, Lanfranc. *in c. quoniam contra. de prob.§. de responsionibus, numer.*191.Bald.*in l.2.§.quod obseruari, numer.*21.*&* 23.*de iuram.cal.* Caputaq.*decis.*327.*num.*3.*&* 4.*par.*2.& cùm bene respondisset Marcus, non credere, constrinxit illum, vt magis præcisè responderet, vnde intrat suspicio, quòd dicta confessio fuerit facta ad effectum se defendendi, & excusandi à suggestione & impositione impotentiæ, ex quo capite solum prætendebatur dissolutio matrimonij, qua suspicione stante dicta confessio non probat, vt notant omnes *in c.attestatione, de sponsal. in c.super eo, de consang.& affin.*& est decis.Pui.118.*num.*13.*&* 14.*lib.*2.

3 . Præterea secundò, iudicium separationis tori est diuersum à iudicio dirimendi matrimonium, propter impotentiam, cùm separatio coniugum præsupponat matrimonium extare,& dirimi non posse, quo fit, vt confessio in vno iudicio emanata non noceat confitenti in alio diuerso.Rot.*decis.*4 *num.*2.*de confess. in antiq.* Purpur. *in l.2.num.*141.*de verb.oblig.*Achil.*decis.*4.*de confess.* facit etiam doctrina Bald.*in auth.nouo iure.num.*3. *C.de pœn. ind.* vbi dicit, quòd qui accusauit iudicem tanquam à se corruptum, ea sola illa confessione damnari non potest. Sequitur Præpos.*in cap.super eo quod.de eo, qui cogn.consang.* eandem sententiam tenuit Alexand.*in l.2.numer.*27. *C.de eden.*qui loquitur, vbi agebatur in alio iudicio inter easdem personas, & ita fuit iudicatum in regio Consilio Portugalliæ refert Valasc. *tom.* 1. *Consult. consult.* 33. *in fine.*

4 Tertiò, dicta confessio fuit facta accessoriè, & incidenter ad alium effectum, & de re non deducta in illo iudicio, quo casu non præiudicat ad alium effectum, Dec. *cons.*310.*num.*4.Afflict.*decis.*176. *quadam mulier.* vbi habetur, quòd mulier inquisita de furto, si confiteatur adulterium, non potest condemnari ex tali confessione, quod maximè procedit in hoc casu, ea suprà deductis ob periculum animæ, & fauore matrimonij, ad trad. per Abb. *in capitul. ex liberis. numer.* 9. & ibi Henriq. *numero* 6. *de diuor.*

5 Accedat quòd cùm dicta confessio contradicat confessioni ipsius Hippolytæ resultante ex ipsa positione impotentiæ, ad not.per Ioan. Andr. & Canon *in cap.fin.de iureiur.in* 6.non potest probari adulterium, tum quia data paritate probationis actoris, & rei, pro reo sit præsumendum, *ex vulg.iur.* Tum etiã quia Hippolyta non potest vti hac confessione, antequam reuocet suam positionem, quam reuocare non potest, nisi docto de errore, Bartol.*in l.post leg. num.*13. *de his quibus vt indig.* cum aliis allegat.

GIPTII.

Valentina Nullitatis Census. Lunæ 24.Maij 1595.

ARGVMENTVM.

Vsura recipi non potest etiam à sponte soluente, & recepta restitui debet etiam ab eo qui solitus est suas pecunias tenere ad honestum lucrum.

SVMMARIVM.

*Fructus,& vsuræ indebitè solutæ repetuntur n.*1.

*Vsuræ nec recipi possunt à sponte dantibus, & recepta omnino restituenda sunt.n.*1.

*Vsuræ ratione lucri cessantis, non debentur etiam illi, qui solitus est pecunias ad honestum lucrum ponere. n.*2.

Farinac. Decis.lib.2.

DECISIO XCVI.

LAtæ fuerunt tres sententiæ super inualiditate cen- 1
sus, de quo agitur, & mandatum quòd fructus soluti computarentur in extinctionem sortis principalis, propterea dubitari contingit an in calculo faciendo, esset habenda ratio illorum fructuum solutorum pro rata d.census retrouenditi de anno 1570. & DD. concluserunt habendam esse rationem illorum, non obstante quòd tempore litis motæ census pro illa parte esset iam extinctus, moti fuerunt ea ratione, quia fructus indebitè soluti, & sic vsuræ repetuntur.*c.p. debitores*, & ibi Doctores omnes *de iureiurando*, Specul.*in tit.de action.& petit.§. sequitur videndum.num.*5 1.vbi reddit rationem, quia repetuntur per viam cōdictionis indebiti, & hoc adeò verum est, vt nec à sponte dantibus recipi possint, & receptæ veniant restituendæ.*l.mutu. de reg.iur.*glos.*in cap.stat. §.in super, in verb.recipere, de vsuris in* 6.Roman.*consil.*466. *in princ.*

Non obstat, quòd emtor census solitus erat tenere 2
eius pecunias ad honestum lucrum, quo fit, vt vltra sortem liceat aliquid ratione lucri cessantis, vel damni emergentis recipere.glos.*in c.conquestus.de vsur.* Couar. *lib.* 3.*var.resol.c.*4.*in princ* quia huiusmodi consuetudo etiamsi probaretur non excusaret à restitutione vsurarij. *in Clem.ex graui.de vsur.* Bald.*in auth.ad hæc.n.* 2. *C. eodem tit.* Ias.*in §.fuerat.sub n.*19.*Instit. de action.*

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Romana depositi, seu exhibitionis cedulæ.
Veneris 9.Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Notarius, qui non exhibuit scripturam in eius officio productam tenetur ad interesse, & dolo, seu culpa præsumitur occultasse, nec iuranti illam amisisse credendum est.

SVMMARIVM.

*Notarius non exhibens cedulam, seu scripturam productam in eius officio tenetur ad interesse.n.*1.

Notarij successor, si non exhibet scripturam productam in officio tempore sui antecessoris tenetur ad interesse. num. 2.

Amissio scripturæ probatur iuramento amittentis, si facta diligenti perquisitione non inuenitur.num 3. *vbi præsertim quãdo exhibitio scripturæ petitur officio iudicis.*

Amissio scripturæ non probatur iuramento amittentis qui tenebatur custodire ratione officij, & iure actionis illam exhibere, etiam non probato dolo, seu culpa. num. 4.

Dolus, & culpa præsumitur in eo, qui ratione officij tenetur ad custodiam.n. 5.

DECISIO XCVII.

DOmini firmarunt regulam contra Notarium, quòd 1
teneatur ad exhibitionem cedulæ, & propter eam non exhibitam ad interesse, quod postea videbitur quale sit, cùm enim illa fuerit in eius officio producta, & sic effecta de actis, iuxta not.*in l.*1. vbi Cagnol.*num.* 53. post alios.*C.de eden.*tenebatur ratione sui officij illam custodire, & partibus exhibere.*l.*2.vbi not.*C.de eden.*latè Dec. *in c.*1.*n.*46.*&* 53.*extrà de probat.*

Et hoc procedit non solùm in ipso Notario cui cedu- 2
la fuit consignata, sed etiam in eius successore in officio, qui tenetur ad eandem custodiam ad quam tenebatur præcessor.*l.si quis ex argentariis.§.cogentur, & l.quadam.§.si nihil interest.ff.de edende.*

3 Nec excusatur ex eo quòd etiam cùm iuramento asserat illam fuisse deperditam,& facta diligenti perquisitione inter scripturas officij non inueniatur, iuxta tex. *in l.fin.§.sin autem.C.de fid.instrum.*glos.*in c.cùm olim.il primo,de priuileg.*Aret.*cons.*120.*numer.* 2. cum alijs allegatis, quia quicquid dicendum sit, quando officio Iudicis petitur exhibitio ab eo, qui non tenetur custodire. 1

4 Contrarium est verius in Notario, qui ratione officij tenetur custodire acta,& iure actionis illa partibus exhibere, qui non excusatur, nisi plenè & concludenter probet amissionem,& casum amissionis aliter quàm per iuramentum,Bart.*in d.l.si quis ex argentarijs.§.an verò hered.num.2.& 4.*& Castren.*in §.prætor ait.numer.5.& 6.* & ibi Ias.*num.*14.Grat.*cons.*23.*num.*19.*lib.*1. Gozad. *cons.*17. & aliàs tenetur ad damna & interesse. *d.l.si quis ex argentarijs.§.ex hoc edicto,& l.fin.* vbi glos.Salicet. & alij. *C. de magistr.conuen.*Bart.*in l.Imperator.in fine.ff.de stat.homin.*Ias. *in l.errore.numero 2. C. de testam.* etiam non probato dolo,vel culpa,quæ iuxta not.*in l.vbi exigitur.ff.de eden.*requiritur vbi constat de amissione,vel casu amissionis,vt loquuntur ibi Doctores,& declarat Alberic.*in d.l.si quis ex argentarijs.§.prohibetur.in fine.*

5 Præsertim cùm versemur in eo qui ratione officij tenetur ad custodiam,in quo culpa & occultatio præsumitur:vt tradit Bart.*in d.§.an verò hered.num.* 4. Bald. *in d.§. prætor.sub numer.*3. Angel.*num.* 7. & Alex.*in fine.*Anchar. *cons.*316.*in causa quæ vertitur.n.*4.Socin.*cons.*159.*n.*5.*lib.*2. Grat.*d.cons.*23.*n.*19.Gozad.*cons.*17.*n.*10.

CORDVBÆ.

Iudensis Beneficij de Rosal.
Veneris 9.Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad examinandum testes non cõceditur,quando calumniosè petitur; quando autem dicatur columniosè petita in hac decisione bene explicatur.

SVMMARIVM.

*Remissoria non conceditur vbi per calumniam petitur. num.*1.

*Confiteri quis dicitur omne illud,sine quo quod cõfitetur esse non potest.n.*1.

*Remissoria non conceditur,& columniosè petita præsumitur,quando aliàs illam petens nixus est probare articulos in remissoria contentos,& nihil probauit. num.*2.

*Triennolis possessio interrumpitur per citationem nullã. declara vt n.*3.

*Literarum præsentatio non probatur testibus,n.*4.

*Remissoria non conceditur ad ea quæ probari possunt per scripturam n.*4.

*Remissoria non conceditur ad probandum ea quæ sibi inuicem contrariantur.n.*4.

DECISIO XCVIII.

1 INstante adhuc Apparitio sibi in tertia instantia concedendam esse remissoriam,dubitatũ an deberet concedi,& fuit resolutum per DD.vnanimiter,non esse dandum,quia illam petit ad iustificandam nouam gratiam impetrationis certo modo ob non expressionem certi valoris, vel aliàs vellet etiam iustificare gratiam si neutri respectu litis ante lapsum triennij,& principalẽ pręsẽtationem litterarum originalium, de quarũ pręsẽtatione sæpe decisum fuit per Dominos non constare,& absque illa nec etiam apparere posse de iurisdictione Iudicis, & citatione, quæ litem aliquam inducat. Quoad primam prætensam petitionem illam tanquã calumniosam DD. æstimarunt,ad not.per Rom.*cons.*273.Cassad.*decis.*3.*n.*1. *de dil.*cùm enim per gratiam *si neutri*, Apparitius recesserit ab illa prędicta gratia,& processerit ad iustificationem illius,illa relicta imperfecta,quæ primam excludit, propria confessione videtur admisisse nullum sibi ius competere respectu primæ impetrationis factæ per non expressionem veri valoris: nam illud omne confiteri quis dicitur sine quo quod confitetur esse non potest, Curt. Iun.*cons.*168.*num.*6.

Accedit quòd materia est odiosa, & obiectiua, & in partibus quamplures super hoc articulo fuerunt adducti testes,& nihil probatum, præcipuè cùm simus in beneficialibus,nec detur aliquis fumus circa ipsam expressionem non veri valoris.Paul.*de potest.capitul.sed.vac.part.*1.*princip quæst.*10.*numer.*20.Than. *decision.* 6. Paleott. *decision.*93.Rota diuers.*decis.*183.*part.*1. stante ergo possessione triennali regula defendit aduersùs expressionem non veri valoris,Mohed.*decis.*5.*de can. possess.* 2

Non obstat,quòd per citationem nullam interrumpitur possessio triennalis, cùm sufficiat, quòd non adsit negligentia, Put.*decis.*95 *lbr.*3. quia Put. non dicit quòd citatio sit nulla,immo expressè affirmat,quòd potuit incipere à pupillo,qui non habebat tutorem.Præterea hoc posset procedere si fuisset facta citatio nulla post præsentationem litterarum,vt in terminis est decisio Achil. 2.super ista regula, ex quo facienda venit distinctio:nam si adest citatio nulla, & comparitio interrumpitur, cursus regulæ daę iurisdictionis,vt in præsẽti,per hoc actus possessorius non desinit esse pacificus, & est ratio, quia citatio & comparitio non habet virtutem sanandi defectum iurisdictionis,ex quo nec prorogatio triennij concessa Apparitio potest suffragari. 3

Quoad secundam petitionem, quicquid sit in alijs actis præsentatio litterarum non probatur testibus. Innoc.*in c.cùm olim.il* 1.*numer.*4.*in fin.de priuileg.* Ægid.*decis.* 110.*numer.*15.remissoria autem non solet concedi ad ea, quæ probari possunt per scripturam, Felyn. *in cap.de appel.numer.*4.*versic.considera*, Rot.*decis.*46.*de test.in ant.*Mil. *in verb. remissoria* 6. & 7. quanto minus est concedenda, vbi litteræ ostendi debent in actis originaliter registratæ,& non possunt per testes probari, quia in illis requiritur scriptura,Socin.*cons.* 46.*n.*45. 46. & 47.*lib.*4. cum alijs alleg.ex quibus cùm Apparitius prætendat remissoriam ad probandum ea,quæ sibi inuicem contrariantur, non videtur sine calumnia peti, præsertim in his vltimis audientijs vbi ex suspicione calumniæ solet denegari, *d. vers.remissoria* 4.Rom.*d.cons.*273.*in fin.*quem sequitur Fel. *in c.de cætero,n.*12.*de re iud.* 4

ORANI.

Imolen. Bonorum 16. Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Simulatio venditionis pręsumitur ex modicitate pretij,& pacto de retrouendendo,necnon ex locatione rei venditæ facta in continenti, & ex alijs præsumtionibus, de quibus in hac decisione.

SVMMARIVM.

*Simulatio præsumtionibus & coniecturis probatur. n.*1.

*Simulatio satis dicitur probata ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo,n.*1.

*Contractus iudicatur non ex illius figura,sed ab eo quod partes inter se agere voluerunt.n.*1.

Valor

Valor seu pretium rei censetur probatum per testes deponentes de solito & consueto valore eiusdem rei, licèt non dicant de communi valere, n. 1. in fine.

Simulatio præsumitur ex locatione rei venditæ in continenti facta ab emtore venditori, n. 2.

Simulatio præsumitur ex eo, quòd venditor semper soluit onera, collectas, & vectigalia, n. 3.

Simulatio præsumitur, quando bona vendita non fuerunt descripta in catastro sub nomine emtoris, n. 3. in fine.

Simulatio valde præsumitur ex paupertate, & necessitate venditoris, num. 4.

Simulatio præsumitur ex pacto quòd in casu redemtionis venditor teneatur emtori reficere omnes impensas per ipsum factas, etiam in concernentibus commodum ipsius emtoris, n. 4.

Simulatio maximè præsumitur ex locatione subsequenti facta post venditionem, quando pensio rei locatæ correspondet potius pretio soluto quàm veræ æstimationi, num. 5.

DECISIO XCIX.

1 IN vna Imolen. Bonorum quidam titulo emtionis acquisiuerat tornaturas 77. terræ, & iuxta æstimationem peritorum de consensu contrahentium electorum pro qualibet earum persoluerat 55. libras Bononien. ac incontinenti easdem venditori locauerat pro annua responsione 60. scutorum auri in auro, facultate eidem concessa durante locatione illius rediméndi huius sequuta cum eisdem pactis ad aliud triennium in prorogatione, cùm de anno 1587. venditor egenus ad similium 77. tornaturarum primis adiacentium alienationem pro pari pretio, & responsione deuenisset, statímque & eodem contextu tam primo quàm secundo loco venditarum locationem sibi ad quinquennium fieri stipulatus fuisset, pacto etiam adiecto, quòd durante tempore locationis quandocunque redimere eas posset, ita tamen quòd eueniente casu retractus teneretur emtori ad impensas occasione instrumentorum factas; tandem emtor exacto tempore retractus conuenti ab A. C. pro obtinenda relaxatione possessionis dictarum terrarum recursum habuit, & sententiam fauorabilem reportauit, à qua in gradu appellationis causa coram me introducta dubitaui an sententia veniret confirmanda, vel potiùs reuocanda, & Domini 13. Ianuarij vna parte informante, resoluerunt pro illius reuocatione; demum in concursu vtriusque partis 16. Iunij sequentis steterunt in decisis, iniustitia enim illius visa fuit ad oculum patere, cùm ex actis liqueret instrumenta venditionum fuisse simulata, & per consequens emtorem sine actione egisse: nam simulatio præsumtionibus & coniecturis detegitur, vt est doctrina Bart. *in l. post contractum, ff. de don.* Castrens. *cons. 58. num. 5. libr. 2.* cum relatis per Tiraquell. *de retract. conuent. in præfat. num. 36.* & ad illam probandum satis est, quòd cum pacto de retrouendendo modicitas pretij concurrat. Doct. *in cap. ad nostram. de emt. & vendit. cap. illo vos. de pign. glos. in cap. conquestus. de vsur.* Cassad. *decisio. 1. eod. titul.* multos congerit Roland. *consi. 40. numer. 21. libr. 2.* quia tunc de venditione non secus iudicatur, atque de pignore, cui magis accedit, cùm regulariter pignus pro minori detur quantitate, quàm valet, vt per Doct. *in cap. significante. de pignor.* & restitutio pretij retractui subiaceat. *l. si rem alienam, §. omnis. de pignor. act.* ideóque DD. volunt non tam attendendam figuram contractus quàm quòd partes inter se agere cogitarunt. *l. emtione, C. plus val. quod agit.* de primo autem ex lectura instrumentorum constabat, de altero deponebant testes ad 8. vbi dicunt, quòd pretium cuiuslibet tornaturæ venditæ, & aliarum similis qualitatis tempore contractus secundùm solitum & consuetum erat 125. librarum, subiicientes rationem scientiæ, quia habêt notas qualitates terrarum quas pluries viderunt, & tamen sufficit quòd de valore solito & consueto deponant, quia in teste non est attendenda formalitas verborum, dummodo per æquipollentia subiiciendo causam scientiæ, dictum suum declarent, Socin. iun. *consilio 73. numero 3. lib. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 79. aliàs 10. de testib.*

Nec habenda videtur ratio assertionis peritorum circa dictarum terrarum æstimationem, quia stantibus coniecturis in huiusmodi instrumentis concurrentibus magis ex illa augetur suspicio simulationis: nam terrarum locatio facta fuit venditori incontinenti, ita quòd semper continuauit in earum possessione, Anchar. *in c. illo vos. de pign.* not. Doctores *in l. sicuti. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Natt. *cons. 198. sub num. 9.* Roland. *d. consil. 40. num. 31. & seq.* quod facit præsumi ipsum nihil minus cogitasse, quàm quòd eas alienaret, ex hoc certior factus, quòd sibi statim locarentur, cùm non esset eius intentionis, vt possessionem earum dimitteret, Paris. *consil. 86. num. 34. lib. 3.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. & num. 76. & seq.* 2

Hoc etiam suadebant sequentia, quia venditor semper vti dominus harum terrarum soluit onera, collectas, & vectigalia Cameræ, quoniam si vera fuisset venditio, emtori solutio præmissorum tanquam Domino incumbebat, Roland. *d. consil. 40. num. 33. & seq.* sic quia emtor nunquam curauit hæc bona describi in æstimo, seu catastro Ciuitatis Imolæ, in cuius territorio sita sunt, sed passus est remanere descripta sub nomine venditoris. Ex hoc enim arguitur dictas terras non fuisse verè alienatas, sed in dominio eiusdem remansisse, Corn. *cons. 138. n. 21. lib. 1.* Roland. *d. cons. 40. num. 36.* Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsumt. 122. n. 111.* 3

Pariter ad simulationem præsumendam vrgebat necessitas, in qua venditor tempore instrumenti reperiebatur, Calcan. *cons. 26. num. 17.* Idem Roland. *d. consil. 40. numero 37.* & pactum instrumento appositum, quòd in euentum redemtionis venditor teneretur emtori reficere omnes impensas factas per emtorem in instrumentis etiam concernentibus commodum ipsius, Cepol. *de simul. contract. præsumt. 6.* Bero. *consil. 166. num. 7. & cons. 169. num. 2. vol. 1.* Lup. *in l. commentar. 2. §. 1. num. 45. vers. item si cautum.* 4

Postremò quòd responsio conuenta in d. locatione magis correspondet pretio exposito ad rationem sex pro centenario, quàm veræ æstimationi, Ancharan. *consil. 157. num. 4.* Natt. *consil. 158. num. 14.* de quo etiam deponunt testes super septimo: nam acquisitio fuerat facta pro pretio duorum millium scutorum auri in auro, & responsio annua erat conuenta 120. scutorum similium, quando enim soluitur pensio correspectiua pecuniæ numeratæ, non autem fructibus rei, facile simulatio præsumitur, Aym. *consilio 156. numero 12.* cum aliis allegatis. 5

LITTÆ.

Romana Casalis Iuliani.
Veneris 19. Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes super valore & pretio prædij, vt bene concludant ad effectum probandi læsionem in contractu venditionis, multa requiruntur, de quibus in hac decisione, in qua plures exceptiones adducuntur, quibus testium fides tollitur.

SVMMARIVM.

Testis falsus conuincitur ex eo, quòd alij testes deponunt contrarium eius quod ipse deposuit, n. 1.

Testis falsus in vno redditur falsus in totum, *num.*1. *vbi præsertim quando falsitas consistit circa negocium principale*, *& num.*12.

Testi sibi ipsi contrario in aliquo credendum non est, *n.*2. *& num.*5.

Valor rei & pretium, consideratur iuxta eiusdem rei bonam, vel malam qualitatem, *n.*3.

Valor seu pretium rei non probatur per testes dicentes rem tanti valere, nisi etiam addant, quòd tanti vendi potuisset, *n.*4.

Valor seu pretium prædij non censetur probatum per testes ignorantes eiusdem prædij confinia, *n.*5.

Testis deponens de suo iudicio, *& credere, nihil probat*, *n* 6. 9. *&* 12.

Testis deponens de credulitate plenè probat, quando subdit concludentem rationem, *n.*7.

Læsio in venditione consideranda est tempore venditionis, & non antea vel pòst, *n* 8. *&* 10.

Dictio, id est, stat restrictiuè ad iam dicta, *n.*9.

Valoris & pretij mutatio non præsumitur, *n.*10.

Læsio non præsumitur, ideo probanda est per allegantem plenè, non autem præsumtiuè, *n.*10.

Testes nimis affectatè deponentes non probant, *numer.* 11.

Contrahens præsumitur informatus de conditione illius, cum quo contrahit, *n.*11.

Testis deponens impossibilia seu inuerisimilia nihil probat, *num.* 13.

DECISIO C.

1 EX depositionibus testium etiam circumscriptis exceptionibus contra personam eorum non probari læsionem tenuerunt Domini. Nam septem testes repetiuntur examinati in hac causa, quorum primum aliquid non probare, ex eo compertum est, quòd de falso conuincitur, dum deponit, quòd pretium casalium idem est de eo tempore, quod erat de tempore alienationis factæ de anno 1573. & sic post 8. annos antè, & tamen contrarium probant tertius *n.*27. *iuxta* 15. Quartus, *n.*16. *iuxta idem*, & Quintus *iuxta idem*, & hoc re ipsa comprobatur. Vnde testis falsus in vno ratione periurij in totum reprobari debet, Alex. *conf.*170. *num* 9. *lib.*6. Socin. sen. *consil.* 115. *num.* 10. *lib.*2. Crauett. *consi.*6. *numer.* 14. de communi, Dec. *consil.*424. *num.*17. quod induhitanter procedit, ex
2 quo falsitas versatur circa negocium principale, hoc est, circa valorem ipsius casalis, ex quo arguitur, & non arguitur læsio ipsa: vt per Doctor. *in l.*2. *C. de rescind. vendit.* ad Socin. vbi suprà, *num.*12. *&* 14.

3 Præterea ex dicto proposito conuincitur de mendacio, dum iuxta 15. asserit: *che detto casale di Giuliano valeua tanto sei ò sette anni fà, quanto hoggi vale*, & iuxta 16. dicit *che la parte del casale di Giuliano doue era la selua, chi l'hauesse lasciato stare in quella maniera come era 6. ò 7. anni fà, saria di minor valuta*, à quo fit, vt simpliciter, & virtualiter fateatur iste testis, casale hoc pretiosioris fuisse valoris hodie si eo quod aliàs erat, ad text. *in l. illum. ff. de acquir. hered. in l. ad rem, in cap. ad legatum. ff. de procur.* Contradicit etiam sibi dum iux. 16. inquit, *che di questo Casale di Giuliano di* 100. *rubb a vene sono* 20. *ò* 25. *di selua: & è silua gradibile*, & tamen iuxta 19. inquit, *& non hà particolar notitia di questo Casale, quanto sia il largo nella macchia*, quo fit vt in aliquo ei non sit credendum, *l. qui falso, vel variè. ff. de testib. c. nostra. eod.* cum aliis per Spec. ad text. §. 1. *num.*70. & per Paris. *conf.*104. *num.*4. *lib.*1.

3 His accedit, quòd si nescit, *quanto sia il largo, & quanto la macchia*, sequitur quòd vti non informatus de qualitate rei, circa cuius valorem deponit, nihil penitus probare potest, cùm plus & minus res valere iudicetur, considerata honitate, & mala qualitate eius, Cou. *var. resolut.* *libro* 3. *cap.* 9. *numero* 5. Rip. *in l.* 1. §. *si hæres*, *numero* 25. *ff. ad Treb.* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 243. *C. de rescind. vend.*

4 Præterea circa valorem nihil concludit: nam licèt super 7. dicat, *che da* 8. *anni in quà è stata, & è di prezzo di scudi* 50. *il rubbio à misura di catena*, non tamen dicit quòd ita valeret, & vendi potuisset, prout requiritur ad effectum, vt probet iustum ipsius casalis valorem, ad text. *in l. pretia rerum*, vbi Doctores hoc notant. *ff. ad l. falcid.* Caputaq. *decis.*264. *numero* 4. *part.* 3. fuit decisum in illa Neothiensi malæ alienationis 3. Maij 1593. coram Reuerendo Patre D. Blanchetto, & in pluribus aliis caussis, vltra quod dum dicit, *da otto anni in qua stato, &c.* non concludit de anno alienationis, & sic de anno 1573. stante quòd illa verba possunt verificari in proximo præcedenti anno, vel in proximis duobus, vel tribus annis præcedentibus, & longè post annum 73. & probatio ambigua non releuat. vulg. *l. tamen hoc. C. vnd. cogn.*

5 Secundum autem testem nihil probare ex eo censuerunt Domini, primò, quia secundum 7. dicit se nescire confinia huius casalis, quo fit, vt si confinia nescit, non potest concludenter deponere de valore eius, cùm possit esse, vt intra fines tam pessima pars terræ contineatur, quæ totius casalis pretium valde diminutum reddat, & tam bona pars, quæ pretium eius longè augeat, cùm ex bona & mala qualitate, quæ rei inhæreat, ipsius rei valor iudicetur, vt suprà dictum fuit in discursu primi testis. Secundò contradicit sibi, dum dicit se nescire confinia dicti casalis, & postmodum dicit, *confina co'l nostro territorio.* Tertiò conuincitur de mendacio, sicut & primus in eo quod dicit, iuxta 15. *che i fiem do i casale sano meglio hoggi, di quello che erano* 7. *ò* 8. *anni fà.* Item dum super primo addit, inquit, *è tanto dico questo casale di Giuliano*, & tamen priùs dixerat, iuxta quintum, *che il Signior Ricciardo haueua fatto smacchiare detto casale*, & iuxta 19. fatetur, *che piu frutta il casale smacchiato, che quando era macchioso.*

6 Vltra quod super septimo deponit constare, *che detto casale dell'anno* 1573. *fusse de prezzo di scudi quaranta il rubbio à misura di catena*, quæ depositio nihil ex se firmat, ad tex. *in l. non hoc, C. vnde cogn.* dum subdit, *è tanto crederei, che communemente l'altre persone, che ne hauesse cognitione hauessero comprato*, nihil simile concludit, & sic potiùs videtur iudicare, quàm testificari, ita Ioan. Andr. ad Spec. *tit. de testib.* §. *primo. versiculo item quod opponi*, Doct. *in c. quoties. eod. tit.* Paris. *consil.*104. *n.*37. *& seq. lib.*1. & Socin. sen. *consil.* 214. *n.*15. *lib.*2.

7 Nec saluari potest huius testis depositio sub eo prætextu, quòd subdit rationem concludentem suæ credulitatis per sensum corporis, vt pluries voluere, quos allegat Grammat. *consil.*24. *n.*8. & Alex. *consil.*113. *num.*4. *lib.* 1. quia nullam aliam rationem subdit iste testis nisi hanc, *Perche la tenuta sola è assai commoda, e conueniente*, quæ ratio nihil concludit ad effectum inducendi credulitatem alicuius certi valoris, vt omnibus notum est; ideo, &c.

8 Ad tertium testem minus Mutinos probare dixerunt Domini, quàm quicquam pro eis stante, quod ex depositione sua apparet se bene informatum de qualitate dicti casalis, & tamen respectu eius, quo vendi communiter potuisset de anno 1573. nihil audet firmare, immo iuxta 15. dicit, *che hoggi sono li casali di maggior prezzo che non erano nell'anno* 1573. & subdit, *che la parte del casale din Giuliano del Sig. Ricciardo, & Antonio è stata purgata, è smacchiata, che ci hanno fatti diuersi meglioramenti*, & super decimo inquit, *che detto casale è stato migliorato vn mondo*, ex quibus omnibus infertur longè maioris valoris fuisse effectū casale hoc, quàm erat de tēpore alienationis, quod tempus alienationis in hac materia læsionis solummodo attendi debet, *c. cum causa, vbi glos. in verbo, tunc volentis, de emt. & vendit. c. vt super. de reb. Eccles. non alien. l. si voluntate, in fin. C. de rescinden. vendit.* Calderin. *consil.* 5. *tit. de rer. permut.* cum aliis per Gabriel. *de emt. & vendit. conclus.* 1. *num.*41.

9 Respectu autem depositionis quarti testis, dixerunt Domini nullum super eo posse constitui fundamentum

pro

pro DD. Mutinis, licèt super articulo dicat, *che questo casale di Guiliano sette, ò otto anni fa communemente si saria potuto vendere, & comprare il prezzo medesimo di scudi 47. il rubbio*, tum quia deponit de iudicio suo, & non probet, Bald. *in l. de quibus, num. 117. ff. de leg.* Paris. *consil. 104. numer. 34. lib. 1.* Alexand. *cons. 74. num. 6. lib. 1.* Curt. Iun. *cons. 113. numer. 17.* qui de vera & communi conclusione testatur, tum etiam quia restringit suum dictum ad partem cultiuam d. casalis, & non de toto ipso casali loquitur, quod patet ex illis verbis, *scuti 47. il rubbio, cioè li larghi.* Negari autem non potest, quin illa dictio, *cioè*, stet restrictiuè ad iam dictos, *l. cùm erat*, & ibi glos. *ff. de ann. leg.* & cùm iste testis, *numer. 19.* dixerit se non habere particularem notitiam huius casalis, & nescire *quanto sia largo, ne quanto la macchia, & è stato da sette anni in qua smacchiato assai*, nihil meritò colligi potest ex istius dicto, quod proficere possit DD. Mutinis in hoc iudicio rescissionis, propter læsionem quæ metiri debet habita consideratione pretij non vnius particulæ fructiferæ, sed totius casalis, prout in venditione deductum fuit, ad not. per Doct. *in l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. petat.*

10 Dominis etiam non placuit dispositio quinti testis: nam licèt super septimo videatur circa valorem, attestari de scut. 40. pro singulo rubro, non tamen concludit eius depositio de tempore instrumenti contractus, prout requiritur, *l. si voluntate, C. de rescind.* cum aliis de quibus suprà, vt per Cagnol. *d. l. 2. num. 217. eod. tit.* & quòd non deponat de tempore initi contractus, patet ex aliis verbis, *auanti l'anno del 1573. & anco dieci anni in dietro era il prezzo di scudi 40.* nec refert si dicatur, quòd saltem præsumtiuè idem videatur probare de tempore initi contractus, cùm regulariter mutatio non præsumatur, secundùm Bald. *in d. l. num.... C. de rescind. vend.* præsertim, cùm subdat ipse testis quòd de tempore suæ depositionis casale hoc longè plus valeret, quia placuit responsio, quòd scilicet in probanda læsione non sufficiat præsumtiua probatio, sed requiratur plena, & quæ omni ex parte concludat ea ratione, quia per se contractus venditionis habet ius præsumtiuum etiam respectu iustitiæ pretij, vt per Bald. *in l. per diuersas. quæst. 4. C. mand.* quem sequitur Natt. *cons. 610. numer. 8. vers. præterea pretium, libr. 4.*

11 Præterea fides huius testis satis debilitatur cum eo, quòd sibi ipsi contradicit, dum iuxta 19. dicit, *che non sà quanto sia largo, e quanto sia la macchia di questo casale, mà solo sà quanta è la quantità de larghi della parte del Signor Patritio è sterile, che non è la parte del Signor Riccardo*, & subdit, *mà, in quanto alle larghe sono della medesima qualità, e conditione*, & iuxta 17. dicit, *perche quelli del Signor Patritio, come ho detto la maggior parte sono stretti, e luoghi sterili che non si possono allegare, ne domesticare, & quello tengono dd. SS. Riccardo, & Antonio, la maggior parte sono larghi, & picconi, &c.* &c. Tum etiam, quia apparet quòd inseruire voluerit, dum iuxta 9. inquit, *mà tutte queste cose sono girandole, se volemo venire al buono, perche hà comprato il casale, per tante rubbia, che sia di più è honesto, che le faccia buone, & se ha comprato la metà manco, di quello che vale, è honesto che ne dia il soprapiù, e si possono eleggere doi Periti per vedere quello, che riesce, e venire al buono, e non allongare*, quo fit, vt mirum non sit, si ei fides aliqua non adhibeatur, ad text. *in l. 3. ff. de testib. & in c. constitutus, vbi glos. fin. de ver.* & not. per Bald. *in l. Lucius, num. 9. ff. de his qui not. infam.* cum iuxta 8. dicat se cognouisse D. Hectorem Mutinum pro bono patrefamilias diligenti, & multum sagaci in tractandis rebus ac negotiis suis, & postmodum super 4. dicat: *Io credo, che detto Signor Hettore del 75. non hauesse notitia alcuna della bontà, & valore di questo casale*, quæ duo dicta repugnant ad inuicem, cùm conciliari non possint, vltra quod contra hoc vltimum dictum stat etiam præsumtio ipsa iuris, quæ est, quòd omnis contrahens non præsumitur ignarus conditionis illius cum quo contraxit, & rei suæ, quæ deducitur in contractum, vt per Specul. *in tit. de constit.* & nota. per Doctor. *in l. qui cum alio. ff. de reg. iur.* Ex quibus omnibus magis affectata detegitur huius testis depositio, & sic per consequens magis suspecta, ad decis. Caputaq. 276. *num. 5. part. 3.*

Sexti testis depositio fuit etiam reiecta. Tum quia respectu valoris huius casalis semper apparet restricta ad credulitatem ipsius testis, ad text. *in l. testium. C. de testibus*, cum aliis de quibus per Paris. *consilio 104. numero 7. libro 1.* Tum etiam, quia non tantùm depositione aliorum, sed re ipsa conuincitur de mendacio, dum super primo addit, tenet, quòd casale hoc tunc temporis eiusdem qualitatis & valoris sit, prout antea per 7. vel octo annos erat, & testis mendax ac falsus in vno in omnibus sub eodem iuramento contentis, etiam reputatur falsus, & mendax. 12

Septimi autem testis depositio similiter reiecta fuit per Dominos, quoniam dum iuxta 15. dicit, *che questo casale valeua tanto sette anni à dietro, quando valeua sette anni dopò*, contradicit depositioni aliorum, contrarium de directo asserentium, vltra quod re ipsa adeò inuerisimilis redditur ipsa depositio, vt nullo modo huic testi credendum sit, vti suspecto de falso, Aym. *consilio 115. numero 12.* Caputaq. *decis. 276. numero 66. part. 3.* Tum etiam, quia in pluribus sibimet contrarius est, primò, dum dicit iuxta primum interrogatorium; *Nell'estimare de casali si hà da stimare, secondo li terreni, & io essendo stimatore della Città ne stimo qualche vno*, & paulo pòst subdit, *io mai stimai casali, &c.* & iuxta secundum dicit, *e non ho cognitione di casali più che tanto.* Secundò, quia iuxta octauum & duodecimum dicit, se non cognoscere D. Hectorem Mutinum, & tamen iuxta quartum interrogatorium dicit, *il Signor Hettore è stato possessore di questo casale*, & paulo infrà dicit prædicta scire, *perche conosco il Sig. Hettore vicino à Bracciano, &c.* Tertiò quia iuxta quartum dicit: *io non so sopra che deuo esser essaminato in Bracciano questa causa, &c.* & paulo pòst dicit, *mà quando io sarei venuto à Roma, che si fanno più articoli, e più chiarchiare hauerò detto la verità, &c.* Ex cuius dicto satis apertè colligitur se habuisse notitiam de eo, quòd scilicet debebat examinari in hac causa etiam Romæ, &c. Quartò, quia iuxta quartum dicit: *Io sò che il Signor Hettore Mutini è stato possessore di questo casale à tempo antico per quante parti non me ne racordo, e la parte di questi Mutini era la giù verso la Bandutella*, & tamen super septimo articulo dato pro parte DD. de Mutinis, dicit: *hò inteso dire, che sette anni à dietro vna parte di questo casale di Giuliano si possedeua da gli articolati de Mutini per indiuiso, & vn'altra parte di questo casale, &c.* Vnde si pro indiuiso possidebatur, impossibile est, quòd testis sciuerit partem DD. de Mutinis esse situatam versùs Banditellam, prout priùs asseruit, & impossibilia, seu inuerisimilia deponenti non est aliqua fides adhibenda, iuxta Bald. *in l. lector quod asseruerat, in penult. col. C. de prob.* quem sequitur Corn. *consilio 56. numero 4. libro 1.* Sicut nec sibi ipsi contradicenti. *l. qui falso, vel variè. ff. de testib. c. in nostra. extr. eod.* cum mill. simil. Præterea iste testis ex iam deductis conuincitur de falso, dum ipse super decimo articulo dato pro parte DD. de Mutinis negat casale hoc ab anno 1513. in circa fuisse melioratum, & dum super primo additionali asserit, casale hoc tunc temporis esse eiusdem valoris, & bonitatis, prout antea fuerat: vnde nihil mirum, si ex depositione horum testium tantis vulnerata exceptionibus, non probari læsionem, censuerunt Domini. 13

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Meliten. Reuisionis computorum.
Lunæ 30. Octobris 1595.

ARGVMENTVM.

Ratio computorum cùm semel reddita est, iterum reddi peti non potest, maximè si per instrumentum quis fuerit liberatus.

SVMMA

SVMMARIVM.

Ratio semel reddita non est iterum reddenda, n. 1.

Liberatus per instrumentum in quo asseratur computa fuisse reddita, iterum ad illa reddenda cogi non potest, num. 2.

Regula quòd ratio semel reddita non est iterum reddenda non procedit, quando constat de dolo, quod procedit, etiamsi adsit iuramentum, & liberatio quibusuis amplissimis verbis concepta fuerit, n. 3.

Dolus non præsumitur, n. 4.

Dolus debet per allegantem perspicuè & concludenter probari, n. 4.

Dolus eo ipso arguitur cùm quis suæ administrationis libros non exhibet, n. 5.

Simplex factor seu negotiorum gestor non tenetur libros administrationis conficere, n. 5.

DECISIO CI.

1 FVit resolutum D. Cæsarem non posse agere contra Abbatem pro reuisione computorum iam solidatorum, quia vulgaris est regula quòd ratio semel reddita non est iterum reddenda, *l. semel. C. de publ. apoch. libr.* 10. Arelud. Io. Andr. & alij *in cap. 1. de cler. ægrot. libr. 6.* Lap. *in Clemen. quia contingit. de relig. domib.* Socin. iun. *cons. 92. num. 1. lib. 4.* Paris. *consil. 89. num. 1, libr. 1.* cum aliis per Roland. *consil. 49. num. 36. lib. 1.*

2 Præsertim stante instrumento liberationis in quo D. Cæsar asserit computa fuisse pluries, & pluries diligentissimè visa & reuisa, & eum iuramento liberat, & quietat generaliter Abbatem de omnibus per ipsum quomodolibet exactis, & administratis pro annis 1589. 1590. & & 1591. cum pacto de nihil vlterius petendo, ac etiam cum cessione omnium fructuum exactorum & exigendorum ad quamcunque summam ascendentium pro scutis 4100. *ad l. emtor. §. Lucius, ff. de pactis. l. siquidem, C. de transaction.* Bart. *in L. 2. col. fin. C. de iur. fisc. lib.* 10. Paris. *d. cons. 89. num.* 7. Roland *d. cons. 49. numer.* 42. & latè Menoch. *de arbitr. iud. cas. 209. sub num.* 37.

3 Et licèt prædicta non procedant vbi constat de dolo, quo casu non obstante quacunque liberatione quibusuis verbis concepta ratio est de nouo reddenda, etiamsi adsit iuramentum, cùm in omni liberatione semper censeatur exceptus dolus *l. quidam decedens, ff. de admin. tut. l. cùm tale. §. falsus. in fin. ff. de condit. & demonstr.* & trad. Ancha. *cons.* 230. Ias. *cons. 229. num. 2. lib. 2.* Socin. *cons. 159. num. 13. & cons. 190. per tot. lib. 2.* Dec. *cons. 110. col. fin.* Paris. *d. consil. 89. num. 4.* & Roland. *dict. cons. 49. numer.* 57. cum aliis allegatis per informantes pro D. Cæsare.

4 Iste tamen dolus non præsumitur. *l. meritò. ff. pro soc.* Et debat per allegantem perspicuè & concludenter probari. *l. quoties. § qui dolo. ff. de probat. l. dolum. C. de dol.* Paris. *consi. 96. num.* 42. Dec. *consi. 94. sub num. 4. & in l. pax, de error. calcul.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 209. numer.* 40. vbi post alios quos allegat dicit quòd requiritur dolus verus, nec sufficit præsumtus.

5 Non obstat, quòd dicitur dolum argui ex eo quòd Abbas non exhibet libros suæ administrationis, vt voluit Anchar. *d. consi. 330. sub num.* 10. Soc. *consil. 159. num. 11. & consil. 190. numer. 4. lib. 2. consil. 92. sub num. 12. lib. 4.* Paris. *d. consi. 89. num.* 25. cum aliis alleg. Quia non constat fuisse confectos aliquos libros, & Abbas tanquam simplex factor seu negotiorum gestor non tenebatur illos conficere, vt aliàs fuit resolutum in causa Romana Computorum sub die 4. Maij 1595. coram R. P. D. meo Litta.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Parmen. Status.
Veneris 10. Nouembris 1595.

ARGVMENTVM.

De testibus examinatis à Iudice reuocato quando probent, & de ætate minori, quando censeatur probata per dationem curatoris, aut aliàs.

SVMMARIVM.

Testes examinati à Iudice reuocato probant, si examinati fuerunt ante reuocationem. num. 1.

Causa nunquam dicitur auocata à suo Iudice, nisi expressè dicatur, n. 1. in fine, & n. 2.

Gesta per minorem ad eius vtilitatem non valent parte opponente, declara vt n. 3.

Minor ætas probatur per dationem curatoris in præiudicium illius, ad cuius instantiam fuit datus curator, num. 4.

Minor ætas probanda est per eum, qui se fundat in illa, n. 4. in fine.

Testes probantes minorem ætatem, quomodo debeant deponere, n. 5.

Nullitatis exceptio opponi non potest post præfixum terminum ad docendum de nullitate. numero 6.

DECISIO CII.

DVæ nullitates fuerunt deductæ pro parte DD. de Rangonibus contra examen testium DD. de Pallauicinis, altera defectu iurisdictionis, altera defectu personæ Sigismundi comparentis, ratione minoris ætatis. Prior nullitas deducebatur ex eo quòd testes isti de mense Octobris anni 1576. fuerunt examinati coram bon. mem. Dario, à quo tunc temporis causa fuerat auocata, & commissa Cardinali Simonnettæ ad referendum Sanctissimo, verùm hæc nullitas reiecta fuit per DD. quia examen testium fuit factum ante Motum proprium auocatorium causæ, de quo tempore, licèt Simonetta posset se informare extraiudicialiter, ratione commissionis sibi oretenus datæ à Papa, tamen hoc non impediebat processum coram suo Iudice, vt quotidie practicatur, maximè cùm ante Motum proprium Cardinalis nunquam inhibuerit, & in processu causæ istis testibus vsus fuerit, & idem sensisse apparet Rangones, qui post dictam verbalem commissionem examinarunt testes eodem modo, & receptum est causam nunquam censeri auocatam, nisi expressè dicatur, Cassad. *part. 2. de rescript.* nam in dubio non est præsumendum Papam auocare velle. Paris. *consil. 49. num. 22. lib. 4.* 1

Neque hîc agitur de sustinenda sententia interim lata quod posset pati maiorem difficultatem, sed de examine sustinendo, quod Papa non censetur voluisse impedire. Neque obstat quòd in Motu proprio subsequuto Papa testetur se viuæ vocis oraculo commisisse causam Cardinali ad referendum, quia non dicit se id fecisse cũ causæ auocatione, prout postea cã in d. Motu proprio auocat, & ita respondetur ad actum transportationis actorum factum de partium consensu penès Cardinalem, quia hoc erat necessarium, vt ipse posset capere saltem extraiudicialem informationem, non autem ad effectum vt causa censeretur tunc temporis auocata, quod patet, quia non obstante transportatione, vtraque pars testes induxit, & examinauit coram Dario. 2

Altera nullitas ob minoritatẽ Sigismundi fuit similiter per Dominos reiecta: nam omissa disputatione an 3

valerent

valerent gesta per minorem ad eius fauorem, de qua Doctores *in l. non ideo minus. C. de procurat.* Bald. *in l. si curatorem, C. de in integr. restitut. minor.* cum videatur obstare partis oppositio ex deductis in decisione Chirogr., quamuis responderi possit oppositionem non suffragari ex quo non fuit in singulis actis, neque in isto examine repetita, quod tamen erat necessarium, iuxta decis. Mohed. 44.

4 Hoc inquam omisso, dictum fuit non probari minorem ætatem Sigismundi de anno 1536. quia aut deducitur ex datione curatoris, & illa probat tantùm in præiudicium illius ad cuius instantiam fuit datus curator, Salycet. *in l. minorem. in pen. quæst. de in integr. restit. min.* Alex. *consi. 25. cum seq. lib. 1.* Dec. *cons. 549. numer. 4.* Iacob. de Sengio *in l. de ætate, num. 12. de minor.* & fuit decisum in causa Sarzonatensi 28. Ianuarij 1583. coram D. N. Præterea cùm fuerit datus de anno 1534. & non concludit fuisse minorem anno 1536. cùm simus in iis, quæ tractu temporis mutantur, *l. spadonem, §. qui absolutus. de excus. tut.* & probatio minoris ætatis incumbit ei, qui se in ea fundat ad subuertendum examen.

5 Aut Rangones nituntur ex dictis testium, & illi minus probant, iuxta Bart. doctrin. quam communiter sequuntur Doctores *in d. l. minor.* Caputaq. *decisio. 167. & 285. lib. 1.*

6 Aut deducitur minoritas ex eo quòd non fuerit nominatus in testamento de anno 1511. & non concludit cùm vsque ad annum 36. intercedat anni 25. Obiter quoque dixerunt Domini, nullitatem ex recusatione interpretis non probari, & ideo conclusum examen sustineri, maximè cum istæ nullitates opponantur post lapsum tanti temporis, & post commissionem præfixionis termini ad docendum de nullitate, Cassad. 4. *num. 5. de dilat.* cum aliis.

PENIÆ.

Oscen. Canonicatus.
Veneris prima Decembris 1595.

ARGVMENTVM.

Recursus ad Curiam sæcularem ad effectum inhibendi Iudicibus ecclesiasticis, prohibitus & damnatus est, etiam ad effectum defendendæ suæ possessionis, & non obstante quacumque contraria consuetudine.

SVMMARIVM.

Recurrens ad Curiam sæcularem pro obtinendis prohibitionibus & mandatis contra Iudices ecclesiasticos, incidit in sententiam excommunicationis, n. 1.

Recursus ad Curiam secularem est omnino prohibitus in casibus, non obstante quacumque contraria consuetudine, num. 4.

Consuetudo quæ clericos iurisdictioni sæculari supponit attendenda non est, n. 2.

Recursus ad Curiam sæcularem non est improbatus ad effectum defendendi propriam possessionem, qua quis de facto spoliatur, & quam quis etiam propria auctoritate defendere potest, non tamen talis recursus admittitur isto casu ad obtinendas inhibitiones contra Iudices ecclesiasticos, n. 3. & 4.

Iudices sæculares nec actu, nec habitu habent iurisdictionem in clericos, & cùm sint inferiores iudicibus ecclesiasticis non possunt illis inhibere, n. 4.

DECISIO CIII.

1 VTraque parte informante super dubiò dato an Paulus Lezanus fuisset excommunicatus ob recursum ad Tribunal sæculare iustitiæ Aragonum à quo illius Procurator obtinuerat formã iuris ad inhibendum Iudici ecclesiastico, ne appellatione pendente aliquid innouaret, & Paulus d. inhibitione fuerat vsus sub prætextu, quòd id sibi licebat, iuxta dispositionem sacrorum Canonum, vno tantùm ex Dominis Paulum excusari posse dicente, cæteri affirmatiuè responderunt illum ipso iure incidisse in sententiam excommunicationis, quia recurrendo ad Iudices sæculares causam præbuit, vt immunitas ecclesiastica violaretur. *c. nouerit, & c. grauem. de sent. excommun.* & §. 16. Bullæ in Cœna Domini vbi excommunicationis vinculo innodantur, qui ad Cancellarias, & Curias sæculares recurrunt pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra Prælatos, & Iudices ecclesiasticos.

Nec Paulum tuebatur copiosa turba Doctorum asserentium licitos esse in quibusdam casibus istos recursus ad Iudices sæculares, quoniam sacrorum Canonum autoritas, sanctio illis omnibus præponderabat per quam etiam excludebatur prætensa antiquissima consuetudo nonnullarum Prouinciarum, de qua testabantur Couar. *in pract. quæst. c. 35. num. 3.* Nauarr. *in manual. c. 27. numero 70.* Menoch. *tract. de retinend. possess. remed. 3. numero 356. & seq.* & Petrus de . . *tractat. de exeq. mand. Reg. lib. 1. cap. 1. num. 32.* Dicebatur enim talem consuetudinem tanquam improbam, & sacris Canonibus inimicam, quæ Clericos Iurisdictioni laicorum quandoque supponit, non fuisse attendendam, *c. qualiter, & quando.* vbi communiter Doctor. & Abb. *num. 7. de iudic.* Martian. Socin. *in c. si quis clericus. num. 28. & in cap. fanè. num. 10. de for. compet.* Rota *decis. 10. de consuetud. in antiq.* 2

Neque decisiones Rotales Achill. 30. *de appel. in impressis*, & R. P. D. Decani in illa Taraconen. Villæ de Reu die 14. Decembris 1592. & R. P. D. Blanchetti in Salamantina canonicatus de 4. Maij proximè præteriti suffragabantur Paulo, quia licèt per illas decisiones concederetur facultas quandoque recurrendi ad Iudices laicos, & inuocandi eorum nudum auxilium ad defendendum propriam possessionem, qua quis de facto spoliatur, & quam quis propria etiam autoritate defendere potest, nusquam tamen dicitur in eis quòd talis recursus fieri possit ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & iudices ecclesiasticos. 3

Hoc enim nunquam docuit Rota, quæ optimè nouit Iudices nec actu, nec habitu habere iurisdictionem in Clericos, immo illius esse penitus incapaces, *cap. causam. de rescript. & cap. sacerdotibus. 11. quæst. 1.* & propterea cùm sint inferiores Iudicibus ecclesiasticis; *c. denique 96. distinct.* & Clemen. *ne Romani. de iureiur.* nec posse nec debere Ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere: Abb. *in dict. cap. qualiter, & quando. num. 7.* Vnde Domini non recesserunt à decisis in hac causa coram R. P. D. Blanchetto die 10. Aprilis proximè præteriti. 4

GIPTII.

Burgen. Iurispatronatus.
Lunæ 18. Decembris 1595.

ARGVMENTVM.

Testes ratione incertitudinis loci examinis non probant.

SVMMARIVM.

Testium dicta, ratione incertitudinis loci examinis redduntur nulla, n. 1.

Procurator non dicitur habere notitiam locorum vbi testes examinari debent ex eo quòd in articulis sint specificata causæ super quibus examinari debent, n. 2.

DECI

DECISIO CIV.

1 DVbitaui, an testes Abbatis de Cardenna essent validè examinan, ita vt ei dandum esset vel ne, mandatum de manutenendo. Domini vtraque parte informante resoluerunt examen dd. testium esse nullum; & moti præcipuè fuerunt ex nullitate incertitudinis loci examinis, quæ pro parte Archiepiscopi deducitur. Nam remissoria ad examinandum testes per totam diœcesim Archiepiscopatus Burgensis fuit data cuidam Ioanni de Arce Notario, & vbi conueniret in toto Archiepiscopatu facerct hane probationem, & ipse in nonnullis oppidis, & locis d. Archiepiscoparus examinauit dictos testes absque eo quòd intimauerit Procuratori Archiepiscopi, in quibus locis præcisè examen deberet fieri ad effectum, vt ipse posset interesse iuramento testium, & dare interrogatoria, quo fit vt examen sit nullum, Caputaq. *decisio.* 279. *par.* 3. Cæs de Grass. *decis.* 45. *n.* 10. *de confess.*

2 Nec dicatur Procuratorem Archiepiscopi notitiam locorum, in quibus testes examinati fuerunt, habere potuisse ex eo quòd omnes causæ de quibus agitur sunt specificatæ in 6. art. pro Abbate dato, prout in sententia anno 1516. quæ quidem specificatio ad hunc effectum sufficere videtur, vt voluerunt DD. coram Reuerendissimo Ottolensi in vna Pampilonensi Oblationum, & coram Reuerendissimo Perusino in alia Calaguritana Oblationum, & in Pampilonensi Emolumentorum coram R.P.D. Orano de mense Ianuarij 1586. quia non tenet consequentia Procurator ex d. art. habuit notitiam articulorum, in quibus Abbas prætendit ius conferendi: ergo etiam sciuit, vbi deberent examinari testes, maximè quia hodie lis tantùm est super illo beneficio de Catillo.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Turritana Tertiatiæ.
Lunæ 18. Decembris 1595.

ARGVMENTVM.

Quæ in summariis explicantur loco argumenti deseruient.

SVMMARIVM.

Attentata non reuocantur stante consensu partis, n. 1.
Testes nulliter, & sine iurisdictione examinati consensum non probant, n. 1.
Consensus qui elicitur ex facto non egreditur factum, num. 1.
Appellationi non dicitur renunciatum per dationem fideiussoris de soluendo iuxta formam sententiæ, n. 1.

DECISIO CV.

1 FVit resolutum constare de attentatis respectu exequutionis lite pendente factæ; non obstat consensus Abbatis ex quo prætenditur excludi attētata ad decis. Paleott. 18. & Crescen. 2. *vt lit. pend.* quia ille consensus non probatur ex testibus, qui sunt nulliter, & sine iurisdictione examinati: nec etiam probatur ex instrumento facto cum sequestratore per receptionem residui penès sequestratoré remanentis non approbato ex aduerso: nam consensus, qui elicitur ex facto, non egreditur similiter factum, maximè stante protestatione priùs per Abbatem facta, quod non intendebat recedere ab appellationibus interpositis, & alia facta sub die 13. Martij quæ inseruiunt pro declaratione animi, & est simile de datione fideiussorum de soluendo iuxta formam sententiæ, per quam donationem non dicitur renunciatum appellationi, vt tradit Iacob. de S. Georgio *in l. sed etsi susceperit, num.* 4. *de re iudic.* & facit decis. Put. 281. *lib.* 2. & quæ not. Modern. ad decis. Afflict. 78. *num.* 8. Rota in causa Anconitana Computorum 13. Iunij 1567. coram bon. mem. Oradino.

ILL. D. CARD. MANTICÆ.

Bononien. Fideicommissi de S. Petro.
Veneris 19. Ianuarij 1596.

ARGVMENTVM.

Ex summario elicies argumentum.

SVMMARIVM.

Instrumentum repertum in folio volanti existenti in filzis, & habens in locis substantialibus, Additiones, Cancellationes, & Apostillas in margine à Notario non subscriptas, nihil probat, numero 1. & 2.

DECISIO CVI.

FVit conclusum non probari stilum, vt debent adhiberi fides instrumentis de anno 1587. descriptis in foliis volantibus existentibus in filzis habentibus additiones, cancellationes, & apostillas in margine in locis substantialibus à Notario rogato non subscriptas neque approbatas, de quibus possit etiam dubitari an aliena manu scriptæ fuerint, vt est casus, de quo quæritur. 1

Nam id est contra ius commune, quòd apostillæ appositæ in margine debent esse subscriptæ à Notario rogato, vt colligitur *ex l.* 1. §. *ideo*, & ibi Bart. *de iis quæ in testam. delen.* ibi etiam Bald. *num.* 2. *versiculo quinto.* Quod eleganter etiam probatur *ex l. diuus.* §. *idem senatus. ff. de fals.* & notat etiam Ioann. Andr. ad Speculat. *in tit. de instrumen. edit.* §. *ostenso, num.* 5. *in fine in addit. incip. dixit Bart. in l. si vnus. num.* 3. Bald. *numero* 1. & 2. *in fine*, Castren. *consil.* 131. *circa finem, versic. nec nocet, quod*, Natt. *lib.* 2. & Ioan. de Anan. *consil.* 28. *circa prin.* Corn. *consil.* 60. *n.* 4. *lib.* 4. Dec. *consil.* 339. *num.* .. Decian. *consil.* 100. *num.* 10. & 47. *versic. non obstat, lib.* 2. & *consil.* 91. *num.* 29. & 39. *non obstat, libro* 3. 2

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Dertusensis Iuris conferendi. Mercurij 24. Ianuarij 1596.

ARGVMENTVM.

Notarius ex suis notis exemplum desomere absque solemnitate an possit, & ao etiam Notarius successor in officio possit publicare instrumenta sui prædecessoris.

SVMMARIVM.

Notarius potest ex suis notis sumere exemplum absque alia solemnitate, num. 1.
Successor in officio absque Iudicis autoritate potest exemplare instrumenta prædecessoris, n. 2.
Notarius alterius Notarij ægrotantis instrumenta an extrahere & publicare possit, num. 3.

DECI

DECISIO CVII.

1 Domini quantum ad instrumenta extracta ab eisdem Notariis, qui illa receperunt, non dubitabant de eorum fide, cùm notissimum sit Notarium posse ex suis notis sumere exemplum absque aliqua solennitate, illúdque dici originale. *l. vnum* cum ibi notatis *ff. de testamen.* Bald. *in l. publicati, n. 2.* & Ias. *ibi num. 4. C. eod. tit.* Abb. in c. *Albericus, num. 5. de testament.* Rot. *decis. 1. de fide instrũ. in nou.* & Doct. communiter *in Auth. si quis in aliquo*, vbi Alex. *n. 1.* Dec. *n. 15.* & Cagnol. *n. 65. C. de eden.* cum aliis per Couarr. *pract. quæst. c. 19. n. 3.*

2 Quantum verò ad alia instrumenta extracta ab aliis Notariis, dixerunt non esse in forma probanti, cùm cõpulsatio patiatur notabiles defectus, quos licèt informantes pro Dertusensibus euitare conentur, ex eo quòd iuxta decisionem Caputaq. 170. *part. 1.* extracta fuerunt per successores in officio, quos sæpius resolutum fuit absque aliqua Iudicis autoritate posse exemplare instrumenta prædecessoris, Dec. post alios *in d. auth. si quis in aliquo, num. 26.* Caputaq. *decis. 69.* tamen non probat, quòd Petrus Piguert, & Gregorius Paret, qui extraxerunt instrumenta, sint successores in officio illorum, qui de eis rogati fuerunt; quia licèt Petrus se nominet scribam Capituli, & quòd teneat & regit notas quondam Connotarij, & consenbæ de prædictis instrumentis rogati, & Gregorius dicat se vnum ex Scribis Curiæ Episcopalis, ex hoc tamen non sequitur, quòd sint successores an eorum officio, & habeant facultatem extrahendi, & publicandi scripturas illorum Notariorum defunctorũ absque Iudicis autoritate.

3 Et tanto magis quoad illa instrumenta publicata per Gregorium, non tanquam à successore, sed tanquam à Conotario propter impedimentum infirmitatis Notarij, quod in iure permissum non reperitur, nec etiam de stilo illarum partium, cùm Couar. *pract. quæst. c. 21. n. 3.* allegatus loquatur de Regno Castellæ, & cum hoc quòd fiat expressa mentio de speciali commissione sibi facta per Notarium impeditum, iuxta not. per Bar. *in l. quædam. §. 1. num. 4. ff. de eden.* Anchar. *consilio 242. num. 2.* quæ in hoc casu non adest.

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana seu Hispalen. prætensæ Simoniæ.
Mercurij 7. Februarij 1596.

ARGVMENTVM.

Simonia coniecturis & præsumtionibus probari potest: dummodo sint vehementes, & reũ de crimine conuincentes, & dummodo etiã sit probatus præcedens tractatus, & præcedens conuentio simoniaca.

SVMMARIVM.

Simonia crimen atrocissimum est, & maximè execrandum. n. 1.

Simonia cùm occultè committatur, præsumtionibus & coniecturis probatur, n. 2.

Simonia non probatur cõiecturis, nisi fuerint vehementes, & reum de crimine conuincentes, n. 3.

Simonia non censetur probata concludenter, nisi etiam fuerit probatus præcedens tractatus, & conuentio, num. 4.

DECISIO CVIII.

1 De mandato Sanctissimi D. Nostri proposui in Rota an esset probata simonia, & causa ab omnibus Dominis diligentissimè discussa, prædictis minimè obstantibus, quæ copiosissimis & doctissimis tã per sisci Advocatum in informationibus, quàm per nõnullos ex Reuerẽdiss. DD. meis in causæ propositione, rationibus, & auctoritatibus fuerunt in Rota allegata, & roborata, maior pars Dominorum censuit ad effectum vt D. Varela tanquam simoniæ reus possit condemnari d. simoniam non esse probatam; agitur enim de atrocissimo crimine, quo nullum reperitur in iure Pontificio, & extrà, & à sanctis Patribus magis execrandum indicatum, *cap. tos 1. quæst. 1.* vbi Io. de Turrecrem. *cap. 4. et tuas. de simon.* & cum aliis quos enumerat per duas columnas Tiber. Decian. *tractat. crimin. part. 5. cap. 85.* & Io. Bernard. Diaz *in sua practic. crimin. canon. cap. 85.* & ideo in illius odium plura ad illius probationem specialiter sunt statuta.

Inter cætera autem ex eo quia occultè committi consueuit, certum est, vt ex præsumtionibus & coniecturis probetur, *cap. per tuas, & sicut.* vbi Innoc. & Abb. *de simon. c. 1. de testib. n. 6.* Aym. *cons. 122. n. 7.* Sarnen. *in reg. triennal. q. 8. vers. sed tenuit Rota.* 2

Coniecturæ autem debent esse vehementes, & reum de crimine conuincentes. *c. euidentia, de accusat.* Alexand. de Neuo *consil. 64. num. 2.* Felyn. *in c. super his, num. 12. de accusat.* Caputaq. *decis. 202. per tot. libr. 1.* & tenuit Rota coram S. D. N. in vna Firmana Capellaniæ 10. Maij 1582. & postea coram RR. PP. DD. Coauditoribus in infrascriptis causis, coram D. Gyptio, in vna Britonorien. Commendæ 17. Decembris 1588. coram D. Pamphilio in vna Imolen. confidentiæ 24. Februarij 1592. coram D. Orano in vna Casentina confidentiæ 4. Februarij 1591. & coram D. Penia 14. Decembris 1592. in vna Calaguritana confidentiæ, & in vna Tullen. Parochialis coram D. Decano 28. Maij 1593. & coram me in vna Aquen. Simoniæ 17. Maij eodem anno, & 19. Ianuarij 1594. & coram D. Litta in vna causa Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. Et hanc sententiam sequuntur, Clar. *in sua practic. crimin. in verbo simonia, n. 12.* Foller. *in pract. crim. cap. 18. n. 2.* Ignat. Lopez *in eadem pract. cap. 91. litera B*, & cauetur Constitutione Pij V. *num. 5.* in Bullario, *in §. & vt simoniæ.* vbi vult quòd reus sit conuictus. 3

Ad constituendum autem probationem concludentem, necessaria est probatio tractatus præcedentis & pactionis, *cap. Artaldus. 8. q. 3. per tot. in cap. quam pio. in verbo, postmodum, 1. quæst. 2.* Doctores communiter *in c. veniens, il 1. de testib.* Dec. *cons. 118. num. 4.* Paris. *cons. 30. num. 21. libr. 4.* Alciat. *cons. 3. num. 20. lib. 1.* Put. *decis. 171. lib. 2.* & Mohed. *decis. 266.* & fuit resolutum ferè in omnibus supradictis causis. 4

ILL. D. CARD. BLANCHETTI.

Romana prætensæ Confidentiæ seu Simoniæ.
Veneris 15. Martij 1596.

ARGVMENTVM.

Confidentia, quando dicatur probata, ex eo quòd quis recipit beneficium ex resignatione, vt eiusdem fructus, vel eorum partem aliis concedat, vel pensionem soluat.

SVMMARIVM.

Confidentia dicitur commissa, quando quis recipit beneficium ex resignatione, vt beneficij fructus, vel eorum partem aliis concedat, vel pensionem soluat, n. 1. Declara vt n. 2. vt videlicet procedat quando à principio talis conuentio præcessit, secus si post assecutionem beneficij quis sponte, aut aliqua causa iusta fructus, aut eorum partem resignanti, aut alteri concedat, n. 2. & 3.

Beneficiatus de fructibus beneficij potest ad sui libitum disponere, & etiam illud resignanti subuenire, n. 3.

DECISIO CIX.

1 CVm à fel.rec.Sixto Papa V. Reuerendiss. D. Fantinus Archiepiscopus Cusentinus de mense Maij anni 1585.obtinuisset renunciationem regiminis & administrationis Archiepiscopatus admitti, & de illo D. Siluio Passerino prouideri accepto in recompensam Prioratu S.Gabrielis Cremonen. ac vna pensione sibi scutorum 2000.& altera 555.ad commodum D.Angeli sui Nepotis super fructibus d.Ecclesiæ reseruata; accidit,quòd post perfectam resignationem compertum est publico instrumento 2.mensis Iulij sequentis inter eos fuisse conuentum, quòd fructus hincinde dimissorum beneficiorum quilibet de anno 1588.suos faceret,datis ad eum finem mandatis procuræ,quorum effectu subsequuto,quia Magnificus D.Procurator fisci prætendebat in resignatione huiusmodi,vitium simoniæ, vel confidentiæ interuenisse, factúmque locum extrauaganti sanctæ memoriæ Pij Papæ V.super confidentiis,in qua inter certos casus hic constituitur,quando quis recipit beneficium ex resignatione,vt eiusdem fructus, vel eorum partem aliis concedat, vel pensionem soluat, hinc sumta occasione causa contra eundem D. Fantinum coram iudice confidentiarum introducta,& illius coniunctim cum eodem fisco cognitione mihi delegata iuxta inueteratum statuti Tribunalis Rotæ institutum dubitaui, stantibus hincinde deductis an constaret de instascripta renunciatione crimen simoniæ, vel confidentiæ fuisse commissum.

2 Pro huius resolutionis dilucidatione fuit animaduersum, quòd cùm dicta extrauagans duas partes habeat, quarum prima duos casus continet, ex quorum altero confidentiæ crimen inducitur,alia coniectura complectitur,quibus cõcurrentibus confidentia cõmissa cõuincitur,neque ex verbis illius,neque ex mente per concessionem factam resignanti fructuum,vel eorum partis recepti beneficij, aut etiam solutionem pensionis argui posse simpliciter commissam fuisse simoniam vel confidentiam,sed ita demum,si receptio beneficij facta sit ea intentione, vt hæc fiant:nam si postquam beneficiom fuerit aliquis assequutus sponte, aut ex aliqua causa iusta,fructus,aut eorum partem resignanti,aut alteri concedat,non committit simoniam, vel confidentiam, *cap. Aistaldus*,ibi,*antequam eligeretur*. 8.*q*.3. glos.*cap. quoniam pro.in verbo postmodum*,1.*quæst*.2.Io. Andr. Abb. Felyn. & Dec.*in c.veniens,il* 1.*de test*.Abb.*in c.cùm in.n*.24. *de constit*. Dec.*cons*.118.*num*.4.Paris.*cons*.30.*num*.21.*lib*.4. Natt.*cons*. 299.*num*.11.Sarnen.*ad reg.de trienn. quæst*.12.*vers. secundò principaliter*,Pitt.*decis*.171.*num*. 6.*lib*. 2.Mohed.*decis*. 166. *incip. permutatio*.

3 Et aliàs dicendo sequeretur absurdum, quòd beneficiatus de fructibus beneficij nõ possit liberè disponere, quod est contra glos.*cap.præsenti.in verbo, nostrarum, de offic ordin.in* 6.Imol.*in c.aurum.de donat. & cap.fin.de pecul.cler*. & quòd nec etiam posset resignanti ex fructibus beneficij subueniri, quod est contra charitatem.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Pecuniaria. Veneris 15.Martij 1596.

ARGVMENTVM.

Mercator habens in suo bãcho pecunias alicuius qui postea decoxit, ante decoctionẽ detectam debitoris,potest cuicunque creditori instanti de ordine debitoris soluere etiam in præiudicium anteriorum creditorum.

SVMMARIVM.

*Cedula bancharia ad hoc vt probet in præiudicium tertij,an sit necesse quòd habeat requisita, de quibus in l.scripturas.C.qui potior.in pign.habeant.n.*1.

*Cedulæ banchariæ veritas probari potest per testes qui fuerunt præsentes,& ex libro rationis bãchariæ. n.*1.

*Decocto debitore ante decoctionem creditor qui procurauit sibi solutionem fieri de suo credito, non potest ab aliis anterioribus creditoribus molestari. n.*2.*&* 3.

*Mercator habens in suo bancho pecunias alicuius,qui postea decoxit,ante decoctionem detectam debitoris potest cuicunque creditori instanti de ordine debitoris soluere etiam in præiudicium anteriorum creditorum, n.*3.*&* 4.*vbi declaratur.*

DECISIO CX.

1 DVbium fuit distinctum in duas difficultates, quarum prima fuit, an constet de veritate cedulæ, secunda difficultas fuit, an ista cedula cum obligatione Camerali potuerit fieri à Bonsio in præiudicium aliorum creditorum. Quantum ad primam visa est Dominis res clara ad fauorẽ D.Io.Baptistę,quòd cõstet de veritate cedulæ,quia licèt non concurrant requisita *l.scripturas.C. qui pot.in pign. hab.* quæ sunt necessaria ad effectum probationis in præiudicium creditorum, vel alterius tertij, vt fuit resolutum in causa Aquen. Simoniæ 10. Decembris 1593. coram R. P. D.Blanchetto, & in causa Comen.Iurispatronatus 6.Martij de anno præterito coram me; tamen veritas probatur ex testibus,qui fuerunt præsentes ex libro rationis banchariæ, & ex litteris dicti Io. Baptistæ,ideo non habet locum dispositio *d. l. scripturas*. Bald.*consil*.198.*num*.5.*lib*.1.Caputaq.*decis*.122.*lib*.3.& fuit resolutum in causa Romana Pecuniaria 3. Decembris 1593.coram R.P.D.Pamphilio.

2 Quantum ad secundam, Domini resoluerunt, quòd ista cedula cũ obligatione Camerali potuit fieri à Bonsio etiam quòd præiudicet aliis creditoribus; potissimum fundamentum istius resolutionis fuit, quia quando fuit facta ista cedula, ratio bancharia manebat incolumis suo antiquo statu, & decoctio, quæ illinc ad duos menses fuit sequuta, ignorabatur, ideo potuit Bonsius, qui erat complementarius, & habebat amplissimum mandatum, facere cedulam cum obligatione Camerali,licèt præiudicet aliis creditoribus,qui non instabant pro consequutione sui crediti,glos.*in l.*2.*in versi.proponat. ff.de his quæ in fraud.cred.* & sicut ista summa fuisset soluta d.Io.Baptistæ,solutio non posset retractari ab aliis creditoribus, quia ratio bancharia soluebat omnibus, & ipsi non instabant pro cõsequutione sui crediti, Afflict. *decis*. 190. Paris.*quæst*.69.*libr*.4.Paleot.*decis*.195.vel si ista summa fuisset tunc depositata,quãdo fuit facta cedula, Bonsius potuisset cedulam facere cum obligatione Camerali, & præiudicaret aliis creditoribus eam non habentib. ita pariter stante veritate crediti d.Io.Baptistæ,& sofficienti facultate Bonsij, & quòd ratio bancharia erat soluendo, Domini non viderunt rationẽ diuersitatis propter quam non potuerit eam facere, quamuis præiudicet aliis creditoribus,quibus sine difficultate tunc fuisset solutum,si fecissent instantiam pro consequutione sui crediti.

3 Nec placuit Dominis, quòd non poterat fieri solutio d.Io.Baptistæ in præiudicium aliorum creditorum, quia latens erat decoctio rationis banchariæ,ideo aliis creditoribus non potest imputari negligentia,vt dicit Angel. *in l.pupill.sub num*. 8. istud dictum non habet fundamentum,cùm non possit imputari aliqua culpa neque creditori, qui suum creditum consequutus est, neque debitori, quæ tenebatur soluere quando tempore prædictæ solutionis erat soluendo.

4 Non obstat quòd Bonsius sciebat decoctionẽ & ideo non potuit gratificare, quia ista scientia non probatur concludenter, cùm non constet quòd bilancium fuerit factum ante cedulam istam, & licèt ipse deponat quòd Ioan. Baptista erat creditor, quia ipse vti minister sciebat omnia negotia, tamen ex scientia negociorum non

in

infertur necessariò ad scientiam decoctionis, quæ à principalibus solet teneri, occulta prætereà], etiamsi Bonsius habuisset istam scientiam status rationis bancharię; tamen in Vrbe communiter ignorabatur, & suf-ficit ad istum effectum, quòd non probetur scientia Io. Baptistæ, quia non probata scientia, cessat in eo animus nocendi alijs creditoribus, & cessante isto animo potuit meliorem facere suam conditionem. *l. 1. in princ.* & ibi Angel. & Cuman. *& l. qui autem. §. hoc edictum. ff. de his qua in fraud. cred.*

5 Non obstat textus *in l. pupillus.* quia procedit quando est facta extorsio per modos illicitos, Paul. *q. 446. sub n. 3. lib. 1.* Ideo non applicatur, &c.

RATTÆ

Senensis Matrimonij. Veneris 17. Maij. 1596.

ARGVMENTVM.

De matrimonij dissolutione propter coeundi impotentiam.

SVMMARIVM.

Vxor tenetur cohabitare cum viro, eique matrimonialia obsequia præstare. n. 1.

Impotentia coeundi non resultat ex impedimento apertionis, n. 2.

Impotentia coeundi non statim dissoluit matrimonium, sed debent coniuges per triennium cohabitare, & experiri an impedimentum sit perpetuum. n. 2.

Marito asserenti carnaliter cognouisse suam vxorē credendum est, quamuis vxor contradicat. n. 2.

DECISIO CXI.

1 DOmini altero tantùm informante censuerunt, sententiam Vicarij Archiepiscopi Senensis esse confirmandam: nam cùm sit contractum matrimonium inter Adrianum de Iulianis, & Flauiam de Guidarellis, iure optimo declarauit eam esse cogendam ad cohabitandum cum viro, & obsequia matrimonialia ei præstanda, *c. cùm literas*, & ibi Abb. *n. 7. de restit. spol. c. 1. de sponsal.* Innoc. *in c. ex parte, num. 4.* Host. *n. 11.* Anton. de Butr. *n. 31. de restit. spol.* Raph. Cum. *in cons. 1. n. 1. & seq.* Couar. *in epit. lib. 4. decret. 2. par. c. 7. in princ.* quicunque enim matrimoniū contrahit, dicitur quodammodo propriam personam alienare, quia nō habet amplius sui corporis potestatem. *c. non debet. de consan. & affin.* Abb. *in c. 2. n. 21. vers. & puto, de restit. in integr.*

2 Non obstat impedimentum apertionis quod à Flauia vxore ei obijcitur, quia etiamsi id verum sit, non tamen inducit frigiditatem, vel impotentiā, prætereà quamuis maritus non possit cognoscere mulierem, non propterea statim dissoluitur matrimoniū, sed debent coniuges cohabitare per triennium, & interim dare operam, & experiri an impedimentum sit perpetuum, iuxta *c. laudabilem, de frigid. & malefic.* & sæpius fuit resolutum in Rota, & maximè coram R. P. D. meo Blanchetto in Bononien. separationis. Hoc amplius in casu proposito ipse Adrianus asserit se d. Flauiam, vxorem suam carnaliter cognouisse, cuius assertioni credendum est, quamuis ipsa] contradicat, *c. continebatur. de despons. impub. c. si quis acceperit 33. q. 1.* Innoc. *in c. ex parte, n. 4. in fin.* Io. Andr. *n. 9.* Ant. de Butr. *n. 35. vers. quandocunque probantur. de restit. spol.* Abb. *in c. 1. num. 3. de cland. despons.* Ex his ergo cōclusum fuit dictam sententiam esse confirmandam.

Farinac. Decis. lib. 2.

PENIÆ.

Romana hæreditatis de Anguillaria.
Veneris 21. Iunij 1596.

ARGVMENTVM.

Simulatio, & fraus, quando agatur in contractu donationis ob metum reuerentialem filij propter præsentiam patris, & illius preces, & quomodo isto casu consideretur metus reuerentialis.

SVMMARIVM.

Simulatio, & fraus numquam præsumitur nisi doceatur de causa simulationis, n. 1.

Commissio ad non expressa non extenditur, cùm sit stricti iuris. n. 2.

Metus reuerentialis inducitur ex importunis precibus patris ad excludendum consensum & inualidandum actum. n. 3.

Metus reuerentialis ex precibus non inducitur nisi illæ fuerint tales quales sufficiunt ad metum incutiendum. n. 4.

Persuasio nimia coactioni æquiparatur, n. 5. Vbi quòd hoc procedit in minore, non autem maiore.

DECISIO CXII.

VTraque parte informante, proposui causam super eisdem, & DD. steterunt in decisis sub die 12. Ianuarij proximè præteriti, ex eisdem rationibus quibus tunc decisio fuit stabilita; quia donatio fuerat fauore agnationis, & valde verisimilis, ex eo quòd Virginius, qui nullos susceperat filios, rationabiliter fuerat motus ad donandum fratribus, per quos familia conseruaretur, quæ omnia, quia in alia decisione latè deducta fuerunt, non fuerunt modò reperita in hac propositione, in qua laboratum potissimùm fuit in respondendo argumentis deductis per informantes pro Illustrissima Domina Emilia Vrsina.

Et primùm ad illud, quòd donatio fuisset simulatà, 1
colligebatur ex duplici protestatione facta à Virginio, respondebatur, fraudem & simulationem nunquam præsumi, nisi doceatur de causa simulandi, Crauett. *cons. 145. num. 2.* Anchar. *consil. 227. num. 2.* Bartol. *consil. 65. incip. factum tale. num. 9.* Alexand. *consil. 111. incip. visis superiori themate, num. 1. lib. 3.* Rot. *decis. 1. num. 2. de donat. in nou.* & fuit dictum coràm in Roman. de Grandis 11. Octobris 1593. In hac verò facti specie potius affuisse verisimilem causam donandi ob prædictas rationes, quàm fraudolenter agendi, & simulandi.

Quantum ad secundum, de metu reuerentiali, quo prætendebatur inductus Virginius ad donandum, quo cessante non fuisset donaturus, dicebatur nullum probari sufficientem metum, qui consensum ad donandum necessarium excluderet; neque ex iteratis protestationibus metum potuisse deduci, quoniam protestationes illas potius fecerat Virginius, vt vxori placeret, & ei morem gereret, quàm vt coactè se donauisse doceret, vt ex dictis ipsius compertum fuerat.

Sed neque ex eo ostendebatur Virginium inuitè & 2
coactè donasse, quòd statim post obitum patris ipse cōmiserat causam nullitatis, seu rescissionis donationis; quia ex serie commissionis apparebat nullam fieri de donatione mentionem. Et cùm regulariter commissio ad non expressa non extendebatur, cùm sit stricti iuris, glos. *in cap. 1. & in c. dispendia, & in cap. statutum. de rescript. libr. 6.* Absurdum enim videbatur ex obscura incertáque commissionis narratiua certam concludi voluntatem, præsertim ad inducendum contractus nullitatem.

Ad illud, quo maximè vrebantur informantes 3

pro Illustrissima D. Emilia de præsentia patris, in actu donationis, & de importunia illius precibus probatis per testes, quæ sufficiunt ad inducendum metum reuerentialem exclusiuum consensus requisiti ad validitatem donationis, Socin. *cons.* 263. *num.* 2. *& seq.* qui testatur de communi.

4 Respondebatur præsentiam patris fuisse requisitam ex dispositione Vrbis statutaria, ex qua non poterat propterea metus argui; sicut neque ex precibus aut iussu patris; tum quia preces non fuerunt tales, vt ex eis probaretur sufficiens metus inductus, vt latè deductum fuerat in decisione; tum quia donatio non respiciebat commodum patris vt contigerat in casu de quo fuerat Soc. consultus.

5 Ad Curtium Iuniorem *cons.* 141. *num.* 18. *lib.* 2. asserentem nimiam persuasionem coactioni æquari. Respondebatur Curtium loqui de minori, secus autem esse de maiori, qualis erat Virginius qui trigesimum ætatis annum excesserat, qui ob id non erat huius coactionis & impressionis violentæ capax, Socin. Iun. *cons.* 47. *n.* 31. *&* 32. *lib.* 3. Roderic. Soarez *alleg.* 24. *iuxta finem.*

Postremò prætensio læsionis non vitiabat donationem, quia non concurrebant metus, vt latè deductum & probatum fuerat in decisione.

GIPTII.

Casalensis seu Nullius Præpositturæ.
Mercurij 8. Ianuarij 1597.

ARGVMENTVM.

Causa beneficialis nō criminaliter sed ciuiliter intentata dicitur, quando non agitur ad pœnam priuationis: vel fisco applicandam, sed solùm ad excipiendum contra inhabilem ad beneficium.

SVMMARIVM.

Causa beneficialis potest etiam ciuiliter tractari, etiam quòd agatur de inhabilitate propter homicidiũ, n. 1.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando non agitur ad pœnam priuationis, vel fisco applicandam, num. 2.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, etiam quòd accusator se inscripserit ad pœnam talionis quando nō agitur ad priuationem beneficij, sed solùm ad remouendum aliquem tanquam inhabilem. n. 3.

DECISIO CXIII.

1 DVbitatum fuit an hæc causa esset beneficialis, & mixta, & an Illustrissimus Cardinalis ageret ciuiliter, & die Lunæ 9. Iunij præteriti resolutum fuit esse beneficialem, propterea cùm super aliis partibus dubij ageretur, Domini circa vltimam partem censuerunt agi ciuiliter, licèt Dominus Cardinalis prætendat D. Octauianum aduersarium ob homicidium in personam eius nouercæ commissum esse inhabilem ad obtinendam præposituram, de qua nihil agitur, nihilominus hinc nō sequitur, quòd non posset agi ciuiliter, text. est *in c. super his. in fine. vers. licet enim*, & ibi Abb. *n.* 4. Felyn. *num.* 2. post Aret. *n.* 11. *&* 12. qui optimè declarat. *de accus.*

2 Præsertim cùm non agatur ad pœnam priuationis vel fisco applicanda, sed solùm ad præposituram ad hoc, vt prius vacaret per obitũ, vnde si vt actio intentata iudicetur ciuilis, & non criminalis. *c. per tuas. in fine de sim.* Frider. de Sen. *cons.* 23. *n.* 2. *vers. quando agitur. de cõm.* Socin. iun. *cons.* 99. *n.* 26. *lib.* 2. Clar. post alios *in pract. crim. quæst.* 1. *versicul. quintus est actus*, cum aliis ab informantibus citatis.

Nec ad rem pertinet, quòd Illustrissimus Cardinalis coactus fuerit accusare, & se in forma iuris inscribere, quoniam huiusmodi accusatio & inscriptio, quæ de iure canonico requiritur *d. c. super his*, & ita in praxi seruari testatur Præpos. *in cap. final.* §. *libellorum. numer.* 23. *quæst.* 8. fit ad alium finem & effectum, & non ad hoc, vt accusator non possit agere ciuiliter, vt clarè colligitur in iuribus suprà citatis, & in istis terminis voluerunt Domini in vna Hispalensi Beneficij 13. Februarij 1581. apud bon. mem. Episcopum Laurentanum. An verò dicta causa sit mixta erit particulariter videndum. 3

PENIÆ.

Verdunensis Repetitionis Fructuum.
Lunæ 20. Ianuarij 1597.

ARGVMENTVM.

Acta integrè per appellantem ad Iudicẽ appellationis transportari debent, aliàs processus erit nullus, & de clausula, quam & quas, coniunctim seu diuisim cum incidentibus & emergentibus in commissione apposita.

SVMMARIVM.

Appellans integra acta ad iudicem appellationis transferre debet, aliàs iudex iurisdictione carere censetur, num. 1.

Actorum imperfectio ex quibus dignoscatur, n. 1.

Enunciatiua contra denunciantem probat. d. n. 2.

Clausula, quam, & quas, cum incidentibus & emergentibus coniunctim vel diuisim, in commissione apposita quomodo sit intelligenda, n. 3.

Processus annullatio propter non integram transportationem actorum non facit censeri nulla instrumenta in eo producta, d. n. 3.

DECISIO CXIV.

ROta vtraque parte informante censuit, cum instrumentis, & iuribus hactenus per Capitulum Virdunense productis non potuisse in causa procedi ad vlteriora contra Decanum super repetitione fructuum, & pecuniarum eidem Decano vigore sententiæ à Cardinale Lotharingiæ latæ, & solutarum, quia processus non erat integer, & tamen notum est appellantem ad Iudicem appellationis integra acta transferre oportere, Concil. Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 20. §. *Præterea.* aliàs enim Iudex legitima iurisdictione carere censetur, vt fuit resolutum in causa Valentina de Campanat mense Ianuarij 1580. coram D. Cardinali Blanchetto tunc Rotæ Auditore, & coram me, in causa Compostellana Parochialis 21. Maij. 1590. 1

Imperfectionem verò processus apertè suadebant acta continentia sententiam Capituli Virdunensis contra Decanum latam die 29. Maij 1593. in qua enunciabantur quædam acta coram Capitulo pro expeditione causæ gesta: nempe comparatio, & petitio facta die 16. Martij 1593. item responsio cum omnibus conclusionibus, & aliis iuribus, & actis die penultima mensis Martij, & prima die sequentis mensis Aprilis gestis, quæ tamen non reperiebãtur in processu. Cùm enim ista essent enunciatiua capitali ad effectum, de quo agebatur: sufficientem probationem faciebat, quia enunciatiua contra enunciantem probant, *l. optimam. C. de contrahen. stipul.* Put. *decis.* 243. *num.* 2. *lib.* 1. Gozadin. *consil.* 99. *num.* 6. Rota *decis.* 1. *de fid. instr. in antiq.* 2

Neque Capitulo suffragabatur commissio causæ 3

con

contra Decanum, cum clausulis, quam & quas, & incidenti, emergenti, & coniunctim, vel diuisim, quasi propterea potuisset in causa procedi, tanquam in prima instantia, omisso articulo appellationis: nam cùm fuisset commissa causa appellationis clausula, quam & quas, intelligenda etiam erat super præmissis, & ita integraliter erant transportanda acta. Cæterùm quamuis Rota censuerit processum productum fuisse imperfectum, non tamen censuit omnia instrumenta, seu illa producta in eo contenta, fide carere, quam putauit adhibendam iuris habentibus solemnitates requisitas.

PENIÆ.

Tullen. Monasterij Sancti Mansueti.
Die Veneris 18. Aprilis 1597.

ARGVMENTVM.

Confessio dubia ad fauorem confitentis interpretari debet, & quid si sit qualificata, quid si implicata, & per verba enunciatiua, & alia ad materiam, vbi etiam tractatur an Clericus, seu Prælatus malè redditibus Ecclesiæ vtens sit beneficio priuandus, & quid isto casu importet dilapidatio, & quando bona Ecclesiæ censeantur dilapidata.

SVMMARIVM.

Confessio in dubio intelligenda est ad fauorem confitentis, vt excusetur à delicto. n. 1.

Confessio accipi debet cum suis qualitatibus, d. n. 1.

Confessio implicata, & per verba enunciatiua, & cum qualitatib. in dubio non trahi debet ad delictũ, n. 2.

Confessio, quæ non est clara & euidens, non est sufficiens ad effectum priuationis, n. 3.

Confessio facta cum qualitate eo magis attendenda est, quando contra illam qualitatem non adest aliqua probatio, nec iuris præsumtio quæ illi obstet, n. 4.

Dilapidatio contra administratorem, seu Abbatem manifestè probari debet, & actus dilapidationis in specie ostendi, n. 5.

Dilapidatio intelligitur respectu bonorum Ecclesiæ, non autem respectu fructuum, n. 6.

Beneficiati vita durante æquiparantur vsufructuariis, & redditnum Ecclesiæ dominiũ acquirunt, & de illis disponere possunt, n. 6.

Beneficiati malè redditibus Ecclesiæ vtentes, & in vsus prauos conuertentes pro qualitate prauæ dispensationis grauiter peccant, non tamen incidunt in pœnam priuationis beneficiorum, n. 6.

Prælati & Clerici seculares dispensatione redditnum Ecclesiæ habent pinguius ius quàm regulares. d. num. 6. in fine.

DECISIO CXV.

Accusatores Domini Abbatis Nicolai Vsusmaris præter concubinatum, & non promotionem ad sacros ordines opponebant etiam dilapidationem bonorum, tum quia vendiderat quædam bona immobilia Abbatiæ, tum quia redditus & prouentus Ecclesiæ in vsus prophanos & illicitos conuerteret, alendo scilicet concubinam & spurios, ex ea susceptos.

1 Et propterea dato dubio, an constaret de opposita dilapidatione, qua esset ipso iure priuatus, vel saltem per sententiam veniret Abbatia priuandus; vna tantùm parte informante, quia agentes pro accusatoribus fortassis, vel bono iure vel probationibus destituti informare recu-

Farinac. Decis. lib. 2.

sarunt, Rota negatiuè respondit: nam dilapidatio non probatur, nisi ex quadam Abbatis confessione facta in causa criminali die 13. Februarij 1596. quarto constituto, vbi cùm dixisset se ex fructibus remanentibus Abbatiæ emisse quædam bona immobilia nomine eiusdem Abbatiæ, nempe addidit se etiam dicta bona emisse ex pretio quorundam bonorum eiusdem Abbatiæ, nempe cuiusdam domus, quæ minabatur ruinam, & aliarum rerum inutilium, cùm enim non dixisset se alienasse sine solemnitatibus à iure requisitis, non erat sufficiens probatio dilapidationis ad effectum priuationis ex tali confessione desumta, cùm in dubio intelligenda foret ad fauorem confitentis, vt excusaretur à dilapidatione, Moged. *decis. 2. de restit. spoliat.* Alex. *cons. 183. numer. 5. vers. nec obstat. lib. 5.* glos. *in cap. cùm dilectis in verb. dilapidatione, de accus.* propterea accipi deberet cum suis qualitatibus, *l. Aurelius. §. quæsit. ff. de liber. legat.* quæ propterea in hac facti specie dilapidationem excludebat, quia confitens dilapidationem bonorum addiderat se ex pretio inde redacto emisse immobilia pro e[illegible] in Abbatia.

Rursus illa confessio potius videbatur implicita per verba enunciatiua, quàm explicita, quæ confitentem conuinceret; vnde cùm esset cum suis qualitatibus accipienda, Socin. Iun. *cons. 134. num. 68. libr. 3.* Alex. *cons. 37. lib. 1. & cons. 171. numer. 15. lib. 6.* non erat in dubio trahenda ad delictum, *l. merito ff. pro soc.* 2

Ad hoc quòd non esset clara & euidens, non esset sufficiens ad effectum priuationis, quamuis ciuiliter ageretur, glos. *in c. vementes. el 1.* vbi Abb. *numer. 4.* & Dec. *numer. 8. de testib.* cum aliis allegatis in decisione in hac eadem causa facta die 27. Ianuarij præsentis anni. 3

Eo etiam nomine in hanc sententiam itum est, quia contra qualitatem ab Abbate expressam non aderat aliqua probatio, nec iuris præsumtio, quæ non prohibet res inutiles & ruinosas Ecclesiæ seruatis tamen seruandis distrahi. 4

Denique cùm confessio non esset clara, intelligenda potiùs erat de alienatione licita, & cum solemnitatibus, quàm de alienatione illicita, & prohibita, *c. estote, de reg. iur.* S. Thom. 22. *art. 4. q. 6.* & præsertim in causa dilapidationis, vbi oportet dilapidationẽ manifestè probari. Io. Andr. *in c. monachi, numer. 12.* & Butr. *numer. 9.* & ibid. Card. *in fin. de stat. monach.* & actum dilapidationis in specie ostendere. Bertrand. *cons. 112. n. 3. vol. 3.* Alexand. *cons. 72. num. 9. lib. 1.* 5

Sed neque respectu fructuum malè dispensatorum dilapidatio probatur, quia præterquam quòd in hac materia propriè loquendo dilapidatio intelligitur respectu bonorum Ecclesiæ, non autem respectu fructuum, cùm beneficiati, vita durante, æquiparentur vsufructuariis, & redditum Ecclesiæ dominium acquirant, & de illis disponere possunt. Et quamuis si malè redditibus vtantur, & in vsus prauos conuertant pro qualitate prauæ dispensationis grauiter peccant, non tamen propterea incidunt in pœnam priuationis beneficiorum, quod magis locum habet in prælatis, & Clericis secularibus, qui in dispensatione redditnum ecclesiasticorum pinguius ius, quàm regulares habere dicuntur, vt not. scribentes *in c. monachi, de stat. monach.* vbi Abb. *numer. 6.* & ibidem Card. *in fin.* & glos. *in c. per tuas. in fin. verb. lenioribus*, & Butr. *numer. 10. de simon.* Sarnien. *in tract. de redd. eccl. p. 4. c. 1. n. 8.* 6

Rursus hanc dilapidationem respectu fructuum non probabant aliàs adducta super concubinatu, quia ille non fuit probatus, neque liber extractus à libris Abbatiæ, quia licèt fuisset legitimè extractus, non tamen consequebatur, inde probat dictã dilapidationem; quamuis enim probaretur Monasterium & Abbatem habere tot redditus, non tamen concludebatur omnes dilapidari, & malè dispensari, immo ex impensis contrapositis, & oneribus apparebat non remansisse tam grandem fructuum quantitatẽ penès Abbatem, quæ facilè admitteret dilapidationem. 7

Et propterea conclusum, nec fuisse ipso iure priuatum nec venire priuandum, &c. 8

P E N I Æ.

Veneta Illegitimitatis. Veneris 2. Maij 1597.

A R G V M E N T V M.

Actorum transportatio in dubio præsumitur integrè facta, præsertim quando vtraque pars institit pro sententia: acta autem facta coram Iudice incompetenti transportanda non sunt.

S V M M A R I V M.

Actorum transportatio in dubio facta præsumitur integra, n.1. Vbi præsertim quando ambæ partes fecerunt instantiam pro sententia.

Acta facta coram iudice incompetenti transportanda non sunt, n.2.

D E C I S I O C X V I.

1 ROta vtraque parte informante censuit cõstitisse de integra transportatione actorum, ac iurium ad Curiam Episcopalem Taruisinam, quia præterquam quòd in dubio præsumitur integra transportatio actorum & processus integer, nisi contrarium ostendatur, vt Rotæ seruat stilus, & tenuit in vna Calaguritana de Nachaia die 13. Ianuarij 1595. coram R.P.D. meo Corduba, & in alia Pientina Cappellæ die 7. Iunij 1596. coram R. P. D. meo Litta in hac facti specie præter istam præsumtionem concurrebat peritio vtriusque partis coram Vicario Taruisino, de cuius semẽtiæ validitate agebatur in statutis, & prætensis ab eo, vt sententiam proferret, cùm iam omnes scripturæ hinc inde fuissent productæ, & in forma authentica exhibitæ. Hæc enim confessio demonstrabat omnia acta ad causam decidendam spectantia fuisse producta.

2 Sed illud inprimis constituerunt, non debuisse Alphonsum transportare processus factos coram Iudicibus laicis, pertinentes ad causam legitimitatis, cùm ista cognitio non pertineat ad illorum iurisdictionem. Et propterea fuit ordinatum, vt omissis istis cautelis, & subterfugiis videretur de bono iure in negotio principali super legitimatione Alphonsi.

L I T T Æ.

Romana Pecuniaria. Lunæ 23. Iunij 1597.

A R G V M E N T V M.

Notarius officij dominus an & quando teneatur pro substituto delinquente in officio, seu circa officium, vel colore officij.

S V M M A R I V M.

Notarius officij dominus tenetur pro substituto delinquente in officio, seu circa officium, vel colore officij, num.1.

Præsumtio iuris stat pro publico instrumento, n.2.

Exactio an & quando adscribi debeat officio notariatus, seu facto proprio creditoris, de cuius mandato exigitur, n.3.

Solutio debiti communis, seu alterius fieri potest animo repetendi partem ad illum spectantem & valet, n.4.

Notarius extendens instrumentum in protocollo non tenetur notulam conseruare, n.5.

Falsitatis suspicio cessat ex extensione instrumenti alriena manu si Notarius sit solitus sic illa extendere, numero 6.

Præsumtiones hominis non sufficiunt ad condemnandum aliquem ex facto tertij, nec ad tollendum fidem instrumento, sed iuris, & à iure approbata requiruntur. d.n.5.

D E C I S I O C X V I I.

FVit resolutum D. Bonetto non competere regressum contra D. Catalonum respectu solutionis, de qua agitur. Nam licèt Notarius officij dominus teneatur pro substituto delinquente in officio, seu circa officium, vel colore officij, vt per bart. *in l. 1. §. familia ff. de public.* cum aliis deductis in illa Romana Releuationis Indemnitatis 9. Ianuarij 1581. coram R. P. D. Seraphino, attamen in hac causa non probatur Quintilianum Cataloni substitutum respectu societatis 200. aliàs per ipsum rogatæ ad fauorem Olimpiæ de Mercadantibus, & per Bonettum debitorem d. mulieri postmodum solutæ aliquo modo deliquisse circa rogitum ipsius instrumenti, quod propterea Notarij officium respicit, stante quòd reuera constat tunc temporis Olimpiam dedisse scuta 200. ad societatem, illámque per Nummularium in dictam causam fuisse solutam. 1

Vlterius constat ordinem officialis super cuius officio imposita fuit d. societas etiam 200. & quod plus est ex depositione testis inducti per ipsummet Bonettum, & qui præsens fuit stipulationi instrumenti, constat Bonettum perquisiuisse dictum officialem, eiúsque partem pro obligatione 200. quódque tunc obligatio per eos facta fuit; ex quibus omnibus maximè simul iunctis apparet de veritate dicti instrumenti, & rogitus, pro quo etiam stat omnis præsumtio, secundùm bald. *in c. 1. §. si instrumentum, tit. de nat. feud. in vsib. feud. & in cap. illud. circa fin. de præsumtion.* quem sequitur Ias. *consil. 124. col. 1. libr. 1.* 2

Nec obstare dixerunt Domini, quòd Quintilianus existens in carceribus declarauit instante Bonetto ex ducentis habitis ab Olimpia de Mercadantibus, centum in suos vsus conuertisse, quia cùm aliàs censum habuerit ipse Bonettus per manum illius, hócque non negetur, sequitur idcirco verum fuisse ipsam societatem fuisse 200. prout cantat instrumentum, & non minoris summæ. Nec ex eo quòd Quintilianus d. scuta 100. retinuit, potest dici deliquisse in officio, aut circa officium Notarij ad effectum vt illa refundere teneatur Catalonus, vti dominus officij, cùm non sint Notarij à publico deputati, eorúmque substitutorum officium circa illud non versetur, vt contrahentium pecunias exigant, sed tantùm vt publicum testimonium faciant de iis, quæ coram ipsis geruntur, & de quibus ipsi rogantur à contrahentibus, quod non potest dici in casu nostro, quod ex eo conuincitur, quòd Notarius, seu substitutus Notarij ex sola stipulatione deductas pecunias exigere à debitore ipso in fauorem creditoris, nisi concurrente mandato, aut ordine eiusdem creditoris, prout hoc in casu factum fuisse constat, quo fit, vt iure merito talis exactio adscribi non debeat officio Notariatus, sed facto proprio creditoris de cuius mandato exactio ipsa facta fuit, ad text. *in l. ita autem. §. gessisse. ff. de admin. tut. & in l. item eorum. § 1. quod cuiusque vniuers. nom.* 3

Neque potest in casu Bonettus iuuari prætensa amissione primi ordinis, & subscriptione secundi maioris summæ, cùm verisimile non sit, quòd si primus ordo, & prima confessio officialis erat scut. 100. voluerunt secundum, seu secundum firmare de summa 20. ad tex. *in l. cum de indebito ff. de probat.* cum vulg. sicut non obstare dixerunt, quòd Quintilianus soluerit fructus d. societatis pro duobus semestribus Olimpiæ, cùm potiùs ex tali solutione validitas, & effectuatio d. instrumenti, quàm falsitas illius præsumatur, maximè cùm nemo præsumatus velle iactare suum, & de iure non sit prohibitum debitum alterius seu commune cum alio persoluere 4

ani

animo repetendi partem ad illam spectantem, ad textum in *l. soluendo. ff. de neg. gest. in l. 1. §. pen. in fin. ff. de exerc. act. & in l. solutionem. ff. de solut.*

5 Et ad illud de non exhibitione Broliardetti fuit responsum, quòd data extensione instrumenti in protocollo non est obligatus Notarius notulam conseruare, Paris. *cons. 28. num. 21. & seq. libr.* 2. quod sequuta est Rota in illa Bononiẽsi Nullitatis Legitimitatis 27. Ianuarij 1580. coràm D. Robusterio.

6 Nec ex eo quòd d. extensio fuerit facta aliena manu, elici potest suspicio falsitatis stante stilo d. Notarij extendendi instrumenta per se recepta manu aliena, ad not. per Boss. *tit. de fals. num. 6.* sicut nec ex eo, quòd fuerit condemnatus ad triremes, cùm non vti falsarius fuerit condemnatus, sed alia de causa, & cùm præsumtiones hominis, quales in summa esse videntur omnes deductæ per informantes pro Bonetto, non sufficiant ad condemnandum aliquem ex facto tertij, nec ad tollendam fidem instrumenti; sed iuris, & à iure approbatæ requirantur, vt per Gabr. *de crimin. conclus. 6.* ideo pro Catalono contra Bonettum, vt suprà resolutum fuit.

ORANI.

Bononien. Bonorum die Veneris 27. Iunij 1597.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononien. volens omnes contractus intra annum ante decoctiones factas præsumi in fraudem creditorum celebratos, non comprehendit casum, quando apparet per alias probationes de bona fide, & sine fraude factos esse.

SVMMARIVM.

Iudicis arbitrium à iure regulari debet, num. 1. in fine.

Probationes, quæ constant ex facie instrumenti, sunt magis priuilegiatæ quàm aliæ probationes ab extra, n. 2.

Simulatio non præsumitur vbi causa simulandi non adest, etiam quòd pro simulatione adsint coniecturæ, num. 2.

Fideiussor in contractu nullo adhuc tenetur, nisi contractus declaretur nullus propter defectum formæ, seu defectum materiæ, n. 3.

Fideiussio in contractu nullo, cui ius resistat, nulla est, & non subsistit, declara, vt n. 4.

DECISIO CXVIII.

1 CÆsar, & frater de Ocellis Mercatores Bononien. sub fideiussione D. Francisci Pasqualini, plurimum æris alieni contraxerunt, cuius indemnitati consultum volentes omnia bona sua stabilia cum accessione obligationis D. Vicentij Bolognetti, vti principalis debitoris pro pretio conuento in ipsum titulo venditionis transtulerunt pacto adiecto, quod ex huiusmodi pretio creditoribus, pro quibus fideiusserat, satisfieret; verùm quoniam postea intra paucos dies contingit Ocellos foro cedere, creditores ad Iudicem & Consules fori Mercatorum Bononiæ recursum habuerunt, à quibus in vim statuti dicti fori c. 72. obtinuerunt per sententiam declarari venditionem fuisse fictitiam & simulatam, commissa mihi autem in gradu appellationis causa, dedi dubium an statutum in hoc casu intraret, & sic, an dominus Vincentius obligatus esset creditoribus soluere? Domini in contumaciam creditorum & Vincentij quoad primam eius partem tenuerunt statutum non intrare, quia illud simpliciter non annullat omnes alienationes per mercatores ante annum decoctionis factas, sed eas dumtaxat, quæ fuerunt factæ in fraudem creditorum. Vnde etiam quòd subiungat alio in contrarium non apparente tales alienationes præsumi fraudolentas, nihilominus, quando ex iusta & rationabili causa sunt factæ arbitrio iudicum illarum diffinitionem remittit, quòd cum regulari debeat à iure. *l. fideicommissa §. quamquam, &* ibi glos. *in verb. arbitr. de leg.* 3. Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. 68.*

Meritò si iusta causa adsit declarari eas oportet, & dolo, & fraude, & in consequentiam à præsumtione introducta per statutum immunes, & hoc tanto magis quòd statutum non prohibet iustam causam ab alienantibus, & acquirentibus per extrinsecas probationes ostendi, ideo multo minus per eas quæ ex ipsius instrumenti ventre iustificantur, cùm sint magis priuilegiatæ, & probant Bald. *in l. etiam nouum. C. de execut. rei iud.* exuberans verò bona fides in hoc contractu apparet. Primò, quia victum fuit pretium conuentum, postea quàm aliqui creditorum pro viliori pretio dicta bona sibi adiudicari obnuerunt. Secundò, quia venditio fuit facta ad fauorem creditorum in instrumento nominatorum, quibus integrum pretium solui debebat, per quod anterioribus creditoribus, quatenus aliqui extitissent, nullum præiudicium inferebatur, cùm vltra super bonis alienatis ius apothecæ saluum eis remaneret si haberent etiam fideiussorem ad solutionem sui crediti præstandum obligatum. Tertiò, quia stantibus præmissis, nulla hîc adfuit causa simulandi, sine qua etiam quòd concurrant pro ea coniecturæ, cessat omnis simulatio, & fuit resolutum coram R. P. D. meo Penia in vna Romana donationis Grandis. 2

Quo verò ad secundam partem dubij, Domini concludebant, præsupposita nullitate alienationis, non propterea resolui obligationem Vincentij fideiussoris, quia nullitas cùm respiciat tantummodo alienationem non habet prodesse venditori, nec in consequens fideiussori, qui venditionis obligationi personaliter potuit accedere, maximè quòd quando contractui nullo fideiussor accedit, eius obligatio non corruit, nisi contractus nullus declaretur propter defectum formæ, seu propter defectum materiæ. Ang. *in l. cùm lex. n. 1. ff. de fideiussor.* defectus autem solius materiæ hîc non potest considerari, ex quo bona stabilia vendita D. Francisco intra annum decoctionis, fuerant statuto interdicta, & facit ad propositum Castr. *in d. l. cùm lex. num. 2. versic. aliquando,* vbi quando alienatio est prohibita fauore alterius, quàm alienantis, qui est casus præsens, qua prohibitio alienationis per statutum facta fuit fauore creditorum, quod respicit præiudicium alienantis, non attenditur multo minus fideiussoris qui eius obligationi accessit. 3

Non obstat quòd quando contractus est nullus quia ius ei resistit, omnes obligationes sunt nullæ *l. cùm principalis. de reg. iur.* quia istud procedit, quando principalis actus est nullus de iure communi, secus si de iure speciali: nam tunc licèt principalis contractus non valeat, omnes tamen obligationes, & fideiussiones sustinentur. *l. etsi is,* & ibi glos. Bald. & alij. *C. de præd. minor.* Grat. *consi. 45. num. 20. & seqq. libro* 1. Gabr. *de clauś. conclus. 10. num. 16.* 4

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Parmensis Status.
Lunæ 11. Decembris 1597.

ARGVMENTVM.

Testibus asserentibus se corruptos, & falsum dixisse, non probatur subornatio quæ plenè & concludenter probari debet.

SVMMARIVM.

Res iudicata pro veritate habetur, num. 1.

Testium falsitas, & subornatio concludenter probanda est, num. 2.

Testibus dicentibus se corruptos, & falsum dixisse non creditur, etiam quòd se excusent aliquo modo, n. 2.

Processus nullitatem, qui allegat eam probare debet, num. 5.

DECISIO CXIX.

1 FVit dubitatum an exceptio subornationis testium obstet DD. Pallauicinis, & ex pluribus rationibus DD. censuerunt non obstare. Prima est, quia cùm Pallauicini fuerint accusati coram Consilio Placentino ad instantiam Comitis Ludouici anno 1546. factis hincinde probationibus, sequuta est absolutio ad fauorem Pallauicinorum, cum condemnatione D. Ludouico in expensas, & testes condemnari in pœnam fustigationis, quæ sententia cum transierit in rem iudicatam, pro veritate habetur. Gabr. *de sentent. concl. 4. num.* 14.

2 Secundò, quia prætensa subornatio, vti materia criminis & odiosa est concludenter probanda; vt fuit resolutum in causa Vlixbonen. coram bon. memor. Cotta 20. Februarij 1573. & per alios testes, quàm per eos qui dicunt se fuisse corruptos, *cap. sicut nobis*, vbi Doct. *de testib.* Felyn. *in l. cùm in tua, num. 7. de test.* Ruyn. *consil.* 146. *n.* 34. *libr.* 5. latè Cephal. *cons.* 233. *lib.* 2. Nam ex eo, quòd dicunt se corruptos, dixisse falsum, ostendunt se esse periuros, & falsarios, ideoque eis non creditur, *cap. testimonium, de testib.* Ruyn. *cons.* 147. *num.* 5. *lib.* 5. Roland. *cons.* 16. *numer.* 7. Verall. *decis.* 73. *lib.* 1. in manuscript. Vbi dicit hoc procedere etiamsi testes afferant excusationes, & ita affirmat fuisse tétum in hac causa Parmen. Statius 12. Iunij 1551. coram puteo, vnde cùm Rangoni desumant suas probationes ex dictis illorum testium, illæ non sunt attendendæ, sed reiiciendæ.

3 Tertiò, fuit consideratum, depositionem eorum de anno 1536. in qua dixerunt se fuisse inductos ad testificandum falsum à Comite Ludouico esse coadiuuatam per alios testes, nempe presbyteri Baptistæ de Ferraris, testis pro parte Rangoni examinati, & aliorum, qui fuerunt ponderati in alia decisione in hac causa coram me facta deponentium nonnullos ex istis testibus eis dixisse non reperiri cõfessorem, qui eos absoluere vellet propter falsum testimonium per eos dictũ, & hæc fuit causa cur Pallauicini porrexerint contra dictos testes querelam hîc in curia antequam sequeretur prætensa subornatio in loco Varani, quæ à Rangonibus prætenditur, & hoc multũ eneruat suspicioné illam, quæ ex detentione testium in castro Varani deducitur. Nam si non præcesserat subornatio ante hoc tempus, vtique non fuerunt subornati, tunc cùm de hac re conquerebatur, cùm Baptista Ferrario, & aliis, nec verum videtur, quod dicitur, fuisse testes priuata autoritate retentos in castro Varani, quia contrarium probatur ex depositione Marci de Opicis, & Montanoni, & ex litteris Senatoris Vrbis.

4 Quartò, concurrunt coniecturæ, quia post sententiam latam Placentiæ contra Ioannem de Vsbertis, & Bernardum Montaninum, ex quorum confessione & ratificatione sequuta anno 1574. Comes Ludouicus tacuit per plures annos, & anno 1544. coram Cardinali Parisio fecit instantiam pro remissoria ad effectum examinandi alios testes, qui nihil probarunt, & fuerunt per Dominos antiquos reiecti, vt ex decisione Caputaq. apparet, vnde tunc confugerunt Rangoni ad aliam exceptionem, quòd non constaret de contractu matrimonij inter Bernardum, & Catherinam, quod priùs nunquam per eos reperitur deductum in controuersiam.

5 Non obstat quod dicitur, processum factum de anno 1536. fuisse nullum, & sine citatione, & non fuisse adhibitam diligentiam, neque facta debita interrogatoria in testium examine, & omnia gesta absente & ignorante Comite Ludouico, quia de hac assertione constare non potest, cùm non reperiantur acta illius iudicij, & qui dicit processum esse nullum, vel defectiuum, illum debet exhibere integrum, vt pluries fuit in Rota resolutum, quod maximè in hoc casu est dicendum, cùm causa per triennium, & vltrà agitata fuerit in partibus, vnde non potest prætendi eius ignorantia, & idem casus annis elapsis contigit in Rota, cùm pro parte Rangon negaretur in examine facto coram bon. me. Dario interuenisse citationem partis, & tamen postea repertis actis constitit de contrario, vt fuit decisum 10. Decembris 1595.

Non obstat quòd Sigismundus declinauerit forum vti laicus, quia hoc non obstante lata fuit indefinitè sententia ad fauorem Pallauicinorum, & condemnatus Ludouicus in expensis, quod factum non fuisset, si aliqui tantùm fuissent absoluendi, etsi non constitisset per alios fuisse factam subornationem: tunc enim non erat condemnandus Ludouicus in expensis. Quantum ad dictum Capitanei Ioannis Antonij non fuit habita ratio, cùm sit vnicus, & multæ contra eum militant exceptiones, de quibus in alia decisione vltimò coram me facta. Et ex his conclusum cessare omnia è contrario considerata, & Pallauicinis non obstare exceptionem subornationis. 6

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Romana Pecuniaria.

1597.

ARGVMENTVM.

Dispositio l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. non habet locum vbi pro priuata scriptura concurrunt coniecturæ, & indicia fraudis suspicionem excludentia.

SVMMARIVM.

Dispositio l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. tota in fraudis suspicione fundatur, num. 1.

Dispositio d. l. scripturas, cessat quotiescunque fraudis suspicio tollitur ex certis præsumtionibus, & fraudis exclusio in priuata scriptura probatur per adminicula, num. 1.

Scriptura priuata fraudis suspicio excluditur, quando vnus testis de visu affirmat eam confectam die & anno, de quo in ea, num. 2.

Testes deponentes de veritate numerationis de tempore in scriptura expresso faciunt cessare dicta fraudis suspicionem, num. 2.

Registratio scripturæ in libro cedularum suspicionem prædictam tollit, num. 2.

Fides illius qui cedulam scripsit, eiúsque manus recognita multum scripturam adiuuat, num. 2.

Præsumtio fraudis non cadit verisimiliter vbi constat de vero debito, num. 3.

Fraus ad scribentis commodum, quando non cadit præsumitur pro scriptura, n. 3.

Qualitas personæ, quæ sit à suspicione fraudis aliena, scripturæ fidem irrogat, num. 4.

DECISIO CXX.

FVit resolutum super Prælatione Reuerendiss. D. Portici Creditoris DD. de Gottardis, & Ceulis vigore priuatæ apochæ, & quorundam aliorum creditorum posteriorum, sed habentium instrumenta publica, quorum vigore prætendunt esse præferendos, ex dispositione *l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab.* Et licèt simile dubium fuerit aliàs propositum coram R. P. D. meo Blanchetto, 1

nanchetto,& resolutum in fauorem Reuerendissimi D. mei Porrici: tamen fuit iterum per me propositum, an esset standum, vel recedendum à resolutis, & causa bis proposita Domini resoluerunt standum esse in resolutis: etenim cùm rota materia *d. l. scripturas*, fundata sit in fraudis suspicione, ne sit in mero arbitrio solius debitoris per scripturam priuatam à se post longum tempus cōfectam sub die confectionis ius prioris creditoris tollere; vt per Tiraquell. qui latè materiam banc tractat, *de retract. conuent.* §.1. *glos.7.n.48.*& bene per Decian. *cons.11. n.142. lib.1.* Quoties hæc suspicio tollitur ex aliquibus veris & certis probationibus, vtique eius dispositio cessat,& præfertur creditor anterior, qui innititur priuatæ scripturæ, vt bene deducit idem Tiraquell. *n.45. & seq. ex auth.* Bald. *cons.* 198. ad intelligentiam lib. 1. immo ad huiusmodi probationem admittuntur etiam adminicula, vt per eundem, *num.59.*& Decian. *vbi suprà.*

2 Argumenta verò, quibus moti fuerunt ad habendam fidem huic scripturæ in præiudicium creditorum hæc potissimum fuerunt. Primò, quòd adest vnus testis de visu, qui affirmat hanc cedulam confectam die, & anno, de quo in ea. Secundò, adsunt duo testes deponentes de veritate numerationis, de tempore in cedula expresso, qui rem reddunt valde verisimilem, cùm appareat de crediti veritate, neque hoc vnquam fuit à partibus in dubium refricatum. Tertiò, adest registratio cedulæ in libro cedularum eo ordine, vt tollat suspicionem.

Nam etsi in eodem libro adsint aliqua spatia in albis; tamen nullum adest adcò insigne, vt in eo posset tota cedula commodè describi, & valde coadiuuatur ex alia cedula post hanc registrata, quæ cùm esset priori loco registranda repetit diem præcedentem sub his verbis, *fino alli* 10. quæ indicant fuisse per incuriam postpositam. Quartò adest fides illius qui cedulam scripsit, eiúsque manus recognita.

3 Quintò, concurrunt partitæ libris rationis, quæ cum cedula concordant, quas difficile est fuisse ibi descriptas, reperita die in fauorem creditorum, maximè cùm præsumtio fraudis non cadat verisimiliter vbi cōstat de vero debito,& fraus non cadit ad commodum scribentis.

4 Vltimò considerata fuit qualitas personæ, quæ talis est, vt sit valde ab omni suspicione huius simulationis aliena, & ideo fuit conclusum esse huic cedulæ habendam fidem, sed pro maiori cautela admittendum Dominum Porricum ad iuramentum in supplementum, cùm hîc de credito non sit quæstio, quod est indubiratum, sed tantùm de hypotheca quæ in dicta cedula nominatim est constituta,& sic solius prælationis est contentio. Et ita conclusum,&c.

L I T T Æ.

Placentina Parochialis. Lunæ 16. Iannuarij 1598.

A R G V M E N T V M.

Falsitas plenè & concludenter, non autem semiplenè probanda est.

S V M M A R I V M.

Falsitas plenè & concludenter probanda est, nec propterea sufficit semiplena probatio, n.1.

Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium, num.2.

Delictum, vt excludatur omnis interpretatio facienda est, num.2. in fine.

DECISIO CXXI.

1 CONtra Petrum Oliuam informantem fuit capta resolutio, scilicet gratiam illius non iustificari, signāter in eo, quòd Bartholomæus Petales falsitatem commiserit in supplicatione gratiæ sibi concessæ de hac Parochiali: nam cùm supplicatio originalis d. gratiæ non exhibeatur, non potest cum veritate dici apparere de falsitate commissa circa illam per regulam, quòd nō entis nullæ sunt qualitates, & maximè, quia hoc in casu plenè, & concludenter est probanda ipsa falsitas, nec semiplena probatio sufficit stante quòd super ea præcipuè fundatur gratia Petri, vt aliàs in simili fuit tentum in vna Marsicana Beneficij 10. Iunij 1577. coram nunc S. D. N. quæ est diuers. 268. parte prima, & in Casalensis Præpositurae 21. Aprilis 1597. coram bon. mem. Gypsio.

Nec refert quòd ex diligentiis factis ad instantiam D. Petri in libris registri supplicationum de mandato Rotæ constet non reperiri aliquam supplicationem signatam pro Bartholomæo cum data, quæ conueniat datæ litterarum expeditarum ad fauorem illius. Siquidem, quia ex hoc non potest per necesse inferri ad falsitatem narratam, cùm possit esse, quòd expeditores litterarum errauerint in appositione datæ, & non quòd Bartholomæus ipse aliquam falsitatem commisit circa datam supplicationis originalis, super qua litteræ expeditæ fuerunt, ad text. *in l. non hoc. C. vnde cogn.* maximè quia in dubio fieri debet interpretatio, per quam delictum excluditur, & simul odiosa impetratio, qualis est ista Petri, ad tex. *in l. merito. ff. pro socio*, iuncta reg. *odia, de reg. iur. lib. 6.* 2

L I T T Æ.

Meten. Monasterij.
Lunæ 16. Februarij 1598.

A R G V M E N T V M.

Testes examinati extra locum deputatum, & sine interrogatoriis, an & quando probent.

S V M M A R I V M.

Testes examinati extra locum deputatum non probant, num. 1. Declara nisi causa fuerit commissa cum clausula arbitrio Rotæ, num. 2. & num. 3.

Clausula arbitrio Rotæ dat facultatem seruandi æquitatem, relaxátque iuris rigorem, num. 2.

Testes si fuerint examinati cum interrogatoriis partis probant etiam, quòd aliàs sint nulliter examinati ex defectu iurisdictionis, declara vt num. 3.

Testes examinati sine interrogatoriis probant stante consensu Procuratoris, num. 3. in fine.

DECISIO CXXII.

DOmini tenuerunt adhibendam esse fidem testibus examinatis in hac causa cum interrogatoriis, & etiam examinatis sine interrogatoriis, de consensu tamen procuratoris partis aduersæ, ea moti ratione, quia licèt de rigore iuris testibus examinatis extra locum deputatum, nulla sit fides adhibenda, *cap. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6.* Rot. *decis. 30. de rescript. in nouis.* 1

Non tamen intrat conclusio hoc in casu, stante commissione cum clausula, arbitrio Rotæ, per quam censetur relaxatus rigor iuris, de quo suprà, & data facultas seruandi æquitatem, Cres. *decis. 287. aliàs 4. de testib.* 2

Vnde cùm de æquitate, quando testes sunt examinati cum interrogatoriis, semper eis soleat adhiberi fides, siue nullitas examinis sit ex defectu iurisdictionis, dummodo non totalis, vt hîc, stante examine extra locum, 3

Put.

Put. *decis.* 301. *lib.* 3. siue ex defectu citationis: vt per Ant. Aug *in epit. de restit. numer.* 18. Ideo non mirum, si Rota censuit testibus supradictis extra locum deputatum receptis adhibendam esse fidem; quoad examinatos cum interrogatoriis, intrant supradictæ decisiones, & prout stante finali commissione, fuit tentum in vna Legionen. Canonicatus die 15. Martij 1588. coram R. P. D. Seraphino, & in vna Spoletana Sanctæ Crucis die 6. Februarij 1576. coram Blanchetto; quo verò ad examinatos sine interrogatoriis, stante consensu procuratoris partis aduersæ, idem videtur dicendum per regulam quòd nolenti non fiat iniuria.

PEREGRINO.

Conchen. Pensionis. Veneris 6. Martij 1598.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius decisionis habes suprà in eadem causa coram Penia, Lunæ 24. Octobris 1594.

SVMMARIVM.

Pœnæ imposita à sacris Canonibus filiis hæreticorum comprehendunt natos ante & post patris delictum, num. 1.

Filij hæreticorum, qui in articulo mortis hæresim committunt, puniuntur, d. n. 1.

Filij hæreticorum puniuntur vt filij, quod æquè conuenit natis, & nascituris, numer. 2. *vbi quòd hoc procedit indistinctè in crimine læsæ maiestatis humanæ.*

Text. in c. iam itaque 1. *quæst.* 4. *debet intelligi respectu pœnæ spiritualis, d. n.* 2.

Concilium Toletanum in c. 1. *mandat restitui ex benignitate ad pristinos honores filios hæreticorum natos post paternum delictum, d. n.* 3. *vbi tamen quòd contraria opinio est verior, & communior.*

Constitutio Federici Imperatoris lata contra hæreticos fautore eorum ipsorúmque filios & nepotes, priuando eos beneficiis, honoribus, & dignitatibus, licèt defectu potestatis ad beneficia ecclesiastica non extendantur, tamen cùm fuerit canonizata per constitutionem Pontificiam, dicitur effecta Pontificia, n. 4.

Filij schismaticorum, vti hæretici ex dispositione textus in cap. 1. *de schismat. in* 6. *indistinctè beneficiis ecclesiasticis obtentis & obtinendis indigni redduntur, num.* 5.

Hæreticorum pœnæ ad schismaticos etiam extenduntur, dicto num. 5.

Constitutio Nicolai Tertij contra hæreticos quare non possit dici antiquata, & consuetudine abrogata, num 6.

Filius committentis crimen læsæ maiestatis in Principem sæcularem beneficiis non priuatur, n. 7.

Hæretici, & eorum filij respectu pœnarum temporalium, & quæ non sunt corporis afflictiuæ, parificantur, & quod est dispositum in vno, censetur in alio dispositum, num. 8.

Inhabilitatus ad obtinenda beneficia an priuetur obtentis, & quomodo hæc regula procedat, d. n. 8.

Filij hæreticorum sunt perpetuò infames infamia iuris, num. 9.

Filij hæreticorum sunt ipso iure priuati, vel saltim veniunt priuandi, etiam beneficiis obtentis, d. n. 9.

Rota licèt non soleat attendere aliorum tribunalium sententias, nisi visis actis, & constito de bono iure, hoc tamen non seruat in sententiis latis ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis, n. 10.

Filij hæreticorum priuati beneficiis, censentur etiam priuati pensionibus, n. 11.

Verbum, quodcumque, importat omnimodam generalitatem, d. n. 11.

Pensio venit appellatione bonorum, n. 12.

Sententia lata contra patrem hæreticum in contumaciam non præiudicat filiis, n. 13. *vbi quòd hoc non procedit post annalem contumaciã, quo casu talis contumax æquiparatur pertinaci, & habetur pro hæretico, vel si sententia contra contumacem, non propter contumaciam fuerit lata, sed quod plenè fuit latum delictum.*

Filij hæreticorum quòd puniantur ob delictum patris, est in æquitate canonica fundatum, n. 14.

Pœnales iuris constitutiones fauore fidei extendi debent, nec potest ab illis recedi, d. n. 14.

DECISIO CXXIII.

FVerunt reseruatæ duæ pensiones à fel. rec. Gregorio XIII. Gundisaluo Perez tunc in tertio, vel circà suæ ætatis anno constituto, vt succedentibus annis commodiùs se sustentare posset. Vna trium millium ducatorum super Archidiaconatu de Alarcon Ecclesiæ Conchen. altera medietatis fructuum super vno ex Canonicatibus, & præbendis eiusdem Ecclesiæ soluendæ in loco beneuiso Antonio patri tunc Catholici Hispaniarum Regi à secretis, & vbi ipse voluerit durante minori ætate filij, cùm primum fuisset Clericali charactere insignitus, verùm quia Antonius fuerat per sententiam diffinitiuam declaratus hæreticus, ac hæreticorum fautor, ciúsque imago publicè combusta postquam in ipsius personam qui è manibus Curiæ se eximens, & vt dicitur ad hæreticos, & hostes fidei, & Reipublicæ Christianæ se contulerat, sententia exequi non potuisset, fuit dubitatum an dictæ pensiones ipsi Gundisaluo amplius deberentur.

Et re maturè discussa de expresso ordine S.D.N. Papæ, præcipuè quia vna tantùm pars informabat, Domini vnanimiter negatiuam fuerunt amplexi.

Dixerunt namque communẽ illam esse conclusionem, ac magis de iure veram quòd pœnæ impositæ à sacris Canonibus filiis hæreticorum, comprehendunt natos ante & post patris delictum.

Hanc enim probare dicebant tex. *in c. statutum. de hæret. in* 6, ibi, *qui tales esse vel tales decessisse probentur*, ponderando verbum, *esse*, per quod denotatur, quòd ad hoc vt filij hæreticorum puniantur satis sit probare, quòd tunc parentes ipsorum essent hæretici. 1

Ad hoc etiam adducebant tex. *in cap. filij, eodem titulo, & lib.* vbi filios hæreticorum qui in articulo mortis hæresim commiserunt, puniri sancitum fuit; quod non potest intelligi nisi de iam natis, necnon & tex. *in cap. vt inquisitionis, eodem tit. & lib.* vbi à pœnis eximuntur tantùm filij, qui reuelarunt delictum occultum patris, ita vt præsupponatur iam natos, qui non reuelauerint pœnas hæreticis statutas non effugere.

Et quidem cùm hæc pœna filiis imponatur, non ex eo, quòd ipsi prouenerint ex radice infecta, & sanguine improbato, quandoquidem crimen sit merè spirituale non trahens originem, vel commercium à carne; non intrat distinctio an sint nati ante, vel post delictum patris, vt tollens obiectum, considerat Claudius, qui latè ad partes hanc quæstionem disputat *in l. si quis id quod. n.* 19. *ff. de iurisd. omn. iud.* & alij multi autores practici per informantes allegati.

Hæreticorum enim filij puniuntur, vt filij, quod æquè 2 conuenit

conuenit natis,& nascituris, Zabar. *in cap. ex quibusdam. extrà de pœnis, vt sic. quæ o an fily*, & boc vt parentes ipsi in filiorum personam acriùs puniautur, & affligantur, iuxta *l. isti quidem, in fin. ff quod met. caus. cap. afferte. de præsum.* cùm pater magis terreatur videns posse affligi filios, quàm seipsum, vt considerat Hostien. *in cap. vergentis. in fin. verb. de heret.* & ibidem Io. Andr. *in vers. progeniem*, & singulariter glos. in extrauag. Ioan. 22. *§. fily eius. in versi. quomodolibet. de pœn.* quæ quidem ratio magis militat in natis, quàm in nascituris; quia fortasse hæretici post delictum filios non suscipient, & maior est pœna, & dolor, videre infamatum filium iam adultum, & fortè in dignitate constitutum, quàm minorem, & fortasse infantem, qui nihil adbuc cognoscit. Vltra quod iam nati faciliùs, quàm nascituri possint imitari patris actiones, quas vident, quæ fuit ratio præcipua, propter quam filios in boc puoiri, ob patentum delicta fuerit sancitum.

Quod etiam indistinctè fuisse statutum per leges ciuiles in crimine læsæ maiestatis humanæ, ex *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* vbi communiter scribentes voluerunt, vt animaduertit Claud. *loco suprà citato*, & Gig. *tract. de crim. læsæ maiest. quæst. 5.* vnde multo magis id seruãdum erit in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vt in terminis argumentatur Innocentius Tertius *in c. vergentis. de heret.*

Cui firmæ conclusioni non obstare visum fuit tex. *in c. iam itaque 1. quæst. 4.* desumtum ex dicto sancti Augustini; quia S. Augustini dictum debet intelligi respectu pœnæ spiritualis, dum adducit illud Domini per Ezechielem, *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*; vt bene ex eiusdem sancti Augustini dictis declaratur *in cap. si habes. 24. quæst. 3.* tum etiam, quia crescente hæreticorum corruptela ad illorum audaciam reprimendam, qui vix vllis pœnis resipiscunt augendæ erant pœnæ, vt innuit Summus Pontifex *in d. capit. vergentis. in princ. de heret.* vbi atque alibi ad bæreticorum filios pœnæ extenduntur.

Et ad Concilium Toleranum *cap. 1.* dum mandat restitui ex henignitate ad pristinos honores filios hæreticorum natos post paternum delictum si eorum parentes resipuerint, vltra quod illud Concilium non est generale, fuit dictum necessariò non inferri, natos ante delictum dicta benignitate non egere, cùm per Concilium fuerit prouisum in eo casu tantùm, vti magis dubitabili. arg. *l. fin. C. qui etat. se excus. lib. 10.*

Prout cessare quoque fuit consideratum illud alterũ, quòd ab impugnantibus hanc opinionem deducebatur, nempe hoc non reperiri iure cautum, cùm immo contrarium verius sit, cùm ex iuribus suprà deductis hoc necessariò inferatur, vt tenuit Io. Andr. *in c. vt commissi, n. 7. de heret. in 6.* Gemin. *ibidem sub num. 4. vers. & per eundem modum.* Henrich. Boich. *in c. vergentis, num. 3. de heret.* Couarr. *variar. resol. lib. 2. cap. 8. num. 5.* & illi omnes quos ipse cumulat.

3 Non tamen DD. approbarunt illios, ac aliorum, sententiam, qui hanc sequuti sunt sententiam dum voluerunt, vt hæreticorum filij licèt inhabiles reddantur ex delicto patris ad obtinenda beneficia, non priuentur tamen obtentis ante delictum: nam immo contrarium magis de iure verum, & communiter receptum existimarunt; idque præcipuè probari ex tex. *in cap. vt commissi. de heret. in 6.* dum enumerando Pontifex facultates Inquisitoribus hæreticæ prauitatis concessas, illa vti præcipua ab ipso dinumeratur, videlicet priuandi, ac priuatos nuntiandi hæreticos, hæreticorum fautores, ac illorum filios, & nepotes, & hoc in executionem Constitutionũm Innocentij, Alexandri, & Clementis illius prædecessorum; si enim huiusmodi pœnæ hæreticorum filiis possunt ab Inquisitoribus imponi, vtique aut id iam fuisse cautum, aut postquam à potestatem habente tales pœnas constituendi id exprimitur, de nouo statui necessariò est præsupponendum.

4 Sed verè dicebant hoc fuisse antea statutum ab Innocentio IV. in ipsius Constitutione, quæ est octaua in ordine inter suas Constitutiones, in vers. cæterùm, quæ habetur in bullario *tomo 1. fol. 9.* ad quem se refert Bonifacius *in d. cap. vt commissi*, dum canonizat Federici constitutionem contra hæreticos, & hæreticorum fautores, ipsorũmque filios, & nepotes, priuando eos omnibus beneficiis, honoribus, & dignitatibus, quæ quidem constitutio licèt ex defectu potestatis ad beneficia ecclesiastica non extenderetur, ad illa tamen extendi est dicendum, postquam Pontificis Constitutio dicitur effecta per ipsius approbationem. *l. 1. §. sed nec. C. de veter. iur. enucl. cap. ad apostol. de prabend. in 6.*

Et certè satis foret absurdum, vt hæreticorum filij priuarentur beneficiis, honoribus, ac dignitatibus ex benignitate ac largitate Imperatoris prouenientibus, non quidem, quia particulariter eorum parentes in ipsum Principem machinauerint, sed quia in Deum peccauerint illius Catholicam Ecclesiam scindendo, ex permissu verò Pontificum, ad quos ex iniuncto officio præcipuè spectat in huiusmodi scelestes homines, ac illorum progeniem animaduertere, bonis ecclesiasticis, quæ dicuntur patrimonium Christi, potirentur, ac forsan luxuriarentur, nimirum igitur si pro absoluto præsupponitur in constitutione Alexandri IV. quæ est decima in ordine inter suas Constitutiones *in fine versic. frequenter.* in d. Bullario *1. tom. fol. 19.* relata *in d. c. vt commissi*, quòd etiam beneficiis ecclesiasticis sint priuandi hæreticorum filij, dum explicando quomodo se gerere debeant hæreticæ prauitatis inquisitores, siquando eis ab Apostolica Sede committitur, vt in hæreticos & hæreticorum filios animaduertant, illos priuando beneficiis ecclesiasticis, honoribus, ac dignitatibus, quod frequenter accidere dixit Pontifex, quod quidem non esset, si tales pœnæ contra eos à iure non fuissent statutæ, vt scilicet id exequantur, dummodo tunc tales reperti fuerint, nec etiam in iis quos emendatos constiterit.

Prout etiam hoc pro absoluto præsupponitur à Pontifice, *in cap. 1. de schismat. in 6.* vbi cùm schismatici, & 5
eorum filij, vti hæretici veniant puniendi, eos indistinctè beneficiis omnibus ecclesiasticis obtentis & obtinendis indignos reddit, & propterea ex hoc cessat obiectio, quòd ille sit casus specialis: nam licèt fuerit particularis prouisio pœnæ, tamen in dicto casu iniunctæ præsupponuntur omnibus hæreticis communes dum schismaticis, vti hæreticis infliguntur, ita vt si qua extensio ibi fiat, ea est vt hæreticorum pœnæ ad schismaticos etiam extendantur, quod animaduertit etiam Bero. *in c. item cùm quis, sub num. 44. in fin. de restit. spol.*

Sed hoc clariùs disponitur in Constitutione Nicolai 6
III. in fine, quæ est secunda in ordine inter suas relatas in Bullario *dicto tom. 1. fol. 30.* ibi, *nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficiis acquisitis, volentes, vt tales, & habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur*, quæ Constitutio non potest dici antiquata, & contrarium de consuetudine seruari, tum quia per Constitutionem Pauli IV. quæ est in ordine 42. inter suas Constitutiones in bullario *dicto tomo 1. fol. 630.* renouantur omnes antiquæ Summorum Pontificum Constitutiones latæ contra hæreticos, & hæreticorum fautores, eorũmque filios, tum etiam quia non multo antè à Paulo III. in eius extrauaganti 20. in ordine inter suas eodem Bullario *tom. 1. fol. 385.* & nouissimis temporibus ab aliis Summis Pontificibus contra hæreticorum, & criminis læsæ maiestatis reorum filios id seruatum videmus: tum denique quia sacrorum Canonum insignes interpretes hoc iure consonum semper fuisse iudicatum, attestantur Ioan. Andr. *in d. c. vt commissi. numero 2.* Ioan. Monach. *ibidem, ante numer. 1. versic. sexto.* Gemin. *numero 4.* Franc. *in cap. felicis, numero 5. de pœn. in 6.* hoc etiam videatur sensisse Anan. *in cap. vergentis, sub numero 12. de heret.* & ibidem Henrich. Boich. *sub numero 3. versic. si de beneficiis ecclesiasticis*, Præpos. *in cap. satis peruersum, num. 4. 56. dist.* Bero. *in cap. cùm quis, numero 43. de restit. spol.* Imol. *in l. insulam, numero 2. versic. & adde. ff. solut. matrim.* Alex. ad Bart. *in l. quisquis, littera L, C. ad l. Iul. maiest.* Rom. *singul. 693.* Restaur. de imp. *quæst. 118. num. 13.* & idem videtur voluisse Director. Inquis. *quæst. 114.*

Lup.

Lup. de Palacios Rubios *de retent. regn. Nauar. p. 5. §. 7. vers. quarta ibidem*, & alij multi relati per informantes, & qui contrarium senserunt, hanc tamen esse communem opinionem affirmarunt, & propterea ab ea in iudicando non esse recedendum fuit dictum.

7 Nec contrarium sensit gloss. *in d. c. satis peruersum. 56. dist.* dum voluit quòd si pater commiserit crimen læsæ maiestatis humanæ in Principem secularem, filius beneficiis ecclesiasticis non priuetur, ea ratione, quia secularis Princeps non potest suis legibus Clericos ligare, & sic in Principe Ecclesiastico, cuius maiestas esset læsa, aliter videtur sensisse, vt bene deducit Præpos. ibi, *sub n. 4. vers. & nota rationem.* Franc. Marc. Dec. Delphin. t. 390. *in fine*, & multo magis in crimine læsæ maiestatis diuinæ, prout ita illam gloss. ad hoc ponderat Imol. *in loco proximè citato*, Anan. *in d. c. vergentis, numer. 12. de haret.* Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 8. num. 4. vers. hoc verò gloss.* licèt ipse ab hac opinione, quam communem dicit, dissentiat, & malè.

Et ex prædictis tollitur fundamentum illud præcipuum contrarias partes tenentium, nempe non fuisse iure cautum, quòd hæreticorum filij obtentis priuentur, cùm immo expressè id dispositum fuisse ex suprà deductis satis appareat.

Nec ex eo, quod *in cap. quicumque*, solùm filij ad obtinenda inhabiles declarantur, sequitur quòd etiam obtentis non priuentur, quia quòd ibi statutum non fuit, alibi cautum fuisse videmus, & hac ratione attenta, cùm ibi hæretici, & hæreticorum fautores solummodo ad beneficia obtinenda, inhabilitentur, vtique obtentis priuandi non essent, quod tamen nemo vnquam dubitauit, licèt disputetur, an sint priuati ipso iure, an verò veniant per sententiam priuandi.

8 Immo cùm semper respectu pœnarum temporalium, & earum, quæ non sunt corporalis afflictiuæ patificentur hæretici, hæreticorum fautores, & illorum filij, vtique quod de vno disponitur, & de alio dispositum censeri debet, & sic etiã cessat illa alia obiectio, nẽpe quòd inhabilitatus ad obtinenda, non priuetur obtentis, gloss. *in Clem. 1. §. ipsum, de pœnis.* vbi Zabarell. *numer. 3.* Imol. *sub num. 33.* quia hoc procedit quando simpliciter essent hæreticorum filij ad obtinenda inhabilitati, sed, vt fuit demonstratum, fuerunt etiam obtentis indigni iudicati nõ solùm in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vt in iuribus suprà deductis, sed etiam in crimine læsæ maiestatis humanę, vt *in c. felicis, § quod si quis. de pœn. in 6.* Crimen enim, de quo *in d. cap. felicis*, puniri ratione læsæ maiestatis ex illis verbis deprehenditur (*sicut reus criminis læsæ maiestatis*) vt in indiuiduo considerat Præpos. *in cap. satis peruersum, in fin. 56. distinct.* & priùs animaduertit Gemin. *in d. cap. vt commissi, §. priuandi, sub numer. 4. vers. nec obstat. de haret. in 6.*

Quæ pœna non per extensionem, sed per comprehensionem capere dicitur etiam hæreticorum filios, postquam sacri Canones non solùm parificent hæc crimina, sed statuant, tanto grauiùs puniendos fore hæreticorum filios, bonis omnibus illos spoliando (quæ verba possunt comprehendere etiam beneficia ecclesiastica) quanto grauior est offensa, quæ in æternam, quàm quæ in temporalem maiestatem committitur. sic Innocentius III. *in d. cap. vergentis.*

9. Nec aliter quidem dici potest; nam cùm isti hæreticorum filij sint perpetuò infames infamia iuris; *c. si quis. 6. quæst. 1. iuncto cap. vergentis. de haret.* Couarr. *variar. resol. lib. 2. cap. 8. sub num. 1. vers. sed tertiò ab hac eadem resolutione*, Alphons. à Castro *de iust. haret. punit. lib. 2. cap. 11. paulò post princ. versic. propter hanc causam filij hareticorum*, sequitur necessariò quòd sint ipso iure priuati, vel saltem veniant priuandi etiam beneficiis obtentis, *l. 2. §. miles, ff. de his qui notant infam. l. infamia, C. de decurio. lib. 10.* gloss. *in reg. infamibus. de reg. iur. in 6.* Ioann. de Imol. *in l. insulam, in fine, princip. ff. solut. matrim.* Præpos. post gloss. *in cap. satis peruersum 56. distinct.* Roman. *sing. 693.* Barbat. ad Panorm. *in cap. querelam. sub num. 3. de iureiuran.* cum aliis per informantes adductis.

Vnde iure Inquisitores in sententia per eos lata contra Anton. Perez declararunt eius filios inhabiles ad habendum, tenendum, & possidendum dignitates, beneficia, officia, tam ecclesiastica, quàm secularia, quæ sententiæ verba aptè quidem comprehendunt, & obtenta, & obtinenda, vt bene per informantes.

Et licèt Rota non soleat attendere aliorum tribunalium sententias, nisi visis actis, & constito de bono iure, hoc tamen non seruat in sententiis latis ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis quorùm tribunalis acta pandi non solent, Veral. *decis. 134. part. 3.* 10

Quòd si priuantur hæreticorum filij quibuscumque ecclesiasticis beneficiis, quinetiam pensionibus priuati censeantur, non dubitarunt Domini, tum quia in hac materia verbum beneficium latè sumitur, vt dicit gloss. *in cap. quicumque. §. haretici. in verbo, beneficium. libro 6.* ex qua not. Gemin. *ibi sub numero 2. versiculo nota bene*, quòd constitutio pœnalis extenditur de stricta significatione ad latam, & in terminis, quòd ob id comprehendat etiam pensionem, voluit Abb. *in cap. ad audientiam. il secondo. sub numero 2. versic. dicerem tamen. de rescript.* cum quo transit ibi Felyn. *in princ.* tum etiam quia canones simpliciter eos non priuant beneficiis, sed quibuscumque beneficiis, vt *in dicto cap. vt commissi*, verbum enim *quodcumque*, importat omnimodam generalitatem, *cap. solita benignitatis, circa fin. de maiorit. & obedien.* in qua comprehenduntur etiam pensiones, vt voluit Caccialup. *tract. de pens. quæst. 39.* etiam in literis ad beneficia, quæ vti ambitiosa strictissimè interpretantur, & de hoc est gl. *in Clement. 2. in verb. quodcumque. de vit. & honest. Cleric.* quam sequitur Felyn. *in cap. postulasti, num. 39. de rescript.* & latè prosequitur Gig. *de pens. quæst. 28.* multa ad propositum deducens qui in propriis terminis pensionem comprehendi tradidit *in quæst. 94. num. 10.* 11

Tum denique quia omnibus bonis priuatos hæreticorum filios canones voluerunt *d. cap. vergentis*, & propterea si appellatione beneficij non veniret pensio, saltem sub nomine bonorum comprehenderetur, maximè vigente identitate rationis, prout in proposito casu vigere non fuit dubitatum, nempe vt hæreticorum filij in summa ac perpetua egestate viuant, ac continuo mœrore tabescant, ita vt eis sit mors solatium, & vita supplicium. *cap. si quis cum militibus 6. quæst. 1.* vt illorum parentes grauiùs acriúsque puniantur omnibus bonis spoliatos filios videntes, vt *in d. cap. vergentis*, & hoc pro absoluto, aliàs habuit Rota in vna Hispalen. Portionis de qua per Puteum *decis. 350. lib. 1.* Peregr. Fab. 109. *lib. 2.* Accoramb. 57. *lib. 1.* Mohed. 6 *de rescript.* Ant. August. 326. *lib. 3. part. 3. diuers. & in epit. tit. de pens. c. 2.* 12

Nec obstare dicebant quòd Antonius fuisset in contumaciam condemnatus, quasi ex hoc in præiudicium filiorum non haberetur pro hæretico. ad doctr. Bart. *in l. cum filiusfamil. ff. de verb. oblig.* 13

Nam in crimine hæresis post animalem contumaciam iuxta terminos *cap. excommunicamus. il 1. de haret. & cap. cum contumacia, eodem tit. in 6.* cùm vehemens præsumtio transeat in violentam, talis contumax æquiparatur pertinaci, & ob id habetur pro hæretico, sic Hostien. Ioann. Andr. & cæteri *in d. cap. excommunicamus*, & idem Ioan. Andr. Gemin. & Franc. *in d. cap. cum contumacia*, & iste dicitur vnus modus probandi, quem esse hæreticum, vt animaduertit Socin. *in d. cap. excommunicamus. num. 15.* & propterea omnes hæreticorum pœnas paritur, inter quas illa est præcipua, quæ in personam illius filiorum exequitur.

Quod indubitanter procedit sequuta sententia condemnatoria contra contumacem, non propter contumaciam, sed quia plenè fuit probatum delictum, vt fuisse probatum in d. sententia lata contra Antonium, priuando etiam illius filios omnibus honoribus, dignitatibus, ac beneficiis vt suprà, sic Bald. *in l. 2. numero 4. C. quib. res iudic. non noc.* Alex. *in l. cœpi. numero 79. ff. de re iudic.* Felyn. *in cap. cum Bertoldus. num. 24. de re iudic.* & alij de quibus per informantes, cui sententiæ in causa hæresis, vt dixi, standum est etiam non visis actis,

maximè

maximè cùm ab ea reclamatum non fuisset, & duraret adhuc post quinquennium pertinacia dicti Antonj, cùm non redierit ad Ecclesiam, & istam sententiam in propriis terminis hæresis defendit R. P. D. Penia in Direct. Inquisit. 3. *par. sup. q.* 115. *comment.* 164. *versicul. parte condemnata.*

Et propterea ex his omnibus censuerunt vnanimiter DD. beneficiatos ampliùs ad dictarum pensionum solutionem non esse astrictos.

14 Quam quidem sententiam eo libentiùs sunt amplexi, tum quia animaduerterunt hunc rigorem, quòd filij puniantur ob delictum patris, posse dici in æquitate Canonica fundatum, cùm etiam in alijs minoribus criminibus illum introduxerunt Canones, quos citat glos. *in d. c. vergentis, in versicul. canones. & in c. cùm multa,* 15. *quæst.* 8. & dicti Pontifices ex multis exemplis, de quibus in Testamento veteri *Genes.* 29. *Reg.* 2. *cap.* 12. *&* 13. *Iosue ca.* 6. *& Exod.* 34. *& Iudicum libr.* 2. *cap.* 11. 14. quæ & alia in proposito deducit Alphons. de Castr. *de iust. hæret. punit. libr.* 2. *cap.* 2. Couar. *variar. resol. libr.* 2. *cap.* 8 Simanc. *de Cathol. instit. titul.* 29. *n.* 5.

Tum quia si quando ab hoc rigore ex benignitate esset recedendum, hoc tamen nequaquam DD. admiserunt fauore fidei, propter quam nedum à iure scripto non receditur, sed immo pœnales eiusdem iuris constitutiones extenduntur, Io. And. *in c. ex tenore, il* 2. *vers. dic ergo. qui fil. sint legit.* & ibidem Host. *in fin. vers. dicas ergo,* occurrentis tamen facti circumstantiæ totum contrarium suaderent.

Hæc enim pensio fuerat patris contemplatione reseruata, quod patet ex litteris reseruationis ibi, *Dilecto filio Gundisaluo Perez dilecti filij Antonij etiam Perez laici, multis virtutibus predito, &c.* & quia dedit electionem patri durante minori ætate filij, quæ hodie durat eligendi locũ vbi vellet pensionem solui intra vel extra Hispaniam, vt in facto consideratur, & colligi etiam ex eo facilè potest, quia tunc in Gundisaluo, in tertio, vel circà, suæ ætatis anno constituto, nulla merita considerari poterant, vltra quod de hoc cum iuramento fuit attestatus Excellentissimus Dux Suræ, qui illius tunc fuit intercessor apud Põtificem, & hoc, vt est credendum, in gratiam Serenissimi Hispaniarum Regis, cuius tunc D. Antonius pater erat à secretis, & cuius Maiestatem ipse postea læsit, vt fidem faciunt ipsius Regis verba, de quibus in quodam mandato procuræ dato in personam Fiscalis Regni Aragonum ab eadem Maiestate Catholica, & cùm pensiones fuerint ferè quatuor mille ducatorum, non quidem pro alimentis simpliciter, sed ad dignitatem illam tuendam, quam vti intimus Regis acquisiuerat, concessæ quoque dicebantur, vnde & æquitas suadebat, & benignitas patiebatur, vt Gundisaluus amitteret id quod contemplatione patris delinquentis acquisiuerat in gratiam illius; cuius grauissimè maiestatem pater læserat: & ad dignitatem illam tuendam, qua ob tam graue delictum, immo delicta vnà cum patre priuatus, ac perpetua notatus infamia reperiebatur.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Beneuentana Census. Lunæ 29. Martij 1598.

ARGVMENTVM.

Census initus contra formam Bullæ Pij V. sustinetur ex protestatione contrahentium in Instrumento facta, etiam quòd non fuerit numerata pecunia coram Notario & testibus si loco numerationis fuerit data cedula bancharia, & acceptata à parte.

SVMMARIVM.

Census etiam initus contra formam Bullæ Pij V. validus reputatur ex protestatione in contractu apposita quòd omnia pacta contra dictam bullã apposita habeantur pro non appositis, & quòd reducantur ad formam dictæ bullæ, n. 1. *&* 6.

Contrahentium protestatio in eodem Instrumento facta præseruat validitatem contractus. n. 1.

Bãcharia cedula habet vim solutionis, & numerationis, præsertim in contractu census, n. 2.

Mercatorùm promissio de soluendo habet vim solutionis, num. 3.

Libri Mercatorum adminiculati probant etiam inter tertias personas, n. 4.

Statim, dictio intelligitur cum aliquo temporis interuallo, & secundùm subiectam materiam, n. 5.

Census impositus super re communi an & quando valeat, n. 7.

Farinac. Decis. lib. 2.

DECISIO CXXIV.

Dixerunt Domini sententiam Auditoris Cameræ, super inualiditate census non sustineri: inualiditas enim ipsius census satis dicitur præseruata ex declaratione, ac protestatione per contrahentes in principio, medio, & fine contractus facta, quod instrumentum intelligat initum, factum & stipulatum iuxta formam piæ constitutionis, ita quòd si in eo contra dictam formam esset appositum, illud haberet pro non apposito, scripto, & stipulato, sed reducatur & reductum censeatur iuxta illius tenorem, cùm eorum intentio fuerit & sit ita contrahere, & non aliàs aliter nec alio modo. Ista protestatio cùm sit facta in ipso contractu ad limitandum illius obligationem, & illi ambæ partes cõsenserint, præseruat ius protestationis, & validitatẽ census perinde ac si fuisset celebratus sine illis pactis, & in omnibus & per omnia secundùm formam & tenorem prædictæ constitutionis, ad not. per Bart. *in l. non solum.* §. *morte. numero* 24. Alex. *numer.* 13. *cum seq. de non. oper. nunt.* Abb. *in cap. cùm M. Ferrarien. sub num.* 15. *de constit.* Alex. *cons.* 27. *num* 4. *lib.* 3. Put. *decis.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. & in terminis huius protestationis in Instrumento census, trad. Hieronym. Gabr. *consilio* 47. *numero* 7. *lib.* 2. & tenuit Rota dicens hanc protestationem referri ad pacta expressa in causa Foroliuien. Census coram Domino meo Orano 13. Nouembris 1589. maximè quòd non constat, quòd emtor, qui produxit Instrumentum pro consequendis tantummodo fructibus census vnquam vsus fuerit aliquibus ex prædictis pactis, quæ prætenduntur illicita. 1

Non obstat, quòd ista protestatio non possit supplere ad defectum realis numerationis pecuniarum, quæ coram Notario & testibus requiritur, quia per dationem cedulæ banchariæ, quæ habet vim solutionis, Bart. *in l. soluturus, de solut.* Put. *decis.* 156. *lib.* 1. videtur satisfactum huic formæ inductæ ad euitandas fraudes, & simulationes, ad not. per Dec. *in l. si verè, numero* 40. *C. de instit. & subst.* Cassad. *decis.* 2. *de iud.* latè Brun. *de implem. & obseru. for. in prima fallen.* maximè cùm pretium præcensum esset cõuersum in extinctionem aliorum censuum, qui cùm eodem tempore fieri non posset, valde expediebat emtori, vt solutio fieret per cedulam, ne interim pecuniæ conuerterentur in aliam caosam, ad not. per Doct. *in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles.* 2

Et cessat difficultas, quia iste defectus fuit sanatus per specialem commissionem S.D.N. quæ licet habeat clausulam constito, quòd statim post celebrationem venditionis census fuerit ipsis DD. Car.... solutum pretium vigore cedulæ datæ in Instrumento, illa tamen est satis iustificata ex libris illorũ de Citarella mercatorum Neapolitan. qui constituerunt se debitores illorum in summa 7000. scutorum pro pretio prædictæ venditionis. vt post Bart. *in l. singularia. si cert. pet.* trad. Afflict. *decis.* 358. *in fine,* & adest decis. Ianuen. 4. *n.* 9. *& seq.* 3

4 Præsertim quia illa eadem summa fuit postea à prædictis mercatoribus soluta illismet creditoribus DD. de Cat.... quibus vigore Instrumenti erat soluenda, vt paret ex eisdem libris, qui cùm sint adminiculati ex ipso Instrumento venditionis, vt ex cedula probant etiam inter tertios, Bart. & alij *in l. admonendi, de iureiur.* Guid. Pap. *decis.* 441. Aym. *consil.* 75. *numer.* 8. maximè in libris mercatorum ciuitatis Neapolitanæ, & aliàs deducta fuerunt de anno 1578. coram bon. mem. Bubalo in causa Neapolitana pecuniaria, & faciunt notata per Ias. *in d. l. admonendi, numer.* 120. cum aliis per Roland. *cons.* 92. *num.* 5. *lib.* 3.

5 Non obstat quòd ista solutio fuerit facta per quatuor dies à celebratione Instrumenti, quia non ideo minus dicitur facta statim, vt loquitur commissio, cùm hæc dictio *statim*, intelligatur etiam cū aliquo temporis interuallo, *l. quod dicimus*, & ibi glos. *de solut.* adeò vt secundùm subiectam materiam aliquando verificetur etiam in spatio duorum mensium, vt latè per Alber. *in suo dictionario in verbo, statim*, Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo reuertatur, sub n.* 111. *C. de reuoc. dona.*

6 Neque obstat quòd in prædicta commissione nō fuerint narrata alia pacta, quia de illis non erat habenda mentio, cùm speciali partium conuentione illa haberentur pro non appositis quatenus Bulla super forma creandi census contraria essent, vt suprà dictum fuit.

7 Non obstat quòd census in defectum aliorum bonorum fuerit generaliter impositus super communibus bonis, quia non ideo redditur nullus cùm fuerit impositus super certis rebus, licèt pro illius securitate in defectum illarum fuerit impositus etiam super aliis bonis, vt aliàs in fortioribus terminis fuit resolutum in vna Panormitana, seu Agrigentina resolutionis contractus 13. Iunij 1575. coram R. P. D. Blancherto. Et ex his Domini resoluerunt censum sustineri, & sententiam Auditoris Cameræ esse reuocandam.

PENIÆ.

Britonorien. Bonorum. 15. Aprilis, & 4. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non integram transportationem actorum redditur nulla, & Iudex ad quem sine illis iurisdictionem non habet, nec causa ad ipsum deuoluitur.

SVMMARIVM.

Sententia ob nō trāsportationem omnium actorum nulla & inualida est, n. 1.

Iudex ad quem non habet iurisdictionis exercitium, nec causa ad ipsum deuoluitur si acta non sint transportata, dicto n. 1. *&* 2. *vbi quòd hoc procedit maximè parte opponente.*

Parte opponente nullitatem super illa est priùs pronunciandum, n. 2.

DECISIO CXXV.

1 Dato dubio an sententia Auditoris Cameræ esset confirmanda, vel infirmanda, Rota vtraq; parte informante infirmanda mcensuit, ex capite nullitatis ob nō transportationem integrorum actorum, Bart. *in l.* 2. *n.* 5. & ibidem Ias. *n.* 15. & Dec. *n.* 33. *C. de edin.* Felyn. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 17. *de constitu.* & abr. *de appell. conclus.* 5. *num. vltim.* Concil. Tridentin. *sess.* 24. *de reformat. capit.* 20. Præterea integris actis non transportatis à Iudice à quo ad Iudicem ad quem, Iudex ad quem non habet iurisdictionis exercitium, nec causa ad ipsum deuoluta censetur, *c. Romana, §. si verò, de appell. l.* 6. & alij quos refert & sequitur Vestrius *in prax. lib.* 8. *c.* 2. *n.* 1. *circa finem vers. dixi autem.*

2 Quod procedit parte præsertim opponente, vt in casu proposito, licèt talis sententia esset iusta, Cæsar de Grass. *decis.* 9. *num.* 5. *de caus. possess. & propriet.* Franc. *in c. debito, n.* 24. *vers. vlterius, de appellation.* Quoniam opponente parte super nullitate est priùs pronunciandum, Cæs. *d. decis.* 9. *in fin.* Crauet. *cons.* 290. *circa finem.*

PENIÆ.

Romana Census Veneris 17. Aprilis 1598.

ARGVMENTVM.

Census impositus super re quæ sit aliis obligationibus obnoxia, etiamsi in contractu dictū sit non esse alteri obligatam, sustinetur dummodo dicta res respondeat oneribus dictarū obligationum.

SVMMARIVM.

Census super aliqua re impositus cum promissione quòd dicta res non subiacet aliis obligationibus, si reperiatur esse aliis obligationib. grauata, sustinetur si dicta res excedat valorem dictarum obligationum, n. 1.

Clausulæ in instrumento venditionis census appositæ restringuntur ad interesse reale emtoris, n. 3.

Obligatio seu promissio de faciendo consentire omnem personam, &c. procedit dummodo emtoris intersit, & non aliàs, n. 4.

Periurium non incurritur ex assertione, quòd res aliqua sit libera, & tamen reperiatur obligata, dūmodo illa assertio non sit dolosa, & alteri præiudicialis, n. 5.

DECISIO CXXVI.

1 Cum anno 1594. Cæsar Cincius imposuisset annuum censum scutorum 214. pro pretio scutorum 3300. super casali Falcognano rubbiorum 300. excedentem valorem scutorum 30000. illumque vendidisset D. Horatio Bartholano, cum assertione, quòd casale prędictum pleno iure ad se pertinebat, fuitque liberum ab omni alio censu, canone, & responsione, & ab omni onere impediendi hanc census impositionem, & venditionem, & quòd in eam faciet consentire omnes personas ius habentes, aut quomodolibet habere appatentes super dicto casali; & anno mox sequenti Bartholanus cognouisset casale fuisse multis aliis personis obligatū, conuenit Cæsarem, coram Auditore Cameræ prætendendo illum cogere ad faciendum consentire Dominam Iustinianam vxorem suam, nec non fiattes, & filios & alias personas habentes priora iura super d. casali, aliàs relaxari mandatum exequutiuum pro ratificanda sorte principali.

2 Cùm verò dictus Cæsar prędictas personas non fecisset consentire, & Auditor Cameræ contra ipsum mandatū exequutiuū pro sorte principali relaxasset, & Cęsar appellasset; proposito dubio in Rota an prædictum mādatum exequutiuum A. C. esset exequendum, Domini negatiuè non esse exequendum responderunt: nam cùm casale excederet valorem scutorum 30000. & omnes obligationes & onera, quibus erat subiectum, non consumerent tot valoris partes, & non esset relictus locus prædicto censui, non erat deueniēdum ad actus restitutionis sortis principalis, cùm Bartholanus emtor census non pateretur aliquod damnum, vt fuit decisum in causa Romana Palatij die 7. Maij anno 1590. coram bon. me. Bubalo, & in causa Auximana bonorum 2. Iunij anno 1595 coram D. meo Millino, & in causa Romana non adimplementi die 17. Nouembris 1697. coram D. meo Decano.

3 Nec obstabant clausulæ in instrumento venditionis cen-

census appositæ, quas longo sermone ponderabant informantes pro Bartholano, quia omnes restringuntur ad interesse reale ipsius emtoris census, Bald. *in l. ex his prædictis. numero* 4. *C. de emil.* vnde cùm ex deductis pro parte Bartholani emtoris census nnudum constaret prædictum casale fuisse obligatum, & hypothecis grauatum, vt huius census impositio sustineri non possit, non erat exequutioni locus.

4 Minus obstabat obligatio seu promissio de faciendo consentire omnem personam, iuxta glos. *in l. qui rem.* vbi Bald. *n. 1. C. de euict.* quia idem Bald. *n.* 4. respondit hoc nõ procedere dũmodo emtori intersit. Vnde cùm ex supradictis constaret, nullum versari damnum Bartholani, cessabat obiectio, & sic etiam respondit Rota in dicta causa Romana adimplementi.

5 Postremò non obstabat quòd Cæsar asseruerit, casale esse liberum, & tamen repertum fuit aliis obligatum, & consequenter obstare exceptionem periurij. *l. si quis maior. C. de transact.* Quia respondebatur hoc procedere, quando promissio dolosa, & alteri est præiudicialis, Cassad. *decis.* 2. *numer.* 7. *de iure patr.* & consequenter cessabat decisio in causa Romana Census coram R. P. D. meo Decano die 15. Maij. 1572.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Anconitana Separationis Tori.
Mercurij 29. Aprilis 1598.

ARGVMENTVM.

Propter mariti sæuitiam, vxor nunquã viro restituenda est, non præstita de non offendendo, per eundem virum, & interim à viro alenda est.

SVMMARIVM.

Memorialia non tribuunt iurisdictionem, n. 1.

Morte delegantis expirat iurisdictio, præsertim quando prima citatio non fuit decreta, neque exequuta, viuente delegato, n. 1.

Citatio per affixionem ad valuas fieri non potest, nisi prius apprehenso principali, n. 2.

Procurator censetur reuocatus per constitutionem alterius procuratoris, n. 2.

Tori separatio etsi non concedatur propter viri sæuitiam, quando potest prouideri cum cautione de non offendendo, nunquam tamen viro restituenda est, non data cautione prædicta, n. 3.

Vxor alimentari debet à viro, quando ab eo discessit propter illius sæuitiam, n. 4.

Procurator in expensis condemnari non debet, n. 4.

DECISIO CXXVII.

1 FVit bis causa proposita, & resolutum sententiam pro Gratiano latam esse nullam & iniustam, nullitas deducitur ex defectu iurisdictionis, cùm fuerit processum in vim memorialis, quo nõ tribuitur iurisdictio, & dato, quòd tribueretur, expirauerat morte delegantis, Felin. *in cap. cæterùm. num.* 15. *de rescript.* præsertim cùm eo viuente, neque decreta, neque exequuta fuerit citatio, Fel y n *in c. relatum. num.* 11. *&* 17. *de offic. deleg.* Nec suffragatur commissio Signaturæ Iustitiæ, cùm adesset commissio Papæ manu signata, qui commiserat causam appellatione remota, cuius vigore fuerat lata tertia sententia pro Comitissa. *c. vt debitus. de appellat.*

2 Secundò deducitur ex defectu citationis, quia non apprehenso priùs principali fuit processum per affixionem ad valuas. *Clement.* 2. *de re iud.* Caputaq. *decis.* 117. 1. *part.* neque potest excusari ex quo vigore memorialis fuerat personaliter citata, idem enim factum fuit nulliter & Sede vacante, ex quo expirauerat omnis iurisdictio, neque etiam potest sustineri ex citatione exequuta contra D. Ioannem Dominicum Guelfum, quia fuerat reuocatus per constitutionem alterius Procuratoris in alia instantia, Rot. *decis.* 25. *de procuratoribus in antiq.* Nec poterat prætendere ignorantiam, cùm à nouo procuratore recepisset alimenta decreta.

Iniustitia verò deducta fuit ex eo quòd contra tenorem trium sententiarum conformium Iudex pronunciat Comitissam teneri ad cohabitandum cum viro non aliter data per eum cautione nisi iuratoria, cùm tamẽ ex prorogationibus cõstaret de eius sæuitia, & etiam noua causa odij, ex qua causa obtinuerat sibi adiudicari bona mariti, eáq; subhastari pro recuperatione suæ dotis; ideo ei erat prospiciendũ. Parif. *cons.* 54. *n.* 13. *lib.* 4. Bald. *cons.* 176. *lib.* 1. Alex. *in l. si constante. §. quoties. n.* 3. *solut. matrim.* Ias. *in l. si donatio. n.* 5. *C. de collat.* Abb. *in c. literas. n.* 23. *de rest. spoliat.* 3

Item quia in causa reuocatur onus alimẽtãdi, quod tamen constito de sæuitia non debet cessare, Afflict. *decis. per tot.* postremò quia frater Comitissæ condemnatur in expensis, qui tamen vti Procurator comparuerat in causa, contra textum *in l. procurator.* Et ex his conclusum pro reuocatione dictæ sententiæ. 4

PENIÆ.

Bononien. Census. Lunæ 19. Octobris 1598.

ARGVMENTVM.

Pecunia dicitur numerata in Instrumento per assertionem Notarij factam publico Instrumento, etiam quòd pecunia non fuerit verè numerata, sed data cedula banchatia à parte acceptata. De Procuratore, quòd non censetur constitutus ad faciendum incurrere suum principalem ad aliquam pœnam etiã quòd fuerit constitutus cum libera & ampla potestate, & quòd testes parte non citata examinati, nec probationem nec indicium faciunt.

SVMMARIVM.

Procurator nunquam censetur constitutus ad faciendum actum per quem principalis ad aliquam pœnam cadat, etiam quòd mandatum sit factum cum clausula generali cum libera, & quòd posset procurator facere omnia quæ dominus si præsens esset facere posset. num. 2.

Citatio prima per edictum fieri non potest, præsertim in causa criminali, n. 3. *&* 4. *Vbi quid stante statuto quòd delinquentes possint per contradictas citari.*

Iudex criminalis non potest sententiam ferre super nullitate contractus, vbi contrahens non deliquit. n. 4.

Instrumentum publicum dicitur probatio probata, & veritas apparens, n. 5.

Testes reprobantes Instrumentum sufficit quòd sint idonei, nec requiritur quòd sint omni exceptione maiores, n. 5.

Testes examinati parte non citata in causa criminali nullam faciunt probationis gradum, nec etiam indicium, n. 5. *vbi loquitur etiam quòd probetur contra contumacem.*

Testes parte non citata examinati nihil probant, quando pars illos noluit habere pro ritè & rectè examinatis, nisi repetantur, n. 5.

Numerata dicitur pecunia per consignationem cedulæ banchatiæ acceptatæ à contrahentes n. 7.

Farinac. Decis. lib. 2.

DECISIO CXXVIII.

1 TRansmisit Stephanus Garbennius nobilis Genuensis, Bononiam notabilem pecuniarum summam DD. de Scappis Mercatoribus Bononiensibus, vt emerent tot annuos census Scappi die 71. Februarij 1593. opera Ioannis Andreæ sui institoris, ab Antonio Spontono ciue Bononiensi, iuxta mandatum receptum emerunt censum scutorum 300. auri in auro, impositum super nonnullis ipsius bonis stabilibus pro pretio scutorum 4000. auri in auro, coi venditioni, tanquam principalis principaliter, & insolidum accessit Valerius Fasaninus, indéque fuit confectum publicum Instrumentum continens omnes qualitates pro validitate census requisitas, iuxta formam Constitutionis Pij Quinti, anno 1596. Antonio Spontono decocto Valerius Fasaninus porrexit coram Auditore Turroni Curiæ criminalis Bononiæ, querelam contra dictum Antonium Spontonum, eo quòd super rebus alteri obligatis, & hypothecatis censum imposuisset, & dictum Stephanum principalem, & Ioannem Andream institorem, eo quòd contractus census fuisset initus absque reali pecuniarum numeratione ab eodē Auditore procedendo per edictum, seu per affixionem ad valuas, vigore depositionis duorum testium pro informatione Curiæ examinatorum, super non numeratione pecuniarum sententiam fauorabilem reportauit, in qua continebatur condemnatio contra prædictum Antonium, iuxta tenorem querelæ, & contra Stephanum declaratio prædicti census inualidi, & fœneratitij, ob non numerationem pecuniarum, causa per appellationem in Rota introducta. Dubitaui an prædicta sententia esset confirmanda, vel reuocanda vna parte tantum informante ex capite nullitatis, & iniustitiæ, & nemine discrepante reuocandam censui.

2 Nullitas erat clara ex defectu iurisdictionis, & citationis: nam respectu Stephani principalis, qui pecunias transmiserat, nullum crimen aderat, cùm non dedisset mandatum ad creandum censum contra formam Constitutionis Pij V. vel aliter delinquendi *l. si procurator.* vbi Bart. *de cond. indeb.* Alex. *conf. 32. n. 7. & consil. 33. num. 6. & consil. 83. num. 4. libr. 5.* Quod procedit quamuis in mandato adesset clausula, cum libera, & clausula, quòd Procurator posset facere omnia quæ dominus si præsens esset facere posset: ex hoc enim non censetur data potestas faciendi aliquem actum Domino præiudicialem, aut pœnalem erat. *conf. 99. n. 1. lib. 1.*

3 Defectus citationis erat etiam satis clarus, quia fuit processum contra Stephanum principalem per edictum, & tamen prima citatio personaliter fieri debuit in causa præsertim criminali, Paul. Castr. *in l. seruum quoque. §. publice. n. 12. ff. de procur.* Cass. *decis. 2. de dol. & contumac. n. 3.*

4 Nec sanabantur isti defectus vigore statuti sentientis; delinquentes posse per contradictas citari, quoniam, vt mox dicetur, nullum Stephani delictum fuerat probatum, & consequenter non potuit iudex criminalis contra ipsum sententiam ferre super census nullitate, *l. solemus. §. latrunculator. ff. de iud.* Cres. *decis. 5. num. 1. & 3. de iud.*

5 Iniustitia sententiæ erat manifesta ex defectu probationis: nam cùm super isto contractu census esset firmatum Instrumentum publicum cum omnibus solemnitatibus requisitis, & Notarius de eo rogatus testificetur de numeratione integra pretij coram eo, & testibus instrumentariis facta, & consequenter adsit probatio probata, veritas apparens resultans ex dicto publico instrumento, Bald. *in l. Imperat. or. ff. de stat. hom. num. 10.* Gramm. *decis. 4. n. 9.* Crauett. *consil. 31. in fin.* ad iudicandum contra dictum Instrumentum, concludendum est, quòd probano requirebatur saltem per testes idoneos, qui sufficiunt ad reprobandum Instrumentum, vt censuit Rota in causa Parmen. Status 5. Iulij 1595. coram R. P. D. meo Seraphino, vbi fuit reprobata sententia Philippi Probi ad Ioann. Monach. *in capitul. 1. numer. 11. libr. 6.* asserendo tales testes debere esse omni exceptione maiores: nam in hac causa duo illi testes, neque idonei dici poterant, propter exceptiones, quas patiebantur, cùm essent examinati ex Iudicis officio in causa criminali sine partis citatione, quo casu nullum faciebant probationis gradum, Bart. *in final. ff. de quæst.* Boss. *tit. de delict. n. 6.* Alb. *in c. graue, num. 9. de preb.* Rota in vna ciuitatis Castelli de Vitellis 4. Decembr. 1557. coram R. P. D. meo Seraphino, immo neque aliquod ex eorum attestationibus onerabat iudicium, Rota in vna Toletana Simoniæ die vltima Ianuarij, & 2. Aprilis 1595. coram R. P. D. Otano, opus enim erat hoc casu citare partem, & requirere an vellet habere testes pro ritè & rectè examinatis, aliàs recipiendi erant, vt fidem facerent, Rota in vna Romana de Rambolettis die 24. Maij 1591. coram Illustrissimo Mantica, tunc Rotæ Auditore.

Præterea ex partitis librorum DD. de Scappis colligebatur venditorem census recepisse pecunias sub eadem die, quo fuit celebratus contractus, & die sequenti eas ad banchum reportasse, & postea integrum pretium fuisse solutum diuersis creditoribus venditoris quemadmodum venditor mandauerat, vlterius etiam apparebat Antonium Spontonum prædicti census venditorem, fuisse in dictis libris mercantilibus scriptum creditorem tantæ summæ, quantæ erat census pretium, ex quibus quoque aliunde, quàm ex tenore d. Instrumenti constabat venditorem census habuisse effectualiter integrum pretium. 6

Vnde quamuis totius pretij numeratio non apparuisset, aut probatum non fuisset in ipsomet contractu, realis tamē fuisse dicebatur numeratio per depositū pecuniarum in bancho, maximè cùm venditor fuerat contentus deposito, & mercator illum creditorem in partitis constituerat, ex his enim numeratio sufficienter inducebatur, Ias. *in l. qui aliena, n. 41. & seq. ff. de acq. hered.* Socin. Iun. *consil. 12. num. 13. lib. 4. & consil. 34. num. 52. in fin. lib. 3.* ex hac enim, & tamen apparenti veritate arguebatur iniustitia sententiæ. 7

LITTÆ.

Matheranen. officij Archipresbyteratus.
Veneris 11. Decembris 1598.

ARGVMENTVM.

De Archipresbytero an in suos Parochianos, Clericos, & Sacerdotes, habeat aliquā iurisdictionem, eos scilicet puniendi, & castigandi, vel aliam.

SVMMARIVM.

Archipresbyter an & quomodo possit sumere informationes super matrimoniis à forensibus contrahendis, & illas Ordinario transmittere, n. 2.

Archipresbyter nullam habet iudicialem iurisdictionem in suo Archipresbyteratu, sed omnia debet referre Episcopo, nec aliquid contra eius decreta ordinare potest, n. 2.

Archipresbyter in Parochianos non habet iurisdictionem fori contentiosi, sed tantum pœnitentialis, n. 2.

Archipresbyter non potest inobedientes coercere, eisque pœnam iniungere, sed omnia debet Episcopo denunciare ad effectum vt contra eos, prout ipsi visum fuerit, procedat. n. 3.

Archipresbyter, an possit componere iurgia in sua Ecclesia orta inter Sacerdotes, & Clericos, & an etiam punire excitantes clamorē in Choro, vel Sacrario, n. 4.

Archipresbyter quando possit per seipsum minora, seu minima determinare absque eo quod referat Episcopo. n. 5.

DE-

DECISIO CXXIX.

1 STante resolutione facta in hac causa sub die 15. Iunij proximi præteriti, quòd tam Archiepiscopo, quàm Archipresbytero dandum sit mandatum de manutenendo, in his tamen, quæ vnicuique competunt ex dispositione iuris communis, quàm Concilij Tridentini, cùm pro parte Archipresbyteri prætenditur se in pluribus habere fundatam intentionem suam ad dictum effectum, tam attenta dispositione iuris communis, quàm Concilij Tridentini, hinc descendendo ad particularia adhuc non decisa dubitatum fuit, an circa infrascripta tria capita esset ita fundata intentio ipsius Archipresbyteri cõtra Archiepiscopum, vt ei dari debeat mandatum de manutenendo.

2 Primum caput est, an possit sumere informationes super matrimoniis à forensibus contrahendis, & illas Ordinario transmittere pro gratia obtinenda, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *c.7.sess.24.de reform. matrim.* circa quod fuit resolutum Archipresbyterum posse quidem in exequutionem d. Concilij Tridentini sumere informationes super matrimoniis à forensibus indistinctè, iuxta declarationem Illustrissimorum Interpretum eiusdem Concilij, de qua in summario Archiepiscopi, *n.5.* & vlterius intelligendo de informatione assumenda extraiudicialiter, & non in figura iudicij, neque cum receptione testium formaliter iuratorum, cùm ista fieri non possint absque iurisdictione, quam Archipresbyter ipse nõ habet, cùm eius effectus sit omnia referre ad Episcopum, vel aliquid contra eius decreta ordinare, vt dicit text. *in c.fin.in fi.de offic. Archipresbyter.* vbi expressè Abb. *sub num. 1. ver. quæro an sit Archipresbyter*, notat ipse tamen non posse procedere cõtra quemquam in figura iudicij, & facit, quia Archipresbyter non habet iurisdictionem fori contentiosi in Parochianos, sed tantùm fori pœnitentialis, vt tenet Petr. de Perus. *in tractat. vmon. ecclesiast. c.7.n.3.* Card. *in Clem. 1.q.2.& 7.de prab.* vbi etiam Imol. *n. 7.* hoc notat.

3 Secundum caput est, an possit sibi inobedientes in eius officio coërcere, eisque pœnam iniungere, circa quod fuit resolutum eum non posse inobedientes in eius officio coërcere, nec pœnam eis iniungere, cum coërtio, & pœnæ impositio absque iurisdictione esse non possit, quam tamen Archipresbyter non habet, licèt habeat facultatem eos admonẽdi, vt munera eis iniungenda præstent, & facienda suo loco & tẽpore faciant, prout decet, in casu inobedientiæ habeat facultatem referendi omnia Episcopo ad effectum, vt cõtra eosdem, prout illi visum fuerit, expedite procedat, ita not. Anchar. *in d.Clem.t.n.t. in fine*, & alij Canonistæ *in cap. 1. & 3. de offic. Archipresbyter.*

4 Tertium caput est, an possit iurgia in Sacerdotes & Clericos orta in sua Ecclesia componere, & excitantes clamorẽ in Choro, vel Sacrario, punire; circa quod Domini resoluerunt eum posse quidem amicabiliter, & prout decet bono Religioso, iurgia intra Sacerdotes & Cleros orta in sua Ecclesia componere, sed non per viam iuris; excitantes autem clamorem, vel discordias seminantes in Choro, vel in Sacrario, posse quidem admonere, vt à prædictis desistant, sed non propriè eos punire posse, cùm, vt dictum est, ius coërcendi, & puniendi, præsupponat iurisdictionem fori contentiosi, quam Archipresbyterum non habere ex supradictis liquet.

5 Nec supradictis obstare dixerunt Domini, quòd Archipresbyter minora, seu minima per seipsum determinare possit absque eo quòd referat Episcopo, vt dicit gl. *in d.c.fin.in verb.referre, in fin. de offic. Archipresbyteri*, cuius dictum sequitur Abb. *in versic. obluiat*, quia intelligi debet de his minoribus, seu minimis, quæ determinari possint absque figura iudicij, vel in figura iudicij, secundùm tamen ordinata ipsius Episcopi, vt declarant Addentes ad dicta glos. & probant verba finalia dicti textus, ibi, *cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra eius decreta ordinare præsumant, &c.*

Farinac. Decis. lib. 2.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Romana Saluiani Interdicti.
Lunæ 14. Decembris 1598.

ARGVMENTVM.

De inhibitione Rotali, quãdo timenda sit, siue iusta, siue iniusta, & quando causet attentata.

SVMMARIVM.

Appellare licèt vigore Aegidianæ non liceat à sententia in causa possessorij, nõ tamen prohibetur dari de nullitate sententiæ, n.1.

Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta, timenda est, & ideo sententia lata post inhibitionem nulla reputatur. n.2. & 3. vbi hoc ampliatur, etiam non cognito an inhibitio fuerit canonica nec ne.

Inhibitio etiam emanata vigore commissionis subreptitiæ timenda est, & causat attentata, n.4. vbi præsertim quando in commissione adest clausula, quam, & quas, n.6. & 8.

Inhibitio per contrauentionem causat attẽtata parti intimata, etiam quòd non fuerit intimata iudici, n.5.

Mixtum non continetur sub simplici. n.6.

Inhibitio non causat attentata, quando is ad cuius instantiam emanauit, rediit ad iudicem inhibitũ, n.7.

DECISIO CXXX.

CVm causa appellationis à sententia per R. P. D. Vice Auditorem Cameræ lata in Saluiano ad fauorem Excellentissimi D. Philippi fuisset mihi commissa cum clausula, vt constito, quòd esset locus Ægidianæ, vel aliàs exequutioni, sententiam prædictam exequerer, dubitaui, an esset locus exequutioni, quo dubio die 2. Decembris proposito, nihil fuit firmatum, sed iterum die 14. eiusdem mensis, causa maturè discussa, DD. negatiuè responderunt, & circumscriptis meritis causæ super quibus pro parte Illustrissimi Cardinalis non fuerat informatum, moti fuerant ex capite nullitatis ipsius sententiæ, quo stante, non intrat Ægidiana. Put. *decis. 4. de Ægid.* Ant. August. *de prohib. appell. n.6.* 1

Et quamuis plures nullitates deductæ fuissent ab informantibus, tamen omnes Dominis visę fuerunt turbidæ, vna excepta, à qua processus saluari nõ potuit, resultans ex eo, quia sententia lata fuit post inhibitionem Rotæ siue iusta, siue iniusta est timenda, Rota *decisio. 26. de appell. in antiq.* Put. *decis. 295. lib. 2.* ita vt omnia post eã gesta vti attentata veniunt reuocanda, Caputaq. *decis. 93. par. 2. cum simil.* 2

Quod procedit etiam non cognito an inhibitio emanata fuerit canonica, ne sub clypeo cognoscendi an inhibitio fuerit iusta, vel ne, condemnantur inhibitiones, prout esse de stilo Rotæ testatur Achill. *decision. 7. de attentat. in manuscript. & 29. de appellat. in impress.* Accorambon. *decis. 53. lib. 1.* Mandos. *de inhibit. q. 20.* fuit dictum coram R. P. D. meo Pamphilio in causa Toletana Fructuum 16. Maij. 1586. 3

Et licèt in hoc casu fuisset cõmissa causa appellationis à sententia nondum lata, nihilominus etiamsi rescriptũ sit subreptitium, vt nullam tribuat iurisdictionem, adhuc tamen inhibitio eius vigore emanata causat attentata, iuxta obseruantiam Rotæ secundùm quam bis fuisse resolutum coram Puteo refert Peregr. *decis. 94. lib. 1. incipit, fuit conclusum*, te lata inter impressa *decis. 373. lib. 3.* Achil. *decis. 7. de attent. & d. decis. 29. de appell* quicquid aliàs Rota antiqua tenuerit: vt *in decis. 58. de appel. in nouis*, & apud Ægid. *decis. 239.* maximè quia in cõmissione aderat clausula, *quam, & quas*, cuius vigore poterat Iudex procedere, 4

prout in prima, etiamsi nulla præcesserit sententia, nec appellatio, Peregr. *d. decis. 94.* & totum negocium principale commissum censebatur, Sarnen. *de infirm. quæst. 34. num. 4.* additio ad decis. Rotæ 23. *numer. 3. de rescriptis in nouiss.*

5 Non obstant ea, quæ in contrarium opponebantur. Et primò quòd inhibitio non fuerit iudici intimata, quia sufficit intimationem fuisse factam parti, iuxta dictam decisionem Ant. August. 273. *incipit, Thomas lib. 3.*

6 Secundò non obstat regula Cancellariæ 36. expresse prohibens appellationes ante diffinitiuam sententiam, illásque vnà cum commissionibus, & omnibus inde sequutis annullatis, quia cùm illa regula loquatur in casu simplici, non debet extendi ad casum mixtum, quando non solùm causa appellationis, sed etiam negotium principale committitur, vt in terminis huius regulæ tradit Saruen. *de impetr. benef. vacan. per obit. famil.* Card. *q. 15. in fine.*

7 Tertiò non obstat decisio Peregrini 136. *lib. 2.* secundùm quam inhibitio non causat attentata, quando is ad cuius instantiã emanauit, reduisset ad Iudicẽ inhibitum, quia hoc tollitur ex facto, cùm nullus actus coram Iudice inhibito factus fuerit; licèt enim à sententia lata fuerit iterum appellatum, & alia commissio non deuoluebat causam appellationis, & nullitatis huius sententiæ, & licèt in termino citationum ad sententiam procurator, Illustr. Cardinalis comparuerit, tamen semper appellauit, & de nullitate protestatus fuit.

8 Demum non obstat decisio coram Illustr. Cardinali Platto in causa Romana de Ruspolis 10. Maij 1589. tum quia in illa commissione, cuius vigore fuerat inhibitum, non aderat clausula, *quam, & quas*, tum quia illa est fundata in decisionibus Rotæ antiquis, quas ex suprà deductis apparet pluries fuisse à Rota moderna reprobatas, tum quia hoc modo aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod non est ferendum: nam Iudices in curia existentes facilè possunt adhibere remedium curando, vel quòd moderentur inhibitiones, vel quòd adeatur signatura pro reformatione commissionum, Iudices verò de partibus non debent iudicare super iustitia, vel iniustitia inhibitionum Rotalium quas facilè negligerent, vt dicit Achill. *d. decision. 7. de attentat. in manuscript.* Et ex his fuit conclusum pro nullitate sententiæ.

PENIÆ.

Terdonen. Separationis Tori.
Mercurij 24. Ianuarij 1599.

ARGVMENTVM.

Ex summario argumentum habebis.

SVMMARIVM.

Separationis tori causa pendente vxor sequestrari debet vel in domo alicuius honestæ matronæ, vel in monasterio arbitrio iudicis vsque ad finem litis, n. 1.

DECISIO CXXXI.

1 PRoposito dubio, an pendente lite inter maritum, & vxorem super separatione cohabitationis, possit vxor de iure sequestrari apud honestas matronas, ad effectum de quo agebatur, Rota respondit de iure esse locum sequestro, tam apud honestas matronas, quàm apud monasterium, licèt ex circumstantiis huius causæ magis placuisset reponi Claudiam in aliquo monasterio. Quamuis enim text. *in cap. ex transmissa. de restit. spol.* dicat vxorem lite pendente, si vir odio illam prosequatur, alicui probæ & honestæ matronæ esse committendam vsque ad causæ decisionem, vt illam studiosè custodiat, non tamen constituit, ne possit in alio etiam monasterio sequestrari; cùm enim finis legislatoris fuerit, prouidere de loco tuto, ne interim mulier aliquam violentiam, aut damnum patiatur, propterea Canonistæ *in d. c. ex transmissa.* vbi Anton. de Butr. *n. 9.* & Abb. *n. 4.* sequestratio nõ in aliquo religioso loco fieri posse censuerunt, quod ipsum voluerunt Doctores, iuxta terminos *c. cùm locum. de sponsal.* vbi Abb. *num. 5.* & Rota in multis causis sequestrari mulieres in monasteriis decreuit, quia cùm Auditores vtplurimum non habeant certam notitiam matronarum particularium, apud quas commorari decenter mulieres cum viris litigantes possint, nullum tutiorem locum, quàm monasterium religiosarum, quæ verè honestæ matronæ dici possũt, inueniri posse arbitrantur, quod in hoc casu obseruari placuit quo faciliùs causa expediri posset, & sententia executioni demandari, sicut decisum fuerat in hac eadem causa die 10. Aprilis 1595. additum tamen fuit, tunc non fuisse in monasterio Claudiam reponendam si aliqua eius infirmitas probaretur.

PENIÆ.

Bononien. Census. Lunæ 15. Februarij 1599.

ARGVMENTVM.

Census vẽditus, & impositus dicitur illicitus, & vsurarius, quando in instrumento non constat de reali numeratione, & quid si numeratio est facta per cedulam banchariam depositi.

SVMMARIVM.

Pecuniam non fuisse numeratam in instrumento census apparet eo ipso, quòd Notarius in instrumento non facit mentionẽ de numeratione. num. 2. declara vt n. 4. & 5.

Census vẽditus absq; numeratione pecuniæ dicitur nulliter venditus, nec sufficit numeratio per cedulam banchariam, n. 3. declara vt n. 4.

Notario asserenti in instrumento pecuniam fuisse numeratam creditur. n. 5.

DECISIO CXXXII.

DIe 19. Octobris anni præteriti 1598. hæredibus Stephani Garberini solùm informantibus Rota ex capite nullitatis & iniustitiæ nemine discrepante sententiam latam ab Auditore Turroni Curiæ Criminalis Bononiensis reuocandam censuit. In hac autem propositione vtraque parte informante in decisis permanendum etiam pronunciauit. Et quia circa caput nullitatis tunc deductæ decisio placuit Dominis circa iniustitiam, facta fuit diligens disceptatio. 1

Et quoniam informantes pro Valerio Fasanino inhærentes Constitutioni fel. recordat. Pij Papæ Quinti super creandis censibus editæ requirenti pro forma quòd in actu constitutionis censuum interueniat pecunia numerata coram Notario, & testibus, ex dicto potissimum instrumento conabatur ostendere non interuenisse veram numerationem, consequenter inferebant ab initio censum non valuisse; quoniam constitutio contractus censuales aliter celebratos inualidos, illicitos, & fœneratitios declarat: quod autem in casu proposito non interuenerit actualis pretij enumeratio, informantes pro Valerio ex eo deducere conabantur, quoniã in instrumento nullum aderat de numeratione pecuniarum verbũ; immo verò ad ostẽdẽdũ nõ numerationẽ nõ potuisse Notarium melius formare instrumentũ, quàm formauit, apponendo scilicet verba, quæ id significare viderẽtur, iuxta cautelã Bart. *in l. singular. n. 23. ff. si cert. pet.* 2

vbi

vbi monet Notarios ne dicant *numerauit*, nisi ioteruenjente numeratione, quam cautelam laudarunt alij Bartolum sequuti, nempe Ias. *in d. l. singularia*. 53. Alex. *consil.* 179. *num. 4. in fine. & n. 6. libr. 2.*

3 Cæterùm Domini omisso nunc illo articulo, an sufficiat numeratio per depositum penès mercatorem, ita vt constitutioni satisfieri possit per æquipollens, circa quem maior pars Dominorum in negariuam sententiam inclinabat, quia constitutio pro forma requirit numerationem, & ad tollendas fraudes non videtur admittere alios modos ad soluendum pretium pro censu quàm per realem & actualem pretij oumerationem in ipso actu confectionis instrumenti & celebrati contractus.

4 Ex duobus tamen putabant in cootractu, de quo agebatur, veram & realem numerationem pretij in actu celebrationis prædicti contractus interuenisse; primò quia Notarius asseruerat Ioannem Andream pretium dedisse, & manualiter soluisse bis verbis interueniente pretio scutorum 4000. quod quidem pretium totum & integrum Ioannes Andreas vti agens Stephani Garbetini de pecuniis Stephani in tantis bonis scutis aureis existentibus penès Banchum Dominorum de Scappis ad Banchum dedit, & manualiter soluit Antonio de Spontonibus præsenti in tantis bonis monetis aureis boni auri, & iusti ponderis ad dictam & tantam summam ascendentibus, prout sic illas recipiens, &c. dixit, &c. & renunciauit, &c.

5 Ista enim verba assertiua erant Notarij, & non solam confessionem (vt ex aduerso prætendebatur) sed veram numerationem probare videbantur, Bald. *in l. si ex cautione, num. 14. vers. & ideo probant veram numerationem*, *C. de non num. pecunia.* Bart. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. n. 3.* quem sequitur ibi Alex. *num. 14. vers. quia quando Notarius, ff. de verbor. obligation.* & fuit decisum coram Domioo meo Millino in causa Flurentina Bonorum die 17. Aprilis 1592.

PENIÆ.

Toletana Decimarum de Saledon.
Veneris 26. Februarij 1599.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio Concilij Archiepiscopatus Toletani est eadem cum Vicario Generali, & an & quando receptio iuramentorum testium in manibus Notarij fieri possit.

SVMMARIVM.

Concilium Archiepiscopatus Toletani idem est cum Vicario Generali, & est idem Tribunal Archiepiscopi, num. 1.

Testium iuramentorum receptio de stilo Hispaniæ in manibus Notarij fieri potest, numer. 1. & 3. vbi plura.

Testium examen non redditur nullum ex eo quòd aduersarius ad dicendum contra articulos non fuerit citatus, quando iudex admisit ad probandum, & insimul mandauit præsentari, iurari, & recognoscere testes, num. 2.

DECISIO CXXXIII.

1 Domini censuerunt examen testium noo esse nullum ex defectu Iurisdictionis Concilij Gubernatoris Archiepiscopatus Toletani, à quo fuit decretum examen, quia Concilium Archiepiscopatus idem est cum Vicario Generali, cuius etiam & Archiepiscopi idem est tribunal. *cap. 2. de consuet. lib. 6.* Nec adest nullitas ex eo, quòd Concilium committit examen testium, Gaspari vtenti Notario Toletano in cuius manibus testes iurarunt, quia de stilo Hispaniæ receptio iuramenti testium, & eorum examen Notarius committi solet, Verall. *decis.* 263. *incip. testes. part. 1.* Couarr. *lib. 2. variar. resolut. cap.* 13. *num.* 10. *versic. sic in seq.* Gonzal. Suar. *in pract. eccl. part. 1. tom. 1. temp. 8. num.* 135. Menoch. *consil.* 100. *numero* 44. *libro 3.*

Defectus citationis oppositus quòd pars aduersa non fuerit citata ad dicendum contra articulos, non reddit nullum examen, quia quando Consultores, seu Iudices Archiepiscopatus Toletani admiserunt ad probandum, simul mandarunt citari partes ad videndum præsentari, iurare, & recognoscere testes, & videndum fieri probationes, quarum voa pars erat productura. Ac eodem modo tollitur altera obiectio quòd pars aduersa non fuerit citata ad videndum decerni receptoriam, cùm ille actus contineat etiam hanc citationem, vel eius æquipollens. 2

Nec infertur præiudicium examini defectu citationis ad videndum iurare testes in loco examinis, quia sufficit citatio facta in ciuitate Tuleti, quæ iuxta stilum illarum partium fieri potuit per Notarium: nam licèt talis actus esset iurisdictionis de stilo inibi toleratur, Gonzal. Suarez *in pract. eccl. s. tom. 2. cap. 2. de cit. num.* 14. oec potest dici vaga citatio, quia cùm in commissione missoriæ esset præfixus terminus quadraginta dierum ad perficiendum examen, omnes illi dies seruirent pro termino, neque erat necessarium, quòd per aliam citationem vlterius specificaretur, vt Rota censuit in alia Toletana coram D. Seraphino anno 1581. Quod obiicitur ex Mill. *in verb. citatio ad videndum*, & Rota *decis. 1. de fid. instrum. in nou.* quòd scilicet de iure pars debuit citari in loco examinis testium facilè tollitur, cùm in istis locis solùm dicitor in receptione testium partem etiam citandam, quod bifariam intelligitur, vel quòd citatio fiat in loco decreti, vel in loco vbi testes sunt examinandi. In hac causa citatio fuit facta in ciuitate Toleti, vbi decretum fuit examen quod videtur sufficere pro sustinendo examine facto intra terminum probatorium, in oppido de Brunara, & oppido de Saledon, ex quo fuit partibus intimata, quibus innotuit, vbi & quando, & intra quem temporis terminum fieri debebat examen. Denique dicebant Domini, quòd si prætensæ nullitates erant habendæ in consideratione, perinde vitiabuot examen testium, & iudicium œconomi, seu hominum de Salcedon, ac examen pensionariorum Ecclesiæ Toletanæ, cùm in illo eodem modo processum, & eadem fuerunt obseruata, quæ in hoc casu obiiciuntur. Et ex prædictis Domini tenuerunt pro validitate examinis. 3

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Bisuntina separationis. Lunæ 22. Martij 1599.

ARGVMENTVM.

Remissoria impugnans rem iudicatam an sit concedenda, & an lata sententia super separatione tori in consequentiam veniat lucrum dotis.

SVMMARIVM.

Remissoria tendens ad impugnandum rem iudicatam non conceditur. num. 1.

Remissoria post rem iudicatam, & quam aliàs quis obtinuit, tamquam calumniosa iterum non conceditur, num. 2.

Remissoria ex præsumta calumnia non denegatur nisi extet res iudicata, num. 3.

Lucrum seu augmentum dotis veniunt in consequentiam separationis tori, num. 4.

Adulterij perpetrati iniuria remittitur per reconciliationem, num. 5.

DECISIO CXXXIV.

1 FVit resolutum in casu isto non esse dandam remissoriam, nam cùm super articulo separationis fuerint latæ tres sententiæ conformes, pro separatione ex caosis tunc in actis deductis censuerunt Domini remissoriam denegandam, cùm tendat ad impugnandum rem iudicatam. ad Ias. *in l. patre furioso, numer. 22. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Mohed. *decis.* 199. Chisan. 152.

2 Quod eo magis locum habet cùm D. Franciscus aliàs obtinuerit remissoriam super iisdem articulis, & examinauerit quinquaginta testes, quibus non obstantibus fuit contra eum pronunciatum, ideo videtur calumniosa petitio, Caputaq. *decis. 63. par. 3.* Cassad. *decis. 3. de dolat.* cum aliis alleg.

3 Non obstat quòd allegatur non facile ex præsumta calumnia denegari remissoriam, quia hoc procedit nisi extaret res iudicata.

4 Non obstat qoòd dicitur hanc esse diuersam causam, nempe agi nunc ad effectum excludendi vxorem à petitione lucri dotalis per probationem reconciliationis: nam hæc non potest dici diuersa causa, cùm firma stante re iudicata super separatione in consequentiam veniat lucrum dotale, seu dotis augmentum, ad text. *in l. etiam, C. de iur. dot. & in l. inter socerum, §. cùm inter, de pact. dotal.* & ita concludit Decian. *cons. 52. num. 51. lib. 1. & cons. 60. num. 11. lib. 2. in §. mitiores, auth. de nupt.* Vincent. de Franch. *decis. 244. lib. 2.*

5 Ex quo arguitur etiam irrelevantia eius quod prætenditur remissam fuisse per reconciliationem iniuriam adulterij per virum perpetrati, cùm adhuc supersint aliæ vrgentiores causæ petiti diuortij. Et ita conclusum.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Bisuntina Augmenti & Donationis propter nuptias. Lunæ 24. Maij 1599.

ARGVMENTVM.

Separatione tori facta propter sæuitiam, & adulterium viri, restituitur vxori lucrum & augmentum dotis, nisi remissio iniuriæ & reconciliatio sequuta fuerit.

SVMMARIVM.

Separatione tori facta propter adulterium, & sæuitiam viri, sequitur quòd detur locus lucro, & augmento dotis, num. 1.

Separatio tori & diuortium parificantur, n. 2.

Reconciliatio, & iniuriæ remissio propter adulterium facit cessare pœnam c. plerumque. de donat. inter vir. & vxor. num. 3.

DECISIO CXXXV.

1 DOmini dixerunt D. Barbaræ deberi donationem propter nuptias, & augmentum dotis, etenim cùm fuerit obtenta separatio tori propter sæuitiam & adulterium viri, & ex aliis causis in actis deductis, & à DD. visis, sequitur esse factum locum lucro, & augmento, ad text. *in § mitiores, authen. de nupt.* Roland. *cons. 50. numer. 4.* Vinc. de Franch. *dec. 244. libr. 2.* cum aliis citatis per Thesaur. *decis.* 130.

2 Et licèt d. authen. loquatur in terminis diuortij; tamen Doctores parificant separationem tori diuortio, Ias. & Dec. *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Castren. *consil. 347. n. 1. lib. 1.* Gig. *cons. 161. lib. 1.*

Non obstat quòd ex aduerso prætenditur remissio iniuriæ, & reconciliatio, quo casu cessat pœna *cap. plerumque.* & ibi glos. *in verbo, reconciliata, de donat. int. vir. & vxor.* qoia non est concludenter probata intentio Comitis, qui super separatione tori habet contra se sententias, & rem iudicatam. 3

Non obstant testes D. Barbaræ: nam testes nihil probant concludenter ad effectum de quo agitur, & solùm dederunt quasdam leues suspiciones quibus bene in iure & in facto fuit per DD. Aduocatos responsum. Et ita conclusum. 4

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Redhibitoriæ Librorum. Mercorij 2. Iunij 1599.

ARGVMENTVM.

Vendens animal, seu librum vitiosum conueniri potest redhibitoria actione, & quid si res fuit vendita talis qualis est.

SVMMARIVM.

Redhibitoria actio locum habet non solum in venditione animaliũ morbosorum, vel vitiosorum, sed etiam in venditione librorum, num. 1.

Redhibitoria actio competit etiam quòd res fuerit vendita talis qualis est, quando vitium non erat tale, quod ab emtoribus facilè cognosci potuerit, numero 2. & 3 Vbi declaratur hæc conclusio, & num. 4.

Venditor præsumitur scire qualitatem rei venditæ, numero 3.

DECISIO CXXXVI.

PLacuit Dominis votum R. P. D. mei Decani aliàs datum in hac causa tunc pendente coram R. P. D. Ala, & ideo concorditer resoluerunt, quòd sit locus redhibitoriæ vtili, quia habet locum etiam in libris, in quibus, licèt non concurrat qualitas morbosi, vel vitiosi, propter quam datur emtori redhibitoria directa, tamen si propter vitium latens expedit eos non habere, vel multum impediatur eorum vsus, competit redhibitoria vtilis, glos. *in l. 1. ff. de adil. edict.* Azo *in summa. C. de adil. act. numero 6.* Odofred. Alb. & Bal. *num. 5. in l. vlt. C. eod. tit.* Aretin. *in §. vltimo, num. ... Instit. de suspect. tutor.* & ista opinio est communis, vt per Ant. Gomes. *var. resolut. lib. 2. cap. 2. tit. de emt. & vendit. numero* 48. & ideo cùm iste liber fuerit emtus pro pretio satis notabili scutorum duorum millium centum & quinque ad effectum, vt typis excuderetur pro vsu Ecclesiarum, & ex dispositione peritorum, & testium, & Decreto sacræ Congregationis Rituum constet esse ita refectum erroribus, & varietatibus, vt imprimi non possit, & sic non possit seruire ad vsum destinatum, bene intrat supradicta communis opinio, quòd sit locus vtili redhibitoriæ. 1

Non obstat quòd liber fuit venditus talis qualis est, quia vitium non erat tale, vt ab emtoribus posset facilè cognosci, cùm pro eo detegendo necessarium fuerit adhibere peritos, quòd præcedente diligenti discussione, retulerunt librum continere errores, & variationes, & quando vitium non apparet, generalis protestatio non releuat, sed necessaria est expressio in tempore, Bald. *num. 4.* Salycet. *num. 2. in l. 1. C. de adil. action.* 2

3 Et licèt hoc procedat solùm in venditore sciente vitium, & non in ignorante, in quo casu sufficit generalis protestatio, vt per Bal. *in d.l.1. num.4.* & Veronens. *in l.1.§. causa, ff. eodem.* tamen ignorantia non probatur, & scientia qualitatis rei præsumitur in venditore, vt bene deducunt informantes, præsertim cùm etiam concurrant coniecturæ scientiæ.

4 Præterea dicebant Domini, quòd illa generalis protestatio debet intelligi, vltra expressa, & sic quòd venditur liber talis qualis est compositus, vel correctus, & reformatus à Ioãne Petro Aloysio, de ordine sanctæ mem. Gregorij XIII. quod est falsum, quantum ad Sanctuariũ, quod non fuit ab eo compositum, nec correctũ, vt periti testantur, & ideo generalis protestatio venditori non suffragatur, & licèt fuerit appositum verbum, vt dicitur, tamen fuit appositum ad effectum, vt venditor se non restringeret solũ ad compositionem factã à Ioanne Petro Aloysio, vt eſt si ab eo non esset compositus, sufficeret quòd esset correctus, & reformatus, & non ad effectum restringendi, vt liber talis, qualis est, intelligatur venditus, & quòd non sit compositus, neque correctus, & reformatus, quia hoc repugnat intentioni contrahentium, quæ fuit, vt liber imprimeretur, quod etiam colligitur ex quantitate pretij, ex qua declarantur verba dubia contractus venditionis.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Ferrarien. Societatis. Lunæ 28. Iunij 1599.

ARGVMENTVM.

Societas super aromataria contracta, an & quãdo dicatur illicita & vsuraria, ex pacto quòd vnus ex sociis habeat certum lucrum, vel quòd capitale sit saluum.

SVMMARIVM.

Societas non est vsuraria, quando capitale non remanet saluum, sed in fine societatis restituitur, prout extat, num.3. & 4.

Verba sunt semper interpretanda, vt excludant delictum & vsuram, num.3.

Promissio de restituendo capitale finita societate intelligi debet de capitali remanente, & prout extat, n.3. & 4. Vbi quòd talis promissio non est vsuraria.

Societas non dicitur vsuraria licèt ex ea vnus socius maius lucrum accipiat, quàm alter, num.4.

Lucrum verisimile societatis potest taxari à principio contractus, n.5 & 8.

Exceptio quando non firmat regulam in casibus non exceptis, num.6.

Societatis pactum, quòd finita societate, massaritia restituantur in eo statu in quo reperiebantur tempore contractus non est illicitum, num.7.

Interesse seu lucri taxationem esse excessiuam, qui dicit, & allegat, probare debet, num.9.

DECISIO CXXXVII.

1 Inter Sonzonios, & Truccardum Botellam fuerunt initi duo contractus, quorum primus de anno 1595. continet societatem aromatariæ duraturam ad nouennium, in qua Sonzoni posuerunt capitale librarum 1500. monetæ in tot mercibus, & duas domos cum apothecis, & massaritiis in eis existentibus, Truccardus verò operam; & conuenerunt, quòd Sonzonij perciperent duas partes lucri, & Truccardus tertiam partem, & quòd Truccardus teneretur ad omnes expensas necessarias, & quolibet anno daret Sonzoniis libros 300. olei, & solueret fratribus sancti Poli libras 60. pro vsu vnius ex dictis domibus, & quòd finita societate teneretur restituere res quæ tunc repetirentur extare. Postea de anno 1586. fuit initus alius contractus, in quo præcedente narratiua quòd Truccardus erat quasi certus de lucro quod in hac societate fieri poterat, cùm à multis annis esset versatus in eo exercitio, conuenerunt quòd io locum duarum partium lucri Truccardus solueret Sonzoniis quolibet anno scuta 750. monetæ libera ab omnibus expensis, & totum lucrum societatis esset suum, & quòd teneretur infra certum tempus dare cautionem de dicta summa soluenda, & etiam pro valore capitalis, & quòd in reliquis firma manerent pacta conuenta in dicto primo instrumento societatis. Sed quia Truccardus in tempore constituto non præstitit fideiussorem, fuit carceratus vti suspectus de fuga, & ad effectum vt se liberaret à carceribus dedit fideiussorem de stando iuri, & iudicatum soluendo Alexandrum Bergamum, & hinc fuit orta lis inter Sonzonios ex vna, & Truccardum, & Alexandrum eius fideiussorem, & postea eo defuncto Hippolytum eius filium ex alia, quæ postremò fuit terminata à supremo consilio iustitiæ ad fauorem Hippolyti.

2 Et quia à sententiis Consilij non datur appellatio, fuit habitus recursus à Sonzoniis ad S. D. N. & fuit ei supplicatum, vt committeret in Rota causam appellationis à dicta sententia. Et quia inter alia fundamenta prætendebatur sententia nulla ex defectu iurisdictionis, vtì lata à Iudicibus laicis, cùm contractus prætenderetur vsurarius, Sanctitas sua iussit Illustrissimo, & reuerendissimo D. Cardinali Aldobrandino, Ciuitatis Ferrariæ, & illius Ducatus Legato de Latere, vt faceret, proponere hoc dubium in Rota an isti contractus essent vsurarij, quod à me de eius mandato exequutum fuit, & cùm prætenderentur illiciti, tam ex dispositione iuris communis, quàm vigore Bullæ fel. record. Sixti V. Placuit primò firmare an essent illiciti ex dispositione iuris communis, postea videre particulariter an esset locus bullæ, & causa proposita, fuit resolutum contractus non esse vsurarios, ex dispositione iuris communis.

3 Quantum ad primum contractum, potentissima ratio decisionis fuit, quia in eo non continetur quòd capitale saluum & integrum restituatur in fine societatis, sed continetur solùm, quòd restituatur capitale, quod Domini intelligebant de capitali quod superest in fine societatis, quia verborum significatio debet ad intellectum sanum, bonum, ciuilem, & vitio carentem applicari, vt inquit decisio nostra 10. *numero* 4. & 5. *de testam. in antiquis*, & vt excludatur contractus illicitus, Alex. *consilio* 191. *numero* 6. *libro* 2. ideo ista promissio de restituendo capitale, debet intelligi de capitali remanente tempore finitæ d. societatis, vt fuit alias resolutum in causa Forouluien. Societatis 2. Decembris 1583. coram bon. mem. Lauretano, & hoc etiam Domini comprobabant ex verisimili mente contrahentium, quia *in cap.* 11. continetur quòd Truccardus sit obligatus consignare capitale, *in quello che si trouarà esser in dette Botteghe*; vel si Sonzonij nollent accipere merces tunc existentes, soluere earum valorem, cum diminutione duodecim pro centenario, poterat autem venire, quòd istæ merces non ascenderent ad valorem capitalis: ideo multum verisimile est, quòd si Sonzonij voluissent obligare Truccardum ad restitutionem totius capitalis, non se restrinxissent in mercibus tunc existentibus, vel ad solutionem earum valoris, sed sibi prouidissent in istum casum, quòd si istæ non ascendebant ad tantam summam quantum importabat capitale, Truccardus esset obligatus soluere residuum, sicut sibi expressè prouiderunt respectu massaritiarum *in cap.* 7. quòd restituerentur in eo statu in quo erant de tempore contractus.

Et ideo cùm pactum non contineat quòd capitale saluum restituatur, sed intelligendum sit de restitutione 4

chione prætendebant ex conf.Gemin.27. sed esse necessarias probationes plenas,& concludentes.

2 Nam cùm vita Mariæ sit fundamentum intentionis D.Marchionis, vtique illam plenè probare teneretur, iuxta decis.Achill.165.aliàs 1.*de probatio.*quæ plena probatio non visa fuit adesse:nam illa tota fundabatur tum in dicto, vnius testis D. Marchionis nomine Iacobi Pauli Pauoni deponentis de visu, tum in testibus de publica voce,& fama, tum in aliis de auditu, tum etiam in aliis qui metu excommunicationis reuelarunt, tum denique in quibusdam adminiculis,& præsumtionibus.

3 Quantum ad testem de visu ad hoc vt ipse iunctus cum testibus de fama, aut aliis probationibus faciat plenam probationem, deberet esse integer, quòd si sit talis conditionis propter quam eius fides vacillet in aliquo, non est sufficiens, vt dicit Bart.*in l.admonendi, numer.36.ff. de iureiur.* cùm enim agatur de iungendis probationibus, quælibet in suo genere debet esse perfecta, Bald. *in l.si quis.§.1.ff. de eden.* Ias.*in l.admonendi,in 2.lect.num.253. ff.de iureiur.* Alexand.*cons.*13.*numer.* 18.*vol.*1.Hipp.Mars. *sing.*583.

4 Talis non est iste testis, qui plures patitur exceptiones, erat enim pauper,& vilis persona, fuit birruarius, & de homicidio damnatus, vt ipsemet fatetur, prout de vili & paupere dicit Purpur.*cons.*228.*num.4.libr.* 1.Et de birruario quòd regulariter ad testificandum non admittatur, trad.Bero.*q.*84.*n.*1.Et de homicida, Specul. *in tit. de teste*,§.1.*n.*8.*vers.item quòd est homicida*, & ibi add. faciunt tradita per Doct.*in c.testimonium.de testib.*& est text.*in cap. constituimus*, 3.*q.*2.& quamuis de tempore depositionis obtinuisset absolutionem ab homicidio, & non esset amplius birruarius, adhuc tamen non potest dici integer, gloss.*in cap.testimonium,in verb.emendatus, de testib.* & ibi Abb *num.*1.Felin.*n.*34.

5 Est etiam sibi ipsi contrarius, & sic nullo pacto probat. *l.*2.*l.qui falsa,ff.de testib.*cum alleg. per Paris.*consil.* 24. *num.*20.*vol.*3.nam iuxta 55. interrogatorium negat scire quòd Angelina vnquam de Comite Ramberto conquesta fuerit,& tamen deinde super 12.articulo contrarium deponit quòd ipsa fuit conquesta, ex quo Comes Rambertus eam nunquam desponsauerat, prout etiam iuxta 27.interrogatorium dicit nunquam fuisse bannitum, aut processatum, & tamen iuxta 112. deponit quòd fuit ex causâ homicidij bannitus.

6 Item deponit inuerisimilia, quo fit vt reddatur valde suspectus, Alex.*cons.*2. *num.* 10.*vol.* 7. nam quod non est verisimile imaginem habet falsitatis, Bald.*in l.*1.*n.*9.*C.de seru. fugit.* dicit enim quòd ipse permanebat ad seruitia Comitis Caroli,& erat illius staffierius,& tamen ex dictis aliorum testium D. Marchionis apparet quòd quando fuit occisa Maria Comes Carolus lactabat, vt dicit secundus ad 77.cum quo etiam videtur concordare quartus. Vnde non est verisimile quòd in illa ætate infantili haberet similem famulum. Rursus si de tempore obitus Mariæ Comes Carolus lactabat, & idem Comes Carolus natus fuit per multos annos ante natiuitatem Galeotti, vt ipse deponit iuxta 44.quomodo posset esse verum quòd ante obitum Mariæ natus esset Galeottus, vt ipsemet profitetur iuxta 33.interrogatorium.

7 Quantum ad famam visum fuit non esse sufficienter probatam: nam ex tribus testibus, qui ad hoc adducuntur, frater Matthæus de Sogliano nescit an fuerit in tempore quo viuebat Maria, alii verò duo, nempe frater Pax, & Cola Francisci cùm iuxta 60.& 61. nesciant quid sit fama,& à quot personis instituatur, non possunt illam probare, Ruyn.*cons.*44.*n.*14 *lib.*4. & fuit dictum in causa Pampilonen.beneficij 19 Maij 1577.coram Illustrissimo Cardinali Blancherto, & in causa Mantuana Feudorum 30.Martij 1582.coram S.D.N.

8 Quo verò ad testes de auditu non potuit in illis fieri fundamentum, cùm deponant de auditu ab aliis: nam quando ad probandum adulterium admittuntur testes de auditu, non sufficit quòd deponant de auditu relationis ab aliis quod est de auditu auditus, sed debent deponere de auditu proprio, vel de auditu alicuius actus copulæ propinqui, vt si audiuerint aliquos commisceri, ita declarant Doct. *in cap. præterea.de testib.* & ibi Hostien. *in verb.vel etiam de auditu*, Ioan.Andr.*in vlt.glos.* Ægid.*n.*6.Abb.*n.*4.Felyn.*num.*3.But.*n.*9.Imol. *n.*4.& hoc modo intelligit Lap. *alleg.*53.*n.*3.

Quantum ad testes qui reuelarunt metu excommunicationis, cùm non fuerint legitimè examinati, nec parte citata, & sine interrogatoriis recepti, nullam faciunt fidem, nisi iuridicè fuerint recepti. *cap.* 2. *de testib. l.si quando.ff. eod.tit.* Bart. *in l. vlt. de quæstion.* Salyc. *in l. vlt.in fin.C.eod.tit.*Alex.*consi.*180.*n.*7.*lib.*2. 9

Non obstat adminiculum desumtum ex ætate Galeotti quòd esset natus ante annum 1506. quia id non concludit adulteriû viuente Maria, cuius vita de dicto tempore non probatur,& hoc modo etiam tollitur præsumtio resultans ex raptu Angelinæ. 10

Neque obstat aliud adminiculum ex priuatione status Comitis Ramberti de anno 1509.quia id potuit euenire ex alia causa, quam D. Comes deducit ex processu facto de anno 1514.& ex testibus pro parte Alidosij examinatis. 11

Et in hanc sententiam eo magis veniebant Domini, quia plura aderant, quæ valde vrgebant in contrarium, ex quibus saltim elidebatur probatio D.Marchionis quæ deducebantur tam ex processu facto de anno 1495. ad instantiam Comitis Ramberti, qui cùm de eo tempore probasset adulterium inter Mariam, & quendam nomine il Francioso, multum verisimile est, quòd tunc ipsam interfecisset, nec vlla ratio suadet quòd factis dictis probationibus expectauerit per tantum tempus quàm ex testibus examinatis de anno 1514. deponentibus homicidium fuisse commissum ex causa adulterij prædicti; quàm denique ex eo quia Comes Carolus, qui de anno 1532.curabat excludere filios Angelinæ à successione, ex hac eadem causa illegitimitatis non habuit hanc prætensionem, neque id articulauit, & tamen cùm esset bene informatus, nec de eo tempore deficerent probationes, facilè ex hoc capite potuisset illos excludere, quam coniecturam dictum fuit aliàs fuisse habitam in magna consideratione in causa Colonien. Status. Et ex his censuerunt Domini non probari adulterium Comitis Ramberti cum Angelina viuente Maria. 12

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Romana Census. Lunæ 29. Nouembris 1599.

ARGVMENTVM.

Vsura est recipere fructus census post relaxationem mandati pro restitutione sortis principalis.

SVMMARIVM.

*Fructus non debentur creditori à debitore ob retardatam solutionem, nisi concurrentibus requisitis à Paulo de Castro, n.*1.

Fructus census exigi non possunt, postquam relaxatum fuit mandatum pro restitutione sortis principalis, n. 1.*&* 4.

*Censum redimere quandocunque licet venditori, non autem licet emtori cogere venditorem ad redimendum, num.*2.

*Census parte inuita de iure communi non potest extingui pro parte. n.*3.

DECISIO CXXXIX.

FVit resolutum non deberi fructus D. Magdalenæ, quia aut illos prætendit ratione interesse, ob retar- 1

datam

datam solutionem, & non concurrunt requisita à Castr. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* quem sequitur Rota, vt per Mohed. *decis.* 103. *& decis.* 208. cum vulg. aut ratione census, & minus debentur, quia à die, quo ob impletas conditiones Magdalena suscepit mandatum pro restitutione sortis principalis, ipsa sors cessit in debitum, ita vt vlna eam non possint peti aliqui fructus citra vitium vsuræ. *cap. plerique cum seq. quæst.* 3. Laut. de Rodulph. *in tractat. de vsur. quæst.* 1. *numer.* 1. Couarr. *lib.* 3. *var. resol. capit.* 1. *sub num.* 1.

2 Nec enim adinuicem se compatiuntur, quòd census duret, & sit in arbitrio emtoris repetere sortem principalem, quando velit, quia licèt venditori census sit promissa illius redemtio iuxta constitutionem Martini, Calixti, & Pij, emtori tamen est omnino prohibita, cùm aliàs esset certus de lucro, Sot. *de iust. & iur. libr.* 9. *art.* 3. *in* 1. *conclus.* Itè Contad. *de contract. quæst.* 54. *in* 5. *conclus.* Couarr. *lib.* 3. *var. resolut cap.* 1. *numer.* 4. etiam quòd actu non sit deductum in supputatione, dummodo emtor aliunde sit securus. summi. Ant. *in* 2. *part. capit.* 8. §. 14. *circa finem.*

3 Et ideo cùm post relaxationem mandati fuerit in facultate Magdalenæ repetere pecuniam, quando vellet, census fuit statim resolutus, etiam quòd non concurrat actus retrouenditionis, quia res deuenit ad casum à quo incipere non potuit, maximè stante mandato Iudicis, cuius factum reputatur factum partis. *l. si ob causam, C. de emt.* & cessat difficultas, ex quo Magdalena accepit eas pecunias, ad computationem sortis principalis, quod ostendit ipsam voluisse vti hac facultate extinguendi censum pro rata pecuniarum habitarum, sed etiam pro tota summa, cùm aliàs parte inuita non potuisset census extingui pro parte. ad *l. tutor. §. lucrum, ff. de vsur.* Ias. post alios *in l. quidam, sub num.* 4. *si cert. pet.*

4 Vltra quod concurrit relaxatio mandati pro tota summa quæ facit, vt verisimiliter mente Iudicis, & Magdalenæ contractus habitus pro indiuiduo in totum resolutus fuerit, ad *l. prædictus ff. de arbitr.* Bart. *in l. egregiè, §. illud, sub num.* 4. *ff. de fideiuss.* Alciat. *in l.* 1. *§. sed si mihi in repet. sub num.* 6. *ff. de verbor. oblig.* Paris. *cons.* 12. *num.* 34. *libr.* 2. Aym. *cons.* 170. *num.* 6. nec aliquid facit, quòd Marcus promisit soluere fructus pro duabus tertiis, quia eius promissio stante supradicto pacto fuit inualida, maximè cùm sit facta post translatum onus census in dictum Valetium cum quo seruatis seruandis erat creandus nouus census pro licitis habendis fructibus.

P E N I Æ.

Maceratensis Hæreditatis.
Veneris 11. Decembris 1599.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissarius potest autoritate propria capere possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, quando nullus reperitur hæres possidens.

S V M M A R I V M.

Fideicommissarius potest propria auctoritate capere possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, quando non adsunt hæredes, de quorum manu capere potuisset, num. 2. *&* 3.

Possessio acquisita per vnum, de quibusdam bonis particularibus non trahitur ad possessionem aliorum bonorum acquisitam per alium, n. 4.

Remedium cap. reintegranda, competit etiam mero & nudo detentori, num. 5.

Detentio minus est, quàm possessio, num. 5.

D E C I S I O C X L.

Die 2. Ianuarij proximè præteriti pro maiori parte fuerat decisum, Ascano Vico dandum fuisse mandatum de redintegrando ad bona existentia in oppido, & territorio Ciuitatis nouæ, quorum ipse possessionem fuerat adeptus. Die 8. Nouembris iterum proposita super eisdem fuerit dilata; rursus verò die 24. eiusdem mensis, licèt pro maiori parte Domini in decisis permanere viderentur, quia tamen ab aliquibus fuerat dubitatum an illa possessio esset vitiosa, propterea visum fuit, causam restringere ad illum articulum an vitiosa foret censenda d. possessio ad effectum de quo agebatur, ex quo non fuerat capta de manu hæredis, quo articulo in hac propositione discusso Rota pro maiori parte censuit, prædictam possessionem non fuisse vitiosam. 1

Quia cum respectu bonorum, de quibus agebatur, non adessent hæredes, de quorum manu capi potuissent propter dispositionem testatoris mandantis, quòd hæc bona, neque ex testamento, etiam quoad possessionem possent deuenire ad alios à testatore non vocatos etiam ratione legitimæ, consequenter inferebatur, quòd licèt Ascanius esset primus fideicommissarius, quod tamen expressè negabatur ab informantibus pro eodem Ascanio, sine aliquo vitio poterat propria etiam autoritate capere possessionem, cùm nullus adesset hæres, à quo restitui potuisset, Bald. *in l. extraneum. n.* 3. 4. *&* 5. vbi Salyc. & Ias. *n.* 4. *&* 5. *de hæred. instit.* Roman, *consil.* 71. *num.* 1. *in fine. versic. & communis sit.* Alex. *consil.* 58. *num.* 2. *versic. sed vxor legataria. lib.* 3. latè Menoch. qui plures allegat *tract. de adipisc. remed.* 2. *num.* 66. *versic. nam ex quo hæres. quæst.* 77. 2

Neque huic rationi refragatur tex. *in l.* 1. *ff. quorum bon.* aut Doctores allegati per informantes contra Ascanium ad probandum in fideicommisso particulari non posse capi possessionem propria autoritate, quia diligenter ... inspecti loquebantur in casu ab hac facti specie longè diuerso, videlicet quando hæredes non sunt possessores, prout in hoc casu, in quo quando Ascanius accepit possessionem autore prætore, nullus possidebat hæres, ideóque potuit etiam propria autoritate capere, prout supradicta distinctione constituta latè comprobauit Anton. Gabr. qui plures Doctores cumulauit, *tit. de acquir. possess. conclus.* 1. *n.* 98. *limit.* 26. quem sequitur Andr. Gail *pract. obseruat. lib.* 2. *obseru.* 129. *n.* 7. 3

Quinimmo licèt hæres accepisset possessionem bonorum Maceratæ existentium, adhuc id non officeret possessioni Ascanij captæ de bonis Ciuitatis nouæ consistentibus, neque illam reddidisset vitiosam, quoniam vniuscuiusque rei possessio acquiri debet, nec sufficiat acquisitio vnius quamuis fuerit capta animo apprehendendi omnia bona. *l.* 3. *in princip.* vbi glos. *in verbo, quemlibet. in fin. ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. licet. n.* 4. *vers. sed intelligo. C. de acquir. possess.* Paris. *consil.* 17. *num.* 17. *lib.* 3. & tenuit Rota in hac causa die 11. Maij 1587. coram D. meo Pamphilio. 4

Rursus quo magis disputatio reddebatur turbida ex rationibus deductis per informantes contra Ascanium, eo magis persuadebatur illum interim iure potuisse reuerti ad suam possessionem, de qua clarè constabat per publicum instrumentum. Denique dicebatur, quòd si mero & nudo detentori competebat remedium *cap. reintegrande.* 3. *quæst.* 1. Menoch. *de recuper. remed.* 1. *num.* 66. multo magis competebat Ascanio, qui iudicis autoritate possessionem acceperat, cùm detentio minus sit quàm possessio, Alex. *in l.* 1. *numero* 17. *versiculo non obstat textus. ff. de acquir. possess.* quibus etiam accedebant vulgares iuris regulæ, quòd nemo sit sua possessione priuandus, quòd spoliatus in primis esset restituendus, & similes. 5

PENIÆ.

PENIÆ.

Farfen. Villæ Caprolæ.

....

ARGVMENTVM.

Testibus, quibus ante examen articuli fuerunt ostensi, fides non diminuitur, testésque vasalli, & de vniuersitate probāt pro suo domino, vel pro vniuersitate.

SVMMARIVM.

Testibus quibus ante examen fuerunt ostensi articuli fides non diminuitur, n. 1.

Testis vasallus, seu subditus probat pro domino suo, numer. 2.

Testes vniuersitatis, seu communitatis probant pro sua vniuersitate, vel communitate, quando non agitur de eorum principali interesse, n. 2.

DECISIO CXLI.

1 QVòd nonnullis testibus essent ostensi articuli non derogabant eorum fidei, cùm propterea reprobari non debeant. Ant. Aug. *in epitome tit. de testib. n. 19.* præsertim cùm alij adessent, quibus ostensi non fuerunt.

2 Neque ideominus probant, quòd dicuntur etiam Vasalli bon: mem. Cardinalis Farnesij tunc Abbatiæ Farfensis Commendatarij, quia & vasallus pro domino probat, Afflict. *decis. 304. n. 14.* Gabr. *tit. de testibus, concl. 10. num. 21.* & testes communitatis probant etiam pro communitate, quando non agitur principaliter de testium interesse, Grat. *consil. 41. num. 17. lib. 2.* Put. *decis. 15. incip. an vna Burgen. lib. 3.* Ias. *in l. si quis nec causam. num. 13. ff. si cert. petat.* & ita fuit resolutum me proponente in vna Spoletana Bonorum 18. Maij 1590. In hac causa constabat de incommodo & damno testium, quando illorum interesse eùm vtilius foret Monopolitanis tales inuestituras extendi vsque ad pronepotes, quàm in nepotibus terminari.

Romana Bonorum de Ceulis.
Veneris 13. Ianuarij 1600.

ARGVMENTVM.

Interesse lucri cessantis an & quando debeatur pupillo, seu alteri à tutore, curatore, seu administratore ob nō solutas debitas pecunias.

SVMMARIVM.

Administrator ad hoc, vt de administratis teneatur, duo probanda sunt; primum quòd administrauerit; secundum quòd nomine alterius administrauerit, n. 1.

Interesse lucri cessantis non debetur nisi præcedente mora debitoris, & existentia occasionis inuestiēdi pecunias ad lucrum, & protestatione creditorū debitori notificata, num 2.

Interesse lucri cessantis non debetur ab eo debitore, qui dubitat se debitorem, n. 3. & n. 5.

Tutor seu curator tenetur pupillo ad interesse lucri cessantis propter non solutas sibi pecunias, num. 4. declara vt n. 5.

Tutor nunquid teneatur ponere pecunias pupillares ad lucrum sicut ponit suas, n. 6.

Farinac. Decis. lib. 2.

DECISIO CXLII.

1 DIe 14. Maij anni præteriti 1599. fuerat in hac causa decisum non deberi D. Claritiæ vsuras pupillares ex pecuniis redactis ex septuaginta quinque locis Montis recuperationum, sed tunc fuit decisum, quòd videretur, an deberet aliquod genus lucri, vel interesse, super quo articulo proposito dubio in hac causa, Domini censueruot non deberi aliquod interesse, Primò, quia non erat probatum pro parte D. Claricię, Hieronymum, fuisse administratorem bonorum eiusdem Claricia, cùm nullum negotium ipsius contemplatione gessisse probaretur, cùm ad effectum, vt quis de administratis & gestis teneatur, duo probari debeant, quòd gesserit, & quòd contemplatione alterius gesserit, Bart. *in l. si pupillo. § item quæritur. n. 4. vers. habes ergo. ff. de negot. gest.* Capic. *decis. 180. num. 4.* in casu autem proposito neutrum apparebat probatum.

2 Secundò, quia nec bon. mem Dom. Hieronymus, nec Tiberius illius hæres videbantur constituti in mora restituendi dictas pecunias post litem motam ad effectum, vt propter moram incursam prætendi posset aliquod interesse lucri cessantis, qui pro parte D. Claricia non probabatur, quòd si pecuniæ fuissent sibi solutæ, cum illis fuisset tantùm lucrata, & quod tunc in promtu esset occasio pecunias implicandi quod præcedente protestatione pro parte creditricis interposita ad notitiam debitoris deferendum erat, Paul. de Castr. *in l. non vtique. §. nunc. de offic. num. 3. in princ. ff. de eo quod cert. loc.* Afflict. *decis. 20. num. 2.* Cagnol. *in l. 1. n. 31. C. de sent. quæ pro eo quod int.* Chissanens. *decis. 75.*

3 Similiter non poterat prætēdi interesse ratione damni emergentis, cùm non esset probatum D. Claricia passam aliquod damnum ob pecunias sibi non solutas. Tertiò, quia saltem respectu D. Tiberij negari non poterat, quin habuerit iustam causam credendi se non fuisse debitorem, cùm Hieronymus pater disposuerit de istis pecuniis, tanquam de propriis & Rota etiam multum dubitauerit, Curt iun. *cons. 239. n. 28. lib. 3.*

4 Respectu Hieronymi aliqui ex DD. videbātur sentire maiorem fuisse difficultatem, quia cùm fuisset minoris debitor debebat curare, quòd Claricia daretur alius tutor, quod cùm non fecerit, fuit in culpa, & propterea tenebatur ad vsuras, & interesse, non quia tutor, sed quia negligens in procurando, quòd constitueretur legitima persona cui fieret solutio, iuxta decis. Vincē. de Franch. *16. n. 7. &* 8. allegantis Fulgos. & alios.

5 Respondebatur tamen, quòd cùm Hieronymus disposuerit de istis pecuniis tanquam de suis, & crediderit esse suas, licèt reuera non essent saltem propter istam opinionem videbatur excusandus, præsertim cùm istæ pecuniæ in libris rationis bancharię essent scriptæ ab Antonio Francisco Clariciæ parte ad creditum Hieronymi.

6 Magis etiam vrgebat contra eundem Hieronymum, quia cùm ipse more mercatorum pecunias suas semper in lucris collocauerit ita etiam potuit collocare, immo verisimile est collocasse pecunias D. Clariciæ, & consequenter tenebatur ad vsuras, & interesse, glos. *in l. qui aliena. in verb. purgatis. vers. item quòd. ff. de negot. gest.* Sed respondebatur non fuisse probatum aliquod lucrum cum pecuniis D. Clariciæ, nec improbandum Hieronymum, qui maiorem diligentiam adhibuit in collocandis suis pecuniis, quàm pupilli, Paul. de Montepic. *cons. 65. n. 39. & seq.*

PENIÆ.

Bononien. Bonorum Emphyteuticorum.
Lunæ 14. Ianuarij 1600.

ARGVMENTVM.

Actorum trāsportatio in dubio præsumitur integrè facta, transportandáq; sunt acta eius-

dem causæ, & eiusdem iudicij, non autem alterius causæ, & diuersi iudicij.

SVMMARIVM.

Actorum transportatio in dubio integra facta præsumitur, & qui contrarium prætendit probare debet, numero 1.

Acta transportanda sunt vigore Concilij Tridentini in causis appellationum, non autem in aliis, n. 3.

Acta transportanda in causa appellationis debent esse eiusdem causæ, & eiusdem iudicij, non autem alterius causæ, & diuersi iudicij, n. 4. & 5.

DECISIO CXLIII.

1 VTraque parte informante Rota censuit constare de integra transportatione actorum, quæ in dubio integrè facta præsumitur nisi de contrario doceatur, Crauett. *cons.* 35. *num.* 54. & ita sæpe Rota iudicauit, & signanter in vna Perusina Capellæ die 7. Iunij 1596. coram Domino meo Litta.

2 In hac causa informantes pro DD. de Campegiis ad superiorem præsumtionem euertendam, opponebant de non integra transportatione actorum, ex eo quòd coram Gabriele Bononiensi in iudicio spolij intentato per Campegios contra Ludouisios fuerat pro parte Ludouisiorum aliàs lata quædam sententia ad fauorem Episcopi Campegij cum quadam declaratione facta per eundē Episcopum, quòd volebat bona, de quibus agebatur, pro se retinere, & tamen acta, in quibus fuerat illa sententia fundata, nec in illo, nec in hoc iudicio nunc apparebant producta, quod tamen ex dispositione Concilij. Tridentini *sess.* 24. *cap.* 20. § *propterea, de reform.* necessarium videbatur.

3 Cæterùm huic oppositioni respondebatur in prædicta Concilij dispositione, non esse necessariam transportationem, nisi in causis appellationum, vt necessariò transportari debeant acta tantùm facta coram iudice à quo, ad iudicem ad quem fuit appellatum, vt illis visis pronunciare possit approbandam, vel reprobandam sententiam latam à iudice à quo; ita enim sæpe declarauit Congregatio DD. Cardinalium sacri Concilij Interpretum, & tenuit Rota in causa Conchen. Limitum die 17. Iunij 1596. coram D. meo Pamphilio.

4 Præterea cùm iudicium super quo nunc partes coram me contēdebant, esset diuersum ab illo agitato de anno 1541. super quo fuerant latæ sententiæ Rotales, quas Domini Ludouisij non impugnabant, cùm essent iustæ ex eo, quòd Ecclesia declarauerat, voluisse bona penès se retinere, & consequenter non esse agendum de illis actis, ideo illa acta non erant transportanda, vel producenda per Ludouisios.

5 Neque obstat, quòd in hoc iudicio Ludouisij, produxerint dictas sententias quasi propterea compellerentur etiam illa acta transportare: quia respondebatur, id à Ludouisiis fieri ad probandam inuestituram factam Cāpegiis non habuisse effectum, produxerántq; dictas sententias, non vt illas impugnarent, sed vt illis iuribus pro se facientibus vterentur. Vnde cùm iste actus tenderet ad alium finem, quàm ad improbandum, vel reuocandum dictas sententias, propterea non tenebantur Ludouisij trāsportare, vel producere acta, in quib. fuerant fundata.

PENIÆ.

Pampilonensis Abbatiæ. Lunæ 31. Ianuarij 1600.

ARGVMENTVM.

Processus in dubio præsumitur integrè extractus, & transportatus.

SVMMARIVM.

Processus in dubio præsumitur integrè extractus, & transportatus, n. 1.

Negatiua responsio non continet affirmationem in ordine respondentis, n. 2.

DECISIO CXLIV.

VTraque parte informante Rota censuit processum 1
fuisse integrum, & legitimè extractum: nam pro integritate concurrebat. Primò, præsumtio, quia processus præsumuntur integri, vt fuit decisum in causa Veneta illegitimitatis, die 2. Maij 1597. coram me, & sæpe aliàs suadebat attestatio Notarij, qui extraxerat vigore compulsorialium, & asserebat processum integrum, Verall. *decis.* 339. *lib.* 1. *in manuscript. & decis.* 245. *in fin. par* 2. Non probant defectum processus oppositiones coram Iudice compulsore factæ à parte, quia de contentis in oppositionibus non apparebat, nisi ex eiusdem partis assertione, cui tantùm non creditur, *l. omnibus. C. de testib.* Crauett. *cons.* 41. *n.* 2.

Non obstabat quòd deficerent petitiones super ocu- 2
lari visione, & actus delegationis Vicarij Generalis in persona officialis, quia non probatur huiusmodi petitiones fuisse factas, & actus delegationis Vicarij Generalis habetur in processu *fol.* 707. Rursus non obstat, quòd Iudex decreuit Io. dandum transumtum huiusmodi actuum propriis ipsius expensis, quia ex hoc decreto non inferebatur istos actus fuisse in hac causa factos. Præterea non arguebat defectum responsio producentis Martini dicentis, nihil deficere de substantialibus, & pertinentibus ad causam, quasi hinc colligeretur quædam deficere non substantialia: nam præterquam quòd ille est communis vsus loquendi, illa responsio negatiua non continet affirmationem in ordine respondentis, Pedemont. *decis.* 178. *num.* 6. & 9. Eundem verò processum fuisse legitimè extractum constabat, quia fuerat habitus à Notario actuario, propterea in extractione non erant necessariæ aliæ solemnitates. Verall. *decis.* 170. *par.* 1.

LITTÆ.

Ceseriaten. de Cacciaguerris. Lunæ 2. Februarij 1600.

ARGVMENTVM.

Filio delinquēte, & eius bonis confiscatis, nunquid in confiscatione veniant ipsi filio per patrem antea donata, aut illius peculium etiam castrense in præiudicium partis, & quomodo dicatur cōstare de delicto ad effectum vt intret confiscatio bonorum in præiudicium alterius.

SVMMARIVM.

Confiscatio bonorum propter filij delictum non extenditur ad bona ipsi filio donata per patrem, n. 1.

Confiscatio bonorum propter delictum filij non extenditur ad illius peculium etiam castrense in præiudicium partis, n. 1.

Testes examinati pro informatione Curiæ, & parte non citata in contumaciam delinquentis non probat contra tertium de cuius præiudicio agitur, n. 2.

Delicti probatio non inducitur ex contumacia alicuius, num. 2.

Verba dispositionis vbi non conueniunt, nec etiam conuenire debet dispositio, n. 3. in fine.

Productio scripturarū facienda est parte citata ad hoc, vt dicatur de actis, n. 3.

Iudex

Iudex tenetur iudicare secundùm acta, & probata, & non aliàs, n. 3.

Probationes in criminalibus sunt maximè de substantia, num. 4.

Sententia in contumaciam lata, & fundata super testibus pro informatione Curiæ examinatis, non dicitur lata ob delictum, n. 4.

DECISIO CXLV.

1 DOmini resoluerunt delictum fratricidij, cuius prætextu Fabritius per Auditorem Legati Prouinciæ Romandiolæ aliàs condemnatus fuit in pœnam capitis, & confiscationis bonorum, non posse dici tunc legitimè probatum fuisse, ad effectum de quo agitur, hoc est, vt bona, quæ eidem priùs per patrem donata fuerant, & etiam per ipsum filium acquisita de fructibus dictorum bonorum, intelligantur confiscata in præiudicium patris, cùm attenta dispositione iuris communis in generali confiscatione bonorum filij familias non veniant bona per patrem dicto filio donata, nec aliud peculium illius etiam castrense, sed omnia à lege reseruantur patri in solatium ipsius patriæ potestatis, vt probat tex. *in l. 5. C. de bon. proscript.*

2 Et attenta constitutione Aegidij *in c. 18. libr. 4.* qua nituntur informantes contra Canonicum, vt possit fieri exactio pœnæ, vel bandi de peculio filijfamilias, qui maleficium commiserit, & per Rectorem Prouinciæ, vel suos officiales extiterit condemnatus, requiratur quòd Iudici cōstiterit de maleficio ipso, vt patet ex lectura constitutionis, ibi, *si de maleficio constiterit, & ille habuerit peculium*; vnde cùm in hoc casu aliter non constiterit Iudici de prædicto delicto quàm ex testibus per eum receptis pro informatione Curiæ, & minimè repetitis parte citata, quòd propterea non probant delictum, secundùm Bart. *in l. fin. in fin. ff. de quæst.* Boss. *in pract. crim. titul. de delictis. num. 6.* Abb. *in c. graue, num. 9. vers. & aduerte. de prabend.* & tenuit Rota in illa ciuitatis Castelli de Vitellis 11. Decembris 1577. corā R.P.D. Seraphino in illa Coimbrien. Decanatus 19. Nouembris 1597. coram R.P.D. meo Millino, & in vna Bonien. census 19. Octobris 1598. coram R.P.D. meo Penia, & ex contumacia ipsius Fabritij, quæ similiter delicti probationem non inducit, vt fuit tentum in dicta ciuitatis Castelli de Vitellis: ideo iure merito ex prædictis non potest dici quòd dicto Iudici tunc verè constiterit de dicto maleficio, ad effectum, vt intret dispositio dictæ constitutionis, quæ vti exorbitans à iure communi strictè & propriè intelligi debet, ad text. *in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.* Nec debet applicari casui, cui verba illius non conueniunt vulg. *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & l. quod constitutum. de testam. milit.*

3 Nec fundamentum aliquod fieri potest contra Canonicum super illius prætensis litteris Fabritij, cùm dato citra iuris præiudicium, quòd illius sint, non constat de aliqua productione earum in dicto iudicio, parte citata facta, prout requiritur, & ad effectum vt sint de actis, Bar. *in extrauag. de reprimen. in vers. de plano*, Sarnen. *in reg. de annali, quæst. 4. num. 5.* & clarissimi iuris est Iudicem teneri iudicare secundùm acta & probata, & non aliàs; & quidem multum verisimile est. quòd tunc dictæ litteræ non fuerint productæ, nec Iudici notæ, stante quòd aliàs de illis mentionē fecisset in sua sentētia, pro maiori corrone illius, prout fecit de prædictis testibus, & contumacia Fabritij, super illis tantùm fundando condemnationem prædictam.

4 Nec refert, quòd attentis verbis sententiæ videatur Fabritius condemnatus ob delictum, eo quia de eo constiterit Iudici, & non contumaciam, quia cùm in iudicijs, & maximè criminalibus probationes sint de substantia, vt post Bartol. Angel. & Imol. tradit Ruyn. *cons. 68. num. 6. lib. 5.* Gabr. *de sent. conclus. 9. num. 1. & seq.* & fuit tentum in causa Romana Notariatus 16. Decembris 1585. coram bon. mem. Laureiano, & probationes ad quas se

restrinxit Iudex in hoc casu sint prædicti testes pro informatione Curiæ examinati, & contumacia Fabritij, ex quibus, vt dictum est, non probatur delictum prædictum; ideo, &c.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Dotis. Lunæ 28. Februarij 1600.

ARGVMENTVM.

Et summario accipias Argumentum

SVMMARIVM.

Apostilla in margine matricis instrumenti non subscripta, nec appprobata à Notario, & per quam augetur substantia instrumenti obligando personam in eo cōtentam, non probat, præsertim concurrentibus pluribus cancellationibus, n. 1.

DECISIO CXLVI.

FVit resolutum non probari obligationem Iacobæ ad fauorem Menicæ, quia de ea solùm constat per apostillam in margine matricis instrumēti, & cùm ista apostilla non sit subscripta, nec approbata per Notarium, & auget substantiam instrumenti obligando personam in eo non contentam, non probat istam obligationem, *l. 1. §. ideo, ff. de iis quæ in test. delen.* Castr. *in l. si vnus. n. 5* Bal. *num. 1. in fine.* Ang. *num. 2.* Castr. *num. 5.* Ias. *n. 9. C. de testibus.* Ioann. de Anan. *cons. 28. num. 2.* & fuit latè deductum in Bononien. fideicommissi. de sancto Petro 27. Maij coram R.P.D. Mantica; tanto magis cùm concurrant plures cancellationes in contrariū, quòd ista obligatio minimè interuenerit, vt latè deducebant informantes, &c. 1

REVERENDISSIMI DOMINI SACRATI.

Brixiensis Beneficij. Veneris 3. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Testis iuramentum non probatur enunciatione Notarij nisi fuerit facta in præsentia Iudicis, qui & testium examen potest Notario committere.

SVMMARIVM.

Testes, quòd iurauerint non probatur enunciatione Notarij; fallit stante præsentia iudicis, n. 2.

Notarij iuramentum sufficit ad illud, quod ab initio officij fuit præstitum, licèt in remissoria requiratur quòd Notarius sit iuratus, n. 3.

Testium examen potest à Iudice Notario committi, n. 4.

DECISIO CXLVII.

DVbitaui circa validitatem examinis testium de partibus, & quoad primam nullitatem, quæ deducebatur ex eo quòd testes iurassent in manibus vnius Iudicis, cùm tamen duo fuissent delegati, difficultas fuit sublata ex facto, quia informantes pro S. Agnesio se restrinxerunt ad 1. 6. 7. 10. 17. 18. 19. 20. testes qui in manibus vtriusque Iudicis iurauerunt. 1

Alia nullitas quòd ex enunciatiua Notarij non probetur iuramentum non fuisse præstitum, cessat stante præsentia Iudicis, Bald. *in l. iurandi. n. 2.* Salycet. *n. 4. C. de testibus*, Alex. *in l. nam & posse. §. 1. de iureiur.* & fuit aliàs sæpe decisum. 2

3 Quòd tertio loco dicebatur Notarium debere esse iuratum, iuxta formam remissoriæ, non fuit habitum in consideratione, sed sufficere visum fuit iuramentum ab initio officij Notariatus præstitum.ad glos. *in Clem.1. §. porrò.de hæret.*

4 Quarta nullitas respectu receptioois examinis per Notarium fuit reiecta, quia Iudex potuit cōmittere Notario examen testium, Verall. *decis.519.lib.1 in manuscript.* Rot. *decis.3.de offic.deleg.in nou.* Ægid. *decis.*43. & fuit resolutum in causa Hispalensi Decimarum 28.Ianuarij 1580. coram D. Vicecomite. Vltima nullitas circa recusationem Notarij visa fuit Dominis magis releuans; ideo firmato quòd aliæ minimè obstarent, resoluerunt, vt de hac particulariter videretur.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Romana Nullitatis Venditionis,
6. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Vendens rem vti liberam ab omni onere, quæ libera non est, non dicitur in dolo, quando promisit facere consentire omnem personam, & sic fecit.

SVMMARIVM.

Dolus dans causam contractui, illum non rescindit, nisi fuerit manifestus, n.1.

Vendens domum vti liberam ab omni censu, & onere, si promisit facere consentire omnem personam, & ante receptionem pretij liberauit domum ab omnib. oneribus, non dicitur voluisse decipere emtorem, n.1.

Vendi potest etiam res aliena, n.2.

Venditio vbi fuit perfecta ab eo recedi non potest, n.2.

Vendita res bona fide propter minimam causam inemta fieri non debet, n.3.

DECISIO CXLVIII.

1 FVit resolutum contractum emtionis, de quo agitur, esse validum, quod enim dicitur dolum illi causam dedisse, ex quo terrenum subiectum domino quarundam Ecclesiarum fuisset venditum, vti liberū ab omni censu, canone, & responsione, non placuit Dominis, quia cùm in eodem instrumento venditor promiserit facere consentire omnem personam, &c. & ante pretij receptionem liberauerit terrenum ab omnibus istis oneribus, non apparet eum voluisse circumuenire, aut decipere emtorem, sed sub spe futuræ liberationis ita vendidisse, & sic cessat dolus dans causam contractui, qui tamen debet esse manifestus, vt notat. *in l.eleganter. ff.de dolo, & in l.si quis maior.C.de transact.*

2 Nequoest verum, quòd à principio venditio fuit nulla, quia etiam res aliena vendi potest, & cùm fuerit perfecta ab ea non receditur. *l.in ciuile.* vbi Bald. & Salyc. *C. de rei vendic.l.non idcirco, in fine.C.de contrahen.emt.*

3 Neque succedit actio ad interesse, quia in hoc casu nullum adest, stante derogatione fideicommissi, licentia Papæ alienandi, & consensu Dominorum directorum, ex quibus emtor redditur ex omni parte securus, & idcirco intrat text. *l.ex bona fide. de contrahen. emt.* quòd res bona fide vendita propter minimam causam inemta fieri non debet, & iis omnibus rectè applicatur decisio in causa Camerinen. Castri Orii sob die 24. Aprilis 1596. quæ hanc causam decidere videtur, cum aliis decisionibus in ea allegatis.

LITTÆ.

Æsina Restitutionis Dotium.
Veneris 13.Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ petitum, & omissum reddit sententiam nullam, quæ confirmari non potest, etiam quòd sit iusta parte opponente.

SVMMARIVM.

Sententia nulla confirmari potest, quando constat de illius iustitia nisi à parte fuerit oppositum de nullitate, num.1.

Iuramentū calumnia petitum, & non præstitum, reddit sententiam nullam, n.2.

DECISIO CXLIX.

DOmini tenuerunt mandatum Auditoris Cameræ quamuis iustum foret, vti nullum esse inprimis, & ante omnia ad instantiam D. Theodori Galuani reuocandum, ea ratione moti, quia licèt sententia possit confirmari, vbi de iustitia illius constat, Inn. *in c.1.* vbi etiam Dec. *in fine.hoc not.de confirm.vtil.vel inutil* Rota *decis.7.de re iud.in antiq.* non tamen procedit d.conclusio parte opponente, vt fuit decisum in vna Patauina Decimarum 4.Iulij 1576.coram D de Grassis, & in Vercellensi prætensi spolij 5.Maij 1586.coram nunc Illustrissimo Domino Platto, in Perusina Nullitatis excequutionis 26. Martij 1593.coram R.P.D.Penia, & in aliis plurib. causis, quas breuitatis causa non refero. 1

Nullitas autem decreti Auditoris Cameræ est clara, 2 & deducitur ex eo, quòd cùm pro parte Theodori fuisset coram eo petitum iurari de calumnia per aduersariū, siue aliàs, &c.non fuit præstitum, prout præstari debuit ad validitatem d.sententię siue decreti, *cap.1.de iurament. calumn.in 6.* Rot. *decis.2.de iurament.calumn.in antiq.* Pur. *decis.398.lib.2.* & quòd omissio dicti iuramenti, vbi tamē petitum sit ante sententiam, operetur nullitatem ipsius sententiæ, tenuit pluries Rota, & signanter in vna Bononiensi Attentatorum 24.Nouembris 1588.coram nunc Illustrissimo D.Mantica, & in alia Vrbeuetana iuris visitandi 18.Decembris coram bon.mem Orano.

PENIÆ.

Bononien.Census.Lunæ 20.Martij.1600.

ARGVMENTVM.

Cēsus si fuerit impositus super re fideicōmisso subiecta, & alienari prohibita, nulliter impositus dicitur tam contra principalem debitorem quàm contra fideiussores ad restitutionem pretij.

SVMMARIVM.

Census si fuerit impositus, super re fideicommisso subiecta, & alienari prohibita, nulliter impositus dicitur, emtórque census agere potest tam contra principalē venditorem, quàm contra fideiussores ad restitutionē pretij, n.1 & per totam decisionem.

Fideiussor euictionis conueniri non potest euictione non sequuta, nisi etiam fuerit promissum tradere rem vēditam liberam. n.4.

DE

DECISIO CL.

1 IMpnsuerat D. Comes Alexand. de Pepulis anno 1596. annuũ censum scutorũ 960. monetæ Florentinæ super quibusdã bonis suis immobilib. existentib. in territorio Bononiensi in contrata Duratij S. Martini, & Molinellæ, cúmque sic impositum vendiderat Siluio Scarlatio nobili Florẽtino pro pretio scutorum 12000. similium, asserens prædicta bona sui natura fructifera, nulli hypothecæ & fideicommisso purificato, vel purificando subiecta, sed libera, franca, & allodialia fuisse promiserunt, & se obligarunt ad legitimam d. census prædictorum bonorum defensionem de euictione, secundùm formam prouisionis Bonon. anno 1446. editæ, necnon in ampliori forma Cameræ. Pro Comite Alexandro in eodem contractu fideiusserunt Ferdinandus Elephantuccius, Comes Iulius de Pepulis, Andreas Boncius, & Ioannes Petrus de Maginis seipsos principaliter, & insolidum, & vti expromissores pro d. euictione, & legitima defensione perpetuò duratura, etiam in casu nullitatis, inualiditatis, vel resolutionis prædicti contractus ex quauis causa, & incertitudinis in ampliori forma Cameræ obligantes. Cùm verò anno 1598. Siluius Scarlatius intellexisset prædicta bona super quibus census fuerat impositus fideicommisso q. Comitis Romei de Pepulis patris Comitum Alexandri, & Iulij fuisse subiecta cum expressa prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, contra eosdem Alexandrum, & Iulium coram Auditore Cameræ super restitutione sortis principalis d. census iudiciũ intentauit, & ex eo, quòd res promissa non fuit libera, & cõtractus attenta testatoris prohibitione fuerat inualidus. Postquam autem Auditor Cameræ mãdatum exequutiuum pro dicta sorte principali deponenda decreuisset, causa introducta in Rota dubitaui an esset locus restitutioni scutorum 12000. ita vt Comes Alexander, & eius fideiussores tenerentur ad illorum restitutionem, & Rota restitutioni fuisse locum, & Alexandrum principalem, & fideiussores teneri censuit.

2 Cùm bona, super quibus census fuerat impositus, essent fideicommisso & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emtor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. *consil.* 102. *n.* 10. *versic. etiam quando, lib. 6.* & tenuit Rota in vna Romana Census de Cuppis die 17. Martij anno 1577. coram D. Seraphino Oliuario, & in alia Spoletana Terrarum die 11. Nouembris 1599. coram D. Millino, & iterum in eadem die 6. Martij 1600. coram eodem, & sæpe aliàs, cùm enim bona non possent dari libera, perinde est ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu sortis principalis, *l. si venditione. ff. de euict. l. super emt. C. eodem.*

3 Similiter Scarlatus compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis & rescissionis contractus, Dec. *consil.* 30. *num.* 4. *versic. sed in quæstione.* Paris. *consil.* 79. *num.* 42. *&* *consil.* 97. *num.* 25. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 1.* Quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligarunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere, Grammat. *decis.* 172. *n.* 2. *&* 3.

4 Et licèt generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta decisione in causa Romana de Cuppis, in quibus contra fideiussores promittentes emtori tradi rem liberam ante euictionem agi possit. glos. *in l. qui rem. in versic. non potest. C. de euict.* Osasch. *decis.* 24. *numer.* 4. Dec. *d. consil.* 102. *in fi.* Supradictis accedebat, quia fideiussorum obligatio erat etiam secundùm formam prouisionum Bonon. quibus cauetur vt bona debeant tradi libera, Alexandr. *consil.* 63. *numer.* 11. *libr.* 6. Dec. *consilio* 483. *numero* 18.

P E N I Æ.

Romana Domus S. Ludouici.
Die Lunæ 24. Aprilis 1600.

A R G V M E N T V M.

Ad incurrendum pœnam an & quæ scientia requiratur

S V M M A R I V M.

Pœna conuentionalis non incurritur ab eo qui pœnalem conuentionem ignorat, n. 1.

Scientia non coniecturis, sed concludenter probari debet, quando agitur de incurrenda pœna, seu amissione iuris sui. n. 1.

DECISIO CLI.

QVia agentes pro Ecclesia S. Ludouici prætendebant domum ad Ecclesiam deuolutam ex eo potissimum, quòd sine licentia & consensu Congregationis fuerat alienata à Carolo, ideo dato dubio, an esset factus locus caducitati. Rota vtraque parte informante negatiuè respondit, quia cùm non appareret concludenter probata scientia Caroli de illo pacto pœnali; ideo non erat locus deuolutioni, immo Carolus potuit pœnale pactum ignorare, *l. qui in alterius,* vbi Dec. *n.* 1. *&* 2. *vers. similiter si hæres emphyteuta. ff. de reg. iur.* Ias. qui attestatur de communi *in l. 2. num. 184. vers. tenenda est. C. de iur. emph.* & cùm ageretur de amissione iuris fundans se in scientia, tenetur illam concludenter, & non ex solis coniecturis probare. Dec. *in d. l. qui in alterius, num. 2. vers. & Dominus,* Mohed. *decis.* 160. *num.* 2 *aliàs* 4. *de probat.* nam ad effectum pœnæ plena & certa probatio requiritur, Put. *decis. 6. de probat.* Felyn. *in c. quoniam. §. porrò. num. 22. vers. quid vbi ad perdem. vt lit. non contest.* & fuit dictum in causa Romana Secretariatus 17 Februarij 1592. corã D. meo Decano. 1

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Calageritana de Foeano.
Veneris 5. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Iuramenti calumniæ omissio vitiat & annullat processum, & sententiam.

S V M M A R I V M.

Iuramenti calumniæ omissio vitiat & annullat processũ & sententiam, n. 1. Vbi quòd ista nullitas attenditur etiam, quòd non sit ex tribus.

DECISIO CLII.

CAusa iterum super iisdem proposita Domini steterunt in decisis, & ex duabus sententiis, de quarum validitate agitur, censuerunt priorem esse nullam, posteriorem verò validam; prioris nullitas oritur ex eo, quòd petitum est iuramentum calumniæ, cuius omissio vitiat & annullat processum, & sententiam, vt sæpius fuit resolutũ, quicquid dicat Aret. *in l. 2. §. sed quia,* & Salycet. *C. de iuram. calum.* Maria. *in cap. cæterùm, num.* 10. *extr. eod. tit.* & ista nullitas attenditur, etiam quòd non sit ex tribus quia potius concernit iuramentum, quàm processum. 1

3 Quòd tertio loco dicebatur Notarium debere esse iuratum, iuxta formam remissoriæ, non fuit habitum in consideratione, sed sufficere visum fuit iuramentum ab initio officij Notariatus præstitum.ad glos. *in Clem.1. §. porrò. de haret.*

4 Quarta nullitas respectu receptionis examinis per Notarium fuit reiecta, quia Iudex potuit cõmittere Notario examen testium, Verall. *decis.519.lib.1.in manuscript.* Rot.*decis.3.de offic.deleg.in nou.*Ægid.*decis.*43. & fuit resolutum in causa Hispalensi Decimarum 28.Ianuarij 1580. coram D. Vicecomite. Vltima nullitas circa recusationem Notarij visa fuit Dominis magis releuans; ideo firmato quòd aliæ minimè obstarent, resoluerunt, vt de hac particulariter videretur.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Romana Nullitatis Venditionis.
6. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Vendens rem vti liberam ab omni onere, quæ libera non est, non dicitur in dolo, quando promisit facere consentire omnem personam,& sic fecit.

SVMMARIVM.

Dolus dans causam contractui, illum non rescindit, nisi fuerit manifestus, n.1.
Vendens domum vti liberam ab omni censu, & onere, si promisit facere consentire omnem personam, & ante receptionem pretij liberauit domum ab omnib. oneribus, non dicitur voluisse decipere emtorem, n.1.
Vendi potest etiam res aliena, n.2.
Venditio vbi fuit perfecta ab eo recedi non potest, n.2.
Vendita res bona fide propter minimam causam inempta fieri non debet, n.3.

DECISIO CXLVIII.

1 FVit resolutum contractum emtionis, de quo agitur, esse validum, quod enim dicitur dolum illi causam dedisse, ex quo terrenum subiectum domino quarundam Ecclesiarum fuisset venditum, vti liberũ ab omni censu, canone, & responsione, non placuit Dominis, quia cùm in eodem instrumento venditor promiserit facere consentire omnem personam, &c. & ante pretij receptionem liberauerit terrenum ab omnibus istis oneribus, non apparet eum voluisse circumuenire, aut decipere emtorem, sed sub spe futuræ liberationis ita vendidisse,& sic cessat dolus dans causam contractui, qui tamen debet esse manifestus, vt notat.*in l.eleganter. ff.de dolo, & in l.si quis maior.C.de transact.*

2 Neque est verum, quòd à principio venditio fuit nulla, quia etiam res aliena vendi potest, & cùm fuerit perfecta ab ea non receditur.*l.in ciuile.*vbi Bald.& Salye.*C. de rei vendic.l.non idcirco,in fine.C.de contrahen.emt.*

3 Neque succedit actio ad interesse, quia in hoc casu nullum adest, stante derogatione fideicommissi, licentia Papæ alienandi, & consensu Dominorum directorum, ex quibus emtor redditur ex omni parte securus, & idcirco intrat text. *l. ex bona fide. de contrahen. emt.* quòd res bona fide vendita propter minimam causam inempta fieri non debet, & iis omnibus rectè applicatur decisio in causa Camerinen. Castri Orti sub die 24. Aprilis 1596. quæ hanc causam decidere videtur, cum aliis decisionibus in ea allegatis.

LITTÆ.

Æsina Restitutionis Dotium.
Veneris 13.Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ petitum, & omissum reddit sententiam nullam, quæ confirmari non potest, etiam quòd sit iusta parte opponente.

SVMMARIVM.

Sententia nulla confirmari potest, quando constat de illius iustitia nisi à parte fuerit oppositum de nullitate, num.1.
Iuramentũ calumnia petitum,& non præstitum, reddit sententiam nullam, n.2.

DECISIO CXLIX.

DOmini tenuerunt mandatum Auditoris Cameræ quamuis iustum foret, vti nullum esse inprimis, & ante omnia ad instantiam D. Theodori Galuani reuocandum, ea ratione moti, quia licèt sententia possit confirmari, vbi de iustitia illius constat, Inn. *in c.1.* vbi etiam Dec. *in fine.hoc not.de confirm.vtil.vel inutil* Rota *decis.7.de re iud.in antiq.* non tamen procedit d.conclusio parte opponente, vt fuit decisum in vna Patauina Decimarum 4.Iulij 1576.coram D de Grassis, & in Vercellensi prætensi spolij 5.Maij 1586.coram nunc Illustrissimo Domino Platio, in Perusina Nullitatis exequutionis 26. Martij 1593.coram R.P.D.Penia, & in aliis plurib. causis, quas breuitatis causa non refero. 1

Nullitas autem decreti Auditoris Cameræ est clara, & deducitur ex eo, quòd cùm pro parte Theodori fuisset coram eo petitum iurari de calumnia per aduersariũ, siue aliàs, &c. non fuit præstitum, prout præstari debuit ad validitatem d.sententiæ siue decreti, *cap.1.de iurament. calumn.in 6.*Rot.*decis.2.de iurament.calumn.in antiq.* Put. *decis.398.lib.2.*& quòd omissio dicti iuramenti, vbi tamẽ petitum sit ante sententiam, operetur nullitatem ipsius sententiæ, tenuit pluries Rota, & signanter in vna Bononiensi Attentatorum 14.Nouembris 1588.coram nunc Illustrissimo D.Mantica, & in alia Vrbeuetana iuris visitandi 18.Decembris coram bon.mem Orano. 2

PENIÆ.

Bononien.Census.Lunæ 20.Martij.1600.

ARGVMENTVM.

Cẽsus si fuerit impositus super re fideicõmisso subiecta, & alienari prohibita, nulliter impositus dicitur tam contra principalem debitorem quàm contra fideiussores ad restitutionem pretij.

SVMMARIVM.

Census si fuerit impositus, super re fideicommisso subiecta,& alienari prohibita, nulliter impositus dicitur, emtórque census agere potest tam contra principalẽ venditorem, quàm contra fideiussores ad restitutionẽ pretij, n.1 & per totam decisionem.
Fideiussor euictionis conueniri non potest euictione non sequuta, nisi etiam fuerit promissum tradere rem vẽditam liberam. n.4.

DECISIO CL.

1 IMposuerat D. Comes Alexand. de Pepulis anno 1596. annuũ censum scutorũ 960. monetæ Florentinæ super quibusdã bonis suis immobilib. existentib. in territorio Bononiensi in contrata Duratij S. Martini, & Molinellæ, cùmque sic impositum vendiderat Siluio Scarlatto nobili Florẽtino pro pretio scutorum 12000. similium, asserens prædicta bona sui natura fructifera, nulli hypothecæ & fideicommisso purificato, vel purificando subiecta, sed libera, franca, & allodialia fuisse promiserunt, & se obligarunt ad legitimam d. census prædictorum bonorum defensionem de euictione, secundùm formam prouisionis Bonon. anno 1446. editæ, necnon in ampliori forma Cameræ. Pro Comite Alexandro in eodem contractu fideiusserunt Ferdinandus Elephantuccius, Comes Iulius de Pepulis, Andreas Boncius, & Ioannes Petrus de Maginis seipsos principaliter, & insolidum, & vti expromissores pro d. euictione, & legitima defensione perpetuò duratura, etiam in casu nullitatis, inualiditatis, vel resolutionis prædicti contractus ex quauis causa, & incertitudinis in ampliori forma Cameræ obligantes. Cùm verò anno 1598. Siluius Scarlattus intellexisset prædicta bona super quibus census fuerat impositus fideicommisso q. Comitis Romei de Pepulis patris Comitum Alexandri, & Iulij fuisse subiecta cum expressa prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, contra eosdem Alexandrum, & Iulium coram Auditore Cameræ super restitutione sortis principalis d. census iudiciũ intentauit, & ex eo, quòd res promissa non fuit libera, & cõtractus attenta testatoris prohibitione fuerat inualidus. Postquam autem Auditor Cameræ mãdatum exequutiuum pro dicta sorte principali deponenda decreuisset, causa introducta in Rota dubitaui an esset locus restitutioni scutorum 12000. ita vt Comes Alexander, & eius fideiussores tenerentur ad illorum restitutionem, & Rota restitutioni fuisse locum, & Alexandrum principalem, & fideiussores teneri censuit.

2 Cùm bona, super quibus census fuerat impositus, essent fideicommisso & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emtor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. *consil.* 102. *n.* 50. *versic. etiam quando, lib.* 6. & tenuit Rota in vna Romana Census de Cuppis die 17. Martij anno 1577. coram D. Seraphino Oliuario, & in alia Spoletana Terrarum die 11. Nouembris 1599. coram D. Millino, & iterum in eadem die 6. Martij 1600. coram eodem, & sæpe aliàs; cùm enim bona non possent dari libera, perinde est ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu sortis principalis, *l. si venditione. ff. de euict. l. super emt. C. eodem.*

3 Similiter Scarlattus compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis & rescissionis contractus, Dec. *consil.* 30. *num.* 4. *versic. sed in quæstione.* Parti. *consil.* 79. *num.* 42. *&* *consil.* 97. *num.* 25. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 2. Quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligarunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere, Grammat. *decis.* 172. *n.* 2. *&* 3.

4 Et licèt generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta decisione in causa Romana de Cuppis, in quibus contra fideiussores promittentes emtori tradi rem liberam ante euictionem agi possit. glos. *in l. qui rem. in versic. non potest. C. de euict.* Osasch. *decis.* 24. *numer.* 4. Dec. *d. consil.* 102. *in fi.* Supradictis accedebat, quia fideiussorum obligatio erat etiam secundùm formam prouisionum Bonon. quibus cautum vt bona debeant tradi libera, Alexandr. *consil.* 63. *numer.* 11. *libr.* 6. Dec. *consilio* 483. *numero* 18.

PENIÆ.

Romana Domus S. Ludouici.
Die Lunæ 24. Aprilis 1600.

ARGVMENTVM.

Ad incurrendum pœnam an & quæ scientia requiratur

SVMMARIVM.

Pœna conuentionalis non incurritur ab eo qui pœnalem conuentionem ignorat, n. 1.
Scientia non coniecturis, sed concludenter probari debet, quando agitur de incurrenda pœna, seu amissione iuris sui. n. 1.

DECISIO CLI.

QVia agentes pro Ecclesia S. Ludouici prætendebant domum ad Ecclesiam deuolutam ex eo potissimum, quòd sine licentia & consensu Congregationis fuerat alienata à Carolo, ideo dato dubio, an esset factus locus caducitati. Rota vtraque parte informante negatiuè respondit, quia cùm non appareret concludenter probata scientia Caroli de illo pacto pœnali; ideo non erat locus deuolutioni, immo Carolus potuit pœnale pactum ignorare, *l. qui in alterius,* vbi Dec. *n.* 1. *&* 2. *vers. similiter si hæres emphyteuta. ff. de reg. iur.* Ias. qui attestatur de communi *in l.* 2. *num.* 184. *vers. tenenda est. C. de iur. emph.* & cùm ageretur de amissione iuris fundans se in scientia, tenetur illam concludenter, & non ex solis coniecturis probare. Dec. *in d. l. qui in alterius, num.* 2. *vers. & Dominus,* Mohed. *decis.* 160. *num.* 2. *aliàs* 4. *de probat.* nam ad effectum pœnæ plena & certa probatio requiritur, Put. *decis.* 6. *de probat.* Felyn. *in c. quoniam.* §. *porrò. num.* 22. *vers. quid vbi ad perden. vt lit. non contest.* & fuit dictum in causa Romana Secretariatus 17. Februarij 1592. corã D. meo Decano. 1

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Calageritana de Focano.
Veneris 5. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Iuramenti calumniæ omissio vitiat & annullat processum, & sententiam.

SVMMARIVM.

Iuramenti calumniæ omissio vitiat & annullat processũ & sententiam, n. 1. *Ibi quòd ista nullitas attenditur etiam, quòd non sit ex tribus.*

DECISIO CLII.

CAusa iterum super iisdem proposita Domini steterunt in decisis, & ex duabus sententiis, de quarum validitate agitur, censuerunt priorem esse nullam, posteriorem verò validam; prioris nullitas oritur ex eo, quòd petitum est iuramentum calumniæ, cuius omissio vitiat & annullat processum, & sententiam, vt sæpius fuit resolutũ, quicquid dicat Aret. *in l.* 2. §. *sed quia,* & Salycet. *C. de iuram. calum.* Maria. *in cap. cæterùm, num.* 10. *extr. eod. tit.* & ista nullitas attenditur, etiam quòd non sit ex tribus quia potius concernit iuramentum, quàm processum. 1

IVSTI.

Tudertin.Census. Veneris 26. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Non adimplens ea ad quæ quis in contractu census tenetur, præuia iudiciali interpellatione censetur commissa stipulatio ad interesse, & loco dicti interesse ad restitutionem sortis principalis & fructus, & an & quando annullata obligatione principali, sit nulla accessoria fideiussoris.

SVMMARIVM.

Interpellatus iudicialiter ad adimplendum ea ad quæ quis tenetur, & non adimplendo committitur stipulatio, & obligatio ad interesse, n. 1. Vbi quòd isto casu loco damnorum & interesse potest relaxari mandatum in contractu census, tam pro sorte principali, quàm fructibus.

Obligatione principali annullata remanet nulla obligatio accessoria fideiussoris, numer. 2. Vbi quòd hoc non procedit quando fideiussor est obligatus in solidum pro principali.

Fructus ex contractu census nullo non debentur, d.n. 2

Obligatio fideiussoris remanet nulla respectu nullitatis obligationis principalis quando nullitas est propter defectum formæ quæ facit contractum ab initio non valere, num. 3.

Census imponi potest super re aliena, d.n. 3.

Sententiæ effectus impeditur pendente causa appellationis super nullitate contractus, d.n. 3.

DECISIO CLIII.

1 DVbitaui an mãdatum executiuum relaxatum ab A.C. esset exequendum, & fuit affirmatiuè resolutum, quia Gentilonus iudicialiter interpellatus ea non impleuit, ad quæ iuxta formam suæ obligationis tenebatur, & idcirco fuit commissa stipulatio, & obligatio ad interesse, *l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio. ff. de re iud.* Bart. *in l. si indebitum. ff. rem rat.* & loco damnorum & interesse bene relaxatum est mandatum executiuum, tam pro sorte principali, quàm pro fructibus census, Bald. *in l. 4. num. 7. C. de act. emt.* Ruin. *cons. 141. num. 9. lib. 1.* Rota coram R.P.D. Decano in Romana Dotis 11. Februarij 1588. iuncta alia in Romana de Alexiis 1. Iunij 1583.

2 Non obstat quòd Franciscus obtinuerit sententiam super nullitate cẽsus, vnde annullata obligatione principali remanet nulla obligatio accessoria Gentiloni fideiussoris, Bart. *in l. cùm lex. ff. de fideiuss.* præsertim respectu fructuum qui ex contractu census nullo non debentur, quoniam responsum fuit nihilominus remanere obligationem Gentiloni tanquam principalis, & principaliter obligati, Mohed. *decis. 2. de fideiuss.* & fuit latè deductum coram bon. mem. Orano in Romana census de Proansanis 8. Aprilis 1593. & in alia Romana fideiuss. coram eod. 7. Iunij anni præteriti.

3 Et Rota intelligit doctr. Bart. quòd annullato contractu principalis annulletur obligatio fideiussoris quando nullitas est propter defectum formæ, quæ facit contractum ab initio non valere, quia tunc non habet vbi cõsistat obligatio accessoria, vt in dicta decisione de Alexiis, quapropter cùm in hoc casu interuenerint solemnitates, & fuerint causæ sufficienter enunciatæ, vel saltem nihil prohibuerit ab initio censum imponi super re aliena, quia res aliena vendi potest, *leg. rem alienam. ff. de contrahend. emt. leg. cùm res. Cod. de probation.* Afflict. *decis. 40.* sibi imputet fideiussor qui non conuertit pretium in vtilitatem Francisci pupilli, nec fecit cùm postquam maior effectus est consentire, ex quibus vel resultat nullitas in materia, vel ab extra ex defectu tutoris, & Gentiloni procuratoris, quod nec etiam firmiter tenendum est dum pendet causa appellationis super nullitate census, quæ impedit effectum sententiæ, *l. 1. in fin. ff. ad S.C. Tertull.*

Præterquam quòd ex nullitate census sit locus obligationi Gentiloni qui quocunque casu nullitatis census adueniente teneri voluit, & in his casibus deberi census decursos propter obligationem ad damna, & interesse, quæ tergiuersari non potest, Rot. *in d. decis. de Alexiis.*

Ex quibus tolluntur omnia quæ in contrarium adducuntur, nisi obstet nullitas ex defectu iuramenti calumniæ quæ opponitur.

IVSTI.

Ciuitatis Castelli Bonorum.
Lunæ 29. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Census constitutus super re certa, & non in pecunia numerata ante constitutionem Pij V. an valeat, & an statutum de immobilibus loquens comprehendat census.

SVMMARIVM.

Census constitutus super re incerta, & pecunia non præsente, ante Constitutionem Pij V. editam, valet, num. 1.

Datio in solutum in contractu census vim pretij obtinet, n. 2.

Nomina debitoris in solutum dari possunt, n. 2.

Census ante constitutionem Pij V. imponi poterat super omnibus bonis, n. 3.

Census sustinetur etiamsi emens non sit præsens, dummodo percipiendo fructus ratificauerit, n. 4.

Ratificatio non supplet defectus, qui non pendent à potestate partium, n. 5. vbi quòd hoc procedit quando agitur ad effectum ostendendi consensum ex ratificatione.

Apocha non recognita, & incerta non probat, d.n. 5.

Statutum loquens de immobilibus an habeat locum in censu, n. 6. & 7.

DECISIO CLIV.

DOminis visum fuit censum esse validum, quia non obstant ea quæ opponuntur, & primò non obstat quòd non adfuerit pecunia numerata in venditione census, & quòd non fuerit constitutus super certa re, quoniam istæ difficultates fuerunt sublatæ per Rotam in causa Egubina census, coram R. P. D. meo Litta 10. Februarij 1575. vbi dictum fuit ista non procedere de iure communi, & quòd iste census, de quo agitur, fuit emtus ante constitutionem Pij V. qui dedit certam formam censibus, & est consil. Nauarr. *n. 5. de emt. & vend. libro 3.* 1

Et datio in solutũ in hoc casu vim pretij obtinet. *l. si prædictum. C. de euict.* Paris. in terminis pretij census *cons. 74. sub n. 23. lib. 4.* & nomina debitorum absque dubio dari possunt in solutum, *l. eum à quo. ff. de solut.* sicut etiam potuisset proprium vendentis debitum in pretium census conuerti, ad *l. singularia. ff. si cert. pet.* & Nauar. *cons. 1. de emt. & vendit. lib. 3.* 2

Neque habet dubium, quòd ante tempus d. constitutionis poterat imponi & vendi census generaliter super omnibus bonis. Couar. *lib. 3. variar. resolut. c. 7. sub num. 6. vers. constat igitur,* Decian. post Ioan. de Lig. Rodul. & Couar. quos collegat, *cons. 2. num. 141. lib. 1.* 3

Nun

4 Non obstat quòd D. Cherubina non fuerit præsens, quia satis est quòd ratificauerit percipiendo fructus, *l. Paulus,ff.rem rat.hab.* Alexandr.*cons.*117.*lib.* 5.Dec *consil.* 232.*num.*5.

5 Et licèt ratificatio non suppleat defectus, qui non pendent à potestate partium, hoc tamen non facit, quia solùm agitur ad effectum ostendendi consensum ex ratificatione, nec etiam facit apocha quæ deducitur pro ostendenda nullitate census, quia non est recognita, & nescitur cuius manuscripta fuerit.

6 Non obstat statutum ciuitatis Castelli, quo cauetur, quòd instrumenta conficiantur de rebus immobilibus venditis. Nam licèt census computetur inter immobilia, Frider.*cons.*16.*num.*4.cum aliis per informantes allegatis, tamen census est ius quoddam separatum, & distinctum ab ipsa re, Couar.*d.cap.*7.*n.*8.Gabr.*conclus.*148.*in princ.lib.* 2.& non est ipsa res.

7 Et ideo non habet locum statutum, quod loquitur in vendente possessionem, vel rem immobilem. Quinimo cùm de iure possit probari obligatio per scripturam priuatam, *l.publica,§.final.de possess.* Statutū quod corrigit ius, strictè est interpretandum, *l.quod verò,ff. de legib. cap. quæ à iure,de regul.iur.in 6.* cum simil. Et ex his decisum fuit pro validitate huius census.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Mediolanen.de Cusanis. Lunæ 29. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Remissoria non datur ad impediendam immissionem ex remedio l.fin.C.de edict.diu.Adr. tollen. maxunè quando articuli sunt irreleuantes & calumniosi.

SVMMARIVM.

*Remissio non datur ad impediendum immissionem ex remed.l.final.C.de edict.diu.Adr.tollen.n.*1.

*Remissoria non datur super articulis irreleuantibus,n.*1.

*Articulo vno releuante dato ceteri admittuntur,n.*2.*vbi quomodo hoc procedat.*

*Exceptio falsitatis non impedit immissionem,n.*2.

*Perfectio testamenti,& eius substantia pendet ab hæredis institutione.n.*3.

DECISIO CLV.

1 Domini fuerunt concordes remissoriam non esse dandam. Primò, quia non datur ad impediendam immissionem ex remed.*l.fin. C.de edict. diu. Adr. toll.* Paul. *decis.* 149. Secundò, quia articuli sunt irreleuantes excepto septimo, & vltimo.*l.probat.C.de probat.* Caputaq. *decis.*66.*par.*3.

2 Non obstat, quòd dato vno articulo releuante cæteri admittantur, quia licèt dicti septimus & vltimus releuent, tamen ex aliis non sunt admittendi, vt mox dicetur. Tertiò etiam ex vehementi præsumtione calumniæ, quæ elicitur, tum ex eo, quòd articulus septimus, & vltimus tendunt ad probandum contra id quod iam probatum extitit, nempe subscriptionem Cardinalis non fuisse veram, vt expressè etiam dicitur in informatione facti, quod tamen non potest probari, nisi per testes de iudicio suo deponentes, quod non est admittendum, cùm vltra testes de veritate habeamus attestationem Illustrissimi Cardinalis Plattæ per quam tollitur omnis suspicio, & exceptio falsitatis quæ non impedit immissionem, *l.*2.*C.eod.tit.* Menoch.*de adipiscen.remed.* 4. *n.*º276.

3 Tum etiam, quia articuli inuicem repugnant: nam continent hanc non esse scripturam Cardinalis, & tamen in vltimo habetur subscriptionem illā fuisse factam à Cardinale, non sub illa die, sed per duos, aut tres dies ante obitum Cardinalis, quæ res ostendit, vel negationem manus esse calumniosam, vel si admittitur scripturam esse eiusdem mano, diuerso tamen tempore, non est releuans probatio, cùm perfectio testamenti, & eius substantia tota pendeat ab hæredis institutione.

Non obstat, quòd causa commissa fit tam in possessorio, quàm in petitorio appellatione remota, quia hodie non agitur de negotio petitorio, quod remanet intactum, sed tantùm de immissione, quæ sub hoc prætextu retardari non debet. 4

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Anconitana Separationis Tori. Veneris 9. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Tori separatio quando concedenda sit propter viri sæuitiam, & quomodo talis sæuitia probetur.

SVMMARIVM.

*Tori separatio conceditur propter sæuitiam viri, & propter capitale odium viri in vxorem, non obstante quauis obligatione per maritum oblata,n.*1.

*Viri sæuitia, & capitale odium viri in vxorem censetur probata per testes deponentes de minis, verbis iniuriosis, verbosis, aliisque malis tractatibus, num.*1.

Testes singulares probant sæuitiam, num. 2.

Matrimonij separatio, an fieri debeat propter viri sæuitiam, est arbitrarium iudici, n. 3.

*Sententiæ validitas ex reuolutione actorum dignoscitur, & probatur, num.*4.

DECISIO CLVI.

Domini dixerunt sententiam Domini mei Decani esse iustam, & validam, & propterea confirmandam, iustitia illius potissimum pendet ex probatione sæuitiæ propter quam fuit pronunciatum contra sententiam Vicarij declarantis esse locum restitutioni mulieris, præstita iuratoria cautione, quæ quidem probatio sæuitiæ ex testibus aliisque deductis sufficienter haberi Dominis visum fuit: nam testes optimè deponunt de minis, verbis iniuriosis, verbosis, aliisque malis tractatibus, ex quibus satis dignoscitur Petrum vltra modum sæuite in cominsam vxorem, illamque odio prosequi capitali, quo casu est locus separationi, non obstante quauis cautione per maritum oblata, *cap.ex transmissa. & c. litteras,in fine. de restit. spoliat. §. mitiores itaque.authent. de nupt.* Bart.*in l.cum fatis,num.*7.*C.de agric.& censitis. lib.* 11. Card.*cons.*9.*col.*2.idem postea Sylvest. Aldobrand. *cons.* 7. *per tot.* & fuit antea deductum in causa Toletana Separationis Tori 20. Nouembris 1596. & in alia Bisuntina Separationis 11. Februarij 1598. cotam Domino meo Pamphilio. 1

Non obstare dixerunt, quòd testes videantur ex aliquibus singulares, quia in hac materia testes singulares sufficiunt, licet enim sint discordes in actibus, seu in tempore, aut loco, omnes tamen conueniunt in probando sæuitiam in genere, vt latè deducit Aldobrandin. *d. cons.* 71.*num.*5.*& per tot.* & in dictis decisionibus Toletanis, & Bisuntinis Rota firmauit. 2

3 His accedit conditio personæ ipsius Petri, quæ Dominis satis nota est, quo fit, vt cùm ista sit materia arbitraria, ex latè deductis per Gabriel. *cons.* 161. *lib.* 1. nulla ratione visum fuit committere trepidantem vxorem fragilitati cautionis, quod semper fieri solet vbi timetur læsio personæ, *d. c. literas*, & ibi Abb. *antiq. in fine.* Anchar. *in vltimo notab.* Imol. *n.* 10. Abb. *num.* 7. *de restit. spoliat.* cum aliis per Aldobrandin. *d. cons.* 71. *per tot.*

4 De validitate eiusdem sententiæ satis etiam constare visum fuit ex quo in actis constat de iurisdictione, mandato, citatione, aliísque requisitis ad validitatem sententiæ, & regulare est ex reuolutione actorum probari validitatem sententiæ, vt fuit dictum in Messanen. Studij die 10. Martij 1595. coram Pamphilio.

5 Nec obstare quòd dicebatur fuisse pronunciatum post lapsum quadriennium à die obtentæ restitutionis in integrum, quia difficultas tollitur ex facto, cùm R. P. D. meus Decanus non pronunciauerit vigore commissionis de anno 1592. directæ Illustrissimo D. meo Cardinali Blanchetto, tunc Rotæ Auditori, sed vigore alterius commissionis longè pòst emanatæ, in qua Sanctissimus mandat R. P. D. Iusto, vt omni & quacunque appellatione remota cognoscat super nullitate, & iniustitia sententiæ Pinzochi. Et ex his fuit conclusum pro confirmatione sententiæ Rotalis omissis iis, quæ deducebantur super excessu in exequutione, de quo erit particulariter videndum.

REVER. DOMINI SACRATI.

Bononien. Bonorum. Mercurij 14. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Alienatio seu venditio facta à decoctore antequam decoqueret, quando præsumatur facta in fraudem creditorum.

SVMMARIVM.

Decoctoris alienatio, seu venditio facta ante decoctionem per annum præsumitur simulata & in fraudem creditorum, sic dictante statuto, hæc tamen præsumtio recipit probationem in contrarium, n. 1.

Simulationis præsumtio excluditur ab effectu subsequuto, n. 2.

Simulationis causa cessante, cessat etiam præsumtio simulationis, n. 3.

Alienatio facta à decoctore in vtilitatem posteriorum creditorum præiudicat etiam anterioribus, si bona fide facta fuit, n. 4.

Fideiussor obligatus, vt principalis, & insolidum remanet obligatus, etiam quòd contractus, in quo fideiussit, sit nullus, n. 6.

Fideiussoris obligatio non corruit propter nullitatem cõtractus principalis, nisi contractus fuerit nullus, ex defectu formæ, non autem materiæ, n. 6.

Contractus quando est nullus, eo quia ius illi resistat, omnes etiam obligationes nullæ sunt, declara, vt numero 7.

DECISIO CLVII.

1 FVit aliàs per Cæsarem, & fratres de Occellis mercatores Bononien. ante illorum decoctionem facta quædam venditio bonorum stabilium Francisco Pasqualino cum pacto, quòd totum & integrum pretium solueretur certis creditoribus dictorum de Occellis, cui venditioni accessit D. Vincẽtius Bolognettus, vti principalis, principaliter, & insolidum, sequuta post modicum tempus decoctione dictorum fratrũm creditores egerunt coram Iudice, & officialibus fori mercatorum Bononiæ, pro rescissione dicti contractus in vim Statuti *cap.* 72. disponentis venditiones factas intra annum immediatè præcedentem decoctionem per officiales habendas esse pro simulatis, ac fraudolentis, nisi contrarium probetur, fuítque per dictos officiales lata sententia ad fauorem dictorum creditorum, causáque in gradu appellationis coram bon. mem. Orano in Rota introducta fuit per eundem reuocata dicta sententia, declarando venditionem fuisse validam, dictúmque Vincentium obligatum esse de suo proprio adimplere omnia contenta in instrumento venditionis, à qua sententia fuit per d. creditores, ac etiam per Bolognettum fideiussorem appellatum, & causa mihi commissa proposui dubium, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, super pro vtraque parte informante Domini pro confirmatione sententiæ in vtraque sui parte responderunt moti ex eo, quòd licèt statutum præsumat tales alienationes simulatas, & factas in fraudem creditorum, tamen admittit probationem in contrarium.

Probationes autem in casu, de quo agitur, ad exclusionem simulationis, non deficiunt, & primò ex eo, quòd constat illos, quibus nominatim fuerat destinata solutio, fuisse veros creditores, & quòd iuxta formam contractus iam cœpta erat distributio, ex effectu enim subsequuto bene arguitur ad exclusionem simulationis, Dec. *consil.* 463. *num.* 19. *& seqq.* Alba. *consil.* 9. *num.* 12. *vers. tertia præsumtio.* 2

Secundò, quia constat de vera obligatione Bolognetti pro adimplemento contractus, quæ aliàs fuisset superflua, si contractus suo effectu debuisset carere. Tertiò, quia nulla hic apparet causa simulandi, ex quo, nec res, nec pretium apud venditorem erat remansurum, qua simulationis causa cessante, cessat simulatio, Bart. *in consilio* 66. *sub numero* 2. *versiculo his præmissis*, & fuit aliàs decisum; ex quibus visum etiam fuit cessare fraudem creditorum, maximè quia venditor nullam sibi pretij partem reseruauit, sed totam creditoribus erogandam curauit. 3

Item quia bona fuerunt vendita valde maiori pretio, quàm ipsi creditores potuerint inuenire, & propterea illis fuit vtilior quàm immissio, quia eo modo pluribus poterat satisfieri, ex quibus etiam tollitur præsumtio fraudis creditorum desumta ab excessu pretij, quia immo talis excessus resultat in vtilitatem creditorum; item quia accessit fideiussio Bolognetti, ex qua fuit assecuratus status illorum de Occellis ad fauorem creditorum, & licèt aliqui ex creditoribus prætendant se esse anteriores illis, quibus nominatim in instrumento venditionis fuerat destinata solutio, tamen de eo non constat, & quatenus constaret, non propterea videbatur aliquibus ex Dominis intrare statutum, cùm ex superiùs dictis constet de bona fide venditionis, nec possit dici illa venditio facta in fraudem creditorum, quæ illis in vniuersum fuit vtilis, dato quòd aliquibus forsan negligentioribus in petendo fuerit præiudicialis, vltra quod illis remanebat saluum ius anterioris hypothecæ, vel super bonis, vel vt dicebat vnus ex Dominis super pretio non adhuc consumto, ad tradita per Afflict. *decis.* 190. 4

Stante igitur validitate sententiæ circa venditionem cessat obiectum, quod fit pro parte domini Bolognetti, nempe illius obligationem tanquam accessoriam venditionis inualidæ, fuisse nullam, ex *reg. accessorium, de reg. iur. in* 6. 5

Verùm, & quatenus venditio fuisset nulla, adhuc existimabãt Domini tenere obligationẽ Bolognetti, cùm sit obligatus vti principalis, principaliter, & insolidum, Mohed. *dec.* 2. *aliàs* 223. *de fideiuss.* & fuit dictũ in hac eadem causa, quia obligatio fideiussoris non corruit nisi contractus fuerit nullus ex defectu formæ, non autem materiæ, Angel. *in l. cùm lex.* 4. 1. *ff. de fideiuss.* defectus autem materiæ, quia bona vendita Pasqualino intra annum decoctionis fuerant à statuto interdicta, & facit 6

quia

quia alienatio fuit prohibita tantùm ad fauorem creditorum, vnde ipse, & non alius potest dare de nullitate, Castr. in d. l. cum lex. num. 2. vers. sed si fieret per alium.

7 Nec refragatur, quòd quando contractus est nullus, quia ius ei resistit, omnes obligationes sint nullæ, Leiun principalis, de reg. iur. quia istud procedit, quando actus est nullus de iure communi, secus de iure speciali, l. & si is, vbi glos. & Bald. C. de præd. min. Grat. consi. 81. num. 21. libr. 1. Gabr. de claus. conclus. 10. num. 6.

LITTÆ.

Romana Saluiani Interdicti. 23. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Fructus census extincto censu recipi non possunt sine labe vsuraria, sed census non dicitur extinctus nisi eum effectu fuerit restituta sors principalis, & plura alia, quando census dicatur extinctus.

SVMMARIVM.

Census vt extinctus dicatur, requiritur actus retrosimilis, num. 1.

Census non dicitur extinctus, nisi restituta sorte principali, num 2.

Census non dicitur ritè constitutus, nisi interuenerit pretij traditio, num. 2.

Census non dicitur extinctus per relaxationem mandati etiam pro sorte principali, nisi cum effectu sors principalis restituta fuerit, num. 3.

Census dicitur extinctus per restitutionem partis sortis principalis si mandatum fuit relaxatum pro tota summa, num. 4.

Censum extinguere est in potestate venditoris, non autem in potestate emtoris, n. 5.

Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, num. 6.

DECISIO CLVIII.

1 FVit conclusum censum non fuisse extinctum, quia vt extinguatur census in esse deductus, & perfectus, requiritur actus retrosimilis, l. 1. C. quand. lic. ab emt. disced. & tenuit Rota in vna Romana Census apothecarum. 28. Iunij 1574. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto, in Romana Census 13. Iunij 1589. coram bo. mem. Bubalo, & in alia Romana Census 31. Maij 1596. coram Penia, qui actus retrosimilis, cùm non interuenerit in casu isto, meritò, &c.

2 Et quòd actus retrosimilis constitutioni non interuenerit, ex eo clarè apparet, quòd nunquam fuit deuentum ad restitutionem pretij census, cuius pretij traditio, vltra consensum partium, sicut debuit interuenire pro perfectione constitutionis census, ad text. in §. Item pretium, Inst. de emt. & vendit. in l. 2. §. 1. & l. pacta conuenta. eodem, & expressè cauetur constitutione Pij V. ita etiam restitutio illius fuit necessaria, integra dissolutione dicti census, in dicta l. 1. C. quand. liceat ab emt. disced.

3 Nec obstat dixerunt Domini, quòd fuerit relaxatum mandatum etiam pro restitutione sortis principalis loco damnorum, & interesse, & quòd factum iudicis, factum partis reputetur, quia fuit responsum, quòd per hoc non sequitur, quòd emtori census fuerit restitutum pretium, quæ tamen restitutio fuit, vt dictum est, necessaria pro dissolutione dicti census.

4 Nec obstat decisio aliàs facta in illa Romana Census coram R. P. D. Pamphilio, quia eo in casu non tantùm fuerit relaxatum mandatum pro fructibus, & restitutione sortis principalis, sed vlterius fuerat processum ad actualem restitutionem ipsius sortis, seu partis illius, quo fit vt iure meritò pro extinctione, & in casu quòd fuerit pronunciatum ratione indiuiduitatis ipsius contractus, & pretij eiusdem, tum etiam quia, dum venditor census restituit emtori pretium, seu partem illius in necessarium antecedens, recedere voluisse videatur à dicto contractu, l. illud ff. de acquir. possess. l. ad rem mobilem, & l. ad agen. ff. de procur.

Et illud motiuum deductum per informantes pro D. Septimio, quod licèt Procurator D. Martij Repidi in executionem supradicti mandati relaxati pro fructibus, & sorte principali receperit scuta 293. responsum fuit ea cessisse in causam fructuum d. census decursorum, & non in causam sortis principalis, ad quam restituendam, venditor census, data perfectione ipsius contractus, compelli nullimodè potest, obstantibus constitutionibus Martini, Calixti, & Pij V. de censibus, ex quorum lectura clarè constat in potestate quidem venditoris esse, se quandocunque eximere à præstatione census, restituendo emtori sortem principalem, vnà cum fructibus decursis, & non solutis, non autem esse in potestate ipsius emtoris repetere sortem ipsam, aut partem illius.

Et quod tollere videtur omnem difficultatem in isto casu est declaratio, quam partes ipsæ te adhuc integra fecerunt, quòd videlicet mens eorum fuit, nunquam recedere à dicto contractu census, immo voluit illum producere in suo esse, & clarum est actus agentium operibus non debere, vltra eorum intentionem, vulgatis iuribus. 5

Ad illud verò quòd census non potuerit validè constitui super Palatio subiecto perpetuo fideicommisso, & expressè prohibito alienari, alienationis etiam latè sumto vocabulo, fuit responsum non esse præsentis inspectionis, ex quo dum agitur de extinctione vel non extinctione alicuius actus ipse præsupponi debeat, cùm non entis nullæ sint qualitates, vulgatis iuribus, &c. 6

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Bononien. Census. Lunæ 26. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Contractus census an vitietur in totum ex pacto soluendi fructus anticipatè, & perceptione illorum in ipsa contractus census celebratione contra prohibitionem Bullæ Pij V. An verò vitietur tantùm pro illa parte solutionis anticipatæ, & in reliquis sustineatur.

SVMMARIVM.

Solutio anticipata fructuum census facta in ipsomet contractu census contra prohibitionem constitutionis Pij V. an vitiet ipsum contractum, num. 1.

Vitium commissum circa ea quæ non sunt de forma substantiali contractus non vitiat totum contractum, dicto num. 1.

Solutiones fructuum anticipatæ, vel posticipatæ non sunt de forma substantiali emtionis & venditionis census, d. num. 1.

Expressio vel omissio eorum, quæ non sunt de forma substantiali contractus non remouet consensum contrahentium, nec facit contractum transire in aliam speciem contractus, d. num. 1.

Stare

Stare non prohibetur id quod non tollitur, num. 2.

Prohibitio Papæ, ne contractus celebretur sub alia forma quàm ibi tradita non refertur ad pacta, quæ non sunt de forma substantiali, n. 3.

Relatio nunquam debet fieri ad omnia suprà expressa si sit contra rectitudinem sermonis, aut rectitudinem iuris, & intentionis, n. 4.

Solutio fructuum non est propriè contractus, sed distractus in satisfactionem, & exequutionem contractus iam facti, n. 5.

Fructus in contractibus census non emuntur, sed ius percipiendi illos inhærens rei super qua census imponitur, num. 6.

DESISIO CLIX.

1 CVm in vltima propositione huius causæ fuisset resolutum, quòd census iste non potest impugnari sub prætextu quòd pretium non fuisset integrè solutum, fuit successiuè dubitatum an saltem vitiaretur ex anticipata solutione fructuum vnius anni facta in ipsomet contractu emtionis & venditionis dicti census contra expressam prohibitionem constitutionis Pij V. super forma creandi censos, in qua huiusmodi anticipatæ solutiones fieri prohibentur, & DD. censuerunt neque etiã ex hoc capite contractum census impugnari posse, moti principaliter ex illa distinctione communiter recepta, de qua per Doct. *in c. fin. de cond. appos.* quam etiam sequuta est Rota in pluribus causis; & præsertim in illa Roman. Casalis Turris Bubalariæ, coram Decano 7. Nouēbris 1575. quòd vitium commissum circa ea, quæ non sunt de forma substantiali contractus, non vitiat totum contractum, cùm solutiones fructuum anticipatæ, vel posticipatæ non sint de forma substantiali contractus emtionis & venditionis census, quia illa expressio, vel omissio non remouet consensum contrahentium à contractu census, nec facit illum contractum transire in aliam diuersam speciem, vt fuit consideratum in prædicta Romana Casalis, & multi cumulati per Surd. *consil. 243. num. 16.* sed potius sit quid accidentale quod potest inesse, & abesse in ipso contractu census, ad tiad. per glo. *in l. pacta conuenta, ff. de contrahen. emt.* Gemin. *c. vt circa. §. 1, n. 13. de elect. in 6.* Propterea visum fuit, quòd huiusmodi anticipata solutio tanquam prohibita per dictam constitutionem vitietur, non autem quòd totum contractum vitiet.

2 Neque obstat quòd idem Pius V. in prædicta constitutione circa formam adiecerit illam clausulam ad quam videtur reduci tota difficultas, videlicet contractus sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios adiudicamus. Quia dixerunt DD. quòd ista clausula non refertur ad omnia supradicta, sed tantùm ad ea, quæ formam substantialem contractus respiciunt, iuxta distinctionem supradictam, quod probatur ex contextu ipsius Bullæ; nam cùm Papa improbauerit nonnulla pacta particularia, vt *§. pacta commentiua, & in §. sicuti etiam.* Et illa tantùm pacta specialiter annullauerit, non autem totum contractum propter illa damnauerit, colligitur, quòd eius intentio fuit, quòd reseruatis, vel resecatis illis pactis reliqui contractus in suo robore remanerent, quia id quod non tollitur, stare non prohibetur, *l. sancimus, C. de testam.* Si enim Papa voluisset quòd etiam per ista pacta per eum prohibita totus contractus corrueret, superflua fuisset illa prohibitio particularis, quæ fit de singulis pactis, quia satis huic suæ intentioni satisfactum fuisset per supradictam clausulam generalem in fine positam, quòd contractus sub alia forma celebrati, censeantur fœneratitij.

3 Secundò, considerabant Domini, quòd Papa in dicta clausula generali respicit formam contractus ibi sub alia forma celebrati, sed forma respicit substantiam, non autem accidentia contractus, vt dictum est, ideo ista prohibitio non poterat referri ad pacta quæ non erant de forma, vt est tex. *in cap. Ecclesia vestra, el 2. versi. denique statutum,* & ibi Abb. *in 6. not. sub num. 5. de elect.*

Tertiò, hoc idem suadetur, quia vt dicit Oldr. *cons.* 4
252. relatio nũquam debet fieri ad omnia suprà expressa si sit contra rectitudinem sermonis, & multo minus si sit contra rectitudinem iuris, & intentionis: sed si ista clausula refertur ad istas anticipatas solutiones esset contra rectitudinem iuris, quia de iure non sunt prohibitæ, & consequenter esset etiam contra mentem ipsius Pij V. quia non est verisimile, quòd voluerit iudicare fœneratitium illum contractum, qui de iure non est talis, ideo satis est si ista anticipata solutio annulletur ratione nouæ prohibitionis absque eo quòd faciat etiam totum contractum fœneratitium, vt sic etiam ius commune minus corrigatur quàm fieri possit.

Quartò, considerabatur quòd in dicta clausula iudi- 5
cantur fœneratitij contractus. Sed solutio fructuum non est propriè contractus, sed potiùs sonat in distractum, hoc est, in satisfactionem, & exequutionem contractus iam facti, & sic saltem extra ordinem naturæ supponit contractum præcedentem, & ideo non potest comprehendi sub hac clausula generali annullatiua quæ de contractu loquitur, ad *l. Labeo,* & ibi Scrib. *ff. de verb. signif.* Aret. §. 1. *num.* 11. *Instit. de oblig.*

Non obstat quòd etiam perceptio fructuum dicatur 6
de substantia contractus & census, ex eo quòd ipsi fructus sint res quæ in huiusmodi contractu emitur, quia in contractibus verè non emuntur fructus, sed ius percipiendi illos inhærens rei super qua census imponitur, sicut dicimus de emtione vsusfructus, Couar. *var. resol. libro 3. cap. 2. sub numero 4.* Gabr. *consilio 148. in princip. libro 2.*

Cætera autem quæ pro parte D. Lucatelli deduceban- 7
tur, videbantur tendere ad impugnandum decisionem iam factam super integritate pretij, ideo non indigent aliqua responsione, cùm in prædicta decisione omnibus sufficienter satisfactum fuerit.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Portuensis Pensionis. Veneris 12. Ianuarij 1601.

ARGVMENTVM.

Testi de facto proprio deponenti, an credatur, & quomodo probetur possessio exigendi pensionem.

SVMMARIVM.

Testi de facto proprio deponenti creditur, num. 1.

Possessio exigendi leuioribus probationibus probatur, num. 1.

Mandatum de soluendo, licèt de illo non constet, concurrentibus adminiculis præsumitur, num. 2.

Testis tunc demum dicitur deponere de se exonerando, quando si non soluisset, iterum soluere teneretur, num. 2.

DECISIO CLX.

FVit dictum constare de quasi possessione exigendi D. 1
Sanctis: nam quartus testis deponit ipsum soluisse hanc pensionem de ordine Cæsaris, cui de facto proprio deponenti multum est credendum, & cum quo concurrunt alij testes, alteri ipsius Cæsaris, qui licèt non probent actualem solutionem, tamen negari non potest, quin magnum faciant adminiculum, præcedente præsertim ipsa reseruatione pensionis, & obligatione Cæsaris, qui

qui cùm in suis litteris dixerit mittere pecunias per il semestre passato, præsupponit soluisse præteritos, ex quibus ad effectum manutentionis satis visa fuit probari possessio, cùm sufficiant leuiores probationes, iuxta decis. Paleotti 14. & fuit dictum in causa Hispalensi iuris votandi 3. Iunij 1583. coram R. P. D. Decano, & aliàs sæpe.

2 Non obstat quòd non constat de mandato Cæsaris, quia concurrentibus adminiculis præsumitur mandatum de soluendo, & seruatur *decisio 2. de caus. poss. & prop. in antiq.* & fuit resolutum in causa Lucana Pensionis 4. Ianuarij 1578. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto Non obstat quòd ille testis sit affinis Sanctis, quia non probatur talis affinitas, propter quam ei non sit danda fides. Nec placuit Dominis, quòd ei non sit credendum, cùm agat de se exonerando, quia tunc testis dicitur de se exonerando, quando si non soluisset, iterum soluere teneretur, & fuit decisum in causa Forolinienſi pensionis 25. Aprilis 1582. coram R.P.D. Penia, quod hîc non intrat cùm D. Sanctes confiteatur sibi factam fuisse solutionem.

3 Quæ dicuntur de confessione Cæsaris in visione, quòd pensionem non soluet, non nocet Sancti Pensionario non vocato, & tanto magis cùm ista confessio concernat propriam vtilitatem ipsius confitentis. Non obstat temeritas per Sanctem commissa, quia vltra quod fuit absolutus, non tollit fidem aliis probationibus. Deducta circa confidentiam, & quòd non remaneant centum pro Rectore concernunt petitorium.

L I T T Æ.

Bononien. Bonorum de Occellis.
Veneris 26. Ianuarij 1601.

A R G V M E N T V M.

Transportatio actorum præsumitur integra, & neganti incumbit onus probandi.

S V M M A R I V M.

Excipienti de non integra transportatione actorum incumbit onus probandi, cùm illa de iudice à quo ad iudicem ad quem integrè transportata præsumatur, n. 1.

Transportatio actorum, an & quando censeatur integra ex non exhibitione plurium actorum in alia causa factorum, n. 2.

D E C I S I O CLXI.

1 FVit resolutum, non constare de non integra transportatione actorum in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, vt sententiæ cum omni maturitate per Rotam latæ tanquam nullæ defectu dictæ transportationis exequutioni minimè mittantur, iuxta tex. *in l. 1. §. condemnatum, ff. de re iudic.* & ratio decisionis fuit, quia excipienti de non integra transportatione incumbit onus probandi ipsam negatiuam, cùm aliàs transportatio actorum de Iudice à quo ad Iudicem ad quem integrè facta præsumatur, Aym. *cons.* 35. *n.* 54. & fuit sæpe tentum per Rotam, & signanter in illa Pientina Cappellæ 7. Iunij 1596. coram me.

2 Nec ex eo quòd pro parte Vincentij Bolognetti, & litis consortum fuerunt exhibita plura acta facta coram Consulibus fori mercatorũ ciuitatis Bononien. qui sententiam, quam Rota reuocandam censuit, protulerunt, potest dici constare de non integra transportatione, siquidem quia coram dictis Consulibus fori mercatorum plura iudicia ex processu de partibus apparent successiuè facta. Primum super decoctione Dominorum de Occellis, quo fuit terminatum per sententiam, qua prædicti iuxta formam statutorum banniuntur, & condemnantur in pœnam furcarum, vt in processu de partibus *fol.* 40. alterum iudicium, & sic secundum, factum coram eisdem Consulibus, fuit super liquidatione creditorum cuiusque personæ prætendentis contra bona, & effectus dictorum decoctorum in quo lata fuit sententia canonizatoria plurium creditorum, de quo in processu de partibus *fol.* 64 deinde apparet lata alia sententia, qua mediante declarantur omnes alienationes bonorum stabilium factæ per dictos de Occellis infra annum ante eorum cessationem nullæ, inualidæ, fictitiæ, simulatæ, & in fraudem creditorum factæ, vt in processu de partibus *fol.* 66. & ista est sententia quam Rota reuocauit non simpliciter, sed dumtaxat respectu alienationis factæ in D. Pasqualinum, iuribus & rationibus allegatis in decisionibus in hac causa factis, quo fit, vt iure merito Pasqualino impugnanti hãc dumtaxat vltimam sententiã in cuius exequutionem fuit de facto priuatus possessione nonnullorum bonorum stabilium emptorum ab illis de Occellis infra annum ante eorum cessationem non fuerit necessaria transportatio actorum modò exhibitorum per Bolognettum, & his consortes, quæ facta fuisse constat ex eodem processu in illis prioribus iudiciis in quibus respectiuè prædicti Domini de Occellis declarantur decocti, & condemnãtur in pœnam furcarum, & credita plurium prætendentium contra bona, & effectus prædictorum decoctorum canonizantur, cùm appellans, vel dicens de nullitate, pronunciati non teneatur de iure, nisi ad transportationem actorum iudicij sententiæ, quam prætendit reuocari debere per iudicem ad quem, & videre est ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 20. §. *præterea*, & fuit sæpe resolutum in hoc Tribunali, &c.

I V S T I.

Elborensis Dismembrationis.
Mercurij 7. Februarij 1601.

A R G V M E N T V M.

Remissoria propter præsumtam calumniam non facilè denegatur, quando sumus in materia profana, & non agitur de titulo beneficij.

S V M M A R I V M.

Remissoria ad examinandos testes datur in materia profana indistinctè, n. 1.

Remissoria propter præsumtam calumniam non facilè denegatur, quando sumus in materia profana, & non agitur de titulo beneficij, n. 1.

Remissoria non datur propter irreleuantiam articulorum, num. 2.

D E C I S I O CLXII.

DOmini voluerunt dari remissoriam, quia sumus in 1
materia profana, cùm non agatur de titulo beneficij, Put. *decis.* 496. *lib.* 2. Sarn. super regula de subrog. *quæst.* 1. quo casu Rota solet dare remissoriam indistinctè, Veral. *decis.* 86. *lib.* 3. Cæsar de Grass. *decis.* 10. *de dilat.* & sine fumo, Put. *decis.* 201. *lib.* 1. quinimmo neque propter præsumptam calumniam facilè denegatur remissoria, Ægid. *decis.* 624. *in fine.* eo magis quia tendit ad commoditatem exercitij cultus diuini.

Et ita conclusum, licèt aliqui ex Dominis contradi- 2
xerint propter irreleuantiam Capitulorum, quoniam etiam

etiam probata necessitate curæ animarum, non poterat fieri dismembratio sine consensu Capituli, & aliis requisitis, vt fuit dictum in hac causa. Nec faceret si ad Episcopum spectaret cura, quia ad hoc motiuum in eadem decisione fuerat responsum.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Parmen. Status. Veneris 23. Martij 1601.

ARGVMENTVM.

Testis, qui in secundo examine reuocauit primam depositionem, etsi prima depositio attendatur; non tamen dicitur testis integræ fidei, & quid si tortus redit ad primum dictum; testique affirmanti se falsum deposuisse non creditur in præiudicium tertij.

SVMMARIVM.

Testis prima depositio attenditur potius quàm secunda licet sit dubitata, n. 1.

Testis qui secundo loco examinatus deposuit contrarium eius, quod primo loco deposuerat, & deinde tortus redit ad primum dictum, non est integer testis, sed eius fides remanet debilitata, n. 2.

Testis de falso condemnatus, si postea examinetur in alia causa nihil probat, eius tamen depositiones factæ ante condemnationem sustinentur, n. 4. & 5.

Testi affirmanti se falsum deposuisse non creditur in præiudicium partis, n. 6.

DECISIO CLXIII.

1 PRoposui iterum idem dubium aliàs propositum, & resolutum an Bernardinus Montaminus Ioannes de Vbertis, & Togninus Fasanus testes examinati pro parte Dominorum de Rangonibus essent ita debilitati, vt eis non sit adhibenda fides, & Domini dixerunt, quòd si contrarietates in dictis non obstant, de quibus particulariter agetur, isti testes patiuntur maximam diminutionem, sed non sunt in totum repellendi.

2 Fundamenta huius resolutionis fuerunt eadem, quæ sunt deducta in alia decisione, quia in simplicibus terminis quæstionis Doct. cui dicto sit standum, quando testes reuocauerunt primum dictum recepta opinio est, quòd non tollatur in totum fides primo dicto; sed remaneat solùm debilitatum quoad fidem probationis, ita vt super eo non possit fundari sententia, vt per Gabriel. *de crim. conclus. 29 n. 1 & 15.* & istam opinionem sæpius Rota sequuta fuit, sed videbitur Dominis, quòd iste casus sit extra omnem difficultatem illius quæstionis, quia primum examen est solemne, & cum citatione partis, & reuocatio est informis, & sine citatione Dominorum de Rangonibus, quibus ex prima depositione erat ius quæsitum, & postea isti testes recesserunt à reuocatione primæ depositionis, confirmando primam cùm interrogatoriis DD de Pallauicinis, & etiam adhibita tortura, & in hoc casu non reperitur aliquis qui dicat, quòd primo dicto sit adhibenda fides in totum, & cùm materia sit arbitraria, & in hoc attendantur coniecturæ, & verisimilitudines, ista omnia saltem reddunt turbidam reuocationem primæ depositionis, & inducunt animum Dominorum, vt isti testes non sint in totum repellendi, præsertim concurrente depositione præcedenti istorum testium in castro Varani, & modo reuocationis.

3 Non obstat quòd cum reuocatione primi dicti concurrat etiam sententia condemnatoria de falso de anno 1536. quia quatenus ista sententia deducitur ad effectum, quod afficiat Rangones etiã fuit resolutum, quòd eos non afficiat, & ista decisio præsupponitur in præsenti disputatione, & ideo non percutiunt hoc dubium, quæ dicuntur de defectu integri processus, & de scientia Comitis Ludouici.

Quatenus verò deducitur ad effectum, quòd ex ea testes sint effecti infames. & ideo eis non sit credendum, & neque ista sententia, neque alia de anno 1546. suffragantur DD. de Pallauicinis, quia sententia condemnatoria de falso solùm inhabilitat respectu noui examinis, & non reddit nullum examen præcedens, Ioan. de *Anan. in c. fraternitatis num. 6.* & ibi Anch. *num. 2. de hered.* Abb. *consil. 16. in fine libri*, & sentit Paul. de Castr. *in l. 2. C. de fid. instr.* & dicebant Domini, quòd si sola reuocatio primi dicti non tollit fidem in totum testibus, neque debet tollere sententia condemnatoria, quando solùm est fundata in ista reuocatione, & non iustificatur ex actis falsitas aliunde. 4

Distinctio verò quæ fit per informantes inter condemnationem de falso per eamdem depositionem, vel per diuersas, non nititur, neque ratione, neque autoritate Doctorum, quia Gabr. Aym. & Gramm. qui allegantur, non tangunt istam difficultatem. 5

Non obstant autoritates Doctorum, quòd creditur testi affirmanti se falsum deposuisse, quia hoc non habet locum in præiudicium partis, cuius fuit quæsitum ex prima depositione, iuxta communem opinionem Doctorum in his terminis quam Rota sequitur. Et tanto magis cùm concurrant reuocatio istius secundæ depositionis cum interrogatoriis, & tortura, & alia adminicula, vt suprà dictum fuit, &c. 6

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Romana Vineæ, Lunæ 2. Aprilis 1601.

ARGVMENTVM.

Deliberatio pignoris facta à Iudice pecunia non præsente, nulla & inualida est.

SVMMARIVM.

Pignoris venditio facta à Iudice non præsente pecunia nulla est, num. 1.

Formæ omissio vitiat actum ipso iure, num. 1. in fine.

Verbum, oportet importat necessitatem, & excludit arbitrium Iudicis, num. 2.

Procurator constitutus ad vendendum præsente pecunia non potest aliter vendere, & fidem facere de pretio, num. 3.

DECISIO CLXIV.

DOmini non dubitarunt venditionem, & deliberationem pignoris à Iudice factam non præsente pecunia esse nullam, cùm hoc sæpius in Rota fuisset firmatum, & præsertim in Tiburtina Castri Sambuci 27. Ianuarij 1578. coram Sanctissimo, & in Fauensi, seu Imolensi Bonorum 25. Iunij 1593. coram R. P. D. Litta, & alia Perusina Dotis 1. Iulij coram R. P. D. Penia. Cùm enim *l. à diuo Pio. §. sed si emtor. ff. de re iud.* iunctis ibi traditis per DD. caueatur, quòd præsente pecunia ad huiusmodi venditionem deueniri debeat, aliàs auferatur res ab emtore, perinde ac si venditio facta non esset; necessariò dicendum, venditionem sine interuentu pecuniæ esse nullam, prout arguebatur in tempore, quo ipsa venditio celebratur, præsumitur pro forma inducta, ita quòd eius omissio vitiet ipso iure, Bart. *in l. vniuersa, sub n. 5. C. de prec. Imper. offer.* Bald. *in rub. C. de rescind. vend. n. 1.* Aret. 1

1. Aret. *conf. 69. numer. 2.* Felyn. *in c. cùm debita, sub numer. 6. versicul. quartum signum, de rescript.*

2 Non obstat quòd Bart. *in d. §. sed si emtor*, velit, hoc esse de consilio, quia eius dictum communiter non tenetur, & propterea in dicta Tiburtina Rota ab eo recessit expresè, repugnat enim verbis illius textus, dum dicit, *oportet res pignori captas, &c.* Verbum enim, *oportet*, excludit arbitrium Iudicis, *l. verbum oportere, ff. de verbor. signif.* & potiùs inducit necessitatem, glos. *in c. 1. in verbo, oportet, de praescript. in 6.* Franc. *in l. oblatio, numer. 4. de lit. contest. eodem libro*, & propterea Alexand. *in d. §. sed si emtor, post numer. 5. & 6.* Angel. *colum. 1. versic. in sexta capiantur*, Imol. *in vltim. not.* Ias. *sub num. 5. versicul. ratio quia prima venditio*, & alij expresè dicunt Iudicem non posse vendere sine praesenti pecunia, doct. in. Bald. *in l. certa ratio. C. quando prouoc. non est necess.*

3 Quòd vbi lex tradit modum annullandi, quod annullatur non est statim nullum, sed debet cessari, & annullari, non applicatur, quia in *§. sed si emtor*, non datur modus annullandi venditionem, quia ipsa habetur pro non facta, sed dicitur, quòd debet auferri res illi, cui est vendita, perinde ac si vendita non fuisset: nec etiam potest dici contractus aliquis. ex Bald. per informantes allegato, *in l. simile, sub numero 2. de rei vend.* quia Bal. loquitur in procuratore simpliciter ad vendendum constituto, & propterea secus est in procuratore, qui in mandatis habeat, ne detur praesenti pecunia, dicit Salycet. *ibi post numer. 4. versicul. primo casu*, Roman. *singul. 629.* Vinc. de Her. *in d. § sed si praetor, numero 11.* Socin. Iun. *conf. 21. sub numero 1. versicul. nec obstat. libr. 3.* Vnde arguendo à mandato hominis, ad mandatum legis, ad not. *in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.* sicuti procurator ad vendendum praesente pecunia, si habendo fidem de pretio, vel aliter sine pecuniae praesentia vendat, nulla est venditio, ita in Iudice dicendum, cui sub eadem forma à lege mandatur, vt procedat ad liberationem pignoris, ex quibus remanet firma conclusio deliberationem pignoris non praesente pecunia factam esse nullam. An autem deliberatio & venditio vineae, de qua agitur, possit dici facta praesente pecunia, erit particulariter videndum.

ILLVST. DOM. CARDIN. SERAPHINI.

Mutinen. Status.
Lunae 9 Aprilis 1601.

ARGVMENTVM.

Pax an, & quando comprehendat adhaerentes vtriusque partis, non facta expressa adhaerentium mentione, & quid si tantùm fuerunt expressi adhaerentes vnius partis.

SVMMARIVM.

Dictio, similiter, inducit dispositionem similem praecedenti dispositioni. n. 3.

Transactionis verba generalia restringuntur ad personas, & causas in eis nominatim comprehensas, num 3.

Generalia verba & indefinita comprehēdunt omnes illos, ad quos negotium pertinet, quando sic suadetur ex verisimili mente disponentium, & ex subiecta materia. n. 4.

Dictio, etiam, stat ampliatiuè, non autem restrictiuè. numero 4.

Dispositio loquens cum aliquo praesupposito, locū non habet, nisi verificato praesupposito, declara vt numero 4.

Indefinita oratio nunquam restringitur, quando inter vnum & alium casum non potest reddi ratio diuersitatis. n 4.

Oratio distributiua intelligēda est singula singulis referendo. n. 4. in fine.

Pax, & transactio sunt diuersa, & de vna inferri non potest ad aliam n. 5. & n. 9. & 10. Vbi contrà, & declaratur, & n. 12.

Extensio non dicitur fieri, sed cōprehensio quando verba sunt clara, & omnes casus continent. n 5.

Pax facta cum aliquo nunquid comprehendat adhaerentes non facta expressa adhaerentium mentione. n. 5.

Pax comprehendit etiam adhaerētes, quando non est verisimile, quòd paciscentes voluerint adhaerentes à pace excludere. n. 6. & n. 12.

Contractus recipiunt interpretationem à consuetudine. num 6.

Pax debet esse mutua, & reciproca, & in ea aequalitas inter paciscentes seruanda. n. 7.

Pax comprehendit etiam adhaerentes, quando est facta ab aliquo supremo Principe habente iurisdictionem in eum, cum quo fecit pacem. n. 8.

Transactio comprehendit omnia ea, quae in actione proposita venire possunt. n. 10.

Transactionis appellatione omnis conuentio significatur. num. 10.

Pacis effectus sunt abolitio iniuriae, & reconcilaitio sequuta. n. 11.

Pax comprehendit etiam adhaerentes vtriusque partis quando paciscentes promiserunt omnia, & singula vicissim obseruare etiam quòd in ea de adhaerentibus vnius tantùm partis expressa facta fuerit mentio, num. 13.

Pax non comprehendit adhaerentes occultos, n. 15. Declara vt n. 17.

Adhaerentes vnius partis non possunt dici, qui alteri parti inseruiunt. numero 15. Declara vt numero 16.

DECISIO CLXV.

FVit mihi à Sanctissimo Domino Nostro Papa Clemente Octauo commissum, vt proponerem in Rota dubiū. Praesupposita sine veri praeiudicio felonia per D. Marcum Pium olim Saxoli Dominum commissa contra D. Ducem Mutinae illius dominum, an dictus D. Marcus Pius fuerit comprehensus in capitulis initis inter Sedem Apostolicam, & dictum D. Ducem Mutinae, ita vt ei fuerit remissa felonia. Nota est historia expeditionis susceptae à sancta Sede Apostolica pro recuperatione dominij, & status Ferrariae deuoluti ad praedictam Sedem per obitum bo. me. Ducis Alphonsi, orta deinde controuersia super feudo Saxoli, inter Illustrissimum D. Æneam Pium actorem ex vna, & Serenissimum Ducem Mutinae super successione dicti feudi. 1

Praetendebat Serenissimus Dux d. Marcum Pium commisisse crimen feloniae, eo quòd adhaeserit Sedi Apostolicae, & in his terminis disputatur praesens dubium: nam si felonia ex aliquo alio capite fuit per d. Marcum commissa, quòd non habeat implicitam adhaesionem sedi Apostolicae, ea nō tangit praedictam Sedem, neque capitula cum ea inita, quae non possunt trahi ad alias per- 2

sonas, quàm ad fautores, & adhærentes vtriusque partis, aliàs non esset locus præsenti dubitationi. Accedendo itaque ad rem ipsam fuit per Dominos vnanimiter conclusum D. Marcum cōprehēdi sub dictis capitulis, quatenus incurrisset crimē feloniæ ex eo quòd adhæsisset Sedi Apostolicæ. Et pro hac parte fuerunt consideratæ infrascriptæ rationes. Primò, quia ex vi verborum contentorum in secundo capitulo, quæ sic se habent, *Et che similmente siano assoluti, & liberati i fautori, ministri, complici, famigliari, seguaci, & tutti gli altri che fussero caduti in qual si voglia pena*: comprehenduntur manifestè adhærentes, & tantùm in eo fit difficultas pro parte D. Ducis prætendentis hoc capitulum loqui de fautoribus, ministris & complicibus, qui adhæserunt parti suæ, non autem de his, qui adhæserunt Sedi Apostolicæ, & hoc plurifariam ostendere conatur.

3 Primò, quia hoc capitulum venit consequutiuè ad primum, in quo cauetur: *Che il Signor Don Cesare sia assoluto da tutte le censure, pene, &c. che fusse incorso per la Sentenza, ò per la Scommunica contra di lui, & rimesso nel suo stato prestino egli, & li descendenti, & altri suoi, &c.* Deinde in secundo capitulo subiungitur: *Et che similmente siano assoluti, &c.* Vnde colligitur hoc capitulum loqui de personis eiusdem partis, quæ fuerunt comprehensæ in primo capitulo, & in sententia excommunicationis, ex quo venit consequutiuè ad primum capitulum, & vtitur dictione, similmente, quæ inducit dispositionem similem præcedenti. *§. similiter. de exequut. l. clemens. de hered. instit. l. s. pro soc.* Secundò, quia non potest dici D. Marcum comprehensum in dicto capitulo, qui non comprehendebatur in sententia excommunicationis, neque in censuris fulminatis contra d. Cæsarem, & adhærentes. Tertiò, quia in transactionibus verba quatenus generalia restringūtur ad personas & causas in eis nominatim comprehensas, *l. si de certa*, & ibi Bart. *in fin.* Angel. *numer. 1.* Salycet. & Castr. *numer. 8.* Ias. *numer. 1. & 40. C. de transf.* glos. *in l. emtor. §. Lucius, de pact.* ex quibus concludebant dictum secundum capitulum non posse intelligi nisi de adhærentibus d. Cæsaris.

4 Contrarium tamen censuerunt Domini ex eo, quòd illa verba: *Che similmente siano assoluti, & liberati i fautori, &c.* sunt impersonaliter prolata, adeò quòd possunt comprehendere adhærentes vtriusque partis, vnde succedit regula, *l. si seruus legatus. §. qui margarita, de leg. 1.* quòd quando mens verisimilis disponentis, & subiecta materia concurrunt cum verborum indiffinita generalitate, tunc veniunt omnes illi, ad quos negocium pertinere potest, Ruyn. *consil. 127. numer. 4. & consil. 301. numer. 10. libr. 1.* facit text. *in l. 1. §. generaliter, de leg. præst.* Quòd autem subiecta materia proportionata sit, ita vt possit comprehendere d. Marcum, apparet, quia data eius felonia inciderat in pœnas iuris communis, licèt non incidisset in sententia excommunicationis, hoc satis est ad hunc effectum, cùm in capitulo dicatur, *che fussero caduti in qual si voglia pena*, quæ verba comprehendunt etiam pœnas iuris communis, & quod sequitur, *Anco di quelle, nelle quali è dichiarato essere incorso il Signor Don Cesare*; venit ampliatiuè, non autem cumulatiuè, vel restrictiuè, Baldus *consilio 209. numero 8. & 4. libr. 3.* & facit textum *in l. regula. §. & si licet. de iur. & fact. ign.* maximè cùm maior adesset ratio exprimendi liberationem adhærentium Ducis, quo casu non habet locum regula *l. mancipia. C. de seruis fugit.* quòd dispositio non habeat locum, nisi verificetur præsuppositum, vt bene declarat Felyn. *in capitul. nonnulli, numero 34. versicul. sed contra, de rescript.* Curt. Iun. *consil. 182. numero 3.* Alciat. *in capit. inuit. numero 7. de iudic. & consil. 16. & 32. numer. 8. tom. 1. libr. 2.* & tanto magis hîc habent locum, quia non potest assignari ratio diuersitatis, vt potius comprehendantur adhærentes Ducis, quàm Sedis Apostolicæ. Ideo verba illa indefinitè prolata non debent restringi, *l. cùm lex*, & ibi Aretin. *de testam.* Cald. *consilio 1. de consang. & affin.* Dec. *consilio 5. numero 4.* Roman. *cons. 47. numer. 8.* qui loquitur ferè in terminis nostris, aliàs sequeretur absurdum, quòd melioris conditionis essent, qui deteriori pacto, quàm ij qui iustiori & præstantiori adhæserunt, & ideo mentio illa pœnarum est intelligenda, distributiuè singula singulis referendo. Abb. *in capit. quibusdam, n. 6. de pœn.*

5 Neque obstat, quòd versemus in transactione, in qua fit stricta interpretatio, & non egreditur causas & personas in ea expressas, ex deductis pro parte D. Cæsaris, quia omissa nunc quæstione excitata per informantes an simus in contractu pacis, an verò in contractu transactionis, quæ dicunt esse diuersa, & de vno non posse inferri ad aliud, ex cons. Socin. *99. num. 7. lib. 3.* Purpur. *in l. 1. num. 96. C. de transact.* fuit dictum nos non versari in materia extensionis de casu ad casum, nec de persona ad personam, sed in materia comprehensionis, cùm clarè & discretè in capitulis comprehendantur fautores, ministri, complices, familiares, & sequaces, quæ verba manifestè sonant in adhærentiam, Ang. *cons. 257. num. 5.* Iacob. de S. Georgio *de feud. in verb. de adhærentibus. num. 5. & 6.* Felyn. *in rubr. de treug. & pac. numero 11.* & solùm est quæstio de quibus adhærentibus loquatur capitulum: nam quantum ad verba illa æquè, vtrique parti propriè conueniunt; idcirco cessat quod allegatur ex Gomes. *in c. ad Apostolica. num. 10. de re iud. in 6.* Franc. *ibidem numero 5.* Anchar. *11. notab.* Abb. *in capitulo primo. numero 59.* & ibi Dec. *numero 57. de pot. prælat.* Ang. *in l. qua religiosis, de rei vendic.* Iacob. de Sancto Georgio *de feud. in verb. de adhærentib. numer. 3.* Hier. Gabr. *cons. 185. numero 6. in princ.* cum aliis per informantes alleg. quia loquuntur in casu in quo nulla de adhærentibus facta est mentio, qui non est casus noster, in quo de iis fuit expressè actum, & ideo non est opus aggredi quæstionem illam an inita pace comprehendantur adhærentes, non facta de illis specifica mentione, neque discutere an sit vera distinctio, quæ affertur ex Ang. *in d. l. qua religiosis*, quod autem pax est concepta in rem, vel in personam. nam isto casu adhærentes sunt expressè nominati, & tantùm est quæstio de quibus sint intelligenda capitula, & ita diluuntur ea quæ contra primum fundamentum deducuntur.

6 Secundò principaliter confirmatur hæc sententia argumento sumto ab vsu patrisfamilias, non enim solet Papa in similibus concordiis, & conuentionibus suos sequaces & adhærentes prætermittere, & exponere iniuriis eorum cum quibus paciscuntur, vt probatur ex *d. cap. ad Apostolica, de sentent. & re iudic.* cum ibi not. per Innoc. Io. Andr. Monach. *numero 5.* Gemin. *numero 16.* Mact. Land. *in tract. de pac. not. 21.* Ang. *l. qua religiosis, de rei vendic.* Alex. add. ad Bart. *in l. si conuenerit. la seconda. §. si nuda. de pign. actio.* Abb. *in c. 1. numero 29. de potest. prælat.* Ang. *cons. 257. numero 5.* Marsil. *sing. 495.* & alios per informantes deductos, & contractus recipiunt interpretationem à consuetudine. *l. quòd si nolit. §. quia assidue. de ædil. edict. l. semper in stipulationibus*, & ibi Dec. *de reg. iur.* Roman. *cons. 94. prope finem versiculo quartò.* Riminald. Sen. *cons. 593. per tot. lib. 5.* & in specie in contractu Ecclesiæ Alex. *cons. 124. numero 3. lib. 5.* Dec. vbi suprà *numero 7.* cum aliis.

7 Et hæc interpretatio amplectenda est cùm simus in contractu pacificationis, cuius naturæ conuenit, vt sit mutua, & reciproca, Spec. *de treug. & pac. num. 3.* & per eam fit inuicem remissio, Bart. *cons. 66. numer. 8.* Ang. *cons. 261. numero 4. versicul. si autem obligatio*, & verisimile est de omnibus contrahentes sensisse Bald. *in c. 1. numero 17. versiculo item Papa. de potest. Prælat.* necnon etiam ratione æqualitatis seruandæ, quia id actum intelligitur vt vtrique parti æquè consultum censeatur, Aym. *cons. 133. num. 9. & 301. numer. 4.* & cùm hoc iure fieri deberet id actum fuisse dicendum est, Aym. *cons. 186. numer. 9. versicul. ideo in dubio*, Crescent. *decis. 2. de arbitr.*

8 Postremò ratione tranquillitatis, quæ ex pace procuratur. Petrin. Bel. qui alios alleg. *de vestit. quæ fiunt à princ. numero. 8.* & hoc confirmatur ex eo quòd in pace inita per quemlibet supremum Principem maximè habentem aliquam iurisdictionem in eum cum quo facit

pacem

pacem adhærentes supermi Principis comprehenduntur Rip. *in rubr. de damn. infect. num.* 13. Nicol. Moron. *tractat. de treug. & pac. quæst.* 149. *num.* 8. *&* 9. Alciat. *consil.* 36. *n.* 3. *tom.* 3. *lib.* 3.

9 Ad euitandum hoc argumentum informantes ex aduerso contendunt allegata procedere posse in contractu pacificationis, sed nos versari in transactione ab illa diuersa, ex cons. Socin. 99. *n.* 7. *lib.* 3. & Purpur. suprà alleg. & ad probandum hanc esse transactionem, non autem pacificationem deducunt ita fuisse per partes vocatam, quorum assertioni standum est. Verùm hoc non verificatur in facto: nam *in dicto capit.* 2. *in fin.* quod allegant, non dicitur transactio, quæ inuicem differunt tanquam actus inchoatus à perfecto, cùm tantùm dici possit transactio post perfectionem actus, quam tractatus præcedere solet.

10 Verùm hæc nominis quæstio parum videtur facere ad propositam quæstionem, siue enim vocemus has capitulationes transactionem, siue pacem ad effectum de quo agitur, nempe comprehensionis adhærentium nituntur isti tractatus hoc casu iisdem iuribus Principis, ideo dicit Bartol. *in l. sub prætextu. in princ. C. de transact.* in transactione venire omnia, quæ sub actione proposita venire possunt, sed appellatione transactionis omnis conuentio significatur, Bald. *in l. cùm hi, in add. numer.* 7. *de transact.* & pax potest quodammodo dici transactio, vt per Purpur. *in l.* 1. *n.* 26. *C. de transact.* & habet vim transactionis, Gabriel *consil.* 182. *numer.* 3. *libr.* 1. sed hîc sumus extra difficultatem comprehendi adhærentes, vt suprà deductum fuit, & tãtùm agitur de quibus adhætẽtibus interpretari debeamus præfata capitula. Et licèt admittamus pacem differre à transactione, vti differunt diuersæ species, sub eodem genere comprehensæ; ita tamen non est absurdũ, vt in multis conueniant, maximè vbi agitur de interpretatione tantùm verborũ, in qua solet attendi verisimilis mens contrahentium, nec repugnant Socin. & Purpur. alleg. quia in eorum themate agebatur, an per inobseruãtiam transactionis diceretur pax rupta quæ est materia odiosa, & restringibilis.

11 Nihilominus verum est hanc fuisse transactionem, & pacem, siue inspiciamus initium, siue media, siue finem, concurrunt ea omnia, quæ requiruntur tam pro belli indictione, quàm pro pace ineunda: nam in sententia lata contra d. Cæsarem, ipse fuit declaratus rebellis, & hostis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, fuerúntque liberati vasalli à subiectione, mandando illis vt se ab eius obedientia distraherent, & quòd illum captiuum facerent, vel vi, & armis expellerent, prohibendo tam Principibus, ne ei auxilium præstarent, quàm aliis, ne ei operas suas locarent, & fuerunt concessa bona inimicorum occupantibus, quæ non nisi in bello fieri solent, Innocen. *in capitul. olim. el primo*, & ibi Host. & Card. *de restitut. spoliat.* & licèt in sententia daretur facultas pœnitendi infra duodecim dies: tamen infra dictum tempus d. Dux conuocauit milites, & auxilia, & præparabat se ad defensam, donec conscripto exercitu Ecclesiæ aduersùs eum expeditio suscepta est, & arreptum iter versùs illius ditionem, & statum, ex quo postea agnita bona fide deuenit ad capitulationes, & conuentiones, de quibus agitur, & sic recessum fuit hinc inde à bellicis apparatibus, & remissa contumacia, & abolitæ iniuriæ, & sequuta reconciliatio, quæ sunt veri effectus pacis, Specul. *in titul. de treug. & pac. num.* 3. Ang. & alij *in l.* 1. *de pact.* nam pro consequenda restitutione Ferrariæ, & exequutione iustitiæ potuit bellum indici, quod esse proprium bellum quando à supremo Principe denunciatur, vt trad. Inn. & alij *in d. c. olim. de restitut. spoliat.*

12 Neque restitutio conuenit magis contractui transactionis, quàm pacis; nam pro ea sequenda plerumq; necesse est, vt malè ablata restituantur; ideo sicut recessus à lite iudiciali, vel controuersia extraiudiciali, dicitur transactio, ita recessus à bello armato dicitur pax, & in

hoc natura non discrepant inter se pax, & transactio, vt suprà deductum fuit. Disputatio verò, quæ excitatur per informantes super intellectu *d. c. ad apostolica*, non est necessaria, cùm sit receptissima opinio Doctorum allegatorum Sedem Apostolicam non solere negligere suos adhærentes, & eos non comprehendere in pacis transactionibus exponendo illis iniuriis, & vexationibus alterius partis, & ita practicatur etiam inter alios Principes in pacem conuenientes, vt trad. Bald. *in l.* 8. *n.* 7. *C. de Episc. & Cleric.* Felyn. *in rubr. de treug. & pac. n.* 11.

Tertiò principaliter confirmatur ex instrumento confecto Fauentiæ, in quo post insertionem capitulorũ habentur hæc verba, *quæ pacta, & capitula, & omnia, & singula supradicta in præsenti instrumento contenta partes præfatæ promiserunt sibi inuicem & vicissim attendere, & obseruare*, ex quibus verbis videtur cessare omnis difficultas: nam si vicissim debent omnia & singula obseruari; ergo vicissim censendi sunt absoluti fauores, & adhærentes vtriusque partis *c.* 1. *de mut. pet. c.* 2. *de ord. cogn. l. iubemus. C. de sacros. Eccles. l. qui vicissim. de cond. indeb. l.* 1. *C. de his qui ante aper. tab.* Ias. *in l. Titia. §. fin. num.* 2. *&* 3. *de verb. oblig.* Paris. *cons.* 97. *numer.* 91. *libr.* 1. Bero. *cons.* 4. *numero* 1. *lib.* 3. Decian. *cons.* 54. *numero* 45. *libr.* 2. & hæc interpretatio est secundùm propriam naturam pacificationis, vt suprà deductum est. 13

Quartò confirmatur eadem sententia, ex eo quòd nisi intelligamus secundùm capitulum generaliter de omnibus adhærentibus vtriusque partis, videretur in ea parte esse superfluum: nam satis superque fuerat prouisum adhærentibus d. Cæsaris per absolutionem contentam in primo capitulo in illis verbis: *Il Signor Don Cesare sia assoluto in forma amplissima da tutte le censure, pene, & interessi, e dãni ne quali fusse incorso per la sentenza, ò per la scõmunica publicata contra di lui, & rimesso nel suo stato pristino egli, e li descendenti, & altri suoi, &c.* Cùm enim absolutio habeat relationem ad sententiam, & excõmunicationem, in qua cõprehendebantur etiã adhærentes fautores, & cõplices, consequens est etiam, vt dicamus sub illis verbis, *& altri suoi*, venire omnes comprehensos in dicta sententia, licèt maioris declarationis causa, & ad inclusionem adhærentium vtriusque partis fuerit facta maior specificatio in dicto secundo capitulo. 14

Superest tantùm respondere nonnullis, quæ ex aduerso deducuntur, & primò ad cons. Angel. 390. ex quo prætendunt informantes, ex duplici capite d. Marcum non fuisse comprehensum in capitulis, tum quia ipse nõ poterat dici adhærens Sedi Apostolicæ, cùm apertè inseruiret D. Cæsari, cùm vnus & idem non posset esse adhærens vtriusque partis. *l.* 1. *C. de furt.* sublata ergo materia, & subiecto, tollitur etiam prædicatum, tum etiam quia ista adhæsio fuit occulta, ita vt de ea non potuerit habere notitiam d. Cæsar, nec de ea cogitare, vt ibi per Ang. *numer.* 3. *versicul. est enim multum aduertendum*, & ideo non videtur remissum, quòd non fuit cogitatum, Bald. *in l. non dubium. col.* 3. *de leg.* Afflict. *decis.* 403. *n.* 5. Alex. *cons.* 83. *in fine lib.* 2. cum simil. 15

Verùm ad primum fuit responsum præsupposita sine veri præiudicio felonia d. Marci resultante ex intelligentia, quam habebat cum Sede Apostolica, etiam quòd non posset strictè & propriè dici adhærens, iuxta opinionem Angel. nihilominus in generalitate verborum illorum, fautori, ministro, complici, familiari, *seguaci e tutti gli altri, &c.* comprehenditur d. Marcus, prout in terminis tradit idem Angel. *in cons.* 257. *n.* 5. quod videtur niti melioribus & vrgentioribus rationibus. 16

Alterum quod obiicitur de ignorantia huius feloniæ prætensæ, non obstat, quia data vniuersalitate verborum sufficit saltem in genere fuisse de ea cogitatum, Bart. *in l. sede certa. numer.* 4. *& in l. sub prætextu. in princip. C. de transact.* Alex. *cons.* 11. *numer.* 15. *libr.* 2. Paris. *cons.* 68. *numer.* 18. *libr.* 1. Aym. *cons.* 227. *numer.* 14. *&* 294. *column.* 4. *versiculo sed adhuc magis.* Verùm voluisse partes etiam occultas adhærentias, & complicitates remittere 17

manifestè colligitur ex eodem capitul. 2. ibi, *Et tutte le predette cose s'intendino non solo di quelli, che fussero di già incorsi, ma anco che incorressero in censure, & pendente, & conclusa la trattatione*, ex quibus verbis manifestè constat partes voluisse remittere etiam occultas tractationes, & adhærentiar, cùm non possent tunc temporis habere notitiam eorum, quæ postea futura erant, & fieri potuissent, quod eo magis dicendum, cùm sententia comprehendat expressè fautores, & complices occultos, ideo absolutio intelligenda de iisdem, qui in sententia erant comprehensi. Ex quibus conclusum in dictis capitularionibus dictū Marcum fuisse comprehensum.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Parmen. Status.

Lunæ 4. Iunij 1601.

ARGVMENTVM.

De testibus sibiipsis contrariis quando & quomodo concordari possint, & concordati probent, vel non.

SVMMARIVM.

Testis primò deponens de auditu, & postea de visu, non dicitur sibiipsi contrarius, sed potest conciliari, n. 4.

Testis sibiipsi contrarius in tempore potest concordari ex diuersitate temporis. n. 5.

Testis primò dicens se fuisse præsentem, & postea deponens de auditu dicitur sibi ipsi contrarius, n. 7.

Testes sibi ipsis contrarij repelluntur, etiam in non substantialibus, quando reuocant primam depositionem, numer. 8.

Testes contrarij, quando sunt suspecti, & examinati per extensum, nihil probant, etiam quòd protestati fuerint se nolle recedere à prima depositione, n. 9.

DECISIO CLXVI.

1 POsteaquam Domini firmarūt in hac causa quod Bernardus Mōtaninus, Ioannes de Vsbertis, & Tognius Fasanus testes examinati pro parte Dominorum de Rangonibus licèt paterentur maximam diminutionem, tamen non erant in totum repellendi si contrarietates in dictis non obstarēt, proposui dubium an adsint tales contrarietates, ita quòd isti testes sint in totum repellendi, & Domini illud distinxerunt in duas difficultates. Prima difficultas fuit an adsint tales contrarietates in dictis, quæ non possint conciliari, secunda difficultas fuit præsupposito quòd adsint contrarietates, an sint tales ita vt isti testes sint in totum repellendi.

2 Quantum ad primam difficultatem depositioni Ioānis de Vsbertis opponuntur duæ contrarietates, & primò dicitur, quòd in primo examine super 5. c. deponit quòd ipse non vidit ostia proiecta, & in secundo examine super 17. c. deponit quòd vidit portas in terram iacentes, huic cōtrarietati datur conciliatio per informantes pro Dominis de Rangonibus, quòd testis non vidit portas proiectas in ipso actu proiectionis qui fuit de nocte, sed quòd postea de die vidit portas proiectas, prout deponit in secundo examine. Ista conciliatio non placuit Dominis, quia testis in primo examine deponit quòd licèt ipse non viderit ostia proiecta, tamen intellexit publicè, quòd homines loci Tibelli viderunt, & videre potuerunt ea proiecta, & quòd erat publica vox, & fama quòd erant proiecta propter raptum, & ideo cùm testis affirmet non vidisse ostia proiecta, & fundet solùm suam depositionem in auditu publico, quòd homines loci viderunt, non conuenit ipsi actui proiectionis de nocte, & tanto magis cùm testis deponat, quòd vicini non fuerunt ausi currere ad rumorem.

Mouit etiam Dominos, quia agebatur de probando raptu Catherinæ, & cùm ad istum effectum ista qualitas proiectionis portarum esset magni momenti, si testes vidissent de die portas proiectas, non restrinxissent suam depositionem ad solum auditum, quòd fuerant visa proiecta ab hominibus loci. 3

Alia opponitur contrarietas huic testi, quia in primo examine deponit de auditu de actibus impudicis Bernardini cum Martha, & quòd ipse nūquam vidit ipsum Bernardinum accedere ad Martham, nec ad eius domum, & tamen in secundo examine deponit vidisse actus impudicos Bernardini cum Martha in domo mariti ipsius Marthæ, ista contrarietas visa est Dominis posse conciliari, quia verumque dictum potest stare, cùm in primo examine testis loquatur de accessu ad domum Marthæ, & in secundo de actibus impudicis in domo mariti Marthæ. 4

Tognino opponuntur tres contrarietates, ex quibus duæ non placuerunt Dominis, quod enim primò dicitur quòd in primo examine deponit, quòd vidit & cognouit, & in sua domo comedit cum patre Catherinæ, & Marthæ, & in secundo examine dicit, quòd illum vidit in ciuitate Mediolani, & quòd tunc audiuit, quòd erat pater Catherinæ, & Marthæ, & quòd aliter eum non cognouit, ista contrarietas potest curari ex diuersitate tēporis, quia initium cognitionis potuit habere originem a simplici auditu in ciuitate Mediolani, & tunc aliter eū nō cognoscebat, sed postea successiuè habuit cognitionem perfectam etiam comedendo cum eo in domo sua, prout deponit in secundo examine. 5

Item alia contrarietas circa cognitionem carnalem & actus inhonestos Bernardini cum Martha, potest etiā curari, cùm possit verificari depositio testis in diuersis actibus tam tempore quo associabat Bernardinum, quàm postea dum Bernardinus erat in domo Marthæ. 6

Tertia, & vltima opponitur contrarietas, quia in primo examine super sexto deponit, quòd fuit præsens die sequenti post raptum, quando Ioannes Petrus conquestus fuit cum Ioanne Francisco patre Bernardini de raptu vxoris, & tamen in secundo examine deponit solùm de auditu de ista querela, & negat se aliud scire nisi prout suprà deposuit. Ista contrarietas secundùm Dominos non potest conciliari, quia in vtroque examine testis deponit de eadem querela post diem raptus, & verba testis in secundo examine de visu, quæ ponderantur per informantes pro Dominis de Rangonibus, non concernunt istud factum querelæ die sequenti cum Ioanne Francisco, in quo consistit contrarietas, sed solùm deponit, quòd vidit, & audiuit, quòd Ioannes Petrus conquerebatur cum aliis de raptu vxoris. 7

Quantum ad secundam differentiam Domini dixerunt, quòd cùm fuerit resolutum circumscriptis contrarietatibus, istis testibus non esse adhibendam fidem, nisi cum maxima diminutione, nunc ad diuis istis contrarietatibus sunt in totum repellendi, quia cùm isti testes sint multum suspecti propter reuocationem primæ depositionis, vt visum fuit in aliis positionibus, contrarietas etiam in non substantialibus eos repellit. glos. *in c. causamque. in verbo, tempore*, & ibi Innoc. Bald. & alij, *de testibus*. Milis *in verbo, testis, quando est suspectus, & in ver. testis si in vno dicit falsum*. Grammat *cons. 1. n. 8. & 9. & quæst. 21. num. 18*. Natt. *cons. 315. num. 12.* & tanto magis cùm istæ contrarietates sint multum considerabiles & concernant ipsud factum raptus. 8

Non obstat protestatio facta in secūdo examine quòd non intendebant recedere à prima depositione, quia quando testes sunt suspecti, & sunt examinati per extensum, ista cautela non suffragatur. Felyn. *in c. cùm in tua, sub num. 1. vers. fatetur tamen. de testibus*. Tyb. Decian. *resp. 48. n. 8. lib. 5*. & sentit Florian. *in l. 1. n. 4. ff. de testib.* & post eum, & alios quos citat, Natt. *in cons. 537. n. 11.* 9

ILL.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Iacen. Archidiaconatus.
Lunæ 23.Iunij 1601.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficij facta ab occulto excommunicato propter recursum ad Curiam secularem an & quando valeat ante sequutam declaratoriam.

SVMMARIVM.

Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus, n.1.
Titulus validus non excluditur ex productione tituli inualidi facta ab aduersario, n.1.
Excommunicati occulti gesta ratione publici officij sustinentur ante declarationem, n.2.
Recurrens ad Iudices laicos non dicitur excommunicatus ante declaratoriam, nisi probetur notorius recursus, n.3.& 4.

DECISIO CLXVII.

1 CONsului Dominos super expeditione huius causæ ad quam impediendam Petrus opposuit de nullitate collationis Archidiaconatus facta Gaspari, ex eo quòd Episcopus Iacen. qui contulerat propter quosdam recursus habitos ad Iudices laicos excommunicatus erat. Et Dominis visum fuit non obstare, quia non agitur de canonizanda collatione Episcopi, quam Gaspar non produxit, neque allegat: sufficit enim ei pro obtinenda absolutoria Petri non esse iustificandum titulum, & cùm in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, *cap. post electionem, de concess. præb.* Roman. *cons.* 433. *n.* 7. Cassad. *decis.* 3. *in fin. de caus. possess. & propriet.* potest Gaspar, vti reus, & possessor ad excludendum Petrum actorem per non ius, iux. *l. final. C. de rei vend. l. qui accusare. C. de eden.* se iuuare possibilitate alterius tituli validi, qui non excluditur ex productione tituli inualidi, quando, prout hîc est, facta ab aduersario, Cassad. *decis. vltima, sub num.* 7. *de procuratoribus.* Crescent. *decis.* 2. *de probat.* vt fuit decisum coram me in causa Cæsaraugustana Parochialis de Mella sub die 8. Nouembris 1599.

2 Et tanto magis, quia ista nullitas DD. non placebat, quia Episcopus numquam fuerat declaratus, sed semper exercuerat suam ordinariam iurisdictionem, & notissimum est, gesta ab occulto excommunicato ratione publici officij sustineri. Innoc. *in capitul. veritatis, de dol. & contum.* Dec. *in c. ad probandum, de re iudic.* Butr. *in cap. cùm dilectus, in vltim. not. de consuet.* Cassad. *decis.* 1. *n.* 4. *de præbend.* & adest extrauag. Martini, de qua per Felyn. *in d. c. ad proban. n.* 3. & per Couar. *in c. alma mater. quæst.* 2. §. 2. *sub n.* 7. *de sent. excomm. in* 6. & fuit resolutum in causa Burgen. Canonicatus sub die 17. Octobris 1586. coram bon. mem. D. Gipsio.

3 Neque obstat quòd excommunicatio Bullæ in Cœna Domini sit notoria, quia sufficit quòd non probetur notorius recursus, ob quem excommunicatio imponitur, *cap. cùm secundum, de hæret. in* 6. debet enim ista notorietas probari, cùm multa dicantur notoria quæ non sunt, *c. consuluit. de appellat.* Dec. *cons.* 402. *sub num.* 11. & 483. *num.* 27. *in fin.* vbi quòd requiritur sententia declaratoria super notorietate.

4 Nec prædictis aduersatur in causa Assisien. Canonicatus, sub die 21. Iunij 1599. coram bon. mem. D. Gipsio, quia loquitur in terminis constitutionis Pij V. de non conferendis beneficiis ad fauorem consanguineorum resignantis, quæ expressè suspendit Episcopũ à collatione beneficiorũ, & intrat doctrina Vital. *in Clem.* 1. §. *quia, n.* 18. *de stat. monach.* & non applicatur huic casui vbi nulla imponitur suspẽsio, sed sola pœna excommunicationis, Farinac. Decis. lib. 2.

quæ non annullat gesta ratione publici officij quando excommunicatus non est publicè denunciatus.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Romana Cambiorum. Lunæ 26. Octobris 1601.

ARGVMENTVM.

Promissio Mercatoris de tenẽdo super cambiis pecunias alienas suo risico & periculo, est licita & valida, & si non obseruetur, tenetur mercator ad damna & interesse, etsi non possit præcisè cogi ad tenendum dictas pecunias super cambiis.

SVMMARIVM.

Promissio, seu obligatio ad factum, obligat promittentem non præcisè ad faciendum, sed tantum ad præstationem interesse, n.1.
Promissio de tenendo pecunias alienas super cambiis absque periculo dantis pecunias valet, & si promittens non tenuerit dictas pecunias ad cambium tenetur ad interesse, n.1.2.& 4.
Promittens factum cum iuramẽto, quando teneatur præcisè adimplere, n.3.

DECISIO CLXVIII.

POst factam resolutionem ad fauorem DD. de Ruspolis sub die 5. Martij 1599. causa iterum ad instantiam D. Balduini, & eius fideiussorum proposita die 15. Decẽbris anni præteriti, cùm pro eorum parte daretur de priori contrauentione Ruspulorum, ac inde opponeretur ipsos tanquam primò contrauentores, non posse date de contrauentione Domini Balduini, nec non incidere in pœnam *l. si quis maior,* fuit ad hoc restricta difficultas, quare particulariter dubitaui an DD. de Ruspolis cõtrauenerint in non cambiando, & quamuis constaret ipsos non cambiasse integram summam scutorum 9000. tamen Domini resoluerunt eos ad prædictum non contrauenisse. fundamentum resolutionis fuit, quia promissio Ruspulorum erat ad cambiandum ad vtilitatem D. Balduini eorum risico, absque eo quòd D. Balduinus periculum aliquod sentiret, & cum diligentia, qua eorũ proprias pecunias cambiarent, aliás teneri voluerunt ad omnia damna, & interesse: at ideo cum ista promissio de cambiando sit promissio facti, non possunt cogi ad factum, sed liberantur præstando interesse, *l. si quis ab alio. §. final. ff. de re iudic. l. cùm stipulatus sim mihi, & procul. §. fin. de verb. oblig.* Anton. Gomez qui alios citat, *tom.* 2. *var. c.* 10. *num.* 22. 1

Nam Domini de Ruspolis non negant se teneri ad cambia, perinde ac si cambia facta essent, demtis tamen pecuniis, pro eo solutis pro fructibus censuum, & extinctione à die quo soluta fuerunt, vnde cum huiusmodi interesse, nempe cambia, & recambia succedant loco facti promissi sufficiunt pro implemento, & obseruantia contractus, ita vt non possit considerari contrauentio, Alex. *in l. cùm proponas, la seconda n.* 5. *C. de pact.* bene Dec. *cons.* 2. *num.* 8. quod multo fortius dicendum est in hoc casu, in quo Ruspoli debebant eorum periculo cambiare, propter quod ne subiicerent se amissioni sortis principalis, potuerunt desistere in cambiando totam summam, vel eius partem, soluendo tamen interesse D. Balduino perinde, ac si reuera cambia fuissent facta cuius nihil interest, ex quo pro interesse habet eadem cambia, & recambia. 2

Nec obstat quòd stante iuramento obligationis ad factum non satisfacint præstando interesse, quia iuramẽtum est positum post promissionem interesse, nec fuit 3

simpliciter promissum factum cum iuramento, sed iuramentum refertur ad vtrumque tam ad promissionem de cambiando, quàm ad interesse, & sic non impedit, quominus præstando interesse dicatur impletum.

4 Neque obstat quòd promissio interesse sit in clausulis exequutiuis positis ad maiorem obseruantiam præmissorum, quia non minus iuuant Ruspolos cùm sint conceptæ, quòd in euentum non obseruantiæ teneatur ad interesse, quòd cùm principalis obligatio sit facti, cui satis fit præstando interesse, & ita conclusum, &c.

IVSTI.

Maceraten. Hæreditatis.
Lunæ 19. Nouembris 1601.

ARGVMENTVM.

Originali scripturæ testamenti standum est potius, quàm exemplatæ & transumtæ ex ea, & illa dicitur originalis scriptura quę primo loco scripta est.

SVMMARIVM.

Scriptura originalis dicitur illa, quae primò scripta fuit, num. 1.

Testamentum originale, quando discordat ab exemplato, & transumto standum est originali, & non transumto, n. 1.

Producens testamentum, illud censetur approbare, n. 1.

DECISIO CLXIX.

1 Dominis placuit instrumentum testamenti habens in margine apostillas manu testatoris, de quibus attestatur Notarius in subscriptione, hoc esse originale, & attendendum, quia in alio instrumento apostillæ in corpore testamenti scriptæ reperiuntur, vnde constat primum esse scriptum originalem. Secundum verò esse exemplum, & scripturam exemplatam, Bart. & Bal. *in l. Sempronius. 48. ff. de leg. 2.* Boer. *decis. 4 54. n. 8.* & ibidè Bar. dicit si constat vnam scripturam primò factam, & aliam inde exemplatam, standum esse primæ, & tanto magis quia habemus vsum huius testamenti in iudicio productì in Curia corā Auditore Cameræ anno Domini 1544. pro filiabus testatoris, & pro vxore Capitanei Francisci Vici, & litis consortibus, qui vsus non paruam firmitatem videtur addere huic instrumento, ad trad. per glos. *in c. de treug. & pac.* & ibi Doctor. Alex. *cons. 132. lib. 1.* Et ita firmatum fuit, &c.

REVERENDISS. D. SACRATI.

Romana Dotis. Veneris 4. Decembris 1601.

ARGVMENTVM.

Simulatio contractus non præsumitur, excluditúrq; ex facti manifesta veritate, præsertim cessante causa simulationis.

SVMMARIVM.

Propositum mutare licet ex noniter deductis, n. 1.

Simulatio non præsumitur, n. 2. & 3.

Mulier sine dote nubere non præsumitur, n. 1.

Dotis probationes præferendæ sunt probationibus contrarijs, n. 1.

Simulatio contractus arguitur ex manifesta facti contraria veritate, n. 2.

Dolus in dubio non præsumitur, n. 4.

Instrumenta plura vnum alteri inter se adminiculantur, num. 5.

Simulationis causa cessante, cessat ipsa simulatio, n. 5.

Simulatio non probatur per testes patientes exceptiones, num. 6.

DECISIO CLXX.

Licèt aliàs fuerit resolutum constitutionem dotis factam per Dominos de Paluzzellis D. Portiæ eorum sororis de anno 1571. fuisse simulatam, attamen, quia ex nouiter repertis licet mutare propositum, *c. nulli. de elect. in 6.* cum aliis in specie cumulatis per Abbat. *cons. 9. num. 30. vol. 1.* Ideo ex vltimò deductis placuit Dominis recedere à decisis, vltra enim iuris regulas, quæ faciunt pro Portia, nempe quòd simulatio non præsumitur, *l. quamuis*, vbi not. Bald. & Salyc. *l. si quis alteri vel sibi*, latè Socin. *cons. 213. num. 7. lib. 2.* Et quòd mulier non præsumitur nupsisse sine dote, Bald. *cons. 102. versic. nam generalis consuetudo, vol. 4.* cum alijs per Natt. *consil. 581. numer. 4. & 5.* & quòd in dubio sunt præferendæ probationes, quæ magis fauent doti, Bald. nouell. *in tractatu de do. part. 9. princil. 3. & 4.* 1

Fuerunt considerata tria instrumenta nouiter producta per informantes pro Portia, in quorum primo continetur quædam concordia inter Patres Iesuitas, & dictos fratres de Paluzzellis occasione venditionis cuiusdam domus, & inter alia, quòd dicti Patres soluāt Portiæ scuta 1500. sibi debita occasione dotis, in qua est creditrix vsque de anno 1571. ad effectum, vt ipsa cedat dictis Patribus Iesuitis sua anteriora iura; in secundo continetur numeratio d. pecuniæ, & quietatio eiusdem Portiæ, tam erga Patres Iesuitas, quàm erga suos fratres; tertiū continet impositionem cuiusdam census factam per Portiam à suis fratribus, cum eisdem pecunijs, ex quibus cùm manifestò constet de solutione d. dotis, & sic de effectuatione contractus, excluditur omnis simulatio, Bald. *in l. & qui, in fin. C. de distrali. pign.* Dec. *consil. 463. n. 19.* Mohed. *decis. 2. n. 6. de confessione*, & bene in proposito argumentatur Crauetta *cons. 145. n. 7.* quem sequitur Rim. Iun. *consil. 83. num. 20.* 2

Non obstat si dicatur etiam hæc sua instrumēta fuisse simulata inter Portiam, & fratres ad eruendas pecunias è manibus Iesuitarū recusantium soluere sine debitis cautionibus, quia respondetur non probari talem simulationem nec præsumi, ex Bald. Salyc. & alijs suprà alleg. 3

Et eo minus hoc casu, quo simulatio esset dolosa, nempe in fraudem Iesuitarum soluentium Portiæ ad effectum acquirendi illius anteriora iura quam acquisitionem non fecissent, si creditum Portiæ fuisset fictum, vnde talis circumuentionis, & doli præsumptio multo magis cessare deberet, *l. quoties. §. qua dolo. ff. de probat. l. dolum. C. de dolo.* 4

Item quia adsunt tria instrumenta, quorum vnum alteri adminiculatur, Mandell. *cons. 9. n. 21. & seqq.* & quia in vltimo instrumento confesso inter Portiam, & fratres, cessat omnis causa simulandi, & consequenter excluditur omnis simulatio, ad Bar. *cons. 65. n. 4. incip. Petrus Nicolai*, quem Domini passim sequuti fuerunt, vt patet ex relatis per Becc. *cons. 52. n. 26.* 5

6 Non obstant testes deponentes de simulatione dotis, de quibus in alia decisione, quia contineantur de mendacio ex prædictis, & patiuntur plures exceptiones, de quibus hic latè per informantes pro Portia, ex quibus pro non simulatione fuit resolutum.

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Firmana Iurispatronatus. Lunæ 28. Ianuarij 1602.

ARGVMENTVM.

De filio nato ex coniugata quòd præsumitur con

conceptus ex marito habitante cum vxore, etiam quòd constet vxorem adulterium commisisse.

SVMMARIVM.

Filius natus ex muliere coniugata, præsumitur conceptus ex marito habitante cum ea, etiam quòd vxor adulterium commiserit, num. 1.

Filius quòd sit natus ex adulterio, & non conceptus ex marito, probatur præsumtionibus, n. 2. Vbi ponderantur aliqua coniectura.

Liber Baptismi probat, quisnam fuerit pater pueri baptizati, n. 3.

Mandatum procuratoris probatur coniecturis, vtputa ex productione processus, ex solutione registri, & aliarum impensarum, n. 4.

Mandatum non solet admitti in Rota post sententiam cum ratificatione gestorum, n. 5.

DECISIO CLXXI.

1 FVit resolutum pro confirmatione sententiæ, eius enim iustitia satis ostenditur ex decisione Domini mei Coccini, quæ placuit Dominis, eo enim ipso, quòd tempore conceptionis Ligotiæ, Ioanna eius mater habebat virum, qui cum ea cohabitabat, & ad eam liberum habebat accessum, subintrat vehemens iuris præsumtio, quòd fuerit concepta ex marito, etiam quòd mater adulterium commiserit, *l. miles*, §. *defuncto ff. de adulter.* trad. omnes *in cap. per tuas. de probat.* latè Paris. *cons.* 10. *col.* 1. *cum seq. lib.* 2. cum aliis in decisione allegatis.

2 Et quamuis ab hac decisione quæ iuris tantùm est, recedatur etiam ex contrariis præsumtionibus & coniecturis, dummodo vigentiores sint, Couar. *in epit. part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 4. & tenuit Rota, vt per Sarnen. *de annal. quæst.* 59. Achill. *decis.* 1. *qui fil. sint legit.* Crescent. *decis.* 1. *eod. tit.* & apud bon. mem. Bubalum in causa Romana domus de Palcottis 24. Martij; & 16. Iunij 1586. Tamen in hoc caso istæ coniecturæ saltim vigentiores non adsunt, actus enim dotationis Ligotiæ conuenit etiam extraneo, & non concludit filiationem, prout nec etiam institutio mariti ipsius Ligotiæ, præsertim, quia in hoc casu, præsumtio *d.* §. *defuncto* coadiuuatur ex eo, quòd tempore conceptionis, maritus non cum altera, sed cohabitabat cum sua vxore absque eo, quòd probetur aliqua eius inhabilitas, vel impotentia, Paris. post alios *in d. cons.* 10. *n.* 36. Achill. *d. decis.* 1.

3 Et quod magis est Ligotia in libro Baptismi reperitur adnotata vti filia mariti, quod multum ponderat. Achill. *d. decis.* 1. præsumitur enim id adnotatum ex relatione tunc à parentibus habita, quicquid nunc asserat Parochus, cui vti vnico contra suam adnotationem non est credendum.

4 Non obstat prætensa nullitas, quæ deducitur ex defectu mandati illius qui causam egit pro Leandro, quia iuxta consilium Dec. 36. sæpius in Rota approbatum, probatur etiam ex coniecturis, quæ hîc satis colliguntur ex productione processus de partibus qui verisimiliter habitus fuit ab ipso principali, concurrente solutione registri, & aliis pluribus impensis, vnà cum multis actibus positis obtinen. sententiam sciente & contradicente Leandro, Cassad. *decis.* 3. *sub num.* 4. & 5. *de procur.*

5 Et tanto magis expressè cùm ante sententiam sæpius accesserit ad officium Notarij, & ad maiorem cautelam, mandatum etiam expressum daret in personam Vincentij, licèt in curia Notarij ob absentiam substituti non fuerit extensum, nisi post terminum tentum ad sententiam in vltimis audientiis, ante tamen quàm sententia publicaretur, quod etiam forsan si opus esset sufficeret, cùm cesset ratio claudicationis iudicij, ob quam non solet admitti mandatum post sententiam cum ratificatione gestorum, iuxta *decis.* 1. *de procurat. in antiq.*

6 Non obstant quòd dicuntur de mala obseruatione terminorum substantialium, quia ex Innocentia sufficit, quòd fuerint reiterati in actu sententiæ, prout nec etiam obstat, quod dicitur de re iudicata sententiæ Vicarij Firma, quia hodie est detecta illius iniustitia ex eisdem actis, & sic cessat res iudicata.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Parmen. Status. 18. Martij 1602.

ARGVMENTVM.

Depositio testis cum dictione, *in circa*, aliquando extenditur ad tres vel quatuor annos, arbitrio Iudicis, concurrentibus tamen coniecturis & verisimilitudinibus, & subiecta materia, & alia de exceptionibus dandis testibus.

SVMMARIVM.

Arbitrio Iudicis, quamuis remittatur ad quod tempus referre debeat depositio testis deponentis cum dictione, in circa, & aliquando tres vel quatuor annos contineat, tamen ad hunc effectum attendenda sunt coniecturæ, & verisimilitudines, & subiecta materia, num. 1.

Testi non repetito super interrogatoriis omissis non creditur, concurrente præsertim protestatione, d. numero 1.

Testis vilis non probat, num. 2.

Testis vasallus probat pro domino, dicto n. 2. vbi quòd hoc procedit etiam quòd tempore examinis se gereret pro vasallo.

DECISIO CLXXII.

DOmini concluserunt non esse recedendum à decisis, quòd Gabrieli de Merlis non sit adhibenda fides propterea quæ de nouo deducuntur, quia subsistunt fundamenta decisionis tam respectu contrarietatum in dictis, quàm exceptionum in persona, propter quas testis repellitur in totum, vt fuit tentum in hac causa, & sæpius resolutum in aliis, contrarietates enim tam in alia, quàm in ista positione deductæ fuit plures, claræ, & inexcusabiles, nec secundùm Dominos possunt saluari per illam dictionem, *in circa*, quia quamuis remittatur arbitrio Iudicis, ad quod tempus referri possit depositio testis deponentis cum hac dictione, & aliquando fuerint additi vigore huius dictionis tres vel quatuor anni, vt bene deducunt informantes pro Dominis de Rangonibus, tamen ad istum effectum potissimum attendendæ coniecturæ, verisimilitudines, præsumtiones, & materia subiecta, vt per Ang. *in consil.* 127. & cùm depositio istius testis reddatur multum suspecta, quia est persona vilis, & subditus Dominorum de Rangonibus, & contrarietates sunt plures, & consistunt in facto proprio ipsius, qui antea per plures menses cogitauerat super isto examine, & ideo est multum 2 inuerisimile, quòd sæpius errauerit in tempore tam considerabili, videbatur Dominis eius dictum non posse extendi ad tantum tempus pro saluanda istius depositione, & tanto magis, cùm in toto examine semper visus fuerit hac cautela ad effectum, vt eius depositio possit saluari à contrarietate, & in ista dubietate mouit etiam maximè Dominos, quòd fuerunt omissa diuersa interrogatoria,

rogatoria,& in specie super confessione & communione, in quo casu non solet adhiberi fides testi,nisi repetatur super interrogatoriis omissis, præsertim concurrente protestatione. Accoramb.*decis.46.lib.1.*

2 Similiter remanent exceptiones in personam, quia Gabriel erat solitus viuere in seruitio alieno vti merceecenarius,& aliquando etiam exercuit cauponam,& ideo non potest dubitari de vilitate eius personæ. Alia autem qualitas,quòd esset vasallus, non potest reuocari in dubium, quia quòd eius facultates consisterent in illa parte castri Tibelli, quam Ludouicus habebat in locationem à Camera Apostolica, tamen cùm locatio esset facta cum mero & mixto imperio, sufficit ad istum effectum, quòd tempore examinis Ludouicus haber exercitium meri & mixti imperij, quia in hoc casu militat eadem ratio suspicionis,& timoris,& hoc maximè dicendum est,quia iste testis de tempore examinis se habebat pro vasallo, & cùm deponat de re, quæ pendet ab eius æstimatione,standum est eius opinioni.*l. a qui putat*, & ibi Ias.& alij *de acquir.hared.*

3 Non obstat commissio,quòd adhibeatur fides testibus examinatis cum interrogatoriis, quia eorum fides fuit remissa arbitrio,cui in hoc casu non est locus, quia concurrunt exceptiones in personam,& quia fuerunt omissa interrogatoria, vt suprà dictum fuit, concluserunt standum esse in decisis, quòd iste testis sit repellendus in totum.

LITTÆ.

Mediolanen. Pecuniaria.
Mercurij 27. Martij 1602.

ARGVMENTVM.

Cambia & recambia, vt licitè debeantur mercatori creditori absque vsurarum labe, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

Cambia, & recambia,vt mercatori propter retardatam debitoris solutionem debeantur, requiritur vt creditor habeat hanc facultatem à debitore sumendi pecunias ad cambium & recambium, etsi non habet, quod non possit ad cambium & recambium sumere, nisi præmissa protestatione & intimatione debitori,num.1.

Cambia, & recambia, ad hoc vt creditori à debitore licitè soluantur,debet plenè constare, quòd idem creditor acceperit in hãc causam pecunias ad cambium, illúdque debitori notificauerit,n.2.& n.5.

Cambia non dicuntur licita, nisi constet de literis cambij, transmissis ad nundinas in causam debitoris, num.3.

Cambia vbi sunt illicita non debentur, etiam quòd debitor de illis se debitorem fecerit,n.4.

Assertioni partium non statur in prohibitis,n.4.

DESISIO CLXXIII.

1 Dubitatum fuit an constet pecunias,de quibus agitur,fuisse vel non fuisse captas ad cambium & recambium,in casu & ad effectum de quo agitur, qui est, vt pro dictis cambiis & recambiis potuerit de iure D. Constantinus magnus constitui debitor societatis aliàs cantantis sub nomine de Annonis,& Blanchis, & hodie de Verganis, & post maximam contumaciam illorum de Verganis in informando pro negatiua fuit resolutum informantibus duntaxat Procuratore, & Aduocatis D. Constantini, & ea ratione moti fuerunt Domini, quia vt debeantur cambia & recambia mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum, plura requiruntur. Primum est, quòd vbi creditor non habeat facultatem à debitore in casum moræ accipiendi pecunias sibi debitas ad cambium & recambium damno ipsius debitoris,non posset id facere, nisi præmissa protestatione & intimatione de hoc ipsi debitori.

Secundum est, vt vtroque in casu cum effectu, & realiter dictæ pecuniæ per creditorem accipiantur in distantiam causam ad cambium, idque notificetur ipsi debitori ad effectum, vt eciò sciat debitum meum iam esse sub vsuris, & vbi velit valeat se liberare à futuris,soluendo quod debet, vt fuit resolutum in Romana Pecuniaria de Labteriis 7. Aprilis 1581. coram bon. mem. Cantuccio in illa Romana Vineæ de arunis 2. Decembris 1591. coram bon. mem. Orano, & in illa Romana Cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coram R. P. D. meo Milline, & tandem coram meo Romana Pecuniaria 15. Decembris 1599. & licèt in hoc casu ex conuentione partium, de qua in summario iurium n.1. constet de facultate concessa creditoribus accipiendi pecunias debitas per Dominum Constantinum & fratrem, ad cambium & recambium vsque ad integralem solutionem debiti eorum, non tamen constat quòd verè & realiter pecuniæ prædictæ fuerint ad cambium & recambium in ipsamet causa expressim acceptæ,ipsique debitores de prædictis certiorati prout requiri videtur, ad effectum de quo suprà. 2

Immo cùm ex reuolutione processus de partibus per quam solet probari negatius, non constet de literis cambij in dictam causam, & quòd illæ veræ transmissæ fuerint ad nundinas, prout requiritur, ad effectum vt constare dicatur de ipsis cambiis licitis, secundùm Lup. *in tract. de vsur.consult. 3. §. 2. num. 23.* & præsupponit Rota Genuæ *decis. 37. num. 11.* & quod magis expressè declaratur in Constitutione Pij Quinti. Ideo,&c. 3

Nec facit quod in solidationibus factis inter partes fuerint admissa cambia & recambia, de quibus agitur, siquidem,quia in prohibitis non est standum assertioni partium,ne in eorum potestate sit facere licitum, quod aliàs illicitum est, Bart. *in l. si furtò, ff. de castr. pecul.* Iason *in l. si donat. C. de collat.* cum mille similibus, & quia plurimum Christianæ Reipublicæ conducit, ne hoc modo aperiatur via fraudibus, & vsurariæ prauitati, quæ omni iure prohibita est. *auth. ad hec*, cum ibi notatis per glos.& Scribentes. *C. de vsur. & cap. 1. & per totum titulum extr. eod.* 4

Accedit quòd ex partitis debiti ipsius Constantini, de quibus in summario *num. 2.* non potest colligi quòd in rei veritate pecuniæ per eum debitæ fuerint cambiatæ, sed potiùs, quòd dictum debitum fuerit in dies auctum habita ratione cambiorum, quod communiter fiebat per nundinas Bisenzoni. Et quòd res ita se habeat non parum arguitur ex denegatione exhibitionis librorum dictæ societatis, in quibus per mercatores solent omnia diligenter annotari, maximè cùm impedimentum respectu d. exhibitionis causa, tum vt prætenditur à Senatore Mediolanensi præsumatur procuratum ab ipsis Verganis, quorum interest, ne appareat dicta cambia esse minus realia. ad tex. *in l. 1. §. sed & si quis. C. de latin. libert. toll.* cum aliis hîc latiùs deductis per informantes, ex quibus fuit resolutum vt suprà. 5

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Leodien. Canonicatus. Veneris 19. Aprilis 1602.

ARGVMENTVM.

Collatio Canonicatus facta illegitimo non valet

let sine dispensatione, quæ vt dispensatio proficiat qualis esse debeat.

SVMMARIVM.

Dispensatio facta clerico illegitimo, non prodest dispensato concepto ante matrimonium, & de tempore de quo inter parentes consistere non poterat matrimonium, n. 5.

Promitto, verbum magis respicit futurum, quàm præsens tempus, n. 2.

Promissio de vendendo non est venditio, n. 2.

Ratificare non est necesse contractum, qui iam perfectus est, n. 3.

Sponsalia, & non matrimonium censentur contracta per verba de futuro, n. 3.

Contractus non dicitur perfectus, qui dependet non à sola voluntate contrahentis, sed à voluntate alterius, num. 4.

Presbyteri fidei, iunctis adminiculis super sponsalibus coram ipso contractis credendum est, n. 6.

DECISIO CLXXIV.

1 DOmini dixerunt confirmandam esse sententiam Rotalem ad fauorem D. Gotifredi Barchæ latam non obstantibus in contrarium adductis pro parte Ioannis. Non obstat prouisio huius Canonicatus facta Ioanni; quia non iuuat ipsum illegitimum; & dispensatio comprehendit tantùm prolem susceptam in figura matrimonij. Anchar. *cons.* 409. *& seq.* Put. *decis.* 483. *lib.* 2. Thom. de Tan. *decis.* 71. & sic non suffragatur Ioanni, qui natus & conceptus erat ante matrimonium, & de tempore quo inter parentes consistere non poterat propter concubinatum matris cum patruo, Anton. de Butrio *in cap. tanta*, & ibi Abb. *num.* 14. Præpos. *in* 2. *quæst. qui fil. sint legit.* & latiùs deductum fuit in hac causa sub die 23. Februarij anni præteriti coram R. P. D. meo Ludouisio.

2 Nec verum est quòd adfuerit aliud matrimonium de anno 1580. & non probatur ex attestatione presbyteri, quæ datur, quia ipse non refert præcisa verba contrahentium, vt comprehendi possit, quòd ipsi inter se promiserint, sed solùm dicit ab illis se rogatum esse, vt audiret eorum promissiones matrimoniales, quas ad inuicem faciebant, quod potius probat sponsalia de futuro, quàm matrimonium de præsenti, Alex. *cons.* 152. *numer.* 2. *libr.* 5. præsertim quòd verbum, *promitto*, ex sui natura magis importet futurum, quàm præsens, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* & ideo vulgatum est promissionem de vendendo non esse venditionem. *l. si quis stipulatus fuerit Stichum, §. final. de verbor. obligat.* cum aliis per Tiraq. *de retract. conuent. in fine, n.* 42. *cum seq.*

3 Hoc etiam colligitur ex promissione ratificandi huiusmodi matrimonium cum rubro sigillo, id est, cum licentia Ordinarij, citius quàm fieri poterit, qua opus non esset, si matrimonium de præsenti contractum fuisset: nam contractus perfectio nullam expectat ratificationem. *cap. à nobis de despons. impub.* cum vulgar. & ideo cùm verba supradicta non recipiant exequutionem matrimonij quæ collata fuit in tempus obtenti rubri sigilli, sed sonent de futuro, & quoad dispositionem, & quoad exequutionem, sponsalia tantùm de futuro, non autem matrimonium de præsenti important, iuxta doctrin. Anton. de Butrio *in c. ex parte. sub num.* 1. *versi. quando verba. de sponsalibus, & in c. ex litteris, il primo. sub n.* 9. & ibi Abb. *sub n.* 5. *eodem titulo*, Syluest. *in verbo, matrimonium, il secondo quæst.* 9. Ang. de Caluas. *in eodem verbo n.* 8. Tabien. *quæst.* 9. Bisanien. *in eodem verbo n.* 3. Cou. *in epit. super* 4. *par. cap.* 4. *§.* 1. *numero* 4. & tenuit Rota in causa Ragusin. Matrimonij 10. Nouembris 1577. coram Robusterio, & in alia Valentina Matrimonij 21. Maij 1578. coram Sanctissimo, vbi enim verba non denotant exequutionem, sed initium actus, nunquam inducunt dispositionem de præsenti, sed illam conferunt in futurum, etiam quòd actus dependeat à sola voluntate loquentis, cùm actus non sit perfectus.

Et tanto magis in hoc casu illæ promissiones matrimoniales non dependebant à libera voluntate promittentis, sed à promissione, seu dispensatione superioris, & sic ex illis non potuit induci matrimonium de præsenti. Doct. *in d. c. ex litteris*, Syluestr. & Ang. & ibi adden. in locis suprà allegatis, vltra quod ille presbyter coram quo fuerunt factæ dictæ promissiones, non erat proprius parochus contrahentium, qui potuisset interuenire matrimonio de præsenti, iuxta decreta Concil. Tridentin. & actus declarantur à potestate. 4

Accedat quòd post promissiones prædictas de anno 1589. obtenta fuit sententia ab Ordinario, in qua ipsi contrahentes asserunt, quòd desiderant contrahere matrimonium, & in ea mandatur eidem presbytero, qui banno vno in facie Ecclesiæ proclamato reliquis duobus ex gratia omissis eos copulet, & coniungat, atque ad solemnitatem matrimonij procedat, prout in vim d. licentiæ processum fuit, quod excludit aliud matrimonium de anno 1580. Caputaq. *decis.* 710. *sub num.* 6, *part.* 2. 5

Præsertim quòd ipsemet presbyter in fide nuper data testatur se rogatum fuisse, vt audiret promissionem de contrahendo sponsalia de futuro, non autem matrimonium de præsenti, & quòd contrahentes promiserunt obtinere licentiam ab Ordinario de contrahendo in futurum, & huic attestationi plurimum est deferendum, cùm ex prædictis & aliis deductis per informantes sit valde adminiculata, Dec. *in l. si donatione. num.* 31. *C. de collat.* Aym. *de antiq. tempor. par.* 1. *§. proposita. n.* 69. Achil. *decis.* 1. *de confess.* Et ita fuit conclusum, &c. 6

IVSTI.

Ciuitatis Castelli supplementi Legitimæ.
Lunæ 22. Aprilis 1602.

ARGVMENTVM.

Sententia contra absentem lata, quando propter contumaciam, & quando propter delictum lata dicatur.

SVMMARIVM.

Bannitus est incapax & inhabilis ad succedendum, ideo non potest agere ad supplementum legitimæ, num. 1.

Sententia contra absentem lata, deficientibus legitimis probationibus, dicitur sententia lata in contumaciam, & non ex delicto, numero 1. & 2. Vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quòd Iudex in sententia asserat constare de delicto per veras probationes.

Sententia lata propter contumaciam non sufficit ad pœnam, nisi aliter constet de delicto, num. 2.

Sententia contra absentem præsumitur potius lata propter contumaciam, quàm propter delictum, numero 2.

DECISIO CLXXV.

ALphonsius Vitellius bon. mem. propter sententias in eum latas dicebatur factus incapax & inhabilis ad sumendum, & idcirco dum ageret ad supplementum 1

tum legitimæ matris, obstare ei exceptionem huiusmodi incapacitatis, & ita decisum fuit coram bon. mem. Bubalo in hac eadem causa prima Decembris 1578. Verùm Illustriss. D. Lucius Alphonsi filius & hæres, prætendens d. incapacitatem ex sententiis non resultare, neque probari, obtinuit disputari dubium coram me in hac causa, subrogato die 4. Martij 1602. An probetur incapacitas Domini Alphonsi, & Domini videntes multa, quæ dicebantur hinc inde, mandarunt mihi, vt restringerem difficultatem ad sententiam Gubernatoris ciuitatis Castelli, & dubium proponerem an sententia d. Gubernatoris sit ex delicto, vel in contumaciam, quo proposito die Lunæ 22. Aprilis subsequentis, Domini dixerunt sententiam non esse ex delicto, sed in contumaciam, quod probatur, quia lata est deficientibus legitimis probationibus, & consequenter ex actis huiusmodi sententiæ colligi non potest eius iustitia, vt in sententia Gubernatoris Vrbis decisum fuit in hac eadem causa 10. Decembris 1577. coram R.P.D. meo Decano, & sæpe aliàs Rota hoc idem censuit, & vltimo loco coram R.P.D. meo Litta in Cesenaten. de Cacciaguerris 7. Februarij 1600. Vbi aliæ decisiones recensentur.

2 Nec facit in contrarium decisio Cottæ in Romana Canonicatus Sancti Angeli vltima Februarij 1567. Quoniam solùm distinguit inter sententiam latam in contumaciam propter contumaciam, quæ durat solùm durante contumacia, & sententiam latam in contumaciam propter delictum, & nos sumus in primo casu; quamuis enim Iudex dicat se condamnare, tam propter contumaciam, quàm per testes desuper examinatos, nihilominus cùm ex actis nihil constet vt requiritur, Felyn. *in c. ex litteris, num. 20. vers. nisi constaret de delicto ex actis. de constit.* & Rota in allegata decisione in hac eadem causa non creditur iudici asserenti constare de delicto propter veras probationes, Felyn. *in c. quoniam cõtra, n. 34. de probat.* Aretin. *cons. 163. num 5. vers. non obstat*, Cephal. *cons. 265. num. 16.* Vnde cùm nihil aliud verificetur, quàm contumacia, sententia non potest dici lata propter aliud, quàm propter contumaciam, quæ de iure non sufficit ad pœnam, Bart. *in l. cùm filius familias, numer. 4.* & ibi Ias. *num. 18. ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. cùm proponas, col. fin. C. de hæred. instit.* Doctor. *in l. testamento, la prima, ff. de cond. & demon.* quoniam sequitur delictum, Felyn. *in cap. cùm Bertholdus, n. 22. vers. si statutum. de re iud.* & cum his concordat præsumtio iuris, quia in dubio potiùs præsumitur propter contumaciam, Felyn. *in c. ex litteris, num. 20. de constit.* Roman. *cons. 329. numer.* 10. & ad cætera huiusmodi responsum fuit, vt dicta decisione in hac eadem causa facta. Nec placuerunt ad probandam sententiam etiam propter delictum, quæ sequuta sunt post sententiam, esse propter delictum, quia non sunt acta illius iudicij, sub cuius calore fuit lata sententia.

ILL. D. CARD. SERAPHINI.

Calaguritana Census. Lunæ 29. Aprilis 1602.

ARGVMENTVM.

Census redditur illicitus, & nullus ex pactis appositis contra substantialia contractus, secus circa accidentia.

SVMMARIVM.

Census non redditur fœneratitius, & nullus ex pactis, quæ non sunt contra substantiam contractus, sed tantùm circa accidentalia, n. 2. 3. & 4.

Census dicitur vsurarius, & illicitus ex pacto, quòd venditor teneatur aliquo modo illum redimere contra suam voluntatem. Declara vt num. 4. & 5.

Alternatiuæ obligationis, quando vna pars est licita, alia verò illicita, nunquid per inutile vitietur, numero 6.

DECISIO CLXXVI.

1 FVit proposita causa super pacto in contractu census apposito, an sit contra constitutionem fel. rec. Pij V. vt reddat contractum cẽsus fœneratitium, vt propter illud fructus sint in sortem computandi. Pactum verò sub his verbis est conceptum. Item sub conditione expressa, quòd si sua Maiestas, & Reges suæ Maiestatis successores mandauerint, quòd redditus, vel census cariores fiant, quàm ad rationem quatuordecim morapetinorum pro quolibet milliario, lege, pragmatica, vel prouisione, quam super præmissis dari, vel fieri mandauerint, quòd in tali casu sit in electione D. Petri Garzia, & eius vxoris, vel illius, qui ab eis titulum & causam ad hunc censum habuerit, quod DD. Decanus, & Capitulum debeant illis restituere morapetinos, & pretium principale huiusmodi census, vnà cum fructibus decursis vsque ad illud tempus, vel concedere eis illum in futurum, iuxta formam, & pro pretio, quod continebitur in tali pragmatica, lege, vel prouisione.

2 Examinatis itaque conditionibus huius pacti, Domini censuerunt ex eo contractum non reddi fœneratitium, neque propter illud fructus in sortem esse computandos. Nam iam fuit in examine aliorum pactorum conclusum, ea tantùm pacta contractum census annullare, quæ sunt contra substantiam census, ita vt impediant eiusdem creationem faciendo contractum transire in aliam speciem contractus, & fuit dictum coram me, in causa Romana Turris Bubalariæ 7. Nouembris 1575. quam amplexa fuit Rota in Bononiensi Census coram R.P.D. meo Pamphilio 26. Iunij 1600. Pacta verò quæ sunt circa accidentalia vitiari, non vitiare, & fuit allegatis Tatius *lib. 1. singul. respons. c. 12.* quia hanc materiam bene explicat.

3 Pactum autem, de quo agitur, versari merè circa accidentalia, patet, quia pendet ab incerto quodam euentu, qui fortasse nunquam erit in rerum natura; & ideo non facit quominus census à principio non habeat suam formam substantialem bene & legitimè constitutam, neque est contra substantiam venditionis, quòd aliquo casu rescindatur, & resoluatur, vt probatur toto titulo *de rescind. vend.*

4 Neque obstat quòd expressè prohibita sint in constitutione Pij V. pacta continentia, vt pretium census ab initio, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti possit, quia, vt dictum fuit, voluit Pius V. quòd omnia pacta indistinctè annullarent contractum, sed illa tantùm quæ respiciunt formam substantialem, & ideo in contractu irritanti ait, contractus sub alia forma celebrandos fœneratitios iudicamus.

5 Et hoc eo magis est dicendum, quia non videtur referenda prohibitio ad hunc casum prouenientem ex facto principis, cui contrahentes aliter prouidere non possunt, sed ad pacta dependentia ex facto contrahentium, qui in pœnam, vel alia de causa sibi reseruarunt facultatem repetendi sortem: illud enim proueniret à mera voluntate, & dispositione emtoris census, Gabr. *cons. 152. lib. 1.*

6 Præterea pactum non continet præcisam constitutionem pretij in casu pragmaticæ Regiæ, sed alternatiuè prouidet, vel quòd possit repetere pretium, vel concedere in futurum, iuxta formam pragmaticæ. Vnde non improbabiliter dici potest habere locum conclusionem illam, quòd in alternatiuis, quando vna pars est licita, alia verò est illicita, vel aliàs inutilis, non vitiatur obligatio in totum, sed resoluitur in simplicem, licitam, & vtilem permissionem. *l. si duo rei*, & ibi Bart. & post eum Castr. *num. 3.* Alex. & Ias. *num. 3. de verbor. obligat.* Aretin. *cons. 121. in fine.*

Quinimo

7 Quinimo videtur hoc pactum quodammodo non conforme dispositioni Bullæ in ea parte in qua prohibet pretium constitutum ex aliqua causa, vel accidenti minui, vel augeri in §. *declarantes*. Sed & quatenus etiam possint ex Principis indulgentia fructus minui conuenit in constitutione census ad minorem summam reduci, & non ideo possit ab emtore discedi à contractu, & repeti pretium, tamen hoc pactum semper versatur circa accidentalia, & vitiabitur, non autem vitiabit contractum, vt suprà deductum est. Quare conclusum, & ex hoc pacto contractum non reddi fœneratitium, neque conuertendos esse fructus in sortis diminutionem.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Societatis. Lunæ 20. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Vltra valorem officij societas non sustinetur, nec mutuo fructus percipi possunt.

SVMMARIVM.

Vsura est recipere fructus ex mutuo, n. 1.
Societas officij vltra illius valorem non sustinetur, quia remanet purum mutuum, n. 1.
Consuetudo non excusat ab vsuris, n. 1.

DESISIO CLXXVII.

1 FVit per Dominos resolutum Lelium teneri ad restitutionem fructuum, quia cùm ista societas officij vltra valorem non sustineatur, vt fuit resolutum, remanet purum & merum mutuum, in quo non cadit restitutio fructuum, vt fuit sæpius resolutum, & consuetudo ad istum effectum excusandi à restitutione fructuum, non suffragatur, quia consuetudo nihil operatur in vsuris, *cap. quia in omnibus, & ibi glos. in verbo, multa, de vsur. & capit. inter dilectos, de excess. prælat.* & in his terminis fuit resolutum in causa Romana Societatis 2. Iulij 1570. coram Cardinali Lancellotto, & in censu nulliter imposito, fuit etiam resolutum coram Giptio in causa Vrbeuetana Census de anno 1594.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Albanen. Successionis. Lunæ 20. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Actorum transportatio non est necessaria, quādo acta sunt facta in diuersa causa, diuersóq; iudicio, & etiam quando acta dicantur esse eiusdem, vel diuersæ causæ.

SVMMARIVM.

Actorum transportatio non est necessaria, quando acta sunt facta in diuerso iudicio, numer. 1. & 2. vbi etiam quando acta dicantur esse eiusdem vel diuersa causa.

DECISIO CLXXVIII.

1 DAr temisia petit hodie portionem hæreditatis paternæ ex persona D. Victoriæ eius sororis, necnon hæreditatem Virginiæ Acciæ, quæ est diuersa ab illa antiqua, quæ agebatur super fideicommisso Honorij, inter Ludouicum, & Christophorum eius fratrem, propterea non est necessaria transportatio actorum illius iudicij, quia sæpius fuit resolutum acta diuersæ causæ & iudicij non esse transportanda, nec de iure, nec ex dispositione sacri Concilij Tridentini, vt in Oscen. Indulti coram bon. mem. Orano 27. Nouembris 1598. in Censenaten. de Cacciaguerris 15. Ianuarij 1599. coram R. P. D. Litta, & de hoc anno in causa Valentina Baroniæ coram R. P. D. Ortembergo.

Non obstat, quòd acta illius iudicij multum conferant ad hanc causam, quia non ideo sequitur, quòd sit de actis istius causæ, vt fuit dictum in causa Romana Depositi 5. Iulij 1600. coram D. Coccino, & licèt omnes causæ sint mihi commissæ, quia nihilominus remanent diuersæ, & potest vnaquæque de per se tractari, sufficit transportare acta illius causæ, quæ est ventilanda, vt fuit dictum in Valentina Baroniæ. 2

LITTÆ.

Valentina Pensionis. Lunæ 3. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudicem secularem priuatur omni iure suo; quando procedat hæc conclusio, & quomodo recursus iste probari debeat.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo non denegatur existenti in possessione tempore motæ litis, n. 1.
Mandatum de manutenendo in exactione pensionis alicuius beneficij, vt concedatur quæ requirantur, num. 2.
Excommunicatus à limine iudicij repellitur, n. 3.
Recursum habens ad Curiam secularem est excommunicatus, num. 3.
Excommunicationis causa cessante, propter absolutionem, debet etiam cessare impedimentum quod excommunicatio præbebat, n. 3.
Expressum satis dicitur, quod venit in consequentiam expressi, num. 4.
Excommunicatio Clerici recurrentis ad indices laicos resultat ex actu recursus, & non ex aliis, quæ postea fiunt per iudices laicos, n. 5.
Iudices seculares facientes decretum, & se intromittentes in recursu Clericorum ad eos habito sunt excommunicati, n. 6.
Clausula sine præiudicio iuris alteri quæsiti nullum ius nouum tribuit, sed tantùm antiquum reseruat, numero 6.
Recurrens ad iudices seculares ipso iure priuatur omni suo iure, numero 7. declara dummodo plenè & concludenter constet de recursu, aliàs secus, n. 7. item declara dummodo adsit declaratoria facti, numero 9.
Recursus ad Curiam secularem ad effectum, vt recurrens incidat in pœnam, debet plenè & concludenter probari, non autem præsumptiuè, ideo non sufficit præsumptio transportationis actorum, vel commoditatis, & vtilitatis, quæ ex recursu habetur, n. 7.
Possessor manuteneri debet in sua possessione lite pendente, num. 8.
Priuatio ipso iure, vbi à lege statuitur, adhuc declaratoria requiritur, n. 9.

DECI

DECISIO CLXXIX.

1 CVm aliàs 21. Ianuarij anni 1600. pro parte Michaëlis Perez contra Petrum Androtta, prætenderetur mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi quandam pensionem ducatorum 150. auri de Camera reseruatam super fructibus Archidiaconatus de Muro veteri, quod minimè denegari solet existen. in quasi possessione exigendi de tempore motæ litis, vel paulo antè incepta, text. *in §. retinen. Instit. de interdict.* cum vulgar.

2 Cumque omnia incumbentia pro eo obtinendo probata fuisserit, videlicet reseruatio d. pensionis ex literis sub Datum x. Kalend. Augusti Pontificatus fel. rec. Iulij Papæ Tertij in Summario sub ium *num.* 14. & testibus deponentibus se certò scire hunc esse illum Michaelem cui reseruata fuit dicta pẽsio, quasi possessio exigendi illam, quibus accedunt quietantiæ, tam prædecessoribus ipsius Petri, quàm ipsimet Petro factis, de quibus in eodem summario *numer.* 50. *& seq. & num.* 10. *&* 11. ex quibus etiam ipsius pensionarij identitas comprobari videtur: nam cùm Petrus de ea opposuisset, & ex pòst eidem persoluerit dictam pensionem, signum euidens quòd de ea sibi sufficienter constitit, ad tex. *in l. cùm de indebito, ff. de probat.* & facit, quia non minus facto ipso, quàm verbis probari potest persona vnius vulgata. *l. Paulus respondit, ff. rem rat. hab.*

3 Fuit nihilominus Michaëli denegatum dictum mandatum eo prætextu, quòd eidem obstaret exceptio excommunicationis incursæ propter recursus habitos ad Consilium Regium, quæ illum repellebat à limine iudicij, & consequenter à petitione dicti mandati ex deductis in decisione tunc temporis extensa, verùm obtenta per eundem Michaelem à Sanctissimo absolutione, eáq; in actis producta, cùm de nouo pro parte illius prætenderetur dictum mandatum, & pars aduersa contradiceret, dubitatum an sit recedendum à d. resolutione, & concedendum Michaeli dictum mandatũ, & Domini vtraq; parte informante pro affirmatiua tenuerunt moti, quia cessante causa impedimenti, & sic cessante excommunicatione propter absolutionem obtentam, quæ impedimento fuit, ne Michaeli concederetur dictum mandatũ, & ipsum impedimentum cessare debet, *c. & si Christus. de iureiur. §. sed si qua. Instit. de nupt. & cap. cùm cessante. de appellat. in* 6.

4 Nec deducta per informantes pro Petro circa subreptionem, seu obreptionem gratiæ absolutionis, placuerunt Dominis, non illud quod expressit Papæ, recursum fuisse factum à quodam suo amico, & tacuit, quòd ipse illud approbauit, quia fuit dictum, quòd dum exprimit Papæ se ea de causa excommunicatum, virtualiter quoq; expressisse videtur, seipsum recursum ratum habuisse, cùm aliàs non posset ratione dicti recursus esse excommunicatus, & illud satis expressum dicatur, quod venit in consequentiam expressi, Paris. *cons.* 3. *num.* 35. *& cons.* 40. *num.* 4. *lib.* 1.

5 Non denique illud, quòd Papæ dixerit Consilium Regium nullum decretum fecisse, cùm tamen ex actis de eo constet, quia d. narratiua debet intelligi respectu decreti præiudicialis iurisdictioni ecclesiasticæ, nam reuera Consilium Regium nullum fecit decretum præiudiciale, sed immo fauorabile d. iurisdictioni, cùm remiserit partes ipsas ad Nuntium Apostolicum, & sic ad Iudicem competentem, tum etiam quia excommunicatio Clerici recurrentis ad Iudices laicos resultat ex actu recursus, & non ex aliis quæ postea fiunt per Iudices laicos, licèt & ipsi ratione sui facti incidant in eandem excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, vnde satis fuit Michaeli narrare Papæ culpam propriam, vt sic commissi veniam obtineret, prout obtinuit.

6 Nec facit quòd d. absolutio fuerit Michaeli concessa, cum clausula, sine præiudicio iuris alteri quæsiti, quia huiusmodi clausula nullum ius nouum tribuit Petro, sed quod habebat ei tantùm præseruat; Oldrad. *cons.* 237. *in fine*, & fuit dictum in illa Imolen. Castrorum 15. Nouembris 1571. coram R. P. D. Seraphino, quare cùm Petrus ante prætensum recursum Michaëlis esset obligatus soluere pensionem, de qua agitur, ex suprà deductis, & mediante d. recursu non acquisiuerit liberationem, sed dumtaxat exceptionem dilatoriam solutionis illius ex ipsa excommunicatione resultantem, secundùm glos. *in capit. nos Sanctorum.* 15. *quæstio.* 6. ideo, &c.

Et ad illud, quòd immo Michaëli propter dictum recursum fuerit extunc priuatus omni iure consequendi dictam pensionem ex Constitutionibus Martini, Innocentij, Leonis, & Clementis hîc per informantes allegati, & quòd propterea in consequentiam d. priuationis fuerit quoque quæsita extunc eidem Petro liberatio, fuit dupliciter responsum. Primò, quoad effectum dictæ priuationis debet clarè & concludenter constare de ipso recursu, & de vera approbatione illius, vbi per alium fuerit habitus, & non ex illa dumtaxat præsumtione resultante ex illo communi dicto, cui bonum, &c. vel ex transportatione actorum de partibus, quæ necessitate cogente fit vt Iudex appellationis possit procedere in causa, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess.* 24. *c.* 20. *versic. praterea. de reformat.* quæ bene possunt sufficere ad effectum dilatoriæ, secus ad effectum exceptionis peremtoriè, vt bene deducitur per informantes pro Michaële. 7

Secundò, quòd dum pendet lis super eo an constet de recursu Michaëlis, ita vt dispositio dictarum Constitutionum intret, debet ipse interim manu teneri in dicta sua quasi possessione exigendi, vt in simili consideratum fuit in vna Conchen. Iurisdictionis 4. Decembris 1592. coram Illustrissimo Mantica. 8

Nec facit quòd supradictæ constitutiones inducant priuationem ipso iure, quia nihilominus requiritur declaratoria facti, propter quod incurritur talis priuatio. *c. cùm secundum. de heret. lib.* 6. Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. latè Felyn. *in cap. Rodulphus. versi. sed declaratoria sententia. de rescript.* glos. *in Clem. præsenti, in verbo, constituerit, de cens.* & *in Clem.* 2. vbi Doctores hoc passim notant *de pœn.* quæ declaratoria cùm adhuc secuta non sit, non debet propterea Michaël interim priuari commodo suæ possessionis, ex supradictis, & ne sententiæ adhuc non latæ exequutio fiat contra omnes iuris regulas, &c. 9

REVER. D. COCCINI DECANI MERITISS.

Romana Societatis Mercurij 5. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

An societas inita super emtione officij, in qua quis ponit pecunias, & alter sumtus pro expeditionibus, & administrationem, & operam cum aliis pactis recipiendo maius lucrum pro eo qui pecunias erogauit, sit licita, nec ne?

SVMMARIVM.

Inæqualitas lucri inter socios est permissa, quando vnus ex sociis maiorem partem, vel sortis vel industriæ in societatem confert, n. 1.

Socius, qui in societate incurrit periculum vitæ alterius socij, & sic amissionis capitalis, si in dicta societate habet maiorem lucri partem sustinetur societas, n. 2.

Expensa in expeditione officij, super quo contracta est societas, sunt pars capitalis, ex quibus socius in admissione

missione ad officium, nec damnum extrinsecum, nec intrinsecum patitur, n. 3.

Taxatio certi lucri continens assecurationem ipsius lucri est licita, n. 4. quod procedit quando quantitas taxata est proportionabilis ad dubium euētum lucri, n. 5.

Fructus agri, vel vineæ incerti vendi possunt pro certo pretio, d. n. 4.

Onus probandi taxationem lucri excessiuam incumbit allegant, d. n. 5.

Taxatio lucri annua non habito respectu impedimenti, seu infirmitatis non est permissa, n. 6.

Verborum significatio debet ad intellectum sanum, ciuilem, & vitio carentem applicari, vt excludatur contractus illicitus. d. n. 6.

Constitutio Sixti V. super societatibus ad caput saluum, quæ prohibet contractus palliatos, & contra dispositionem iuris communis celebratos addendo pœnas nouas, non habet locum vbi societas non est vsuraria, nec prohibita ex depositione iuris communis, n. 7.

DECISIO CLXXX

CONuenerūt D. Pallauicinus, & Carentius quòd idē Pallauicinus emeret Registrum Bullarum super periculo vitæ ipsius Carentij, apposito tamē decreto ad fauorē Pallauicini, & quòd Carentius erogasset sumtus pro expeditionibus faciendis, & administratione sibi obtināda pro rata tēporis reficien si infra trienniū alij, quàm Carentio officium Pallauicinus vēderet, & quòd fructus Massæ, & alij extraordinarij, & tertiæ partis exercitij præstandi per Carentium spectaret ad Pallauicinum, reliquæ verò duæ partes dicti exercitij essent ipsius Carentij, quæ tertia pars fructuum exercitij fuit taxata ad scuta 40. annua, quapropter dubitaui an huiusmodi pacta essent licita, & DD. affirmatiuè concluserunt.

1 Quia inæqualitas lucri inter socios est permissa vno ex sociis maiorem partem, vel sortis, vel industriæ in societatem conferente. *l. si non fuerint.* vbi glos. *ff. pro soc.* Calder. *in c. nauiganti. numer. 30. versi. veruntamen. de vsur.* Purpur. *in l. si pascenda. num. 25. & 26. C. de pact.* Couarr. qui de cōmmuni testatur, *var. resolut. c. 2. numer. 3. versicul. hinc primò apparet, & versicul. secundò constat,* & ideo cùm Pallauicinus totum contulerit capitale, non fuit inconueniēs quòd totam massam, & alios fructus perciperet. Verùm quia fructus consistunt etiam in exercitio, fuit contentum, quoad illos, quòd Pallauicinus vnam tertiam partem, reliquas verò duas Carentius, qui officium exercebat, perciperet.

2 Et licèt ipse fecerit expensas pro expeditione & admissione, videretur inde dicendum, quòd ipse quoque de d. massa, & aliis emolumentis percipere deberet pro sua rata, tamen dicebant Domini quatenus dictæ expensæ essent pars capitalis, quòd satis pro ipsis Carentinus participabat. Ex quo habebat duas tertias partes lucri, cùm aliàs non fuisset inconueniens, quòd Pallauicinus maiorem partem istius lucri perciperet, qui currebat periculum vitæ Carentij, & per consequens amissionis capitalis, vt tenuit Rota ex Calder. Purpur. & aliis in causa Ferrarien. Societatis 28. Iunij 1599. coram R. P. D. Millino, stante maximè quantitate dictarum expensarum, quæ non excedunt summam scutorum, &c.

3 Nec refert quòd elapso triennio si officium vendebatur expensæ non erant reficiendæ Carentio, quia dicebatur quòd si huiusmodi expensæ sunt pars capitalis, de natura huius capitalis est, vt collatum in societatem amittatur. Cùm expensæ factæ pro expeditione & admissione ad officium nunquam recuperentur. Et propterea cùm Carentius ex tali admissione, nec damnum extrinsecum, nec intrinsecum patiatur, Bald. *in l. 1. n. 23. ff. pro soc.* sibi imputare debet si partem illam capitalis ponere in societatem non recuperauerit.

Non obstat quòd lucrum certum fuerit taxatum, quia respondebant DD. illam taxationem continere assecurationem lucri, quæ est licita, sicut enim fructus agri, vel vineæ incerti vendi possunt pro certo pretio, vel locari. Ita etiam vendi potest lucrum incertum societatis, Syluest. *in summ. in verbo, societas, §l primo. numer.* 18. Armill. *n.* 17. Corrad. *de contract. quæst. 96. in prima & secunda conclus.* Nauarr. *cons. 24. de vsur.* Io. Lopez *de contract. c. 65.* & latè Henric. *cons. 8. n. 72.* & fuit dictum coram R. P. D. Millino in causa Ferrarien. Societatis 28. Iunij 1599. 4

Et quamuis prædicta procedāt, quando quantitas taxata est proportionabilis ad dubium euentum lucri, vt per Corrad. & Henric. in loco præcitato, nihilominus omisso quòd onus probandi taxationem excessiuam incumberet Carentio, Purpur. *in l. si pascenda. n. 29. C. de pact.* ex calculo hîc pro parte Pallauicini dato probatur hæc non excessiuitas. 5

Minus facit quòd ista scuta quadraginta annua fuerint taxata, non habito respectu alicuius impedimenti puta infirmitatis, &c. Nauar. *cons. 14. de vsur.* nam respondebatur quòd illa taxatio debebat intelligi cessante infirmitate, & impedimento necessario, verborum enim significatio debet ad intellectum sanum, ciuilem, & vitio carentem applicari, Rot. *decis. 10. n. 4. & 5. de test. in antiq.* & vt excludatur contractus illicitus, Alex. *cons. 191. n. 6. lib. 2.* & fuit resolutum coram bo. me. Lauretano in causa Foroliuien. Societatis 2. Decembris 1583. & in dicta Ferrarien. coram D. Millino. 6

Nec releuat Bulla fel. rec. Sixti Quinti super societatibus ad caput saluum, quia tam ex prœmio, quàm ex discursu & tenore Bullæ habetur intentionem fuisse prohibere contractus palliatos, & contra dispositionem iuris communis, addendo pœnas nouas, vt firmauit Rota in dicta Ferrarien. 17. Maij 1600. & ideo locum non habet in hoc casu, cùm ista societas nō sit vsuraria, nec prohibita, ex dispositione iuris communis, vt sæpius fuit ostensum, &c. 7

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Oscensis Archidianonatus.
Lunæ 10. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus in excommunicatione per triennium insordescens, priuatur beneficiis, si excommunicationis scientiam habuerit, quando, & ex quibus talis scientia præsumatur.

SVMMARIVM.

Recursum habentes ad seculares Iudices excommunicati sunt, nec attendenda est consuetudo contraria etiā immemorabilis, n. 1.

Insordescentia requirit non solum contumaciam in excommunicatione, sed etiam excommunicati proteruiam, n. 2.

Confessio de recepto, licèt regulariter nō probet solutionē, probat tamen concurrentibus adminiculis, n. 3.

Procurator censetur certiorare suum principalem de omnibus emergentibus in lite, n. 4.

Scientia non præsumtiuè, sed plenè & concludente, probanda est, quando agitur de priuatione beneficij, declara, nisi præsumtiones sint vehementes & vrgentes, num. 6. vbi præsertim quando non agitur criminaliter, & n. 7.

Præsumtio vehemens dicitur illa, ad quam vehementer animus Iudicis applicatur, n. 7.

Scientia sola non sufficit in pœnalibus, nisi etiam concurrat intimatio. Declara vt n. 8.

Insordescentia sola non sufficit ad effectum priuationis beneficiorum, nisi insordescens post annum fuerit citatus ad se expurgandum. Declara vt n. 9.

DECISIO CLXXXI.

1 IOannes Perez in impetratione Archidiaconatus della Camera in Ecclesia Oscensi, narrauerat inter alia, quòd Paulus Lezzanus dictum Archidiaconatum obtinens & excommunicationis sententia ritè innodatus existens, suorum salutis, & honoris immemor, Deique timore postposito in d. excommunicatione per triennium & vltrà insorduit. Ad cuius narratiuæ verificationem, cùm fuisset restricta disputatio, Domini resoluerunt gratiam quoad insordescentiam narratam esse iustificatam; cùm enim nō controuerterentur plures recursus illiciti ab ipso Paulo, eius procuratoribus de mandato ipsius factis ad Iudices seculares, ambigendum non est de illius excommunicatione, tum vigore Bullæ in Cœna Domini *in §. 16.* tum etiam in vim sacrorum Canonum, *capitul. qualiter, & quando,* cum ibi notat. *de iudic. cap. nouiter, & cap. graue, de sent. excommunic.* & propter istosmet recursus ab eodem Paulo habitos, tam coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto 10. Aprilis anno 1595. quàm coram R. P. D. Penia die 1. Februarij eiusdem anni declaratus fuit excommunicatus in alia causa Oscensis Canonicatus Consuetudo autem, siue abusus potiùs illarum partium recurrendo ad Iudices laicos, qui adducitur ad effectum excusandi Paulum, & excludendo contumaciam illius, non meretur allegari, cùm nec etiam suffragaretur immemorabilis, vt dicta decisione deductum fuit, & hæc de plano procedebant.

2 Dubium tamen consistebat circa sententiam Pauli, & pertinaciam ipsius in excommunicatione: nam cùm ad effectum insordescentiæ requiratur contumacia, & proteruia excommunicati in excommunicatione, *capitul. cùm bene, de at. & qual. cap. cum contumacia, & ibi not. de heret. lib. 6.* cum aliis similibus, opus erat ostendere Paulum habuisse notitiam excommunicationis per triennium ante impetrationem Ioannis quæ fuit de mēse Augusti 1599. & quamuis recursus incœperint vsque de anno 1587. ita vt de anno 1589. fuerit monitus coram Auditore Cameræ ad instantiam fisci, ad personaliter comparendum, ex eo quòd propter recursus inciderat in censuram, cuius vigore ipso personaliter citato fuit contra eū ab eodē Auditore Cameræ lata sententia definitiua, deinde à Vicario Vrbis, tamen cùm hæ duæ sententiæ fuerint per sententiam Farinacij reuocatæ vsque ad hoc tempus Domini nihil firmarunt, sed inspecto tempore subsequenti post supradictas decisiones, & tres sententias Rotales, quarum duæ primæ latæ fuerunt de anno 1599. tertia verò die 2. Februarij 1698. Necnon post sententiam D. Vlissis Moscati reuocatoriam sententiæ Farinacij, & Paulus declaratus excommunicatus propter dictos recursus, satis constare visum fuit de scientia Pauli, & proteruia ipsius in excommunicatione; ita vt per triennium & vltrà insorduerit; ea namque colligitur ex pluribus, & præcipuè, ex quo litteræ exequutoriales relaxatæ in vim trium sententiarum Rotalium fuerunt ei intimatæ, cùm fuerint sub die 15. Maij 1596. exequutæ in domo Pauli dimissa copia, & per affixionem ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, in qua erat Archidiaconus, & licèt in exequutorialibus nulla fieret mentio excommunicationis, tamen nimis crassa & supina erat ignorantia causæ propter quam fuerunt latæ in Rota tres sententiæ conformes, item ex relaxatione mandati exequutiui pro expensis in vim trium sententiarum criminalium sub die 18. Maij eiusdem anni, quod fuit super quibusdam bonis mobilibus eiusdem Pauli exequutum, maximè concurrente solutione expensarum vtriusque Iudicis, tam factæ in Rota, quàm coram Vicario, vbi nulla alia causa aderat, quàm reuisio sententiæ Farinacij, per quam solutionem expensarum contrauerti non potest scientia Pauli sententiarum Rotalium & criminalium.

Nec dicatur de huiusmodi solutione non constare nisi per confessionem de recepto, quia licèt hæc regulariter non probet solutionem, fallit tamen concurrentibus adminiculis, vt pluries decisum fuit prout in hoc casu, tum quia confessio de recepto non fuit, facta à principali, in quo adest maior suspicio fraudis, sed à procuratore, tum quia fuit facta per manus Notarij, & in præsentia testium, tum quia pro expensis coram Vicario procedebat exequutio facta in mobilibus propter quam redditur verisimilis confessio, & cessat suspicio quòd fuit facta in præiudicium Pauli, neque potuit habere iustam causam credendi huiusmodi expensas fuisse factas in secunda instantia coram Vicario, quia cùm esset lata sententia à Farinacio reuocatoria sententiæ, cum condemnatione alterius partis in expensis donec hæc sententia Farinacij fuisset reuocata non poterat relaxari mandatum contra ipsum pro expensis. 3

Quòd autem potuerit prætendere nullitatem sententiarum, non excusat eum à contumacia, quia prætensio erat sine aliquo fundamento, aliàs hoc modo posset semper euitari insordescentia. Quod etiam suadetur ex testibus deponentibus, quod de anno 1596. Paulus propter censuras non accedebat ad Ecclesiam, & quòd habebatur pro excommunicato, & licèt isti testes indefinite deponant de anno 1596. & in principio anni 1596. verisimile est quòd hoc etiam esset circa mensem Augusti 1596. eadem quoque scientia Pauli satis colligitur ex tot decisionibus, & sententiis, tam ciuilibus quàm criminalibus, quæ præcesserunt, in quibus iudiciis causa fuit acriter defensa ab eius procuratore, à quo præsumitur, de his omnibus certioratus, iuxta cons. Rot. 481. maximè cùm procurator à sententiis appellauerit. & notabiles fecerit impensas, quas non est verisimile, quòd fecerit de suo proprio, & notorius sit stilus, vt de omnibus quæ in curia geruntur, certiorentur principales qui ad effectum, vt causa defendatur, pecunias transmittunt ad Vrbem; vltra quod si sententia Farinacij debet suffragari Paulo ex quo de illa præsumitur fuisse à procuratore certioratus, eodem modo debet præsumi certioratus de decisionibus, & sententiis reuocatoriis, præsertim cùm continerent censuras, & alias pœnas. 4

Quod si attendātur prosequuta, satis apparebit de contumacia Pauli, & indurato animo, quo permansit in cēsuris; adsunt enim requisitiones ab eo factæ Capitulo in quibus defendendo huiusmodi recursus, & approbando sententiā Farinacij damnat opinionem illorum, qui dicunt recursus illicitos, quamuis sint Rotæ Auditores, & non obstante quòd Capitulum ei notificauerit sententias, tam ciuiles, quàm criminales, & decisiones contra eum factas, & denegaret ei, vti excommunicato, tradere distributiones quotidianas, obtinuit nihilominus præceptum, vt Capitulum & litis consortes abstinerent se, & renuntiarent sententiis Rotalibus latis ob recursus, & ipsum ex causa non molestarent, cuius vigore Capitulum, & litis cōsortes ne tempore litem amitterent, coacti fuerunt facere quasdam separationes, cum diuersis protestationibus; & hoc quamuis sint gesta intra triennium probant nihilominus præcedentem scientiam Pauli. Si enim quando fuerunt ei intimatæ decisiones, & sententiæ, destitisset à defensione in recursu, & impugnatione sententiarum, posset forsan intrare præsumtio ignorantiæ prius, ex quo habita vera notitia destitit; sed cùm postquam habuit scientiam claram, & certam quòd recursus erant illiciti, nihilominus noluerit desistere, oritur contraria præsumtio, quòd etiam per prius habuerit istam scientiam & tamen perseuerauit. Cùm igitur ab intimatione exequutorialium, & solutione expensarum, quæ fuerunt de mensibus Maij, & Iunij 1596. vsque ad gratiam Ioannis quæ fuit de mense Augusti 1599. intercesserunt tres anni, & amplius remanet 5

net narratiua, quod insorduit per triennium, & satis hoc videtur fecisse suorum salutis & honoris immemor, denique timore postposito stante supradicta contumacia, & proteruia cum nouis contrauentionibus.

6 Non obstat, quòd cùm agatur de probanda scientia, ad effectum priuationis, requiratur plena probatio, nec sufficit præsumta, ex decis. Mohed. 260. *aliàs 4. de prob.* Put. *6. eodem tit.* cum alijs allegatis, quia licèt regulariter id verum, hoc tamen intelligitur, quando non concurrunt præsumtiones vehementes, & vrgentes, secus verò, quando adsunt huiusmodi vrgentes præsumtiones, vt fuit resolutum in causa Mediolanensi Matrimonij 22. Martij 1574. coram Cotta. Nam nihil repugnat, quòd requiratur plena probatio, & sufficiunt coniecturæ, & præsumtiones, quia ex his etiam potest oriri probatio concludens, prout latè deducit & allegat Aym. *consil. 73. num. 19. & consil. 178. num. 1.* Decisiones ergo Putei, Mohed. & aliæ similes, quæ in contrarium allegantur, sunt intelligendæ quando non concurrunt tales coniecturæ, & præsumtiones, ex quibus possit oriri plena probatio, maximè cùm ista non sit materia criminalis, sed beneficialis, quæ non requirit exactissimas probationes, sed contentatur probatione ordinaria, dummodo sit plena, & concludens secundùm subiectam materiam, vt in causa Casalensi Præpositura 21. Aprilis 1597. coram bo. me. Gipzio, vbi etiam fuit allegata decisio Accoramбon. 25. quæ hic affertur in contrarium.

7 In hoc autem casu non potest ignorãtia allegari, quia ex suprà deductis resultant vehementes præsumtiones scientiæ Pauli, ita vt verisimilitudo sit magna, & ad eam vehementer animus Iudicis applicatur, talis enim dicitur vehemens præsumtio, secundùm Bal. *in rub. C. de prob. n. 4.*

8 Nec etiam obstat, quòd in pœnalibus non sufficiat sola notitia, nisi concurrat etiam intimatio, Mohed. *d. decis. 4. de prob. & 3. de dol. & cont. & 3. de sent. excommun.* quia id procedit, quando requiritur notitia non solùm ad effectum scientiæ, sed etiam ad effectum, vt aliquid fiat: nã ad hoc requiritur intimatio, vt dicitur *in dicta decisione* 4. Mohed.

9 Neque etiam obstat, quòd insordescentia in excommunicatione non sufficiat ad effectum priuationis, sed necessaria sit citatio post annum ad se expurgandum, ex deductis in causa Legionensi insordescẽtiæ 5. Iunij 1598. coram R. P. D. Decano, quia hoc procedit quando agitur contra aliquem, vt suspectum de hæresi, iuxta terminos textos *in capit. cum contumacia, de heret. libro 6.* quòd si agitur contra excommunicatum, ex causa quæ meretur priuationem, tunc ad effectum priuationis satis est, quòd in excommunicatione insorduerit, iuxta not. per Abbatem *in capit. de iudic. conser. ad capitul. Tholos. decision.* 365. & ita loquitur decision. Legobiens. Domini mei Decani.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Pignorum.
Veneris 14. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

Hebræi recipientes in pignus aliorum bona furata, an & quando teneantur illa restituere eorum dominis non restituto pretio.

SVMMARIVM.

Hebræi de iure communi tenentur restituere bona pignorata eorum dominis absque vlla pretij restitutione, si ea pignori acceperunt ab alijs quàm à suis dominis, num. 1.

Liber priuatus Hebræorum pignori accipientium bona sub vsuris de iure communi non probant ad fauorem dictorum Hebræorum, n. 4.

Pœna vbi apponitur in aliquo actu de iure prohibito, inde etiam resultat eiusdem actus nullitas, n. 7.

Pœna in actu apposita facit etiam actum nullum ex verisimili mente disponentis, n. 8.

Extensio fit de casu ad casum in dispositione inducta ratione euitandæ fraudis, quando vtroq; casu adest eadem ratio. n. 10.

DECISIO CLXXXII.

Facultas mutuandi sub vsuris permissa Hebræis habet diuersas limitationes, & restrictiones ad effectum vt non possit committi fraus, & inter alia *in cap. 13.* continetur: *Che siano obligati scriuere al libro la qualità del pegno più essentiale, come fine, ò grosso, nuouo, ò vecchio, & il colore: & volendo il Christiano metterle il sigillo, ouero contrasegno, l'Hebreo no'l possi recusare, & nel libro, & nella poliza ò bollettino da darsi, come di sopra, ne habbi à far mentione, sotto pena di scudi quattro per ciascuna volta, & essendo il pegno d'oro, d'argento, ò gioie, ò altra materia pretiosa, oltra le altre qualità, & circonstãtie sopradette vi si deue scriuere il peso, & il numero loro, sotto pena di scudi venti per ciascuna volta.* 1

Post obitum Andreæ Dinelli Aurificis fuerunt inuentæ penès Missanos Hebræos plures gioielli margaritæ diuersorum dominorum, quæ ab eis fuerunt data Andreæ ad effectum illas vendendi: repetebant domini à Missanis istos gioiellos, & margaritas, respõdebant Missani, quòd ipsi eas habuerant ad Andrea in pignus pro certis pecuniarũ summis ei mutuatis, & quòd non tenebantur restituere sine solutione pecuniæ mutuatæ, & vsurarum; domini verò replicabant, quòd Missani non obseruauerant formam capitulorum, & circumscripta facultate eis concessa non constabat de pignore, & iste casus erat decidendus iuxta terminos iuris communis, secundùm quod Hebræi tenentur restituere veris dominis res suas sine eorum consensu penès eos existentes absque restitutione pretij, & vsurarum, glos. *in l. seruus, &* ibi Salic. & alij *ff. de cond. indeb.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 39. n. 2.* 2

Et causa inter eos pendente, coram Illustrissimo, & Reuerendissim. D. Cardinali Aldobrandino Sanctæ Romanæ Eclesiæ Camerario proposui de eius mandato dubium an Missani teneantur ad restitutionem sine solutione pecuniæ mutuatæ & vsurarum & dubio proposito sub die 13. Maij, & causa maturè discussa non fuit facta resolutio propter exemplaritatem materiæ, sed fuit restricta difficultas, vt videretur particulariter an in descriptione sex partitarũ fuerit obseruata à Missanis forma dicti cap. xiij. Et quatenus adsit inobseruantia, an ista obseruantia sit talis, vt Missani teneantur ad restitutionem sine solutione pecuniæ, quæ ab eis fuisse mutuata prætenditur Andreæ, & vsurarum, & dubio super istis facultatibus hac die iterum proposito circa primam difficultatem fuit conclusum non fuisse obseruatam in descriptione in libro formam dict. cap. xiij. in istis sex partitis, quia discurrendo breuiter super singulis in prima partita deficit pondus gioielli, & perlæ magnæ in eo existentis, & numerus smaraldorum & rubinorum, & licèt isti rubini, & smeraldi sint affixi, & non possint facilè amoueri, tamen ex hoc non tollitur occasio fraudis cui capitula voluerunt prouidere, quia potest dari vnus gioiellus, in quo nõ sint tot rubini, & smeraldi loco alterius, quæ fraus cessat si adest pondus, & numerantur rubini & smeraldi, & eundem defectum ponderis, & numeri continet etiam secunda partita; tertia quoq; est defectiua in põdere perlarum & numero, & appositio sigilli ad istum effectum non sufficiunt, quia in principio dicti Capituli inter alias circunstantias, & qualitates expresè continetur, quòd debeat apponi sigillum si Christianus voluerit, & postea disponitur, quòd vltra qualitates & circumstantias supradictas debeat describi in libro pondus, & numerus gemmarum, & aliarum rerum pretiosarum, quia licèt in hoc casu non adsit tanta 3

suspicio fraudis; tamen fraus non excluditur in totum sine pondere, & ideo capitulum, quod voluit tollere in totum occasionem fraudis, non fuit contentum sola appositione sigilli, & numeri, sed voluit quòd debeat describi copulatiuè numerus & pondus, etiam in casu, in quo fuisset appositum sigillum.

4 In quarta verò partita deficit pondus perlarum, & numerus rubinorum, & adamantium in rosa subrogata, & numerus adamantium in virga auri. Quinta partita pariter est defectiua in pondere perlarum, & in numero perlinarum inter eas positarum. Sexta denique & vltima partita est defectiua in pōdere gioielli, & perlarū, & in numero rubinorum, & adamantiū. Nec mouit Dominos quòd iuxta formam Capituli octaui sufficit describere vnam qualitatem substantialem, quia clara est dispositio dicti capituli 13. quòd in gemmis & aliis rebus pretiosis, vltra qualitatem substantialem debeat describi pondus & numerus, quia facilius in hoc casu potest cōmitti fraus, & propterea ista capitula sunt inter se compatibilia, & vnum non stat exclusiuè ad aliud.

5 Circa secundam difficultatem fuit resolutum strictè quoad istas sex partitas Missanos teneri ad restitutionem absque aliqua solutione. Fundamētum resolutionis fuit, quia de iure communi liber priuatus Missanorum non probat ad proprium eorum fauorem, & præiudicium Dominorum, quòd ipsi dederint pecuniam mutuo Andreæ, & ab eo receperint in pignus istas gemmas, & perlas, *l. rationes, & l. instrumenta. C. de prob. & cap. prædictum* 13. ad istum effectum eis non suffragatur, quia non obseruauerunt formam requisitam in descriptione in libro, vt per Alex. *cons. 3. num. 3 libr.* 2. Et propterea cùm non probetur, quòd istæ gemmæ, & perlæ fuerint receptæ in pignus ab Andrea pro pecunia mutuata, cessat fundamentum Missanorum, quod solùm consistit in pignore, & mutuo.

6 Mouebatur etiam ex alio fundamento, quia veri Domini habent fundatam intentionem in iure communi, secundùm quod possunt repetere res ab aliis pignoratas Hæbræis sine eorum consensu absque aliqua restitutione. Et ideo cùm Missani solùm se fundant in facultate concessa Hebræis mutuandi sub vsuris, quæ non est pura & simplex, sed habet certas qualitates, & limitationes, debent probare, quòd fuerint obseruatæ illæ qualitates, & cùm quoad istas sex partitas inobseruantia sit clara, facultas mutuādi eis non suffragatur, & consequenter, iuxta dispositionem iuris communis, tenentur ad restitutionem sine solutione pecuniæ mutuatæ, & vsurarum; & hoc maximè dicendum est quia ista capitula fuerunt apposita ad effectum euitandi fraudem, & ad effectum dandi modum, & formam, & ideo ad vnguem sunt obseruanda.

7 Non obstant quæ in contrarium deducuntur per informantes. Et primò, non obstat, quòd in dicto cap. 13. continetur pœna, quæ stat exclusiuè ad nullitatem, quia quòd Missani teneantur ad restitutionem sine solutione pretij, & vsurarum non deducitur ex nullitate, sed ex eo quòd non obseruata forma Capitulorum, non constat de pignore, neque de pecunia mutuata, & facultas eis non suffragatur, & consequenter domini possunt vendicare res suas penès eos existentes. Præterea, vt apparet ex procemio istorum capitulorum, & ex consiliis Doctorum, qui in hac materia scripserunt, Hebræi nunquam habuerunt facultatem mutuandi liberam, & absolutam, sed restrictiuam, & limitatam, cum pluribus capitulis, & conditionibus, & cùm ante istam facultatem materia esset de iure prohibita, & nullitas tendat solùm in præiudicium Hebræorum, in hoc casu concurrunt simul nullitas, & pœna, iuxta distinctionem Bartol. *in l. prætor. ff. de non. oper. nunc.* Et bene deducit Paul. de Castr. *in consil.* 52. *num.* 2. *lib.* 2. & plures congerit Brun. *in tract. de form. in tit. quando cēseatur aliquid datum pro forma, in 3. concl.*

8 Et hoc eo magis dicendum est attenta verisimili mente concedentis, pœna enim imposita Hebræis est modica, & damnum quod potest succedere Christianis, potest esse magnum, & ideo non est verisimile, quòd fuerit intellectum velle aperire hanc viam vt sit in facultate Hebræorum fraudandi Christianos soluendo modicam pœnam, ex qua Christiani, quorum est damnum, nullum commodum consequuntur, & ad istum effectum nullitatis potissimum inspicitur præsumta mens disponentis, Accoramb o *decisio.* 2. Ant. August. *in tit. de const.* §. *secundo.*

Non obstat quòd sufficit adimplementum per æquipollens, cùm forma sit data ad certum effectum, quia ista capitula continent solùm exclusionem fraudis, quæ non ita faciliter potest euitari, si non obseruatur integrè forma capitulorum, sicuti euitatur quando forma obseruatur ad vnguem, & ideo non potest dari adimplementum æquipollens. 9

Non obstat, quòd licèt in hoc casu non fuerit obseruata forma, tamen non fuit commissa fraus ab Hebræis in descriptione in libro, quia licèt cessat ratio legis in causa particulari, tamen nō cessat legis dispositio quæ est inducta ratione euitandæ fraudis, *l. si vero at. C. de fideicomm.* Bald. *in l. non dubium. num.* 7. *C. de leg.* Alexand. *cons.* 32. *num.* 6. *lib.* 7. Couar. *in c. cùm esses, numer.* 9. *de testam.* Ayin. *quæst.* 192. *n.* 21. 10

Non obstat posttemò quòd in dicto cap. dicitur, quòd contra Hebræos non possit procedi, nisi ad querelam domini, quia hoc procedit, quando agitur criminaliter, vel petitur pœna, & non excludit, quòd domini via ciuili non possint opponere de inobseruantia capitulorum, quæ oppositio succedit loco querelæ. 11

PENIÆ

Romana Societatis Officij.
Lunæ 17. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

Iudicis decretum non firmat contractum mulieris, quandò causa inibi expressa est falsa.

SVMMARIVM.

Decretum Iudicis non firmat contractum mulieris quando causa propter quam illud interponitur est falsa, num. 1. *& illud decretum est ipso iure nullum. num* 2.

DECISIO CLXXXIII.

DVbitaui an sustineatur obligatio D. Constantiæ Coptiæ, quæ in societate scutorum 300. auri contracta ad fauorem Equitis Lucardi, cui se in solidum obligarunt D. Marcus Antonius Cibus, & Mutius Eugenius, & D. Constātia Mutij vxor, quæ erga officialem bonam fidem recognoscens tam ipsum, quàm fideiussores indemnes releuare promiserat, cum curatoris præsentia & Iudicis decreto, iuxta statutum Vrbis *libr.* 1. *cap.* 151. cum declaratione tamen in ipso decreto apposita, quòd pecuniæ inseruire debebant pro colendo quodam prædio sito in territorio Bracchiani, & Rota d. D. Constantia tantùm informante non sustineri eius obligationem censuit ex eo potissimum fundamento, quia causa præterquam Iudex imposuerat decretum, erat falsa, videlicet quia indigebat pro colendo prædio sito in territorio Bracchiani; nam cùm ipsa id prædium Mutio marito in dotem dedisset pro pretio scutorum 6000. & consequenter in mariti dominium transiuisset, *l. si prædiū. C. de euict.* Socin. *cons.* 69. *numer.* 15. *lib.* 4. Bero. *cons.* 63. *numer.* 5. *lib.* 3. Cephal. *consil.* 381. *numer.* 13. *& seq.* ad maritum non ad vxorem spectabat prædium colere, vnde licèt pecuniæ in cultura prædij essent collocandæ, cùm prædium esset mariti, vt fuit etiam decisum in alia decisione facta super alia Societate die 4. Februarij proximè præteriti, non poterant dici acceptæ, aut conuersæ in eius vtilitatem. 1

2 Data itaque falsitate causæ decretum Iudicis fuit ipso iure nullum, Alex. *cons. 69. num. 5. versicul. Primò quia. lib. 3.* Roman. *cons. 454. numer. 9. versicul. tertio principaliter,* Corn. *cons. 132. numer. 12. vers. & decretum, lib. 2.* Ruin. *cons. 160. numer. 29. in princip. libr. 2.* & consequenter Constantiæ obligatio non potuit sustineri.

IVSTI.

Ciuitatis Castelli supplementi Legitimæ.
Mercurij 26. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

Delictum quando dicatur notorium, & quomodo delictum notorium probetur.

SVMMARIVM.

Delicta notoria non dicuntur illa, quæ constant ex sententia in contumaciam lata, n. 1. vbi ampliatur etiã, quod Iudex illa notoria asseruerit.

Notorium delictum dicitur, quod procedit ex certa sciẽtia populi, & aliter procedens non dicitur notorium, num. 2.

Notorium delictum non dicitur, nisi prius plenè constet delictum esse commissum, n. 2.

Qualitatis probatio præsupponit præcedentem probationem substantiæ, n. 2.

Testes examinati in causa ciuili, non faciunt fidem in causa criminali ad condemnationem, n. 3.

Testes de auditu non probant notorium, n. 3.

Notorium delictum non dicitur, quod solùm constat per publicam famam. n. 4.

Notorium delictum non probatur per testes non reddentes rationem eorum dicti, n. 4.

DECISIO CLXXXIV.

1 INsistmante solùm D. Lutio Vitellio, visum fuit Dominis ex deductis prætensa delicta bon. mem. Alphonsi Vitellij non posse dici notoria, quoniam sententia contra eum lata non fuit ex delicto, sed in contumaciam, quapropter quicquid dixerit Iudex in sententia, standum non est eius assertioni, Aret. *cons. 163. numer. 5. in fine. versic. & ideo melius est,* Boss. *in tit. quomodo proced. in crim. notor. n. 8, post med.*

2 Præsertim quia in quantum prætendebatur eundem Alphonsum mandatum dedisse ad occidendum, cùm hæc sint huiusmodi, quæ secretò fieri soleant, videtur potiùs impossibile posse in hoc casu probari, vel esse notorium, quod procedit à certa scientia populi, Mill. *in repert. in verbo, notorium, non potest esse*: testes qui pro ducebantur non solùm non probant notorium, sed neque delictum ipsum, & verissimum est probationem delicti necessariam esse antequam probetur notorium, siquidem probatio qualitatis præsupponit præcedentem probationem substantiæ, vt per Bald. *in l. ea quidem. n. 45. in fine, C. de accusat.* Dec. *in cap. consuluit. el primo. num. 6. de appellat.* Clar. *in §. fin. quæst. 9. col. 3. versic. item quæro.* Grammat. *decis. 65. n. 12. & 13.*

3 Quòd autem non probent delictum, deducebatur quia testes fuerunt examinati in causa ciuili, vnde quia testes possint variare non faciunt fidem in causa criminali ad condemnationem, vt per Doctores *in l. a.* vbi Bal. *num. 13. C. de eden.* & not. *in l. si quis ad feudum. ff. ad leg. Iul. de vi.* præsertim quia testes deponunt de auditu, & ideo non probant notorium, Capr. *de notor. membr. vltimo.* Rota *in dicta decisione coram D. meo Decano,*

4 Nec facit quòd deponant super fama, quia hoc non sufficit ad probationem notorij, vt decisum fuit coram eodem Domino meo Decano in Veliterna Bonorum 14. Nouembris 1579. Quæ tanto magis procedunt quia testes in eorum dictis non reddunt rationem, quam tamen in hac materia reddere tenentur ad effectum concludendi notorium, Io. Andr. in addit. Specul. *in tit. de not. crim. §. fin.* Abb. *in cap. consuluit. el primo, numer. 2.* vbi Franc. *numer. 3. de appell.* Ias. *in l. si verò. §. qui pro rei. numer. 13. ff. qui satisd. cog.* Capr. vbi suprà *numer. 10.* quoad Bullas Summorum Pontificum dixerunt Domini in hoc proposito bene fuisse declaratas alleg. decis. coram D. meo Decano. Ex quibus ita conclusum fuit.

Farinac. Decis. lib. 2.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Calaguritana Decimarum de Apocha.
Veneris 21. Octobris 1602.

ARGVMENTVM.

Ex summario elicias argumentum.

SVMMARIVM.

Testes examinati à Iudice non habente iurisdictionem, nulliter examinati dicuntur, & non probant, n. 1.

Fatalium prorogatio petenda est, non obstante longa dubiorum disputatione, n. 2.

DECISIO CLXXXV.

COnclusum pro nullitate examinis dictorum quatuor testium propter defectum iurisdictionis, quia non fuerunt prorogata fatalia, Felyn. *in c. inter monasteria. num. 33. versicul. tertio tempora. de re iud.* cum alijs adductis, & quòd acta facta non probant. 1

Non obstat pendentia remissoriæ, quæ cùm fuerit obtenta per beneficiatos non possunt in illa se fundare, iuxta decis. Cassad. *9. de appell in c. ex ratione. col. 7. versicul. circa tex. de appell.* non releuat etiam impedimentum propter disputationes dubiorum, quia non propterea minus quis excusatur à petitione prorogationis fatalium; propterea demto tempore remissoriæ, & renuntij, & sic adhuc vacuum remaneat tempus, vt hîc per informantes, &c. 2

PENIÆ.

Forolíuien de Monsignanis.
Mercurij 30. Octobris. 1602.

ARGVMENTVM.

De iure fisci opponere non potest tertius, nisi à fisco cessionem habuerit.

SVMMARIVM.

Tertius non potest opponere de iure fisci, n. 1. nisi à fisco cessionem habuerit, n. 2. & seq.

Cessionarius dicitur agere non iure alieno, sed iure proprio n. 2.

Clerici de bonis acquisitis ex beneficio ecclesiastico testari non possunt, & testamentum factum nullum est. n. 1. & 3.

Excipi non potest de iure tertij, nisi in totum sit exclusiuum iuris agentis, n. 4.

DECISIO CLXXXVI.

1 DIe 3. Iunij proximè præteriti in decisione in hac causa facta, Rota cẽsuerat Elisabetham de Monsignanis non potuisse opponere nullitatem testamenti conditi ab anno 1561. ab Alexandro de Monsignanis Presbytero, & Canonico Ecclesiæ Foroliuien. ex eo potissimum fundamento, quia cùm Bulla Pij Quarti prohibens Clericos testari, respiciat fauorem Cameræ, non potest tertius opponere, quia de iure fisci solùm opponit fiscus, Put. *decis. 4. inc. p. excip ens. de except.*

2 Cæterùm quia interim agentes pro Elisabetha obtinuerunt cessionem à Camera, cuius vigore etiam successerunt in vniuerso iure, priuilegio, & loco d. Cameræ; causa iterum proposita, vtraque parte informante Rota pronunciauit stante d. cessione Elisabetham potuisse dare de nullitate d. testamenti, quia vigore cessionis, non experiebatur iure alieno, sed iure proprio, Dec. *consilio* 247. *numero* 8. *versicul. nec obstat.* Socin. iun. *cons.* 101. *numero* 28. *libr.* 2. Cephal. *cons.* 133. *numero* 116. Thesaur. *decis.* 4. *numer.* 2. *versicul. secundus casus.* Bald. *in auth. qui rem. numero* 8. *versicul. dicendum est. C. de sacros. Ecclés.* Arctin. *in l. cum seruum. numer.* 3. *versicul. secunda conclusio. C. de seru. fugit.* Crauet. *cons. pro genero. numero* 399. *versicul. secundo ad argumentum,* Surd. *decis.* 308. *n.* 1.

3 Nam sicut Camera potuisset dare de nullitate testamenti, si Alexander seclusa consuetudine testatus fuisset de bonis acquisitis ex bonis ecclesiasticis. *cap.* 1. *de testam. cap.* 1. *& c. inquirendum. de pecul. clericor.* Ias. *cons.* 9. *num.* 34. *& seq. libr.* 2. pariter Elisabetha, quæ vigore cessionis locum Cameræ obtinebat, eandem nullitatem nunc opponere poterat.

4 Cæterùm quia verius est hoc ius fisci non esse ipso iure exclusiuum, nec aderat in hoc casu declaratoria, quòd propter illicitam negociationem, vel per acquisitionem ex fructibus ecclesiasticis fuerat factus locus Constitutionibus prohibentibus clericos testari, sicut requiritur, Socin. iun. *cons.* 130. *num.* 29. *versic. si verò dicimus. lib.* 3. Redoan. *de spoliis, quæst.* 17. *num.* 8. *versic. tamen acquiritur,* ideo cùm ius istud Cameræ non esset clarum, nec probaretur illicita negociatio, aut acquisitio de fructibus beneficiorum, Rota reseruauit particulariter videre an constaret de tali nullitate testamenti, quæ impediret immissionem.

LITTÆ.

Conchen. Archipresbyteratus.
Mercurij 27. Nouembris 1602.

ARGVMENTVM.

Simonia nunquid probetur per testes de auditu, ac etiam per testes deponentes de tractatu simoniaco, non tamen concludentes de conclusione tractatus.

SVMMARIVM.

Simonia arguitur ex conuentione, quòd expedientur Bullæ sumtibus & expensis permutantis beneficium. n. 1. declara vt n. 3.

Simonia non probatur per testes de auditu, n. 2.

Simonia non probatur ex præcedenti tractatu, nisi probetur etiam conclusio, n. 2.

DECISIO CLXXXVII.

1 CVm D. Petrus Amoraga ex pluribus capitulis, de quibus inferiùs dicetur, prætenderet probari simoniam commissam inter q. Ioannem de Palomares, & q. Alphonsum Osoriũ in permutatione Archipresbyteratus de quo agitur & ægrè ferret de singulis separatim discuti, idcirco generaliter dubitatum fuit an constet de simonia in casu, & ad effectum de quo agitur, & Domini resoluerunt eam non probari, &c.

Et dũ secundo loco deducebatur simonia, ex eo quòd 2
fuisset conuentum de expediendis literis d. permutationis etiam ad fauorem Alphonsi respectu d. Archidiaconatus sumtibus & expensis ipsius Ioannis, & ad hoc adducebantur plures testes, de quibus in summario *numero* 6. fuit responsum illam verè non probari: nam primus deponit de auditu, ibi se audiuisse dici ab eodem Doctore Palomares, tertius de auditu, ibi dixit dictus Alphonsus quòd Ioannes expediturus erat, septimus de auditu, ibi publicè audiuit dici; octauus de auditu, ibi & audiuisse dici ab eodem Alphonso, duodecimus de auditu, ibi audiuisse dici in loco de Bonilla à D. Petro de Palomares, decimus tertius de auditu, ibi dictú sque Petrus respondisset iam esse conclusum, decimus sextus de auditu, ibi cui dictus Alphonsus respondit se nullas pecunias dedisse, & clarum est quòd testes de auditu in hac materia nihil probant, *cap. super literis. de testib. c. super eo, de eo qui cognou. consanguin. vxor. sua,* & fuit dictum in pluribus causis.

Nec vis fieri potest in depositione sexti, dum inquit se 3
scire quòd Ioannes Palomares suis expensis attulerit Bullas Archidiaconatus Alphonso absque aliqua impensa dicti Alphonsi, & se scire pactum fuisse inter ipsos tempore quo tractatum fuerat de dicta permutatione, &c. quia non deponit, quòd mediante d. pacto fuerit cõclusa permutatio, & circa illud, quòd Ioannes suis sumtibus attulerit Bullas Archidiaconatus, nullam rationem scientiæ affert, sicut nec in depositione decimiquarti, dum dicit se sciuisse, & notorium fuisse, quòd inter alia pactum fuit, & tractatum inter dictos Ioannem, & Alphõsum ex causa d. permutationis, quod Ioannes allaturus erat Alphonso Bullas Archidiaconatus Caurien. suimet Ioannis sumtibus, absque eo quòd Alphonsus aliquid de suo expenderet, & se sic publicè audiuisse dici, atque præsertim fuisse huic pactioni, & tractatui qui non deponit se fuisse præsentẽ cõclusioni permutationis, nec dicit illam fuisse cõclusam cum dicto pacto, & propterea nihil probat ea ratione, quod potuit quidem tractari vno modo, & aliter perfici, & superiùs dictum est, & non probat hoc esse, quod non potest non esse. *vul. l. non hoc. C. vn. cogn.* cum simil.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Pampilonensis de Cariqueque.
Mercurij 4. Decembris 1602.

ARGVMENTVM.

Transportatio actorum integra, quando facta dicatur.

SVMMARIVM.

Transportatio actorum non integra non vitiat, quando sunt transportata acta facientia ad causam, de qua agitur, licèt non fuerint transportata acta alterius causæ, n. 1.

Transportatio actorum præsumitur integrè facta, & qui contrarium dicit probare tenetur, n. 2.

Procuratoris confessio principali nocere non debet, semperq; & quandocunque reuocari potest etiam non docto de errore, n. 3.

DECISIO CLXXXVIII.

DIxerunt Domini non obstare defectum transpor- 1
tationis actorum, quia pro parte Martini de

Crobia

Ocobia fuerunt producta omnia ad facta coram Ordinario Pampilonensi, postquam fuit ab incolis præsentatus in hac causa, & hæc sunt acta facta facientia ad causam, quam ipse hodie prosequi intendit super validitate præsentationis, ita vt ad aliorum transportationem minimè teneatur, ex quo adsunt acta istius causæ, & pluries fuit resolutum, quando quis vult vnam causam prosequi, satis sit quòd acta illius exhibeat absque eo, quòd producat alia alterius, quam prosequi non intendit.

2 Neque obstat, quòd dicitur huiusmodi acta non esse integra, quia præsumuntur integra, & dicenti non esse integra, incumbit onus probandi, vt in causa Senogalliensi Siluæ, coram Cotta, & aliàs sæpe dictum fuit in Rota.

3 Nec etiam obstat, quòd deficiant acta litis antiquæ agitatæ. Primò coram Ordinario, & deinde in Rota inter Dominicum de Muru, & Martinum Aldaua, quia Martinus de Ocobia non tenetur, neque vult dictam litem prosequi, nec venit ad causam ex iure Martini Aldauæ, neque vti eius subrogatus, sed in vim suæ præsentationis, ac inde præsens iudicium nihil habet commune cum illa lite antiqua, quòd sic prætendatur, acta litis antiquæ facere ad hanc causam, onus illa probandi spectat ad eum, qui illis vti vult, non autem Martinus tenetur illa transportare, ita vt ob eorum transportationem non possit procedi in causa. Quatenus verò Martinus commisit causam appellationis, hæc commissio impetrata à Procuratore suo, cuius confessio domino nocere non debet, immo potest reuocari quandocumque, & non docto de errore, iuxta stylum Rotæ, Put. *decis.* 17. *in fine. lib.* 3. cum *sim.* ac ideo est impetrata noua commissio super validitate præsentationis; vltra quod potest dici, quòd quatenus Martinus commisit causam appellationis à sententiam Ordinarij, potest verificari in sententia lata post mortem Martini de Aldaua, & post suam præsentationem, per quam declaratum fuit non esse locum nouæ præsentationi factæ per incolas ad fauorem ipsius, quæ sententia cum omnibus actibus præcedentibus fuit exhibita, vt dictum est. Quod autem dicitur fuisse ab incolis datum mandatum ad præsentandum Martinum in Curia, ad hoc, vt accipiendo causam antiquam in statu, & terminis, in quibus illam reliquit Martinus de Aldaua, eam prosequatur, non obstat, quia Martinus non vtitur hac facultate, sed præsentatus fuit vigore alterius, & ex duabus viis sibi datis potuit bene vnam eligere, ac intentare iudicium vigore mandati, in quo non continetur huiusmodi litis prosequutio.

REVERENDISS. D. SACRATI.

Romana Census de Mutinis.
Mercurij 11. Decembris 1602.

ARGVMENTVM.

Census vbi est vsurarius reputatus ex Bulla Pij V. fructus non debentur, & percepti computantur in sortem.

SVMMARIVM.

Fructus percepti, & consumti bona fide restituendi non sunt stante præscriptione triennali, n. 1.

Fructus dotis debentur tam ex statuto Vrbis, quàm ex æquitate, n. 1. declara vt n. 5.

Vsuræ nunquam transeunt in dominium recipientis, ex communi Theologorum & Canonistarum sententia, num. 2.

Vsurarum causa non recipit præscriptionem, nec bonam fidem, nec æquitatem, n. 3.

Census vbi est vsurarius reputatus ex Bulla Pij Quinti, fructus non debentur, & percepti computantur in sortem, n. 1. & seqq.

DECISIO CLXXXIX.

CVm aliàs fuisset resolutum censum, de quo agitur, esse nullum, ex eo quòd non interuenerit pecunia numerata, iuxta Constitutionem Pij Papæ Quinti, instabant nihilominus DD. de Nobilibus fructus per eos, & D. Hieronymam eorum auctricem perceptos non esse computandos in sortem, & consequenter sententiam Rotalem ad fauorem DD. de Mutinis in hoc esse reuocandam: fundamenta erant plura. Primò, quia isti fructus percepti, & consumti bona fide, vnde non veniunt restituendi. *l. bona fides. ff. de acquirend. rerum domin.* Secundò, dicebatur d. restitutioni obstare præscriptionem triennalem ex communi, de qua Barbat. *consil.* 81. *num.* 13. *lib.* 3. Tertiò, dicebatur saltim habere locum æquitatem, *l. curabit. de action. emt.* cùm non sit conueniens quòd DD. de Mutinis tanto tempore habuerint in manibus rem, & pretium, & ad hoc allegabatur in specie decis. Romana Census 5. Maij 1597. coram Reuerendissimo Pacen. Quartò, quia in omnem euentum succedebat obligatio DD. de Mutinis ad damna, & interesse, vt fuit dictum in causa Senogallien. prædij 24. Octobris 1586. coram Bubalo. Postremò quòd etiamsi nullum ex præfatis sustineretur, nihilominus DD. de Nobilibus poterant retinere fructus perceptos, quia ex instrumento census apparet quòd legatum, quod deseruiuit pro pretio census, fuit factum Hieronymæ pro augmento suæ dotis & legitimæ, & consequenter debentur fructus tam ex statuto Vrbis antiquo *c.* 20. *lib.* 4. quàm ex æquitate, de qua per Alex. *cons.* 147. *lib.* 5. & quia talis dos succedit loco legitimæ, Curt. senior *cons.* 27. *in fine.* 1

Quibus non obstantibus Rota censuit DD. de Nobilibus teneri ad restitutionem pecuniarum perceptarum ea ratione, quòd constitutio Pij Quinti annullat huiusmodi contractus, & illos fœneratitios reddit, vnde sequitur quòd tanquam recepta in causam vsuræ, nunquam transiuerunt in dominium recipientis ex communi Theologorum & Canonistarum opinione, de qua post multos relatos Couar. *var. resol. lib.* 4. *cap.* 3. *numero* 6. *versic. sed ad.* Sot. *de iust. & iure. lib.* 6. *quæst.* 1. *art.* 4. *col.* 2. cum pluribus sequen. & consequenter tanquam res alienæ veniunt restituendæ. *c. si res alienas.* 14. *quæst.* 6. *reg. peccatum. de reg. iur. in* 6. & in specie est text. *in cap. Michael. cap. tua nos, cap. tuas, de vsuris.* Abb. *consil.* 54. *num.* 4. *lib.* 1. 2

Hinc cessant quæ ex aduerso dicebantur de perceptione cum bona fide, & præscriptione, quia cùm versemur in materia vsuraria, nec præscriptio, nec allegatio bonæ fidei aliquid operatur, Alex. *consil.* 121. *num.* 11. *cum pluribus sequen. lib.* 4. Dec. *in l. petens. C. de pact.* Tiraquell. *de retract. conuention.* §. 1. *glos.* 2. *numero* 33. cum aliis per Gabriel. *de præscript. conclus.* 4. *num.* 12. nec applicatur quod tertio loco dicebatur de æquitate, *l. curabit. de act. emt.* quia procedit vbi res cuius pretium est retentum est fructifera, & istis terminis loquitur de eis Romana Census coram Reuerendiss. Pacen. Vbi enim scripturæ ex quarum pretio fuit creatus census remanebant penès venditorem census. Vnde fuit dictum, quòd licèt census non sustinetur, tamen intrabat æquitas legis *curabit*, quia venditor habuerat in manibus originalia Notariatus fructifera, & illorum pretium, at in hoc casu sublato censu nihil remanet quod possit parere fructus. 3

Tollitur pariter quartum fundamentum ex decisione Segobien. coram Bubalo, quia illa decisio procedit, in eo qui dedit suo creditori censum in solutum promittens exigibilem aliàs damna & interesse; cùm enim ibi creditor licitè possit percipere fructus, meritò si non percepit dicitur damnificatus ex facto debitoris; verùm in hoc casu nulli poterant de iure percipi fructus 4

per Dominos de Nobilibus, & consequenter non est quòd illorum loco possit succedere interesse. accedit quòd ibi culpa erat ex parte debitoris, hîc autem ex parte emtoris census, qui non persoluit in pecunia numerata, vnde sibi imputare debet si aliquod damnum fuit passus, iuxta *c. damna, de reg. iur. in 6.*

5 Ad vltimum motiuum, quòd pecunia esset dotalis, fuit dictum, quòd ex quo D. Hieronyma multo antè fuerat nuptui tradita, tale legatum non poterat operari huiusmodi effectum, quia onera matrimonij propter quæ conceditur fructus ex pecunia numerata non fuerunt correspectiva ad istam dotem; sed ad illam quæ in d. actu matrimonij fuit promissa, vnde nulli possunt deberi fructus, Corn. *cons. 24. lib. 3.* Ruyn. *cons. 48. num. 4. & 5. lib. 5.* Vbi etiam respondet ad aliud motiuum de legato loco legitimæ, quia dicit non habere locum, vbi statutum excludit iam dotatam. Ex quibus fuit conclusum sententiam Rotalem esse confirmandam.

L I T T Æ.

Calaguritana Census. Mercurij 11. Decembris 1602.

ARGVMENTVM.

Census impositio facta non numerata pecunia, vsuraria, & illicita reputatur, præsumitur tamen numeratio pecuniæ ex assertione Notarij in instrumento facta, præsertim quando venditor census plures soluit fructus.

SVMMARIVM.

Remissoria in profanis cõceditur absque fumo boni iuris in secunda vel vlteriori instantia, n. 1.

Remissoria non conceditur, quando articulata materia non est releuans, n. 2.

Remissoria non conceditur quando calumniosè petitur ad differendam causæ expeditionem, n. 2.

Census impositio nulla est, quando pecunia numeratio non interuenit, n. 2.

Census cum numerata pecunia celebratus censetur, quando census vendens sæpius fructus persoluit, numero 3.

Censum fuisse celebratum cum numerata pecunia, probatur per assertionem Notarij, n. 3.

DESISIO CXC.

1 Licèt pro capitulo petente remissoriam, staret regula, quæ vult, quòd in prophanis absque fumo in secunda, vel vlteriori instantia, concedi debeat remissoria, cùm dici soleat, quòd non deductum deducam, & non probatum probabo, maximè vbi articulata materia sit releuans. ad decis. Verall. *68. num. 1. par. 3.* cum aliis allegatis per informantes pro Capitulo.

2 Attamen Domini hanc remissoriam denegarunt, non ea ratione, quòd articulata materia non sit releuans, cùm sit reuera in constitutione census, de quo agitur, non interuenisset pecunia numerata, census esset nullus, vt habetur in constitutione Pij V. de Censibus, & fuit sæpe resolutum signanter de anno præsenti in Romana Census de Mutinis coram Reuerendissimo Patriarcha, sed quia eam calumniosè peti ad differendam causæ expeditionem, censuerunt Domini, quo casu passim denegari solet, Rom. *cons. 273. in fine*, quem sequitur Felyn. *in capit. de cætero, numero 12. de re iud.* Cassad. *decisio 3. de dilat.*

3 Et calumnia visa fuit Dominis satis manifesta, tum quia huiusmodi non numeratio realis pretij dicti census in partibus, & sic à personis magis probabiliter de veritate rei informantis, non fuit vnquam prætensa, immo fructus per multum temporis spatium soluti fuerunt absque aliqua contradictione, tum etiam quia de ipsa reali numeratione pretij constat ex verbis claris ipsius instrumenti census, Bart. *in l. singularia, numer. 23. ff. si cert. pet.* Alex. *cons. 37. num. 8. versi. sed in casu nostro, lib. 3.* & fuit sæpe tentum, vt in Beneuentana census 16. Decembris 1594. coram nunc Illustriss. Mantica, & Florentina bonorum 17. Aprilis 1592. coram D. Millino.

His accedit quòd ex decreto Capituli, ac ex iuramento à Capitularibus ipsis præstito, in omni eorum admissione de soluendo dictum censum admodum inuerisimilis redditur hæc noua prætensio procuratoris Capituli, & omnino reiici debeat, ad tex. *in cap. quia verisimile, de testibus, cum vulgar.* maximè cùm nihil aliud hucusque prætenderit Capitulum, quàm quòd contractus census contineret pacta quædam illicita, & vsuraria, & quòd propterea fructus veniebant computandi in sortem principalem, quòd cùm de directo repugnet huic articulatæ non solutioni pretij illius, meritò super ea audiri non debet Capitulum, ad tex. *in l. 1. vbi glos. C. de fur. in c. sollicitudinem, in fin. de appellat. & in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* 4 5

I V S T I.

Ciuitatis Castelli Supplementi Legitimæ. Lunæ 27. Ianuarij 1603.

ARGVMENTVM.

Sententia contra contumacem lata, quando dicatur lata ob delictum, an per comparitionem resoluatur, & quos alios patiatur effectus.

SVMMARIVM.

Testes sine citatione partis examinati probant secundùm facultates Gubernatoris Vrbis absque aliqua repetitione. Declara vt num. 1.

Sententia contumacialis non dicitur lata propter delictum, quando illa profertur ob non paritionem monitorij, & ob non comparationem rei moniti, numero 2.

Sententia contra contumacem lata ex testibus informatiuis nulla est. num. 3.

Banniti, seu condemnati pro homicidio, seu etiam diffamati sunt suspensi ab omnibus actibus legitimis. Quomodo isto casu capiatur diffamatio, numero 4.

Banniti, seu condemnati in contumaciam in suis defensionibus non audiuntur post tempus præfixum à Bulla Pij V. Quomodo intelligatur dicta Bulla, & de quibus condemnatis, num. 5.

Bannitus & condemnatus propter contumaciam non potest priuari legitima, num. 7.

DECISIO CXCI.

Domini censuerunt standum esse in decisis; siue enim fundetur prætensio incapacitatis D. Alphonsi super sententia Gubernatoris Vrbis, quasi potuerit iuxta formam suarum facultatum adhibere fidem testibus informatiuis, etiam absque repetitione, vt in decisione Oradini in Romana Beneficiatus S. Petri 16. Iunij 1561. quæ est inter impressas. *decis. 12. part. 1. diuers.* & hoc casu dicebatur, 1

dicebatur. Primò, quòd ista facultas Gubernatoris procedit ad effectum, vt sententia sit valida, & possit exequi non vt faciat constare de delicto, ita vt sententia non sit contumacialis, vt ex eadem decisione colligitur, *in verſ. quartò dicitur*, atque ad hunc effectum, vt possit ferri sententia contra contumacem, loquitur Clar. *in pract. criminal. lib. 5. §. final. quaeſt. 11. ſub num. 3. & quaeſt. 45. num. 13.* cum aliis allegatis.

2 Secundò, Gubernator met expresſè voluit proferri sententiam ob non paritionem monitorij, quod arctabat ad comparendum, & ob non comparitionem potuit proferre sententiam, *cap. quoniam frequenter. in fine, vt lit. non conteſt. & c. ex parte. de verb. ſignif.* Rip. *in cap. 1. numer. 24. de iudic.* ergo non protulit propter delictum, quia adhibuerit fidem testibus informatiuis qui de iure non probant, secundùm decisionem Reuerendissimi D. mei Patriarchæ Alexandrini inter easdem partes 10. Decembris 1577. aliàs per me allegatam inter impressas *decis. 369. part. 1. diuerſ.* & quam Domini sunt sequuti in vna Romana de Rambogliettis 24. Maij 1591. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, & coram bon. mem. Orano in vna Tullen. Simoniæ 27. Aprilis 1597. & pluribus aliis.

3 Si verò etiam vellent sententia Gubernatoris ciuitatis Castelli, & illa Dominis visa fuit nulla, tum ex defectu iurisdictionis, quoniam causa fuerat commissa Gubernatori Vrbis, & exequutum monitorium, & consequenter Gubernator ciuitatis Castelli non poterat procedere, *cap. bona. de poſtul. prælat.* Auffret. add. ad quæst. Cap. Tholos. 481. *n. 3.* tum ex defectu citationis, vt per informantes, tum etiam quia lata fuit ex testibus informatiuis, & in eo cessant facultates Gubernatoris Vrbis.

4 Non obstat fundamentum, quod fit super bulla Pij Secundi confirmata per alios successores, qua diffamati seu condemnati de homicidio ab omnibus actibus legitimis sunt perpetuò suspensi: nam in casu nostro deficiunt requisita, quicquid enim dicendum sit de simplici diffamatione, quæ requiritur ad inquirendum: ad effectum de quo agitur diffamatio debet esse talis, quæ æquipolleat condemnationi, vel inducat notorium, & sufficiat ad condemnandum, non autem sufficit sententia contumacialis, & id voluit Bulla in illis verbis, quorum delictum sit notorium, vel de homicidio diffamati, vel condemnati sint, aliàs absurdum esset quòd pro diffamatione solùm sufficienti ad inquirendum infligeretur tam rigorosa pœna, vt decisum fuit coram Reuerendissimo Domino meo Alexandrino in Velitetna Bonorum 14. Nouembris 1578. & 13. Februarij 1579. aliàs allegata in in hoc puncto, vbi bene deciditur casus noster.

5 Non obstat Bulla Pij Quarti, quia sæpiùs fuit decisum loqui in bannitis in contumaciam, propter delictum, vt etiam dixerunt Domini in hac eadem causa coram me die Lunæ 22. Aprilis anni præteriti, & hic intellectus comprobatur: nam in §. præcedenti, Bulla exprimit meram contumaciam, vbi intelligitur de sententia lata propter solam contumaciam; vnde quando simpliciter loquitur de condemnatis in contumaciam, de crimine intelligendum est propter crimen. Propterea Bulla admittit ad defensionem condemnatos infra sex menses; ergo non intelligitur de condemnatis in meram contumaciam, quia huiusmodi condemnati non egerent hac admissione, quia sola comparitione sententia resolueretur, vt ibi Papæ mens fuit occurrere, ne propter temporis diuturnitatem aliquo modo perderentur probationes fisci quibus propter contumaciam redargui possent.

6 Non obstat decisio coram bon. mem. Bubalo in hac causa 1. Decembris 1578. quæ est 515. *par. 1.* impress. quia responsum fuit in allegata decisione anni præteriti, & bene, siquidem Dominus Alphonsus agebat alia via pro supplemento, & fundabat intentionem super restitutione obtenta à Papa, & præsupponebatur incapacitas, nec fuit visum an sententiæ essent contumaciales, & an intrarent Bullæ, de quibus hodie agitur, & sic non applicatur illa quæstio.

Ex quibus sequitur, quòd propter has sententias D. Alphonsus tanquam incapax non potuerit à matre priuari legitimâ, vt vltra decisiones allegatas latissimè deducit Riminald. iun. *conſ. 55. num. 41. vſque ad n. 18. lib. 5.* 7

PENIÆ.

Romana Inualiditatis Matrimonij.
Veneris 28. Februarij 1603.

ARGVMENTVM.

Matrimonij dissolutio, vbi ab vxore petitur propter viri impotentiam, nec apparet de aliquo vitio, seu defectu membrorum genitalium ipsius viri, Iudex debet eos cogere ad cohabitandum insimul per triennium, præcedente sacramentali peccatorum confessione, & sumtione sacratissimæ Eucharistiæ, istúdque triennium currere debet à die decreti, non autem à die contracti matrimonij, etiam quòd plures anni intercesserint, secundùm veriorem & tutiorem opinionem.

SVMMARIVM.

Matrimonium vbi quæritur diſſolui propter impotentiam viri, nec apparet de vitio, aut morbo, vel defectu membrorum genitalium viſibili, recurrendum eſt ad remedia eccleſiaſtica, videlicet ad triennalem cohabitationem præcedente peccatorum confeſſione, & ſumtione ſacratiſſimæ Euchariſtiæ, numero 1. & ſeq. etiam quòd antea per plures annos inſimul cohabitauerint, d. n. 2. & ſeqq. vbi recitantur aliæ opiniones, & ita concluditur.

Matrimonium eſt magnum Sacramentum, & propterea vbi agitur de illius diſſolutione omnis cautela & diligentia adhibenda eſt, vt omnis fraus excludatur, num. 4.

Mariti aſſertioni pluries carnaliter cognouiſſe vxorem magis creditur quàm aſſertioni vxoris contrariæ. numero 6.

DECISIO CXCII.

CVm Camilla Galla post sex annos, quibus cum Iacobo Briosio marito suo cohabitauerat, super separatione tori & inualiditate matrimonij ex causa impotentiæ coëundi mariti contra ipsum coram Vicario Sanctissimi litem intentasset, Iudex (consultis obstetricibus, quæ ipsam virginem esse retulerunt, & peritis, qui maritum genitalia habuisse ad generationem bene proportionata affirmauerunt) decreuit, vt Camilla ad cohabitandum cum marito per spatium triennij teneretur, mandans vt ambo coniuges peccata sua confiterentur, ac sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumerent, & deinde simul cohabitantes obsequia matrimonialia sibi inuicem præstarent. 1

Post appellationem interpositam ab hoc decreto, dubitatum an esset confirmandum, vel infirmandum, & Rota vtraque parte informante iustum esse censuit, quatenus enim continebat, quòd coniuges ad diuina Sacramenta recurrerent ad explorandum impedimentum impotentiæ, iustissimum erat. Nam quando dubitatur de amborum coniugum, vel alterius impotentia, an perueniat ab impedimento naturali, vel ab accidentali, videlicet 2

delicet à maleficio opera Dæmonum, vel Magorum perpetrato, vbi non apparet de vitio, aut morbo, vel defectu membrorum genitalium visibili, sicut non apparebat in hoc casu, ad remedia super naturalia, diuina, & Ecclesiastica potissimum recurrendum est, *cap. si per sortiarias.33.q.1.* vbi communiter Canonistæ, & præsertim Turrecremat. *quæst.* 1. & conueniunt dd. Theologi S. Thomas, S. Bonauentura, Petrus de Palude, Scotus, Durandus, & cæteri communiter *libr. 4. sentent. distinct.* 34. Ioann. Hidernus *in fornicaria, lib. 5. cap. 6.* & Martinus del Rio *tom. 3. disquisitionum magicarum libr. 6. q. 1. 2. sect. 3.*

2 Præterea quatenus idem decretum præcipiebat, vt coniuges cohabitarent per triennium, non obstante quòd à tempore contracti matrimonij per sex annos, & vltrà cohabitauerant, iustum etiam visum fuit in hac facti specie, quia licèt dubius sit articulus an triennium debeat computari à tempore confessionis factæ, & præcepto Iudicis, vel potiùs sufficiat computare triennium qualitercumque simul coniuges cohabitasse probetur, & tres circa hoc reperiuntur Doctorum sententiæ, quarum vna dicit id esse arbitrarium, vt refert Hostien. *in cap. final. numer. 10. versic. final. ter tamen. de frigidis, & maleficiatis*, Anchar. *in cap. 1. num. 10. versi. dicit Hostiens. eod. tit.* vbi Præpos. *n. 7. vers. ad id quod.*

3 Et altera affirmat, quòd quando cohabitatio præcessit per aliquot annos ante motum iudicium, & mulier probat se virginem, tunc sufficiat præcedente triennio cohabitationis addere modicum tempus, & pro hac sententia allegatur Innocent. *in cap. final. de frigid. & maleficiat. super verb. triennium.* vbi Abb. *antiq. numer.* 2. Præpos. *numer. 4. versic. placet per istum textum*, Zabarell. *quæst.* 5. *num.* 4. Alex. de Neuo *num. 17. versic. & ista opinio*, Abb. *numer. 12. versic. & hoc mihi plus placet*, Ioannes de Friburgo *in glos. ad summam Sancti Raymundi, libr. 4. tit. de impotentia coeundi, in glos. super verbo, Cohabitantes.* Gregorius Lopez *in legibus septipartitis Hispaniæ part. 4. tit. 8. libr. 5. in glosa super verbo, dar plazo*, Ioannes Baptista Laderchius *cons.* 41. *incip. quando mulier. numer.* 21. Menoch. *de arbitr. centur.* 8. *nuper edita cas.* 519. *num.* 14. & pro eadem sententia in Capel. Tholos. *decis.* 381. *n.* 6. allegat quidam Dominus Vaboen. pro qua videntur tex. *in capit. laudabilem. §. nos verò, ibi, à tempore celebrati coniugij cohabitent per triennium, & in cap. final. §. final. de frigid. & malefic.* ibi, *& constiterit vobis virum, & mulierem infra prædictos octo annos per continuum triennium simul cohabitasse*, & in hanc opinionem viderentur inclinare Domini de Signatura Iustitiæ, super hac causa antequam committeretur in Rota, & negari non possit, quin magna ratione & autoritate nitatur etsi arbitraria singulorum iudicum non essent periculosa, facilè esset hæc opinio tenenda.

4 Nihilominus tertia affirmans hoc triennium non computandum à die contracti matrimonij, sed à die quo Iudex coniugibus indixit triennalem cohabitationem, tutior sæpe visa est grauibus rationibus munita. Prima, quia cùm agatur de separando matrimonio, quod est magnum Sacramentũ, omnis diligentia & cautela adhibenda est, vt quantum possibile est omnis fraus & error excludatur, Hostien. *in d. cap. final. num. 10. circa finem, verb. sed bene caueat iudex, de frigid. & malefic.* & ibi Anton. Butr. *num. 6. vers. de cautela*; ideo enim Ecclesia induxit tam exquisitas solemnitates antequam similia matrimonia dirimantur. Secunda quia à tempore præcepti iudicialis incipit adhibere exacta diligentia præmissis confessione sacramentali peccatorum, & sacrosanctæ Eucharistiæ sumtione, & aliis Ecclesiasticis. Tertia quia hæc sententia est tutior, & securior.

5 Et propter has rationes eam tenuerunt veteres & recentiores Canonistæ, Hostien. *in d. c. fin. de frigid. & malefi. n.* 10. & licèt ibi ambiguus videatur ex quo recurrit ad arbitrium Iudicis, nihilominus tamen in summa *eodem tit. §. qualiter & quando, numer. 12. vers. verùm dici potest*, constanter affirmat semper tutius esse, quod à tempore præcepti Iudicis debeat triennium computari. eandem sententiam profitentur *in d. c. final. de frigid. & malefic.* Io. Andr. *num. 8. super verb. terminos, & num. 11. super verbo, triennium*, vbi addit, non licere Iudici abbreuiare, & Anch. *num. 9. versic. ex quo collige*, Anton. de Butrio *num. 10. versi. veritas est*, vbi dicit hanc esse veritatem, Henric. Boith *in cap. 1. numero 1. & 2. de frigid. & malefic.* Io. Brunel. *tract. de sponsal. conclus. 27. numero 10. & 14. versic. sed pro opinione*, Capel. Tholos. *decis.* 281. *num. 6. in fine*, vbi recitatis opinionibus concludit quòd opinio Hostien. est valde secura. eandem sententiam videtur tenuisse S. Raymundus *in tractatu de matrimonio, in summ. lib. 4. tit. de impotentia coeundi. §. sexto*, & eam tanquam tutiorem sequuta est Rota in pluribus causis, & signanter in causa Taurinen. dissolutionis matrimonij, die 30. Octobris 1596. coram bon. mem. Orano, & in causa Neapolitana dissolutionis matrimonij die 5. Maij 1597. coram eodem, & in causa Calaguritana Diuortij, die 15. Martij 1599. coram R. P. D. meo Seraphino Oliuario, tunc Rotæ Decano, nunc Patriarcha Alexandrino. Illud tamen verum est, quòd cùm die 26. Nouembris eiusdem anni in eadem causa Calaguritana fuisset dubitatum an tempus triennij possit arbitrio Rotæ abbreuiari, resolutum in eo casu non potuisse, noluerunt Domini generaliter diffinire hoc habere locum in omnibus causis, quia magnam persenserant difficultatem.

6 In hac facti specie hanc tertiam opinionem tanquam tutiorem amplexa fuit Rota. Primò, quia impotentia naturalis mariti, quam opponebat vxor, nedum non erat explorata, sed potiùs ex relationibus peritorum aderat præsumtio in contrarium. Secundò, quia assertioni mariti pro matrimonio asserentis, se pluries ac pluries Camillam cognouisse, potius standum erat, quàm assertioni Camillæ tendenti ad matrimonij inualiditatem, *c. si quis accepit 33. quæst. 1. c. consuebatur, & cap. duo pueri, de desponsat. impub.* Tertiò, quia cùm non esset verisimile, quòd Camilla tanto tempore tacuisset, nec conquesta fuisset de impotentia mariti, *d. cap. si quis accepit, 33. quæst.* 1. Hostien. *in d. c. final. n. 10. de frigid. & malefic.* præsumtio erat contra ipsam, quòd non propter impotentiam, sed propter illam causam, iudicium separationis matrimonij mouerit contra maritum, & ideo non erat pro dissolutione matrimonij pronunciandum. Quartò, quia dato quòd adesset impotentia coëundi, cùm nondum esset exploratum, an prouenerit ex causa naturali frigiditatis, vel ex accidentali, videlicet ex maleficio, licèt in frigido non semper expectetur triennium, in maleficiato tamen semper expectatur, Hostien. *in d. c. laudabilem, de frig. & malef. num.* 1. vbi Ioann. Andr. *num.* 8. Abb. *numer.* 2. Alex. de Neuo, *num.* 3. Præpos. *numer. 4. vers. secus in maleficiato*, Anton. de Butr. *numer. 15. vers. quòd autem in maleficiato*,

7 Et Iudex in hac causa quando indixit pœnitentiam istis coniugibus potius videbatur respexisse impedimentum prouenieus à maleficio, quàm à natura, quia, vt dixit Hostien. *in d. c. final. de frigid. & malefic.* si non inuenitur expressum, quoad soluendum impedimentum naturale, pœnitentia indicatur.

8 Nec obstat tex. alleg. pro secunda sententia; nam ad tex. *in cap. laudabilem*, illa poterat esse congrua interpretatio, vt coniuges cohabitare debeant per triennium, videlicet à præcepto iudicis, vel à die indictæ confessionis computandum, ad *c. fin. de frigid. & malef.* quod magis videtur vrgere, respondit Capel. Tholos. *in alleg. decis. 381. num. 6. vers. nec obstat*, quia licèt videatur ibi petitio mulieris facta post octo annos, tamen potest intelligi, quòd antea causa fuit ventilata diutius, & ad mandatum Iudicis pœnitentiam egerant, & simul cohabitauerant, sicut expressè innuitur in tex. dũ dicit, *qui post plures terminos à Iudicibus assignatos reuersi ad eorum præsentiam consono voce dixerunt, quod non poterant commisceri.* Hæc ibi, & eodem modo respondet ad illum tex. Brunel. *tract. de sponsal. conclus. 28. n. 14. vers. nec obstat d. c. final.* Quibus omnibus consideratis placuit Dominis in hac facti specie hæc tertia sententia, quòd maritus adhibitis aliis peritis denuo inspiceretur,

ſpicеretur, vt videretur an adeſſet aliquod impotentiæ ſignum, & ex qua cauſa proueniret, vt ſine vllo errore ſententia proferretur.

P E N I Æ.

Romana ſeparationis Tori. Lunæ 3. Martij 1603.

A R G V M E N T V M.

Tori ſeparatio conceditur propter adulterium, niſi poſt illud coniux cum coniuge ſe immiſcuerit, hæc eadem tori ſeparatio conceditur propter mala tractamenta mariti in vxorem, confeſsióque facta in iudicio criminali, probat etiam in ciuili inter eaſdem perſonas.

S V M M A R I V M.

Tori ſeparatio ex cauſa adulterij conceditur etiam viri, num. 2.

Separatio tori conceditur propter adulterium, quando poſt commiſſum adulterium, coniux illud ſciens, cum coniuge ſe immiſcuerit, n. 3. vbi quòd in dubio non præſumitur ſcientia.

Scientia de præſenti non infert ſcientiam de præterito, num. 3.

Confeſſio facta in iudicio criminali probat etiam in ciuili inter eaſdem perſonas, n. 4.

Tori ſeparatio conceditur etiam propter mala tractamenta viri in vxorem, n. 5.

D E S I S I O CXCIII.

1 PRæſuppoſitis confeſſionibus Alexandri Cottæ Melatæ, & teſtium depoſitionibus, & aliis vtrinque deductis, dubitaui, an ſententiæ extra Rotam latæ à RR. PP. DD. Vicegerente, & Ala ad fauorem Florentiæ Carpellonæ vxoris Alexandri ſuper tori ſeparatione eſſent confirmandæ, vel infirmandæ; & Rota vtraque parte informante, potiſſimum ex capite adulterij ab Alexandro commiſſi cum Florentia famula, tanquam iuſtas confirmandas cenſuit.

2 De adulterio enim conſtabant nedum ex dictis teſtium iuxta 19. & 20. ſed ex clara eiuſdem Alexandri cõfeſſione, quòd ſolùm conſtante matrimonio commiſſum ſufficit ad tori ſeparationem, *c. ſignificaſti, c. ex literis, & cap. gaudemus, in fine. de diuort. & cap. ex parte, §. quia igitur. de ſponſal. l. conſenſu, §. ſi quia agitur. C. de repud. auth. de nupt. §. mitiores.* Paris. *conſ 54. num. 24. in princ. lib. 4.* & fuit deciſum in cauſa Romana Separationis tori die 22. Martij 1574. coram D. meo Seraphino nunc Patriarcha Alexandrino, & in vna Biſuntina Separationis tori die 11. Februarij 1598. coram D. meo Pamphilio.

3 Neque obſtat, quòd Florentia vxor poſt adulterium commiſſum tacuerit, & per aliquod tempus cum eo commorando, viſa ſit remiſiſſe iniuriam ortam ex adulterio, vt notant Doct. *in l. ſi vxor. §. fin. ff. de adult.* vbi Bart. notat. Boer. qui multos allegat *deciſ. 338. num. 7. circa med.* Oſaſch. *deciſ. 7. num. 36. in princ.* quia fuit reſponſum non probari, quòd vxor fuerit conſcia adulterij, & nihilominus perſeuerauerit cum marito, & actus coniugales cum eo exercuerit, & tamen ſcientia non præſumitur, niſi probetur *l. verius, ff. de probat.* Nec ſcientia videbatur inducta ex monitorio, ſeu querela per Florentiam vxorem porrecta, quia notum eſt ex ſcientia de præſenti non inferri ad ſcientiam de præterito.

4 Nec ad rem pertinebat, quod dicebatur ab informante pro Alexandro quòd cùm confeſſio Alexandri fuerit facta in iudicio criminali, non nocebat ſibi in iudicio ciuili, quia fuit reſponſum eam etiam in hoc iudicio ciuili probandam inter eaſdem perſonas. *l. duobus. ff. coloni. ff. de iureiuran.* Dec. *in l. 2. num. 62. verſi. & concludit. C. de eden.* Veral. *deciſ. 190. num. 1. par. 1.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 90. num. 17. aliàs 1. de except.*

Præter adulterium concurrebant verbera, minæ de 5 occidendo, iniuriæ, & aliæ multæ malæ tractationes, de quibus contra Alexandrum deponebant teſtes, quæ licèt quibuſdam ex Dominis non viderentur concludenter probatæ, alij ſecus opinabantur, & tanquam continentia ſæuitiam excedentem terminos leuis correctionis marito in vxorem permiſſæ locum etiam præbere ſeparationi tori, *c. ex tranſmiſſa. c. litteras. in fine,* cum ibi notatis. *de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in c. 1. num. 4. circa finem. de diuort.* ad nullitatem contra ſententias oppoſitam ob petitum & non præſtitum iuramentum calumniæ, fuit reſponſum ab eadem Florentina Carpellona principali fideliter fuiſſe præſtitum in forma die 15. Iulij 1600. prout apparebat in actis cauſæ in prima inſtantia.

ILL. D. C A R D. MILLINI.

Parmen. Status. 28. Aprilis 1603.

A R G V M E N T V M.

De teſtibus inueriſimilia deponentibus, vilibus & pauperibus, quòd non probent.

S V M M A R I V M.

Teſtis vilis & pauper non eſt idoneus teſtis. numero 1.

Teſtis blaſphemator non eſt idoneus teſtis. n. 2.

Teſtis inueriſimilia deponens non probat. n. 3. 4. & 5. Vbi an teſtis deponat veriſimilia, vel inueriſimilia ſtatur arbitrio Iudicis.

Teſtes inhabiles licèt admittantur in his quæ ſolent occultè committi, non tamen probant, quando concurrit ſuſpicio odij, qualitas ſubornationis, & inueriſimilitudinis. n. 8.

D E C I S I O CXCIV.

FVit iterum dubitatum circumſcripta reuocatione 1 anni 1536. & depoſitione Iacobi de Ferrariis an Iacobo Marotio teſti examinato pro parte Dominorum de Rangonibus ſit adhibenda fides in totum, vel ſaltim in aliqua parte, & cauſa per duas poſitiones diligenter diſcuſſa, cenſuerunt ſtandum eſſe in deciſis, quòd ei nulla fides ſit adhibenda. Et pro fundamento reſolutionis repetebant quòd Marotius poſt longam & continuam ſeruitutem factam Pallauicinis per ſpatium vigintiquatuor, vel vigintiquinque annorum, fuit dimiſſus ab eorum ſeruitio, in paruo temporis interuallo ſe contulit ad caſtrũ Rocchæ Blãchæ, in quo fuit receptus à Comite Ludouico, & vixit eius expenſis per aliquot dies, & deinde ab eo fuit tranſmiſſus ad Vrbem, vt ſe examinaret contra Pallauicinos aſſociatus in itinere à Dominico Portio eius factore, à quo, & à Hieronymo de Modena deponit intellexiſſe, quòd debebat examinari in hac cauſa, & Peregrinus teſtis Rangonorum affirmat, quòd ipſe ante examen fuit interrogatus in hac cauſa à Hieronymo de Modena ſuper articulis, quos tenebat in manibus in præſentia Comitis Ludouici, & quòd à Dominico fuit inſtructus, vt faceret proteſtationem de non recedendo ab examine facto in ciuitate Parmæ, & iſta ſeries facti iniicit magnam ſuſpicionem, quòd iſte teſtis non

non esset bene affectus de tempore examinis erga Pallauicinos, & quòd facilè potuerit subornari à ministris Comitis Ludouici.

2 Secundò mouebantur, quia cum hac suspicione concurrit qualitas personæ ipsius testis; vt enim ipse dicit est pauper, cùm habeat in bonis valorem scutorum centum vel circa, & est vilis, quia aliquando fuit mulio, aliquando hortolanus, aliquando factor molendini, & vltimo loco ante examen famulus hospitis Solignani, & Vincentius deponit eum fuisse blasphematorem, & istæ qualitates sunt multum considerabiles ad effectum detrahendi fidem testibus in materia suspecta, glos. *in c. si quis testium, in verb. paupertate*, & ibi Abb. Ant. de Butr. Card. Felyn. & alij de testib. Purpur. *cons.* 121. *n.* 13.

3 Tertiò mouebantur ex pluribus inuerisimilitudinibus in eius dicto. Et primò videbatur Dominis multum inuerisimile, quòd Bernardinus saltim tribus vicibus promiserit Catherinæ in Camera præsente Marotio illam ducere in vxorem post mortem Ioannis Petri, & quòd Catherina dixerit Marotio, quòd maritus non poterat diu viuere, quia fecerit sibi aliquid propinare, vt posset habere effectum matrimonium cum Bernardino, quia similia negotia, in quibus agitur de nece hominis, solent teneri secreta, præsertim vbi non concurrit aliqua necessitas opere aliorum, vel causa, & quia famuli infimæ conditionis non solent admitti in cubiculis dominorum, & ideo non est verisimile, quòd tot vicibus intellexerit hãc promissionem factam Catherinę à Bernardino in Camera, & in ista inuerisimilitudine Domini faciebant magnum fundamentum, quia percutit substantiam huius negotij, si enim Bernardinus dedisset fidem Catherinæ viuente coniuge, & fuisset sequuta machinatio in vita coniugis cum adulterio, matrimonium non fuisset legitimum, *cap. super hoc vltimo, de eo qui eam dux. in matrimon. quam poll. per adult.* & consequenter filij Bernardini essent exclusi.

4 Considerabant etiam Domini, quòd iste testis deponit de copula Bernardini cum Martha, quæ etiam præstaret impedimentum matrimonio sequuto cum Catherina, & de ea deponit de visu per foramen ostij, quod erat factum ad effectum, vt per illud pateret aditus catis in cubiculũ, & in hac depositione insunt multa inuerisimilia. Primò, quòd cùm in ostio adesset foramen adeò notabile, quòd ibi continuò permanebat Bernardinus, & Martha, se posuerint in loco, ex quo possent tam facilè conspici. Secundò, quòd ipsa ausus fuerit ex eo loco prospicere exponendo se periculo, quòd ipsi illum viderent. Tertiò, quia deponit distinctè de pluribus qualitatibus, quæ sunt multum inuerisimiles, & materia eo magis redditur suspecta, quia Vincentius deponit de auditu à Cæsare della Vela, quòd ipse instruxerat Mattium, vt deponeret de visu, de copula inter Bernardinum, & Martham per foramen ostij factum pro ingressu catorum, qua instructione postea vsus fuerit in hac depositione de copula inter Bernardinum, & Martham, mutando solùm nomen, vt in alia decisione fuit consideratum.

5 Et propterea cùm tota ista materia resideat in arbitrio Iudicis, & pendeat à verisimilitudine, præsumtionibus, & coniecturis, tot inuerisimilitudines in substantialibus simul iunctæ cum qualitate personæ testis, & suspicione subornationis, & odij contra Pallauicinos, secundùm Dominos sunt tales, vt in hac causa grauissima non sit ei adhibenda aliqua fides, Abb. Imol. Card. & alij *in cap. quia verisimile, de præsumt.* Riminal. *quæst.* 452. *numer.* 11. *cum pluribus seq. lib.* 3. Natt. *cons.* 665. *n.* 9. *&* 10. *& cons.* 666. *num.* 11. & tanto magis cùm adsit etiam aliqua varietas inter eum, & alios testes circa diem obitus patris mariti Catherinæ.

6 Non obstat quòd materia redditur verisimilis propter qualitatem personarum loci, & illorum temporum, quæ erant satis relaxatæ, quia ex istis nõ excluditur inuerisimilitudo, nulla enim ratio suadet quantũuis illa tempora essent relaxata, quòd negotium adeò notabile sine necessitate, & absque vllo proposito deberet communicari famulo similis qualitatis, ex qua communicatione poterat peruenire scientia ad maritum, propalari impedimentum matrimonij, & poterant nasci multa inconuenientia.

Non obstat quòd postea maritus Catherinæ obiit ex veneno, quia hoc in facto controuertitur, & si verum esset, nihilominus non excluderet inuerisimilitudinem, quia inuerisimilitudo in hoc consistit, quòd omnis ratio repugnat, quòd sine causa ista propinatio veneni, ante factum fuerit ei communicata. 7

Non obstat, quòd in iis, quæ solent committi occultè, admittuntur testes minus idonei, quia hoc non procedit, quando concurrunt cum qualitate personæ testis, & suspicione odij, & subornationis, inuerisimilitudines in dicto, & præsumtiones, vt per Gabriel. *de testib, conclus.* 7. *num.* 13. 8

PENIÆ.

Lucana Parochialis.
Lucanæ 12. Maij 1603.

ARGVMENTVM.

Modicitas pœnæ quid importet, quando quis inquirebatur pro delicto pro quo erat maior imponenda, & quando adulterium non probetur præsumtionibus, & an iuramentum calumniæ censeatur præstitum ex reiteratione & obseruãtia terminorum substantialium, & quid si aliter constet de bono iure, & an amplissimum mandatum sequuta ratificatione principalis actum à procuratore gestum corroboret, & nunquid scriptura producta egeat recognitione si tempore productionis non opponatur.

SVMMARIVM.

Conuentio inter compatronos ius præsentandi inducit, num. 1.

Modicitas pœnæ ostendit quem non esse condemnatum ob delictum pro quo maior pœna imponi debet, numero 2.

Grauitas delicti cognoscitur ex grauitate pœnæ, eod. numero 2.

Præsumtiones ad probandum adulterium in materia obiectiua, & quando agitur ad reddendum quem inhabilem non sufficiunt, num. 3.

Bona fama tollit diffamationem contrarium, numero 4.

Iuramentum calumniæ præstitum censetur ex obseruatione & reiteratione terminorum substantialium, num. 5.

Iuramenti calumniæ nullitas sententiæ non obstat quando aliter constat de bono iure, num. 6.

Mandatum procuræ amplissimum & ratificatio principalis actum per procuratorem gestum conualidat, num. 7.

Recognitio scripturæ necessaria non est, quando tempore productionis nihil opponitur, num. 9.

DECISIO CXCV.

VTraque parte informante Rota censuit sententiam confirmandam, quia præsentatio facta de Dino, quam sententiæ Rotalis pronunciauerat validam, fuit legitimè facta ab hæredibus Antonij, & Hieronymi, ad 1

quos

quos pro illa vice in toto, & iure proprio spectabat ius præsentandi vigore conuentionis initæ inter compatronos anno 1559. de alternis vicibus præsentando, iuxta *Clem. plures, de iur. patro.* vt latiùs fuerat deductum in decisione in hac causa facta die 25. Iunij 1601. corã D. Pamphilio Rotæ Decano, quæ DD. placuit non obstantibus oppositionibus quæ contra Dinum, & sententiam opponebantur.

2 Nam ad obiectionem de incapacitate Dini ob condemnationem adulterij, fuit responsum illum non fuisse condemnatum, quia prima sententia non condemnauit ex delicto, vt ex eius serie apparebat, & colligebatur ex modicitate pœnæ, quam irrogabat, videlicet Iuliorũ 45. cùm enim pœna sit mensura delicti, *auth. omnes peregrini, in fin.* vbi Bald. & alij. *C. commun. de success. l. 1. §. sed & quis ff. de abigeis, cap. quasiunt, in fin. de his, quæ fi. à maior. par. cap.* Marsil. *in prax. §. opportunè, num 46. & seq.* & grauitas delicti cognoscatur ex grauitate pœnæ quæ hic fuit modica; ideo concludebatur adulterij crimen quod acriori censura coërceri solet non esse deductum in sententia, quod magis in hoc casu verum esse dignoscebatur ex sententia Auditoris Cameræ, qui Dinum absoluerat, licèt modicam illam pœnam confirmauerit.

3 Nec præsumtiones deductæ ex pernoctatione Dini apud mulierem inferebant adulterium quę in materia obiectiua parum vrgebant ad probandum adulterium, cùm ad effectum inhabilitatis probationes concludentes & sufficientes afferri debeant, quales exiguntur in criminalibus, *l. sciant cuncti, C. de prob.*

4 Et ex his patebat responsio ad diffamationem, quam sustulerat etiam nedum sententia absolutoria, sed attestatio Communitatis S. Marini montis super bona fama Dini, Grat. *cons. 57. n. 23. in princ. lib. 2.*

5 Ad nullitatem oppositam defectu iuramenti calumniæ fuit responsum de præstatione iuramenti constare ex obseruatione, reiteratione terminorum substantialium, vt sæpe fuit decisum, & signanter in causa Romana rescissionis contractus die 16. Martij 1590. coram me.

6 Dicebatur præterea non esse locum huic oullitati, quando ex actis constat de bono iure illius, pro quo lata est sententia, vt fuit consideratum in causa Romana de Magdalenis, die 26. Aprilis 1599. coram D. Seraphino Patriarcha Alexandrino.

7 Ad aliam nullitatem deductã ex eo quòd Rota mandauerat ante sententiam vt Dinus cederet attentatis, & tamen cessio à procuratore facta non subsistebat, ex eo quòd non habebat speciale mandatum, fuit responsum mandatum fuisse amplissimum, & Dinum ratificasse.

8 Ad aliam prætensam nullitatem ex eo quòd mandatum ad præsentandum Dinum non fuerat productum, nisi eo die, quo fuit tentus terminus ad sententiam, fuit responsum quòd licèt eodem die fuerit facta citatio ad dicendum contra dictum mandatum, tunc in actis dimissum, illa tamen citatio cadebat sub die 6. mensis Iulij, citatio verò ad sententiam cadebat sub die 9. eiusdem mensis, & consequenter mandatum fuerat effectum de actis per tres dies ante seruatum terminum ad sententiam.

9 Ad aliam oullitatem ex eo quòd mandatum non fuerit recognitum, fuit respoosum recognitionem fuisse omissam, ex eo quòd tempore productionis nihil fuerat oppositum, quo casu non erat necessaria recognitio, Verall. *decis. 117. part. 3.* & eam quandocunque fieri posse.

ILL. D. CARD. LANCELLOTI IVNIORIS.

Oscen. Archidiaconatus. Veneris 16. Maij 1603.

A R G V M E N T V M.

Excommunicationis insordescentia excluditur per diligentias factas ab excommunicato pro absolutione.

Farinac. Decis. lib. 2.

S V M M A R I V M.

Insordescentia excommunicationis excluditur per instantiam factam ab excommunicato pro absolutione. num. 1. & seqq. & num. 4. vbi quid si absolutio expedita fuerit, & excommunicatus literas absolutionis non receperit.

Insordescens excommunicatione dicitur is, qui in excommunicatione perseuerat pertinaci & indurato animo in contemtum clauium, n. 2. & 3.

Causa qualibet etiam iniusta excusat à contemtu, n. 3.

Excommunicatus insordescens non dicitur, nisi per triẽnium continuum in excommunicatione perstiterit, num. 5.

Pœnitere, & signa contritionis habere, paria sunt. n. 6.

DECISIO CXCVI.

DOmini ex iis quæ nouiter deducta fuerunt pro 1
parte Lezzani, censuerunt gratiam Ioannis quoad insordescentiam narratam, non esse iustificatam: admissa enim notitia excommunicationis in facto constabat fuisse nomine ipsius Lezzani porrectam S.D.N supplicationem absolutionis à censuris, eámque signatam sed retentam in officio componendarum, ac deinde postquam Ioannes obtinuerat suam prouisionem, fuisse ad eius instantiam laceratam de anno 1599. Rursus apparebat prædictum Lezzanum petiisse à Nuntio Hispaniarum absolutionem, eámque obtinuisse per certum tempus cum reincidentia, hæc namque probata erant tam ex dictis testium, quàm ex responsione eiusdem Ioannis ad positiones.

Et ex his duo resultabãt ex quibus narrata insordescẽ- 2
tia excludebatur; alterum quòd Lezzanus non poterat dici perseuerasse in excommunicatione animo pertinaci ac indurato, & in contemtum clauium; prout requiritur ad effectum, vt insorduerit, vt fuerat in alia decisione admissum, *c. cùm bene. de etat. & qualit. cap. cum contumacia,* cum ibi notat. *de heret. in 6.* Cardin. *in capit. excommunicamus. §. qui autem. in fine. de heret.* Sigoorol. *consil. 33. numer. 10. versicul. praeterea.* Soc. *in c. perpetua. numer. 23. & sic. sacris. numer. 491. de sent. excommunic.* & est de mente Concilij *c. 3. in fine, sess. 25.* & trad. Decian. *cons. 14. numer. 9. & seq. lib. 3.*

Vnde cùm Lezzanus obtinuerit à Nuntio absolutio- 3
nẽ, licèt ad tempus, & fecerit diligentias pro ea à S.D.N. obtinenda, non potest ei imputari, quòd perseuerauerit in excommunicatione cum contemtu clauium; nam cõtemtus tunc datur, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernit potestatem iudicis, aut legis, quòd si ex alia causa motus etiam iniusta, non obtemperat, non dicitur contemnere. glos. *in c. Metropolitanum. 2. q. 7.* Calder. *cons. 4. de sentent. excomm. & cons. 11. de verb. signif.* Felyn. *in c. 2. numer. 11. versicul. & qui facit ex aliqua causa. de maior. & obed.* Couar. *in c. alma mater in 1. par. 1. elect. §. 7. numer. 6.* vbi id probat auctoritate S. Thomæ & aliorum, Decian. *d. cons. 14.* qui alios allegat.

Et quamuis supplicatio absolutionis obtenta à San- 4
ctissimo non fuerit ab officio componendarum recuperata, tamen omisso qoòd allegatur paupertas Lezzani, de qua etiam deponunt testes, per quam non poterat soluere compositionem, quatenus fuisset necessaria, vel condemnationem, stante qoòd Ioannes fatetur in dicta supplicatione fuisse appositam clausulam, *parito, iudicato,* ex qua impotentia veniret ab huiusmodi culpa excusandus, iuxta *cons.* Oldrad. 277. Signor. *d. cons. 33. numer. 11.* & sentit Cardin. *in c. excommunicamus. §. qui autem. in fine.* Nihilominus ex sola petititione absolutionis & instantia ab eo facta de ea consequenda, cessat ipsius contemtus, ac pertinacia. Io. Andr. *in cap. cum contumacia. in versicul. pertinacia. de heret. libr. 6.* & ibi etiam Franc. *numero. 2. in fine. versicul. ideo si infra annum,* Gemin *numero 11.*

ille enim dicitur excommunicationem contemnere qui longo tempore ab ea non petit absolutionem, vt post Host. *in c. grauem. de poen.* tradunt ibi Anch. *n. 1.* Abb. *n. 1. in fine*, Card. *n. 1.* Butr. *n. 5.*

5 Alterum quòd ex facto suprà firmato ad fauorem Lezzani resultabat est quòd cùm obtinuerit à Nuntio absolutionem, non aderat insordescentia per triennium, quòd per dictā absolutionem fuit interruptum, ad hunc namque effectum tempora non coniunguntur, sed triennium debet esse continuum, vt fuit resolutum in sacra congregatione Concilij in vna Bononien. Insordescentiæ, quam decisioem Rota postea sequuta fuit in causa Segobien. Insordescentiæ 5. Iunij 1598. coram R. P. D. meo Alexandrino, & facit Io. Andr. *in dict. capit. cum contumacia, in versicul. per annum. de haeret. in 6.* & ibi Franc. *n. 2.* Gemmin. *n. 10.* Nauarr. *consilio 7. n. 3. de haeret.*

6 Non obstat, quòd isti actus petitionis absolutionis facti à Lezzano fuerint simulati, & facti ad effectum, ne à capitularibus, & aliis vti excommunicatus euitaretur, & pro consequendis distributionibus quotidianis, non autem profuturæ animæ suæ, & ex constitutione cordis, cùm lapso tempore absolutionis, nihilominus se diuinis immiscuerit, & plures alios recursus illicitos habuerit, immo palàm protestatus fuerit, quòd non erat excommunicatus, nec non quòd recursus erant liciti damnando opinionem illorum qui contrarium existimabant, quia licèt ex his constet de reincidentia, & resultet maius peccatum, non tamen probatur necessariò, quòd petitio absolutionis fuerit simulata: id enim pendet ex eius corde, cuius solus Deus est perscrutator, ac ideo ad effectum, de quo agitur, sufficiunt illi actus exteriores, vnà cum facto petitionis absolutionis ab habente potestatem illam conceden. & signa contritionis, ita vt non sit admittenda sola præsumtio in contrarium: nam paria sunt quem pœnitere, vel habere signa contritionis: vt not. Gemin. *in c. superno. n. 20. de haeret. lib. 6.* & ex petitione absolutionis, cessat proteruia, & contumacia, necnon contemtio, sine quibus nō datur resordescentia, ex suprà dictis. Ex quibus fuit decisum pro Lezzano, omisso alio fundamento desumpto ex absolutione obtenta à Cōmissario in vim Bullæ Cruciatæ, quod Dominis non placuit.

REVEREND. D. LVDOVISII.

Fauentina bonorum Veneris 16. Maij 1601.

ARGVMENTVM.

Dos vxoris & donatio propter nuptias an veniat in confiscatione bonorum mariti delinquētis, & an obtenta gratia per maritum sub restitutione bonorum veniāt bona vxori restituta pro illius dote, & an dicta restitutio sit facienda statim vt maritus incipit exulare, an verò post ipsius bonorum publicationem, & alia de huiusmodi materia.

SVMMARIVM.

Dos vxoris & donatio propter nuptias nō venit in confiscatione bonorum mariti delinquentis, n. 1.

Gratia & restitutio bonorum obtenta à viro non trahitur ad bona tam incorporata & restituta vxori propter illius dotem, n. 2.

Bona delinquentis satis dicuntur fisco incorporata, cùm illorum possessionem fiscus apprehenderit. eod. n. 2.

Contradictio creditoris in pecunia propter hypothecam quam habet in bonis delinquentis non impedit incorporationem à fisco faciendam, secus si contradictio erit respectu dominij & possessionis, quia impedit incorpationem, n. 3.

Restitutio bonorum facta quibuscumque verbis generalibus, puta omnium & quorumcumque bonorum, &c non trahitur ad bona quæ fuerant fisco incorporata, & excepta, n. 4.

Vniuersalis pronunciatio limitatur à suo termino restrictiuo, eod. n. 4.

Restitutio bonorum facta delinquenti comprehendit etiam bona quæ peruenerunt ad tertium, n. 5. declara illud procedere in iis bonis quæ proueniunt ex ipsa condemnatione absque aliquo actu præcedenti, & ex ipso delicto seu sententia, n. 6.

Dos restituitur (stante clausula in instrumento apposita in omnem & quemcumque casum restitutionis) cùm primum incipit maritus propter condemnationem exulare absq; eo quòd bona ipsius publicētur, eod. n. 6.

DECISIO CXCVII.

1 BAnnito Capitaneo Ioanne Baptista Seuerolo cum publicatione bonorum, Margarita eius vxor petiit, & obtinuit sibi relaxari bona stabilia pro concurrenti quantitate dotis, & donationis propter nuptias, hæc enim iura erant sibi salua & exemta de iure ab ipsa confiscatione. *l. si marito. in princ. ff. sol. matr. l. 1.* & ibi glos. & Doct. *C. de repud.* Bart. *in l. rem. §. 1. ff. de iur. fis.* Marsil. *in tract. de bannit. in verb. confiscata. n. 17. & seq.* Socin. iun. *cons. 55. num. 3. lib. 1.*

2 Fuit postea idem Ioannes Baptista ad patriam, honores, & bona, ac statum gratiosè restitutus, post quam restitutionem cùm vellet possessionem, & liberam administrationem bonorum vxori assignatorum consequi, recusauit illa vxor restituere, & propterea orta inter virum & vxorem controuersia, & causa mihi extra Rotam commissa, proposui dubium in Rota, an quoad huiusmodi bona gratia & restitutio obtenta suffragetur Ioanni Baptistæ, ad quod Domini negatiuè responderunt. Fundamentum principale fuit, quia restitutio non fuit facta simpliciter, sed cum limitatione ad bona fisco non incorporata, & ob id restringenda quatenus dicta limitatio importat, Bald. *in l. fin. sub numer. 1. de sent. pass.* & propterea non comprehendit bona, de quibus agitur, satis apparet fuisse incorporata fisco. cùm illorum possessionem apprehenderit, fuerit à creditoribus conuentus, ac sine contradictione possederit. Bart. *in l. 3. C. de bon. vac. libr. 10.* Io. Plat. *in l. fin. n. 3. in fin. eod. tit.* cum aliis allegat.

3 Contradictio autem Margaritæ, quæ erat creditrix in pecunia propter hypothecam, quam habebat in bonis mariti, non impediuit incorporationem, Bald. *in d. l. si marito, numero 1.* Ang. *in versicul. in text.* ibi, *inter quos*, Imol. *numero 6. & 7. ff. sol. matrim.* Ang. *de malefic. in verb. publicamus, sub numer. 10.* sola enim contradictio respectu dominij & possessionis impedit effectum incorporationis. *l. fin. C. de bon. vac. lib. 10.*

4 Non obstat vniuersalitas, & prægnantia verborum ex aduerso considerata, quia verba vtcumque generalia recipiunt limitationem ex verbis adiectis, non tamen fisco incorporata, Bart. *in l. generali. §. vxori. ff. de vsuf. legat.* Ruyn. *cons. 78. sub numer. 4. versicul. præterea verba, lib. 1.* & vniuersalis pronunciatio limitatur à suo termino restrictiuo, vt dicit Bald. *in l. pactum quod dotali. numer. 20. in fin. C. de collat.* & post eum Aret. *cons. 78. sub n. 4.*

5 Non obstat, quòd quando acquisitio bonorum peruenit ad tertium immediatè ex ipso actu publicationis bonorum, tunc facta restitutione bona illa recuperentur, quia causa reducitur ad non causam. Doct. *in l. gallus. §. & quid si tantum.* vbi Alex. *numer. 13.* Ias. *numer. 56. versic. limita. ff. de lib. & posthum.* Ægid. *decis. 743. num. 7. vers. ex ista secunda parte.*

6 Quia illud procedit in iis, quæ proueniunt ex ipsa condemnatione absque aliquo actu præcedenti, Ægid. *in decis. seq. 744. in princ.* & quando acquisitio prouenit ex eadem radice, videlicet à sententia, seu delicto, Bero.

cons.

consil.60.num.19.ad fin.versic. & conclusio in effectu libr.3. hic autem non potest dici quod sine actu præcedenti fuerint Bona Margaritæ quęsita ex confiscatione, & quòd immediatam causam & originem habeant à cōfiscatione, cùm immo habeant originem à promissione, de qua in instrumento restituendæ dotis in omnem & quemcumque casum restitutionis, qui casus euenit cumprimum cœpit Ioannes Baptista exulare etiam absque publicatione bonorum, Bart. *in l.si constante, sub n.10.* Ias. *n.168.ff.sol.matrim.* Socin.iun. *d.cons.51.n.2.*

REVERENDISSIMI DOMINI LVDOVISII.

Bononien. Pecuniaria.
Lunæ 9. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

De filio qui fideiussit pro patre, ne in carceres coniiceretur, nūquid talis fideiussio valeat, an fideiussori detur restitutio in integrum tanquā enormissimè læso, & an talis restitutio impediat exequutionem Cameralis obligationis

SVMMARIVM.

Filiusfamilias potest fideiubere non solùm pro extraneo, sed etiam pro patre, n.1.

Restitutio in integrum non conceditur aduersùs contractum iuratum, quando renunciatum est petitioni d. restitutionis, n.2.

Statutum tollere potest restitutionem in integrum, n.3.

Filius fideiubere potest pro liberatione patris ex carceribus, & etiam quando pater non est carceratus, sed imminet periculum carcerationis, nec in isto casu minor in integrum restituitur, n.4. & 5.

Minor in integrum non restituitur aduersùs fideiussionē per ipsum facta, vbi agitur de defensione patris, n.5.

Filius fideiubendo pro excarceratione patris, vel ne pater carceretur, dicitur exercere opus pietatis, n.5.

Læsio enormissima non præsumitur, sed probanda est clarè, & manifestè, n.6.

Iudicis decretum tollit præsumtionem læsionis, n.6.

Obligatio Cameralis exequenda est, nec eius exequutio retardanda per restitutionem in integrum, quæ requirit altiorem indaginem, n.7.

Restitutio in integrum non impedit exequutionem Cameralis obligationis, præsertim quando fuit præuentum in petitione exequutionis, n.7.

Fideiussor eo ipso quòd fideiubet, dicitur læsus; declara vt n.7 in fine.

Metus reuerentialis non præsumitur, sed probari debet per allegantem, nec sola reuerentia, quæ debetur personæ, metum inducit, n.8.

Metus præsumtio cessat ex præsentia consanguineorum, & decreto Iudicis, n.9.

DECISIO CXCVIII.

1 Dubitaui an obligatio D. Hieronymi sit talis, quę veniat exequenda, & Domini vnanimi voto fuerunt pro affirmatiua, quia de ea constat publico instrumento obligatione Camerali vallato, cui nō potest obiici, quòd D. Hieronymus sit filiusfamilias, quia filiusfamilias possit fideiubere non solùm pro extraneo. *l.si dubitet, §.fin.ff. de fideiuss. l.filiusfamilias. C.eodem.* sed etiam pro patre, *l.1.C. de fil.famil.min.* Farinac. Decis. lib.2.

. Non obstat, quòd etiam in casu, in quo minor pro patre fideiubet, veniat restituendus, *d. l.1.* quia restitutio in casu isto cessat propter iuramentum D. Hieronymi, 2 *auth. sacramenta puberum, C.si aduers.vendit.* glos. *in §. extraneis in verbo, omnibus, Instit. de hæred. qualit. & differ.* Bart. & alij *in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. & in l.stiendum. ff. de verbor. oblig.* Socin. *cons. 53. numero 29. libr.4.* Aym. *cons.7. numero 3.* Grammat. *cons. ciuil.31. numer. 10.* fuit dictum in vna Bononien. Dotis 11. Decembris 1608. coram R.P.D. Ottembergo, & in terminis fideiussoris, tradit Bald. *in d. auth. sacramenta puberum, numer. 13.* Tiraquell. *de leg. connub. glos.5 sub num. 104.* Præsertim accedente etiam renunciatione beneficij restitutionis in integrum, & minoris ætatis, Felyn. *in cap. si diligenti, n.15. de for. compet.* cum aliis allegatis.

Accedit quòd D. Hieronymus fideiussit cum solemnitatibus requisitis in contractibus minorum ex forma statuti Bononiensis, quibus adhibitis statutum tollit 3 remedium restitutionis in integrum, & non est dubium statutum posse auferre huiusmodi beneficium, Bart. *in l. cum hi. §. si cùm lis, in fine. ff. de transact.* Aret. *in l. more. sub numer. 4. in prima, & secunda conclus. ff. de acquir. hæred.* latissimè Odd. *de restit. in integr. quæst. 15. art. 1.* & fuit in terminis istius statuti decisum in d. Bononien. dotis.

Domini etiam considerarunt causam fideiussionis, 4 quæ fuit, vt liberaret patrem ab imminentibus executionibus, & periculo, ne in carceribus truderetur, vnde sicut cessat restitutio quando filius pro excarceratione patris fideiubet, Alberic. *in d.l.1. circa med.* Salyc. *numer. 4.* Paul. de Castr. *num. 2.* Aret. *in fine,* Corn. *circa princ. C. de fil. famil. min.* Afflict. super constit. Regn. *libr. 2. rubr. 38. sub numer. 18.* quod procedit etiam, quando pater est in carceribus pro debito, Paul. de Castr. *cons. 52. circa finem, part. 2.* ita etiam dicendum non esse locum restitutioni, quando filius fideiubet ad effectum ne pater carceretur, vt bene deducunt informātes, & sentit Rota in vna Romana exhæredationis de Vitellis coram Cantuccio 14. Maij 1578.

Et facit, quia vbi de defensione patris agitur, minor 5 non restituitur aduersùs fideiussionem per ipsum præstitam, glos. *in l. eligendo, in verb. condemnatione, versicul. vel melius d. c.C. de procur.* quam sequitur ibi Salic. *sub numer. 14. versicul.* & ad id quod de restitutione dicebatur, facit etiam ratio, quam assignat Aretin. *in d.l.1.* quia filius fideiubendo pro excarceratione patris dicitur exercere officium pietatis, quæ ratio pietatis viget pariter in filio fideiubente ad impediendum, ne pater carceretur, quando autem minor fecit actum laudabilem & pium, excluditur à beneficio restitutionis, Bald. *in l.3. in fine, C. ad l. falcid.* latè Odd. *de restit. in integr. quæst. 23. art. 12.* dicitur enim fideiubere in casu, in quo quilibet diligens homo fideiussisset, quo casu non restituitur, vt per Corn. *in d.l. 1,* probat tex. *in l.fin. C. de restit. in integr.*

Non obstant quæ de enormissima læsione allegan- 6 tur; quia non præsumitur, & est probanda, Bart. & alij *in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.* Gozzad. *cons. 44. numer. 8.* & quidem clarè, & manifestè, Abb. *in c.1. in 2. notab. de restit. in integr.* Dec. *cons. 474. num. 11.* præsertim in casu isto, in quo D. Hieronymus fideiussit coram Iudice, cuius præsentia excludit læsionem, Aym. *cons. 114. numero 2.* Dec. *in l. singularia, sub numer. 13. ff. si cert. petat.* & stante causa supradicta fideiussionis, non potest allegari læsio, quia vsus fuit iure communi, vt per Paul. de Castr. *d. cons. 12. in fine.*

Et in omnem euentum requirit altiorem indaginem, 7 & propterea prætensa restitutio non habet retardare executionem obligationis Cameralis, vt fuit dictum in causa Romana exequutionis de Anguillaria 6. Martij 1592. coram bo. mem. Orano & in Romana exequutionis Cameralis 2. Aprilis 1593. coram R.P.D. meo Penia, & minus quia fuit præuentum in petitione exequutionis, Paul. de Castr. *in auth. quæ supplicatio, numer. 3. versicul. vel dic melius. C. de precib. imper. offerend.* Put. *decis. 281. libr. 2.*

Cæsar de Grass. *decis. 1. num. 14. de restit. in integr.* Et licèt minor dicatur læsus eo ipso quòd fideiossit, Socin. *cons.* 47. *n.* 7. *lib.* 4. & fuit dictum in Anconitana Doris coram R. P. D. Lancellotto, tamen læsio, quæ ex hoc tantùm deducitur, non est enormis, & minus enormissima.

8 Minus faciunt quę dicuntur de metu reuerentiali, quia probari deberet, Bald. *cons.* 62. *sub n.* 1. *lib.* 1. Socin. *cons.* 263. *sub num.* 3. *lib.* 2. Aym. *cons.* 115. *num.* 13. sola enim, quæ personæ debetur non sufficit ad probandum metum, secundùm communem, de qua per Felyn. *in cap. causam, il* 1. *num.* 3. *vers. tamen lis non obstan. de offic. deleg.* Capic. *decisio.* 159. *n.* 34. & quòd non pręsumatur fideiussio facta fauore patris ob nimiam reuerentiam, nisi probetur, tradit Bald. *in l. si-lius familias. C. de fideiuss.*

9 Et multo minus in casu isto propter præsentiam consanguineorum, qui obligationi interuenerunt, quæ excludit omnem suspicionem metus, *l. transactionem*, vbi Ias. *n.* 1. *C. de transact. in l. frater à fratre, num.* 51. *ff. de condict. indeb.* Dec. *cons.* 232. *num.* 3. Marsil. *singul.* 407. Ruyn. *cons.* 170. *post num.* 17. *lib.* 1. Aym. *cons.* 114. *num.* 3. & pariter propter præsentiam, & decretum Iudicis, propter quod etiam cessat præsumtio metus, Bart. *in l.* 1. *sub num.* 4. *C. de praben. decur. lib.* 2. Ias. *vbi sup.* Paris. *cons.* 10. *num.* 52. *lib.* 1. Ruyn. *cons.* 122. *n.* 12. *lib.* 4. Aym. vbi suprà, *numer.* 2. alia bene tolluntur per informantes, & propterea conclusum fuit pro exequutione.

IVSTI.

Ciuitatis Castelli pecuniaria.
Lunæ 12. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Dolus an & quando præsumatur in hærede, qui in inuentario omisit scribere aliqua bona hęreditaria.

SVMMARIVM.

Stilus, vt legitimè dicatur probatus multa requirit, de quibus remissiuè n. 1.

Stilus seu consuetudo etiam non formiter probata excusat à dolo, n. 1.

Solemnitatum rigor cessat, vbi non adest dolus & fraus, n. 1. in fine.

Inuentarium debet continere omnia bona cum suis qualitatibus, nec sufficit expreßio bonorum generalis, & incerta, n 2. vbi quid si in inuentario reperitur descripta, vna cassetta di libri parte scritta à mano, & parte in stampa.

Inuentarium præsumitur quòd contineat, & in eo sint descripta omnia bona, & qui contrarium prætendit debet probare, n. 3.

Inuentarium sustinetur etiam quòd in eo non fuerint descripta omnia bona mobilia, n. 4.

Inuentarium quando conficitur ab hærede citandi sunt creditores certi, n. 5. Declara vt n. 6. & 7. Vbi quòd licèt non valeat respectu creditorum non citatorum, valet tamen respectu citatorum.

Inuentarium, in quo non sunt descripti duo sacculi scripturarum existentes in hæreditate, sustinetur, n. 8.

Inuentarium habens relationem ad testamentum, in quo sunt nominata bona hæreditaria, sustinetur, etiam quòd dicta bona in inuentario non sint descripta, n 9.

Inuentarium debet continere non solùm descriptionem bonorum mobilium, & immobilium, sed etiam iura, & actiones. Declara vt n. 10.

Dolus non præsumitur nisi probetur, n. 11.

Dolus coniecturis perspicuis probari debet, n. 11.

Inuentarium hæredis si in eo non sunt descripta omnia bona hæreditaria, non præsumitur dolosum, quia talis omißio ignoranter, & per errorem facta præsumitur, num. 11.

Inuentarium si continet clausulam, & protectionem addendi, si quid omißum fuerit cùm ad notitiam peruenerit, doli præsumtionem excludit, n. 12.

DESISIO CXCIX.

Visum fuit Dominis mandatum exequutiuum A. C. contra Franciscum Meliorutium hęredem Horatij, & contra eius bona non esse exequendum, quia non placuerunt quæ opponebantur contra inuentarium, Domini enim dicebant, quòd non aderant testes, neque fuit confectum à Notario, vtrunque tollitur in facto; quatenus enim ad testes adsunt manu propria subscripti, quantum verò ad Notarium, facta descriptione rerum hæreditariarum in præsentia testium fuit exhibitum Inuentarium coram Notario Actuario, & interpositum decretum à Iudice, Franciscum debere gaudere beneficio Inuentarij, secundùm stilum ciuitatis Castelli, qui est attendendus, & licèt iste stilus non sit probatus formaliter cum suis requisitis, iuxta ea, quæ Rota dixit coram bon. mem. Cantuccio in alia ciuitatis Castelli Bonorum 21. Ianuarij 1578. saltem ad effectum excusationis, sufficit vt excludatur præsumtio doli, Bald. *cons.* 147. *numer.* 3. *col.* 4. Dec. *cons.* 633. *numer.* 11. & Rota dixit in vna Romana Vinearum de Maximis 10. Decembris 1576. coram bo. me. D. de Rubeis, quia cessat rigor solemnitatum, quando non adest fraus, & dolus, Bald. *cons.* 63. *lib.* 3. & 147. *n.* 2. *vol.* 4. 1

Nec obstare dixerunt, quòd bona non fuerint descripta cum suis qualitatibus, quoniam quoad bona stabilia denominationibus appositis tollitur omnis incertitudo, quo verò ad confusam & genericam descriptionem scripturarum, ibi, *vna cassetta di libri parte scritta à mano, & parte in stampa*; cessat difficultas ex decisione coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Alexandrino Romana de Gaddis 23. Octobris, quæ est in terminis nostris. 2

Non obstat quòd Franciscus citatus non exhibuerit mobilia: nam satis est ostendisse solutionem debitorum hæreditatis ascendentium ad notabilem summam, & verisimile est non adfuisse plura in priuata domo, & familia, ita vt teneatur Lucius ostendere plura adfuisse, Castren. *cons.* 212. *numer.* 3. *lib.* 1. Non obstant testes, qui deponunt ascendisse ad scuta 2000. quia non reddunt concludentem rationem scientiæ, neque inferunt necessariò quòd tanti valerent. Non obstat calculus, quia non verificatur. 3

Non obstat, quòd multa mobilia non fuerunt apposita in inuentario, quia tempore confecti inuentarij non erant penès hæredem, & non erant ab aliis retenta, & nihilominus valet inuentarium, secundùm communem opinionem, de qua per Ias. *in l. fin.* §. *licentia. numer.* 4. *C. de iur. delib.* ita dixit Rota in allegata decisione coram bon. me. Cantuccio, quæ omnia procedunt etiam præsupposito credito, pro indubitato, & ita decisum. 4

R. P. D. COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Romana Inuentarij.
Lunæ 19. Ianuarij 1604.

Nec releuat quòd D. Virginia cùm esset certa creditrix debebat nominatim citari. Bart. *in d. l. fin.* §. *cùm igitur. numer.* 3. *C. de iur. delib.* Dec. *cons.* 251. *numer.* 4. & *cons.* 633. *numer.* 9. Aym. *cons.* 89. *in fine.* nam fuit responsum ipsam, vt ex eius ad positiones respõsione cõstat, post annum ab obitu patris recessisse ab Vrbe, nec constat fuisse reuersam, de tempore quo inuentarium fuit confectum. 5

Vltra quod aliqui ex Dominis dicebant difficile esse 6

esse asserere aliquem esse certum creditorem, Salic. *in d. l. final. §. sin autem dubius. num. 8. in fin. C. de iur. delib.* & ideo quatenus probaretur D. Virginiam eo tempore fuisse in Vrbe negocium egere particulari discussione.

7 Minus etiam facit, quòd alij creditores, qui erant certi tanquam nominati in testamento, non fuerunt particulariter citati, quicquid dicendum esset respectu istorum, respectu citatorum inuentarium fuit validum, Dec. *d. cons. 251. n. 4.*

8 Non officit, quòd Eleonora nō descripsit nominatim scripturas quæ erant in duobus sacculis, sed in genere descripsit duos sacculos scripturarum, quia Rota pluries sustulit hunc defectum, vt in causa Romana de Gaddis 23. Octobris 1578. coram Reuerendissimo D. Patriarcha Alexandrino, & meis temporibus in causa ciuitatis Castelli Pecuniaria 2. Iunij 1603. coram R.P.D. Iusto, eóque amplius visum fuit Dominis hoc esse admittendum in præsenti casu stante mendicitate testatoris, de qua deponunt testes, & quòd alter ex istis sacculis erat in manibus magistri domus carcerum, alter verò in manibus cuiusdam ædium locatoris, ex quibus omnibus de facili potest argui qualitas harum scripturarum.

9 Minus placuit Dominis, quòd etiam bona nominata in testamento non fuerint descripta in inuentario, quia cùm inuentarium habeat relationem ad testamentum, visum fuit sufficere, ex traditis per Rip. *in l. an Prætor. §. si iudex. num. 4. ff. de re iud.* Rot. *decis. 5. de testam. in antiq.* & saltem ista relatio excludit dolum, quia cùm credita essent nominata in testamento, non poterant occultari, & hoc sufficit ad effectum excusandi à dolo, ad tradita per Bald. *consil. 147. num. 3. volum. 4.* Dec. *consil. 633. numer. 11.* & fuit dictum in allegata causa ciuitatis Castelli coram D. meo Iusto.

10 Tandem non obstat, quòd non fuerint descripta iura, & actiones, Bald. *in dict. l. final. §. cùm igitur. numero 8. versicul. iu dic. C. de iur. delib.* quia stante qualitate testatoris, & eius testamento in quo descripsit certa credita, visum fuit huic requisito perabundè fuisse satisfactum, &c.

REVERENDISSIMI D. LVDOVISII.

Romana Inuentarij de Massainis.
Veneris 14. Maij 1604.

11 DVbitaui an constet Massainos dolo omisisse apponere in inuentario bona Talamonis, & Orbetelli, & vtraque parte informante Rota amplexa est partem negatiuam, pro Massainis enim stat regula, quòd dolus non præsumatur, *l. dolum. C. de dol. l. si creditor. C. de pignorat. act. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.* Aleiat. *reg. 3. præsumpt. 4. num. 1.* sed debeat perspicaciùs, seu perspicacibus coniecturis probari, Bart. *consil. 250. num. 1. circa med. libr. 1.* Corn. *consil. 128. num. 21. libr. 2.* Aym. *consil. 8. num. 1.* & in terminis quòd omittens describere aliquid in inuentario non præsumatur dolosè, sed potiùs ignoranter omisisse, tradit Alexand. *in l. final. sub numer. 2. versicul. quæ vltima responsio. C. de iur. deliber.* Bellon. *consil. 30. numer. 6.* cum aliis per Surd. *decision. 222. numer. 14.* quibus addit Herculan. *de probat. negat. sub numer. 96. versicul. quarta conclusio.*

12 Quod maximè procedit stāte clausula, & protestatione addendi si quid apparebit omissum, & cùm ad notitiam peruenerit, quæ doli probationem excludit. Bald. *in authen. sed cùm testator. num. 10. C. ad l. Falcid.* Ias. *in l. fin. in princ. sub num. 3. versicul. ideo cautela est. C. de iur. deliber.* Dec. *consil. 633. sub n. 11.* Rolan. *de inuent. par. 3. §. cautus esse debet.* Surd. *d. decis. 222. n. 21.*

REVERENDISS. D. SARATI.

Romana Lignorum. Lunæ 23. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Transportatio actorum an & quando nō sit necessaria, & sic non vitiet processum, & dispositio Concilij Tridentini in §. præterea, quomodo intelligenda sit.

SVMMARIVM.

Nullitas in transportatione actorum non consideratur quando aliqua acta fuerunt transportata in Rota, licèt non coram Auditore, qui vltimò pronunciauit, quia vnicum est tribunal, n. 1. contrà, n. 3.

Acta quando non impugnant iustitiam sententiæ, licèt non sint transportata non reddunt processum nullum, n. 2. contrà d. n. 2.

Dispositio Concilij in §. præterea, de transportatione actorum, non habet locum in prophanis non ecclesiasticis, etiamsi causa coram Iudice ecclesiastico pendeat, num. 4.

Transportationis actorum defectus, quando culpa partis procedit non vitiat processum, n. 5.

DECISIO CC.

DIfficultas pendebat à nullitate, & nullitas à transportatione actorum, super quo attento Cōcil. Trident. *sess. 24. c. 20. §. præterea*, Domini non erant concordes, aliqui enim existimabant sufficere quòd isti duo testes, qui deficiunt, fuerint transportati in Rota, licèt non coram Auditore, qui vltimò pronunciauit, quia vnicum est tribunal, Put. *decis. 348. lib. 1.* & ideo pendente causa coram vno Auditore sustinetur compulsoria coram alio, idem ad Put. *decis. 340. lib. 3.* 1

Adducebant, quòd isti duo testes non impugnant iustitiam sententiæ, vnde frustrà fuisset expectare illud, cuius aduentus nihil operabatur, *l. si quis ita scripserit,* vbi Bart. *ff. de hæred. instit.* & magis in specie Ias. *in l. properandum. §. & si quidem, numer. 12. versicul. limit. in actis. C. de iud.* in contrarium dicebatur, quòd Concilium dat formam, & à forma ne latum vnguem licet recedere, *c. cùm dilecta,* eum ibi planè not. per scriben. *de rescript.* etiamsi forma sit superflua, Felyn. *cap. ad aures, numero 12. in fine, de rescript.* 2

Et ad illud quod dicebatur sufficere, quòd testes fuerint transportati in Rota, respondebatur Auditores habere suos Notarios separatos, & propterea exhibitionem factam coram vno Notario non suffragari quoad acticara coram alio, vt in simili de Notariis Auditoris Cameræ fuit resolutum in causa Romana Census 4. Decembris 1595. coram Illustriss. Alexandrino, & in Asculana Dotis 7. Iunij 1599. coram eodem. 3

Remouit hanc difficultatem vnus ex Dominis, qui prætulit duas declarationes sacræ Congregationis super Concilio, quibus continetur, dispositionem Concilij *in d. §. præterea.* non habere locum in prophanis non Ecclesiasticis, etiamsi coram Iudice ecclesiastico pendeant. 4

Circumscripto autem Concilio, res visa fuit procedere de plano, tum quia isti duo testes non faciunt contra iustitiam sententiæ, vt suprà dictum est; tum quia ista non transportatio processit negligentia partis, Felyn. *c. Ecclesia sancta Maria, n. 18. de constit.* &c. 5

REVER. D. COCCINI DECANI DIGNISS.

Interamnen. Pecuniæ. Lunæ 23. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Plenè tractatur in hac decisione an, & quando ciuilis causa faciat supersedere in criminali, & contrà, & quando etiã vna dicatur alteri præiudicialis, & obiter etiam discuritur qua pœna teneatur creditor exigens debitum iam exactum.

SVMMARIVM.

Creditor exigens debitum alias exactum, tenetur ciuiliter actione in factum, & criminaliter ex stellionatu, n. 1. n. & n. 5.

Stellionatus pœna locum habet, quando crimen habet speciale nomen, n. 1.

Clausula, constito quòd causa sit præiudicialis, &c. inducit formam, quæ omnino seruari debet, num. 1. & 6. in fine, vbi declarat, quis sit effectus huius clausulæ.

Causa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando ea resoluta resoluitur etiam criminalis, n. 1.

Causa ciuilis, & criminalis non possunt cognosci vnico contextu, quando oriuntur ex eodem facto, & quid si ambo tendant ad vnum & eundem finem, vel diuersum, num. 2.

Causa criminalis dicitur præiudicialis ciuili, & è contra quando possunt nasci contrariæ sententiæ in vna & altera causa, n. 2.

Causa ciuilis quando fuit priùs intentata quã criminalis illa, priùs etiã cognosci & terminari debet, n. 3. & 4.

Commissio causæ appellationis non inducit nouam & diuersam causam sed instantiam, n. 4.

Creditor falsus scienter recipiens indebitum ab ignorante committit furtum, n. 5. Declara vt d. n. 5.

Creditor exigens iterum indebitum iam exactum minus delinquit eo, qui falsus creditor existens indebitum exigit, n. 1.

Veritatis primordium excusat à pœna falsi, n. 5.

Stellionatus crimen non infamat, quando ciuilis actio non infamaret, n. 5.

Creditor exigendo debitum iam exactum impedit iudicium criminale restituendo parti indebitè exactum, n. 5. in fine.

Causa criminalis quando concurrit cum ciuili, & præiudicium est vicissitudinarium, debet priùs cognosci & terminari causa criminalis tanquam maior. Declara vt n. 6. & 10. & seqq.

Causa ciuilis etiam priùs intentata non facit supersedere Iudicem volentem ex officio criminaliter inquirere, n. 7. Declara vt n. 8. & 9.

Dictio, ferè, est diminutiua, & non firmat in omnib. n. 8.

Instantia data in contrariũ corruit argumentũ, n. 8.

Doctori testanti de consuetudine non creditur, n. 8.

DECISIO CCI.

1 PEndente huiusmodi causa coram me Marcutius obtinoit rescribi, vt constito quòd causa ciuilis esset præiudicialis criminali, inhiberem. Quare dubitaui an constaret de huiusmodi præiudicio, & Domini affirmatiuè resoluerunt; prætenditur enim bis idem fuisse exactum, ex quo oritur actio ciuilis in factum, & criminalis ex stellionatu. Bald. *in l. 1. num. 14. C. de cond. indeb.* & in terminis, quòd ille qui exegit debitum iam solutum, teneatur crimine stellionatus, est tex. not. *in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mand.* vbi Bart. *num. 1.* & bene Aret. *in 2. notab.* Bald. *in l. 1. num. 12. C. quan. ciuil. act. crim. præiud.* cui stellionatus actioni locus est, quando non reperitur impositum speciale nomen, *l. 3. ff. de crimin. stellio.* quare cùm ciuilis sit præiudicialis criminali, resoluto enim ciuiliter, quòd bis idem non fuerit exactum, non potest agi criminaliter ex stellionatu, est inhibendum, stante clausula, *constito*, quæ inducit formam quæ debet seruari, ad trad. per Bart. *in l. diem proferre, §. stari, numer. 3. ff. de recept. arbitr.* Dec. *cons. 436. num. 4.*

2 Et eo magis cùm causa ciuilis & criminalis non possint cognosci vnico cõtextu, quando oriuntur ex eodem facto, vt in casu isto, sed peracta vna, si actio ciuilis & criminalis tendunt ad diuersa, potest ad aliam redire, licèt secus sit si tendunt ad eundem finem, *l. 2. §. ex hoc edicto*, & ibi not. Bart. *in prin. & numer. 1. versicul. videte domini. ff. de vi bonor. raptor. l. vnica*, vbi Azo *num. 3. C. quan. ciuil. act. criminal. præiud. l. interdum. ff. de public. iudic.* Boss. *in prax. titulo de plur. ib. violen. numer. 113.* Clar. *in prax. criminal. §. final. quæst. 2. versicul. videamus quæro*, Marant. *in prax. in 4. part. princ. oper. in prima distinct. iudicior. numer. 3. fol. 43. in fine, cum seqq.* Posset enim sequi, quòd contrariæ sententiæ pronunciarentur, quod est euitandum, Innocent. *in cap. cùm contingat, num. 3. versicul. est ergo, de offic. deleg.* Anchar. *cons. 62. n. 3. versic. item ratione*, Surd. *cons. 139. n. 1. vol. primo.*

3 Sed sic est quòd fuit priùs intentata causa ciuilis, ideo priùs de ea cognosci debet, Cyn. *in d. l. vnica. numer. 5. versicul. sed breuiter dicendum est, C. quan. ciu. act. criminal. præiud.* & ibidem Odofred. *numer. 1. & seqq.* & præsertim *numer. 12. versicul. si autem alicui*, Bart. *ibidem, numer. 3. & in d. l. 2. §. ex hoc edicto, in princ. versicul. quando. & numer. 1. versicul. videte domini. ff. de vi bon. raptor. & in l. interdum, in princip. ff. de public. iudic.* Abb. *in c. sue, numer. 5. versicul. nam regula iuris, de procurat.* Specul. *in tit. de action. seu petition. §. sequitur, num. 15.* Surd. *d. cons. 139. num. 1. vol. 1.* & supersedere debet, qui intentauit priùs iudicium ciuile, donec illud sit terminatum, *l. damus. C. de fals. l. 1. C. de appellat.* vbi etiam conceditur appellatio si non terminetur iudicium primo loco intentatum, Boss. *loco alleg.*

4 Et quamuis causa criminalis sit intentata antequam committeretur causa in Rota; tamen cùm sit intentata post iudicium ciuile in partibus, hoc sufficit, quia commissio causæ appellationis non diuersificat causam, sed instantiam, Salycet. *in l. ita demum, in fine. & in l. nuntius. n. 1. C. de procuratorib.*

5 Non obstat quòd quando quis scienter accipit indebitum ab alio, committit furtum, *l. quoniam*, & ibi Salyc. *num. 3.* & Castrens. *in l. fin.* post Bart. *ff. de condict. furt.* Alex. *in l. in his. §. mulier. ff. solut. matrim.* & ideo non potest Dominus rei subtractæ formata inquisitione de furto impedire Iudicem criminaliter procedentẽ, Clar. *in §. furtum. col. 6. vers. item excusatur.* Nam fuit responsum, quòd quando quis scienter debitum iam solutum exigit, non committit aliquod delictum nominatum, ideóque propter dolum tenetur solo crimine stellionatus, vt dictum fuit, sed qui scienter exigit pecuniam indebitam, scilicet quæ nunquam fuit debita, est auctor & fabricator doli, & totius figmenti, & est infamis. *l. 4. in fine, cum duab. ll. seqq. ff. de his qui not. infam.* at is qui bis exegit creditum, fuit aliquando verus creditor, & habet aliquod primordium veritatis, & per consequens leniùs peccat. Castr. *in l. cùm filius. §. hæres. de leg. 2.* vbi ait per illum textum, quòd non est falsi crimen, quod habet aliquod primordium veritatis, vel aliquid veritatis admixtum, & *in cons. 120. num. 4. vol. 1.* Riminald. sen. *cons. 33. n. 6.* Cagnol. *in proœmio ff. in princ. num. 102.* & stellionatus non infamat, quando ciuilis actio non infamaret, *l. penult. ff. de crimin. stellionatus.* Menoch. *de arbitrar. cas. 381. in fine.* quare in casu crediti bis exacti satisfaciendo parti læsæ impeditur iudicium criminale, nec potest iudex amplius inquirere, *l. 1. in fine*, & ibi Salycet. *n. 3. vers. quibusdam verò ex iis. C. de*

quinin.

crimin. stellionatus. Azo *in l. vnica. n. 3. C. quando ciuilis act. criminal. praiud.* Boss. *tit. de crimin. stellion. n. 8.*

6 Nec facit quòd hoc præiudicium est vicissitudinarium, vna enim causa propter facti possibilitatem approbat aliam, quare priùs debet cognosci de maiori, qualis est criminalis, *l. 1. C. qui accus. non poss.* Salycet. qui dicit ita Azonem legere tex. *in d. l. 1.* & illam lecturam esse communiter receptam *in l. final. n. 1. vers. causa hac. C. de ordin. iudic.* secùs secùs sit quando præiudicium non est vicissitudinarium, quia impossibilitas facti non resultat, sed solùm impotentia iuris, vt in seruo qui accusat dominum, & quòd sit seruus eius obiicitur, & pronunciari petitur, & tunc de ista præiudiciali priùs cognoscitur, & ita procedunt text. C. in quibus terminis nos non versamur, *in l. per minorem. ff. de iudic. c. tuam. de ordin. cognit. l. quoniam Alexandrum. C. de adult. l. prases. C. ad l. Flau. de plagiar. & §. praiudiciales. Instit. de act.* & alij quos alleg. Hostien. *in summ. de ordin. cognit. circa finem*, & Natt. *cons. 138. num. 3.* & in his terminis procedunt exempla adducta per Aym. *cons. 280. num. 3.* per totum, & ita distinguit Salycet. *in l. vltim. 1. num. 1. C. de ord. iudic.* respondetur enim, quòd causa ciuilis, & criminalis non possunt cognosci vnico contextu, quando oriuntur ex eodem facto, sed cùm fuerit priùs incepta causa ciuilis, priùs debet terminari, per supradicta; secundò fuit responsum, quòd cùm fuerit rescriptum cum clausula *constito*, quòd causa ciuilis sit præiudicialis, &c. quæ inducit formam, non est habenda ratio, an maior, vel minor sit causa ciuilis, sed solùm an sit præiudicialis criminali, qualis est vt fuit ostensum.

7 Minus etiam afficit, quòd cùm hodie ex officio Iudex possit de quocumque crimine inquirere, non admittitur reus, qui contra querelam siue accusationem contra se porrectam opponeret huiusmodi exceptiones ad curtandum iudicium criminale, Clar. *in §. final. quæst. 2. in fine, & ibidem in quæst. 10. vers. scias tamen*, iudex enim non repræsentat offensum vt dicatur eius iniuriam prosequi, sed publicam iniuriam, & Iudex inquirens æquiparatur ei qui accusat tanquam quilibet de populo, non autem ei, qui prosequitur priuatam iniuriam, & vindictam suam, ita Bald. *in l. cùm mulier, ante num. 32. vers. item Iudex non repræsentat. ff. sol. matrim.* Bart. *in l. 2. §. si publico, num. 16. ff. ad l. Iul. de adult.* nisi quando officium suum est principaliter offensum, vt in falso teste, calumniatoribus, & simil. Natt. *cons. 138. num. 15. vol. primo.*

8 Nam fuit responsum, quòd Iudex non potest ex officio inquirere vbi seruatur ius commune, sed vbi viget talis consuetudo, Clar. *in prax. d. quæst. 10. versic. scias tamen ibi*, bene verum est, & quamuis Clar. attestetur esse generalem consuetudinem, tamen dicit in omnibus ferè casibus, quæ dictio *ferè*, cùm sit diminutiua, non firmat in omnibus casibus. *l. in omni. ff. de adopt. l. intra vtile, §. vendentibus. ff. de minor.* Bal. *in l. 3. ante num. 42. C. de edict. diui Adri. toll.* & ideo ex hoc nihil potest concludi, cùm data instantia corruat argumentum, *§. pauonum. Inst. de rer. diuis.* vltra quod Doctori attestanti de consuetudine non creditur, Mohedan. *decis. 2. & 3. de consuetudin.* & ideo esset probanda ab eo qui in ea se fundat, Innoc. *in cap. super his, sub num. 10. versi. sed argumentum contrà, de consist* Bart. *in l. in illa, num. 5. ff. de verbor. oblig.*

9 Et insuper in hoc casu non potest expediri huiusmodi negocium, nisi officio iudicis mercenario, quod actioni intentatæ deseruit, quæ cùm sit sublata ex quo priùs fuit actum ciuiliter, impossibile est dari officium iudicis mercenariũ; per se enim non subsistit tanquam accidens, nec Iudex potest prosequi ex officio, quod est malè & perperam inchoatum, quicquid dicendum esset, quando negocium esset expediendum officio iudicis nobili, quod actioni non deseruit, sed deseruit loco actionis deficientis, *l. quod si minor. §. final. ff. de minorib.* ita Bald. *in d. l. cùm mulier, numer. 32. circa med. versic. tamen vt clariùs. ff. solut. matrimon.* & differentiam inter officium mercenarium, & nobile ponit Abb. *in cap. iudicis, num. 5. de offic. iud.* Gregor. Tholosan. *Syntagm. iur. libr. 47. cap. 21. numer. 10. & seqq.* & tandem in omnem euentum cessantibus etiam prædictis sufficit quòd actio ciuilis sit præiudicialis criminali ad effectum quòd possit inhiberi stante clausula, *constito, &c.* vt dictum fuit.

Nec minus resistit text. *in l. vltima. C. de ord. iudic.* vbi quòd prius cognoscitur causa criminalis, quàm ciuilis, 10
quia vt ex lectora text. apparet, & not. glos. *ibidem, in verbo, sæpè*, causa criminalis, & ciuilis in casu illius textus non erant super eodem facto, sed ambæ quæstiones erant principales diuersæ, quod non est in casu isto.

Nec Put. *decis. 98. & 275. lib. 1.* & Lancellot. *de at-* 11
tentat. part. 2. c. 4. limit. 23. aduersantur prædictis, quia loquuntur non quando agitur super eodem facto, sed super quodam incidenti, quod tollit ius, vt de subornatione testium falsitate instrumenti, & similium.

Denique non afficit Bulla Pij Quarti *in §. & si auditor,* 12
quia ibi habet quod tunc auditor quiescere debet, quando criminalis est præiudicialis ciuili, sed nos non versamur in his terminis, per supradicta, &c.

ILL. D. CARDIN. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Oscen. Archidiaconatus.
Veneris 4. Iulij 1603.

ARGVMENTVM.

Insordescentia in excommunicatione tollitur per absolutionem, per petitionem absolutionis, & per alios similes exteriores pœnitentiæ actus.

SVMMARIVM.

Testamentum vsurarij manifesti factum, præstita Canonum cautione, nullum & inualidum est, si testator post factum testamentum iterum vsuram fecerit etiam occultè, n. 1. & 2.

Insordescentia in excommunicatione per annum, excluditur, si excommunicatus petit absolutionem aliósve actus, siue signa pœnitentiæ fecerit, numero 2. & 3.

Insordescentia excommunicationis tollitur per absolutionem, num. 3.

Impœnitens hæreticus dicitur qui negat confessionem ab ipso factam, n. 3.

DECISIO CCII.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta ex ratio- 1
nibus in ea deductis, quibus non obstat simile deductum ex vsurario manifesto, qui si testamentum fecerit, præstita canonis cautione, & post testamentum etiam secretò vsuræ crimen committat, nullum erit testamentum, cùm ex hoc constet fictam fuisse pœnitentiam, & primum crimen nunquam dimisisse, sed in eo continuò perseuerasse, ex quo rediit ad vomitum, iuxta cons. Feder. de Sen. 7. quod licèt in hoc pro singulari allegetur, tamen est doctrina communis Doctorum *in cap. quamquam. de vsur. in 6.* & ibi Gem. *in §. omnes autem. numero 7.* Abb. *numero 15.* & alij. Bald. *in l. executio. numero 71. C. de execut. rei iudic.* Franc. *in rubr. de testam. in 6. num. 38.* Abb. *cons. 2. in fine. lib. 2.* Couar. qui multos congerit, *lib. 3. var. c. 3. n. 9. vers. decimo.*

Siquidem ista doctrina non applicatur ad casum no- 2
strum: nam in vsurario manifesto Ecclesia non contentatur sola pœnitentia, vel signis contritionis, sed requirit actus exteriores, & certam formam traditam *in d. c. quamquam*, vt bene animaduertit Franc. *in d. rubr. de testam. numero 35.* & hæc eliduntur ex quo non obstante

cautione vsurarius iterum redit ad vsuram, & redit ad vomitum; at in casu nostro non reperitur expressum, quòd Ecclesia requirat certam formam, cùm contentetur solis signis contritionis, ex quibus tollitur insordescentia; nam ex petitione absolutionis, & aliis actibus ac signis pœnitentiæ excluditur illa qualitas, quòd animo indurato, & in contemtum clauium censuras sustinuerit, sine qua non potest dari insordescentia, vt in alia decisione deductum fuit.

Secundò supradicta doctrina Feder. & aliorum fundatur in eo, quòd istud delictum semper durauit, & dicatur continuatum, quod in casu nostro non applicatur, quia insordescentia fuit interrupta per absolutionem, & tempora coniunguntur, ex deductis in dicta decisione, & faciunt tradita per Rebuff. *in c. postulasti*, *n.* 252. *de cler. excomm. minor.* prout nec applicatur Cald. *cons.* 2. *de heret.* vbi ille dicitur impœnitens, & fictè conuersus, qui negat confessionem ab ipso factam: nam is negando confessionem, videtur etiam negare absolutionem. Hic autem letanus nunquam negauit confessionem, aut absolutionem, & licèt crediderit recursus non fuisse illicitos, tamen illa credulitas non inducit præsumtiones fictæ pœnitentiæ ad effectum contemtus clauium, neque ad præsumendam pœnitentiam ficta sufficit petitio absolutionis, quia illam potuit ad abundantiorem cautelam petere, quod bonarum est mentium, vt dicit Card. *in repet.* c. *perpendimus. col. penul. vers. quæro an ad probandum. de sent. excomm.*

ILL. D. CARD. MILLINI.

Parmen. Status. Veneris 5. Decembris 1603.

ARGVMENTVM.

De teste subdito, quòd regulariter non repellatur à testimonio deponendo pro suo domino nisi concurrat inimicitia.

SVMMARIVM.

Subditus quis dicitur illi Principi, in cuius iurisdictione habitat, n. 2. & 3. vbi ampliatur etiam quòd quis non præstiterit iuramentum fidelitatis.

Subditi regulariter non repelluntur à testimonio ratione iurisdictionis, n. 8.

Testis non bene affectus erga eos contra quos producitur repellitur à testificando, n. 8.

DECISIO CCIII.

1 IN dubio per me proposito in hac causa, an Cæsar de la Vela sit testis idoneus, & quæ fides illi sit adhibenda, quia per informantes hincinde plures excitabantur difficultates, Domini firmarunt aliquas conclusiones.

2 Et primò, quòd satis verificatur, quòd Cæsar tempore examinis erat subditus Comitis Ludouici, quia ex eius depositione constat quòd fuit natus & educatus in castro Tibelli, & quòd tempore examinis habitabat in castro Rocchæ Blanchæ, quod tenebat Comes Ludouicus, & habitatio est potissima causa subiectionis, & iurisdictionis passiuè, Bald. *in rub. C. si à non compet. iudic.* & latè deducit Rolan. à Vall. *in cons.* 53. *n.* 2. & 3. *lib.* 2. & quamuis haberet etiam domum in ciuitate Parmæ, in qua sumserat tempore Paschatis sanctissimam Eucharistiam, tamen ista non excludunt subiectionem tempore examinis, quia ipse claré affirmat, quòd est habitator Rocchæ Blanchæ. Neque in hoc casu ad istum effectum suffragantur statutum ciuitatis Parmæ, & exemtio fel. recor. Clementis Septimi, quia non probatur, quòd Cæsar esset ciuis, vel incola ciuitatis Parmæ.

3 Non obstat quòd Cæsar non præstitit iuramentum fidelitatis, quia hoc argumentum non concludit, quòd interim ratione habitationis non esset subditus.

4 Secundò fuit firmatum constare de terribilitate Comitis Ludouici, & quòd timebatur à subditis, quia Raymundus de Piazo testis Rangonorum examinatus de anno 1532. deponit quòd venit ad testificandum ob timorem quem habet de Comite Ludouico, & Peregrinus de Ferrariis alius testis Rangonorum deponit quòd si non esset sub dominio & potestate Comitis Ludouici, non testificaretur in hac causa, & iuxta interrogatoria deponit, *e'l non è tà troppo bon Signor per noi, ne discretione vsa con noi*, & subdit quòd cùm se excusaret ad effectum, vt non subiiceretur examini, quia pauca sciebat in causa, Comes Ludouicus ei dixit, *è te ghe farò andar ben mi*, & ista probatio multum coadiuuatur ex commissione obtenta de anno 1535. ad instantiam Procuratoris fiscalis Cameræ Apostolicæ, in qua narrantur multæ graues imputationes, & diuersa delicta Comitis Ludouici, & illius vigore fuit monitus ad personaliter comparendum, & postea de anno 1536. sanctæ memor. Paulus Tertius ne incolæ castri Tibelli indebitè grauarentur per suum Breue commisit, vt nomine Sedis Apostolicæ auocaretur possessio illius castri à Comite Ludouico, quia plura damna intulerat subditis, & alia multa & diuersa pessimi exempli commiserat, & illud Breue fuit habitum in magna consideratione à Dominis, quia est fundamentum in excessibus Comitis Ludouici, & si causæ in eo expressæ non fuissent veræ, & notoriæ, Papa eum non priuasset sine causa possessione castri, & quamuis non percutiant tempus examinis, sed quatuor, vel quinque annos post examen, tamen inferuntur retro ad tempus examinis, quia tot delicta habent tractum successiuum, & non solent committi, neque venire ad notitiam eodem tempore, nec in tam breui spatio est verisimilis tanta mutatio vitæ.

5 Non obstat, quòd alij testes affirmant Comitem Ludouicum esse bonum dominum, discretum, & liberalem, & quòd non habeant timorem Comitis Ludouici, quia præualet contraria probatio in specie, quæ deducitur ex depositione propriorum testium Rangonorum, & coadiuuatur ex commissione, & Breui de anno 1535. & 1536. & ex facto illius nini, de quo deponit Presbyter Baptista examinatus ad instantiam Rangonorum.

6 Non obstat quòd aliàs terribilitas Comitis Ludouici non fuerit habita pro probata, Put. *decis.* 380. *lib.* 3. quia tunc non fuerunt ista omnia deducta, nec apparet quòd fuerit habita consideratio istorum testium, ex quorum depositione deducitur terribilitas.

7 Tertiò firmarunt Domini, quòd Cæsar non erat bene affectus erga Pallauicinos, quia Vincentius Mantuanus deponit de visu & auditu in castro Tibelli, quòd Cæsar erat inimicus capitalis Pallauicini, & maximo odio eum & fratres prosequebatur, quia Pallauicinus armatus armis offensiuis eum insequutus fuerat animo verberandi, & idem Cæsar deponit quòd Bernardinus ei dederat aliqua verbera, & comprobantur ex effectu subsequuto, quia postea reliquit seruitutem Pallauicinorum, & probatur ex depositione Vincentij de publica voce & fama, & Baptista de auditu ab ipso Cæsare quod instruebat testes, quæ instructio etiamsi nihil mali contineret, tamen ostendit eius affectionem erga Rangonos, ad quorum instantiam testes debebant examinari contra Pallauicinos.

8 Et ex istis conclusionibus DD. resoluerunt huic testi non esse adhibendam aliquam fidem, quia quamuis regulariter subditus non repellatur à testimonio ratione iurisdictionis, Bart. Alberic. Bald. Salyc. Fulgos. & alij *in l. eos. C. de testibus.* tamen cùm vltra subiectionem concurrat etiam qualitas personæ Comitis Ludouici, quòd iste testis non erat bene affectus erga Pallauicinos, in hoc casu testis subditus repellitur in totum, Abb. *in cap. insuper. numero* 16. *de testib.* Roman. *quæst.* 382. *numero* 5. præsertim in causa grauissima Paul. de Montepico *quæst.* 5. *num.*

5. *num.* 14. & hoc eo magis dicendum est, quia Vincensius Mantuanus deponit quòd Cæsar erat familiaris de tempore examinis Comitis Ludouici, & confirmatur eius depositio à Baptista, qui dicit quòd Cæsar viuebat expensis Comitis Ludouici, quando commorabatur in castro Rocchæ Blanchæ, in quo de illo tempore commorabatur, & quòd stabat in domo Comitis Ludouici quando examinabantur testes.

9 Mouebantur etiam Domini propter contrarietates, quia negat se subditum, & de contrario constat ex eius depositione, & ista falsitas concernit substantiam, quia subditus concurrentibus aliis exceptionibus, repellitur à testimonio, vt dictum fuit.

10 Item deponit, quòd post raptum Catherinæ, qui fuit de nocte, die sequenti de manè Ioannes Petrus eius maritus accessit ad Ioannem Franciscum Patrem Bernardini, & cum eo fuit conquestus de raptu, & tamen Galeatius de Nardo, quem ipse allegat in consocium raptus, deponit, quòd Ioannes Franciscus tempore raptus erat Mediolani, & conciliatio, quæ datur quòd Ioannes Franciscus licèt tempore raptus, non fuisset in castro Tibelli, tamen redierat de manè, est contra depositionem Galeatij, qui dicit, quòd tempore raptus erat Mediolani, & castrum Tibelli impossibile est, quòd Ioannes Franciscus post raptum discessisset à ciuitate Mediolani, & manè esset in castro Tibelli, & præsertim cùm raptus sequutus fuerit de nocte, & excusationes circa alias contrarietates, patiuntur etiam secundùm Dominos difficultatem, & propterea ex istis omnibus simul iunctis in hac causa grauissima, in qua sunt necessarij testes idonei, Domini concluserunt huic testi non esse adhibendam aliquam fidem, &c.

R. P. D. COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Narnien. Confinium. Mercurij 10. Decembris 1603.

ARGVMENTVM.

Exactissimè in hac decisione explicatur, an, & quando testes Vniuersitatis admittantur ad deponendum pro sua Vniuersitate, & quantam fidem faciant.

SVMMARIVM.

Testes de Vniuersitate, tam Ecclesiastica, quàm seculari regulariter admittuntur ad deponendum pro sua vniuersitate, n. 1. & 3.

Testes de vniuersitate admittuntur, quando agitur de confinibus, num. 2. & 4. Vbi ampliatur hæc conclusio etiam quòd intra confines adsint pascua.

Testes Vniuersitatis non admittuntur, quando agitur de interesse singulorum, num. 3. & 4. Vbi agi dicitur de interesse singulorum quando de pascuis, vel nemoribus agitur.

Testes Vniuersitatis sunt idonei testes pro Vniuersitate etiam quòd agatur de pascuis, & nemoribus, quando pascua & nemora venduntur, & pretium in arca communi reponitur, num. 5. & 6. Vbi quòd ita in dubio præsumitur dictum pretium conuerti in vtilitatem Vniuersitatis, potius quàm singulorum.

Testes Vniuersitatis ad hoc vt non probent pro Vniuersitate quando agitur de pascuis, vel nemoribus, requiritur quòd dicti testes alibi pascua commodè habere non possint, & quòd gratis ad pascendum admittantur n. 7.

Testes Vniuersitatis non sunt idonei, quando agitur de onere salutionis gabellarum, quod quando verum sit, declara vt num. 8.

Testes Vniuersitatis non sunt idonei testes pro Vniuersitate, quando sunt nominati in mandato procuræ facto ad agendum, num. 9.

Testes Vniuersitatis non probant pro Vniuersitate, quando deponunt in causa mixta, intenta scilicet nomine Vniuersitatis & singulorum, num. 9. & 10. Vbi declaratur quando censeatur datum mandatum ad agendum nomine Vniuersitatis, & nomine singulorum simul.

Testes Vniuersitatis non admittuntur, quando causa est criminalis, vel quando est ciuilis, ardua, vel quando agitur de magno honore, vel de aliqua magna iurisdictione arbitrio Iudicis, numero 11.

Testes Vniuersitatis admittuntur pro Vniuersitate, etiam quòd per alios veritas haberi possit, numero 12.

Testes Vniuersitatis, licèt admittantur pro Vniuersitate, non tamen sunt integri testes, & omni exceptione maiores, quod quando verum sit, numero 13.

Testes Vniuersitatis, si sunt plures, quàm duo, vnus alterum supplet, & faciunt plenam probationem, num. 14.

Testes Sacerdotes sunt idonei testes pro Vniuersitate seculari, num. 15.

Testium Vniuersitatis depositiones coadiuuantur ex depositionibus aliorum testium, qui non sunt de Vniuersitate, num. 16.

Testibus Vniuersitatis minus credendum est, quàm testibus forensibus, numero 17. Declara vt numero 18.

DECISIO CCIV.

FVit per Dominos resolutum testes de Vniuersitate 1
Collis Scipionis non esse repellendos; quia regulariter admittuntur, *cap. insuper, de testib.* quòd licèt loquatur de testibus in Vniuersitate ecclesiastica, eius depositio procedit etiam in vniuersitate laicorum, Felyn. *ibidem numero 2. versiculo sed contrarium*, Abb. *numero 2. versiculo ex qua ratione infertur, & versi. sed vbi non adsunt*, Afflict. *decis. 400. numero 5. versic. sed dictam differentiam*, & ibi in addit. Vrsill. *col. 1. versiculo quam regulam*, Alberic. de Maletis *de testib. cap. 4. numero 72. versiculo hac ratio, & versiculo in iudicando tamen*, Hieron. de Monte *de fin. reg. cap.* 57. & simpliciter, quòd testes de Vniuersitate admittantur, dicit Speculator *Instit. de testib. §. 1. num. 22. versic. sed nunquid in causa vniuersitatis*, Bart. *ind. in tantum, §. vniuersitatis, numero 1. versiculo vnde tenet gloss.* Odofred. *versic. hoc signori*, Alber. *numero 3. & seq. iuncto numero 7. versiculo, Nec obstat.* vbi tuetur hanc partem, & respondet contrariis. *ff. de rer. diuis.* Dec. *in cap. tertio loco. numero 45.* Bald. *numero 5. versic. item nota. de probat.* idem Bald. *in cap. cum Nuncius, in primo notab.* Butr. *numero 3.* Anan. *numero 1. in primo notab. de testibus*, Salicet. *in l. parentes, numero 4. C. de testibus*, Ias. *in l. dictantibus, num. 5. versic. sic in simili dicimus. C. de testam.* Socin. *reg. 519. in princ.* vbi testatur de communi, Menoch. *de arbitrar.* qui etiam testatur de magis recepta sententia, & etiam respondet contrariis rationibus *cas. 106. numero 5. & 6. cum seq. lib. 2.* Et hanc conclusionem pluries admisit Rota Chissanen. *decis.* 189. & coram Illustrissimo D. Cardinale Blanchetto in causa Conchen. Limitum 19. Ianuarij 1596. & priùs in alia Pampilonen. Sepulturæ 5. Decembris 1584. coram bo. me. Lauretano, & aliàs sæpius.

Et

2 Et in specie, quòd testes de Vniuersitate admittantur in terminis nostris, scilicet, quando agitur de finibus probandis, dicit Ruin. *cons. vltimo, num.* 16. *lib.* 4. Menoch. *d. cons.* 106. *n.* 5. Guido Pap. *decis.* 193. *num.* 1. *in fine*, Couarr. *pract. quæst. capit.* 18. *num.* 4. *vers. quartò iudices*, Bald. qui dicit hanc esse communem opinionem *in cons.* 145. *num.* 9. *libr.* 5.

3 Non obstat, quod Plot. *de in lit. iurand.* §. 4. *num.* 26. & Viu. *in commun. opin. in verbo*, de collegio, vel vniuersitate dixerint, ex Dec. *in cap. insuper. num.* 6. *de testib.* communem opinionem esse, quòd testes de vniuersitate seculari non admittantur pro sua Vniuersitate: nam fuit responsum quòd Viuius, Plotus, perperam allegant Dec. qui d. *num.* 6. nihil dicit, sed *n.* 18. testatur esse communem opinionem, quòd testes de vniuersitate non admittantur quando agitur de interesse singulorum, de quo in præsenti casu non agitur, vt infrà dicetur.

4 Minus releuat, quod dicebatur prædicta procedere si ageretur de interesse vniuersitatis, sed cùm agatur de interesse singulorum testes Vniuersitatis non admittuntur, vt distinguendo dicit Chiflauten. *decis. alleg.* & post alios Menoch. *loco præcit. num.* 13. & testatur de communi, Lanfranc. *de testib. num.* 73. Osasch. qui multos refert *decis.* 99. *num.* 39. Quod interesse singulorum deducitur ex quo agitur de pascuis, & quando agitur de pascuis, vel nemoribus propter interesse, singulorum testes de vniuersitate non sunt idonei, Angel. *in l. omnibus, num.* 2. *vers. aut respicit singulos. C. de testib.* Castren *ibidem num.* 2. *vers. & per prædicta patet, quòd si est quæstio de pascuis*, Lanfranc. *de testib. num.* 73. qui de communi, Afflict. *decis.* 400. *post num.* 5. Couarr. *pract. quæst. capit.* 18. *num.* 4. *vers. quartò Iudicis*, vbi quòd hæc opinio proculdubio est communis, Roland. qui pariter de communi, *cons.* 72. *num.* 13. *& seq. lib.* 2. Responsio enim est, quòd prædicta conclusio est verissima, sed non applicatur: nam hîc non agitur de pascuis, sed agitur de finibus & quamuis inter fines prætensos adsint pascua, quæ arrendantur per communitatem Narniæ, tamen ex victoria finium non resultat per necesse victoria pascuorũ, materia enim finiũ nihil habet commune cum iure pascendi, Couarr. *practicar. quæst. cap.* 37. *in princ.* & per totum; & stant simul, quòd territorium sit Collis Scipionis, & ius pascendi competat Narnien. Couar. *loco prætato*, Cepoll. *de seruit. rusticor. prædior. capit.* 9. Florian. de S. Petro *in l. item si fundi*, §. *seminarios in fine ff. de vsufruct.* Rota coram bon. mem. D. Gyptio in Farfen. Territorij 9. Maij 1594.

5 Et in omnem euentum etiam quòd agatur de iure pascendi, & nemoribus, causa non ad singulos, sed ad Vniuersitatem spectare dicitur, quando ius pascendi, & lignandi per Vniuersitatem venditur, & pretium in arca communi reponitur, Iacob. de S. Georgio *in l. nullus, n.* 8. *vers. deinde si esset quæstio, ff. de testib.* Felyn. *in cap. insuper, n.* 2. *ad med. & num.* 6. *versic. secus si effectus vtilitatis, de testib. & in cap. tertio loco, numer.* 3. *in fine, versic. idem si est quæstio de nemore*, Bald. *numer.* 4. *versic. vel est quæstio de nemore, de prob.* item Bald. *in l. parentes, in fin. C. de testib.* Afflict. *decis.* 400. *post numer.* 6. vel est quæstio de nemore, cuius fructus venduntur, Aufret. *de testib. numer.* 91. *in verbo testes, an possint esse, in quarta fallentia, vers. fecit effectus*, Marsil. *in l.* 1. §. *seruus municipium, n.* 10. *post med. ff. de quæst.* Couarr. *pract. quæst. c.* 18. *n.* 4. *vers. qua ratione*, Hieron. de Monte *de finib. reg. cap.* 18. *n.* 9. *& seq.*

6 Ex quibus cùm hodie per Communitatem Narniæ istud ius pascendi vendatur, non potest concludi quòd communitas collis Scipionis velit illud acquirere pro singulis, immo magis dicendum est velle illud arrendare, & sic acquirere pro vniuersis, & sufficit, quòd non constet, quid vellet facere Communitas ad effectũ quòd testes de Vniuersitate collis Scipionis tanquam habentes interesse, vti singuli repellantur, ad trad. per Alberic. *in d. l. in tantum*, §. *vniuersitatis, num.* 7. *in fine, ff. de rer. diuis.* Aym. post Burr. & alios, *de antiquit. tempor. par.* 1. *vers. quid in libro officialis, num.* 22. Roland. *cons.* 72. *num.* 4. *vers. pro eius sententia*, Menoch. *de arbitr. casu* 106. *numer.* 15. *in fine, lib.* 2.

Dicebat etiam vnus ex Dominis, ex Bald. *in cap. non nunquam, ante numer.* 1. *vers. nam iura, de testib.* quem sequitur Socin. *reg.* 519. *num.* 6. *fallen.* ... *vers. Bald. tamen*, quòd ad hoc vt testes Vniuersitatis repellantur, quando agitur de pascuis, vel nemoribus, requiritur quòd homines alibi pascua commodè habere non possint, & etiam quòd gratis ad pascendum admitterentur absque aliqua solutione, Bald. *in l. parentes, propè fin. C. de testib.* Hieron. de Monte, *de fin. reg. cap.* 58. *numero* 8. Capic. *decis.* 152. *numero* 6. Socin. *d. reg.* 519. *in* 6. *fallen. versic. secundo limita*, Roland. *consilio* 72. *numero* 15. *lib.* 2. Vnde necesse esset quòd communitas Narniæ, quæ intat hos testes repelli, probaret, quòd pascua alibi commodè habere non possint; & quòd communitas Scipionis esset admissura gratis homines Vniuersitatis ad pascendum eorum animalia. 7

Non afficit, quòd aliqui ex istis testibus habeant bona in loco controuersiæ, & quòd agatur de interesse solutionis gabellarum collectarum, & similium, quia etiamsi declaretur territorium esse Communitatis Collis Scipionis, hæc tamen omnia essent soluenda illi Communitati. Vnde cùm horum testium non intersit magis soluere onere Narniæ, quàm Communitatis Collis Scipionis, propter hoc non sunt repellendi, vt fuit resolutum coram Illustrissimo D. Cardinali Blancheto in causa Conchen. Limitum, suprà allegata 19. Ianuarij 1596. Et cessat difficultas, quia homines Collis Scipionis sunt exempti à iurisdictione Narniæ ex Constitutionibus Apostolicis, quare non potest considerari aliquod commodum saltem principale pro hominibus de Communitate Collis Scipionis ex victoria suę Communitatis. 8

Minus facit dum dicitur quòd isti testes non sunt idonei, ex eo quia dederunt mandatum ad agendum, quia ad hunc effectum requiritur, quòd homines de Vniuersitate dederint mandatum, tunc enim is, qui in mandato procuræ comprehensus est, pro sua Vniuersitate testimonium ferre non potest, Plot. *de in lit. iurand.* §. 4. *numero* 26. *versiculo maximè vbi omnes, & versiculo quod limita nisi omnes.* Aldobrandin. in decis. ad Dec. *in cap. tertio loco. numero* 45. *litera G, extra de testib.* Viu. *commun. opin. in verbo, testes de collegio, versiculo & hoc potissimum*, Rolan. *consil.* 72. *numero* 17. *lib.* 2. vbi ampliat quòd si causa est mixta, quia scilicet intentetur, tam nomine Vniuersitatis, quàm singulorum, tunc singuli de Vniuersitate non poterunt testimonium ferre, & ita loquitur decisio coram bo. me. Gyptio in causa Gerunden. Anniuersariorum 9. Iunij 1586. & est decisio Illustrissimi Blanchetti in allegata Conchen. Limitum; & licèt dicatur, quòd omnes sint descripti in mandato, hoc tamen in facto non subsistit, & copia mandati fideliter nunime datur. 9

Nec facit quòd mandatum sit datum ad instantiam Communitatis, & hominum Collis Scipionis, quia non propterea est dicendum mandatum fuisse datum pro Vniuersitate, & singulis: nam verba illa, pro Communitate, & hominibus, sunt intelligenda respectu hominum vti Vniuersitatem constituentium non vti singulorum, quia cùm agatur de territorio, non possunt considerati vti singuli, & verba sunt intelligenda secundùm subiectam materiam, Gemin. *consilio* 29. Aymon. *consil.* 171. *num.* 13. cum aliis. 10

Non releuat quòd testes de Vniuersitate non admittantur, quando causa ciuilis est ardua & magna, in qua cùm æquiparetur criminali, testis de Vniuersitate non admittitur, nec quando agitur de magno honore, vel de aliqua magna iurisdictione, Felyn. *in cap. insuper. numero* 5. *in fine. de testib.* Marsil. *in l.* 1. §. *seruus municipium. num.* 8. *in fin. ff. de quæst.* Vrsill. ad Afflict. *dec.* 400. *col.* 2. *versic. nisi tractetur de causa ardua*, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 106. *num.* 11. quia cùm tota hæc materia relinquatur arbitrio Iudicis, vt per eundem Menoch. *dicto loco*, non visum fuit Dominis, quòd causa de qua agitur si talis, vt non sint admittendi testes de Vniuersitate. 11

Minus subsistit quòd testes de Vniuersitate non sint admit- 12

admittendi, cùm veritas aliter possit haberi, vt per glos. Innocen. Hostien. bald. & alios quos refert Felyn. *in c. cùm nuncius 2. de testib.* cum aliis: nam communis opinio est in contrarium, Abb. *in cap. insuper, num. 2. ad finem. vers. An autem admittantur.* idem Abb. *in cap. tertio loco, num. 5. vers. secundò colligitur.* vbi dicit hoc esse verius, *de probat.* Dec. qui pariter testatur de communi *in eodem cap. tertio loco, n. 48. 49. & 50.* Felyn. *in d. c. insuper, n. 7. in 6. fallen.* vbi respondet contrariis, Menoch. *de arbit. d. cas. 106. num. 8.* cum aliis qui allegari possent.

13 Nec etiam facit quòd si admittuntur testes de Vniuersitate, non tamen sunt integræ fidei, quia iste articulus est valde controuersus, circa quem tamen nihil DD. firmatuor, cùm pro negatiua testetur de communi Crot. *de testib. n. 13.* & pro affirmatiua Nicol. Festas. *in tract. de collat. p. 3. c. 2. sub num. 26.* & quamuis opinio negatiua videatur fortè ex denumeratione Doctorum, magis communis tamen, quando alij testes non deponunt contrarium, affirmatiua videtur magis communis, ex allegatis per Honded. *consil. 17. num. 37. & seq. vol. 1.*

14 Tamen omissis prædictis, cùm sint plures testes supplentur ex numero ipsorum, quando enim plures, quàm duo testes Vniuersitatis aliquid dicunt, plenam fidem faciunt, Paul. de Castro *cons. 47. n. 7. vers. adeò quòd, libr. 3.* Imol. *in d. c. cùm nuncius, sub n. 2. vers. ideo posset dici. de testib.* Alex. *consi. 99. n. 17. lib. 5.* Prosper Passer. *cons. 261. num. 14.* cum aliis plur. per Honded. *d. cons. 17. n. 42. lib. 1.* Aym. qui dicit in hoc Doctor. conuenire *de antiq. temp. par. 1. sect. quid in libro officialium, n. 17. & 18.*

15 Eóque magis hæc procedunt in præsenti casu, quia adsunt duo testes Sacerdotes, qui viderentur esse idonei pro ista Vniuersitate seculari, cùm sint idonei pro Ecclesia, Dec. *in cap. insuper, n. 20 de testib. & in c. tertio loco, n. 46. de proba.* Vtrill. in addit. ad Afflict. *decisi. 400. col. 2. versi. & est opinio.* Nell. *de testib. n. 22.* Alber. de Malet. *de testib. c. 5. n. 29.* Aym. *de antiq. tempor. par. 1. sect. quid in libro officialium. post n. 17.* Hieron. de Monte, *de fin. reg. cap. 57. n. 1. & 2.* Viu. *in commun. opin. vers. Testes de collegio. vers. interpretatum quoque,* vbi de communi.

16 Et cessat difficultas, quia concurrunt alij testes, qui non sunt de Vniuersitate, vnde dicta testium de Vniuersitate supplentur per dicta istorum. Gerar. *sing. 34. num. 2.* Gabr. *de testib. conclus. 5. num. 1.* vbi de communi, Rolan *cons. 19. n. 9. lib. 3.* Osasch. *decis. 99. n. 41.* Paul. de Castro, Alex. Ias. *in l. si quis ex argentariis, §. cogantur, ff. de eden.* cum infinitis qui allegari possent.

17 Et ex præmissis cessat, quòd dicebatur in concursu magis esse credendum testibus forensibus contradicentibus quàm testibus Vniuersitatis. Abb. *in cap. insuper, sub num. 2. col. 4. vers. ego putarem hoc dictum procedere.* Felyn. *ibidem n. 3. in 2. fallen.* Dec. *numer. 25. vers. nisi essent alij testes,* Afflict. *decisi. 400. n. 8. in fine,* cum aliis. Nam cùm ex aliis testibus suppleantur dicta testium Vniuersitatis, non potest habere locum prædicta conclusio quòd magis sit credendum testibus forensibus.

18 Vltra quod hodie non quæritur, quorum testium dicto sit standum, & si de hoc ageretur particulariter, fortasse res posset habere difficultatem, quia cùm agatur de materia finium inter viscera territorij vtriusque Communitatis, vt illi non possint sic bene noti esse aliis, vti illis de Vniuersitate; fortè magis creditur testibus de Vniuersitate quàm aliis, Felyn. *in d. c. insuper. num. 3. versic. sed intellige. de testib.* Marsil. *in l. prima, §. seruus municipium, num. 3. vers. quod tamen intellige ff. de quæst.* Aufrer. *de testib. num. 91. in verbo, testes, an possint esse, vers. sed intellige sanè.* Menoch. *de arbitr. d. casu 106. sub num. 10.* circa hoc vltimum tamen nihil fuit per Dominos firmatum, sed tantùm consideratum in discursu causæ; & ex prædictis fuit resolutum testes de Vniuersitate Collis Scipionis non esse repellendos.

REVER. D. COCCINI DECANI DIGNISS.

Aretina Spolij. Mercurij 12. Decembris 1603.

ARGVMENTVM.

Testes examinati sine citatione ad videndum eos iurare, nulliter examinati dicuntur; Notarióque enuncianti, testem iuratum, &c. non creditur, nisi in contrarium sit stilus qui isto casu poterit per fidem Aduocatorum & Procuratorum probari.

SVMMARIVM.

Testium iuramentum non probatur ex enunciatiua Notarij, dicentis, talis testis iuratus, &c. n. 1. limita nisi stilus sit in contrarium, n. 2.

Testis examinatus absque citatione ad videndum iurare testes, nulliter dicitur examinatus, nisi stilus sit in contrarium, n. 2.

Stilus respiciens ordinatoria iudicij potest probari ex fide Aduocatorum, & Procuratorum, sufficitque de eo extraiudicialiter constare, n. 2.

Testium examinis nullitas non potest opponi ab eo, qui & in examine suorum testium eãdem commisit nullitatem, n 3.

Citatio suppletur per præfixionem termini quæ habet vim monitionis factæ per iudicem, n. 4.

DECISIO CCV.

PLacuit Dominis, quòd videretur particulariter de probationibus Chiusini, interim tamen firmarunt examen testium pro parte Sozzini fuisse validum, non obstantibus tribus nullitatibus quæ opponebantur, scilicet citationis ad videndum iurare testes, iuramenti ipsorum testium, cùm solum de eo constet per verba enunciatiua Notarij, scilicet testis iuratus, qui medio iuramento dixit, cui de stilo Rotæ non creditur, Verall. *decis. 123. part. 2. & decis. 246. ead. part. 2. & decis. 295. part. 3.* & defectus citationis pro die certa ad videndum testes examinari. 1

Quantum attinet ad primam & secundam nullitatem, visum fuit eas esse sublatas ex stilo illarum partium: nam ibi solùm citatur pars ad videndum induci & produci capitula, & non etiam ad videndum iurare testes, neque ad viden. committi receptionem iuramentorum testium, & ipsorum testium iuramentum notatur illis verbis, *testis inductus, &c. & iuratus & examinatus, qui eius medio iuramento dixit absque verbo, tactis, &c.* de quo stilo constat ex fide Aduocatorum, & Procuratorum illarum partium, licèt enim non doceatur formaliter, sufficit tamen, quòd de eo extraiudicialiter constet, ex quo respicit ordinatoria, non decisoria iudicij, Pedemont. *decis. 22.* Cæs. de Grass. *decis. 7. numero 1. de probat.* & tenuit Rota coram R. P. D. meo Sacrato in causa Mediolanensi Rescissionis contractus die 17. Iunij 1602. 2

Vltra quod quantum attinet ad primam nullitatem, scilicet ad citationem ad videndum iurare testes, responsum fuit, quòd nec in examine testium partis aduersæ adest huiusmodi citatio, & ideo cùm iste modus fuerit seruatus ab vtraque parte, sufficit tot. tit. *quòd quisque iuris,* & adest in terminis decisio bon. me. Rub. sub die 16. Februarij 1582. quæ datur. 3

Quod attinet ad tertiam nullitatem minus placuit Dominis, 4

Dominis, quia die 7. fuit facta citatio per Chiusinum ad videndum produci capitula quæ eadem die fuerunt producta, & Sozinus præsens protestatus fuit non deueniri ad examen absque suis interrogatoriis, & die 13. fuit exequuta alia citatio contra Sozinum ad instan. Chiusini ad vidend. produci testes, qui eadem die fuerunt producti, & Sozinus protestatus est non examinari, nisi cum suis interrogatoriis, & die 14. fuit facta citatio ad instantiam Sozini ad videndum exhibere quandam petitionem, eadémque die idem Sozinus comparuit in iudicio, & petiit copiam capitulorum cum termino ad conficiendum interrogatoria, & Iudex assignauit terminum trium dierum ad dandum interrogatoria, quæ fuerunt data die 20. & eadem die testes examinati, ex qua facti serie constat, testes fuisse validè examinatos, cùm post terminum concessum ad dandum interrogatoria fuerunt examinati, quæ quidem præfixio termini habet vim monitionis factæ per Iudicem, quæ citationem supplet. Marant. *de ordin. iud. part. 6. princ. in 1. parte iud. de citat, 1. memb. n. 48.*

ILL. D. CARD. PAMPHILII.

Foroliuien. Rescissionis Contractus.
Veneris 19. Decembris 1603.

ARGVMENTVM.

Contractus ex falsa causa initus, dicitur dolosus, nec in eo Iudicis decretum, aut iuramentum aliquid operatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum supplet solemnitates à consuetudine requisitas, n. 1.

Decretum Iudicis ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum, n. 1.

Census ex parte emtoris est perpetuus, n. 1.

Creditore non consentiente, non potest debitor verus alium debitorem loco sui ponere, n. 2.

Iuramentum dicitur dolosè extortum propter falsam causam in contractu appositam, n. 3.

DECISIO CCVI.

1 CONtractus venditionis prædij, de quo agitur, non placuit Dominis, & omisso defectu solemnitatis consuetudinis Foroliuij, qui suppletur per iuramentum, iuxta notata *in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem.* dixerunt contractum esse nullum ex falsa causa, quæ reddit Iudicis decretum desuper interpositum ipso ipso iure nullum, & *cl. magis puto, §. æs alienum, ff. de reb. eo. l. cùm verò, §. perinde, ff. de fideicomm. libert. l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat,* cum alleg. fuit enim insinuatum, quòd mulieribus erat necessaria venditio, & minus damnosa pro soluendis debitis Andreæ earum filij, & nepotis respectiuè, vt in patriam liberè redire possit, & tamen neque dictæ mulieres tenebantur ad debita Andreæ, nec debitum census, in quo erat obligatus Andreas, necessarium, quia illius emtor non vrgebat, nec vrgere poterat pro sorte principali, cùm census ex parte emtoris sit perpetuus, & venditio facta pro illius extinctione, non dicatur facta ex causa necessaria, vt fuit resolutum in causa Romana census die 23. Ianuarij 1591. coram bon. mem. Bubalo, & in aliis causis allegatis.

2 Et quod magis est, nec etiam fuerunt soluta debita Andreæ, sed ex pretio scutorũ 50. deuenerunt ad manus mulierum, & pro aliis 50. fuit data emtori dilatio annorum duorum, & pro residuo accollauit sibi censum supradictum, in quo erat obligatus Andreas, qui per huiusmodi accollationem factam sine consensu & interuentu creditoris non fuit liberatus, quo minus possit molestari, prout poterat ante accollationem, glos. magna *in l. leg. aut. ff. de liber. leg. in fin.* Bart. *in l. singularia, num. 19.* Ias. *num. 54. ff. si cert. petat.*

Non obstat, quòd venditio fuit iurata, quia iuramentum vti dolosè extortum propter causas falsò nar- 3
ratas, *l. falsas. §. quis, de furt. l. quis affirmauerit. §. 1. l. quod venditor. ff. de dol.* dicitur nullum, & nihil operatur, *c. cùm contingat, de iureiuran. cap. licet eodem tit. in 6. cap. quamuis, de pactis in 6.* & notant Doctores communiter in dictis iuribus.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Romana Donationis de Cangiis.
Lunæ 18. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Donatio, an, & quando censeatur facta in fraudem creditorum.

SVMMARIVM.

Simulatio non præsumitur, vbi causa simulandi non adest, num. 1. & 2.

Simulatio non probatur coniecturis, sed dilucidis probationibus, num. 1.

Donatio non præsumitur facta in fraudem fisci, seu creditorum, quando facta fuit multo tempore ante contracta debita, & commissum delictum, n. 2. & 4.

Posteriores creditores non succedunt in ius anteriorum creditorum etiam cum pecunia redacta, & habita à posterioribus creditoribus fuerit extinctum debitum anteriorum creditorum, num. 3.

DECISIO CCVII.

CVm de validitate donationis non dubitetur ex quo 1
fuerunt in causa adhibitæ omnes solemnitates requisitæ, Domini dixerunt illam obstare creditoribus, iuxta *l. j. C. de iur. fisc. lib. 10.* nec releuare ea, quæ in contrarium deducebantur simulata, & facta ad fraudandum creditores facilè tollitur; nam vltra quod nulla adest causa simulandi, sine qua non inducitur simulatio, iuxta cons. Bart. 65. & coniecturæ quæ afferuntur sunt leues, cùm tamẽ ad hunc effectum debeant esse admodum efficaces, immo requirantur probationes dilucidæ, Capuaq. *decis. 163. part. 3.* respectu creditorum præcedentium, cessat omnis difficultas, quia cùm essent creditores hypothecarij, nullum eis per donationem inferebatur præiudicium, cùm vinea transiret in donatarios cum sua hypotheca, immo eis fuit noua actio acquisita, stante pacto, quòd donatarij eis satisfacere deberent.

Quo verò ad creditores posteriores cessat etiam cau- 2
sa simulandi, & fraus, quæ nec probatur, nec præsumitur, ac ideo eis nocet donatio, Gabr. *conf. 82. num. 4. lib. 1.* tanto magis quia creditores paulatim, & per plures annos post donationem superuenerunt, Ias. *in §. si quis in fraudem, num. 63. Instit. de act.* sicuti dicitur de alienatione facta multo tempore ante commissum delictum, vt non præsumatur facta in fraudem fisci, ex alleg. per Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsumt. 124. numero 5. & seq.*

Quod autem ex ære alieno post donationem contra- 3
cto, fuerit extinctum debitum præcedens, ita vt per hanc solutionem creditores posteriores intrent in locum anteriorũ, ex *l. si ventri. §. eorum. ff. de priuil. creditor.* fuit etiam sublatum: nã omisso, quòd circa id (quatenus opus esset) melius

melius esset firmandum pactum, nihilominus præsupposito etiam, quòd constet, vel saltem præsumatur ex pecuniis posteriorum creditorum fuisse extinctum æs alienum præcedens, adhuc non potest procedere intentio creditorum: nam quantum ad hyothecam ipsi non succedunt in locum creditorum, nisi expressum hoc pactum sit, quòd succedant, *l. 1. C. de his qui in prio. cred. loc. succed.* & bene declarat Rip. *in d. §. eorum, n. 8. & 9.*

4 Quantum autem ad reuocationem neque etiam possunt se hoc iuuare, quia nec primis creditoribus competebat, cùm vt dictum est donatio in damnum ipsorum non tenderet, & ad effectum, vt creditoribus competat reuocatoria, opus est quòd in donatione sint damnificati, Rol. *cons. 58. in fin. lib. 2.*

5 Alia, quę contra donationem opponebantur, non fuerunt visa alicuius considerationis, & fuerunt bene sublata ab informantibus pro donatariis: nam quòd donatio non fuerit acceptata, nec per traditionem tollitur, ex instrumento possessionis adeptæ, item ex clausula constituti, & ex stipulatione Notarij, per quem fuit quæsitum ius etiam absentibus, quòd fuerit conditionalis, dummodo donatarij soluerint debita donantis, &c. cessat quia erat modus, non conditio, cùm debita essent soluenda post quæsitum emolumentum, vltra quod non fuit præfixum aliquod tempus, nec donatarij fuerunt interpellati, nec io mora constituti; quòd donatarij consenserint, quòd satisfieret prioribus, tollitur ex quo consensus fuit præstitus sub beneplacito Sanctissimi, quòd non fuit obtentum, maximè quòd talis consensus non potest aliis vocatis præiudicare, quòd donatio esset causa mortis, cùm esset in arbitrio donantis illam reuocare, tollitur etiam quia reseruatur solùm facultas reuocandi in casu ingratitudinis, quod pactum non alterat naturam donationis, cùm de iure insit, & licèt donator reseruauerit sibi liberum arbitrium declarandi ingratitudinem, tamen non erat prohibitus recursus ad arbitrium boni viri, vnde potestas reuocandi non erat in libera facultate donatoris.

6 Præterea pro parte creditorum dicebatur, quòd cùm Blasius soluerit debita per ipsum contracta ante donationem, quorum solutio vigore donationis, ad donatarios spectabat, potest illa ratione negociorum gestorum à donatariis repetere; nec potest dici extinxisse animo remittendi donatariis, cùm non sit præsumenda multiplicatio donationum, maximè in implicato ære alieno, circa quod non fuit aliquod decisum, cùm videatur caput separatum, non spectans ad donationem, & super hoc quærenus videatur necessarium, opus erit prius firmare in facto, quomodo res se habeat, & deinde videndum quomodo procedat, & an creditoribus competat talis actio, prout an tali casu facienda sit compensatio cum fructibus ex vinea perceptis à Blasio post factam donationem, & postquam donatariorum nomine cepit possidere, &c.

REVEREND. D. SACRATI.

Romana Mercium.
Veneris 27. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Procaccius, seu depositarius, an, & quando teneatur de custodia mercium sibi à bannitis & latronibus derobatarum.

SVMMARIVM.

Depositarius seu custos non tenetur ad restitutionē mercium incursu latronum deperditarum, n. 1.

Incursus latronum reputantur inter casus fortuitos, eod. num. 1.

Depositarius seu custos ad rei deperditæ, & sibi furatæ restitutionem tenetur, & si fuerint sua culpa derobatæ, & sic culpa præcesserit casum, aliàs non, num. 2. Vbi quòd ista culpa per eam allegantes probari debet siue consistat in agendo, siue in omittendo.

Custos seu depositarius recipiens mercedem pro custodia si fuerit derobatus suam non culpam probare debet, & sic illi transfertur onus probandi, n. 3. Quod non procedit quotiescunque casus solet euenire sine culpa amittentis, n. 4.

Procaccius non recepit mercedem pro custodia, sed pro transportatione mercium, & sic si fuerint derobatæ non tenetur, d n. 3.

Solitum & communis reputatio excludit culpam in Procaccio, num. 5.

Procaccius non eligens modum securiorem in onerandis & custodiendis mercibus, si illæ fuerint derobatæ nō tenebitur, nisi appareat quòd Dominus illarum ita noluerit, n. 6.

Identitas rerum amissarum manifestis rationibus probari debet, n. 7.

Difficultas probationis admittit probationes aliàs non concludentes, d. n. 7.

Manifestæ probationes dicuntur quæ fiunt per coniecturas. d. num. 7.

Identitas rerum à bannitis raptarum probatio difficillima est, d. n. 7.

Sermones hominum dirigi solent ad illa quæ frequenter accidunt, n. 8.

DECISIO CCVIII.

Placuerunt Dominis decisiones aliàs in hac causa factæ, ex quibus fuit firmatum Procaccium non teneri ad restitutionem mercium cùm fuerint deperditæ incursu bannitorū, qui casus reputatur inter fortuitos, *l. in rebus. versiculo incursu latronum. ff. commodat.* & propterea missio illarum debet cedere damno dominorum. *l. quæ fortuitis. C. de pign. actio.* Alex. *cons. 74. n. 4. lib. 6.* Dec. *cons. 473. num. 5.* 1

Et licèt ab hac regula recedatur quando culpa præcessit casum, *l. si vt certo. §. quod verò. ff. commod.* Tamen in casu de quo agitur, nulla probatur culpa Procaccij, prout esset per illam allegantes probanda, *l. si nulla. C. de pign. actio.* glos. *in l. quoties. §. si dolo. ff. de prob.* Et hoc pro regula siue consistat in agendo, siue omittendo, firmat Bald. *in cap. 1. n. 1. tit. de feud. sin. culp. non amitten.* 2

Non obstat quòd immo onus probandi non culpam incumbat Procaccio, cùm receperit mercedem pro custodia, iuxta distinctionem glos. *in l. si quis fundum. §. imperator. ff. locat.* quia dupliciter respondetur. Primò Procaccium non recipere mercedem propter custodiam, sed propter transportationem, licèt ad custodiam teneatur in consequentiam, & multum est considerabile in hac materia, an merces sit principaliter pro custodia, vel ne, vt colligitur ex glos. *in l. qui mercedem. ff. locat.* 3

Secundò fuit dictum conclusionem non procedere quotiescunque casus solet euenire absque culpa amittentis, vt declarat Bart. *in l. si quis ex argentariis. §. an & heredis, numer. 4. ff. de eden.* dubium autem non est istos solemnes incursus bannitorum Regni solere euenire absque culpa Procaccij. 4

Non obstat quòd culpa probetur ex eo quòd Procaccius onerauit merces, de quibus agitur, super bardotis, cùm posset illas ponere super mulis, quos concomitatur custodia militum Proregis, & ideo ambulant magis tuti, vt docuit experientia, quia muli salui euaserunt, bardoti autem capti sunt, quia respondetur, aut culpa deducitur ex eo, quòd modus onerandi merces super bardotis non sit per se satis tutus, & hoc non subsistit, quia ex testibus in 5

in hac causa examinatis apparet quòd Procaccij regulariter onerant merces super bardotis, & illos proprima die mittunt absque custodia militum, absque eo quòd soleat aliquid incongrui accidere, quia iter propè ciuitatem Neapolis solet reputari pro tuto, quorum dictum redditur verisimile ex eo quòd & Marchio Riani, & quidam Canonici Regulares fuerunt capti vnà cum bardotis, non enim est præsumendum, quòd personæ adeò notabiles commisissent se itineri, nisi illud communiter habitum fuisset pro tuto. Stāte igitur hoc solito, & communi reputatione, excluditur omnis culpa in Procaccio, *l. pignus, ver. & alij solent publicè vti, C. de pign. actio.* Anchar. *cons. 348. n. 2.*

6 Aut verò prætenditur culpa ex eo quòd Procaccius non elegerit modum securiorem, & non intrat obiectū, nisi appareat quòd Dominus ita voluerit, vt probat text. *in l. fin. §. si ea conditione, versic. si id sciuerit fieri nolle. ff. ad leg. Rhodiam de iactu, & l. item quæritur. §. 1. vers. siue inuito domino. ff. locat.*

7 Non obstat quòd identitas rerum amissarum sit manifestis rationibus probanda, *l. si creditor. C. de pignor.* cum concord. allegat. & propterea non sint admittendæ probationes aliàs in decisionibus ponderatæ, cùm non concludant pernecessè, quia difficultas probationis facit admittere probationes aliàs non concludentes, vt communiter *in c. veniens, il 2. §. quia verò, de testib.* multos cumulat Marsil. *sing. 73.* & in proposito dicit Bar. *in l. si quis. §. an heredi, num. 3. ff. de eden.* quòd manifestæ probationes dicuntur quæ fiunt per coniecturas, quòd autem probare identitatem rerum à bannitis raptarum sit difficillimum, satis de se apparet.

8 Circa inualiditatem examinis testium, fuit dictum sufficere responsiones in aliis decisionibus datas, & cessare difficultatem in testibus coram D. Ala examinatis, qui non patiuntur exceptiones circa examen, nec esse verum quòd contrarientur primis, dum illi dicunt super bardotis consueuisse onerari merces, quæ superueniunt, isti autem dicunt conuenisse onerari merces, quæ supersunt onerationi mulorum, quia fuit dictum ista verba *superuenire, & superesse*, non esse contraria ad inuicem, quia omne quod superuenit potest dici superesse onerationi mulorum, & licèt non possit dici è contra quòd omne quod superesset superuenerit, fuit ideo ponderatum quòd primi testes non loquebantur taxatiuè, & propterea non concludere quin super eisdem bardotis solerent onerari merces, quæ aliàs non superuenissent post discessum mulorum, & fortè se restrinxisse ad illa, quæ superueniant, quia ita frequenter fieri consueuerit, ad illa enim, quæ frequenter accidunt, solent dirigi sermones hominum, *l. nam ad ea. ff. de leg.* & propterea cùm aliquid non deduceretur, vel quod esset releuans, vel per alias decisiones non fuerit sublatum; conclusum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam.

REVEREND. D. ORTEMBERGHI.

Mediolanen. prætensæ simulationis Contractus.
Veneris 27. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Cambia non debentur mercatori à debitore propter moram solutionis faciendæ, quando mercator debitam pecuniam verè ad cambiū non accepit, licèt bene valeat promissio mercatoris de tenendo pecuniam alienam super cambiis.

SVMMARIVM.

Vsura non excluditur per assertionem contrariam factā à partibus, quæ in earum potestate non est facere licitum, quod aliàs illicitum est, n. 1.

Mercator, qui promisit alterius pecunias tenere super cābiis cum prouisione tenetur ad cambia domino pecuniæ, siue eam tenuerit super cambiis, siue non, numero 2.

Cambia non debentur mercatori à debitore pecuniarum ob moram in soluendo, si mercator verè pecunias debitas ad cambium non acceperit, n. 2. & 3.

Societas ad limitatum tempus contracta, non censetur prorogata ex eo quòd lapso d. tempore remaneant aliqua negotia peragenda, n. 4.

Confessio vnius quando alteri præiudicet, & è contra præsertim in indiuiduis, n. 5. & 6.

DECISIO CCIX.

1 Domini confirmarunt decisionem maximè in hac causa factam, & pars acquieuit conclusionibus in ea deductis. Nec visum fuit obstare, quòd in prohibitis non standum assertioni partium, nec in earum potestate sit facere licitum, quod aliàs illicitum est. Et in specie quando fit ad colorandam vsurariam cambiorum exactionem, iuxta decisionem R.P.D. Litiæ in Mediolanen. Pecuniaria 27. Martij 1602.

2 Quia non est prohibita conuentio cum Mercatore, vt teneat pecunias super cambiis cum prouisione, sed prohibitum est exigere cambia pecuniarum creditarum, quando creditor verè non accipit ad cambium, & per hoc detegitur æquiuocum, quia Ioannes Baptista non promittit cambia Ioanni Andræ de pecuniis accipiendis ad cambium per Ioannem Andream, quo casu promissio esset illicita, si Ioannes Andreas non accepisset ad cambium, Mohed. *eadem decis. 2. de vsur.* Rota Genuen. *decis. 134. n. 3.* Sed Ioannes Baptista qui habebat in manibus pecunias Ioannis Andreæ, promisit illas tenere super cambiis, & siue cambiauerit, siue non cambiauerit, tenetur ad cambia ex conuentione, vt dictum fuit in vna Romana Cambiorum de Ruspolis 26. Octobris 1601. coram R.P.D. Lancellotto, deinde probatur aliunde veritas huius confessionis ex proprio facto Ioannis Baptistæ, & fratrum.

3 Non obstat decisio Reuerendissimi Pacen. in hac causa facta 28. Aprilis 1600. quia in ea minimè fuit dictum cambia fuisse illicita, & prohibita simpliciter, sed non adfuisse cambia vera & realia, quia non apparebat extitisse à principio tantam summam præsentis pecuniæ, quæ potuerit cambiari, & illa consistebat in mercibus, nominibus debitorum, saltem pro maiori parte, cuius fuit habita ratio in instrumento in quo posita fuit dicta confessio, ita vt in eadem decisione instrumentum conuentionis fuit præsuppositum, & non reprobatum.

4 Non obstat quòd societas non esset finita elapso triennio, quia contrarium est decisum. Nec facit quòd post triennium remanserint aliqua negocia peragenda, quia ex hoc societas ad limitatum tempus contracta non censetur prorogata, Rota Genuen. *decis. 27. numero 6. & seqq.*

5 Postremò non obstat quòd Ioannes Baptista non potuerit confiteri in præiudicium fratrum, & quòd sicut ipsis non præiudicat confessio, ita nec Ioanni Baptistæ confitenti ratione indiuiduitatis, iuxta text. *in l. in hoc iudicio. ff. fam. hercis.* quia Ioannes Baptista habuit complementum, & cessat difficultas, quia probatur veritas ex libris omnium fratrum, in quibus fuerūt calculata cambia, neque fratres vnquam impugnant talem confessionem.

6 Præterea d. l. in hoc iudicio non procedit in casu nostro, quia loquitur specialiter in iudiciis diuisoriis, vt declarat Hier. Gabr. *cons. 6. n. 15. libr. 1.* in illis enim quilibet est actor & reus, in hac autem conuentione, & negotio cambiorum, Io. Andr. est actor, Ioannes Baptista, & fratres sunt rei, reliqua fuerunt sublata in præcedenti decisione, &c.

COC

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Narnien. Confinium. Lunæ 15. Martij 1604.

ARGVMENTVM.

Testes de Vniuersitate an & quando admittantur, & sint idonei pro ipsa Vniuersitate.

SVMMARIVM.

Testes Vniuersitatis non repelluntur deponentes pro Vniuersitate, si in causa non habent interesse, n. 1.

Testes Vniuersitatis qui habent bona in loco controuerso non sunt idonei testes pro Vniuersitate, num. 1. & 2. & num. 3.

Testes Vniuersitatis, qui interuenerunt in mandato dato ab Vniuersitate non sunt idonei testes pro Vniuersitate, n. 1. & n. 7. 8. & 9.

Testes Vniuersitatis admittuntur etiam quòd agatur de pascuis, quando eorum pretium ponitur in arca communi, n. 3.

Testes Vniuersitatis non sunt idonei testes prò Vniuersitate, quando ex victoria causa liberantur à solutione onerum, n. 4. & 5. vbi declaratur.

DESISIO CCX.

1 FVerat resolutum testes de Communitate Collis Scipionis non esse repellendos, tunc enim ex deductis visum fuerat non constare de eorum interesse, testis autem de vniuersitate nõ repellitur, nisi habeat interesse in causa, ex allegatis in alia decisione, iterum proposito dubio ex nouiter deductis, fuit conclusum testes qui habẽt bona in loco controuerso, & qui interuenerunt in mandato ad causam dato, non esse idoneos.

2 Nam quantum ad illos, qui habent bona in loco controuerso, agitur de eorum interesse, vt enim constat ex querela per Collis Scipionenses data, de qua in summario *num.* 3. controuersia super territorio ex eo orta fuit, quia Narnienses prætendebant pascua super terris particularium existentibus in suo territorio, quare ex victoria Communitatis Collis Scipionis resultat interesse horum particularium qui habent terras, quia liberarentur ab ista seruitute, quam prætendunt Narnienses in terris particularium in suo territorio existentibus.

3 Non obstat, quòd testes de Vniuersitate admittantur etiam quòd agatur de pascuis si pretium pascuorum ponatur in arca communi, quia hîc non versamur in iis terminis, sed in casu quo ex victoria territorij resultat liberatio habentium terras in loco controuerso, quia Communitas Narniæ non prætendit pascua, nisi ratione territorij, nec agitur super communi pascuo intra fines alicuius territorij controuersi, sed super pascuis, quæ ratione territorij prætenduntur à Narniensibus, vt dictum fuit.

4 Ex alio etiam capite dixerunt DD. huiusmodi testes non esse idoneos, scilicet ratione gabellarum & onerum quæ soluunt Collis Scipionenses, ex victoria enim territorij liberarentur à solutione huiusmodi onerum.

5 Nec placuit quòd si non soluerent onera Narniensibus, soluerent Communitati Collis Scipionis, vt in causa Conchen. Limitum coram Illustrissimo Blãchetto 19. Ianuarij 1596. quia illa decisio loquitur de onere soluendi decimas, quod est certum, debent enim solui vni, vel alteri ex parochis, secus autem dicendum est in casu isto, quia cõstat de oneribus soluendis Communitati Collis Scipionis.

6 Nec facit quòd homines Collis Scipionis sunt exemti à iurisdictione Communitatis Narniæ, quia DD. intelligunt hanc exemtionem ratione bonorum existen. in territorio Narnien.

Pariter fuit dictum illos non esse idoneos testes qui 7
interuenerunt in mandato, cùm illud sit datum pro Communitate, & hominibus, & eorum etiam d. Communitatis nomine, & prædictis hominibus, & pro eis; quæ constitutio satis ostendit causam esse mixtam, scilicet tam nomine vniuersitatis, quàm singulorum, & ideo illi, qui interuenerunt in mandato, non sunt idonei; quis enim non potest esse autor, & testis, Bald. *cons.* 438. *num.* 3. *lib.* 1. Ruyn. *cons.* 189. *numer.* 20. *in fine lib.* 1. & fuit resolutum in Gerunden. Anniuersariorum 9. Iunij 1580. coram Gyptio.

Nec placuit quod dicebatur constitutionem esse in- 8
telligendam pro hominibus, tanquam vniuersitatem repræsentantibus, quia verba eorum, & pro eis visa sunt DD. satis clara.

Minus etiam placuit quod ad hunc effectum omnes 9
de vniuersitate debuissent interuenire in mandato, quia hæc intelliguntur ad effectum quòd omnes repellantur, sed non propterea sequitur, quòd illi, qui dederunt mandatum, non sint repellendi, cum militet ratio doctorum, scilicet quòd quis non potest esse autor, & testis, de qua per Bald. loco superiùs allegat.

LITTÆ.

Romana seu Lugdunen. Pecuniaria.
Veneris 2. Aprilis 1604.

ARGVMENTVM.

Pactum quòd mercator creditor per morã debitoris possit accipere pecunias ad cãbium, & recambium, valet, dummodo realiter ãppatet, quòd sic pecunias acceperit ad cambium, & recambium, aliter dicitur illicitum, & vsurarium, prout & vsuraria est taxatio certi interesse à principio, & an & quando mercatori solito negociati debeatur interesse lucri cessantis.

SVMMARIVM.

Cambia, & recambia non debentur, nisi pro parte creditoris probetur debitam pecuniam accepisse cum effectu ad cambia, n. 4.

Interesse certum & conuentum non debetur vti vsurarium, n. 5.

Cambia, & recambia si fuerit conuentum, vt non excedant scuta octo pro centenario quolibet anno valet talis conuentio. n. 5.

Interesse lucri cessantis debetur mercatori solito negociari, n. 6. vbi hæc conclusio declaratur.

DECISIO CCXI.

ANno 1589. 4. Iunij ciuitate Florentiæ Illustrissi- 1
mus D. Marchio de Pisanis bo. mem. mediante publico instrumento, obligatione Camerali vallato se recognouit debitorem hæredum q. Petri Antonij, & Iacobi de Iacominis, & pro eis D. Laurentij Iacomini illorum tutoris in summa scutorum 6354. sol. 8. denar. 11. auri Solis ex causa similis summæ ipsi Marchioni solutæ per DD. Vbaldinum, & socios hîc Romæ in vim literarum cambij d. q. Petri Antonij, & Iacobi, & vlterius se recognouit eorumdem debitorem in summa scutorum 242. sol 12. den. 2. necnon, & in summa scutorum 529. sol. 6. den. 8. auri Solis occasione interesse lucri cessantis, & damni emergentis eiusdem debiti, & inter ipsas partes ad d. summam calculatur à die supradicti debiti respectiuè contracti per D. Marchionem vsque ad diem 7. Septembris eiusdem anni 1589. de quo tempore idem Marchio dictas summas respectiuè soluere promisit liberè, & absque aliqua exceptione dd.

hæredibus,& d. Laurentio vbique locorum fori,& quocunque alio priuilegio non obstante pacto adiecto,quod si non soluerit possint dicti hæredes, & eorum tutor summam dictorum scutorum 6354. sol. 8. den. 11. retinere super cambiis, & recambiis per quasuis mundi partes, dummodo damnum non excedat 8. & tertium vnum pro quolibet centenario & anno, quia ad maius interesse noluit teneri ipsi Marchio, sed tantùm ad dicta scuta 8.tertium vnum, declarando etiam, quòd id quod soluitur primo, debeat poni ad computum interesse debiti, scilicet scutorum 242. sol. 12. den. 2. & scutorum 529.sol. 3. den. 8. & deinde in computum & diminutionem supradictæ sortis principalis scutorum 6354. sol.8.den.11.

2 Hoc stante instrumento, & nonnullis apparentibus solutionibus in d.causa factis à D.Marchione, & eo defuncto ab Illustrissima D.Iulia Sabella eius vxore,de quibus infrà dicetur anno 1600. 7. Iulij D. Vincentio Mazzingo vti Procuratori supradictorum hæredum de Iacominis,cum promissione de rato,& particulari obligatione, qua infrà soluta fuere scuta 4555. hîc Romæ nomine supradictæ D. Iuliæ pro residuo supradicti debiti, vt asseritur in instrumento d. solutionis, vbi inter cætera promisit d.D.Vincẽtius supradictis nominibus,ac etiam vti principalis,principaliter,& insolidum,quòd in euentum in quem dicti hæredes de Iacominis vigore supradicti instrumẽti die 4.Iunij 1589.celebrati non essent creditores, nec consequi deberent dictam summam scutorum 4555.prout non debere Illustrissimus D.Leo Strozzius Procurator d.D.Iuliæ prætendit,quòd tũc, & eo casu d.D.Vincentius teneatur d.D.Iuliæ seu d.D.Leoni restituere realiter & cum effectu totam summam prædictã scutorum 4555. seu illorum portionem, & tantam, quæ non esset debita remittens se in hoc dictus D.Vincentius declarationi etiam extraiudiciali faciendæ per R. P. D. meum Seraphinum,& per me,vt latiùs cotinetur in dicto instrumento,ad quod,&c.

3 His ita se habentibus, cùm pro parte dictæ D. Iuliæ valde instaretur pro declaratione supradicta,hinc auditis pluties partibus,& consideratis illarum rationibus Reuerendissimus Dominus meus Seraphinus, & ipse venimus in hanc sententiam, vt pro maiori partium satisfactione,& animi nostri quiete proponeretur in plena Rota supradictum dubium, scilicet stante promissione D. Vincentij Mazzinghi de restituendo Illustrissim.D.Iuliæ Sabellæ scuta 4555.vel aliquam illorum partem,cuius in necessariis copia datur, & aliis hincinde deductis, an sit locus restitutioni,& pro quantitate in casu,& ad effectũ de quo agitur; quo proposito, vtraque parte informante affirmatiuè fuit resolutum, videlicet esse locum restitutioni supradictæ summæ ea ratione,quia pro parte hæredum de Iacominis, & sic pro parte D. Nazzinghi non docetur quòd debitum Marchionis q. mariti dictæ D.Iuliæ resultans ex supradicto instrumento anni 1589.4.Iunij Florentiæ facto transcendat summam in eo expressam, videlicet scuta 6354. sol. 8. den. 11.auri Solis sortis principalis,item scuta 242.sol.12.den.2.& scuta 529. sol.6.den.8.auri Solis ratione interesse, quæ summæ simul coacceruatæ constituunt summam scutorum 7126. sol.7.den.9.pro parte Iuliæ verò docetur de pluribus ac diuersis solutionibus in dicta causa factis,quæ etiam bene iustificantur ex calculo exhibito per ipsum Mazzingum,& quæ circumscripta hac partita scutorum 4555. de cuius restitutione agitur, longè transcendunt summam dicti debiti,& clarũ est quòd solutione eius, quod debetur,tollitur omnis obligatio.

4 Nec facit,quòd in instrumento supradicti debiti Marchionis sit concessa facultas hæredibus de Iacominis retinendi sortem principalem super cambiis, & recambiis in euentum in quem solutio totius prædicti debiti non fuerit facta tempore conuento, prout minimè facta prætenditur; quia fuit responsum, quòd in omnem casum pro parte dictorum hæredum non probatur,quòd vsi fuerint dicta licentia, quódque verè & realiter dictam sortem principalem super cambiis retinuerint,& alia seruauerint seruanda ad effectum,vt ipsis debeantur prætensa cambia,vt in similibus fuit resolutum in illa Romana de Zabreriis 7. Aprilis 1581. coram bon. mem. Cantuccio, & in Romana Veniæ de Brunit 12.Decembris 1591. coram bon. mem. D. Orano, in Romana Cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coram R.P.D.meo Millino, & coram me in Romana Pecuniaria 15. Decembris 1599. & in Mediolanen. Pecuniaria 27.Martij 1602.

Non obstat quòd fuerit cõuentum inter partes,quòd Marchio in plus non teneatur ratione cambiorum, quã ad scuta 8.tertium vnum pro centenario, pro quolibet anno,quódque ad dictam rationem factus fuerit calculus,& creatus debitor? quia responsum, quòd aut volumus ex dicto pacto resultare certam & indubitatam obligationem ipsius Marchionis respectu dictorum scutorum 8.tertium vnum pro singulo centenario,& anno, etiam quòd sors principalis non fuerit cambiata,& recambiata per dictos hæredes in exequutionem eis datæ facultatis, & hoc casu contra eos vrget illa conclusio, quam Rota semper amplexa fuit, quòd certum interesse conuentum non debetur vti vsurarium, Dec. *cons.* 115. *n.*5.*& cons.* 119. & fuit in specie dictum in vna Mediolanen.Simulationis contractus.1.Iulij 1592.coram R.P.D. meo Millino,aut volumus ex dicto pacto resultare obligationem Marchionis respectu dictorum scutorum 8. tertium vnum, vbicunque cambia & recambia dictæ sortis principalis summam prædictam excedant, prout & verba d.conuentionis importare videntur,& hoc casu,licèt talis conuentio licita sit, vt in specie dictum fuit in dicta causa Mediolanen. Simulationis contractus 9. Decembris 1592. cõram eodem, & tunc ad effectum vt dictum interesse sic taxatum debeatur,esset necessarium probare quòd dicta sors principalis fuerit verè & realiter cambiata, & recambiata in exequutionem facultatũ ipsis hæredibus concessarum, & quidem seruatis seruandis,de quibus in supradictis decisionibus,quódque cambia ipsa, & recambia dictam summam taxatam & conuentam inter partes excesserint,vel saltim eandem æquauerint,quorum neutrum, cùm minimè probatum appareat,ideo, &c. 5

Nec facit si dicatur,quòd mercatori, & sic solito negociari regulariter debeatur etiam interesse lucri cessãtis,*c.cùm venerabilis*, vbi Abb. & Felyn. *num* 7.8.*hoc not.de except.*Dec.*cons.*116.*numero* 2.Alex.*cons.*141. *numer.*9.*vers. & patet.lib.*5. quia fuit responsum id demum cum effectu deberi,secundùm opinionem quam seruat Rota,vbi probatum sit concurrere requisita,per Castren.*in l.fin.§.nunc. de offic.numer.*3.*ff.de eo quod cert. loc.* Aym.*cons.*89.*numer.*4. Afflict.*decis.*20. *numer.*2. Chissan. *decis.* 75.Put. *decis.*237. *lib.*1.& fuit sæpe resolutum, de quibus quidem requisitis, cùm nec etiam doctum fuerit pro parte dictorum hæredum,meritò,&c. 6

PENIÆ

Tuden.Beneficij. Lunæ 5.Aprilis 1604.

ARGVMENTVM.

Recursus ad Iudices seculares in præiudicium libertatis ecclesiasticæ facit recurrentem incidere in excommunicationem, & si beneficium obtinuerit caret impetrato,non obstãte clausula,téque absoluentes,&c. quæ apponi solet in Bullis pro validitate gratiæ fauore impetrantis.

SVMMARIVM.

Recurrens ad Iudicem laicum cõtra Iudicem ecclesiasticum ipso iure incidit in excommunicationem; n. 1.

Iudices

Iudices laici sunt incapates iurisdictionis in Clericos. d. num. 1.

Iudices laici non possunt ecclesiasticos corrigere, inhibere, aut alia præcepta facere, & præsertim pœnalia. d. n. 1.

Excommunicatus non potest acquirere beneficium impetratum, n. 2.

Recursus ad iudices seculares præsumitur factus ad instantiam & petitionem eius qui habet interesse in causa, n. 3. quod non procedit quando agitur de incurrenda pœna inhabilitatis, quo casu requiritur probatio concludens, n. 4.

Recursus ad iudicem secularem scientia inducitur ex non reclamatione, & non renunciatione prouisioni dicti iudicij, n. 5.

Clausula, téque absoluentes, &c. quæ concedi consueuit impetrantibus quascumque gratias ad effectum validitatis non prodest impedientibus exequutionem literarum Apostolicarum, n. 6. & 7.

Recursus ad iudices seculares pro defendenda sua possessione est licitus & permissus, n. 8. declara vt n. 9. vsque ad n. 12.

DECISIO CCXII.

CVm Martinus de Padilla Senior resignasset in manibus S. D. N. Clementis PP. Octaui hoc beneficium ad fauorem Martioi de Padilla Iunioris ann. 1596. & literis super resignatione expeditis, & coram Prouisore Lucensi illarum executore præsentatis opposuisset se Petrus Gattus ab Ordinario de eodem beneficio prouisum per obitum resignantis agentes pro Petro à præfixione cuiusdam termini, quem nimis breuem esse prætendebant, appellando recursum habuerunt ad Gubernatorem generalem Regni Galliciæ, & præmissa narratiua quòd ad ipsum pertinebat cognitio super violentia facta per iudicē ecclesiasticum, quam amouere & tollere debebat, obtinuerunt eidem prouisori mandari sub pœna amissionis temporalitatum quas habebat in dicto Regno, vt Petro concederet appellationem, aut infra tres dies sequentes transmitteret sibi processum vt eo viso de remedio prouideret.

Causa in Rota introducta Petrus nulla facta mentione de recursu, neque obtenta absolutione ab excommunicatione propterea incursa idem beneficiū à Sede Apostolica impetrauit, sed quia Martinus prætendebat gratiam à Papa obtentā Petro nō suffragari, dubitaui an constaret de tali recursu qui ad prædictum effectū Petro obstaret.

1 Et Rota vtraque parte informante recursum obstare censuit, quia recurrendo ad iudicem laicum ipso iure incidit in sententiam excommunicationis, cùm causam præbuerit vt immunitas ecclesiastica violaretur, *c. nouerit, & cap. grauem de sent. excomm.* & est text. quem ignorare non licet in processu Bullæ in Cœna Domini, qui singulis annis solemniter publicatur, & omnium auribus insinuatur, vbi *in* §. 16. grauis anathemate feriuntur qui ad Cancellarias & Curias seculares recurrunt pro obtinendis prohibitionibus & mandatis contra Prælatos, & Iudices ecclesiasticos, cùm Iudices laici sint incapaces iurisdictionis in clericos exercendæ, *c. causam. de rescript. c. sacerdotibus. 11. q. 1.* & iudicibus ecclesiasticis sint inferiores. *cap. denique. 6. dist. Clem. Romani. de iureiur.* idcóque non possunt nec debent ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere, & præsertim pœnalia, prout in casu proposito Abb. *in c. qualiter & quando. n. 7. de iudic.* Marian. Soc. *in c. si quis clericus. n. 28. & in c. sanè. n. 10. de for. compet.* Rot. *decis. 10. de consuet. in an* 19. & dum prætextu violentiæ auferendæ iudices laici iudicibus ecclesiasticis superioris ordinis præcipere & inhibere audent, sacris Canonibus, & perpetuo Ecclesiæ vsui, quæ sēper huiusmodi recursus damnauit, & anathemate plectendos censuit, grauiorem violentiam inferunt.

Et consequenter Petrus excommunicatus non potuit acquirere beneficium impetratum, quia gratia fuit ipso iure nulla. *c. postulastis. de cler. excomm. ministran. c. cùm bone. de ætate & qualit.* Imol. *in c. post electionem. num. 21. versicul. alij verò. de concess. preben.* Sylu. *in tract. de benef. part. 3. quæst. 4. numero 22. versicul.* 18. facit Couar. *in c. alma mater. par. 1. relect. §. 7. num. 3.* vbi testatur de communi *in versicul. quam existimo communem.* 2

Ad excusationes deductas per informantes pro Petro sequentes responsiones dedit Rota.

Ad primam quòd recursus fuit habitus non ab ipsomet Petro, sed ab Alphonso Gatto eius patre, de cuius legitimo mandato non constabat, fuit responsum. Primò, istos recursus ad iudices seculares præsumi factos ad instantiam & petitionem eorum, qui habent interesse in causa, vt fuit sæpe in Rota decisum, & signanter in causa Carthaginen. Portionum die 14. Nouembr. 1594. coram D. Seraphino Patriarcha Alexandrino, & in vna Ciuitaten. Scholastriæ 25. Martij coram R.P.D. meo Pāphilio Decano, & nuper coram me in causa Hispalen. Beneficij die 22. Martij proximè præteriti. 3

Sed quia aliqui ex DD. dicebant hoc non procedere vbi agitur de incurrenda pœna inhabilitatis, quo casu requiritur probatio concludens etiam quòd de mādato recurrentis habitus fuerit recursus, vt fuit conclusum in causa Vicen. Cantoriæ die 4. Iunij 1603. coram Domino meo Litta. 4

Fuit secundò responsum satis habuisse scientiam huius recursus, & illum ratum habuisse; primò, quia recursus fuit habitus, & prouisio à generali Gubernatore Galliciæ fuit obtenta in Ciuitate die 1. Augusti 1597. & tamen Petrus sub 18. Iunij præcedentis eiusdem anni 1597. dederat mandatum Petro de Lemos specialiter ad hanc causam ad comparendum coram quibuscumque iudicibus in Regia Cancellaria Vallisoleti, & Regni Galliciæ ad obtinendas quascumque prouisiones.

Secundò, fuit responsum Petrum vsum fuisse dicta prouisione, quia die 15. Augusti eiusdem anni in ciuitate Lucensi Notarius ad instantiam Petri Gatti; notificauit dictas prouisiones Prouisori Lucensi.

Tertiò dicebatur ex præsentia Petri in loco iudicij sub die 29. Octobris eiusdem anni, & ex decreto sibi intimato, & ex eius comparitione, cum clausula citra reuocationem sui Procuratoris, & ex pluribus alijs comparitionibus, & actis per eundem Petrum gestis, oriri probationem sufficientem de scientia, & vsu recursus, & cū Petrus non reclamauerit, aut renunciauerit prouisioni Iudicis secularis, iudicabatur illam sciuisse, & ratam habuisse. 5

Ad secundam excusationem deductam ex clausula supplicationis, *téque absoluentes*, quæ concedi consueuit impetrantibus quascunque gratias ad effectum validitatis & sustinentiam illarum informantes contra Petrum, dicebant talem absolutionem non prodesse impedientibus executionem litterarum Apostolicarum tanquam violatoribus ecclesiasticæ libertatis, & allegabant Feliu. *in cap. apostolica, in princ. versicul. & idem de absolutione, & de except.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de forma, & declaratione nou. prouis. versicul. téque absoluentes, num. 12. & 13.* & Mandos. *in tractat. de signat. grat. in verb. absolua ab excommunicatione, circ. fin. vers. absolutio huiusmodi.* 6

Sed hæc responsio vix satisfecit Rotæ, quia Felin. fundauit se in regula Innocentij VIII. & Rebuff. in reg. 78. Iulij II. & similiter Mandos. in reg. 76. tunc vigente, quæ per mortem conditorum expirarunt, & ideo amplexa fuit reg. 65. S. D. N. Clementis VIII. qua cauetur prædictam generalem absolutionem à Censuris ecclesiasticæ libertatis ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus Nuncios vel executores Apostolicæ Sedis, & eius officialium eis commissa exequentes impedientibus si propter præmissa vel aliquot eorum excommunicati à iure vel ab homine per quatuor menses sequenter excommunicationis sententiam sustinuerint. Cùm enim vigente hac regula habitus fuerit recursus contra Petrum, meritò fuit responsum. 7

8 Ad tertiam exceptionem pro Petro deductam quòd ille recurrerit in casu licito, & permisso pro defendenda propria possessione, quem casum, nec Canones, nec Decisiones Rotales damnāt, quin potiùs videatur permittere, vt apud Achil. *decis. 56. de appell. in impress.* & ita in causa Tarraconen. Villæ de reus die 4. Decembr. 1592. coram D. Seraphino tunc Rotæ Decano, & in vna Salamantin. Canonicatus die 24. Maij 1595. coram Illust. Blanchetto.

9 Fuit resolutum sicut aliàs Rota responderat in causa Oscen. Canonic. die 1. Decembris 1595. coram me per prædictas decisiones non defendendi recursus ad Iudices laicos & ad parlamenta & tribunalia magistratuum secularium, licèt in eis dicatur posse quandoque haberi recursus ad iudices laicos, & inuocare eorū nudum auxilium ad defendēdam propriam possessionem qua quis de facto spoliatur, & quam quis etiam propria autoritate defendere potest, nusquam tamen dicitur in eis quòd talis recursus fieri possit ad tribunalia seu Iudices seculares tanquam Iudices ad effectum obtinendi inhibitiones & mandata contra Prælatos, & Iudices ecclesiasticos, & præsertim pœnalia, vt in caso proposito.

10 Cæterùm quia nihil est tam verè dictū quod nō possit sinistrà interpretari, & informantes pro Petro viterentur, vt etiam decis. in d. causa Oscen. Canonicatus coram me, licèt clarissimè huiusmodi recursus detestetur & dānet, ideo ex sententia Rotæ ad tollendam omnem difficultatem visum fuit duo adiungere.

11 Primum prædictas decisiones nullam præbuisse, nec præbere istis recursibus autoritatem nisi in casibus à iure Canonico expressis. quamuis enim auditores qui prædictas decisiones compilauerunt visi interdum fuerint istis recursibus deferre pro defendenda possessione quam quis propria autoritate defendere potest, non quòd ad Iudices seculares tanquam Iudices, & Superiores recurrere liceat, sed tanquam ad homines priuatos, iuuara tamen potentes non secus, ac si quis inuocaret auxilium cuiuslibet transeuntis per vicum vel plateam, si fortè de facto ab aliquo potentiori de propria domo pelleretur, non autem vt posset à Iudicibus laicis defendi per citationes, inhibitiones, & pœnarum comminationes contra Iudices ecclesiasticos, quia tales recursus tanquam illicitos Rota sacrorum Canonum cultrix nunquam approbauit, aut tolerauit, quin potiùs in ea re grauissimè lapsū, Couar. *in pract. quæst. c. 35. n. 3.* & cæteros idem opinantes vno consensu semper censuit, & docuit.

12 Alterum fuit, iam superiori seculo viros pios prædictam Achill. decis. formidasse: nam Quintilianus Mandos. *in tract. commiss. in formula 14. in verbo, reuocandi, vers. 4. quare*, licèt fateatur prædictam decis. posse subsistere, addit tamen ansam præbere non solùm Regibus, sed cuilibet domino temporali circa negocia Rotalia quæ plurimum beneficialia existunt, & circa Sacerdotia, & dignitates ac personas ecclesiasticas se intromittendi, contra text. *in capit. nouit. de iudic.* & domini temporales ista occasione seu prætextu manutentionum, seu defensionum se & sitos super Sacerdotiis, & illorum iurisdictionibus Iudices constituunt, & ego tempore meo propter istam causam semper Achil. decis. vidi haberi suspectam.

Quod attinet ad decis. Illustrissimi Blanchetti in causa Salamantina Canonicatus, sæpe fuit reprobata, & nulla eius penitus habita ratio.

Atque ex his fuit conclusum Petro obstitisse recursū, vt nō potuerit tanquam excommunicatus acquirere beneficium quod à Sede Apostolica impetrauit.

REVERENDISSIMI DOMINI LVDOVISII.

Nullius Beneficij. Veneris 28. Maij 1604.

ARGVMENTVM.

Clericus regulariter, & de iure communi tenetur residere in suo beneficio, nisi fuerit beneficium simplex, prout in dubio præsumitur.

SVMMARIVM.

Beneficium de iure residentiam requirit, n. 1.

Beneficia simplicia de generali consuetudine non requirunt residentiam, n. 1.

Beneficium in dubio præsumitur potius simplex, quàm curatum, n. 2.

DECISIO CCXIII.

FVit conclusum Beneficium non requirere residentiam, & sine ea beneficiatum lucrari fructus, licèt enim de iure quodlibet Beneficium requirat residentiam, *c. penult. de Cleric. non resid. cap. ad hoc, de preb.* generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficiis simplicibus, Abb. *in cap. exstirpandæ. §. qui verò, n. 31. de preb.* cum aliis per Mandos. *in 8. reg. quæst. 13. n. 8.* Cæsar. de Grass. *decis. 4. n. 3. de preb.* 1

Beneficium autem, de quo est controuersia, est simplex, vt præsumitur. Ægid. *decis. 676.* Rebuff. *in prax. tit. forml. benef. quotuplex, n. 11.* Staphil. *de lit. grat. a. par. tit. de qualit. & stat. benef. in princ.* Fuit decisum in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, & sæpius in aliis, nisi aliud ex statuto, consuetudine, vel priuilegio caueatur, Innoc. *in cap. clericus, de cler. non resid.* ex Breui autem, quod exhibetur, non videtur probatum, nec priuilegium, nec onus residendi, cùm non constet Breue habuisse effectum & beneficium de quo agitur, est de illis erectis ex fructibus Parochialis dismenbratis. 2

ILL. D. CARD. MILLINI.

Parmen. Status. Veneris 4. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Testes non examinati super omnibus interrogatoriis datis à parte, an dicantur nulliter examinati, Iudéxque remissorialis, cum clausula, & aliàs iuxta tuam discretionem, an & quando possit interrogatoria superflua resecare, & quid aliud.

SVMMARIVM.

Testes examinati sine interrogatoriis datis à parte, non dicuntur nulliter examinati, licèt illis fides non adhibeatur, nisi fuerint repetiti, n. 2.

Testes examinati sine interrogatoriis datis à parte, dicuntur nulliter examinati, quando examinatori fuit data expressa forma examinandi testes cum interrogatoriis, n. 3.

Iudex remissorialis sine consensu partium, non habet facultatem alterandi formam sibi præscriptam in examinandis testibus, numer. 3. & quid si in remissoria sit adiecta clausula, & aliàs iuxta discretionem vestram.

Iudici remissoriali data facultas examinandi testes cum clausula, Et aliàs iuxta discretionem vestram, quid vigore dictæ clausulæ facere possit, n. 5.

Iudex remissorialis potest resecare interrogatoria superflua, irrelevantia. Declara vt n. 6.

DECISIO CCXIV.

FVit iterum dubitatum an Carlinus examinatus de anno 1532. Cremonæ ad instantiam Dominorum de Rangonibus, sit testis idoneus, & dubio proposito sub die 29. Martij, & postea sub die 10. Maij non potuit capi resolutio propter diuersitatem opinionum; 1

tan

randem hodie causa iterum proposita, Domini resolueruni Carlinum non esse testem idoneum.

2 Fundamentum principale factum fuit super omissione plurium interrogatoriorum, & in specie in omissione interrogatorij super confessione, & communione, quia quamuis sit magna controuersia inter Doctores, an omissio interrogatoriorum reddat nullum examen, in qua difficultate Rota solita est tenere, quòd examen sit validum, licèt non soleat talibus testibus fidem adhibere, nisi ipsis repetitis, Pereg. *decis.* 84. Put. 427. *lib.* 1. Anton. August. *in epit. in tit. de testibus*, §. 6. & fuit resolutum in causa Tullen. Matrimonij 8. Februarij 1574. coram S.D.N.

3 Nihilominus cùm in remissoria fuerit data certa forma iudici remissoriali, vt examinaret testes super interrogatoriis, & Pallauicini fuerunt protestati de nullitate si testes non examinabuntur super interrogatoriis, in hoc casu redderetur nullum examen ex defectu potestatis, quia iudex remissorialis saltim sine consensu alterius partis non habebat facultatem alterandi formam sibi præscriptam, Aegid. *in c. per tuas, n.* 13. *de testibus*, Riminald. *cons.* 385. *num.* 35. *lib.* 2. Accoramb. *decis.* 49. & fuit resolutum in hac causa corã bo. me. Oriolen. & coram me & in causa Syracusana Quartæ coram bon. mem. Gyptio, quæ allegant informantes, & hoc eo magis dicendum est, quia iudex inceperat obseruare illam formam ad vnguem examinando tres testes super omnibus interrogatoriis.

4 Et postea non obstante oppositione Rangonorum, quòd resecarentur interrogatoria, ita examinauit très alios testes super omnibus interrogatoriis, & ideo multo minus poterat resecare interrogatoria recedendo à forma sibi præscripta, quia antea facto ipso declarauerat, quòd erant pertinentia examinando super illis testes, non obstante oppositione Rangonorum, & in hanc sententiam aliqui ex Dominis eo faciliùs venerunt, quia Carlinus deponit, quòd non cogitauit super examine nisi de præsenti dum interrogatur, & quòd non recordatur de aliquibus, quæ dixerit in alio examine in Ciuitate Parmæ, & quòd vidit actus impudicos Bernardini in præsentia aliorum testium, quæ omnia videntur multum inuerisimilia, præsertim cùm antea sciret, quòd debebat deponere in hac causa, & recenseat facta antiqua.

5 Non obstat quòd forma data in remissoria non sit præcisa, cùm sit adiecta clausula, *& alias iuxta discretionem vestram*, quia clausula intelligitur vltra expressa, vt sæpius fuit resolutum in Rota, & recipit interpretationem à iure communi, vt habeat locum si in partibus non darentur interrogatoria, vel quando iudex vult aliquid supplere quod ei est permissum de iure communi, Innoc. *in c. cùm Bertol. num.* 4. *de sent. & re iudic.* Put. *decis.* 8. *de testib.* & ideo non tribuit facultatem iudici alterandi suo arbitrio formam sibi datam, saltem quando interrogatoria non sunt omnino superflua, & impertinentia, in quibus terminis procedit decisio facta in hac causa coram Oriolen. & iste intellectus comprobatur, quia ista clausula apponitur de stilo etiam quando interrogatoria sunt data in Curia, & transmittuntur ad iudicem remissorialem inclusa in rotulo remissoriæ, in quo casu propter causæ cognitionem adhibitam in Curia, & approbationem Auditoris, cessat omnis difficultas, quòd iudex non potest alterare formam sibi præscriptam, & ideo necessariò dicendum est, quòd ista clausula non apponitur ad istum effectum, vt iudex in partibus possit suo arbitrio resecare interrogatoria.

6. Non obstat, quòd etiam circumscripta hac clausula iudex remissorialis potest resecare interrogatoria superflua, & irreleuantia, quia saltim interrogatorium super confessione & communione erat releuans, quoniam si testis respondebat, quòd in illo anno non fuerat confessus sua peccata, neque receperat sanctissimum Sacramẽtum Eucharistiæ secundùm eorum opinionem, quam Rota sequitur, repellebatur à testimonio, vt fuit resolutum in causa Vrbeuetana Tenutarum 21. Iunij 1575. corã bon. me. Cæsare de Grassis, & ideo iudex remissorialis, non poterat contra formam remissoriæ illud resecare ex se, nõ certiorato, & consulto Auditore in Curia, & tanto magis cùm istud interrogatorium sit ordinarium & solitum fieri de stilo in Curia admittatur in quolibet examine testium, & idem iudex remissorialis iudicauerit illud admissibile in aliis testibus, qui fuerunt super eo interrogati.

7. Non obstat quòd testis non tenebatur respondere huic 7 interrogatorio, quia etiamsi hoc verum esset, debebat interrogari quoniam poterat esse, quòd vellet respondere, & quòd ex sua respõsione appareret, quòd erat repellendus, & multum verisimile est, quòd testis respondisset propter stilum ordinarium euacuandi istud interrogatorium, non obstat quòd interrogatoria sint etiam omissa in examine aliorum testium, quia hoc non infert ad validitatem examinis, non obstat quòd Pallauicini non opposuerint hanc nullitatem, quia nihil impedit, quòd hodie durante lite non possint illam opponere, cùm non approbauerint examen.

Non obstat, quòd Pallauicini per commissionem ab 8 eis obtentam, quòd adhiberetur fides testibus examinatis cum interrogatoriis arbitrio iudicum, renunciarunt huic exceptioni, quia ista commissio præsupponit examen cum interrogatoriis, & supplet alios defectus, & ideo non suffragatur dominis de Rangonibus quoad istum effectum; vltra quod propter clausulam arbitrio est necessaria declaratio iudicum quòd eis sit adhibenda fides, de qua non apparet.

REVER. D. COCCINI DECANI DIGNISS.

Aretina Spolij. Mercurij 9. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Testes examinati sine citatione ad videndum illos iurare, dicuntur nulliter examinati, & nihil probant, sed an valeat in contrarium stilus, seu consuetudo.

SVMMARIVM.

Testes examinati sine citatione ad videndum eos iurare dicuntur nulliter examinati, & non probant, n. 1.
Stilus dicitur decisorius, & non ordinatorius ille, qui respicit probationes, ex quibus pendet victoria causæ, num. 2.
Stilus decisorius non extraiudicialiter, sed iudicialiter & legitimè probari debet, n. 2.
Stilus contra ius commune non potest introduci à iudicibus deputatis ad ius reddendum, n. 2.
Testes examinati sine citatione ad videndum illos iurare, an probent ex stilo vel consuetudine, n. 2.
Testis iuramentum non dicitur probatum ex enunciatiua assertione Notarij dicentis, tactis, &c. n. 3.
Stilus iudicio ordinatorius probatur per extraiudicialem informationem, n. 4.
Stilus non dicitur probatus, nisi etiam probetur, quòd fuerit obtentus parte opponente, & cõtradicente, n. 4.
Testes examinati coram Notario, & non coram iudice non probant, n. 5.

DECISIO CCXV.

Domini recesserunt à resolutis, scilicet dixerunt 1 examen fuisse nullum, quia defuit citatio ad videndum iurare testes, quæ omnino requiritur, cùm substantia depositionis testis consistat in iuramento. *l. iurisiuran. C. de testibus*, quare si pars non citetur, vel aliàs sit præsens, depositio nihil valet, *c.* 2. & ibi Abb. *sub n.* 6. *& seq. de testib. l. si quando.* vbi Bald. *num.* 5. *C. eodem*, Lanfranc. *in tractat. de testib. num.* 8. *versic. quarto sexto*, Capitaquen. *decis.*

 274. n.

*274.numer.3.& decis.285.part.3.*Achil.*decision.1.de testibus.* Rota *decision.15.eod.titul.& dec.1.de fide instrum.num.3.& 4.in nou.*

2 Noo obstat quòd ex stilo illarum pars citatur ad videndum induci, & produci capitula, & non ad videndum iurare testes, quia huiusmodi stilus est contra ius. *d.l.iureiuran.*& respicit decisoria, & non ordinatoria; decisio enim causæ, & victoria pendet ex probatione. Dec. *in cap.2.n.103.de probat.* Alex.*cons.16.n.7.libr.5.* Ruyn.*cons.69.n.6.& 7.lib.4.*latè Asin.*in praxi.§.19. cap.3.* quare cùm iste stilus sit contra ius, & respiciat decisoria, debet concludenter probari, nec sufficit extraiudicialis informatio ex fide Aduocarorum illarum partium. Bartol.*in l.de quibus.num.22.ff.de leg.*Socin. sen.*consil.36.num.11.circa med. lib.4.* Dec.*consil.402.num.12.*Olasch.*decis.22.n.3.*Cæsar.de Grass.*decis.7.n.1.de probat.*& cùm iste sit stilus contra ius, non potuit introduci à iudicibus de partibus ad ius reddendum, Alex.*cons.36.n.2.lib.2.*Ayut.*de antiq. tempor. part.2.in princ.num.36.versic.ideo magistratus,*cum alleg. in causa Rauennaten. Casalis prima Iunij 1584. vbi subditur quòd non sufficit stilus, sed requiritur consuetudo, & sic probari deberet tot & tales actus, vt deuenerint ad notitiam populi, vel maioris partis, Alex.*d.cons.36.n.11.*Aym.*d.n.36.circa med.vers.secundò intellige.*

3 Placuit etiam Dominis alia nullitas, scilicet quòd Notarius enunciatiuè dixit, testis iuratus, &c. & non dispositiuè, tactis Scripturis, &c. quo casu Rota non solet adhibere fidem testibus, Verall. *decis.123.& 246.part.2.& decis.295.* vbi dicit quòd ita seruat Rota *p. 3. in nou. ess.& 211.in manuscript.*in qua etiam dicit ita Rotam seruare.

4 Non obstat, quòd hoc non respicit decisionem sed ordinationem iudicij, nec est contra ius, & per Verall. *decis.207.lib.1.in manuscript.* & ideo fides extraiudicialis sufficit. Bart.& alij superiùs allegati, quia nihilominus nõ sufficit fides data ad hunc effectum, nõ enim satis est dicere ita fuisse seruatum, nisi etiam dicatur fuisse oppositum de nullitate, & ipsa oppositione non obstante fuisse iudicatum pro validitate, vt per Veral. *d.decis.211, libr.1.in manuscript.*

5 Adest etiam tertia nullitas, quia testes fuerunt examinati coram Notario, & non coram iudice, nec constat de deputatione Notarij *gloss.vlt.in l.iubemus.C.de lib.caus.glos.antepen.in l hac consultissima.§. penultimo.* vbi Bald. *n.1.C.de testam.*idem Bald.*cons.481.col.fin.n.3.libr.4.*Crot. *in tract.de testibus.n.257.*

6 Non obstat quòd iste modus quoad omnia prædicta fuerit seruatus ab vtraque parte, & ideo intrat decisio in causa Auximana Tutelæ 16.Februarij 1582.coram D.de Rubeis, quia dixerunt omnes, quòd huiusmodi decisio in omnem euentum non erit intelligenda quoad ea quæ sunt contra ius.

PENIÆ.

Tuden.Beneficij.Veneris 25.Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Scientia an plenè & concludenter probari debeat, an verò sufficiant coniecturæ, quando agitur de priuatione iuris quæsiti, vel quærendi, quandóve recursus ad curiam secularem præsumatur factus de mandato, & scientia alicuius.

SVMMARIVM.

Scientia non coniecturis, sed plenè & concludenter probanda est, quando agitur de probando delictum ad effectum priuationis rei, seu iuris quæsiti etiam quòd ciuiliter agatur, n.1.

Scientia sufficit, quòd præsumptiuè probetur, quando agitur de probando delictum ad effectum amissionis lucri, seu iuris quærendi, num. 2.

Recursus ad curiam secularem præsumitur factus de scientia, & ad instantiam illius, qui habet speciale mandatum ad comparendum coram quibuscumque Iudicibus Regiæ Cancellariæ, num. 3.

Recursus ad curiam secularem, præsumitur factus de mandato illius, qui habet interesse in causa, num. 3.

Recursus ad curiam secularem præsumitur factus de mandato illius ad cuius instantiam prouisio regia fuit præsentata, num. 3.

Scientia præsumitur ex cohabitatione in eodem modo, num. 3.

Processum qui habuit, præsumitur illum perlegisse, & scientiam habuisse omnium contentorum in processu, num. 3.

DECISIO CCXVI.

Die 5. Aprilis proximè præteriti fuerat in hac causa decisum Petro obstasse recursum, quo minus potuisset propter excommunicationem inde contractam acquirere beneficium, & licèt tunc scientia Petri de recursu videretur satis probata, nihilominus, vt abundantiùs satisfieri informantibus pro eo voluit denuo particulariter consulere Rotam super eo an constaret de scientia Petri ad prædictum effectum, & Rota vtraque parte informante scientiam probari censuit; distinxit enim duos casus, vnum quando agitur de probando aliquo delicto ad effectum priuationis rei, seu iuris iã quæsiti, alterum quando tractatur de lucro, seu amissione iuris quærendi: nam in primo necessaria est plena & concludens probatio, etiamsi ciuiliter agatur, quod regulariter verum est in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem iuris, seu rei quæsitæ, glos.*in c.veniens il* 1. vbi Abb.*num.4.*& Dec.*num.8.de testib.*& attestatur Alciat.*cons.20.num.42.tom.1.lib.1.*Natt.*cons.299.n.5.in fine, vers. quia respondeo, lib. 2.* quam sententiam Rota amplexa est in multis causis, & signanter in Firmana Capellaniæ, die 7. Maij anni 1582.coram Sanctissimo D.N. Clemente Papa VIII. tunc Rotæ Auditore, & in Tullen. Parochialis, die 29.Maij anni 1593.coram Cardinali Seraphino Oliuario, & in Calagurritana Confidentiæ, die 25.Iunij eiusdem anni coram Cardinali Pamphilio, & in Tullen. Monasterij, die 27.Ianuarij anni 1597.coram me, & aliàs sæpe, & est decisio Mohedani 160. *incip. fuit resolutum, alias 4.de probat.* 1

In secundo, sufficit probatio præsumpta, Put.*decis.6.in fin.de probat.* Mohed.*in d. decis.* 160. *siue 4. de probat.in fin.* quas decisiones retulit & sequuta fuit Rota in causa Burgen. Abbatiæ de Foncea die 7. Febr. anni 1596. coram Cantuccio, vbi allegantur glos. *in Clement.* 1. *de concess. preb.*& ibi Anchar.*n.26.*& Zabar.*num.8.& seq.* & Vitallinus *num.21.& 26.* 2

Vnde cùm hac facti specie articulus versaretur in secundo casu, in quo Petrus agebat de beneficio acquirendo, meritò conclusum fuit eius scientia probari ex sequentibus coniecturis. Prima; quia Petrus die 18. Iunij anni 1597. dederat speciale mandatum ad hanc causam ad comparendum corã quibuscunque Iudicibus in Regia Cancellaria Vallisoleti, & Regni Galliciæ ad obtinendas quascumque prouisiones. Altera, quia recursus præsumebatur factus ad eius instantiam ex recepta conclusione sæpe approbata quòd isti recursus ad iudices seculares præsumuntur facti de mandato illorum qui habent interesse in causa: Rota in vna Calagurritana Census die 16.Iunij anni 1600.coram Cardinali Seraphino Oliuario in causa Placentina Beneficiorum, die 19. Februarij anni 1601. coram D. meo Millino, & aliàs sæpe. Tertia, quia recursus vnà cum prouisione regia dicebatur præsentatus iudici ad instantiam patris Petri, 3

quod

quod verisimiliter intelligebatur factum de eius mandato, vt nedum præsumeretur recursum iubente Petro, sed Petrum quoque de gestis certioratum. Quarta, recursus apparebat habitus ab Alphonso patre Petri, nomine ipsius Petri; qui cùm simul habitarent, vehemens præsumtio erat, quòd Petrus habuisset scientiam gestorum, à patre, Anchar. *cons.* 17. *n.* 7. Roland. *cons.* 52. *n.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 90. *num.* 25. *lib.* 2. Ruyn. *cons.* 47. *num.* 13. *lib.* 1. Honded. *cons.* 80. *numer.* 43. *& sequen. lib.* 2. Quinta coniectura erat quia Petrus in loco iudicij comparuerat, & processum habuerat, quem verisimile erat legisse, & considerasse, & consequenter scientiam recursus contenti in processu habuisse, *l. non est ferendus, ff. de transact.* Anchar. *cons.* 170. *numer.* 6. Paul. de Castr. *cons.* 34. *n.* 2. *lib.* 2. Paris. *cons.* 100. *num.* 87. *lib.* 1. Benintend. *decis.* 69. *num.* 5. Et ex his fuit conclusum sufficienter fuisse probatam scientiam Petri ad prædictum effectum. Ad quasdam decisiones Rotales in contrarium allegatas responsum fuit in eis non adfuisse simul tot coniecturas ad probandam delicti scientiam, vel non fuisse in simili casu conceptas, &c.

ILL. D. CARD. MILLINI.

Romana Pecuniaria. Lunæ 28. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Causa ciuilis, an & quando dicatur præiudicialis criminali, & quando faciat supersedere criminale iudicium.

SVMMARIVM.

Causa ciuilis quando est præiudicialis criminali facit supersedere Iudicem criminalem, n. 1. *&* 2. *Vbi ampliatur etiam, quòd causa criminalis fuerit primo loco intentata.*

Causa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quãdo sententia in ciuili iudicio lata parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, num. 1. *&* 2.

Vsurarum causa criminaliter intentata supersederi debet in ea donec in iudicio ciuili, vbi quod fuit productum instrumẽtum cognoscatur, an illud sit exequendum nec ne, num. 1. *&* 2. *Vbi ampliatur etiam quòd causa criminalis fuerit prima intentata.*

Causa criminalis facit supersedere cognitionem in causa ciuili, declara non procedere quando causa criminalis pendet à resolutione causa ciuilis, & quando sententia lata in ciuili, parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, num. 2.

DECISIO CCXVII.

1 FVit per Dominos resolutum causam ciuilem esse præiudicialem criminali, propterea iuxta formam commissionis esse inhibendum iudici causæ criminalis resoluebamur, quia in causa ciuili petitur exequutio instrumenti, & cùm exequutio p... uadeat ab eius validitate, & exclusione vsuræ, necessariò prius discutiendum erit in hoc iudicio an instrumentum sit validum & vsurarium, & propterea exequutio ciuilis est præiudicialis criminali, quia si Rota declarabit instrumentum esse exequendum, erit sublata omnis prætensio vsuræ criminalitatis, & sententia pariet exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, Bart. *in l.* 2. *§. hoc dicto, num.* 3. *ff. de vi bon. rapt.* Curt. Iun. *cons.* 351. *lib.* 3. & fuit resolutum in causa Cęsaraugustana iuris eligendi 27. Maij 1566. coram Sarmiento, vt referunt Modern. *de attent.* 2. *par. cap.* 4. *limit.* 23. *n.* 23. & in causa Romana de Stocchis 19. Martij 1593. coram bon. mem. Gypsio, & in causa Interamnen. pecuniaria 23. Iunij 1601. coram R. P. D. Coccino.

Non obstat quòd cognitio causæ criminalis præcedit cognitionem causæ ciuilis propter eius maioritatem, & præeminentiam, & exclusionem positionis ciuilis, & præsertim quando est cœptum agi in causa criminali, quia ista non procedunt quando causa criminalis pendet à resolutione causæ ciuilis, & sententia lata in causa ciuili parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, vt in specie fuit resolutum in d. causa Cæsaraugustana in qua iam erat lata sententia in causa criminali, & nihilominus fuit habita pro attentata, quia causa ciuilis in Rota erat præiudicialis criminali propter exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, quam pareret sententia in causa ciuili, & decisio Verall. 174. *p.* 2. quæ allegatur, in contrarium loquitur in iudicio ciuili moto coram iudice causę ciuilis super falsitate instrumenti, vt bene deducunt informantes. Et cessat in hac causa omnis difficultas, quia ista deducenda erant in Signatura, & etiam in Rota, quæ habet ex commissione legem scriptam, quòd constito, quòd causa ciuilis sit præiudicialis criminali, inhibeat iudici causæ criminalis, & propterea sufficit ad istum effectum, quòd iuxta formam commissionis causa ciuilis sit præiudicialis criminali, & &c. 2

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Venetiarum Matrimonij. Lunæ 29. Nouembris 1604.

ARGVMENTVM.

De Remissoria ad examinandos testes, quòd non concedatur, quando articuli non sunt releuantes, & quòd matrimonium non dicatur metu contractum, nisi metus illatus fuerit talis, vt etiam caderet in constantem virum.

SVMMARIVM.

Remissoria ad examinãdum testes non conceditur, quando articuli non sunt releuantes, num. 1.

Metus non annullat matrimonium, nisi probentur verba talia, & minæ, quæ cadant in constantem virum, num. 2.

DECISIO CCXVIII.

POst contractum inter Michaëlem Sirum, & Dianam Vendraminam, matrimonium, &c. actum in primis fuit de remissoria, quam Domini prædicto Domino Michaëli denegandam esse censuerunt, cum articuli non sint releuantes, Cassad. *decis.* 2. *de dilat.* Cęsar. de Crass. *decis.* 1. *n.* 6. *de dilat.* Caputaq. *decision.* 32. *part.* 2. *&* 66. *part.* 3. Nam frustrà datur dilatio ad probandum id quod probatum non releuat, *l. ad probationem. C. de probat.* 1

Quatenus enim articulatur matrimonium fuisse à Michaële metu patris contractum, tales articuli non releuant, tum quia continent solùm verba, & minas patris, non autem metum talem, qui caderet in constantem virum, prout esset necessarius, *cap. cum locum, de sponsal. cum ibi notatis, l. metum autem. ff. de eo quod met. caus.* & communiter tradunt Doctores, Scholastic. *libr.* 4. *sentent. distinct.* 29. & ibi Scotus *q.* 1. *ar.* 3. S. Ant. *par.* 3. tit. 1. *c.* 7. Syluest. *in summa, in verbo, matrimonium,* 8. *q.* 11. Nauarr. *in manual. c.* 22. *n.* 51. cum allegatis per Gail. *pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 93. *n.* 7. & ad effectum, vt dicatur metus iustus, & cadere in constantem virum plura requiruntur, de quibus per S. Ant. vbi sup. & alios Doctores passim. 2

REVERENDISS. D. SACRATI.

Perusina Inuentarij. Veneris 3. Decembris 1604.

ARGVMENTVM.

Inuentarij nullitas ex eo quòd hæres omiserit in inuentario describere omnes res hæreditarias non procedit, nisi talis omissio fuerit causata dolo ipsius hæredis, à quo iusta credulitas excusat.

SVMMARIVM.

Inuentarij nullitas ex eo quòd non omnia bona hæreditaria in eo descripta sint, debet concludenter probari, non autem semiplenè, n. 1.

Inuentarij nullitas propter non descriptas in eo pecunias hæreditarias requirit dolum in omittendo, n. 2.

Hæres debitoris potest soluere creditori primo venienti, num. 2.

Creditor posterior præfertur anteriori in illa pecunia, quam debitori mutuauit, n. 2.

Credulitas iusta excusat à dolo, n. 2 in fine, & n. 3.

DECISIO CCXIX.

1 Domini tenent pro validitate inuentarij, non obstantibus duobus oppositionibus, prima quæ consistit in eo quòd hæredes omiserint ponere in inuentario scuta 200. tollitur ex facto, quia de existentia d. pecuniæ non apparet, nisi per vnum testem, & vox vnius vox nullius, *cap. veniens. 2. licet. de testib.* cum concord. & in hac materia probatio ex parte creditorum debet esse concludens, Bald. *consi.* 514. *num.* 2. *lib.* 5.

2 Præterea dicunt Domini, quòd etiam admisso pro vero id quod deponit ille testis, adhuc non resultat dolus, sine quo omissio non vitiat, ex relatis per Surd. *decis.* 222. *n.* 13 quia ipse non deponit simpliciter, quòd Octauius hæres omiserit ponere ista scuta 200. in inuentario, in quibus terminis procedunt, quæ allegant creditores ad præsumendum dolum ex sola omissione, sed addit, quòd istæ pecuniæ erant illæmet, quas ipse testis per tres dies antè mutuauerat Rodulpho defuncto, & quòd ex illis, centum sibi fuerunt solutæ, & alia cètum ipse mutuauit ipsi hæredi, ex hac serie facti excluditur dolus, seu quia Octauius hæres potuit soluere primo venienti. *l. fin. §. & si præf. non, C. de iur. deliber.* vel præferre testem cæteris creditoribus etiam anterioribus, cùm essent illæmet pecuniæ quas testis mutuauerat, iuxta *l. vxor marito, ff. de donat inter vir. & vxor.* Rota Ianuen. *decis.* 127. *in princ.* & sic non ponere in inuentario, neque debitum, neque creditum, vel saltem quia facile potuit credere ita sibi licuisse, quæ iusta credulitas excusat à dolo *l. igitur. §. & generaliter, ff. de liber. il. caus.*

3 Altera oppositio est, quòd hæreditas habebat creditum cum Tiberio de Vbaldis occasione prædij empti per dictum Tiberium à Rodulpho defuncto cum consensu Octauij & Euangelistæ qui modò sunt hæredes, ex quo contractu Tiberius remásit debitor scutorum 3050. & hæc summa non reperitur in inuentario descripta, nec hæredes possunt allegare ignorátiam, cùm interuenerint contractui, sed nec ista oppositio mouit Dominos, quia Rodulphus delegauit emtori tot cēsus ab eodem soluendos, & facta per Tiberium accollatione dictorum censuum Rodulphus quietauit Tiberium de integro pretio, vnde, vel potest firmari dictum creditum de iure non fuisse ponendum in inuentario, tanquam non creditum Rodulphi, qui iam quietauit creditorem, vel saltem negari non potest, quin hæredes habuerint iustam causam credendi, quòd ita liceret, quod sufficit ad excludendum dolum, ex suprà allegatis, nec facit difficultatem, quòd illi creditores, quibus Rodulphus mandauerat solui, obtinuerint se graduari inter alios creditores Rodulphi, quia ipsi hoc potuerunt facere: nam cùm adhuc non acceptassent Tiberium in debitorem, non fuerat Rodulphus liberatus ab eis, nec propterea includitur necessariò dolus hæredum.

PENIÆ.

Romana Separationis Tori. Lunæ 10. Ianuarij 1605.

ARGVMENTVM.

Notarius qui falsum commisit non prohibetur conficere alia instrumenta, quamdiu in officio toleratur, & de falso condemnatus non fuit.

SVMMARIVM.

Notarij falsi instrumenta rogata, valent quamdiu non est de falso condemnatus, & in officio toleratus, num. 1.

Notarius de falso condemnatus non potest conficere noua instrumenta, sed præterita bene potest publicare, num. 2.

Diuortio sequuto inter virum, & vxorem, vir non potest repetere expensas factas vxori constante matrimonio, num. 3.

DECISIO CCXX.

Informante Florentia Capellona, proposui memorialia loco causæ, vt si possibile esset causa pauperis mulieris expediretur, non obstantibus, quæ sæpius Alexander Gattanelata eius maritus ad retardandam expeditionem causæ proposuerat, quæ ad tria capita videbantur posse reduci, primum ad publicum instrumentum confectum die 27. Aprilis anni 1598. quo continebatur Alexandro fuisse consignatam à Florentia vxore quandam domum sitam in Platea de Bonsignore, pro diuersis expensis, & aliis debitis necessariis solutis ab Alexandro pro Florentia. 1

Circa quod non placuit Dominis responsio data per informantes pro Florentia, quòd instrumentum esset falsum, ex quo Florentia criminaliter accusauerat Notarium, tanquam falsarium, quia cùm in specie non constet Notarium propter d. querelam fuisse condemnatum, non corruebat instrumentum, Hostien. *in c. fraternitas, n. 5. super verbo, auctores, & ibidem* Io. Andr. *n.* 2. *vers. si autem damnaretur, n. seq.* & communiter Canonistæ de hæreticis asserentes Scripturas, & instrumenta Tabellionum valere quamdiu in officio tolerantur, licèt vnam chartam falsam fecerint, idque ob publicam vtilitatem, ne venientes ad eum decipiantur, Rota in vna Romana Notariatus die 25. Ianuarij 1584. Vbi explicat condemnationem Notariorum in officio, de liquentium respicere factura instrumenta, & eis præiudicare, sed præteritas rogationes ante condemnationem factas posse perfici, & in publicam formam redigi. 2

Secundò prætendebat Alexāder sibi deberi scuta 200. pro fructibus scutorū 400. sibi in dotem promissorum, & nunquam consignatorū pro tempore quo sustinuit onera matrimonij, & consequenter sibi cōpetere retentionem dotis, quam petebat Florentia donec sibi esset satisfactū, aut admittendam cōpensationem: sed placuit responsio data pro Florentina, quòd cùm ipsa esset creditrix hæredum primi mariti vigore legati scutorum 400. vt patebat ex decisione Domini mei Millini, pro quibus fuerat factum pactum, vt 200. in contanti soluerentur, & pro aliis 200. prædicti hæredes soluerēt fructus Alexādro, qui eos prætendebat, aduersarius cōtra prædictos hæredes, non 3

con

contra Florentiam non obligatam pro fructibus consequendis actionem intentare debebat; primò, quia de illis liquidò non constabat: secundò, quia ex lista melioramentorum, & expensarum, quam Alexander exhibuerat, videantur facta ad manutentionem domus, ideóque facto diuortio maritus non potest repetere tales expensas, *l. fructus 7. aliàs diuortio 8. §. impendia. ff. sol. matrim.*

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Lucana Iurispatronatus.
Mercurij 26. Aprilis 1605.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus quando, quomodo, & à quo Iudice confiscari possit.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus confiscari non potest à Iudice laico, nec sub confiscatione ab eo Iudice facta continetur, n. 1.
Iudex ecclesiasticus potest declarare delictum, & bona delinquentis fisco Ecclesiæ applicare, & isto casu iuspatronatus sub tali confiscatione continetur, n. 2.
Iuspatronatus propter patris delictum, quando confiscari possit in præiudicium filij, n. 3.
Iurispatronatus confiscatio regulatur secundùm confiscationem bonorum feudalium, n. 4.
Cedere quis non potest illud quod non habet, n. 5.

DECISIO CCXXI.

1 DOmini in contumaciam alterius partis censuerunt Ecclesiam sancti Stephani de Tassignano non acquisiuisse statum libertatis, quia licèt bona Bernardini fuerint confiscata, tamen iuspatronatus sub illa confiscationa non comprehenditur, cùm facta à Iudice laico secundùm veriorem sententiam, glos. *in Clementin. pastoralis. in verbo, subiecta,* vbi Imola *num. 70. & 71. de re iud.* & collect. *c. quibusdam, n. 10. vers. sed nunquid. de pœnis. & in cap. fin. num. 4. vers. quòd si patronus. de iure patronatus,* & fuit resolutum in causa Agaten. Iurispatronatus 4. Martij 1602. coram Illustrissimo D. meo Pamphilio.

2 Nec obstaret si diceretur quòd licèt iuspatronatus non veniat in confiscatione facta à iudice laico, nihilominus potest Iudex ecclesiasticus declarare delictum, & confiscare bona fisco ecclesiastico, & effectus erit quòd iuspatronatus extinguetur, & Ecclesia remanebit libera sub Episcopi potestate. Imol. *in d. Clement. pastoralis, n. 72. in fine. de re iud.*

3 Nam respondetur quòd cùm delictum non sit commissum in Ecclesia, nec iuspatronatus spectet ad Lucretiam ex persona patris scilicet tanquam eius hæredem, sed solùm tanquam eius filiam, meritò delictum patris nocere non debet, secundùm distinctionem Doct. de qua per Igneum *in repet. l. necessarios, §. non alias, in prima parte num. 438. versi. vel melius, & num. 482. vers. similiter iuspatronatus, ff. ad senat. consult. Sillan.* & sentit Rochus *de iurep. in verbo, ipse velis, n. 72.* Syluest. licèt indistinctè loquatur prout alij Summistæ *in ver. iusp. quæst. 5. vers. 6.* Angel. *n. 36. &* Tabien. *num. 25.*

4 Et his adstipulatur, quòd huiusmodi materia regulatur secundùm terminos feud. & emphyt. Rochus *loco allegato,* Card. *Clement. plures. col. final. num. 8. de iure patronatus,* & in feud. & emphyteusi Doctores admittunt prædictam distinctionem, Cyn. *in l. 2. in fin. C. de libert. & eorum liber.* Bart. *in l. 3. num. 2. C. de interdict. & releg.* Ias. *in l. 2. num. 191. C. de iur. amphyt.* Molin. *de primog. Hispan. libr. 4. c. 11. num. 36.*

5 Denique non officit cessio Reipublicæ, quia cùm ex confiscatione nihil haberet, non potuit aliquod ius transferre, iuxta vulg. conclus.

REVEREND. D. LVDOVISII.

Parmen. Status Veneris 2. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Vita, & mors, matrimonijque impedimentum, probari debent ab allegante ea.

SVMMARIVM.

Vita, & mors probanda ab eo, qui in ea se fundat. numero 1.
Reus in exceptionibus dicitur actor, & suam exceptionem probare tenetur, n. 1.
Matrimonij impedimentum probandum est ab eo, qui illud allegat, n. 2.
Exceptio est actionis exclusio, n. 3.

DECISIO CCXXII.

PRoposui dubium in Rota, an Domini Pallauicini teneantur probare mortem Ioannis Petri Viri Catherinæ, vel potiùs Domini de Rangonibus vitam eiusdem, & post plures propositiones Domini venerunt in sententiam Dominos Pallauicinos nó teneri probare mortem, quia cùm vita & mors sit probanda ab eo, qui in hac, vel in illa fundat suam intentionem, Bart. *in l. siquidem, sub n. 1. C. solut. matrim.* Alex. *cons. 27. n. 7. circa med. lib. 7.* Corn. *consi. 159. n. 2. lib. 1.* intentio Pallauicinorum, qui actores sunt, non fundatur in morte Ioannis Petri, sed in matrimonio, & quidem non contrahendo, sed contracto inter Bernardinum, & Catherinam. Vnde satis illis fuit probare matrimonium, de quo fuit iam resolutum in Rota, constare saltem de facto, quam resolutionem in disputatione dubij præsupponendum Domini dixerunt. Si autem Domini de Rangonibus obiecerunt vitam D. Ioannis Petri tempore secundi matrimonij, debent probare hanc exceptionem, cùm in ea sint actores *l. 1. ff. de except.* Abb. *in c. præsentium. n. 2. circa med. versicul. aliam opinionem de testibus,* Corn. *consil. 227. num. 7. lib. 3.* 1

Tanto magis, quia hoc est allegare impedimentum matrimonij, cuius probatio illi incumbit, qui impedit matrimonium. *c. de illo, de eo qui cogn. consang. vxor. sua. cap. Dominus. de secund. nupt. c. cùm per bellicam 34. q. 2.* nec sufficit præsumtio illa vitæ vsque ad centum annos. Put. *dec. 85. sub num. 1.* Crescent. *decis. 2. de exceptio.* Achil. *decis. 1. de probat.* præsertim cùm sapiat obiectum, qui debet clarè & bene probari, vt per Cresc. *d. decis.* 2

Si verò Domini de Rangonibus, vt pro eorum parte fertur, non obiiciunt de vita Ioannis Petri, tanto magis à Dominis Pallauicinis est probanda mors, quando de vita non opponitur. Nec est bona consequentia, si Ioannes Petrus viuebat, matrimonium legitimum non poterat cadere inter Bernardinum, & Catherinam. *c. gaudemus. de diuor.* cum similib. ergo incumbit onus Pallauicinis probandi eum non fuisse viuum, quia licèt vita probata destrueret intentionem Pallauicinorum, tamen cùm non fundantur in negatiua vitæ, non tenentur illam probare, alioquin cum exceptio sit actionis exclusio *l. 2. ff. de except.* omnis actor deberet probare non existentiam exceptionum, & omnis qui se fundat in matrimonio deberat probare, quòd in eo cessarent omnia impedimenta, & per hoc bene faciunt deducta in Toletana Pensionis D. meo Iusto. 3

REVE

REVERENDISSIMI D. ORTEMBERGHI.

Cameriden. Concursus.
Veneris 19. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Data paritate doctrinæ inter duos concurrentes ad beneficium seu parochiam, quis eorum præferendus sit, præsertim si vnus de fornicatione sit diffamatus.

SVMMARIVM.

Episcopi iudicium habet præsumtionem pro se, nisi ostendatur dolosum, & irrationabile, n. 1.

Concurrentibus pluribus in examine ad beneficium seu parochialem data paritate circa doctrinam, quis eorum præferendus sit, n. 2. & 3.

Fornicatio præsumitur ex eo quòd quis fuerit repertus cum aliqua muliere, hæc tamen præsumtio non dicitur plena probatio, nec sufficit ad remouendum clericum à beneficio, n. 3.

Malus semel non præsumitur malus semper quandò per triennium quis laudabiliter vixit, n. 4.

Appellare an & quando liceat à iudicio ordinarij admittentis ad beneficium in concursu, vnum potius quàm alium, n. 6.

DECISIO CCXXIII.

1 VAcante Ecclesia Parochiali plebis Fauetiæ Camerinen. Diœcesis præuio examine, & concursu, Claudius, & Andreas æqualiter quoad doctrinam ab examinatoribus approbati fuerunt, cúmque Andreas obiiceret contra mores & vitam Claudij, causa cognita mandato Episcopi per eosdem examinatores, Claudius omnium suffragiis prælatus, & ab Episcopo magis idoneus declaratus per Sedem Apostolicam prouisus fuit, sed Andreas non acquiescens, appellatione interposita, primùm Vicario Vrbis, & deinde contra se sententia reportata mihi causam committi obtinuit, quare bis proposito dubio super dictis sententiis, Domini re maturè considerata eas confirmandas censuerunt, quia pro Episcopi iudicio præsumitur. *cap. in præsentia, de renunciat.* nisi ostendatur dolosum, & irrationabile, vt fuit dictum in Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Illustrissimo Arigonio, & in Pampilonen. Parochialis 12. Decembris 1597. coram R.P.D. Litta, & in vna Nullius Parochialis seu Concursus 4. Decembris 1600. coram R.P.D. Ludouisio, præsertim in casu isto, in quo concurrunt suffragia examinatorum, quibus etiam in materia meum consilium plurimum defert, vt fuit ponderatum in Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1605. coram R.P.D. Sactato, necnon aliorum Episcoporum testimonio, in quorum Diœcesibus honestè vixit, & quidem longè ante tempus concursus data.

2 Et re ipsa nulla præfertur qualitas qua Claudius ab Andrea superetur, quia potiùs Claudius multis nominibus Andream superat, cùm ille sit Clericus Diœcesanus seminarij Clericorum dictæ ciuitatis Alumnus, per plures annos inseruierit Ecclesiæ Cathedrali exercendo officium magistri cæremoniarum, & curati; alter verò diœcesis Auximanæ. *Parisi. consil. 38. num. 13. lib. 4.* Dec. *cons. 542. num. 13.* Roch. *de iure patr. in verbo, honorificum, n. 45.* deinde Claudius nullum habebat beneficium, aduersarius verò Canonicatum Calderolæ obtinebat. *c. si eut. de prabend. in 6. decis. 26. in versic. item si aliquis. eodem tit. in nouis.* fuit dictum in Calaguritanæ Dimidiæ Portionis 29. Ianuarij 1596. coram R.P.D. Penia.

Denique Episcopus non contentus ordinaria diligentia per secretam etiam Inquisitionem de anteacta eius vita, moribus, & prudentia, animum suum instruere voluit, & sic de illo magis informatus, meritò illum proponi consideratum fuit in dicta Rauennaten. Parochialis non obiectus; & diffamatio commissæ fornicationis per Claudium, dum ageret in ciuitate Burgi sancti Sepulcri ex cons. Calderin. *9. de probat.* non enim probatur ex deductis, nisi quòd fuerit deprehensus cum quadam muliere, & sic solùm præsumtiuè, quod non sufficit ad hunc effectum, vt fuit dictum in Lucana Parochialis 12. Maij 1603. coram R.P.D. Penia. 3

Nec sufficit relatio Vicarij, quia huiusmodi literis assertiuis non creditur, Rota *decis. 12. num. 1. de surepatr. in nouis*, eóque minus, quia diffamatio non fuit in loco concursus, & per plures annos concursum præcessit, quo casu, etsi non sit forte completum triennij tempus, præsumitur mutatio, *§. si verò intra triennium, auth. de monach. decis. 162. numero 20.* & cessit scandalum propter locorum distantiam; & probatur mutatio ex literis Episcopi Burgi sancti Sepulcri & Episcopi Capituli, & Communitatis Camerinen. quæ tollunt omnem maculam, quæ potuisset oriri ex diffamatione, fuit dictum in Lucana Parochialis 15. Iunij 1601. coram R. P. D. Decano, & in eadem 12. Maij 1605. coram R.P.D. Penia. 4

Non obstat familiaritas ordinarij, quia non probatur, licet probetur de aliquo seruitio, *cap. fin. de verbor. signif. in 6.* 5

Nec facit, quòd Andreas prouocat ad nouum concursum, quia hac ratione semper esset danda appellatio, etiamsi non doceretur de irrationabili iudicio Episcopi contra expressum tenorem Constitutionis Pij Quinti, quæ non simpliciter concedit appellationem, sed tunc demum quando dolosè & irrationabiliter iudicatur, vt aliàs fuit resolutum in d. Nullius Parochialis coram R. P. D. Ludouisio. 6

PENIÆ.

Bononien. Redditionis rationis.
Veneris 17. Februarij 1606.

ARGVMENTVM.

Administrator, qui semel suæ administrationis rationem reddidit, non tenetur amplius illam reddere, nisi constet de dolo, vel errore concludenter probato, exceptióque periurij agentem repellit, in quacunque parte iudicij opponatur, nec post periurij incursum absolutio à iuramento prodest agere volenti.

SVMMARIVM.

Periurij exceptio agentem repellit à limine iudicij, semperque vsque ad sententiam opponi potest, numero 1. & 3.

Absolutio à iuramento ad effectum agendi obtenta post incursum periurium non suffragatur absoluto, numero 2.

Administrator, qui semel rationem reddidit, amplius eam reddere non tenetur, numero 4. nisi dicatur de errore, vel dolo illius, qui rationem reddidit, probato tamen ex claris & perspicuis probationibus, numero 5.

Tutor non tenetur describere in inuentario bona ab altero occupata, num. 6.

DECISIO CCXXIV.

1 Die 6. Iunij 1605. Rota censuit probari Paulum Dondinum suscepisse tutelam Fabij Benzoni, & eundem Paulum habuisse omnia bona in inuentario descripta, & signanter duo prædia in Territorio Pisaurensi, cúmque prædicta bona administrasse, sed reseruauit an Fabio obstarent periurium, & aliæ exceptiones, de quibus cùm ageretur in hac propositione, vtraque parte informante Rota censuit, Fabio obstare exceptionem periurij, & semel redditæ rationis. Exceptio periurij ex eo deducebatur, quòd cùm Fabius eum iuraméto asseruisset omnia contenta in instruméto quietationis fuisse & esse vera, stante obtenta absolutione litem côtestatus fuerat, libellum produxerat, & alios actus iudiciales fecerat per quos contraueniendo inciderat in periurium, vnde meritò hæc exceptio cũ à limine iudicij repellebat, Alex. *in l. si quis maior, n. 13. in fin. de iudic.* Sigismund. Loffred. *consil.* 12. *n.* 27. qui *n.* 34. addit hác periurij exceptionem nedum in principio litis, & contra rescriptum, semper vsque ad diffinitiuam sententiam.

2 Neque ad rem pertinebat, quòd Fabius à Vicario Bononiensi obtinuerat absolutionem ad effectum agendi, quoniam cùm antea prædictos actus iudiciales peregisset per quos in periurium inciderat, absolutio postea obtenta non suffragabatur, Feder. de Sen. *consil.* 300. *in fine, versic. si enim est lapsus*, Alex. *cons.* 17. *n.* 3. & 4. & secundùm magis communes conclusiones, *lib.* 3. & tradunt communiter Canonistæ *in c. 1.* vbi Abb. *n.* 10. *de iureiur.*

3 Rursus non obstat quòd Paulus permiserit litem côtestari, & plures actus iudiciales fieri antequam huiusmodi exceptionem opponeret, quia non ideo censebatur huic exceptioni renunciasse, cum in quacumque parte iudicij, vt dictum, opponi possit, & repellat agétem, Loffred. *d. cons.* 52. *n.* 34.

4 Obstabat etiam Fabio altera exceptio de ratione semel reddita, vt amplius reddi non deberet, Socin. Sen. *cons.* 62 *n.* 1. *in princ. lib.* 4. Rota in causa Prænestina Compromissi coram Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore die 10. Maij 1574.

5 Et licèt hæc conclusio in duobus casibus limitetur, videlicet, quando docetur de errore, vel dolo illius, qui rationem reddit, id tamen ex claris & perspicuis probationibus docere oportet, vt in prædicta decisione Rota censuit, quæ in hoc casu pro parte Fabij non videbantur probata.

6 Nam error, vel dolus pro parte Fabij ex eo deductus, quòd duo prædia existentia in territorio Pisaurensi in inuentario descripta non fuerant ei reddita, excludebatur ex doctrina Barr. per D. Spadam allegata, *cons.* 139. *incipit, proponitur, quòd Archiloem, n.* 1. *in fine lib.* 1. dicentis, quòd si domus descripta in inuentario ab alio fuerit occupata, sufficit, quòd tutor domum reassignet, & de occupatione fidem faciat ne per erroneam descriptionem factam in inuẽtario, & damnum patiatur tutor, & pupillus cum eius iactura locupletetur. Atque ex his fuit conclusum duas exceptiones periurij, & semel redditæ rationis obstare Fabio.

7 Quia tamen informantes pro eo plura deducebant non contemnenda ad ostendendam rationem dictæ administrationis non sufficienter fuisse redditam, Domini sanata exceptione periurij dicebant posse particulariter dubitari an Fabius probaret prædictam rationem aduersarij, & tutelæ minus sufficienter redditam ad effectum, vt Paulus eam integro reddere teneretur, &c.

IVSTI.

Ispalen. Archidiaconatus. Lunæ 20. Februarij 1606.

ARGVMENTVM.

Testes, vt familiaritatem probent quomodo debeant deponere.

Farinac. Decis. lib. 2.

SVMMARIVM.

Familiaritas concludenter probanda est ad effectum immissionis virtute subrogationis, n. 1.

Falsitas plenè probanda est, quando agitur ad excludẽdum prouisum à beneficio, n. 2.

Familiaris non dicitur is, qui domi receptus comedit in ea, nisi etiam probetur, quòd fuerit deputatus ad certum seruitium, num. 3. & 5. vbi ampliatur hæc conclusio.

Testis de auditu non probat familiaritatem, n. 4.

Testes deponentes de seruitio alicuius in domo alterius sciente domino non probant familiaritatem, nisi etiã deponant de deputatione ad illud officium, n. 6.

Familiaritas non dicitur probata per æquiuocam probationem, n. 7.

Familiaritas excluditur ex eo, quòd quis inseruiebat tãquam consanguineus, n. 8.

DECISIO CCXXV.

1 VNanimiter resolutum fuit non esse probatam reseruationem, quia non est probata familiaritas Alphonsi de Vllea, per cuius obitum vacauit Archidiaconatus in Ecclesia Ispalen. cum bon. mem. Cardinali de Castro eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopo, & pro fundamento firmarunt illud, quod reuocabatur in dubium, per informantes ex aduerso, videlicet, quòd ad effectum immissionis virtute subrogationis requiritur plena & concludens probatio, vt fuit decisum in Rota coram bo. mem. Gyptio illa Burgen. Præstimonij de Pancotno 24. Octobris 1588. & coram Illustrissimo Blanchetto in Giennen. Præstimonij 15. Februarij 1593.

Et quãdo agitur ad excludendũ prouisum, familiaritas a ipsa plenè probanda est, Sarnen. *in reg. de impetrat. benef. vac. per obit. familiar. Cardinal. quest. 6. numer. 6.* Simonet. *de reseru. quest.* 36. quod procedit in quacunque alia reseruatione, Put. *decis.* 266. *lib.* 3. & fuit sæpissimè decisum. Quæ autem sit plena probatio, iudicatur secundùm casus occurrentes.

3 Quo præsupposito, quòd habitis in consideratione testibus, qui fuerunt in partibus examinati, dixerunt deficere necessarium requisitum ad probandam hanc prætensam familiaritatem, quamuis enim testes probent receptionem in domo, & comestionem, quæ est primum extremum ostendendi familiaritatem; non ideo probatur receptio, & deputatio ad certum aliquod seruitium excercendum, quod est secundum extremum, vnde non probatur intentio domini, & familiaritas omnino necessaria ad hanc societatem contrahendam, Sarnen. *in d. reg. de impetr. benef. q.* 16. post Zanch. *in c. fin. numer.* 14. *de verb. signif.* Et omissis omnibus aliis sufficit allegare decisionem Rotæ in causa Salamantina, & Abulen. Beneficiorum 9. Iunij 1599. coram R. P. D. Decano.

4 Non obstat primus testis, qui videtur deponere de certo officio Alphonsi saltim in itinere Cardinalis ad ciuitatem Valentiæ dum ibat ad nuptias Regis Hispaniarum, quoniam se ipsum declarat, & dicit se audiuisse non autem vidisse, quia nõ fuit præsens, & hæc probatio non est concludens, Put. *decis.* 266. *libr.* 3. cum aliis allegatis.

5 Non obstat septimus testis in ordine, ex quo prætenditur probatam esse deputationem ad certum officium, siue seruitium: nam iste testis solùm deponit de diligentia Alphonsi, vt deputaretur, & de seruitio exhibito, sed de deputatione dicit se nihil scire, & consequenter nihil concludit, nec in primo examine, nec repetitione, vbi tãtùm deponit de prætensione Alphonsi ad seruitium pro tempore illius itineris, quòd non incidat simplex seruitium ad famulatum, sed ad obsequium, & honorem.

6 Alij testes dum deponunt de seruitio, non deponunt de deputatione ad effectum & finem seruitij, ideo nihil

faciunt; quamuis enim aliquãdo exercitium officij sciente domino, inducet deputationem ad officium, *l. 1. §. magistratum, ff. de exercit. actio.* Bart. *in l. 1. §. familia nomen, ff. de public.* Tamen est casus specialis contra regulam, propter publicam vtilitatem, cùm regulariter scientia non sufficiat, vt declarat Alex. *cons. 80. n. 12. lib. 4.*

7 Quapropter dicebant domini, vel solùm ex testibus induci æquiuocè quandam probationem, quæ non sufficit, Crescen. *decis. 3. de præsump.* & aliàs sæpe, vel etiam excludi probationem familiaritatis, nam probantur solùm illa tanquam spectantia ad præfectum cubiculi dum Cardinalis iret ad ciuitatem Valentiæ, & inde rediret, quæ potuerunt præstari non solùm tanquam à famulo ergà dominum, sed à nepote erga patruum, vel erga potentiorem consanguineum, vel amicum, vt docet experientia, & præsertim in illo regno, in quo aliqui ex Dominis affirmabant assuetum esse inter proceres, & magnates, quòd quando se offerunt huiusmodi occasiones, secum adducunt consanguineos, & amicos nobiliores, qui non solùm se iungunt comites in via, sed inseruire curant publicè, & palam, nec tantùm reputantur familiares, sed consanguinei, & amici,

8 Excluditur verò ex parte probatio familiaritatis, quia probatum est, Alphonsum fuisse bonæ memoriæ Cardinalis consanguineum, qui illum cum fratribus sustentauit in Vniuersitatibus, & studiis literarum, deinde recepit tanquam consanguineos, & ipsum Alphonsum nominabat tãquam nepotem, qui non se gerebat pro familiari, nec putabatur pro tali, & si in itinere prædicto deseruiuit, deprehenditur mens antecedens & subsequens non inseruiendi, & obsequendi, & excluditur familiaritas, Ægid. *decis. 611. in fine*, & vltimò Rota in allegata Sallamantina, & Abulen. Beneficiorum; Ex quibus ita fuit decisum, &c.

PENIÆ.

Romana Inualiditatis Matrimonij.
Veneris 28. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Iudex quando abbreuiare possit ex circumstantiis triennium cohabitationis vxoris cum viro, & quæ esse debeant istæ circumstantiæ.

SVMMARIVM.

Triennium cohabitationis vxoris cum viro, licèt incipere debeat à Iudicis decreto, nihilominus quando ante decretum præcessit triennalis habitatio potest Iudex illud futurum triennium inspecturis circumstantiis ad breuius tempus recipere, n. 1.

Circumstantia, quibus index moueri debet ad abbreuiãdum triẽnium cohabitationis vxoris cum viro ad effectum inualidandi matrimonium, n. 2

Probatio per inspectionem obstetricum licèt sit fallax, & lubrica, tamen, cùm non possit dari aliqua probatio, quando vnus de coniugibus stat pro matrimonio, alius verò contrà, per hoc genus probationis controuersia dirimi debet.

DESISIO CCXXVI.

1 POst decisiones in hac causa factas dubitaui an esset locus vlteriori cohabitationi, vel potiùs esset deueniendum ad inspectionem Camillæ ad effectum, vt si reperiretur virgo dissolueretur matrimonium, vel è conuerso si reperiretur corrupta cõpelleretur redire ad maritum, & cum eo perpetuò habitare, & causa vtraque parte informante, Rota conformiter censuit ad inspectionem Camillæ fuisse deueniendum, quia licèt triennium cohabitationis debeat incipere à Iudicis decreto, iuxta dicta in decisione in hac causa facta sub die 28. Februarij 1602. nihilominus tamen non defuerunt Doctores confirmantes, quòd quando ante decretum præcessit triennalis cohabitatio, possit Iudex triennium futurum abbreuiare, & arbitrio suo inspectis circumstantiis ad breuius tempus reducere, Anton. de Butr. *in cap. laudabilem, numer. 14. in fin. de frig. & mal.* vbi Præpos. *numer. 8. versicul. aut de impotentia apparet*, Archar. *in c. 1. n. 10. eod. tit.*

Difficultas in hoc casu reducebatur ad causas regulandi arbitrium, vt iustum videretur deuenire ad inspectionem, quamuis post decretum Rotæ, vt Camilla & Iacobus coniuges cohabitarent, & darent operam rei vxoriæ, nondum effluxisset triennium, & Rota legitimas causas iotet fuisse censuit. Primò, quia exiguum tempus desiderabatur ad triennium complendum, quod inceperat à die 20. Iunij anni 1603. quo tempore sæpe fuit interrupta cohabitatio culpa Iacobi nolentis accedere, vt debebat ad Camillã, quæ semper parata mandatis Rotalibus obediendo maritum exspectabat. Secundò idem suadebat ætas Iacobi, qui ad sexagesimum aonum accedere videbatur, & cum ætate concurrebat aspectus eiusdem Iacobi, & qualitas corporis tenuis, & debilis, vnde facile inhabilitas ad maritale opus perficiendum arguebatur. Tertiò concurrebat relatio medicorum, qui die 2. Maij 1603. postquam Iacobum explorauerunt, retulerunt, quod licèt in eo non appareant signa impotentiæ naturalis, sed potiùs contraria, nec videretur maleficiatus, apparebat tamen debilis complexionis. Quartò accedebat relatio obstetricum, quæ coram Vicario Camillam inspexerunt, & virginem reperiisse retulerunt, & licèt ea tunc inspectio non fuisset legitimè facta, nihilominus tamen aliquod adminiculum inspectioni iterũ faciendæ præstabat. Denique quando de modestia, honestate, & pietate, Camillæ extraiudicialiter intellecta fuerunt, multum mouerunt aliquem ex Dominis, vt pro inspectione facienda faciliùs sentiret. 2

Quibus non obstat prætensa quædam Camillæ confessio, dicentis se fuisse cognitam à Iacobo, quoniam non placuit Dominis probatio facta per testes, qui videbantur instructi, cùm per eadem verba testificarentur. Denique non obstabat, quòd cùm probatio per inspectionem sit fallax, & lubrica, non poterat ex ea sumi certum argumentum ad dissoluendum matrimonium. Quia fuit responsum, quòd cùm in hac materia nõ possit dari aliqua probatio, quando vnus de coniugibus stat pro matrimonio, alius verò contra matrimonium, tunc controuersia per hoc genus probationis dirimendum est, *capit. fin. de frigid. & mal.* vbi *glos. super verb. optima manu*, & ibi communiter Canonistæ, *& c. propositi, de probat.* iuxta quem tex. inspectio peragenda est, & legitimè facta quantum fieri poterit omnem fraudem remouebit, &c. 3

MANZANEDI.

Romana Censuum. Mercurij 10. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Census dicitur illicitus, & vsurarius, si non imponatur super stabilibus fructibus, quæ si postea infructuosa & sterilia euadant, ita etiam census extinguitur.

SVMMARIVM.

Census impositus super bonis, quæ postea pereant, vel infructuosa reddantur perit etiam & extinguitur in parte, in qua bona pereunt, & infructuosa reddũtur, num. 1. & 3.

Census dicitur illicitus, & vsurarius, nisi imponatur super bonis fructiferis, n. 2.

Fructus non dicuntur nisi deductis expensis, numer. 4.

DECI-

DECISIO CCXXVII.

1 Domini dixerunt sententiam A.C. esse confirmandam, cùm ex testium depositionibus satis constet bona ruris Alphonsinæ huic censui supposita per eruptiones aquarum de anno 1593. de mense Aprilis, & per mutationem cursus & aluei fluminis Rheni, & concurrentiam aliarum aquarum fuisse inundata, & conuersa in valles, & paludes, & reddita infructuosa, quin & omnino peremta; vnde tam vsusfructus, quàm proprietas fundi per similem inundationem amittitur, ex tex. expresso *in l. si ager eius. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt.* & sic intrat dispositio Constitutionis fe. rec. Pij V. incip. *cum onus, versicul. postremò census omnes*, qua disponitur, quòd bonis obnoxiis censui in totum, vel in parte peremtis, aut infructuosis redditis, etiam ad ratam census pereat, & extinguatur, cuius dispositionis ea est potissima ratio, quia aliàs emtor census nullum subiret rei emtæ periculum, & semper esset in tuto, contra reg. *text. in §. cum autē, Instit. de emt. & vendit.* & tex. *in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.* & sic non esset contractus emtionis, & venditionis.

2 Vlterius quia ad validitatem & iustitiam huius contractus censualis, necessariò illius redditus sunt constituendi super certis fundis, & rebus fructiferis, alioquin illicita, vsurariaque sapiens, censeretur constitutio Census aliter facta, iuxta extrauag. Martini V. & Calixti III. incip. *reg mini, tit. de emt. & vendit.*

3 Istis autem fundis peremtis, aut redditis infructuosis restat contractus absque fundamento, quo nitebatur necessariò ad ipsius iustitiam, & validitatem; ergo & deficiente isto fundamento corruit contractus, ex quibus intrat prædicta conclusio, quòd bonis censui suppositis peremtis, aut infructuosis redditis, pereat & extinguatur census, quam firmant, & sequuntur Io. de Ligna. *in c. in ciuitate, de vsur.* & alij relati à Couar. *libr. 3. variar. resolut. cap. 7. num. 5.* & vltra illos eandem firmat Rom. *cons. 417. numer. 6.* Greg. Lup. *in l. 28. glos. 9. circa fin. tit. 8. part. 5.* Sarmient. *select. libr. 7. cap. 1. numer. 29.* & Nauar. *tract. de vsur. numer. 74. & numer. 95.* Strace. *in instruct. mercat. c. 15.* Felician. de Solis *de cens. libr. 1. c. 4. numer. 3. versicul. tum praterea. & cap. 9. numer. 8. versicul. nona conditio,* Redoan. *de reb. eccl. non alien. in rub. de constit. ann. cens. §. incip. conditiones quibus annuus census, numer. 5.* Gutier. qui de communi testatur, *pract. quæst. libr. 2. q. 177. numer. 7.* Rota *decis. 757. numer. 2. p. 1. diuers.* conclusione sic firmata, sequitur etiam quòd non solùm capitale census pereat, sed quòd illo peremto, cessat etiam illius pensio percipienda, cùm velle pensionem percipere sine iure percipiendi, esset, non iure, sed iniuria aliena percipere.

4 Non obstat quòd aliqua pars huius terreni modò colatur, & ex ea fructus colligantur, prout idem testes deponunt, quia, vt ex eorum depositionibus deprehenditur, expensæ superant fructus, quo casu non potest dici ista pars fructifera respectu dictorum fructuum, cùm nō dicantur fructus, nisi deductis expensis, ex tex. *in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matrim. l. si à domino, vel à patre. §. fin. ff. de petit. hered.* quem tex. ad hoc dicit singularem & vnicum, Rom. *sing. 484.* ad idem tex. *in l. fundus qui dotis. ff. famil. hercisc.* quem ad hoc commendat Ang. *in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de his, quæ in fraud. credit. l. quod in fructus, ff. de vsur.* his verbis, *quòd in fructus redigendo impensum est, non ambigitur ipsos fructus diminuere debere,* glos. Bart. Angel. & Doct. *in l. in fundo. ff. de rei vendic.* & Tiraq. *de tract. lignag. §. 14. glos. 1. numer. 1. & 2.* An autem cessante inundatione, & terris redditis fructiferis reuiuiscat iste census, alterius erit inspectionis, &c.

Farinac. Decis. lib. 2.

R. P. D. COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Valentina Parochialis de Palma.
Veneris 2. Iunij 1606.

ARGVMENTVM.

De collatione beneficij facta à Papa Schismatico an & quando valeat.

SVMMARIVM.

Electio facta à Schismatico non valet, n. 1.

Præscriptio quadragenaria cum titulo, & bona fide sufficit ad præscribendum in his quæ sunt cōtra ius, n. 1.

Titulus etiam inualidus dummodo iusto errore fuerit causatus sufficit in præscriptione quadragenaria, n. 2. & n. 3. vbi, quid si error fuit causatus nedum à iure, sed etiam facto.

Error iuris valde dubij æquiparatur errori facti, num. 3. in fine.

Beneficij restitutionem petens in spolio debet ostendere habuisse ab eo, qui potestatem conferendi habet, declara vt n. 4.

Collatio beneficij facta à Papa Schismatico, an & quando valeat, n. 5. & 6. & per totam.

DECISIO CCXXVIII.

Difficultas restricta fuit an vnio esset legitimè præscripta, quia de inualiditate tituli non poterat dubitari, cùm fuisset datus à Clemente de anno 1390. in loco suæ obedientiæ subiecto, qui fuit Schismaticus, quia bona fuerat electio Papæ Vrbani, vt per Bald. *in quæst. de schisma. ante rubr. C. si quis aliq. testa. prohib.* Cardin. *in cap. licèt. de elect.* Aldobrandin. *in consil. 1. num. 50. & seqq.* & Rota censuit affirmatiuè respondendum, quia adest possessio quadragenaria cum titulo, & bona fide, quæ cessante immemorabili sufficit ad præscribendum in his, quæ sunt contra ius. *cap. 1 iuncta glosa in verbo, legitimè, de præscript. in 6.* & in terminis vnionis Philipp. de Perus. quod est inter consilia Felyni *2. num. 1. 2. & 3.* Rebuff. *in prax. tit. de vnion. numer. 35.* & fuit latè deductum coram me in causa Feltren. præbendæ 6. Iunij anni præteriti, qui titulus licèt inualidus, & putatiuus, sufficit, *l. Celsus.* vbi glos. & DD. *ff. de vsucap.* gl. *in cap. de quarta, de præscript.* Rebuff. *in loco alleg.* bona fides verò sufficit, quòd allegetur quia præsumitur. Bart. *in d. l. Celsus. n. 17.* 1

Neque facit, quòd ad effectum, quòd titulus inualidus suffragetur, requiritur, quòd sit iusto errore causatus, & aliàs cessat bona fides, Balb. *in repet. d. l. Celsus. num. 1. ff. de vsucap.* Verall. *decis. 361. part. 2.* & hinc videmus quòd ad effectum restitutionis in spolio, in qua requiritur titulus coloratus, tunc demum dicitur adesse, quando fuit obtentus ab eo qui habet potestatem conferendi, Rot. *decis. 5. de restit. spol. in antiq.* Verall. *decis. 307. part. 3.* & propterea cùm iste sit error iuris, non dicitur iustus, nec prodest ad præscribendum *l. nunquam in vsucapionibus. in princip. ff. de vsucap.* Rota *decis. 3. versicul. secus si in iure. de præscript. in nou.* Doct. *in c. de quarta. de præscript.* 2

Nam fuit responsum, quòd licèt non sit dubitandum Clementem fuisse schismaticum, nihilominus est aduertendum, ad effectum de quo agitur, titulum satis iusto errore fuisse causatum, quia valde fuit dubitatum an electio Vrbani Sexti legitimi Papæ esset canonica. Abb. *in dict. cap. licèt, sub num. 11. in fine. de elect. & in rubr. de schism. in fine.* Card. *in dict. cap. licèt, sub num. 12. versic. dummodo autem.* Sanctus Antoni. *in sua summa tom. 2. cap. 11. §. sextò. vers. tertio casu,* & ideo iste non fuit merè error iuris, cùm haberet mixturam facti nempe circa modum electionis 3

Vrbani, quæ mixtura causat iustum errorem ad præscriptionem, *l. si vir. vbi gl. in verbo, procedere*, Bart. *n. 8. & seqq.* & alij Doctores *ff. de donat.* Dyn. *in reg. possessor. col. 3. n. 40. de reg. iur. in 6.* Cyn. *in l. venditioni. n. 4. C. pro emt.* vbi etiam Bal. *n. 4.* Bellam. *in c. vigilanti. n. 47. de præscript.* Felyn. *in d. c. de quarta. n. 36. in §. limit. & d. tit.* Balb. *in repet. d. l. Celsus. n. 26.* & sentit Rota *decis. 3. de præscript. in nouis*, & Ægid. *decisi. 704. n. 1.* vbi quòd titulus errore facti fulcitus dat iustam causam præscribendi, vltra quod cùm multum Doctores hincinde scripsissent, error iuris erat valde dubius, qui æquiparatur errori facti, & præbet iustum titulum ad præscribendum, Doctores in locis præcitatis, & præsertim Felyn. *in d. c. de quarta, n. 27.* Capic. *decis. 10. n. 20.* Com. *in d. c. possessor. par. 2. §. 7. n. 9. vers. tertia conclus. de reg. iur. in 6.* Put. *decis. 117. n. 19. lib. 2.*

4 Neque applicatur quòd petens beneficij restitutioné in spolio debeat ostendere habuisse titulum ab eo qui habet potestatem conferendi, quia hoc procedit ne detur vitiosus ingressus, ad effectum verò vnionis vt dictum est, sufficit titulus inualidus putatiuus, modò si validus esset tribueret ius, glos. fin. *in cap. si diligenter. de præscript.* & quòd sufficiat etiam titulus habitus ab eo qui non habet potestatem vniendi, modò iusto errore sit caussatus, dicit in specie Philipp. de Perus. *loco præcitato. n. 14.* & facit quod tradit Abb. *in d. cap. si diligenter. n. 33. circa finem. de præscript.* vbi quòd sufficit titulus habitus ab eo, qui putabatur dominus, & Felyn. *in d. c. de quarta. n. 24. vers. vnde dicit Bar. eod. tit. de præscript.* vbi de eo qui emit à falso procuratore, & quod generaliter notat idem Abb. *in c. cum venissent. n. 8. per illum text. de instit.* vbi dicit, quòd non oportet constare de qualitate tituli, quem sequitur Capic. *decis. 189. n. 10.* quia titulus non est discutiendus, cùm non requiratur, quòd fuerit validus, gl. *in d. c. 1. in verbo, caussam, de præscript. in 6.*

5 Neque officit quòd error cessauit post Concilium Constantiense de anno 1414. quo mediante Principes se retraxerunt ab obedientia Benedicti Antipapæ priùs Anticardinalis Clementis, qui in dicto Concilio fuit depositus, quia neque hoc Concilium, ad effectum de quo agitur, potuit tollere errorem, & causare malam fidem, quia de gestis à Clemente nihil fuit actum, immo fuerunt admissa gesta à Benedicto vsque ad primam requisitionem, vt *in sess. 20. col. 2. fol. mihi 247. tom. 4.* Vnde cùm ille fuerit successor Clementis in Schismate, potuit aliquo modo credi, quòd gesta per Clementem tenerent, & quòd plus est *in sess. 43. in cap. de vnione*, dicitur, quòd ad petitionem illorum quorum interest, reuocabuntur iustitia mediante vniones ab obitu Gregorij XI. nisi rationabilibus de caussis fuerint factæ. vnde cùm etiam post dictum Concilium, Monachi remanserint in possessione, & à nemine fuerint molestati, verisimiliter potuerunt credere vnionem factam per Clementem sustineri stantibus omnibus supradictis.

6 Neque obstat decisio in caussa Tullen. prioratus 21. Maij 1583. coram Illustrissimo Seraphino, quia dictum fuit concessionem exemtionis factam per Clementem non suffragari, quia in dicto Concilio Constantien. *d. sess. 43. tit. de exemtion.* fuerunt reuocatæ omnes emtiones concessæ post obitum Gregorij XI. nec ibi agebatur ad effectum præscriptionis, sed vt titulus emtionis per se suffragaretur.

REVER. DOM. SACRATI.

Bracharen. parochialis de Basto. 15. Decembris. 1606.

ARGVMENTVM.

Integra non transportatio actorum annullat processũ, & an assertioni Notarij actuarij super productione iurium sit standum in iudicialibus, & in ciuilibus an falsitatis vehemẽs suspicio habeatur pro falsitate.

SVMMARIVM.

Notarij actuarij assertioni in iudicialibus statur, num. 1.
Vehemens suspicio falsitatis in ciuilibus æquiparatur ipsi falsitati, n. 2.
Processu deficiente causæ cognitio deficit, & inde conquiescit Iudicis officium, n. 3.

DECISIO CCXXIX.

De non integra transportatione actorũ fuit dictum constare, quia D. Episcopus Fezen. produxit quasdam præsentationes, quæ non reperiuntur in actis. Nec visa fuit subsistere responsio, quòd productio dictorum iurium fuerit verbalis tantùm, quia obiectum tollitur ex verbis Notarij, cuius assertioni in illis iudicialibus statur, glos. *in cap. quoniam, versicul. duos viros, &c.* vbi Butr. Imol. & Anchar. & communiter Scriben. *de probation.* verba Notarij sunt ibi, quibus visis per Archiepiscopum omnia actitare mandauit, in quorum complimentum præinserere eius commissionem, & præsentationé, & ista non integra transportatio actorum comprobatur ex alia attestatione Notarij ibi licentiati Martini, & à me de dictis actis petiti fuerunt termini, decreta, & scripturæ, quæ in illis erant inter alias, quorum transumtum est sequens, ex qua attestatione colligitur, quòd nec omnia acta fuerant per Martinum petita, nec etiam omnia transumtata. 1

Quantum ad secundam partem dubij, nempe an acta sint in forma probanti difficultatem, fecit quòd processus reperitur mutilatus, alteratúsque numerus denotans folia, ac etiam cassata scriptura in corpore, vnde cùm simus in materia ciuili, in qua vehemens suspicio falsitatis æquiparatur ipsi falsitati, vt not. *in l. iubemus. C. de probat.* Anchar. *cons. 173. numer. 8.* Dec. *cons. 448. num. 28.* Cur. Iun. *cons. 166. num. 6.* Crauett. *cons. 28. num. 9.* Ofasch. *decis. 217. in fin.* Clar. *in §. falsum. versicul. trita est conclusio.* Domini non habuerunt formam istius processus pro probando. 2

Quantum ad appositionem sequestri petitam pro parte Martini negatiuè, visa fuit resultare ex prædictis, quia si deficit processus deficit caussæ cognitio, & inde conquiescere debet Iudicis officium, ex latissimè cumulatis per Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, numer. 12. cum pluribus seqq. de constit.* maximè beneficialibus stante dispositione sacri Concilij Tridentini, *sess. 24. c. 20. versicul. præterea, &c.* 3

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Narnien. Confinium. 18. Decembris 1606

ARGVMENTVM.

Testes de Vniuersitate non probant pro Vniuersitate, quando tractatur de pascuis, & de interesse singulorum.

SVMMARIVM.

Testes vniuersitatis licèt regulariter non repellantur, repelluntur tamen, quando habent interesse in caussa, numer. 1.
Testes Vniuersitatis non probant pro Vniuersitate, quando agitur de pascuis propter interesse singulorum, n. 2. Declara quando pascua venduntur, & pretium reponitur in arca communi, n. 4. & 5.

DECISIO CCXXX.

Visum fuit Dominis testes Cõmunitatis Narniæ in Rota examinatos non esse idoneos testes, quia omnes 1

omnes sunt de Vniuersitate, qui licèt regulariter non repellantur, *c. insuper. de testibus*, vbi Abb. & Felyn. *n. 2.* tamen regula non procedit, quando habent interesse. Lanfranc. *de testib. n. 73.* Osasch. qui alios refert *decis. 99. n. 39.* Menoch. *de arbitr. cas. 106. n. 13. lib. 2.* Chissan. *decis. 189.*

2 Hoc autem interesse satis probatur, ex quo testes iuxta 60. interrogatoriũ deponũt, quòd à mense Aprilis, vsque ad mensem Septembris pascere possunt in loco controuerso eorum propria animalia; clarum est enim, quòd quando agitur de pascuis propter interesse singulorum, testes Vniuersitatis non sunt idonei, Ang. *in l. omnibus, n. 2. vers. aut respicit singulos. C. de testib.* vbi Castren. *n. 2. versic. & per prædicta patet.* Lanfranc. *in loco præcitato, n. 73.* quod de communi Osasch. & Menoch. *in locis præallegatis*, Afflict. *decis. 400. post n. 5.* Couar. *pract. quæst. c. 18. n. 4. vers. 4. iudices*, Rol. qui de communi *cons. 73. n. 13. & seq. lib. 2.*

3 Nec facit, quòd hîc agitur super finibus, non super pascuis, nec ex victoria finium resultat victoria pascuorum, cùm Communitas Narniæ possit habere seruitutem in territorio alieno; quia hoc erat motiuum Colliscipponensium, & Rota respondit ad instantiam Narniensium hęc non applicari in hoc casu, quia controuersia super territorio ex eo orta est, quia Narnienses prætendebãt pascua super bonis particularium existentibus in suo territorio, quare ex victoria finium resultat victoria pascuorum, & sic interesse testium, qui prædicto tempore possunt pascere in loco controuerso.

4 Non obstat quòd quando pascua venduntur, & pretium in arca communi reponitur, agitur de interesse Vniuersitatis, non singulorum, Iacob. de S. Georgio, *in l. nullus, n. 8. vers. deinde si esset quæstio, ff. de testib.* quia quoad tempus quo testes possunt pascere sua animalia, hoc non facit Communitas, nec releuat dicere quòd potest facere, quia attendendum est quid faceret de tempore examinis testium, ita vt videatur, quid consistat in animo ipsius testis.

5 Minus obstat, quòd aliqui ex dictis testibus non habeant animalia, quia hoc interesse non consistit simpliciter in ipso actu pascendi, sed iure vel facultate pascendi, & ideo, vt testes non admittantur, sufficit quòd consideretur interesse ex ipso iure pascendi, &c.

REVERENDISSIMI DOMINI LVDOVISII.

Parmen. Status. Mercurij 24. Ianuarij 1607.

ARGVMENTVM.

In hac decisione magistraliter tractatur an & quando testes deponentes super tempore dicantur tempus probare dubitatiuè super eo deponendo.

SVMMARIVM.

Testis deponens se non recordari de tempore non probat, num. 1.

Testis deponens de iudicio suo, dicitur dubitatiuè deponere, & non probat, n. 1.

Testes deponentes per dictionem, in circa, vel per verba plus, & minus, dicuntur dubitatiuè deponere, n. 1.

Dubia probatio etiam respectu temporis probantem non releuat, n. 1. in fine.

Tempus non dubitatiuè, sed præcisè probandum, vbi agitur de reprobando alios testes, n. 2. & n. 4.

Furor est præcisè probandus de tempore actus, quando agitur de inualidando actum, n. 2.

Testis circa tempus deponens de iudicio suo, non potest de falso redargui, n. 3.

Testis de tẽpore dubitatiuè deponens dicitur contestis cũ aliis testibus deponentibus de præciso tempore, n. 3.

Testes deponentes de iudicio suo probant, quando reddunt concludentem rationem per sensum corporis, n. 5. vbi declaratur hæc conclusio.

Testis deponens super ætate alicuius probat etiam quòd non recordetur de anno natiuitatis, n. 6.

DECISIO CCXXXI.

Licèt fuerit bis resolutum dum ageretur de probatione matrimonij inter Bernardinum & Catherinam, Don Baptistam in sua depositione non firmare, nec determinare tempus dicti matrimonij, quia tamen multum vrgebat instantia Dominorum de Rangonibus, & magis rationes in contrarium allegatæ, quæ diligenti egebant discussione, Rota voluit, vt particulariter dubitatem, an Don Baptista probet aliquod tempus matrimonij, & post longam disputationem maior pars Dominorum amplexa est negatiuam sentẽtiam aliàs firmatam rationibus, de quibus in dictis decisionibus, licèt obiter & breuiter deductis, in quam opinionem ex duobus præsuppositis faciliùs descenderunt, quorum alterũ fuit, quia considerabant Don Baptistam dixisse se non recordari de tempore matrimonij, ex quo sequebatur quicquid de eo deposuit, dubitatiuè dixisse. Angel. *cons. 25. numer. 3. in fine.* Alex. *cons. 65. sub numer. 4. versicul. & dicit etiam Angel.* Surd. *cons. 12. numer. 43. in fine*, quod procedit sine difficultate, quia de tempore loquendo nunquam præcisè respondit, sed vsus est verbis hæsitationem pariter & dubitationem, seu incertitudinem denotantibus, Alex. ibi vsus fuit illis verbis, iudicio suo, quæ dubitationem important. Ruyn. *consil. 12. n. 45. lib. 5.* Socin. iun. qui de tempore matrimonij loquitur *cons. 31. sub numer. 31. versicul. & hoc ex eo maximè libr. 2.* cum multis allegatis per informantes, & nihil aliud important, nisi quòd non recordatur. Aretin. *in c. quoties, in fin. de testib.* eandem dubietatem & incertitudinem indicat illa dictio, *in circa*, Ant. de butr. *in c. vltim. in fine. de despons. impub.* Corn. *cons. 173. numer. 4. lib. 3.* prout etiam illa verba, *plus vel minus*, Cæs. de Grass. *decis. 7. numer. 3. de præben.* dubia autem probatio etiam respectu temporis non releuat. Natt. qui alios allegat *cons. 170. n. 9.* 1

Alterum præsuppositum fuit, quòd intentio Rangonorum est elicere probationẽ aliquam ex dicto Dñ Baptistæ, non ad saluandam eius depositionem, sed potiùs ad illam perimendam, & ad conquassandas alias probationes matrimonij, vbi autem agitur ad reprobandum, tempus est præcisè probandum, Caputaquen. *decis. 247. par. 3.* bene facit quòd Card. *cons. 56. numer. 9. & sub num. 18.* tempus furoris ad inualidandum actum deberi ita præcisè & determinatè probari, vt non possit de alio intelligi. 2

Et propterea sufficere si testis dicat (iudicio suo) iste enim testis sic dubitatiuè deponens non potest redargui, quòd falsum dixerit circa tempus, Alex. *cons. 156. num. 12. in fine. lib. 5.* Surd. *cons. 12. numer. 43. in fine*, nec erit contrarius, immo contestis cum aliis testibus si qui aderunt de certo tempore matrimonij deponentibus, Paul. de Castr. *cons. 26. sub numer. 3. versicul. item concludo. libr. 1.* Alex. *d. cons. 156. numer. 11. & 12. & 185. numer. 31. in fine, & seqq.* Aym. *cons. 78. sub num. 9. versicul. amplius si vnus testis*, Afflict. *decis. 178. numer. 8.* & quod dicitur de testibus, dicendum est de alio genere probationis designante certum tempus matrimonij. 3

His præsuppositis firmatis resultat responsio ad cõtraria. Nam ad doctrinam Bart. *in l. quod tamen. §. si arbitr.* in qua est potissimum fundamentum DD. de Rangonibus, dictum fuit Bart. loqui ad saluan. testem, dicit enim ex hoc dictum eius non vitiari, & propterea non applicari ad casum nostrum, in quo agitur ad reprobandum, vt in secundo præsupposito, dicebant etiam Domini Bart. esse intelligendum quoad probationem facti, non autem quoad probandum tempus determinatum, & ista videtur eius intentio, alioquin eius dictum esset multum periculosum, Aret. *in cap. quoties. numer. 24. & seq. de testibus.* quem sequitur Felyn. *ibi numer. 12. vers. sed hoc dictum, & in c. de cætero. numer. 2. in fine, de homicid.* Card. *d. cons. 56. sub n. 10. & 18.* 4

5 Et licèt multi adducantur sequaces, Bart. tamen sequi videntur in eo, quòd iudicium iunctum cum sensu corporis admittatur, sed census debet esse correspondens & proportionatus, Bald. *in l. si clam, sub n. 10.* vbi etiam Salyc. *ad fin. C. de testibus*, Paul. de Castr. *in l. testium, post n. 6. eod. tit.* Rom. *in l. 1. n. 12. circa med. vers. & ratio, ff. si cert. petat.* nil autem commune habere videtur recordatio temporis, & tempus cum visu, sed sensus proprius, & principaliter in tempore est memoria, Bald. *in l. de quibus. n. 129. in fine ff. de leg.* quæ cùm in casu nostro cesset, quia testis dixit non recordari, non erit verum quòd iudicium sit vnitum cum sensu, sed potiùs separatum; & propterea cessabit fundamentum doctrinæ Bart. rursus Bart. loquitur quando testis solùm vsus est verbo *videtur*, sed Don Baptista vltra verba illa, *iudicio suo*, quæ æquipollent verbo, *videtur*, addit alia denotantia incertitudinem.

6 Non obstat alia doctrina *in l. de ætat. ff. de min.* quia Bar. loquitur ad effectum saluandi testem à contrarietate. Item loquitur de eo, qui dixit vidisse aliquem nasci, & quod dicto tempore non concurrunt 14. ann. quo casu non est facienda vis, si ignoret annum natiuitatis, quia scientia seu recordatio anni non est de substantia sui dicti, pro cuius veritate sufficit quòd natus sit a decimoquarto anno infrà, & in tanta latitudine bene stant ista simul, quòd sciat natum non perfecisse annum 14 & quòd non recordetur, aut ignoret annum natiuitatis, Alex. *cons. 149. lib. 5.* vt patet *num. 2.* loquitur ad effectum vt non vitietur probatio, & non loquitur quando testis dixit non recordari de tempore & quando vtitur dictionibus denotantibus incertitudinem, & dubietatem, quibus concurrentibus tenuit contrarium in suprà allegato *cons. 65. n. 4. libr. 2.* immo *in d. cons. 149.* repellit testem deponentem de tempore cum dictione, *in circa*, Curt. *cons. 71. lib. 3.* loquitur in prædicamento quantitatis, quæ cadit sub sensu visus. Bal. *in l. de quibus. n. 127. ff. de leg.* & in casu, in quo census non erat exclusus, sed vnitus cum iudicio intellectus.

7 Non obstat, quòd Don Baptista dicat de eo tempore fuisse 33 ætatis suæ anno, quia non dicit determinatè, sed cum dictione, *in circa*, & si non recordabatur de quo tempore fuit matrimonium celebratum, non poterat scire, in qua ætate tunc fuisset constitutus, prout à conuerso scimuisset pariter tempus matrimonij adminicula, quæ adducuntur, quando possunt deseruire pro veritate temporis, non tamen sunt indicia, quòd Baptista recordaretur, & quòd intellexerit magis de vno, quàm de alio tempore, &c.

IVSTI.

Maceraten. Hæreditatis.
Lunæ 39. Ianuarij 1607.

ARGVMENTVM.

Testamenta duo à Notario stipulata, quorum vnum ex voluntate testatoris remanet apud hæredem, aliud verò in aliquo Monasterio si sint diuersa, quodnam attendendum sit.

SVMMARIVM.

Scriptura originalis dicitur illa, quæ primo loco scripta fuit, num. 1. vbi etiam ex quibus probetur scripturam primo loco scriptam fuisse.

Testamentum non confectum manu Notarij, nec apparente alio protocollo, an validum sit, n. 2.

Scriptura originalis reputatur illa, quæ est confecta manu Notarij, declara, vt n. 3.

DECISIO CCXXXII.

1 MAtthæus Vicus testator mandauit Notario vt sui testamenti faceret duas scripturas originales, iuxta dispositionem tex. *in l. Sempronius. 48. ff. de legat. 2.* quarum vna remaneret penes ipsius testatoris hæredes, altera verò seruaretur in domo seu Conuentu sancti Francisci, quæ hodie reperiuntur, & fuerunt exhibitæ, inter quas adest differentia in vno verbo, propter quod necessarium fuit hoc dubium disputare: nam in vna sic legitur, *deficiente linea masculina vult quod succedant fæminæ descendentes ex ipso, & linea masculina, siue fæminina*, in alia verò legitur, *siue fæminina*, vnde licèt primò coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, tunc Rotæ Auditore fuerit approbata prima lectura in hac eadem causa sub die 20. Februarij 1598. & postea coram me 19. Nouembris 1601. fuerit dictum illam habendam esse pro prima scriptura quæ est manu filij testatoris exarata, vbi sunt apostillæ, quæ sunt positæ in corpore alterius scripturæ; nihilominus hæredes petierunt iterum audiri, & eum informantibus vtriusque partis iterum disputato Domini steterunt in decisis, pro maiori parte moti fuerunt, primò quoniam istæ sunt duæ scripturæ originales, vna manu filij testatoris ita mãdãte patre, altera manu ipsius Notarij, quorum vna sine dubio post alteram confecta fuit, vnde priorem illam iudicandam esse censuerunt, quam scripsit filius testatoris, tanquam facta domi, & magis proxima eius causæ, & origini, pro qua te non deficiunt validæ coniecturæ, ignoratur enim, quòd scriptura Notarij fuerit in manu filij, & est certũ, quòd scriptura filij fuerit in manu Notarij; ergo priori loco facta, & data per manus. Vlterius eadem scriptura filij fuit ab ipsomet testatore vel in totum dictata, quia voluntas est in prima persona testatoris explicata vel in totum lecta, quia ipsam emendauit manu propria, & consequenter notitiam habuerit specificam omnium verborum, scripturæ verò Notarij, quæ iuxta stilum est in tertia persona ipsius Notarij exarata, & translata verisimiliter de persona testatoris ad personam ipsius Notarij, non constat testatorem specificam notitiam habuisse, & ineuitabiliter visa sunt stringere verba Notarij, quæ sequuntur. Ego supradicto testamento interfui, licet sit scriptum manu Hieronymi, tamen in publicatione ipsius à testatore rogatus præsens fui, legi, subscripsi, ac publicaui, &c. Igitur hæc est prima scriptura, quæ dum rogabatur in ipsa stipulatione lecta, idest, recitata fuit, vt *in l. 1. 2. & 3. C. de sent. ex breu. recitan.*

2 Et hæc lectura, vel recitatio in alia non reperitur tanquam non facta in præsentia testatoris, lectura enim Notarij, quæ pro seipso requiritur, absque alia expressione præsumitur stante subscriptione, Alex. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, sub n. 3. versicul. tamen secundum eum*, quando subscripsit, & ibi Ias. *num. 14. circa medium. ff. de verbor. oblig.* Gabr. *de præsumpt. conclus. 3. numer. 29. & seq.* Quibus consonat, quòd ipsemet Notarius in titulatione testamenti dicit: *Scriptum apparet manu Hieronymi eius filij, quod per eum scribi voluit cũ certis additionibus partim manu ipsius testatoris, & partim manu mei Notarij infrascripti.* Et hoc non alia ratione, nisi ad euitandam dubietatem, An testamenti scriptura non confecta manu Notarij, nec apparente alio protocollo sit valida, Felyn. *in c. inter dilectos, col. final. de fid. instr.* cum allegatis per Gabriel. *conclus. 3. num. 37. de præs.* Talis enim fuit voluntas testatoris non dicam Notarij, & consequenter huius scripturæ tanquam altera priori, & magis originali standum, & eius lectura attendenda, vt in aliis decisionibus ostensum fuit.

3 Non obstat quòd originalis reputetur illa scriptura, quæ est manu Notarij confecta, Bart. *in l. si quis ex argentariis §. prætor ait, numer. 2. & 3. ff. de eden.* Natt. *cons. 146. numer. 6.* cum aliis allegatis; quoniam in hoc casu non dicitur non esse originalem, quæ est manu Notarij conscripta, sed quod constat ex præmissis priorem fuisse scripturam Hieronymi filij ex viua voce testatoris, non vtique vt altera sit veluti transumptum à protocollo, sed vt sint duo instrumenta originalia, inter quæ necessariũ est dare prius, & posterius, ex doctrina Bart. *in d. l. Sempronius*, quem sequitur Bald. *in l. nostram, n. 4. C. de testam.* Boër. *decis. 152. num. 8.* vbi constat coniecturis determinandum esse in lecturis diuersis, quænam seruanda sit. Vltra quod

ceissat opposítio, quia non versamur in comparatione protocolli Notarij cum exemplo transumpto ex protocollo, quod stare solet penes Notarium secundùm terminos DD. qui allegantur ex aduerso, sed in duobus testamentis originalibus, quicquid sit de protocollo, quorum vnum testator voluit esse penes hæredes, alterum in Conuentu S. Francisci, qui termini sunt valde diuersi, & recurrendum est ad coniecturas, *d. l. Sempronius*, & ibi Bart. *ff. de leg. 2.* & ex hac diuersitate terminorum cessant alia omnia, quæ in contrarium adducuntur. Vnde conclusum fuit standum esse in decisis.

REVERENDISS. D. ATTREBATEN.

Bononien. Liberationis à Fideiussione, Veneris 9. Februarij 1607.

ARGVMENTVM.

Error Notarij probatur præsumtionibus, & cōiecturis, & in dubio potius pręsumitur error, quàm dolus, non tamen creditur Notario asserenti se errasse, nec potest Notarius sine Iudicis auctoritate errorem corrigere.

SVMMARIVM.

Error Notarij probatur præsumtionibus, & coniecturis, num 1.

Error Notarij potius præsumitur quàm dolus, n. 1.

Libro originali, & matrici potius standum est, quàm alteri scripturæ, num 2.

Notario erranti in committendo standum non est ipsius depositioni nisi alià de errore doceatur, num. 3.

Notarius non potest errorem suum emendare, nisi auctoritate iudicis, n. 3.

Citatio fieri non potest in die Dominico, num. 4. declara vt n. 5. & 6.

DECISIO CCXXXIII.

1 DIe 12. Iunij proximè præteriti fuit in causa hac resolutum sententiam de qua agitur esse confirmandam nisi obstaret nullitas propter defectum citationis, propterea quòd dicitur lata 17. Decembris, & eadem die fuit facta citatio domi dimissa copia. Verùm Domini arbitrati sunt ex deductis satis ostendi errorem ad effectum, vt sit locus correctioni: nam ad probandum errorem sufficiunt præsumtiones, & coniecturæ, *l. cùm proponebatur, ff. de legat. 2.* Calder. *cons. 1. de fid. instrum.* Socin. *cons. 94. numer. 8. libr. 1.* Et potius præsumitur error, quàm dolus Notarij, *l. quoties, §. 1. ff. de hæred. instit.* Hîc autem concurrunt multæ præsumtiones. Prima, quia dies 17. non erat iuridica, & sic non est existimandum sententiam fuisse latam tali die contra stilum ciuitatis Bononiensis, in qua sententiæ semper feruntur ad Banchum.

2 Secunda, quia in originali sententia à tergo sunt annotata hæc verba, lecta lata 19. Decembris 1605. Vnde manifestè conuincitur, quòd sententia non potuit cadere sub die 17. de quo necnon de altero errore circa relationem citationis pariter constat ex oculari inspectione libri nuncupati Vacchetta relationū, in quo dietim describuntur & annotantur relationes citationum, & intimationum, in quo habentur hæc verba, sub die 19. Decēbris 1605. D. Franciscus Pasqualinus heri domi ad sententiam per Bartholutium, & Iulium Franciscum, qui liber cùm sit originalis, & matrix illi potiùs standum est, vt not. *l. si librarius ff. de reg. iur.* Bal. *in l. Imperator num. 27. ff. de stat. hom. l. illicitas § veritas. ff. de offic. præsid. l. errore C. de testam. l. 2. C. de errore Aduocat. l. 1. C. plus valere, quod agitur.* Fuit dictum in vna Romana societatis officij 16. Iunij 1595. coram bon. mem. Orano.

3 Cùmque d. liber originalis reperiatur in dicta ciuitate Bononiensi, ideo Domini censuerunt delegandum esse Iudici statuti eiusdem ciuitatis, qui examinet super errore, & informationem capiat, eàque huc ad Rotam remittat: nam ex quo Notarius errauit in committendo, scilicet in apponendo vnum diem pro alio, non est simpliciter standum ipsius depositioni, nisi aliàs doceatur de errore, sed emendatio fieri debet autoritate iudicis, Felyn. *in c. litteris, n. 6. de fid. instr.* Bart. *d. cons. 208. n. 4.* maximè postquam copia data fuit partibus, Dec. *in d. ... si librarius, n. 7. versic. secus si fuit* Bart. *d. consi. 28. in fin.*

4 Verùm remansit difficultas, quòd exequutio citationis secundùm istam suppositionem incidit in diem 18. qui erat dies Dominicus, quo fieri prohibetur, *l. final. C. de feriis*, Bald. *in l. cum clericis, num. 3. C. de episc. & cleric.* cuius doctrinam refert & sequitur, & dicit communem & veram, Lanfranc. *in tractat. de citat. num. 18.* & Vant. *de nullitat. senten. ex defect. citat. num. 46.*

5 Non obstat decisio prima de feriis in nouis, quam sequitur Cassad. *decis. 5. de dol. & contum.* & in qua traditur quòd exequutio citationis siue ad personam, siue ad domum fieri possit die feriato cùm sit facti, & non fiat per Iudicem, nec cum causæ cognitione, sed per Nuncium, loquuntur enim de tempore vacantiarum Paschatum generalium, aut aliarum vacationum, quibus audientia quiescit, vt patet ex tenore istarum decisionum, & ex illatione quauis. Cassad. facit in fine, dum dicit: Vnde citatio potest decerni, vel exequi tempore feriato ob necessitatem hominum, & ita decisiones intelliguntur, Vant. *vbi suprà ante num. 47.*

6 Non obstat stilus ciuitatis Bononiensis exequendi citationes diebus Dominicis & festiuis in honorem Dei, quia huiusmodi stilus non probatur, cùm fides de eo data non faciat fidem.

RERENDISSIMI D. MARCHO-MONTII.

Albinganen. Confidentiæ. Lunæ 6. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

Confidentia quæ dicatur, quomodo probetur, & illius pœna contra quos locum habeat, & an Ordinarius possit reseruare pensiones ex causa super beneficiis.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Auditoris Confidentiarum cessat vbi nulla fuit contracta confidentia, num. 1.

Simonia punibilis non committitur absque pacto, & conditione, num. 2.

Confidentia quæ est crimen Simoniæ conuentionalis quæcunque sine pacto & conditione non committitur, num. 2.

Simonia punibilis non cadit in ignorantiam, num. 2.

Constitutio Pij V. super confidentiis locum habet contra negocium confidentiæ tractantes, non autem contra tertium qui illud crimen non commisit, n. 3.

Procuratori non censetur data facultas faciendi actum per quem Dominus incideret in crimen. num. 4.

Confidentia non committitur quando quis fratri, vel consanguineo dignis personis confidit beneficium, aut pensionem conferri debere legitima auctoritate, num. 5.

argamento inducendum tale crimen, & ad effectum pœnæ imponendæ, cùm & si ciuiliter de eo ageretur, tamen requireretur plena probatio. Abb. *in c. veniens, il primo, num. 4. de test.* post glos. ibi, quam communiter esse approbatam, teste Alex. *cons. 2. n. 41. tom. 1.*

10 Denique ex prædictis forsan dici indebitè facta petitio vel solutio, sed non sequitur quòd contracta fuerit confidentia aut simoniæ labes cum illa, ex his quæ postea sequuntur absque præcedenti pactione non probetur, *cap. Aitaldus*, ibi, *antequam eligeretur. 8. q. 3.* glos. *in c. quam piè. vers. postmodum. 1. q. 2.* glos. & Doct. *in c. iu. nos. de simon.* fuit dictum in causa Calagutitana Confidentiæ Veneris 25. Iunij 1593. coram Illustrissimo Pamphilio.

Itaque vna tantùm parte informante fuit conclusum sententiam esse reuocandam.

MANZANEDI.

Anagnina Vsurarum. Mercurij 14. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

Contractus societatis quo quis ponit præcodium concorditer æstimatum cum pacto quòd capitale integrum remaneat, & quolibet anno pecora mortua debeant de illius anni fœtibus resarciri, an sapiat vsurariam prauitatem.

SVMMARIVM.

Emtio & venditio censetur si præcodium tradatur æstimatum, n. 1.

Pecora æstimata tradens censetur pastori medietatem vendere, & de illius pretio fidem facere, quo casu dominium pro illa parte transfertur in pastorem, & quilibet pro sua medietate periculum subit, n. 1.

Pactum quòd pecora mortua de fœtibus communibus resarciantur, non est vsurarium, eod. n. 1.

Damnum commune de re communi resarciri debet, eod. num. 1.

Dispositio quæ de grossis animalibus statuit ex identitate rationis de minutis etiam intelligi debet, n. 2.

Societas in qua pastor solam industriam ponit sustinetur, num. 3.

Pactum in societate appositum quod quolibet anno pecora præcodij mortua de ipsius præcodij fœtibus resarciri debeant valet, n. 3.

Pactum quòd pastor teneatur pecora interitura ex fœtibus pro sua parte tangentibus reintegrari non valet, sed si de communibus fœtibus valet, n. 1.

Contractus societatis pecorum cum pacto quòd fœtus omnes ipsorum ad me spectent vsque quo sim de meo capitali reintegratus, & pecora postea sint communia non est vsurarius, n. 4.

Vsura non datur sine mutuo, n. 4.

Pactum quòd pecora peritura quolibet anno de fœtibus illius anni resarciantur non inducit quòd capitale saluum conseruetur, d. n. 4. in fin.

Pœna Constitutionis Sixti Quinti super contractibus caput saluum non habet locum vbi in eis apponatur clausula quòd partes remittunt se ad illam constitutionem, & quòd societas iuxta illius formam intelligatur contracta, & non aliàs, quod etiam in contractibus censualibus locum sibi vindicat, n. 5.

DECISIO CCXXXV.

De anno 1591. fuit ad quinquennium inita societas inter Iulium de Prosperis de Carpineto ex vna, & Io. Campagnam, & Fabritium Ferrarium ex alia, in qua Iulius quoddam præcodium ouium apposuit concorditer æstimatum ad scuta 1020. tali pacto quòd fœtus ex præcodio prouenientes pro dimidia quolibet anno diuiderentur, quòd si totum præcodium cum lucro vendi contigerit, lucrum æqualiter diuideretur, & capitale integrum Iulius haberet, item cũ pacto quòd quolibet anno pecora præcodij mortua deberent de fœtibus illius anni resarciri, ex quo vltimo pacto oritur dub. an huiusmodi contractus fuerit illicitus, & prohibitus, & an sententia de partibus illum tanquam illicitum damnans veniat confirmanda vel infirmanda, & causa in Rota per me proposità Iulio tantùm informante DD. censuere istum contractum non vsurarium sed licitum esse, & per consequens prædictã sententiã esse reuocãdã.

1 Quia præcodium fuit Ioanni, & Fabritio traditum æstimatum, quo casu censetur emtio, & venditio, arg. *l. æstimata. ff. sol. matr. l. plerumque. §. si ante matrimonium. ff. de iur. dot.* & in terminis nostri casus trad. Ang. de Perigl. *in tract. de societat. par. 2. num. 19. vers. quinto casu*, & Bald. *in l. si pascenda. C. de pact.* vbi Corn. Castr. & Dec. *num. 16.* & Alex. *in fin. trad.* Ambr. de Vignat. *in tract. de vsur. cap. salubriter, ante num. 189.* Quo casu isti Doctores considerant, quòd qui tradit pecora æstimata censeatur medietatem animalium pastori vendere, & de pretio illius medietatis illi fidem facere, & tunc dominium pro medietate vendita transfertur in pastorem, & periculum vterque pro medietate subibit. per reg. tex. *in l. pignus. C. de pign.* & in term. nostris est text. expressus *in l. cum duobus. §. damn. 1. ff. pro soc.* vbi Doct. & trad. Bald. & Paul. *in d. l. si pascenda*, vbi Ias. *num. 2.* & Dec. *d. num. 16.* & Corn. *num. 4. & 5.* Vignat. vbi suprà, vnde infertur, quòd cùm dominium medietatis huius præcodij spectaret ad Ioannem & Fabritium, fuit licitum pacisci quòd pecora mortua de fœtibus communibus resarcirentur. Æquum enim est quòd cùm damnum resarciendum esset commune, deberet itidem ex fœtibus communibus resarciri.

2 Quibus nõ obstat quod in eodem contractu dicitur, nempe quòd si totum præcodium cum lucro vendi contigerit, æqualiter lucrum diuideretur, & Iulius haberet suũ capitale, quia non ex eo sequitur medietatẽ præcodij ex æstimatione à principio Ioanni & Fabritio venditam non fuisse: nam cùm de pretio illius medietatis fuisset habita fides à Iulio, voluerunt partes, quòd casu quo præcodium venderetur cum lucro, quòd lucrum diuideretur, & quòd Iulius haberet totius præcodij æstimationem: medietatẽ namque pro suo capitali, medietatem verò pro pretio, quo medietas præcodij Ioanni & Fabritio æstimata, & sic vendita fuerat. Nec etiã obstat quòd aliqui ex supradictis Doctoribus velint quæ dicũtur de pecoribus datis æstimatis intelligere de animalibus grossis, prout sunt boues, &c. quia ex identitate rationis idem est dicendum de animalibus minutis, vt bene not. Angel. de Perigl. vbi suprà *n. 14. circ. fin.*

3 Vlterius quia etsi prædicta æstimatio non præcessisset, & dominiũ totius præcodij penès Iulium remansisset, & per consequens omne periculum ad ipsum spectasset, ex supradict. & Io. & Fabritius tantummodo in ista societate suã industriã posuissent, prout ista modo societas contrahi valet, iuxta text. *in l. 1. & in l. societas. ff. pro soc.* trad. Iustin. *in §. de illa. Instit. eod.* Corrad. *de contract. quæst. 88. conclus. 6. versiculo & quòd si societas*, & Sot. *de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 1.* etiam isto casu prædictum pactum fuisset licitum, cùm oues perituræ non venirent reintegrandæ ex bonis ipsius Ioannis & Fabritij, sed ex fœtibus ipsis competentibus: potuit namque in pactum deduci vt Ioannes & Fabritius pro dimidia lucri concurrerent ad conseruationẽ capitalis Iulij, iuxta doctr. Corrad. vbi suprà *q. 92. n. 4. cas.* vbi distinguit quòd aut Ioãnes & Fabritius tenerẽtur ex pacto oues perituras ex fœtib.

tamen

tantùm in sua parte illis tangentibus resarcire, & tunc pactum esset illicitum; aut verò ad prædictam reintegrationem tenerentur de fœtibus tam ipsis quàm Iulio communibus, & tunc pactum erit licitum, quia in illo neuter grauat alterum plus iusto, cùm non Ioannes, & Fabritius tantùm, sed etiam Iulius ad istam redintegrationem contribuant.

4 Et in fortioribus terminis facit quod not. Laur. de Rodul. *in tract. de vsur. q. 22. cap. 2.* & Diuus Antonin. *eod. tract. comment. §. 5. 1. num.* 14. nempe valere contractum societatis quo quis dat alicui pecora cum pacto quòd fœtus omnes ipsorum integrè ad ipsum spectent vsque quo sit reintegratus de toto suo capitali, & postea pecora sint communia, quem contractum dicunt suprà relat. Doct. non esse vsurarium, & reddunt rationem, quia in isto pacto quamuis capitale reintegratur de fœtibus gregis, nō tamen de spectantibus ad pastorem conferenti in societate suam industriam, sed omnino de spectantibus ex conuentione ad illum, qui contulit gregem in societate, taliter quòd si pereat grex antequam de fœtibus sit satisfactus, nihil Dominus gregis vult habere à socio, & sic non dicitur tradidisse illi gregem immortalem, nec per modum mutui cum vsuris, vt declar. Corrad. vbi suprà *dicto tract. 3.* ex quibus infertur quòd si sumus in casu quo medietas praedij propter æstimationem non fuit vendita Ioanni & Fabritio, nec illius dominium fuit in ipsos translatum, sed totum remansit penes Iulium, quod etiā isto casu cùm Ioannes & Fabritius ex pacto de quo in præsenti nō teneantur ad redintegrationem ouium quæ periissent ex suo proprio, sed ex fœtibus communibus, nec si casu omnes oues periissent, ita quòd non essent fœtus ex quibus redintegrarentur nō periissent periculo Ioannis & Fabritij, nec illi ad aliquid tenerentur ex supradictis. Sequitur pactum esse licitum, nec aliqualiter posse reduci ad mutuum sine quo non potest dari vsura, est tex. *in c. consuluit. de vsur.* Archid. *in c. 1. 14. q. 3.* Abb. *in c. nauiganti, n. 6. eod. tit.* & ex eadem ratione colligitur ex isto pacto non posse dici capitale saluum conseruari, cùm si in totum periissent periculo solius Iulij tantùm periissent, ex supradictis.

5 Et vtcumque sit, Iulius excusatur à pœna Constitutionis fel. record. Sixti V. super contractibus ad caput saluum, ex clausula in fine contractus apposita, in qua partes se referunt, & remittunt ad istam constitutionem, & quòd ista societas iuxta illam intelligatur facta, & non aliàs, aliter, nec alio modo, prout de simili causa expressā in constitutione Census tenuit Rota in vna Foroliuien. Census 13. Nouembris 1589. coram bon. mem. Orano. & fuit dictum in alia Beneuētana Census 29. Martij 1593. coram Illustrissimo Pamphilio quæ fuit confirmata 3. Decembris 1595. coram Illustrissimo Mantica, & ad idem faciunt trad. à Bart. *in l. non solùm, §. morte, n. 24.* & ibi Alex. *n. 13. & 14. ff. de op. nou. nunc.* & Gabr. *conf. 147. num. 8. lib. 2.* ex ista namque clausula arguitur præcisa contrahentium intentio non contrauenendi prædictam constitutionem quin iuxta illam contrahendi, arg. text. *in l. non aliter, ff. de leg. 3.*

PENIÆ.

Conchen. Archipresbyteratus de Buendia.
Veneris 23. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

Clericus propter homicidium non priuatur beneficiis ipso iure, & ideo antequam priuetur per sententiam etiam accusatione pendente potest beneficia resignare.

SVMMARIVM.

Clerici homicidæ propter homicidium non priuantur beneficiis ipso iure, num. 1.

Clericus homicida accusatione pendente antequam condemnetur potest beneficia renunciare, num. 2. & 3.

Vbi propterea quòd prouisio horum beneficiorum facta ante condemnationem vigore resignationis valida est.

DECISIO CCXXXVI.

Anno 1599. Matthæus de Castro Archipresbyter in parochiali Ecclesia de Buendia Andream quemdam, qui sibi iniuriam intulerat, interfecit, & antequam ab Ordinario per sententiam fuisset priuatus, Archipresbyteratum in manibus Romani Pontificis ad fauorem Don Petri de Castro sui fratris resignauit. Interim Ordinarius Conchen. antequam Matthæum condemnasset, & per sententiam priuasset, eundem Archipresbyteratum contulit Alphonso de Couatruuia, super quo instituto iudicio in partibus Nuncius Apostolicus in gradu appellationis sententiam Prouisoris reuocauit, super quo dato, & proposito dubio, Rota censuit sententiam Nuncij confirmandam, quia propter homicidium Clerici non priuantur ipso iure Beneficiis, sed requiritur sententia priuatoria, *c. cum non ab homine*, vbi notant communiter DD. *de iudic. c. cum nostris, de concess. praeben.* Bald. *in l. cùm fratrem, num. 6. C. de his quibus vt indign.* Dec. *conf. 166. incip. Ego Philippus,* Dec. *num. 2.* Felyn. *in c. inquisitionis, num. 3. de accusat.* & alios quos sequitur, & refert Bernard. Diaz *in pract. criminal. canonica c. 88. aliàs 97. in verbo, homicida, num. 2.* Franc. Marc. *decis. Delfinal. 393. incip. quæritur, an homicida, par. 2.* Sarnen. *super reg. de annal. q. 42.* Hieron. Gabr. *conf. 169. incip. existimo, lib. 1.* 1

Et ideo Clericus homicida lite & accusatione pendente antequam condemnetur, & priuetur legitimè potest beneficia renunciare, glos. communiter recepta, *in cap. 2. in verbo, finita, vt lit. pend. lib. 6.* Felyn. *in c. inquisitionis, num. 4. in fin. de accusat.* Sarnen. *d. quæst. 42. num. 3.* 2

Et consequenter prouisio, ex huiusmodi resignatione subsequuta erit valida, Bisignett. *decis. 5. de re iudic.* Sarnen. *d. quæst. 42.* Vnde cùm Matthæus de Castro antequam per sententiam priuaretur ad fauorem D. Petri de Castro Beneficium resignauerit, & resignatio fuerit valida, sententia Nuntij, quæ Prouisoris sententiam reuocauit, fuit valida, & confirmanda. 3

PENIÆ.

Bononien. Bonorum. Veneris 30. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Simulatio non præsumitur vbi non adest causa simulandi, cessantéque causa simulationis, coniecturæ simulationem, non probant, etiam quòd plures sint: simulationis autem coniecturæ, quæ sint, in hac decisione plures enumerantur.

SVMMARIVM.

Simulatio non præsumitur nisi constet de causa simulationis, neque sufficit proponere simulationem, nisi causa simulandi etiam doceatur, & non probata causa simulandi, coniecturæ non sufficiunt, num. 3.

Simulatio præsumitur, quando venditor non obstante venditione remansit in possessione prædij venditi, num. 4. fallit, quando venditor possidet ex alio titulo, num. 5.

Testatoribus assertionibus iuratis super nullitate, & simulatione

mulatione contractus, maximè credendum est, n. 8.

Simulatio maximè præsumitur ex venditione facta inter coniunctas personas, item ex eo, quòd venditor non indigebat pecuniis, item ex aliis coniecturis, de quibus n. 6. & seqq.

Hæres non potest dare de simulatione contractus facti à defuncto, declara, vt n. 9.

Simulatio non excluditur propter clausulam constituti, quando venditor remanet in possessione rei venditæ, & adest causa simulationis, n. 9.

DECISIO CCXXXVII.

1 PRæsupponebatur in facto Iulium de Comitibus dum viueret retinuisse in domo sua Lucretiam de Comitibus matrem Sebastiani de Monterentis; cui ex dispositione testamenti paterni alimenta subministrare tenebatur, ipsa tamen suas dotes confitentes, similiter præsupponebatur inter Iulium, & Sebastianum, & inter Lucretiam, & eundem Sebastianum plures extitisse lites, & anno 1573. Lucretiam vendidisse Iulio tertiam partem cuiusdam prædij de Arconigio pro pretio librarũ 5120. ad quorum computum, prout in instrumento dicebatur, solutæ fuerunt libræ 4416. Residuum verò, nempe libras 706. remissum fuisse Lucretiæ venditrici in recompensam fructuum, quos durante sua vita naturali sibi reseruauerit.

2 Quoniam verò hunc contractum Sebastianus de Monterentis simulatum esse prætendebat, dubitaui an Sebastiano agenti ad bona materna obstarent instrumẽtum venditionis de Arconigio, & transactionis de super initæ. Et Rota vtraque parte informante non obstare censuit, ex eo quòd contractus erat simulatus.

3 Quoniam autem simulario non præsumitur, nisi constet de causa simulandi, Bald. *cons. 389. incip. Quòd dictus contractus, numer. 1. versic. in contrarium, lib. 4.* Crauett. *consil. incip. visō processu causa, numer. 2.* Neque enim sufficit proponere simulationem, nisi causa simulandi etiam doceatur, *l. patronum. ff. de probat.* Anchar. *consil. 427. num. 2.* & est vulgatum consilium Barr. 65. *incip. factum tale, num. 4.* & fuit latè deductum in causa Romana Donationis die 27. Aprilis 1592. in causa Romana Bonorum de Ceulis 29. Aprilis 1595. coram me, & non probata causa simulandi, coniecturæ non sufficiunt, licèt plures adducuntur, vt in prædictis decisionibus latè deductum fuit. Ideo Domini antequam coniecturas ponderarentur, causam simulandi examinantes eam adfuisse dixerunt, videlicet lites ciuiles, quæ inter Lucretiam venditricem, & Sebastianum filium vertebantur, in quibus etiam Iulius emtor, & frater Lucretiæ interuenerat, ita vt Lucretia, vel ad deterrendum filium, vel propter odiũ, quod ex litibus ortum erat, & sic Sebastianus filius bonis maternis priuaretur, vel ad transferendum bona in posteriorem in odium colligantis fecerit instrumentum venditionis, de quo agitur, & licèt de anno 1575. fuerit facta transactio, per quam dicebatur terminatas fuisse lites, tamen in ea quædam fuerant reseruatæ, & signanter lis super prædio Arconigij, vltra quod transactio fuit facta post venditionem, videlicet 24. Ianuarij 1575. quo tempore lites adhuc vigebant.

4 Causa simulandi constituta plures concurrebãt præsumtiones, & coniecturæ numeratæ per informantes, ex quibus Rota vrgentiores putauit esse sequentes. Primã, quando Lucretia non obstante transactione, & venditione vsque ad obitum remansit in possessione prædij, hæc enim coniectura ad inducendam simulationem, potissima esse censetur, *l. siculi, §. super vacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* Bart. *in l. post contractum. ff. de donat.* Afflict. *decis. 40. incip. casus est, numer. 16.* Crauett. *cons. 100. incip. Tit. Seius, numer. 6.* Surd. *decis. 34. incip. ex pluribus coniecturis, numer. 4.*

5 Non obstat dicere Lucretiam remansisse in possessione vigore vsusfructus sibi in venditione reseruati, quia per transactionem cessauit reseruatio vsusfructus, cui Lucretia cessit, & nihilominus post transactionem possedit vsque ad obitum, & hinc etiam fuit responsum ad illud quod dicebatur hanc coniecturam non habere locum, quando venditor possider ex alio titulo, verbi gratia donationis, Roman. *cons. 104. incip. plura sunt quæ allegantur, n. 3.* Quia Lucretia post transactionem nullum habebat titulum possidendi.

Secunda coniectura deducebatur ex eadem transportatione, quæ dicebatur facta sub prætextu litium, ex eo quòd Lucretia fuisset læsa, & tamen inter Lucretiam, & Iulium nullæ aderant lites, imò ipsa remisit vsumfructum, & libras 300. vnde ex hac transactione magis fuerat læsa, & consequenter maior voluntas simulandi colligebatur. 6

Tertia simulandi coniectura prætendebatur ex eo quòd dicebatur in transactione pretium fuisse exbursatum per manus Pauli Rignani publici Mercatoris, & tamen in eius libris diligenter inspectis hæc partita non apparebat notata, cùm tamen in eis appareret computum eiusdem Iulij, & in eius debitum multæ partitæ, præter hanc quæ etiam fuisset apposita, si verè fuisset soluta. 7

Quarta coniectura vrgentissima deducebatur ex duobus assertionibus, & attestationibus factis à Lucretia in testamento, & codicillis, quòd talis cõtractus fuerat nullus, & simulatus, quibus ideo multum fuit deferendum, quia fuerant facta cum iuramento à Lucretia, & morti proxima eas non reuocauit, cùm non sit credendum immemorem salutis æternæ in peccato mortali decedere voluisse, Crauett. *cons. 158. n. 7.* Rot. in Romana extinctionis Census 18. & 20. Maij 1585. Supradictis accedebant aliæ coniecturæ relatæ per informantes, videlicet quòd venditio facta fuerat inter personas coniunctas, nempe inter fratrem, & sororem simul habitantes, quòd mulier tunc non indigebat pecuniis, & ex quo præter alimenta habebat annuam præstationem, & quòd non constaret, in quo fuerit implicatum pretium dicti prædij. 8

Non obstat dicere, quòd Sebastianus hæres Lucretiæ, quæ fuit legataria Iulij, non posset dare de simulatione, quia fuit responsum, quòd quando simulatio deducitur solùm ad effectum nullitatis contractus ex defectu consensus, non autem ad arguendum alicuius fraudem, tunc quilibet interesse habẽs potest dare de simulatione, etiãsi sit hæres simulantis, Bald. *decis. 715. incip. non per hoc solum, num. 5.* & fuit resolutum in causa eiuitatis Castelli bonorum die 29. Maij 1601. coram D. meo Lancellotto. Demum non obstat clausula constituti, quia hæc tunc excludit simulationem, quando non constat de causa simulandi, secus verò quando constat de causa, Crauett. *cons. 156. incip. Iacob. Neyreti, num. 10. versic. non tollitur ex clausula constituti.* Vnde in casu proposito concurrente venditione corruit constitutum tanquam accessorium, quod etiam præsumitur simulatum, & fuit dictum coram me in Romana Bonorum de Ceulis 28. Aprilis 1596. 9

IVSTI.

Maceraten. Hæreditatis. Lunæ 14. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Ex summario elicias Argumentum.

SVMMARIVM.

Testamenti scriptura facta manu testatoris reputatur facta ante scripturam testamenti manu Notarij confectam, num. 1.

Notarij scriptura magis creditur, quàm scriptura manu testatoris, declara vt num. 2.

DECI

DECISIO CCXXXVIII.

1 DOmini ferè omnes steteruot in decisis, & placuerunt coniecturæ, ex quibus colligebatur primam esse testamenti scripturam, quæ erat exarata manu filij testatoris, & ipsius testatoris manu apostillata; addiderunt Domini, quòd in scriptura manu filij aderat quietantia Matthæi patris de omnibus administratis, & sequebantur verba, *ipso Hieronymo præsente*, & acceptante dictam quietationem. Quoniam verò in actu stipulationis eiusdem scripturæ, non erat Hieronymus præsens, Matthæus testator deletis illis verbis, *ipso Hieronymo, &c.* in apostilla marginis manu Notarij posita, fuerunt alia verba, scilicet *dicto Hieronymo licèt absenti, & Notario, vt publica persona acceptanti, & recipienti, & stipulanti, nomine & vice ipsius Hieronymi.* In alia autem scriptura Notarij in corpore erant extensa omnia illa verba scripta manu testatoris *d. Hieronymo licèt absenti, &c.* Signum euidens, quòd prima scriptura erat antè exarata à Hieronymo, & postmodum à patre visa, & correcta, & demum cum ipsa correctione, absente Hieronymo à Notario scripta, & publicata.

2 Non obstat Castren. *in l. publicati, C. de test. am.* vbi magis creditur scripto manu Notarij, quàm manu testatoris, quoniam loquitur in scripto manu testatoris non publicato à Notario in casu nostro scriptum est à filio, apostillarum à testatore, & subscriptum, & publicatum à Notario, & tanto magis in hac sententia steterunt Domini, quia lectura huius scripturæ, quæ dicitur prima, magis congruit voluntati testatoris, qui in illis verbis, deficiente linea masculina, vult quòd succedant fœminæ descendentes ex ipso, & linea masculina, siue fœminina, voluit vocare tantùm agnatas, vt in decisione Cardinalis Pamphilij in hac causa facta die 20. Febr. 1598. & illud verbum, *fœmina*, correspondet verbo, fœminæ precedenti, vt sit sensus, quòd deficiente linea masculina succedant fœminæ, siue fœminæ descendentes ex linea masculina, non autem sic voluit testator commiscere cognatas, & descendentes ex linea fœminina, de quibus loquebatur. Et decisum, &c.

PENIÆ

Neapolitana Illegitimitatis.
Veneris 18. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Quando est timor subornationis testium examinandorum, præsertim in ciuitate Neapolis, remissoria concedenda non est, & quid tunc faciendum.

SVMMARIVM.

Remissoria conceditur, quando concurrunt requisita, videlicet materia & releuantia articulorum, & in qualibet instantia dari potest, n. 1.

Remissoria testium non cõceditur, quando est timor subornationis, n. 3.

Testes ad falsum deponendum, & subornandum in Regno viget consuetudo, num 3. & seqq. vbi propterea quòd isto casu ad Vrbem sunt conducendi, & examinandi saltem tres testes, & secundùm alios duodecim.

Remissoria testium nec etiam conceditur quando est timor calumniæ, n 5.

DECISIO CCXXXIX.

VTraque parte informante Rota dixit concedendam remissoriam, quam petebant D. Marchio della Gioiosa, & litis consortes, quia concurrebant requisita, videlicet materia & releuantia articulorum, Cassad. *decis. 3. de dilat.* & sufficit releuantia vnius, Cassad. *decis. 5. n. 6. de sequestr. possess. & fruct.* & ideo potest dari in qualibet instantia; Vetall. *decis. 68. part. 3.* 1

Releuantia erat clara, cùm omnes articuli tenderent ad probandam malam fidem Ianuarij Caraccioli, & Magdalenæ, qua probata cessabat fundamentum decisionis nuper in hac causa factæ pro legitimitate Lucretiæ deducta ex bona fide vnius ex coniugibus. 2

Cæterùm quia tota ista materia testibus terminabatur, & vehemens erat timor subornationis, tum quia in hac causa pendebat Neapoli processus criminalis super subornationo, & nondum fuerat absolutio subsequuta, tum quia in illis partibus viget praua consuetudo falsorum testium, & vsus subornandi, vt dicit Thom. Gram. *vot. 14. incipien. in causa Regij Fisci, n. 11. & 12.* ideo Domini maiorum vestigiis inhærentes noluerunt præcipitanter remissoriam relaxare, sed cum opportuna prouisione, quod priùs articuli, & interrogatoria exhiberentur hîc in Curia coram Auditore. 3

Et rursus Agentes pro Marchione nominarent, & adducerent ad Curiam ad minus testes bonæ conditionis, & famæ, in quibus non caderet suspicio subornationis, quos coram Auditore examinare facerent, ex quibus Rota iudicabit dicta aliorum, & videbit an alij fuerint subornandi, sicut factum fuisse coram Cappizzucho in causa Romana Dotis, & Castrorum, testatur Vetall. *decis. 70. incipien. remissoria, quando est releuans, part. 3.* & in vna Toletana Matrimonij ob similẽ timorem subornationis, Domini licèt pro maiori parte fuerunt in hac opinione, quòd Agentes pro Marchione in illo casu adducerent ad Curiam ad minus duodecim testes, ex quibus posset haberi aliqua notitia veritatis, vt ea probatione habita, posset deinde dari remissoria, vt testatur Peregrin. Fab. *decis. 212. incip. in causa Toletana Matrimonij, libro 2.* 4

Pro hac autem opinione, quòd quando est timor subornationis, vel calumniæ, testes sint ad Curiam conducendi, in prædicta decisione coram Peregrino fuerunt tunc allegati, Host. *in summa tit. de testib.* & Iacob. de S. Georgio *in l. de die. §. tutor. numero 10. & versiculo nota vlterius,* secundùm Angel. *ff. qui satisdar. cogan.* & Ioan. Andr. *in cap. præsentium. numero 9. versiculo Iudex ergo, de testib. lib. 6.* & ibi Anchar. & Franch. tenent, quòd potest etiam iudex comminari certam pœnam quæ ipso facto incurratur in euentum non probationis, quod etiam firmat, & commendat Alex. *in l. 1. numero 8. versiculo aduerte, istud fallit,* & Ias. *numero 14. & seq. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* & in eadem decisione coram Peregrino fuit responsum ad ea quæ tunc in contrarium allegabantur, videlicet, quòd propter suspicionem calumniæ non sit denegandа remissoria, ex Bald. *in l. 1. numero 52. C. de his qui accusar. non poss.* & ex Afflict. *decis. 351. numero 7.* quia fuit responsum probationem non denegari, sed modum probandi, qui est arbitrarius restringi, vt aliqui testes adducantur ad Curiam, quod facilè præstare poterit Marchio diues, & ex prædictis dixerunt DD. non fuisse dandam remissoriam, nisi cum præfato temperamento. 5

RERENDISSIMI D. MARCHIMONTIS.

Bononien. de ballis. Veneris 8. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Simulatio venditionis an & quando arguatur ex

ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo.

SVMMARIVM.

Simulatio ad hoc vt præsumatur ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo, requiritur probatio modicitatis vsque ad dimidiam iusti pretij, n.1.

Pactum de retrouendendo facit rem venditam minus valere, n.2. licet aly contra, n.3.

Simulatio valde præsumitur ex pacto de retrouendendo non nisi post certum tempus, n.3.

DECISIO CCXL.

1 Domini steterunt in decisis, iterúmque dixerunt non probari simulationem contractus, ad effectum cum illam præsumendi ex pretij modicitate, & pacto de retrouendendo, requiritur probatio modicitatis vsque ad dimidiam iusti pretij, ita præter Doctores in decisione allegatos tradunt Iaf. *conf.* 151. *num.* 3. & *conf.* 154. *n.* 13. Franc.Marc. *decif.* 484. *num.* 15. *par.* 1. Grammat. *decif.* 76. *n.* 15. Aymon. *conf.* 156. *numer.* 8. Corn. *conf.* 347. *libr.* 1. Neuiz. *conf.* 88. *num.* 3. Cæsar de graff. qui dicit omnes ita tenere *decif.* 189. *num.* 37. Honded. qui de communi *conf.* 33. *num.* 62. *lib.* 2.

2 Et in constituenda ista dimidia iusti pretij habenda est ratio pacti de retrouendendo, & diminutionis, quæ propter illud facienda est de vero pretio, nedum in terminis *l.* 2. *C. de rescinden. vendit.* sed etiam in terminis *c. ad nostram. de emt. & vend.* & in simulatione detegenda, Abb. *in cap. aliquibus, numer.* 2. & 3. *de decim.* Socin. *consil.* 248. *ad fin. libr.* 2. Dec. *consil.* 266. *num.* 4. & *consil.* 640. *numer.* 2. & 3. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 58. *C. de pact. inter emt. & vend.* Iaf. *consil.* 151. *n.* 4. *lib.* 4. Gram. *decif.* 138. *n.* 2. & *decif.* 178. *n.* 8. Ruy. *cos.* 66. *n.* 9. *lib.* 4. Ripa *in l.* 1. §. *si hæres. num.* 16. *ad Trebel.* Crot. *conf.* 141. *sub n.* 4. Bero. *conf.* 169. *n.* 13. & *seq. lib.* 1. Curt.iun. *consil.* 218. *n.* 117. Honded. *d.conf.* 33. *num.* 63. Peregr. *d.consil.* 114. *num.* 5.

3 Ideóque non obstat Gabr. *consil.* 74. *libr.* 1. dum vult in terminis *d.c. ad nostram*, nihil minuit de vero pretio propter pactum de retrouendendo, quia manifestè loquitur contra communem DD. sententiam, vltra quod loquitur in pacto de retrouendendo, non ad certum tempus, sed post certum tempus, quod pactum quia per certum tempus adimit redimendi facultatem est valde suspectum, & æquipollet adminiculo, quòd quis solitus sit fœnerari, vt dicit idem Gabriel *d.c.* n. 10. & quando est tale pactum simulatio facilius præsumitur, quàm vbi pactum adest, quòd liceat quandocumque redimere, Honded. *d.conf.* 33.

4 His stantibus eáque applicando huius causæ decisioni in qua agitur de venditionibus duarum possessionum, quarum vna dicta possessio Bonifiorini fuit vendita pretio librarum 1600. Altera dicta possessio de Catolis vendita fuit pretio librarum 1249. non potest constare de modicitate pretij, & per consequens, nec de simulatione, insistendo etiam relationi Nelli Agrimensoris electi pro parte DD. de Rouerellis, possessio Bonifiorini est tornaturarum 191. ideóque pretium, quod illi de Rallis soluerunt, fuit ad rationem librarum 83. in circa pro qualibet tornatura, possessio verò de Catolis est tornaturarũ 189. & pretium fuit ad rationem librarum 60. circumcirca pro qualibet tornatura. Testes autem quibus innititur prætensio Dominorum de Rouerellis deponunt, possessionem Bonifiorini fuisse communis valoris scutorum 50. pro qualibet tornatura, quæ scuta 50. dicuntur constituere libras 200. in districtu Bononiæ, vbi testes examinati fuerunt aliteram autem possessionem de Catolis fuisse cõmunis valoris scutorum 35. quæ faciũt libras 140. omissis igitur omnibus exceptionibus, quæ aduersus istam probationem suppetunt, quarum etiam aliquæ in prima decisione fuerunt deducta, pro nunc sufficit dicere, quòd facta pretij, de quo isti testes deponunt, diminutione propter onus emphyteuticum, & pactum de retrouendendo, de quibus illi testes nullam habuerunt rationem, & eo nomine detractis, etiam secundùm benigniorem sententiam tantummodo duabus sextis verum pretium possessionis de Catolis erit librarum 93. in circa pro qualibet tornatura; & per consequens positis calculis de eo quod solutum fuit, non remanet modicitas iuxta dimidiam iusti pretij, & quidem ea prætensa modicitas eo magis excluditur ex aliis venditionibus bonorum eiusdem qualitatis, & iisdem conditionibus factis pretio librarum 80. & 85. pro qualibet tornatura per ipsummet Comitem Rouerellum qui hodie prætendit suos autores fuisse vel læsos, vel deceptos, demúmque excluditur ex relatione periti per Auditorem Generalem Bononien. deputati ex officio quæ continet verum valorem possessionis Bonifiorini esse librarũ 85. & possessionis de Catolis librarum 70. pro qualibet tornatura, itaque ex his fuit conclusum esse standum in decisis, &c.

Farinac. Decis. lib. 2.

R.P.D. COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Lucana Iurispatronatus.
Veneris 4. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Clerici non dicuntur committere crimen læsæ maiestatis, nec Curiæ seculari tradi possunt, nisi in casibus in hac decisione expressis, in qua aliquid etiam tangitur de confiscatione iurispatronatus.

SVMMARIVM.

Filia fœmina propter crimen læsæ maiestatis à patre cõmissum, non priuantur successione alterius, quàm patris delinquentis, n.1.

Clerici fily, illius qui crimen læsæ maiestatis commisit, non incurrunt pœnas l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. numero 2. & 3.

Fily committentium crimen læsæ maiestatis sunt incapaces quacumque successione ex testamento, vel ab intestato, & perpetuò infames ab omnibus honoribus exclusi, num. 2.

Filia fœmina propter crimen læsæ maiestatis à patre cõmissum, non incurrunt pœnas l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. num. 1.

Clerici iure diuino sunt exemti à iurisdictione laicorum, numer. 3.

Iuspatronatus in casu, quo confiscari nõ potest, transit ad legitimos hæredes & successores, siue ex testamento, siue ab intestato, num. 3. & 4.

Proximior quis præsumitur quando probauit se coniunctum alicui non existente alio, qui se proximiorem prætendat, n. 4.

Iuspatronatus venit in confiscatione bonorum facta à Iudice ecclesiastico, n. 5.

Clericus non dicitur committere crimen læsæ maiestatis, numer. 6. & 8.

Clericus Curiæ seculari tradi non potest, nisi in casibus à iure canonico expressis, n. 7.

Clericus traditur Curiæ seculari in crimine hæresis pro falsificatione literarum Apostolicarum pro crimine insidiarum contra Episcopũ pro incorrigibilitate, pro

P crimine

crimine assassinij, pro nefando, pro celebratione Missarum, & Sacramenti pœnitentiæ administratione ab illis qui non sunt Presbyteri, in aliis autem casibus non. num. 7.

DECISIO CCXLI.

1 ROta censuit sententiam latam per Rempublicam Lucanam super crimine perduellionis contra Bernardinum patrem Lucretiæ ei non nocere, quæ minus possit succedere in iure patronatus, quia etiam quòd sit hæreditarium ipsa non agit de succedendo Bernardino patri, sed Lelio fratri, cui potest succedere: nam excepta successione patris aliis pœnis, *l. quisquis. Cod. ad leg. Iuliam maiest.* filia perduellionis non afficitur, vt per Clarum in *§. læs. maiestatis. num. 10. versic. ha autem pœna*, & expressè quòd possunt aliis succedere, licet non patri, dicit Salycet. *in d. l. quisquis. num. 15.* & incertus autor de crimine læsæ maiestatis *quæst. 5. num. 6.* vbi quòd hæc opinio non habet contradictorem. Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 41. num. 12. & 13.* & videtur de mente aart. *in l. 1. num. 1. in fine. ff. de verbor. signif.*

2 Neque facit, quòd ipse Lelius esset filius Bernardini, & sic propter delictum patris nulla bona habere posse, vel ex alia successione restari, vel intestati accipere, & perpetuò esset infamis, & ab omnibus honoribus exclusus, vt *d. l. quisquis, §. filius verò*, quia hæc pœna *l. quisquis.* non afficiebat ipsum Lelium, qui iam de tempore latæ sententiæ contra patrem erat clericus. Gemin. *in cap. si quis. colum. 3. versi. nec ad clericos*, Archidiac. *ibidem. num. 2.* Turr. Cremat. *num. 7.* Præpositus *num. 5.* Bellamer. *num. 4. in princ. 6. quæst.* 1. Io. de Anan. *in c. vergenti. num. 12. versic. quia lex de hæret.* Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 7. c. 41. num. 11.* Gig. *de crimin. læsæ maiest. tit. de pœn. quas filij incurrunt. quæst. 9. num. 2.* Augusti. Arimin. *in addit. ad Ang. de malef. verbo, & has tradito la tua Patria, n. 12. in fin. versic. sente tamen menti.*

3 Quarum sententia fundatur optima ratione: nam Clerici iure Diuino sunt exempti à iurisdictione laicorum. glos. *in cap. si imperator, in verb. & discuti. 96. distinct.* quam ibi Doctores communiter sequuntur. Rot. *decision. 10. de consuetud. in antiquis.* & propterea cùm d. Lelius Clericus non afficeretur pœnis *d. l. quisquis.* hinc sequitur quòd esset capax successionis, & propterea successerit in iure patronatus, quòd cùm non veniret in confiscatione facta à Principe laico iuxta resolutiones factas, ac nardinus eius pater in eo potuit hæredem habere, per glos. *in l. ea sola. 99. ff. de reg. iur.* & notat ibidem Cagnol. *n. 3.* & singularem dicit aald. *in l. eam quam. num. 19. in fin. C. de fideicomm. Ias. in l. ex facto. §. Iulianus. num. 1. ff. de vulg. & in l. quoties. n. 14. C. quando non pet. part.* Alex. *in l. si quis ante, in fine. de leg. 1.*

4 Nec ad hunc effectum requirebantur, quòd esset scriptus hæres, sed sufficit quòd successio ab intestato ad ipsum spectaret, Lambertin. *de iure patronat. libro 1. part. 2. quæst. 2. princ. num. 3. & seqq.* Et quòd non adessent alia bona in hæreditate, Lambert. *d. loco, num. 25.* & quatenus requireretur aditio non est opus de ea docere, quia cùm tunc detineretur in carceribus facto alterius impediebatur, vnde potuit transmittere etiam ad extraneum, aatt. *in l. venirem, 83. num. 9. & 14. versic. secunda regula, & n. 80. versic. secunda regula. ff. de acquiren. hered.* Et propterea Lucretia potuit ei succedere, cui sufficit ostendere se esse sanguine coniunctam in gradu successibili, etiam non proximiore, cùm nullus alius se proximiorem prætendat, Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 1. n. 5. & 6.* & in his terminis fuit resolutum coram me in causa Tiburtina Cappellaniæ 16. Nouembris 1605.

5 Neque etiam facit, quòd ipse Lelius per Vicarium Lucanum de anno 1597. fuerit iudicatus reus eiusdem criminis læsæ maiestatis humanæ, & priuatus omni officio, & beneficio ecclesiastico, traditúsque curiæ seculari bona confiscata, & applicata curiæ Episcopali, in qua confiscatione facta à Iudice ecclesiastico, venit etiam iuspatronatus, Lambert. *de iur. patronatus, lib. 3. quæst. 8. art. 8. numer. 10.*

Nam præterquam quòd Clericus non dicitur committere crimen læsæ maiestatis in principem laicum cùm non sit eius superior, Henric. Boic. *in c. vergen. numer. 16. de hæretic.* vbi Bellam. *in 14. quæst.* quæ reperitur manuscript. Ancharan. *in c. quis, numer. 3. de pœn. in 6.* Clar. *§. læsæ maiestatis, versicul. hinc infertur*, vbi quòd hæc conclusio de iure est vera, & in *§. fin. quæst. 36. versicul. quæro numquid Clericus*, Barbat. *consil. 22. numer. 3. & seqq. vol. 3.* vbi expressè loquitur de clerico Lucano, *& in c. & si clerici, in princ. numer. 58. de iudic.* Nicol. Boër. *in tractat. de seditio. in verbo, præsupposito etiam, numer. 3. versicul. & sic videtur*, Boss. *tit. de crimin. læsæ maiestat. numer. 86. per tot.* & præsertim *in versicul. omnibus consideratis*, Arnald. Albert. *in repet. cap. quoniam, de hæret. q. 11. numer. 76. & seq.* Roland. *consil. 4. vol. 1.* 6

Fuit etiam firmiter responsum, sententiam tanquam nullam & iniustam non nocere Lucretiæ, & ad effectum quòd dicatur non successisse fratri: nam Episcopus non potest venire ad actualem degradationem Clerici, neque eum tradere curiæ seculari, nisi in casibus à Iure Canonico expressis, videlicet in crimine hæresis, *c. ad abolendam, §. præsenti, de hæret. & c. 1. & super eo, de hæret. in sexto.* pro falsificatione Litterarum Apostolicarum, *c. ad falsariorum, de crimine falsi.* pro crimine insidiarum contra Episcopum, *cap. si qui sacerdotem 11. quæst. 11.* pro incorrigibilitate, *c. cum non ab homine, de iud.* pro crimine assassinij, *cap. 1. de homicidio. lib. 6.* DD. communiter, *d. c. & si clerici, de iud.* Cur. *in prax. §. final. quæst. 36. versicul. fiunt etiam.* Boss. *in prax. tit. de foro competenti, num. 135.* & ex iure nouo pro crimine nefando ex constitutione fel. memoriæ Pij V. & pro celebratione Missarum ab illis qui non sunt presbyteri, & pro crimine præsumentium ministrare Sacramentum pœnitentiæ, cùm non sint presbyteri, ex constitutione felicis recordationis Clementis Octaui. 7

Cùm igitur inter hos casus non sit iste de quo agitur, & communis opinio etiam sit quòd propter conspirationem in Principem laicum Clericus non tradatur curiæ seculari, vt per Boss. *in prax. tit. de foro competent. n. 137.* sententia non modò fuit nulla ex defectu iurisdictionis, verùm etiam iniusta, vnde non nocet Lucretiæ. 8

REVERENDISS. DOM. LVDOVISII.

Hispalen. Matrimonij de Alcala.
Lunæ 18. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum, nullum & inualidum est, etiam propter patris reuerentialem metum. Quomodo autem talis metus incussus dicatur, & ex quibus actibus probetur latè in hac decisione discutitur.

SVMMARIVM.

Metus est difficilis probationis, præsertim quando domi infertur, ideo ad illius probationem domestici admittuntur, signisque & coniecturis probatur, numero 1.

Metus

Metus maximè præsumitur ex qualitate actus, quē quis verisimiliter spontè facturus non erat, & è contra, numer.2.

Metus probatur ex lamentationibus, protestationibus, & conquestionibus, n.3. & 4. & n.20. & n.21. Vbi an sit necesse, quòd huiusmodi protestationes fiāt in actu contractus, & n.29. & 30.

Metus maximè probatur ex qualitate personarum, tam incutientis, quàm patientis metum, num.5. & 16.

Metus ex sola reuerentia iunctis adminiculis censetur probatus, n.5. & 6. Vbi quòd pro adminiculo sufficit terribilitas personæ, & n.7. vbi etiam pro adminiculo considerantur importunæ & continuæ persuasiones, & n.8.

Metus censetur probatus, & inductus ex importunis & continuis persuasionibus factis ab eo, cui debetur reuerentia, n.7. & 8. & 25.

Metus incussio satis præsumitur ex indignatione illius, de cuius incussione agitur, n.9.

Metus sua culpa illatus, metum passo prodesse non debet. Declara vt n.10.

Matrimonium metu contractum nullum & inualidum est, etiam quòd in metum quis sua culpa ceciderit, numer.10.

Metus ex minus iuncta reuerentia personæ satis dicitur probatus, n.11.

Metus iustus dicitur ille qui causatur ex timore maioris partis bonorum, n.11.

Melioramenta facta in maioratu stant sub libera dispositione eius, qui dicta melioramenta fecit, numero 12.

Metus an inducatur ex timore amissionis lucri, num.13. & 14.

Minæ sunt difficilis probationis, n.15.

Metus minor requiritur in muliere, quàm in masculo, num.16.

Metus minor requiritur in minore quàm in maiore, n.16.

Metus minor requiritur in persona timida, quā in persona non timida, n.17.

Nouerca regulariter solet odio habere priuignos, n.18.

Metus incussio, & coactio, maximè arguitur à solito, numer.19.

Metus maximè præsumitur in eo, qui contrahens non erat in sua libertate constitutus, n.21. & seqq. vbi ponuntur exempla, quando quis non dicatur in sua libertate constitutus.

Fraus & metus præsumitur ex magna celeritate actuū, num.27.

Metus præsumitur in contractu facto ianuis clausis, & astantibus famulis armatis, n.28.

Metus arguitur non solum ex præcedentibus, sed etiam ex subsequentibus post contractum, qui metu factus prætenditur, n.30.

Testes deponentes contractum fuisse sine metu initum, non probant stante probatione plurium actuum, ex quibus metus inducitur, n.32.

Testibus deponentibus de metu, magis creditur, quàm deponentibus de spontanea voluntate, n.32.

Testes singulares probant metum, n.33.

DECISIO CCXLII.

1 QVoniam vbi de metu agitur attendi debet inprimis (si adsit) principium meticulosum à quo cætera Farinac. Decis. lib. 2.

subsequuta regulantur, vt admonet Barbat. *cons. 54. colum. 12. in fine. lib. 1.* & post eum Riminal. iun. *cons. 77. post num. 19. inter cons. matrim.* summa ratione DD. statuerunt, vt omnia particulari dubio discuteretur an constet de metu Marchionissæ de Alcala ab initio contracti matrimonij cum Don Philippo de Aragon, & de Guzman, quod vtraque parte informante, omnibus idem sentientibus, fuit affirmatiuè resolutum, pro resolutione autem præmittebatur metum esse difficilis probationis, Paris. *consil. 53. numer. 63. libr. 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 116. numer. 17.* dixit Rota in vna Nicien. Matrimonij 6. Martij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino tam ex parte illum patientia, cùm in eius animo sit reconditus. *l. 1. ff. quod met. caus.* Anchar. *consil. 299. n. 1.* Alciat. *consil. 5. numer. 25. lib. 1.* dicitur. enim metus, quasi mentem tenens, Anton. de Butr. *in c. ad audientiam. numer. 14. in fine. de his quæ vi metusve caus. fi.* quam ex parte inferentis secretò & clam infertur. Alciat. *reg. 3. præs. 7. numer. 3. & consil. 5. n. 9. lib. 1.* Andr. Gail *obseruat. 93. numer. 19. lib. 2.* præsertim quando infertur à parte filiæ secum habitanti, Corn. *consil. 124 numer. 4. lib. 3.* Purpur. *consil. 579. numer. 11. in fine, & numer. seq.* Socin. iun. *consil. 47. sub numer. 33. lib. 3.* & propterea leuiores probationes sufficiunt, Corn. *d. cons. 124. sub numer. 4.* Alban. *cons. 77. numer. 9.* Alciat. & Andr. Gail *vbi suprà*, admittuntur testes domestici, Purpur. *d. consil. 579. numer. 11. in fine, & numer. seq.* & qui aliàs non admitterentur, Alexand. *consil. 156. numer. 15. lib. 5.* & etiam indicia, & conjecturæ, Anchar. *cons. 299. sub numer. 1.* Alexandr. *cons. 88. numer. 6. lib. 3.* Dec. *in l. in omnibus, numer. 7. ff. de reg. iur.* Ruyn. *consil. 121. numer. 12. lib. 4.* Paris. *consil. 60. numer. 21. lib. 4.* Cepoll. *consil. ciuil. 2. numer. 5.* Corn. *d. consil. 124. sub numer. 4.* Socin. iun. *consi. 77. numer. 45. lib. 1.* Purpur. *d. consil. 579. numer. 12.* Grat. qui dicit communem *consil. 38. numer. 25. lib. 2.* fuit dictum in illa Nicien. Matrimonij, & in vna Romana Legatorum 13. Nouembris 1595. coram bon. mem. Orano.

Et multum in eo valet argumentum dictum à verisi- 2 militudinibus. Bald. *cons. 364. sub numer. 5. libr. 3.* Anchar. *d. consil. 299. numer. 3.* Paris. *consil. 139. numer. 21. in fine, & numer. 27. libr. 4.* Riminald. sen. *consil. 15. numer. 18. & seq.* Aym. *consil. 49. numer. 5.* Roland. *consil. 100. numer. 118. lib. 4.* sicuti è contra à verisimili arguitur libertas animi, & quòd spōtè & libenter fiat. Syluest. Aldobrand. *consil. 23. numer. 34.* præsumitur enim metu & coactè fecisse, qui facit actum quem verisimiliter non fecisset, Paris. *cons. 53. numer. 64. libr. 4. & d. consil. 139. numer. 20.* Aym. *d. cons. 49. numer. 4.* Alban. *consi. 77. num. 24.* Roland. *d. consil. 100. 112.* Menoch. *præsumt. 4. num. 13. lib. 3.* sicuti è contra cessat metus præsumtio in actu quem aliàs verisimiliter fuisset facturus, hoc argumento vsi sunt Domini verisimilitudinem deducendo à nimia animi auersione, & repugnantia, quæ erat in Marchionissa nubendi cum Don Philippo, prout in terminis arguit Riminald. iun. *dict. cons. 77. sub num. 24. inter cons. matrim.* post Alex. quem allegat.

Animum autem Marchionissæ alienum & contrariū 3 probat Primò; cedula scripta, subscripta manu ipsius, in qua promittebat nubere Don Francisco de Tuniga, & ad ipsum transmissa, velle enim nubere Don Francisco, erat nolle nubere Don Philippo, argumento *c. gaudemus, de diuort.* Tantò magis, quia vt deponunt secundus, tertius, & quartus testia super 2. articulo bene informati de animo Marchionissæ, non tam fecerat prædictam cedulam, vt nuberet Don Francisco, quàm vt se liberaret à periculo nubendi Don Philippo, quod potest etiā multum verisimile tum quia cedula scripta, & transmissa fuit pēdēte tractatu Matrimonij cū D. Philippo tum quia non apparet, quòd Marchionissa vnquam fuerit conquesta quòd impediretur nubere Don Francisco, cùm tamen continuæ sint lamentationes, quòd inuita cogeretur contrahere cum Don Philippo. De veritate autem cedulæ, & quòd esset scripta manu Marchionissæ dubitari nō potest, cùm de ea deponat primus, secundus, tertius, quartus, & quint. testis super 2. art. quo-

rum aliqui viderunt eam dum scriberetur, aliqui scriptam, & habent bene notum eius manum, aliquibus Marchionissa exposuit se illam scripsisse. Et si non fuisset scripta manu ipsius, non ita fuisset turbatus, & in furorem raptus Marchio pater, quando illi fuit ostensa, nec ita fuisset sollicitus quòd Marchionissa illam negaret, & manum contrafaceret, vt dicunt testes in summario Marchionissæ *n.3.*

4 Nec refert quòd Marchionissa cedulam negauerit, quia, vt dicunt testes, fuit vi & metu compulsa, ad denegandum, prout etiam eodem metu territa nouerca negauit cognoscere, an esset à Marchionissa conscripta, vt ipsa testatur super 2. artic. Secundò, & apertiùs repugnãtiam animi declarant lamentationes, & protestationes continuæ, quibus cum iuramento, & maximis imprecationibus negabat se vnquam nupturã cum Don Philippo, quæ sicut declarant animum Marchionissæ alienissimum à contrahendis dictis nuptiis, *l. si quis, §. pleriq. ff. de relig. & sumt. fun. l. si mihi, & tibi. §. interdum, ff. de leg.* 1. ita remouent consensum à contractu, *l. si quis in principio testam. ff. de leg.* 3. Natta *cons.* 451. *n.* 20. & dixit Rota in vna Toletana Matrimonij 3. Martij 1589. corã Illustrissimo Cardinali Seraphino.

5 Et quoniam multum inspici debet qualitas personæ, tam incutientis, quàm patientis metum, Calderin. *consil.* 1. *circa princ. versi. secundò quòd metus, sub tit. de his quæ vi metúve caus. fiunt.* cum aliis quos refert & sequitur Tiber. Decian. *consil.* 30. *num.* 24. *libr.* 4. Surd. *decis.* 194. *num.* 24. inferens metum, in casu isto est pater, cuius solam reuerentiam in filio pro iusto metu sufficere voluerunt plures relati à Menoch. *consil.* 1. *num.* 492. *& seq.* quorum opinio licèt communiter non recipiatur, negari tamen non potest, quin propter huiusmodi reuerentiam minor metus requiratur. Franc. Marc. *decis.* 1090. *n.* 1. *p.* 1. & quòd sufficiat iunctis adminiculis, Alciat. *cons.* 1. *num.* 15. *lib.* 8. & dixit Rota in Valentina Professionis 17. Aprilis 1570. coram Illustr. Cardin. Lancelloto.

6 Accedit quòd Marchio, vt dicunt testes, erat multum terribilis, asper, & seuerus, quæ qualitas præcipuè in persona, cui debetur reuerentia, est multum considerabilis, Alban. post Ang. quem allegat *cons.* 77. *num.* 19. Felyn. *consil.* 14. *sub numer.* 9. *versic. & aduerte ad personam istam patris.* Ias. ex mente Bald. quem allegat *consil.* 3. *colum. penult. versicul. non obstat dictum Bald. lib.* 2 decis. Pedem. quæ alios cumulat, & de communi testatur 179. *post num.* 10. Honded. *consil.* 29. *sub n.* 36. *lib.* 1. quam qualitatem magni fecit Rota in vna Neapolitana Professionis 15. Iunij 1598. coram bon. mem. Giptio.

7 Nec in contrarium faciunt testes aduersarij dicentes, quòd erat homo placidus, qui non loquuntur quando erat iratus, & quando contraueniebatur eius voluntati, vt loquuntur testes Marchionissæ, sed quando erat sedato & tranquillo animo, cum reuerentia paterna concurrunt importunæ & continuæ persuasiones, quibus nomine patris sollicitabatur, tam à nouerca, quàm à quodam Sacerdote, quæ sufficiunt sine minis, & verberibus, Afflict. *decis.* 69. *n.* 4. Aym. *cons.* 461. *num.* 21. Honded. *d. cons.* 29. *num.* 34.

8 Huiusmodi enim persuasiones importunæ, quando sumus in persona cui deberetur reuerentia iustum metum incutiunt, & vim coactionis habent, Innocent. *in c. perisio, de iureiur.* Socin. 263. *num* 8. *lib.* 2. Curt. Iun. *consil.* 41. *num.* 18. Aym. *consil.* 10. *num.* 17. *& dicto consil.* 461. *num.* 11. Alban. *dict. consi.* 77. *num.* 10. Ioan. Baptist. Ferrer. *consil.* 296. *num.* 17. *& sequen.* Et fuit dictum in illa Romana Legatorum 13. Nouembris 1595. coram Orano. Et huiusmodi importunitatẽ suadẽdi cõsiderauit Rota in Valentina Professionis 15. Iunij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & multo magis, quia vltra persuasiones apparet de repetitis contradictionibus Marchionissæ, Aymon. *dicto consilio* 461. *sub numer.* 11. De quibus contradictionibus bene deponit Doctor Sebastianus Martinez, iuxta interrogatorium 2. articul. *in summario numero* 10.

Consideranda est etiam in parte magna illa indignatio, quam concepit ex apocha quam filia cõfecerat, & ex eò, quòd nolebat suæ voluntati obedire, quæ indignatio plurimum conducit ad incussionem metus, Boër. *cons.* 20. *numer.* 37. *versicul. & idem Abb.* fuit dictum in illa Valentina Professionis coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio. 9

Nec facit quòd ista indignatio processerit culpa Marchionissæ, cùm non sit pudoris virginalis eligere sibi maritum inscio patre, *c. honorantur* 32. *quæst.* 2. & propterea metus illatus ex sua culpa nõ debet illi prodesse, *l. si mulierem, in princ. ff. quod met. caus.* quia respondetur, hoc non procedere in matrimonio, quod nullum est propter metum, licèt metuens in illum culpa sua incideret, *c. veniens el secundo*, vbi Franc. *numer.* 6. *in fine*, Anton. de Butr. *in* 4. *not. ab. de spons.* glos. *in c. Clericũ, in glos. vltim.* 50. *distinct.* Abb. *in c.* 2. *numer.* 8 *de his, quæ vi met. caus. fi.* Alex. *cons.* 99. *in prin. lib.* 3. Paris. *cons.* 61. *n.* 19. *lib.* 4. Riminald. Iun. *d. cons.* 77. *n.* 20. *inter cons. matrim.* 10

Concurrunt etiam minæ, quæ cum reuerenti a personæ debita minanti generant iustum metum, Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. quar. rer. act. non dat.* Dec. *cons.* 232. *post numer.* 4 Purpur. qui de commun, *d. cons.* 579. *numer.* 6. Paris. *cons.* 26. *numer.* 67. *libr.* 3. Albã. de communi, *d. cons.* 77. *numer.* 5. Roland. *cons.* 95. *numer.* 30. *libr.* 1. quæ minæ sunt de iis quæ iustum metum ingerunt. Tum quia de nece sunt, *c. cùm dilectus, de iis, quæ vi met. caus. fi.* Bald. & alij *in l. interpositas. C. de transact.* Tum quia de priuatione successionis Marchionatus; iustus enim est timor amissionis maioris partis bonorum. Bald. post Guid. & Cyn. *in l. isti quidem. §. si is, in fin. ff. quod met. caus.* Abb. *in c.* 2. *numer.* 1 *eodem tit.* Paris. *cons.* 77. *numer.* 34. *libr.* 1. latè Aym. *cons.* 387. *numer.* 19. *&* 20. 11

Nec facit quòd maioratus ad illam spectasset ex prouisione maiorum, & propterea pater in illo præiudicare non potuisset, quia vt dicunt testes pater illum in maxima parte auxerat, & de hoc augmento loquebatur, quod vti separatum à maioratu illi non cedebat, sed erat sub libera dispositione patris arguentis; ad latè trad. per Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. 12

Nec etiam facit, quòd istud contineat non damnum, sed amissionem lucri, quæ non causat iustum metum, quia vltra quod non procedit, quando agitur de amissione magni lucri, Cyn. *in l. interpositas, C. de transact.* Ias. *in l. Titia. sub numer.* 10. *versicul. secundò notabiliter ff. de verbor. oblig.* Ruin. *consil.* 121. *numer.* 10. *libr* 4. Neuiz. *cons.* 47. *numer.* 18. Cephal. *consil.* 295. *numer.* 17. Roland. *consil.* 100. *num.* 126. *lib.* 4. 13

Cùm agatur de successione paterna filio quasi debita potius sonat in damnum, quàm in amissionem lucri, *l. vltima, ante fin. C. de codicill.* Bart. *in l. si quis testamento, circa medium ff. de cond. inst.* Alex. *consil.* 144. *numer.* 15. *libr.* 6. Aret. *cons.* 2. *col.* 1. *versicul. pro ista conclusione*, latissimè Tiraquell. *in l. si vnquam, in præfat. numer.* 29. *C. de reuocan. donat.* licèt in hoc non sit laborandum, cùm minæ sint etiam de morte. Prout nec etiam est necessarium discurrere, an in parte minante sit necesse probare, quòd sit solitus exequi minas, de quo latè per Riminald. Iun. *in repet. cap.* 1. *numer.* 27. *de offic. deleg.* quia solitum probant concludenter testes bene informati. 14

Non obstat, quòd non probetur Marchionissam fuisse præsentem quando pater minabatur, quia multum est verisimile, quòd pater fuisset illi in faciem minatus; sed forsan probari non potuit, quia minæ à patre illatæ, sunt difficilis probationis, Bertran. *cons.* 64. *numer.* 5. *par.* 1. *in antiq.* Boër. *decis.* 101. *numer.* 1. Albã. *d. consil.* 77. *numer.* 9. sufficit quòd fuerint Marchionissæ notificatæ à Nouerca, & illo Sacerdote, qui adhibiti fuerunt mediatores ad terrendum, & minandum nomine patris. 15

Multum etiam attendi debet qualitas personæ metum patientis, vbi de illius iustitia agitur, vt dictum est, & tradit Dec. *in l. in omnibus, sub numer.* 2. *vers. & aduertendum, de reg. iur.* Purpur. *d. consi.* 579. *numer.* 7. Boër. *decis.* 100. *numer.* 2. Alban. *d. consil.* 77. *numer.* 2. Menoch. *de arbitr.* 16

cas.

cas.135.num. 4. & dixit Rota in alia Nicien. Matrimonij. Sumus autem in muliere, in qua requiritur minor metus, quàm in masculo, glos. & Doctor. in c. quod locum, de sponsal. Innocen. & alij in capit. cum causam matrimonij, de offic. deleg. Calder. cons. 2. versic. 3. quod, sub titulo, quod met. caus. Anchar. cons. 24. sub num. 7. Abb. cons. 4. num. 1. libr. 1. Felyn. consil. 14. num. 2. & 3. & in puecula, vt dicit vnus testis, aut saltem in constituta in minori ætate, minor autem metus exigitur in minore, quàm in maiore, & perfectæ ætatis, Paul. de Castr. consilio 174. post numerum 3. purpur. dict. consil. 579. numer. 7. Riminald. Sen. consil. 11. numer. 22.

17 Marchionissa etiam valde metuebat patrem, vt plenè dicunt testes, primus videlicet, secundus, & tertius, super 13. articulo secundæ instantiæ, quæ qualitas est consideratione digna, prout eam considerat Alexand. de Neuo consil. 3. num. 7. in fin. ratione enim huius timiditatis minor requirebatur metus, vt per Boss. de plur. violen. sub numero 80.

18 Non etiam omittendum, quòd Marchionissa non solùm carebat matre, quæ illam haberet confortare, sed habebat nouercam, quæ haberet illam tenere, & in odio patris ponere, vt in proposito considerandum dicit Paul. de Castr. d. consil. 174. numer. 2. ad finem, quod in casu nostro non stat in terminis præsumtionis, quia sumus in claris, quòd Nouerca assiduè terrebat Marchionissam, vt ipsa fatetur, & deponunt alij testes.

20 Ad probandum metum in matrimonio adhibitum multum confert vis, & metus illatus, quo compulsa fuit Marchionissa ad negandum cedulam à se conscriptam; tum quia vis illa tendebat ad eundem finem, videlicet ad tollendum impedimentum, quod præstabat matrimonio contrahendo cum Don Philippo, tum quia à solito bene arguitur incussio, & coactio, vt in proposito arguit Aym. cons. 461. num. 8. in fine, Riminal Sen. cons. 15. num. 15. & seq. Tiber. Decian. d. cons. 30. num. 20. lib. 4. Rota in illa Romana professionis coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

20 Conferunt etiam multæ protestationes Marchionissæ de vi, & metu, quæ licèt illum non probent, l. metum. §. quod met. caus. multum tamen coadiuuant, & operantur, vt faciliùs probent, Angel in l. metum. la 3. ff. eodem, Dec. in cap. final. sub num. 21. ve sic. bene verum est, de appell. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. sub num. 93. versic. protestatio enim, de constit. Natt. consil. 50. num. 18. Couar. in epit. de sponsal. part. 2. c. 3. §. 5. n. 12. Honded. d. cons. 29. n. 53.

21 Nec refert quòd non sint factæ in actu contrahendi matrimonij, sed antè, Gemin. consi. 15. ante num. 13. Corn. d. cons. 41. n. 14. Paris. cons. 60. n. 14. lib. 4. Cou. vbi suprà sub n. 12. vers. si verò fiat. Prout nec etiã, quòd sint factæ absente patre, & Don Philippo. glos. & Doct. in c. 1. de his quæ vi metúsve caus. fi. Dyn. Bald. Paul. de Castr. & Imol. in l. qui aliena. §. fin. vbi Ias. num. 46. ff. de acquir. hæred. latè Natt. consil. 411. num. 22. Ad arguendum insuper metum, maximè perpendi debet, an contrahens esset in sua libertate constitutus, Bald. consil. 117. sub num. 1. versicul. prim. est, & 364. sub num. 5. lib. 3. Aym. consil. 49. num. 6. Riminald. Iun. consil. 215. num. 38. præsertim in contrahendo matrimonio, in quo contrahentis animus debet plurima libertate gaudere, capit. cùm locutum, & ibi Abb. numer. 4. de sponsal. Felyn. dict. consil. 14. sub num. 1. Ioan. Baptist. Ferret. consil. 311. num. 7.

22 Marchionissa autem, vt dicunt testes, custodiebatur cum maxima vigilantia, & obseruabatur diligentissimè, ne posset loqui cum aliqua persona, cui detegeret animum suum, & Marchio pater vetuit ne ipsa iret ad confitendum peccata sua solitis Cõfessariis: sed voluit, quòd proprio ipsius Marchionis Confessario confiteretur, & quòd non accederet ad aliquam Ecclesiam, nisi ad Ecclesiam cuiusdã Hospitalis prope domum, vt illi subtraheret tempus, & locũ loquendi cum aliquo in itinere. Quę tam diligens custodia proculdubio excludit libertatem. Immo plurimum confert ad probationem metus, Barba. consil. 14. numer. 19. libr. 1. Corn. dicto consil. 41. sub num. 12. versicul. maximè cum custodirent, libr. 2. Paris. cons. 61. numer. 16. lib. 4. Aym. d. cons. 461. numer. 7. in fine, & numer. seq. Rimin. Iun. cons. 77. numer. 19. inter cons. matrim. Est enim talis custodia species carceris, Fulgos. consil. 5. ante finem, Angel. Aret. cons. 96. sub numer. 2. Dec. cons. 219. numer. 5. Io. Bapt. Ferret. cons. 311. post n. 8. Aym. vbi suprà.

23 Prohibitio etiam commercij, & loquelæ non parum conducit ad arguendum metum, Aym. d. cons. 461. post numer. 25. Alban. d. cons. 77. sub numer. 7. Grammat. decis. 103. sub numer. 16. versicul. maximè ex prohibitione commercij fuit dictum in illa Nicien. Matrimonij.

24 Et Marchionissa, quæ desiderabat poni in libertate procurabat propterea Breue Nuncij Apostolici postquam Archiepiscopus Hispalen. ad cuius officium spectabat, c. cùm locum. vbi glos. in versicul. nihil etiam timere, & Doctor. de sponsal. illud expressè negauit: sed nec etiam Breue obtinere potuit, etsi non est iustus metus quando adiri potest Magistratus, l. final. in princ. ff. quod met. caus. Bellon. cons. 18. numer. 14. à contrario iustus erit in Marchionissa, cui aditus vndique præcludebatur.

25 Considerare etiam oportet non solùm amicitiam, quæ maxima erat inter Archiepiscopũ, & Marchionem, prout considerat Grammat. d. decis. 103. num. 63. sed etiam persuasiones, quibus continuò vrgebat Marchionissam, vt obediret patri; cùm enim prouenirent à persona, cui Marchionissa reuerentiam debebat, iuxta tradita per Aym. cons. 483. numer. 16. incutiebat illi metum, vt dictũ est de suasionibus patris, considerandus est etiam abusus iustitiæ. Aug. cons. 215. n. 3. in fine.

26 Perpendebant etiam Domini seriem facti, & circumstantias, vt admonet Alex. cons. 99. n. 7. circa medium. lib. 3. Paris. cons. 13. n. 51. lib. 4. & modum insolitum, ex quo arguitur non bona fides, vt dixit Rota in illa Nicien. Matrimonij.

27 Illa enim nimia festinantia mittendi Tabellarium pro habendo mandato procuræ Don Philippi, & in aliis non carebat suspicione, Aym. cons. 6. n. 34. & similem celeritatem ad arguẽdam fraudem, & metum adducit Paul. de Cast. d. cons. 174. n. 3. circa medium, vers. est si ambet præsumtio. & considerauit Rota in illa Valentina professionis coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Immo in casu nostro est manifestè fraudolenta, quia, vt dicunt expressè testes, ista sollicitudo erat, ne superueniret aliquod impedimentum.

28 Accedit pro metu, quòd matrimonium fuit celebratum ianuis domus clausis, Alex. d. cõs. 99 sub n. 4. vers. item coadiuuant prædicti testes. Cepoll. cons. ciuil. 2. sub n. 5. vers. 3. conceß. Io. Bapt. Ferret. cons. 311. sub n. 7. Petr. de Barb. cons. 24. n. 20. & 21 inter cons. matrim. Riminal. iun. d. cons. 77. n. 18. item astantibus famulis armatis, Corn. d. cons. 41. n. 10. & 11. Paris. cons. 60. n. 15. lib. 4. Ioann. Bapt. Ferret. vbi suprà, & cons. 296. sub n. 13. Menoch. præsumt. 4. n. 8. lib. 3. & nullis interuenientibus consanguineis, Alciat. cons. 5. n. 22. lib. 1. Grat. consil. 48. n. 18. & 20. lib. 2. Ferret. d. cons. 296. n. 11. post medium, Menoch. d. præsumt. sub n. 14.

29 Concurrunt etiam alia indicia metus in ipsamet nocte, vt lamentationes & conquestiones, quòd contra propriam voluntatem inducebatur, & cogebatur ad contrahendum. Aym. d. cons. 461. n. 12. Honded. cons. 29. n. 39. lib. 1. assiduæ lacrymæ. Menoch. d. præsumt. 4. n. 12. & præsumt. 126. n. 17. eodem lib. 3. suspiria. Alex. d. cons. 96. n. 11. vers. secunda est præsumtio, pallor vultus, mæstitia, deliquiũ, Paris. cons. 53. n. 33. lib. 4. Petr. de Barb. d. cons. 24. n. 20. & seq.

30 Arguitur etiam metus Marchionissæ non solũ à præcedentibus, & ab iis quæ circa actum contrahendi matrimonium interuenerũt; sed etiam à sequutis post matrimonium, Alex. de Neuo cons. 3. n. 11. Paris. d. cons. 53. n. 56. Grat. d. cons. 38. n. 23. & ad hoc deseruiunt protestationes post illud emissę, Anchar. cõs. 299. sub n. 1. Alex. d. cõs. 99. post n. 4. Grammat. decis. 76. n. 9. Rimin. iun. cõs. 362. n. 81. & seq. cũ aliis per Menoch. d. præsumt. 126. n. 23. & apertissimè demõstrant maxima tristitia, & inconsolabilis afflictio, qua Marchionissa afficiebatur. Plorarus, & maximi clamores, quos emittebat, dum ex Ciuitate Hispalen. duceretur ad Oppidum de Coira ad ratificandum matrimonium, ita vt præ nimia tristitia facta fuisset

fuisset valde deformis, & omnes cogeret ad collacrymãdum, vt plenè deponunt testes in summario Marchionissæ *n.13.* quod etiam contingit actu ratificandi, quem fecit cum magna displicentia, metu & violenter: vt abundè dicunt testes in dicto summario à numero 13. vsque in finem. Et ista violentia in ratificatione optimè detegit violentiam in ipso contractu adhibitam, vt per Riminal. sen *conf. 15. n. 15. & pluribus seqq.*

31 Non est verum, vt ex aduerso prætenditur, quòd intẽtio Marchionis esset solùm, quòd filia non nuberet Don Francisco, & indignationem mináſque processisse ex eo quòd ipsa vellet illi nubere, quia sicut intentio principalis filiæ non erat nubendi Don Francisco: sed impediendi ne contrahere cogeretur cum Don Philippo, ita è conuerso intentio patris prima erat quòd nuberet Don Philippo, non quòd se opponeret matrimonio cum Don Francisco. Primus enim testis in summario num. 7. dicit quòd pater erat iratus, & colericus, quia Don Antonia sua filia recusabat nubere Don Philippo, & secundus ibi dicit quòd Marchio dixerat vxori, vt illam suasionibus & minis induceret ad contrahendum cum Don Philippo. Decimus testis in summario numero tertio dicit, quòd pater nunquam libenter aspexit Marchionissam, nisi postquã nupsit Don Philippo. Quintus num. 4. quòd fiebat violentia, vt contraheret cum Don Philippo. Primus num. 4. quòd ita colericus euaserat intelligendo, quòd recusabat nubere Don Philippo, & quòd nisi nupsisset illam interficeret, quod etiam dicunt tertius, & sextus n. 6. & lamentationes ac protestationes Marchionissæ (vt suprà dictum est) non erant, quòd impediretur contrahere cum Don Francisco: sed quòd vi & metu cogeretur ad contrahendum cum Don Philippo.

32 Non obstat, quòd testes ex aduerso examinati videantur dicere Marchionissam sponté & libenter contraxisse, quia cùm fuerit pro parte Marchionissæ probata vis, & metus, difficile est probari contrarium, Alban. *d. conf. 77. num. 12.* immo quasi impossibile, Abb. *in cap. super hoc, sub num. 34. de renunciat.* Iaſ. *in §. quadrupli. n. 72. Instit. de act.* sed quicquid sit sufficit, quòd in concursu plus creditur duobus testibus de metu, quàm mille deponentibus de voluntate spontanea, & libera, Innoc. *in d. cap. super hoc*, Bald. *in l. obseruare. §. profecisse. n. 15. in fin. ff. de offic. proconf.* Roman. *in rub. ff. de arbitr. n. 22.* Alex. *conf. 156. n. 5. lib. 5.* Purpur. *conf. 282. n. 14.* Crot. *consil. 106. n. 27.* Iaſ. *in l. interpositas. n. 5. C. de transact.* cum aliis per Gabr. *de testib. concl. 4. n. 15.* Menoch. *de præsum. 126. n. 31.* quod sine scrupulo procedit, quando testes non solùm deponunt de metu, sed etiam de minis, & aliis actibus metum inferentibus, Alciat. post Imol. quem allegat *conf. 55. n. 22. lib. 9.* Gabr. *d. concl. n. 16.*

33 Minus etiam verum est, quòd testes sint singulares, quia immo sunt contestes in multis saltem, & vbi essent singulares adhuc probarent metum, latè Crot. *conf. 106. in 2. dub.* Surd. *conf. 395. n. 26.* prout etiam testibus singularibus probantur minæ, Gramat. *decis. 5. n. 15.* Gabr. *de testib. concl. 2. n. 59.*

34 Non obstat quòd deducatur metus ad effectum impediendi restitutionem vxoris marito, quo casu non admittitur exceptio etiam notoria, *cap. porrò. de diuort.* quia adest clausula arbitrio quæ minuit iuris rigorem, & operatur, vt possit à dicta regula recedi, vt in hac specie cumulationis petitorij possessorij fuit firmatum in Romana Cortiui 6. Martij anni præteriti coram R. P. D. meo Sacrato. Alia bene tolluntur per informantes. Oppositiones verò, quæ pro parte Don Philippi dantur contra examen, & testes Marchionissæ, Domini reseruarunt videre in alia positione.

IVSTI.

Comen. Habitus.
Lunæ 14. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

De nobilitate quòd probetur per publicam vocem & famam, & per antiqua instrumenta.

SVMMARIVM.

Nobilitas alicuius personæ probatur per testes deponentes de publica voce, & fama, n. 1.
Nobilitas probatur per instrumenta antiqua, n. 1.
Arbitrium boni viri dicitur datum per clausulam si ita expediri iudicaueris, &c. n. 2.
Identitas personæ censetur probata per demonstrationes nominis, & cognominis, patris, & aui, temporis, & ætatis, n. 3.

DECISIO CCXLIII.

Quæsitum fuit extra Rotam de mandato S. D. N. an constaret de notorio grauamine vltimæ sententiæ datæ contra D. Ioãnem Antonium Lucinum in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui effectus erat, vt causa habitus eiusdem Ioannis Antonij committeretur in Rota, non obstante, quòd à Commissariis linguæ Italiæ fuerint relatæ probationes nobilitatis, & semel commissa causa appellationis à Papa, Magno Magistro, & Concilio Ordinario Religionis, cum clausula, appellatione remota, & ad hunc effectum tantùm committendi causam de grauamine visum fuit Dominis sufficienter apparere, quoniam testes pro Lucino examinati probant eius nobilitatem per publicam vocem & famam, cum aliis requisitis, quod est satis, Bald. *in l. 1. numer. 41. & seq. C. de dignat. libr. 11.* Bald. *in l. prouide. C. de postulando*, Guid. Pap. *decis. 196.* Calc. *conf. 8. numer. 13. versicul. & hoc maximè*, Socin. *conf. 246. numer. 3. libr. 2.* Felyn. *in cap. super eo, il secondo, numer. 5. versicul. tamen dicas, de testibus.* Et cum istis testibus concurrunt antiqua instrumenta, quæ attẽduntur, quia habent vim famæ, & ex quibus constat familiam de Lucinis fuisse nobilem, Guid. Pap. *decis. 88. numer. 1. versicul. & à populo*, Aym. *conf. 54. numer. 10.* cum aliis allegatis. 1

Quibus non obstant duæ præcipuè obiectiones, vna enim est, quæ tangit personam Ioannis Antonij, qui homicidium commisit, & idcirco est incapax habitus huius Religionis. Cui respondebatur sublatam esse per Breue fel. recordat. Clementis Octaui, quod licèt esset in forma commissoria directum Magno Magistro, & cum clausula, *si ita expediri iudicaueris*, nihilominus verba ista important arbitrium boni viri. *l. si fideicommissaria libertas, 2. in princ. ff. de fideicommiss. liberi. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 3.* & cumulant alios Doctor. Modern. *de arbitr. iudic. libr. 1. casu 8. in princ.* vt quatenus in reliquis constaret de habilitate Lucini ipsum admittere posset Magnus Magister, vt dispensatio veniret post probata incumbentia, aliàs ista dispensatio ad aliũ effectum non fuisset commissa Magno Magistro, qui si nolebat dispensare ex motu animi sui, consequẽs erat vt id declararet ante aliquam reiectionem probationum, quæ iam admissæ fuerant in partibus à Commissariis, iuxta formam stabilimentorum electis, & à Capitulo Prouinciali siue Assemblea approbatæ. 2

Altera opositio erat, quia Ioannes Antonius esset filius Benedicti quondam Francisci qui fuit Notarius descriptus in matricula ciuitatis Comen. vt cõstabat ex fide Collegij Notariorum, & concurrebant plures demõstrationes nominis, & cognominis patris, & aui, temporis, & ætatis, 3

ætatis, ex quibus identitas personæ probata videbatur, Alex. *conf. 55. num. 5. lib. 3.* cum aliis. Nec facere videbatur assertio illius, qui fidem Notariorum exarauit, & tanquam testis deposuit nullum adfuisse Notarium, quia id dicit de auo paterno, & materno, hodie autem agitur de Notariatu patris, de quo testis non deponit. Et hæc oppositio fecit DD. subsistere, quia propter Notariatum patris excludebatur ab habitu ex stabilimentis Religionis.

4 Quoniam tamen pars exclamabat asserendo id esse ab omni veritate alienum, & agi de eius ignominia, sub falso prætextu, ideo Dominis placuit differre resolutionem, & tandem die 14. Maij 1607. Domini resoluerunt pro Ioanne Antonio, quia in partibus fuerunt factæ diligentiæ, tam pro parte ipsius, quàm Religionis, & exhibita fides authentica multorum, in qua asseritur Franciscum Lucinum habuisse duos filios, & vterque vocabatur Benedictus, vnum legitimum, & legum Doctorem qui sustinuit onera principalia Ciuitatis, alterum illegitimum, qui in matricula Notariorum descriptus fuit die 12. Februarij anni 1553. & obiit absque filiis anno 1556. quæ fides licèt in iudicio non probaret concludenter, tamen ad hunc effectum committendi causam iudicata fuit sufficiens; maximè cùm post dilationes aliquas datas informantibus pro Religione non fuerit contradictum, & ita decisum.

PENIÆ.

Venetiarum Legitimitatis.
Veneris 16. Nouembris 1607.

ARGVMENTVM.

Concubinatu præcedente filij inde nati an & quando præsumantur legitimi, vel illegitimi, & ad istum effectum quibus præsumtionibus eorundem filiorum legitimitas, vel illegitimitas deducatur.

SVMMARIVM.

Matrimonium probatur leuioribus probationibus quando agitur de filiorum legitimatione, n. 1.

Matrimonium probari debet plenioribus & efficacioribus probationibus, quando præcessit cõcubinatus, n. 2.

Matrimonium non esse contractum inter prætensos coniuges, maximè probatur ex inspectione libri parochi, in quo matrimonia describuntur, n. 3.

Negatiua probatur ex inspectione libri, & scripturarum, num. 3.

Illegitimitas filiorum probatur ex eo quòd pater illos tanquam illegitimos nominauit in testamento, n. 4. & 5. vbi præsertim quando sic nominatus filius patris testamentum approbauit.

Publica vox & fama non censetur probata per testes dicentes se audiuisse à populo, vel à vicinia, vel quòd erat notorium, nisi etiam dicant, quòd publicè, aut communiter audierunt, n. 6.

Famæ probatio debilitatur per contrarias coniecturas, num. 7.

Testes singulares non probant confessionem, quando agitur de probatione legitimitatis, n. 8.

Filiorum legitimitas non probatur per actus æquiuocos tractatus conuenientes etiam filiis naturalibus, n. 9. 10. & 11. vbi ponuntur exempla huiusmodi æquiuocorum actuum.

Matrimonium ex longa cohabitatione, quando præsumatur, n. 11.

Matrimonium nunquid censeatur probatum ex eo quòd per mortem vnius prætensi coniugis alter detulerit vestes lugubres, n. 12.

Matrimonium seu legitimas filiorum, quando censeatur probatum ex libro Baptismatis, n. 12.

DECISIO CCXLIV.

Die 30. Ianuarij 1606. Octauio, & Leonora solùm informantibus Rota censuit de illorũ legitimitate constare; cæterùm sæpe deinde causa proposita, videlicet die 21. Maij, & die 22. Iunij, eáque non resoluta tandem in hac propositione maturè discussa, Domini à decisis recesserunt; quia licèt ad effectum successionis leuiores probationes sufficiant ad inducendam legitimitatem, Gemin. *consil. 27. incip. super dubiis, numero 7. versiculo & tunc qualibet,* sæpe à Rota approbato, nihilominus tamen in hoc casu cùm fortiores coniecturæ concurrerent pro illegitimate, meritò à decisione recessum fuit. 1

Et primo loco Domini considerabant, quòd cùm cohabitatio inter Ioannem & Tulliam initium duxerit à concubinatu quod ambæ partes fatebantur, plenior & efficacior probatio concurrere debebat ad matrimonium, & legitimitatem probandam, Vetall. *decis. 210. incip. matrimonium contractum, part. 2.* quia constito de initio concubinatus, reputatio & tractatus postea subsequuta, potius inducunt commercium concubinatus quàm matrimonium, *l. si quis. C. de adulteriis. l. final. in princip. vbi glossa in verbo, præsumtionis, ff. de eo quod metus causa,* & ideo coniecturæ, & probationes, quæ aliàs essent sufficientes ad probandum matrimonium, constito de initio vitioso non sufficiunt, quia fortiores requiruntur: in hac autem causa Rota ad matrimonium excludendum, has censuit esse validas, & aliis consideratis in contrarium præponderare. 2

3 Primum quia cùm matrimonium inter Ioannem & Tulliam præsupponeretur celebratum post Concilium Tridentinum, cuius vigore *sess. 24. de reform. matrim. c. 1. §. habeantur,* tenerantur Parochi habere librum, in quo coniugum & testium nomina, diémque & locum contracti matrimonij describant, quem diligenter apud se custodiant, in hoc casu facta diligentia in Parochia, in qua Ioannes & Tullia cohabitauerant, non potuit inueniri notula descripta in libro Parochi super hoc matrimonio. Vnde magnum signum oriebatur ad credendum non fuisse contractum, cùm ex dispositione Concilij matrimonium describi debuisset, & à communiter accidentibus matrimonia describi soleant, ex qua inspectione probabiliter credebatur, vel probata negatiua, Bart. *consil. 81. incip. Martinus Forniconis, numero 2.* Dec. *consilio 424. incip. proponitur quod, numero 19. & consil. 467. incip. bene & consultè, num. 12. versic. ista enim negatiua,* vel saltem magnum adminiculum ad matrimonium excludendum.

Secunda coniectura magis firma & constans deducebatur ex eo, quòd tam Ioannes, quàm eius frater in suis testamentis Octauio, & Leonoræ, tanquam naturalibus legata reliquerunt, & ipsi tanquam tales agnouerunt legata, vnde dicebant Domini non esse verisimile, quòd Pater instituisset hæredes filias fœminas ex alia muliere susceptas, excluso Octauio, & Leonora, si legitimi fuissent, cùm Patres ad conseruandam domum, & familiam filios masculos fœminis præferre soleant; nec dicatur id fuisse factum ad persuasionem nouercæ, quia eo tempore iam erat mortua. 4

Tertia validissima etiam coniectura petebatur ex facto Leonoræ, quæ cum expressa mentione, quòd esset filia naturalis Ioannis, matrimonium contraxerat, & marito dedit in dotem legata sibi in prædictis testamentis relicta. 5

Quibus sic constitutis non fuit difficile respondere ad coniecturas in alia decisione relatas, & discurrendo per singulas, illa quæ petebatur, à publica voce & fama 6

non erat sufficienter probata, cùm ad ea deponeret vndecimus tantum testis, alij verò solùm testificabantur de auditu, & licèt dicerent se audiuisse à populo, vel à vicinia, vel quòd erat notorium, non tamen dicebant, quòd publicè, aut communiter audiuerunt, sicut requiritur ad probandam publicam vocem & famam, Gozadin, *consil. 13. incip. in hac causa, numer. 58.* Verall. *d. decis. 210. numer. 3. par. 2.*

7 Rursus non deponebant per verba præteriti temporis, & licèt fama fuisset legitimè probata, nihilominus non sufficeret quando adessent aliæ coniecturæ in contrarium, tunc enim à contrarijs coniecturis debilitata non probaret, Grat. *cons. 45. incip. in præsenti causa, numer. 59 lib. 2.* Hic autem ex supradictis hæc fama valde remanebat debilitata.

8 Confessio Ioannis patris Octauij, & Leonoræ non censebatur probata per testes singulares, cùm ad hunc effectum contestes requirantur, Paul. de Castro *cons. 296. incip. visis actis, n. 3. libr. 1.* Alex. *cons. 39. incip. vertitur lis & quæstio, numer. 8. libr. 5.* & tenuit Rota coram me in causa Romana pecuniaria, die 3. Martij 1595.

9 Tractatus in alia decisione ponderati, visi fuerunt æquiuoci, & cùm possint etiam conuenire filiis naturalibus non probare legitimitatem Octauij, & Leonoræ, & maximè, quia aderant tractatus contrarij in testamentis Ioannis, & fratrum eius, in quibus Octauium & Leonoram vocauerant naturales.

10 Quòd Ioannes matrem Tulliæ vocasset Madonna, & fratrem eius cognatum, non probabat legitimum matrimonium, cùm id potuisset fieri ad euitandum scandalum, & turpitudinem peccati, & eodem modo respondebatur ad illud, quòd Tullia incederet per Vrbem cum fazzuolo chiaro, quia signum illud tanquam æquiuocum non probabat matrimonium, Felyn. *in c. illud, n. 11. de præsum.*

11 Et similiter dicebatur ad congratulationes, quas Tullia recipiebat propter matrimonium subsequutum cum Ioanne, id enim prudenter faciebat, vt honori suo consuleret; ex longa cohabitatione concurrentibus sex requisitis relatis à Menoch. *lib. 3. de præsumt. præsumt. 1. num. 70. & sequen.* licèt matrimonium præsumi possit quoad filiorum legitimationem, vt succedere deinde possint in hoc casu stante malo concubinatus initio, coniectura inde petita leuis visa fuit, Veral. *d. decis. 210.*

12 Quòd Ioannes propter mortem Tulliæ detulerit vestes lugubres non apparebat legitimè probatum. Quòd autem exequias ei celebrauerit cùm contingere potuerit ob affectum quo Tulliam prosequebatur tanquam signum æquiuocum, nõ probabat matrimonium, eodémque modo fuit dictum non probari matrimonium, ex eo quòd in libris Baptismi, & mortuorum, Ioannes & Tullia vocati fuerant iugales, quia istæ descriptiones regulariter fiunt ad instantiam & assertionem partium, & cùm Curati non soleant adhibere tam exactam diligentiam, & probationem, tales libri non dicuntur continere (nisi alia concurrant) exactissimam & certissimam veritatem, Rota in causa Papien. Iurispatronatus, die 18. Aprilis 1603. coram R.P.D. Coccino.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Sabinen. Alluuionis. Lunæ 19. Nouembris 1607.

ARGVMENTVM.

Testes de Vniuersitate, an & quando probent deponentes pro sua Vniuersitate, plures casus enumerantur.

SVMMARIVM.

Testes subditi possunt deponere pro eorum domino quando non habent interesse singulare, n. 1.

Testes de Vniuersitate admittuntur pro Vniuersitate in causa, & commodo, quod principaliter non spectat ad suam Vniuersitatem, sed in consequentiam, num. 2.

Testes de Vniuersitate admittuntur pro ipsa Vniuersitate, quando eorum interesse non est singulorum, sed Vniuersitatis, num. 1.

Donator non tenetur de euictione rei donatæ, numero 3.

Testes de Vniuersitate etiam quòd principaliter de interesse Vniuersitatis ageretur, non prohibentur pro sua Vniuersitate deponere, num. 4.

Testes de Vniuersitate, licèt admittantur ad deponendum pro sua Vniuersitate, non tamen dicuntur omni exceptione maiores, sed numerus supplet, numero 5.

Testes de Vniuersitate repelluntur à testificando pro sua Vniuersitate quando agitur de interesse singulorum, numero 6. Vbi etiam bene declaratur, quando dicatur agi de interesse singulorum, & numero 7.

Testis, an & quando dicatur habere interesse in causa, & quantum debeat esse hoc interesse, Iudicis arbitrio remissum est, num. 6.

DECISIO CCLXV.

Contra testes examinatos contra Illustrissimos Madruccios opponebatur Gallesanos ad fauorem Vniuersitatis Gallesij, non esse idoneos testes, præsertim quia habent multiplex interesse, quod ipsos vti singulares respicit, sed fuit responsum, quòd non solùm agitur causa Vniuersitatis nomine, vt considerauit Rota, in vna Siracusana Præeminentiarum 5. Maij 1586. coram Bubalo, sed non etiam tractatur de aliquo eius iure, quia cessit omnia iura sua etiam territorij Dominis Madruciis; & licèt reseruatum fuerit, quòd Gallesani possint colere terras donatas, & præferentur exteris; hoc tamen non est interesse Vniuersitatis, sed singulorum. 1

Et quamuis aliqui dicant sibi videri, quòd Communitas habeat interesse in hac causa, de eo tamen non apparet, quia omne ius à se abdicauit, etsi quod considerari posset, esset remotum & consequutiuum, testis autem admittitur ad deponendum super negocio, quod principaliter non spectat ad suam Vniuersitatem, sed in consequentiam, Afflict. *decis. 48. numero 2. in fin.* immo nec etiam quando interesse esset proprium, & particulare, *l. dictantibus,* vbi Ias. *num. 4. C. de testam.* 2

Nec facit, quòd vnus testis dicat, *Io credo che hauendo la Communità, & huomini di Gallese donato, & ceduto al Sig. Aliprando questi beni & terre, che la detta Communità, & huomini si possino dire interessati, perche l'hanno da far buone, & mantener la d. donatione.* Ista enim credulitas est erronea, quia hoc non fuit promissum in cessione, nec de iure est debita euictio, cùm cessio facta sit ex causa donationis, *l. aresto. §. fin. ff. de donat. l. 2. C. de euict.* 3

Vbi etiam ageretur principaliter de interesse Vniuersitatis in causa per eam mota, non tamen prohiberentur Gallesani deponere ad eius fauorem, Bald. *in cap. insuper, numero 3.* & ibi etiam Felyn. *numero 5. versiculo est etiam alia regula, de testib.* Anton. de Butr. *in cap. cùm nuncius, numero 3. eod. tit.* Alberic. *in l. tantum. §. vniuersitatis, numero 3. & seq. ff. de rer. diuis.* Salicet. *in l. præsentes, num. 7. C. de testam.* 4

Et vbi non essent omnino integri propter præsumtam affectionem erga Vniuersitatem, quod deficeret ex fide suppleret numerus testium, Socin. *consilio 194. sub numero 1. versiculo secundò quia, lib. 2.* cum aliis quos refert & sequitur Roland. *consilio 72. numero 5. circa finem, libro 2.* & fuit dictum in illa Siracusana Præeminentiarum, 5

rum, & eſt regula generalis, quòd numerus ſuppleat fidem teſtium, ex cumul. per Gabr. *concluſ. 6. in principio, de teſtib.* & dixit Rota in vna Romana Prælationis 25. Octobris 1574. coram Cardinali Seraphino & ſæpius in aliis, maximè cùm concurrunt ſex teſtes forenſes, vt in d. Siracuſana Præeminentiarum.

6 Non obſtat quòd teſtes Vniuerſitatis repellantur omnino vbi agitur de commodo ſingulorum, Bart. *in l. ſanctum, §. Vniuerſitatis, num. 1 ff. de rer. diuiſ.* Angel. *in l. omnibus, num. 2. verſ. aut reſpicit ſingulos. C. de teſtam.* Roman. *conſil. 7. num. 4.* Couar. *pract. quæſt. capit. 18. num. 4. verſ. quibus ſuffragatur*, vbi quòd ita omnium conſenſu diffinitum eſt, vt dixit Rota in Narnien. Confinium coram R. P. D. meo Coccino, quia fuit dictum non conſtare de tali ſingulorum intereſſe, quod perimat eorum depoſitionem, intereſſe enim deductum reſpectu prælationis in colendo terras, viſum fuit leue, cùm nihilominus ſoluere debeant: prout ſoluunt de reſiduo territorij, & quoad iſtos teſtes eſt euentuale, cùm non cogantur dd. Madrueiis iſtis magis, quàm aliis Galleſanis locare: eſt autem arbitrarium Iudicis, quale & quantum debeat eſſe intereſſe, vt teſtes repellantur, cùm non omne commodum ſufficiat, Lanfranc. *de teſtib. numer. 72. in fin.* ſequitur Caputaq. pariter *de teſtib. reg. 56. in 2. & 3. fallentia*, vbi etiam idem allegat Abb. *in cap. per tuas, de teſtibus*, & modicum intereſſe non repellit, Cæſ. de Graſ. *deciſ. 9. n. 8 de teſtib.*

7 Alia vtilitas, qua liberabuntur ab oneribus ſoluendis Malleanenſibus, non placuit, quia non apparet, quòd ea, aut ſimilia non ſint ſoluturi dd. donatariis, proue nec alia ex iure paſcendi, non enim eſt conſiderabilis, cùm dicant ſe mercedem ſoluere debere, vt poſt Bald. & Alex. adductos dicit Capic. *deciſ. 152. num. 6.* Roland. *conſ. 72. num. 15. lib. 2.* Sicuti dicitur ceſſare intereſſe ſingulorum, quando ius paſcendi per Vniuerſitatem venditur, Iacob. de S. Georgio *in l. nullus, num. 8. verſi. deinde ſi eſſet quæſtio, ff. de reſtiunt.* Bald. *in cap. tertio loco, num 4.* Felyn. *in cap. 3 in fin. verſi. & idem ſi eſt quæſtio, de probat.* Couar. *d. cap. 18. num. 4. verſi. qua ratione.*

8 Aliæ exceptiones, quæ dantur perſonis tam illorum ſex teſtium forenſium, quàm Galleſanorum, viſa fuerunt Dominis non eſſe tales, quòd ſaltim omnibus ſimul iunctis, non ſit adhibenda fides, modò non obſtent exceptiones in dicto, quæ erunt particulari dubio diſcutiendæ, & ſic concluſum, &c.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Parmen. Status. Lunæ 3. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

De teſtibus deponentibus ſuper tempore per verba incerta, & dubitatiua, an, & quando probent.

SVMMARIVM.

Teſtes ſingulares, ſingularitate obſtatiua non probant, num. 1.

Matrimonij pluralitas, & iteratio non præſumitur, numer. 2.

Pluralitas actuum non præſumitur in his, quæ à communiter contingentibus iterari, & multiplicari non ſolent, n. 2.

Aetas numquid probetur per teſtes dicentes ſe præcisè non recordari de anno, quo quis natus eſt, num. 3. 4. & 7.

Teſtes deponentes per dictionem, circa, declarantur arbitrio Iudicis, quantum ſe extendat illa dictio circa, præſertim in tempore, n. 5. & 6.

Teſtis deponens de tempore confusè, & dubitatiuè debet iudicari conteſtis cum aliis teſtibus certum tempus determinantibus, num. 6.

Teſtes varij, ſeu contrarij, quantum poteſt reducendi ſunt ad concordiam ad effectum vt probent, numero 6.

Teſtes deponentes de tempore dubitatiuè iudicio ſuo, vel vt ſibi videtur, nunquid probent, numero 8. & 9.

Teſtes deponentes per verba plus & minus, nunquid probent, num. 9.

DECISIO CCXLVI.

POſt longam, & pluries iteratam diſputationem Domini perſtiterunt in deciſis, animaduertentes indagationem temporis in depoſitione Don Baptiſtæ principaliter tendere ad reddendum ipſum non ſolùm ſingularem ſingularitate obſtatiua, per quam lacerantur probationes, vt dicit Bald. *conſil. 25. numero 2. in fin. lib. 3.* & poſt eum Aym. *conſil. 41. ſub num. 5.* contra regulam quòd debeant iudicari conteſtes etiam in tempore, ad effectum vt probent, de qua infrà dicetur, ſed etiam ad reddendum ſibimet contrarium. Cùm enim deponat ſe fuiſſe præſentem diſpenſationi Catherinæ ſi volumus, vt prætendunt Domini Rangoni, quòd ſe reſtringat ad tempus ab anno 1499. vſque ad annum 1507. de quo tempore non fuit matrimonium, cùm diſpenſatio de contrahendo ſit poſterior, non erit verum quòd fuerit præſens diſpenſationi. 1

Nec obſtat quod dicitur de pluralitate, & iteratione matrimonij, quia illa nullo modo eſt præſumenda, vt per Ruyn. *conſ. 141. poſt num. 12. lib. 5.* & facit regula, quòd in factis pluralitas non præſumitur, vt not. *in l. cùm quis. §. in popularibus. ff. de iureiur. & in cap. in præſentia, de probat.* & per Bald. *in l. final. C. de reb. cred.* quæ ſine difficultate procedit in actibus, qui à communiter contingentibus iterari & multiplicari non ſolent, Dec. *in dicto cap. in præſentia, ſub n. 43. verſiculo ſi verò multiplicari non ſolent*, cum multis per Silua. *conſilio 57. num. 36.* & multum facit depoſitio Stephani de Cauallis teſtis pro parte DD. de Rangonibus inducti, qui dicit audiuiſſe à Don Baptiſta, quòd Bernardinus tempore diſpenſationis Catherinæ obtinuit diſpenſationem à Sede Apoſtolica, & ſic non loquitur de alio matrimonio ab eo de quo in diſpenſatione. Et propterea cùm agatur de reprobando dicto Don Baptiſtæ, non eſt facienda vis in tempore, de quo non præcisè deponit, ſed cum dictione, *in circa*, & aliis incertis & indeterminatis, iuxta deciſ. Caputaq. 247. *part. 3.* 2

Placebat etiam pluribus ex Dominis, quòd in deciſione dicitur Don Baptiſtam non recordari de tempore propter eius præcedentem proteſtationem, quæ erat multum veriſimilis propter præſumtionem obliuionis ex tanti temporis ſpacio, & impræmeditatam reſponſionem ad improuiſam interrogationem; & dicebat non obſtare, quòd ex aduerſo obiicitur ipſum non dicere ſe nõ recordari de quantitate tẽporis, ſed quòd non recordatur de anno præcisè, quia ſi non recordatur annũ, non poteſt recordari temporis quantitatem: nam qui ignorat principium à quo debet fieri dinumeratio, & computatio, dinumerationem & computationem ignoret neceſſe eſt, *l. non facilè, ff. de grad.* Bart. *in l. de ætate, numero 7. circa med. verſic. quæritur vtrùm minor ætas, ff. de minor.* Bald. *in l. ſi minorem. ſub numero 4. C. de reſtit. in integr.* Salyc. *in l. 2. ſub numero 2. verſiculo item nota hæc. C. de temp. appell.* 3

Cùm enim computatio fiat habito reſpectu ad principium temporis, neceſſe eſt habere principium, vt ſciamus computare, Iaſ. *in l. de diuiſione, numero 6. ff. ſolut. matrim.* Et propterea Don Baptiſta, qui non recordatur de anno contracti matrimonij, per neceſſe non recordatur 4

dator quantum temporis effluxerit post contractum matrimonium. Accidit quòd interrogatus de tempore non dicit simpliciter de trigiota annis, sed subiungit (iudicio suo) cũ dictione (in circa) plus, vel minus, quæ nihil aliud important, nisi quod recordator, Aretin. *in c. quoties, in fine, de testibus*, & qui non recordatur de triginta annis non recordatur de pluri, vel minori tempore.

5 Nec facit quod recordetur saltim de aliqua latitudine temporis, quia hoc dato non erat talis, quod non possit excedere annum 1506. & 1507. Domini enim in quorum arbitrio est positum, quòd tempus capiat dictio, in circa, & aliæ, Alex. *consil. 82. num. 5. lib. 7.* cum multis allegatis per informantes arbitrati fuerunt, quòd non excludat annum 1508. Nec facit quòd soleant referri ad modicum tempus, quia & istud modicum est arbitrio iudicantis, Corn. *consil. 179. num. 4. & 5. lib. 3.* & quarta pars dicitur modica, *l. si quis in suo, C. de inoffic. testam.* & tres anni in spatio quatuordecim annorum, ex glos. *in l. pupillum, ff. de reg. iur. & in §. pupillus, Instit. de inutil. stipul.* quæ ad propositum ponderat Corn. vbi suprà.

6 Et licèt aliàs Rota interpretata sit continere minus tempus, attamen aliter, atque aliter seruandum est secundùm subiectam materiam, & quòd in casu nostro capiat dictum tempus anni 1508. vltra depositionem Stephani de Cauallis superiùs relatam, quòd testis loquens confusè & dubitatiuè de tempore debet iudicari contestis cum aliis probationibus certum tempus determinantibus, Paul. de Castr. *consi. 26. num. 3. in fin. lib. 7.* Aym. *cons. 78. sub n. 9. versi. amplius testis*, & est regula ordinaria, testes esse quantum fieri potest reducendos ad concordiam ad effectum vt probent, Cæs. de Grass. *decis. 5. num. 23. de sponsal.* Capotaq. *decis. 270. num. 7. par. 3.*

7 Non obstat dictum Bart. *in d. l. de etate, ff. de minor.* quia ibi habebatur certum tempus à quo dinumerando testis sciebat non esse elapsos quatuordecim annos, & quando interrogatur de anno, respondit nescire ad saluandum eum debet intelligi, quòd nesciat annum Natiuitatis Domini, quasi dicat, nescio quot anni sunt à Natiuitate Domini, scio tamen quotus est annus à natiuitate pueri, vt sunt verba Bart. & sic ibi obstetrices licèt ignorarent annum Domini, attamen recordabantur annum natiuitatis pueri, & sic principium temporis, nil mirum si sciebant etiam temporis dinumerationem, Salycet. *in d. l. 2. sub num. 2. vers. item nota hac. C. de temp. appell.* & dicebant simpliciter, & pro firmo, quòd à tempore natiuitatis, vsq; ad tempus depositionis non occurrerunt 14. anni, sed Don Baptista non recordatur principium, quia non recordatur de quo anno Catherina fuerat desponsata, non firmat tempus, quia non dicit simpliciter sunt triginta anni, non plus, non minus, quia alternatiuè loquitur.

8 Non obstat doctrina eiusdem Bart. *in l. quid tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr.* si eam intelligamus, prout intelligit Aret. *in decis. allegat.* Sed vlterius dicitur non facere ad casum nostrum, quia vbi in casu nostro verba, *iudicio suo*, essent iuncta cum sensu corporis, quod tamen negabant aliqui ex Dominis optimis rationibus, casus iste multum distat à casu Bart. in quo testis simpliciter dicebat de decem annis, & subiungebantur illa verba (vt mihi videtur) quæ secundùm intelligentiam partis aduersæ non tollunt quo minus probaret dictum tempus: in casu autem nostro, vltra protestationem præcedentem, quod non recordatur de anno, & sic de initio temporis, vt dictum est, & trad. Natt. *cons. 43. num. 3. vers. nam ex sex testibus.* vltra etiam verba (iudicio suo) quæ æquipollent verbis (vt sibi videtur (testis vsus est dictione) in circa) quæ facit non dicatur concludẽter probare tempus, Alex. *cons. 149. n. 7. lib. 4.* Natt. *vbi suprà*, & Cuma. *cons. 91. circa princ. vers. hoc tamen non obstante*, quod propter incertitudinem & indeterminationem nihil operatur.

9 Item subiungit (plus, vel minus) ita vt non dicatur certè, & constanter deponere, Bald. *in l. si ab hostibus, §. final. num. 3. in fine, & sequ. ff. quib. ex caus. maio.* Cæs. de Grass. *decis. 7. num. 3. de probat.* præsertim propter illam alternatiuam (vel) Alex. *in l. & si post tres, num. 6. circa med. ff. si quis cau.* Natt. *dicto consilio sub numero 3. versiculo item deponit per alternatiuam, &c.* ex quibus resolutum fuit Don Baptistam non probare aliquod tempus, saltem quod excludat annum 1608. &c.

Camerinen. Fideicommissi.
Veneris 14. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Simulatio cessionis præsumitur, quando cedens remansit in possessione rei cessæ, nisi in instrumento cessionis, cedens constituerit se possidere nomine cessionarij, & hinc alia nonnulla, de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

Testes probantes possessionem quomodo debeant deponere, num. 2. vbi præsertim quòd possessio dicitur probata per perceptionem fructuum.

Dominium transfertur ex cessione rei cum traditione, num. 3.

Simulatio nunquam probatur nisi constet de causa simulationis, num. 4.

Simulatio præsumitur quando cedens, vel vendens remanet in possessione rei cessæ, vel venditæ, sed hoc fallit, quando in instrumento adest clausula constituti, num. 4.

Cessio non præsumitur simulata quando causa in ea expressa verificatur, num. 4.

Notarius stipulans pro absente non acquirit absenti possessionem, aut dominium, nisi ipso absente ratificante, num. 6.

DECISIO CCXLVII.

DE anno 1558. quondam Andreas de Lippis emit bona, de quibus in territorio Sippi pro se, & Thoma eius fratre absente, stipulante tamen pro eo Notario: de anno 1609. idem Andreas cessit eadem bona quondam Mariano fratri suo Clerico recognoscendo bonam fidem ea ratione, quia dicta bona emisse dixit de pecuniis propriis Mariani, verùm fecerat notare instrumentum emtionis in personam ipsius Andreæ cedentis metu spolij, & Commissariorum, quia Marianus erat Clericus, tunc autem tempore cessionis Commissarij fuerant amoti, & Clericis Camerini fuerat data facultas testandi, tractu temporis defunctis his omnibus filij d. quondam Thomæ egerunt pro recuperatione bonorum prædictorum contra Fratuccios tertios possessores tanquam fideicommissarij dicti quondam Mariani pro eorum recuperatione, & fuit lata sententia in partibus contra actores, quæ in gradu appellationis fuit per Auditorem Cameræ reuocata. Deinde causa commissa in Rota, dubitaui an constaret bona Sippi, de quibus agitur, fuisse in bonis Mariani fideicommittentis, & resolutum fuit pro affirmatiua, siue respectu possessionis, siue respectu dominij. 1

Nam quoad possessionem satis videtur probata per testes examinatos. Primus enim super v 1. & x 1. deponit Marianum plures remisisse ipsum testem ad incidendum ligna pro vsu domus; & secundus super eisdem deponit de vera scientia, quòd Marianus ipso præsente mittebat famulum ad colligendos fructus, & faciendum asportare ligna, & quòd fecit incidere nucem: & tertius quòd vidit asportare ligna ad domum Mariani, & granum, & fructus à laborantibus, qui deponunt de duobus prædiis in villa Sippi, in vocabulo Porta di Ferro, 2

Ferro,& Campo Rotondo,per quam perceptionem fructuum probatur possessio, *l. Titia, ff. de solut. l. 2. ff. de acquir. possess.* Cæs. de Grass. *decisi. 10. num. 3. de caus. possess. & propr. & decisi. 21. num. 3. de probation.*

3 Quo verò ad dominium probatur ex cessione facta per Andream Mariano, hic enim est verus modus recognoscendi bonam fidem, & detegendi simulationem emtionis factæ in persona Andreæ, cùm verè ageretur de acquirendo alteri personæ, videlicet Mariano, Bald. *in l. multum interest, n. 2. versi. sed quomodo probatur*, vbi Salyc. *num. 3. versi. sed tunc qu. qualiter*, & Castren. *num. 3. vers. quæ sunt ista C. si quis alteri, vel sibi*, Socin. sen. *consi. 129. num. 13. lib. 4.* ex qua cessione cum traditione fuit translatum dominium in Marianum, *l. traditionibus, C. de pact. l. nunquam nuda, ff. de acquir. rerum domin.*

4 Nec obstat quod dicitur de simulatione huius cessionis, quia non probatur nec constat de aliqua causa, sine qua simulatio nunquam intrat, iuxta cons. Bart. 65. *libr. 1.* & licèt Andreas remansisset in possessione, vt ex aduerso deducitur, nihilominus excluditur simulatio per clausulam constituti, & precarij, ad latè per Tiraquell. cum relatis ab eo de iure constituti *limit. 9. numer. 4. cum pluribus sequentibus*, per quod constitutum inducitur etiam alia probatio possessionis Mariani. Et tanto magis omnis simulatio & fraus videtur cessare propter causam in dicta cessione narratam ab Andrea, quòd sic emeret bona prædicta nomine proprio de pecuniis Mariani Clerici metu spolij, & Commissariorum Cameræ Apostolicæ; sed quia iam licebat Clericis Camerini testari, quia composuerant cum Reuerenda Camera agnoscendo bonam fidem dicta bona Mariano retrocessit.

5 Nec obstat, quòd Marianus obtinuisset facultatem particularem testandi à Paulo Quarto fel. memor. per decem annos antè, quia in retrocessione non fit mentio de hac facultate, sed de facultate testandi concessa Clero Camerinensi, & in omnem euentum hic temporis lapsus non impedit quin Andreas potuerit quandocumque recognoscere bonam fidem in fauorem Mariani, de cuius pecuniis fuerat facta emtio.

6 Tandem non obstat, dictam emtionem fuisse factam etiam nomine Thomæ absentis fratris Andreæ pro quo Notarius fuerat stipulatus, qui Thomas non retrocessit, quia cùm postea Thomas dictam emtionem non ratificauerit, satis fuit cessio Andreæ sine Thoma, cùm sine ratificatione non acquiratur possessio, nec dominium absenti etiam stipulatione Notarij absentis facta, iuxta magis communem opinionem, de qua testatur Menoch. *consil. 733. numer. 26. libr. 8.* & quòd Thomas nunquam habuit animum acquirendi aliquod ex dicta emtione, patet non solùm ex non ratificatione, sed ex diuisione facta de dictis bonis post mortem Mariani inter dictum Andream, & Thomam cohæredes, in qua Thomas dictam cessionem non impugnauit. Et ex hac cessione præcedente cessat præsumtio iuris familiaritatis. Ex quibus conclusum fuit bona Sippi fuisse in bonis Mariani fideicommittentis.

ILL. D. CARD. LANCELLOTI IVNIORIS.

Meliten. Habitus seu Probationum.
Lunæ 17. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Nobilitas probatur per publicam vocem & famam, per instrumenta antiqua, & aliis modis de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

Nobilitas probatur per testes deponentes de publica voce & fama, n. 1.

Nobilitas probatur ex eo quòd quis habuit gradus, munera, honores, & officia ciuitatis, quæ solis nobilibus dantur, n. 2.

Nobilitas probatur per instrumenta antiqua, in quibus enunciatur alicuius nobilitas, n. 3.

Verba enunciatiua in instrumentis antiquis, habent vim publicæ vocis, & famæ, n. 3.

Verba enunciatiua Principis in instrumentis antiquis probant alicuius nobilitatem, n. 3.

Nobilitas censetur probata ex eo, quòd aliqua familia habeat propriam Cappellam in aliqua Ecclesia, num. 4.

DECISIO CCXLVIII.

DE nobilitate familiæ de Tintis iuxta formam stabilimentorum Religionis Hierosolymitanæ, constare Dominis visum fuit ex testibus per duos fratres Commissarios ad hoc deputatos examinatis, & ex iuribus coram ipsis exhibitis, testes enim quorum primus est annorum 64. & quartus 77. deponunt huiusmodi familiam de Tintis, de qua est Dominus Iulius esse nobilem, tam nomine, quàm armis, immo vnam ex quatuor nobilioribus ciuitatis Sulmonen. atque homines istius familiæ, & in specie patrem, matrem, & auos semper vixisse, vt viuunt nobiles, & de eorum redditibus separatim à plebe contraxisse matrimonia cum nobilibus, nunquam exercuisse artes, aut mercaturas, & probant de scientia, & de auditu ab eorum maioribus, & antenatis, & quartus dicit pro talibus ab omnibus esse tentos, & reputatos, & primus ita vniuersaliter esse tractatos, tentos, & reputatos, & de hoc esse publicam vocem & famam, per quas attestationes est probata nobilitas, cùm ad hunc effectum sufficiat publica vox & fama, Bart. *in l. 1. num. 101. C. de digni. lib. 11.* Guido Papæ *decis. 196.* Calcan. *cons. 8. numero 13.* Socin. *consilio 246. numero 3. lib. 2.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 10. numero 8.* Caputaquen. *decis. 6. part. 2.* & fuit dictum in causa Comen. Habitus 14. Maij 1607. coram R. P. D. meo Iusto, & in causa Glennen. Portionis 25. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Caualerio. 1

Et cùm omnes testes addant personas istius familiæ gauisas fuisse gradibus, muneribus, honoribus, & officiis ciuitatis, quæ solis nobilibus dantur, ex hoc etiam dicitur probata nobilitas, vt fuit resolutum in causa Oueten. Canonicatus 14. Ianuarij 1578. corā Illustrissimo Cardinali Seraphino. Et licèt isti testes non specificent nomen aui, tamen nihil obstat cùm deponant etiam de auibus paternis, & maternis Iulij. 2

Eadem nobilitas probatur ex duobus antiquissimis instrumentis donationum per Regem Siciliæ factarum, altero de anno 1465. altero de anno 1467. ex quibus apparet, quòd Reges iam ab illo tempore tractabant hanc familiam tanquam nobilem, & in quibus eadem familia nobilis enunciatur, & cùm sint duæ enunciatiuæ vltra centum annos habeant vim famæ, & probant in antiquis, Cassad. *decis. 1. de probat.* & sæpe decisum fuit, maximè cùm sint enunciatiuæ Principis, quæ probant nobilitatem, Dec. *consi. 246. n. 14. versi. prædicta conclusio*, Ias. *cons. 65. n. 6. & 13. versi. secundò principaliter vol. 3.* & per hæc est satisfactum constitutioni siue stabilimento Religionis. 3

Quæ coadiuuantur ex attestationibus Syndicorum Communitatis, & Conuentus S. Francisci, ex quibus paret, quòd ista familia habet Cappellam in Ecclesia Sancti Francisci, & ex fide Syndicorum constat eandem familiam esse de nobilibus Ciuitatis per easdem rationes, quas testes retulerunt, & comprobantur ex literis Equitis Genorij, qui fuit Commissarius, quique suæ Religioni de hac nobilitate amplum testimonium reddit, quæ licèt scriptæ sint post factas probationes, tamen negari non potest, quòd magnum adminiculum faciant, ita vt omnibus simul iunctis dicatur probata nobilitas. 4

REVE

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Hispalen. Matrimonij de Alcala, Lunæ 28. Ianuarij 1608.

ARGVMENTVM.

Defenduntur in hac decisione testium depositiones contra quos opponebatur, contra personas, contra dicta, & contra examen, vt in summario, vbi dicta hic repetere longum esset.

SVMMARIVM.

Testes præsumuntur habiles donec contrarium probetur, num. 1.

Testes qui dicantur omni exceptione maiores, & habiles, iudicis arbitrio remissum est, n. 1.

Testium inhabilitas suppletur ex num. 2. vbi præsertim quando sumus in casu difficilis probationis.

Metus illatus intra domesticos parentes, probatur etiam per testes non omni exceptione maiores, consanguineos, & domesticos, n. 3. & 9.

Testes inhabiles, & non omni exceptione maiores, supplentur ex adminiculis, n. 4.

Testis Sacerdos maioris fidei est quàm laicus, n. 5.

Testis deponens de facto proprio maioris fidei est quàm alius, facitque plus quàm semiplenam probationem, num. 5.

Testium edictum prohibitorium est certarum personarum, ita vt quilibet admittatur, nisi prohibitus reperiatur, n. 7.

Testis Sacerdos seu parochus qui aliquem baptizauit, non prohibetur esse testis pro baptizato, n. 7.

Testis nobilitas multum auget eius fidem, n. 8.

Testis mater deponens contra filium maximè probat, n. 8.

Testis quòd iuramento deposuerit non præsumitur, nisi de iuramento appareat, n. 11.

Periurium, vt euitetur omnis interpretatio facienda est, num. 11.

Testis in secundo examine plus dicens, quàm in primo, non reputatur sibi ipsi varius, aut contrarius, n. 12.

Testes non reputantur varij, aut contrarij, si vnus plus altero deponat, n. 12.

Testes requirere etiam prece, & pretio, vt se pro veritate examinent, non est prohibitum, n. 13.

Socius & particeps criminis admittitur in testem in casibus in quibus veritas aliunde haberi non potest, num. 14.

Testis deponens de facto proprio, etiam quòd aliquam patiatur exceptionem, semiplenè probat, n. 14.

Testis domesticus personæ domesticæ non repellitur à testificando, n. 15.

Testium varietas seu contrarietas in non substantialibus non est attendenda, n. 16.

Testes vt non contradicant inter se, facienda est interpretatio, vt loquantur de diuerso tempore, n. 17.

Testes contrarij non dicuntur, quando vnus plus vidit, & audiuit quàm alter, n. 18.

Testium inhabilitas consideranda est tempore depositionis, & non antè, n. 19.

Testes consanguinei admittuntur in causa matrimonij, præsertim quando non est disparitas inter coniuges, num. 20.

Testis famulus non repellitur à testificando, quando tempore depositionis non stabat in seruitio producentis, num. 21.

Testes famuli alicuius Illustrissimæ personæ non repelluntur à testificando pro suo domino, n. 22.

Testium dicta non sunt cauillanda, sed iuuanda, & sustinenda quantum fieri potest, n. 23.

Vxor viro restituenda non est in possessorio, quando non constat de eius legitimo consensu in contractu matrimonij, n. 24. & 25.

Possessorij iudicium admittit probationes petitorij ratione mixturæ, & quando agitur de possessione iuris, num. 25.

Vxor viro restituenda non est propter periculum animæ, & timorem peccati, ne detur cohabitatio illicita, num. 26.

Testes examinati sine interrogatoriis datis à parte non dicuntur nulliter examinati, num. 27.

Testes examinati sine citatione ad dicendum contra articulos non dicuntur nulliter examinati in casu de quo, num. 29.

DECISIO CCXLIX.

Testes Marchionissæ esse idoneos pro nullitate matrimonij, & ritè ac validè examinatos, fuit conclusum vnanimiter per Dominos, & omissis multis, quæ informantes pro parte Don Philippi inculcant extra dubium circa probationem metus iam decisam. Quantum ad idoneitatem, quæ est prima pars dubij, cum illa præsumatur, etiam ad effectũ de quo agitur, quamdiu contrarium non probatur, vt per Caputaq. *decis.* 276. *n.* ....*part.* 3. sufficit respondere obiectionibus, quæ multæ ex aduerso dantur in genere, & in specie. Et quoniam fundamentum super quo tota obiectionum machina construitur, est quòd ad effectum rescindendi matrimonij requirantur testes omni exceptione maiores ad illud labefactandum, Domini (quorum arbitrio remissum est) qui testes dicantur omni exceptione maiores, Abb. *in cap. cùm Ioannes. num.* 13. *circa fin. versiculo ego concordando*, vbi Felyn. *num.* 44. *post med. versiculo in hoc multum versabitur, de fid. instrum.* Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *sub num.* 8. *versic. nam in hac coniugali causa.*) dixerunt non deesse Marchionissæ testes huiusmodi, & ex eorum discussione apparebit. Et quando deessent, qualitatem hanc in casu isto, aut non requiri, aut suppleri ex tribus. 1

Primò ex numero testium, qui sunt decem & octo, Alex. *consilio* 47. *num.* 2. *lib.* 2. Dec. *consilio* 163. *n.* 14. Natt. *consi.* 161. *n.* 11. qui omnes loquuntur in causa matrimoniali. Et quòd in ea suppleat numerus hanc qualitatem, dixit Rota apud Cæsaridè Grass. *decis.* 5. *numero* 8. *de sponsal.* & latiùs in Valentina Professionis prima Martij 1584. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, vbi etiam fuit dictum, id maximè procedere, quando negocium est difficilis probationis, & in terminis nostris ad probandum minas paternas pro annullando matrimonio, tradit Alex. de Neuo *consilio* 37. *numero* 3. *inter consilia matrimonialia*, & tenuit Rota in vna Nicien. matrimonij 27. Ianuarij 1586. coram bon. memor. Scipione, & est regula generalis, & trita, glos. *in l.* 3. *versic. numerus. ff. de testib.* quæ procedit etiam, vbi omnes patiuntur aliquas exceptiones, si testes sunt vltra numerum tenuem, Cæsaride Grass. *d. decis. num.* 9. 2 5

Secundò, quia agitur de annullando matrimonio ex metu illato à patre Marchionissæ, qui cùm inferatur intra domesticos parietes, non coram extraneis personis, Purpur. *consil.* 579. *num.* 11. *in fin.* Corn. *consilio* 124. *num.* 4. *lib.* 3. Socin. iun. *consil.* 47. *sub numero* 33. *libro* 3. non 3

sequi

requiruntur testes omni exceptione maiores, Purpur. *cons.* 161. *n.* 11. sed admittuntur, qui alias non admitterentur; Alex. *cons.* 156. *numer.* 15. *lib.* 5. Honded. *cons.* 29. *num.* 24. *lib.* 1. & propterea admittuntur consanguinei, & domestici, Purpur. *d. cons.* 161. *n.* 11. *in fine*, *& n. seq.* Ang. de Cast. *cons.* 36. *n.* 1. & Alex. de Neuo *consil. seq. n.* 1. *inter consilia matrimonialia*. In his enim quæ domi fiunt, non solum admittuntur domestici in testes. *l. consensu. §. de repud. cap. veniens. el secundo, de test* Bart. *in l. lex quæ tutores. num.* 3. *C. de administr. tutor* Bald. *cons.* 427. *num.* 5. *lib.* 5. Alex. *cons.* 151. *nu.* 3. *in fine. lib.* 5. sed etiam eis magis creditur quàm extraneis, Aret. *c. n°.* 13. *n.* 17. Felyn. *in c. literas, post n.* 6. *de testib.* cum alius per Gabr. *de testib concl.* 10. *n.* 38.

4 Tertiò, non requiruntur testes in casu isto, omni exceptione maiores propter adminicula, præsumtiones, & seriem facti, de quibus in decisione, & latius per informantes, vt resolut Rota in vna Toletana seu Mediolanensis Matrimonij 17. Martij 1572. coram Oradino.

5 Non obstat, quòd dicitur prædicta non procedere in testibus patientibus plures defectus, quia vltra quod non omnibus dantur exceptiones, illæ quæ adducuntur, visæ fuerunt, Dominis leues. Nam quod Sebastianum Martinez quem Domini sine difficultate dixerunt esse omni exceptione maiorem, tum quia Sacerdos, & ob id maiori fide dignus quàm laicus, Alex. *cons.* 143. *num.* 5. *lib.* 7. Socin. iun. *cons.* 31. *nu.* 30. *lib.* 2. Aym. *cons.* 267. *n.* 10. faciunt tradita à Gabr. *de testib. concl.* 4. *n.* 40. tum quia deponit de facto proprio, & propterea maiorem fidem meretur quàm testis ordinarius, Aym. *cons.* 178. *num.* 7. *circa med.* & facit plusquam semiplenam probationem, Cæs. de Grasl. *decis.* 2. *in fine. de emt. & vend.* fuit dictum in Vrbeuetana Bonorum 4. Iunij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & sæpius in alijs. Tum & vltimò, quia fuit à parte aduersa approbatus, adhibendo illum ad solemnizationem matrimonij.

6 Neque eius fidei aliquid est detrahendum, ex eo quòd sciret animum Marchionissæ alienum à contrahendo matrimonium cum Don Philippo, quia de mandato Cardinalis de Castro Archiepiscopi interfuit, & ad effectum illum excusandi sufficit quòd in actu matrimonij Marchionissa non reclamauit.

7 Minus facit, quòd vti parochus baptizauerit Marchionissã, quia nullibi in iure cautum, quòd propterea repellatur à testificando pro ipsa, & clarum edictum de testibus esse prohibitorium certarum personarum, ita vt quilibet admittatur in testem, qui non prohibetur. *l.* 1. *in prin.* vbi Bald. *ff. de testib.* Nell. *in tract. de testib. part.* 1. *num.* 1. *&* 2. Soc. iun. *cons.* 32. *& seq. lib.* 2.

8 Multum etiam deferebant Domini Donnæ Franciscæ Enriquez, tum quia pleníssimè informata, tum quia est de nobilissimo genere, quod multum auger eius fidem, Bald. *in l. testium. num.* 36 *C. de testibus*, Aym. *cons.* 6. *num.* 28. latè Tiraquell. *de nobilit. c.* 20. *num.* 33. vbi post Gerard. quem allegat, dicit testimonium mulierum nobilium præferri testimonio virorum nobilium; item quia deponit contra proprium interesse in præiudicium propriæ filiæ, vt bene deducunt informantes, quo casu multum creditur testi, Socin. iun. *consil.* 61. *sub numer.* 19. *vers. quod etiam lib.* 2. Surd. *decision.* 107. *numer.* 5. & multum considerare solet Rota, vt *decision.* 11. *de surrogat. in nou.* Put. *decision.* 243. *lib.* 2.

9 Non obstat obiecta domesticitas, quia vt dictum est non minuit, sed potiùs auger fidem testis in hac materia ratione præsumtæ melioris scientiæ & veritatis, vt per Purpur. *cons.* 579. *sub n.* 12. prout nec etiam qualitas affinitatis ex eo quòd esset nouerca Marchionissæ, vltra quòd eo ipso, quòd desiit esse vxor Marchionis patris, desiit esse nouerca Marchionissæ, Alex. *cons.* 207. *num.* 10. *in fin. lib.* 6.

10 Quòd fuerit consultrix & mediatrix in hac causa, non bene probatur, & mirum est, quòd notetur de magna affectione erga personam Marchionissæ, cùm in Adasium abierit nouercalis amor. Et quatenus dicitur eam mendacem & periuram, dum dicit se alias deposuisse non cognoscere, quòd apocha esset scripta manu Marchionissæ, nec iuuari ex eo quod subiungit negasse ob metum mariti, quia potest acceptari confessio negationis, & reiici qualitas metus quæ habet contra se præsumtionem. Respondetur potiùs esse præsumendum metum, quia cùm clarum sit apocham fuisse scriptam manu Marchionissæ, vt fuit ostensum in decisione, & indubitatum Donnam Franciscam babuisse notam manum Marchionissæ, excludendo metum, concluderemus fraudem, & dolum in negando. Vnde pro minori malo dicere debemus, vt fuit dictum in decisione, quòd metu mariti territa id fecerit, ex tradita per Gabr. *de crim. conclus.* 1. *numer.* 6. & metus est multum verisimilis propter indignationem & furorem qui maritum inuaserat, propter talem scripturam, & quia coëgit Marchionissam metu & minis ad illam negandum, & contrafaciendum manum.

11 Quoad periurium, non est agendum an ex mericuloso iuramento incurratur, in quo contendunt Doct. & laborant informantes pro vtraque parte. Quia non dicit se negasse cum iuramento, nec de illo apparet, & non præsumitur iuramentum in teste etiam ad effectum, vt probet. Abb. *in c. tuis numer.* 8. *de testib.* Ctur. *de testib. par.* 7. *n.* 15. vnde multo minus ad effectum vt notetur de periurio, pro quo euitando semper est omnis interpretatio facienda, *c. quemadmodum, de iureiurand.* cum alijs per Beto. *cons.* 149. *n.* 12. *lib.* 1.

12 Non obstat quòd in primo examine nullum verbum dicat quòd Marchio eius vir fuisset occisurus filiam, cùm tamen id deponat in secundo. Quia non propterea debet iudicari sibi contraria, non varia, prout non sunt contrarij, nec varij testes, si vnus deponat plusquam alter, Anton. de Butr. *in c.* 1. *in secunda oppositione, de eff. leg.* Alex. *cons.* 64. *n.* 11. *lib.* 2. Dec. *cons.* 163. *n.* 15. *vers. & pro fundamento*, Corn. *cons.* 220. *col.* 2. *vers. tamen dicta Thomasina, lib.* 1. potest enim esse quòd super eo non fuerit interrogata, & testis potest examinari super omissis in primo examine, nec propterea dicitur se corrigere, latè Gabr. *de crim. conclus.* 28. *n.* 7. *& seq.*

13 Nec faciunt tradita per Innoc. & Abb. *in c. præterea de test. cogen.* quia loquuntur quando est timor, quòd testis potuerit instrui à parte, quod non potest applicari in casu nostro, attento quòd Donna Francisca erat omnium bene conscia, & dicit ibi Abb. *n.* 12. *circa med.* quòd hoc est arbitrium iudici, qui habet considerare qualitatẽ personæ, & alias circumstantias. Non est etiam inconueniens, quòd ipsa dixerit eius famulæ, quòd se examinaret, & diceret, quia licuit non solùm iussu, sed etiam prece & pretio id facere, Dec. quē alios allegat *cons.* 189. *n.* 16. Rip. *in l.* 1. *n.* 37. *ff. si cert. petat.*

14 Minus etiam facit, quòd dicitur fuisse sociam criminis in inferendo metum Marchionissæ, omisso enim quòd in casibus, in quibus veritas aliunde haberi non potest, admittitur particeps & socius criminis, Dec. *cons.* 189. *numer.* 10. Aym. *consil.* 178. *post numer.* 3. Alex. de Neuo *d. consil.* 37. *sub numer.* 2. *inter cons. matrimon.* Caputaq. *decision.* 277. *numer.* 8. *& seq. par.* 3 fuit dictum in vna Romana resolutionis indemnitatis 1. Iulij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Donna Francisca non intulit, sed retulit minas paternas, intuitu forsan pietatis, dubitans (vt ipsa testatur) ne pater verè minas exequeretur in filiam, quando illa suo non obtemperasset impetio, & cùm deponat de eo, quod ipsa fecit, tanto magis probat, vt in terminis per Mandel. *consil.* 77. *num.* 7. Immo aliàs esset inhabilis, ex eo solùm quod deponit in facto proprio, faceret semiplenam probationem, Paul. de Castr. *in l.* 2. *§. si absens post num.* 5. *ff. si ex noxa. tan. aga.* Dec. *consil.* 363. *n.* 3. Afflict. *decis.* 369. *n.* 7. Syluest. Aldobrandin. *consil.* 14. *n.* 14.

15 Lupus de Slaua, fuit etiam habitus omni exceptione maior, quia erat bene informatus, cùm de tempore contracti matrimonij esset Secretarius Marchionis patris, & nulla exceptione legitima repelli potest, glos. *in c.* 1. *in ver. maiores*, vbi Hostien. *numer.* 2. *versicul. maiores*, Abb. *numero* 5. Præpos. *numer.* 7. *de consang. & affin.* Roland. *consil.* 7. *n.* 13. *libr.* 1. licèt enim de tempore examinis esset familiaris,

fuisset valde deformis, & omnes cogeret ad collacrymãdum, vt plenè deponunt testes in summario Marchionissæ *n.*13. quod etiam contingit actu ratificandi, quem fecit cum magna displicentia, metu & violenter: vt abundè dicunt testes in dicto summario à numero 13. vsque in finem. Et ista violentia in ratificatione optimè detegit violentiam in ipso contractu adhibitam, vt per Riminal. sen *cons.*15.*n.*15. *& pluribus seqq.*

31 Non est verum, vt ex aduerso prætenditur, quòd intétio Marchionis esset solùm, quòd filia non nuberet Don Francisco, & indignationem minásque processisse ex eo quòd ipsa vellet illi nubere, quia sicut intentio principalis filiæ non erat nubendi Don Francisco: sed impediendi ne contrahere cogeretur cum Don Philippo, ita è conuerso intentio patris prima erat quòd nuberet Don Philippo, non quòd se opponeret matrimonio cum Don Francisco. Primus enim testis in summario num.7. dicit quòd pater erat iratus, & colericus, quia Don Antonia sua filia recusabat nubere Don Philippo, & secundus ibi dicit quòd Marchio dixerat vxori, vt illam suasionibus & minis induceret ad contrahendum cum Don Philippo. Decimus testis in summario numero tertio dicit, quòd pater nunquam libenter aspexit Marchionissam, nisi postquã nupsit Don Philippo. Quintus num.4. quòd fiebat violentia, vt contraherer cum Don Philippo. Primus num. 4. quòd ita colericus euaserat intelligendo, quòd recusabat nubere Don Philippo, & quòd nisi nupsisset illam interficeret, quod etiam dicunt tertius, & sextus n.6. & lamentationes ac protestationes Marchionissæ (vt suprà dictum est) non erant, quòd impediretur contrahere cum Don Francisco: sed quòd vi & metu cogeretur ad contrahendum cum Don Philippo.

32 Non obstat, quòd testes ex aduerso examinati videantur dicere Marchionissam spontè & libenter contraxisse, quia cùm fuerit pro parte Marchionissæ probata vis, & metus, difficile est probari contrarium, Alban. *d. cons.*77. *num.*12. immo quasi impossibile, Abb. *in cap. super hoc, sub num.*34. *de renunciat.* Ias. *in §. quadrupli. n.*72. *Instit. de act.* sed quicquid sit sufficit, quòd in concursu plus creditur duobus testibus de metu, quàm mille deponentibus de voluntate spontanea, & libera, Innoc. *in d. cap. super hoc*, Bald. *in l. obseruare. §. profecisse. n.*15. *in fin. ff. de offic. procons.* Roman. *in rub. ff. de arbitr. n.*22. Alex. *cons.*156. *n.*5. *lib.*5. Purpur. *cons.* 282. *n.*14. Crot. *consil.*106. *n.*27. Ias. *in l. interpositas. n.*5. *C. de transact.* cum aliis per Gabr. *de testib. concl.*4. *n.*15. Menoch. *de præsumt.*126. *n.*31. quod sine scrupulo procedit, quando testes non solùm deponunt de metu, sed etiam de minis, & aliis actibus metum inferentibus, Alciat. post Imol. quem allegat *cons.*55. *n.*22. *lib.*9. Gabr. *d. concl. n.*19.

33 Minus etiam verum est, quòd testes sint singulares, quia immo sunt contestes in multis saltem, & vbi essent singulares adhuc probarent metum, latè Crot. *cons.* 106. *in* 2. *dub.* Surd. *cons.*395. *n.*26. prout etiam testibus singularibus probantur minæ, Grammat. *decis.*5. *n.*15. Gabr. *de testib. concl.*2. *n.*59.

34 Non obstat quòd deducatur metus ad effectum impediendi restitutionem vxoris marito, quo casu non admittitur exceptio etiam notoria, *cap. porrò. de diuort.* quia adest clausula arbitrio quæ minuit iuris rigorem, & operatur, vt possit à dicta regula recedi, vt in hac specie cumulationis petitorij possessorij fuit firmatum in Romana Cottrius 6. Martij anni præteriti coram R. P. D. meo Sacrato. Alia bene tolluntur per informantes. Oppositiones verò, quæ pro parte Don Philippi dantur contra examen, & testes Marchionissæ, Domini reseruarunt videre in alia positione.

IVSTI.

Comen. Habitus.
Lunæ 14. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

De nobilitate quòd probetur per publicam vocem & famam, & per antiqua instrumenta.

SVMMARIVM.

*Nobilitas alicuius personæ probatur per testes deponentes de publica voce, & fama, n.*1.
*Nobilitas probatur per instrumenta antiqua, n.*1.
*Arbitrium boni viri dicitur datum per clausulam si ita expediri iudicaueris, &c. n.*2.
*Identitas personæ censetur probata per demonstrationes nominis, & cognominis, patris, & aui, temporis, & ætatis, n.*3.

DECISIO CCXLIII.

Qværitum fuit extra Rotam de mandato S. D. N. an constaret de notorio grauamine vltimæ sententiæ datæ contra D. Ioãnem Antonium Lucinum in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui effectus erat, vt causa habitus eiusdem Ioannis Antonij committeretur in Rota, non obstante, quòd à Commissariis linguæ Italiæ fuerint relatæ probationes nobilitatis, & semel commissa causa appellationis à Papa, Magno Magistro, & Concilio Ordinario Religionis, cum clausula, appellatione remota, & ad hunc effectum tantùm committendi causam de grauamine visum fuit Dominis sufficienter apparere, quoniam testes pro Lucino examinati probant eius nobilitatem per publicam vocem & famam, cum aliis requisitis, quod est satis, Bald. *in l.* 1. *numer.*41. *& seq. C. de dignat. libr.*11. Bald. *in l. prouide. C. de postulando*, Guid. Pap. *decis.*196. Calc. *cons.* 8. *numer.* 13. *versicul. & hoc maximè*, Socin. *cons.* 246. *numer.* 3. *libr.*2. Felyn. *in cap. super eo, il secondo, numer.*5. *versicul. tamen dicas, de testibus.* Et cum istis testibus concurrunt antiqua instrumenta, quæ attéduntur, quia habent vim famæ, & ex quibus constat familiam de Lucinis fuisse nobilem, Guid. Pap. *decis.* 88. *numer.*3. *versicul. & à populo*, Aym. *cons.*54. *numer.* 10. cum aliis allegatis. 1

Quibus non obstant duæ præcipuè obiectiones, vna enim est, quæ tangit personam Ioannis Antonij, qui homicidium commisit, & idcirco est incapax habitus huius Religionis. Cui respondebatur sublatam esse per Breue fel. recordat. Clementis Octaui, quod licèt esset in forma commissoria directum Magno Magistro, & cum clausula, *si ita expediri iudicaueris*, nihilominus verba ista important arbitrium boni viri. *l. si fideicommissaria libertas*, 2. *in princ. ff. de fideicommiss. liberi. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg.* 3. *&* cumulant alios Doctor. Modern. *de arbitr. iudic. libr.*1. *casu* 8. *in princ.* vt quatenus in reliquis constaret de habilitate Lucini ipsum admittere posset Magnus Magister, vt dispensatio veniret post probata incumbentia, aliàs ista dispensatio ad aliũ effectum non fuisset commissa Magno Magistro, qui si nolebat dispensare ex motu animi sui, consequés erat vt id declararet ante aliquam reiectionem probationum, quæ iam admissæ fuerant in partibus à Commissariis, iuxta formam stabilimentorum electis, & à Capitulo Prouinciali siue Assemblea approbatæ. 2

Altera oppositio erat, quia Ioannes Antonius esset filius Benedicti quondam Francisci qui fuit Notarius descriptus in matricula ciuitatis Comen. vt cõstabat ex fide Collegij Notariorum, & concurrebant plures demõstrationes nominis, & cognominis patris, & aui, temporis, & ætatis, 3

ætatis, ex quibus identitas personæ probata videbatur, Alex.*conf.*55.*num.*5.*lib.*3. cum aliis. Nec facere videbatur assertio illius, qui fidem Notariorum exarauit, & tanquam testis deposuit nullum adfuisse Notarium, quia id dicit de ano paterno,& materno,hodie autem agitur de Notariatu patris, de quo testis non deponit. Et hæc oppositio fecit DD. subsistere, quia propter Notariatum patris excludebatur ab habitu ex stabilimentis Religionis.

4 Quoniam tamen pars exclamabat asserendo id esse ab omni veritate alienum,& agi de eius ignominia, sub falso prætextu, ideo Dominis placuit differre resolutionem,& tandem die 14. Maij 1607. Domini resoluerunt pro Ioanne Antonio,quia in partibus fuerunt factæ diligentiæ,tam pro parte ipsius,quàm Religionis,& exhibita fides authentica multorum, in qua asseritur Franciscum Lucinum habuisse duos filios, & vterque vocabatur Benedictus,vnum legitimum, & legum Doctorem qui sustinuit onera prioecipalia Ciuitatis, alterum illegitimum, qui in matricula Notariorum descriptus fuit die 12. Februarij anni 1553. & obiit absque filiis anno 1556.quæ fides licèt in iudicio non probaret concludenter,tamen ad hunc effectum committendi causam iudicata fuit sufficiens; maximè cùm post dilationes aliquas datas informantibus pro Religione non fuerit contradictum,& ita decisum.

PENIÆ.

Venetiarum Legitimitatis.
Veneris 16. Nouembris 1607.

ARGVMENTVM.

Concubinatu præcedente filij inde nati an & quando præsumantur legitimi, vel illegitimi,& ad istum effectum quibus præsumtionibus eorundem filiorum legitimitas, vel illegitimitas deducatur.

SVMMARIVM.

*Matrimonium probatur leuioribus probationibus quando agitur de filiorum legitimatione,n.*1.

*Matrimonium probari debet plenioribus & efficacioribus probationibus,quando præcessit cõcubinatus,n.*2.

*Matrimonium non esse contractum inter prætensos coniuges, maximè probatur ex inspectione libri parochi, in quo matrimonia describuntur,n.*3.

*Negatiua probatur ex inspectione libri,& scripturarum, num.*3.

*Illegitimitas filiorum probatur ex eo quòd pater illos tanquam illegitimos nominauit in testamento, n.*4. *& 5.vbi præsertim quando sic nominatus filius patris testamentum approbauit.*

*Publica vox & fama non censetur probata per testes dicentes se audiuisse à populo,vel à vicinia, vel quòd erat notorium, nisi etiam dicant, quòd publicè, aut communiter audierunt,n.*6.

*Fama probatio debilitatur per contrarias coniecturas, num.*7.

*Testes singulares non probant confessionem,quando agitur de probatione legitimitatis,n.*8.

*Filiorum legitimitas non probatur per actus æquiuocos tractatus conuenientes etiam filiis naturalibus, n.*9. *10.& 11. vbi ponuntur exempla huiusmodi æquiuocorum actuum.*

*Matrimonium ex longa cohabitatione, quando præsumatur,n.*11.

*Matrimonium nunquid censeatur probatum ex eo quòd per mortem vnius prætensi coniugis alter detulerit vestes lugubres,n.*12.

*Matrimonium seu legitimas filiorum, quando censeatur probatum ex libro Baptismatis,n.*12.

DECISIO CCXLIV.

Die 30. Ianuarij 1606. Octauio, & Leonora solùm informantibus Rota censuit de illorũ legitimitate constare; cæterùm sæpe deinde causa proposita, videlicet die 21.Maij,& die 22. Iunij,eàque non resoluta tandem in hac propositione maturè discussa, Domini à decisis recesserunt; quia licèt ad effectum successionis leuiores probationes sufficiant ad inducendam legitimitatem,Gemin. *consil.* 27.*incip. super dubiis, numero* 7.*versiculo & tunc qualibet*, sæpe à Rota approbato, nihilominus tamen in hoc casu cùm fortiores coniecturæ concurrerent pro illegitimate, meritò à decisione recessum fuit. 1

Et primo loco Domini considerabant, quòd cùm cohabitatio inter Ioannem & Tulliam initium duxerit à concubinatu quod ambæ partes fatebantur, plenior & efficacior probatio concurrere debebat ad matrimonium,& legitimitatem probandam, Vetall.*decis.* 210. *incip. matrimonium contractum, part.* 2. quia constito de initio concubinatus, reputatio & tractatus postea subsequuta, potius inducunt commercium concubinatus quàm matrimonium, *l.si quis. C. de adulteriis. l.final. in princip. vbi glosa in verbo, præsumtionis, ff. de eo quod metus causa*, & ideo coniecturæ, & probationes, quæ aliàs essent sufficientes ad probandum matrimonium, constito de initio vitioso non sufficiunt, quia fortiores requiruntur: in hac autem causa Rota ad matrimonium excludendum,has censuit esse validas, & aliis consideratis in contrarium præponderare. 2

Primum quia cùm matrimonium inter Ioannem & Tulliam præsupponeretur celebratum post Concilium Tridentinum, cuius vigore *sess.* 24. *de reform. matrim. c.*1. *§. habeantur*, teneantur Parochi habere librum, in quo coniugum & testium nomina, diémque & locum contracti matrimonij describant, quem diligenter apud se custodiant, in hoc casu facta diligentia in Parochia, in qua Ioannes & Tullia cohabitauerant, non potuit inueniri notula descripta in libro Parochi super hoc matrimonio. Vnde magnum signum oriebatur ad credendum non fuisse contractum, cùm ex dispositione Concilij matrimonium describi debuisset, & à communiter accidentibus matrimonia describi soleant, ex qua inspectione probabiliter credebatur, vel probata negatiua, Bart. *consil.* 81. *incip. Martinus Fornicon*, *numero* 2. Dec. *consilio* 424. *incip. proponitur quod, numero* 19.*& consil.*467. *incip. bene & consulte, num.*12. *versic. ista enim negatiua*, vel saltem magnum adminiculum ad matrimonium excludendum. 3

Secunda coniectura magis firma & constans deducebatur ex eo,quòd tam Ioannes, quàm eius frater in suis testamentis Octauio,& Leonoræ, tanquam naturalibus legata reliquerunt, & ipsi tanquam tales agnouerunt legata, vnde dicebant Domini non esse verisimile, quòd Pater instituisset hæredes filias fœminas ex alia muliere susceptas,excluso Octauio, & Leonora, si legitimi fuissent,cùm Patres ad conseruandam domum, & familiam filios masculos fœminis præferre soleant; nec dicatur id fuisse factum ad persuasionem nouercæ,quia eo tempore iam erat mortua. 4

Tertia validissima etiam coniectura petebatur ex facto Leonoræ, quæ cum expressa mentione, quòd esset filia naturalis Ioannis,matrimonium contraxerat,&marito dedit in dotem legata sibi in prædictis testamentis relicta. 5

Quibus sic constitutis non fuit difficile respondere ad coniecturas in alia decisione relatas , & discurrendo per singulas, illa quæ petebatur, à publica voce & fama 6

non erat sufficienter probata, cùm ad ea deponeret vndecimus tantùm testis, alij verò solùm testificabantur de auditu, & licèt dicerent se audiuisse à populo, vel à vicinia, vel quòd erat notorium, non tamen dicebant, quòd publicè, aut communiter audiuerunt, sicut requiritur ad probandam publicam vocem & famam, Gozadin, *consil. 13. incip. in hac causa, numer. 58.* Verall. *d. decis. 210. numer. 3. par. 2.*

7 Rursus non deponebant per verba præteriti temporis, & licèt fama fuisset legitimè probata, nihilominus non sufficeret quando adessent aliæ coniecturæ in contrarium, tunc enim à contrarijs coniecturis debilitata non probaret, Grat. *cons. 45. incip. in præsenti causa, numer. 59 lib. 2.* Hic autem ex supradictis hæc fama valde remanebat debilitata.

8 Confessio Ioannis patris Octauij, & Leonoræ non censebatur probata per testes singulares, cùm ad hunc effectum contestes requirantur, Paul. de Castro *cons. 296. incip. visis actis, n. 3. libr. 1.* Alex. *cons. 39. incip. vertitur lis & quæstio, numer. 8. libr. 5.* & tenuit Rota coram me in causa Romana pecuniaria, die 3. Martij 1595.

9 Tractatus in alia decisione ponderati, visi fuerunt æquiuoci, & cùm possint etiam conuenire filijs naturalibus non probare legitimitatem Octauij, & Leonoræ, & maximè, quia aderant tractatus contrarij in testamentis Ioannis, & fratrum eius, in quibus Octauium & Leonoram vocauerant naturales.

10 Quòd Ioannes matrem Tulliæ vocasset Madonna, & fratrem eius cognatum, non probabat legitimum matrimonium, cùm id potuisset fieri ad euitandum scandalum, & turpitudinem peccati, & eodem modo respondebatur ad illud, quòd Tullia incederet per Vrbem cum fazzuolo chiaro, quia signum illud tanquam æquiuocum non probabat matrimonium, Felyn. *in c. illud, n. 11. de præsumpt.*

11 Et similiter dicebatur ad congratulationes, quas Tullia recipiebat propter matrimonium subsequutum cum Ioanne, id enim prudenter faciebat, vt honori suo consuleret; ex longa cohabitatione concurrentibus sex requisitis relatis à Menoch. *lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 1. num. 70. & sequen.* licèt matrimonium præsumi possit quoad filiorum legitimationem, vt succedere deinde possint in hoc casu stante malo concubinatus initio, coniectura inde petita leuis visa fuit, Veral. *d. decis. 210.*

12 Quòd Ioannes propter mortem Tulliæ detulerit vestes lugubres non apparebat legitimè probatum. Quòd autem exequias ei celebrauerit cùm contingere potuerit ob affectum quo Tulliam prosequebatur tanquam signum æquiuocum, nõ probabat matrimonium, eodémque modo fuit dictum non probari matrimonium, ex eo quòd in libris Baptismi, & mortuorum, Ioannes & Tullia vocati fuerant iugales, quia istæ descriptiones regulariter fiunt ad instantiam & assertionem partium, & cùm Curati non soleant adhibere tam exactam diligentiam, & probationem, tales libri non dicuntur continere (nisi alia concurrant) exactissimam & certissimam veritatem, Rota in causa Papien. Iurispatronatus, die 18. Aprilis 1603. coram R.P.D. Coccino.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Sabinen. Aluuionis. Lunæ 19. Nouembris 1607.

ARGVMENTVM.

Testes de Vniuersitate, an & quando probent deponentes pro sua Vniuersitate, plures casus enumerantur.

SVMMARIVM.

Testes subditi possunt deponere pro eorum domino quando non habent interesse singulare, n. 1.

Testes de Vniuersitate admittuntur pro Vniuersitate in causa, & commodo, quod principaliter non spectat ad suam Vniuersitatem, sed in consequentiam, num. 2.

Testes de Vniuersitate admittuntur pro ipsa Vniuersitate, quando eorum interesse non est singulorum, sed Vniuersitatis, num. 1.

Donator non tenetur de euictione rei donatæ, numero 3.

Testes de Vniuersitate etiam quòd principaliter de interesse Vniuersitatis ageretur, non prohibentur pro sua Vniuersitate deponere, num. 4.

Testes de Vniuersitate, licèt admittantur ad deponendum pro sua Vniuersitate, non tamen dicuntur omni exceptione maiores, sed numerus supplet, numero 5.

Testes de Vniuersitate repelluntur à testificando pro sua Vniuersitate quando agitur de interesse singulorum, numero 6. Vbi etiam bene declaratur, quando dicatur agi de interesse singulorum, & numero 7.

Testis, an & quando dicatur habere interesse in causa, & quantum debeat esse hoc interesse, Iudicis arbitrio remissum est, num. 6.

DECISIO CCLXV.

1 CONtra testes examinatos contra Illustrissimos Madruccios opponebatur Gallesanos ad fauorem Vniuersitatis Gallesij, non esse idoneos testes, præsertim quia habent multiplex interesse, quod ipsos vti singulares respicit, sed fuit responsum, quòd non solùm agitur causa Vniuersitatis nomine, vt considerauit Rota, in vna Siracusana Præeminentiarum 5. Maij 1586. coram Bubalo, sed non etiam tractatur de aliquo eius iure, quia cessit omnia iura sua etiam territorij Dominis Madruciis; & licèt reseruatum fuerit, quòd Gallesani possint colere terras donatas, & præferantur exteris; hoc tamen non est interesse Vniuersitatis, sed singulorum.

2 Et quamuis aliqui dicant sibi videri, quòd Communitas habeat interesse in hac causa, de eo tamen non apparet, quia omne ius à se abdicauit, etsi quod considerari posset, esset remotum & consequutiuum, testis autem admittitur ad deponendum super negocio, quod principaliter non spectat ad suam Vniuersitatem, sed in consequentiam, Afflict. *decis. 48. numero 2. in fin.* immo nec etiam quando interesse esset proprium, & particulare, *l. dictantibus*, vbi Ias. *num. 4. C. de testam.*

3 Nec facit, quòd vnus testis dicat, *Io credo che hauendo la Communità, & huomini di Gallese donato, & ceduto al Sig. Aliprando questi beni & terre, che la detta Communità, & huomini si possino dire interessati, perche l'hanno da far buone, & mantener la d. donatione.* Ista enim credulitas est erronea, quia hoc non fuit promissum in cessione, nec de iure est debita euictio, cùm cessio facta sit ex causa donationis, *l. arresto. §. fin. ff. de donat. l. 2. C. de euict.*

4 Vbi etiam ageretur principaliter de interesse Vniuersitatis in causa per eam mota, non tamen prohiberentur Gallesani deponere ad eius fauorem, Bald. *in cap. insuper, numero 3.* & ibi etiam Felyn. *numero 5. versiculo est etiam alia regula, de testib.* Anton. de Butr. *in cap. cùm nuncius, numero 3. eod. tit.* Alberic. *in l. tantum. §. vniuersitatis, numero 3. & seq. ff. de rer. diuis.* Salicet. *in l. præsentes, num. 7. C. de testam.*

5 Et vbi non essent omnino integri propter præsumptam affectionem erga Vniuersitatem, quod deficeret ex fide suppleret numerus testium, Socin. *consilio 194. sub numero 1. versiculo secundò quia, lib. 2.* cum alijs quos refert & sequitur Roland. *consilio 72. numero 5. circa finem, libro 2.* & fuit dictum in illa Siracusana Præeminentiarum,

rum, & est regula generalis, quòd numerus suppleat fidem testium, ex cumul. per Gabr. *conclus. 6. in principio, de testib.* & dixit Rota in vna Romana Prælationis 3. Octobris 1574. coram Cardinali Seraphino & sæpius in aliis, maximè cùm concurrunt sex testes forenses, vt in d. Siracusana Præeminentiarum.

6 Non obstat quòd testes Vniuersitatis repellantur omnino vbi agitur de commodo singulorum, Bart. *in l. an tantum, §. Vniuersitatis, num. 1. ff. de rer. diuis.* Angel. *in l. omnibus, num. 2. vers. aut respicit singulos. C. de testam.* Roman. *consil. 7. num. 4.* Couar. *pract. quæst. capit. 18. num. 4. vers. quibus suffragatur*, vbi quòd ita vnanimum consensu diffinitum est, vt dixit Rota in Narnien. Confinium coram R. P. D. meo Coccino, quia fuit dictum non constare de tali singulorum interesse, quod perimat eorum depositionem, interesse enim deductum respectu prælationis in colendo terras, visum fuit leue, cùm nihilominus soluere debeant: prout soluunt de residuo territorij, & quoad istos testes est euentuale, cùm non cogantur dd. Madrueiis istis magis, quàm alijs Gallesanis locare: est autem arbitrarium Iudicis, quale & quantum debeat esse interesse, vt testes repellantur, cùm non omne commodum sufficiat, Lanfranc. *de testib. numer. 72. in fin.* sequitur Caputaq. pariter *de testib. reg. 56. in 2. & 3. fallent.a*, vbi etiam idem allegat Abb. *in cap. per tuas, de testi. bus*, & modicum interesse non repellit, Cæs. de Graf. *decis. 9. n. 8 de testib.*

7 Alia vtilitas, qua liberabuntur ab oneribus soluendis Malleanensibus, non placuit, quia non apparet, quòd ea, aut similia non sint soluturi dd. donatariis, prout nec alia ex iure pascendi, non enim est considerabilis, cùm dicant se mercedem soluere debere, vt post Bald. & Alex. adductos dicit Capic. *decis. 152. num. 6.* Roland. *consil. 72. num. 15. lib. 2.* Sicuti dicitur cessare interesse singulorum, quando ius pascendi per Vniuersitatem venditur, Iacob. de S. Georgio *in l. nullius, num. 8. vers. deinde si esset quæstio, ff. de testam.* Bald. *in cap. tertio loco, num. 4.* Felyn. *in cap. 3. in fin. versi. & idem si est quæstio, de probat.* Couar. *d. cap. 18. num. 4. vers. qua ratione.*

8 Aliæ exceptiones, quæ dantur personis tam illorum sex testium forensium, quàm Gallesanorum, visa fuerunt Dominis non esse tales, quòd saltim omnibus simul iunctis, non sit adhibenda fides, modò non obstent exceptiones in dicto, quæ erunt particulari dubio discutiendæ, & sic conclusum, &c.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Parmen. Status. Lunæ 3. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

De testibus deponentibus super tempore per verba incerta, & dubitatiua, an, & quando probent.

SVMMARIVM.

Testes singulares, singularitate obstatiua non probant, num. 1.

Matrimonij pluralitas, & iteratio non præsumitur, numer. 2.

Pluralitas actuum non præsumitur in his, quæ à communiter contingentibus iterari, & multiplicari non solent, n. 2.

Aetas numquid probetur per testes dicentes se præcisè non recordari de anno, quo quis natus est, num. 3. 4. & 7.

Testes deponentes per dictionem, circa, declarantur arbitrio Iudicis, quantum se extendat illa dictio circa, præsertim in tempore, n. 5. & 6.

Testis deponens de tempore confusè, & dubitatiuè debet iudicari contestis cum alijs testibus certum tempus determinantibus, num. 6.

Testes varij, seu contrarij, quantum potest reducendi sunt ad concordiam ad effectum vt probent, numero 6.

Testes deponentes de tempore dubitatiuè iudicio suo, vel vt sibi videtur, nunquid probent, numero 8. & 9.

Testes deponentes per verba plus & minus, nunquid probent, num. 9.

DECISIO CCXLVI.

Post longam, & pluries iteratam disputationem Domini perstiterunt in decisis, animaduertentes indagationem temporis in depositione Don Baptistæ principaliter tendere ad reddendum ipsum non solùm singularem singularitate obstatiua, per quam lacerantur probationes, vt dicit Bald. *consil. 25. numero 2. in fin. lib. 3.* & post eum Aym. *consil. 41. sub num. 5.* contra regulam quòd debeant iudicari contestes etiam in tempore, ad effectum vt probent, de qua infrà dicetur, sed etiam ad reddendum sibimet contrarium. Cùm enim deponat se fuisse præsentem dispensationi Catherinæ si volumus, vt prætendunt Domini Rangoni, quòd se restringat ad tempus ab anno 1499. vsque ad annum 1507. de quo tempore non fuit matrimonium, cùm dispensatio de contrahendo sit posterior, non erit verum quòd fuerit præsens dispensationi. 1

2 Nec obstat quod dicitur de pluralitate, & iteratione matrimonij, quia illa nullo modo est præsumenda, vt per Ruyn. *consil. 141. post num. 12. lib. 5.* & facit regula, quòd in factis pluralitas non præsumitur, vt not. *in l. cum quis. §. in popularibus. ff. de iureiur. & in cap. in præsentia, de probat.* & per Bald. *in l. final. C. de reb. cred.* quæ sine difficultate procedit in actibus, qui à communiter contingentibus iterari & multiplicari non solent, Dec. *in dicto cap. in præsentia, sub n. 43. versiculo si verò multiplicari non solent*, cum multis per Silua. *consilio 57. num. 36.* & multum facit depositio Stephani de Cauallis testis pro parte DD. de Raogonibus inducti, qui dicit audiuisse à Don Baptista, quòd Bernardinus tempore dispensationis Catherinæ obtinuit dispensationem à Sede Apostolica, & sic non loquitur de alio matrimonio ab eo de quo in dispensatione. Et propterea cùm agatur de reprobando dicto Don Baptistæ, non est facienda vis in tempore, de quo non præcisè deponit, sed cum dictione, *in circa*, & aliis incertis & indeterminatis, iuxta decis. Caputaq. *247. part. 3.*

Placebat etiam pluribus ex Dominis, quòd in decisione dicitur Don Baptistam non recordari de tempore propter eius præcedentem protestationem, quæ erat multum verisimilis propter præsumptionem obliuionis ex tanti temporis spacio, & impræmeditatam responsionem ad improuisam interrogationem; & dicebat non obstare, quòd ex aduerso obiicitur ipsum non dicere se nō recordari de quantitate tēporis, sed quòd non recordatur de anno præcisè, quia si non recordatur annū, non potest recordari temporis quantitatem: nam qui ignorat principium à quo debet fieri dinumeratio, & computatio, dinumerationem & computationem ignoret necesse est, *l. non facile, ff. de grad.* Bart. *in l. de ætate, numero 7. circa med. versic. quæritur vtrum minor ætas, ff. de minor.* Bald. *in l. si minorem. sub numero 4. C. de restit. in integr.* Salyc. *in l. 2. sub numero 2. versiculo item nota hac. C. de temp. appell.* 3

Cùm enim computatio fiat habito respectu ad principium temporis, necesse est habere principium, vt sciamus computare, Ias. *in l. de diuisione, numero 6. ff. solut. matrim.* Et propterea Don Baptista, qui non recordatur de anno contracti matrimonij, per necesse non recordatur 4

datur quantum temporis effluxerit post contractum matrimonium. Accidit quòd interrogatus de tempore non dicit simpliciter de triginta annis, sed subiungit (iudicio suo) cũ dictione (in circa) plus, vel minus, quæ nihil aliud important, nisi quod recordatur, Aretin. *in c. quoniam, in fine, de testibus*, & qui non recordatur de triginta annis non recordatur de pluri, vel minori tempore.

5 Nec facit quod recordetur saltim de aliqua latitudine temporis, quia hoc dato non erat talis, quod non possit excedere annum 1506. & 1507. Domini enim in quorum arbitrio est positum, quòd tempus capiat dictio, in circa, & aliæ, Alex. *consil. 82. num. 5. lib. 7.* cum multis allegatis per informantes arbitrati fuerunt, quòd non excludat annum 1508. Nec facit quòd soleant referri ad modicum tempus, quia & istud modicum est arbitrio iudicantis, Corn. *consil. 179. num. 4. & 5. lib. 3.* & quarta pars dicitur modica, *l. si quis in suo, C. de inoffic. testam.* & tres anni in spatio quatuordecim annorum, ex glos. *in l. pupillum, ff. de reg. iur. & in §. pupillus, Instit. de inutil. stipul.* quæ ad propositum ponderat Corn. vbi suprà.

6 Et licèt aliàs Rota interpretata sit continere minus tempus, attamen aliter, atque aliter seruandum est secundùm subiectam materiam, & quòd in casu nostro capiat dictum tempus anni 1508. vltra depositionem Stephani de Cauallis superiùs relatam, quòd testis loquens confusè & dubitatiuè de tempore debet iudicari contestis cum aliis probationibus certum tempus determinantibus, Paul. de Castr. *consi. 26. num. 3. in fin. lib. 7.* Aym. *cons. 78. sub n. 9. versi. amplius testes*, & est regula ordinaria, testes esse quantum fieri potest reducendos ad concordiam ad effectum vt probent, Cæs. de Grass. *decisi. 5. num. 23. de sponsal.* Caputaq. *decisi. 270. num. 7. par. 3.*

7 Non obstat dictum Bart. *in d. l. de ætate, ff. de minor.* quia ibi habebatur certum tempus à quo dinumerando testis sciebat non esse elapsos quatuordecim annos, & quando interrogatur de anno, respondit nescire ad saluandum eum debet intelligi, quòd nesciat annum Natiuitatis Domini, quasi dicat, nescio quot anni sunt à Natiuitate Domini, scio tamen quotus est annus à natiuitate pueri, vt sunt verba Bart. & sic ibi obstetrices licèt ignorarent annum Domini, attamen recordabantur annum natiuitatis pueri, & sic principium temporis, nil mirum si sciebant etiam temporis dinumerationem, Salycet. *in d. l. 2. sub num 2. vers. item nota hoc. C. de temp. appell.* & dicebant simpliciter, & pro firmo, quòd à tempore natiuitatis, vsq; ad tempus depositionis non occurrerunt 14. anni, sed Don Baptista non recordatur principium, quia non recordatur de quo anno Catherina fuerat desponsata, non firmat tempus, quia non dicit simpliciter sunt triginta anni, non plus, non minus, quia alternatiuè loquitur.

8 Non obstat doctrina eiusdem Bart. *in l. quid tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr.* si eam intelligamus, prout intelligit Aret. *in decis. allegat.* Sed vlterius dicitur non facere ad casum nostrum, quia vbi in casu nostro verba, *iudicio suo*, essent iuncta cum sensu corporis, quod tamen negabant aliqui ex Dominis optimis rationibus, casus iste multum distat à casu Bart. in quo testis simpliciter dicebat de decem annis, & subiungebantur illa verba (vt mihi videtur) quæ secundùm intelligentiam partis aduersæ non tollunt quo minus probaret dictum tempus: in casu autem nostro, vltra protestationem præcedentem, quod non recordatur de anno, & sic de initio temporis, vt dictum est, & trad. Natt. *cons. 43. num. 3. vers. nam ex sex testibus.* vltra etiam verba (iudicio suo) quæ æquipollent verbis (vt sibi videtur (testis vsus est dictione) in circa) quæ facit non dicatur concludẽter probare tempus, Alex. *cons. 149. n. 7. lib. 4.* Natt. *vbi suprà*, & Cuma. *cons. 91. circa princ. vers. hoc tamen non obstante*, quod propter incertitudinem & indeterminationem nihil operatur.

9 Item subiungit (plus, vel minus) ita vt non dicatur certè, & constanter deponere, Bald. *in l. si ab hostibus, §. final. num. 3. in fine, & sequ. ff. quib. ex caus. maio.* Cæs. de Grass. *decis. 7. num. 3. de probat.* præsertim propter illam alternatiuam (vel) Alex. *in l. & si post tres, num. 6. circa med. ff. si quis cau.* Natt. *dicto consilio sub numero 3. versiculo item deponis per alternatiuam, &c.* ex quibus resolutum fuit Don Baptistam non probare aliquod tempus, saltem quod excludat annum 1608. &c.

Camerinen. Fideicommissi.
Veneris 14. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Simulatio cessionis præsumitur, quando cedens remansit in possessione rei cessæ, nisi in instrumento cessionis, cedens constituerit se possidere nomine cessionarij, & hinc alia nonnulla, de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

Testes probantes possessionem quomodo debeant deponere, num. 2. vbi præsertim quòd possessio dicitur probata per perceptionem fructuum.

Dominium transfertur ex cessione rei cum traditione, num. 3.

Simulatio nunquam probatur nisi constet de causa simulationis, num. 4.

Simulatio præsumitur quando cedens, vel vendens remanet in possessione rei cessæ, vel venditæ, sed hoc fallit, quando in instrumento adest clausula constituti, num 4.

Cessio non præsumitur simulata quando causa in ea expressa verificatur, num. 4.

Notarius stipulans pro absente non acquirit absenti possessionem, aut dominium, nisi ipso absente ratificante, num. 6.

DECISIO CCXLVII.

De anno 1558. quondam Andreas de Lippis emit bona, de quibus in territorio Sippi pro se, & Thoma eius fratre absente, stipulante tamen pro eo Notario: de anno 1609. idem Andreas cessit eadem bona quondam Mariano fratri suo Clerico recognoscendo bonam fidem ea ratione, quia dicta bona emisse dixit de pecuniis propriis Mariani, verùm fecerat cantare instrumentum emtionis in personam ipsius Andreæ cedentis metu spolij, & Commissariorum, quia Marianus erat Clericus, tunc autem tempore cessionis Commissarij fuerant amoti, & Clericis Camerini fuerat data facultas testandi, tractu temporis defunctis his omnibus filij d. quondam Thomæ egerunt pro recuperatione bonorum prædictorum contra Fratruccios tertios possessorea tanquam fideicommissarij dicti quondam Mariani pro eorum recuperatione, & fuit lata sententia in partibus contra actores, quæ in gradu appellationis fuit per Auditorem Cameræ reuocata. Deinde causa commissa in Rota, dubitaui an constaret bona Sippi, de quibus agitur, fuisse in bonis Mariani fideicommittentis, & resolutum fuit pro affirmatiua, siue respectu possessionis, siue respectu dominij. 1

Nam quoad possessionem satis videtur probata per testes examinatos. Primus enim super v 1. & x 1. deponit Marianum pluries remisisse ipsum testem ad incidendum ligna pro vsu domus; & secundus super eisdem deponit de vera scientia, quòd Marianus ipso præsente mittebat famulum ad colligendos fructus, & faciendum asportare ligna, & quòd fecit incidere nucem: & tertius quòd vidit asportare ligna ad domum Mariani, & granum, & fructus à laborantibus, qui deponunt de duobus prædiis in villa Sippi, in vocabulo Porta di Fesro, 2

Ferro,& Campo Rotondo,per quam perceptionem fructuum probatur possessio,*l.Titia,ff.de solut.l. 2.ff.de acquir. possess.*Cæs.de Grass.*decisi.*10.*num.*3. *de caus possess. & propr. & decisi.*21.*num.*3.*de probation.*

3 Quo verò ad dominium probatur ex cessione facta per Andream Mariano, hic enim est verus modus recognoscendi bonam fidem, & detegendi simulationem emtionis factæ in persona Andreæ, cùm verè ageretur de acquirendo alteri personæ, videlicet Mariano, Bald.*in l.multum interest,n.*2.*versi.sed quomodo probatur*, vbi Salyc. *num.*3.*versi.sed tunc qu.qualiter*,& Castren.*num.* 3.*vers.quæ sunt ista C.si quis alteri,vel sibi*,Socin.sen.*consi.*129.*num.*13. *lib.*4.ex qua cessione cum traditione fuit translatum dominium in Marianum,*l.traditionibus,C.de pact.l.nunquam nuda,ff.de acquir.rerum domin.*

4 Nec obstat quod dicitur de simulatione huius cessionis,quia non probatur nec constat de aliqua causa, sine qua simulatio nunquam intrat,iuxta cons.Bart.65.*libr.*1. & licèt Andreas remansisset in possessione, vt ex aduerso deducitur,nihilominus excluditur simulatio per clausulam constituti,& precarij,ad latè per Tiraquell. cum relatis ab eo de iure constituti *limit.*9.*numer.*4.*cum pluribus sequentibus*, per quod constitutum inducitur etiam alia probatio possessionis Mariani. Et tanto magis omnis simulatio & fraus videtur cessare propter causam in dicta cessione narratam ab Andrea,quòd sic emeret bona prædicta nomine proprio de pecuniis Mariani Clerici metu spolij,& Commissariorum Cameræ Apostolicæ;sed quia iam licebat Clericis Camerini testari, quia composuerant cum Reuerenda Camera agnoscendo bonam fidem dicta bona Mariano retrocessit.

5 Nec obstat, quòd Marianus obtinuisset facultatem particularem testandi à Paulo Quarto fel. memor. per decem annos antè,quia in retrocessione non fit mentio de hac facultate,sed de facultate testandi concessa Clero Camerinensi,& in omnem euentum hic temporis lapsus non impedit quin Andreas potuerit quandocumque recognoscere bonam fidem in fauorem Mariani, de cuius pecuniis fuerat facta emtio.

6 Tandem non obstat,dictam emtionem fuisse factam etiam nomine Thomæ absentis fratris Andreæ pro quo Notarius fuerat stipulatus,qui Thomas non retrocessit, quia cùm postea Thomas dictam emtionem non ratificauerit, satis fuit cessio Andreæ sine Thoma, cùm sine ratificatione non acquiratur possessio, nec dominium absenti etiam stipulatione Notarij absentis facta, iuxta magis communem opinionem,de qua testatur Menoch. *consil.* 733. *numer.* 26. *libr.* 8. & quòd Thomas nunquam habuit animum acquirendi aliquod ex dicta emtione, patet non solùm ex non ratificatione, sed ex diuisione facta de dictis bonis post mortem Mariani inter dictum Andream, & Thomam cohæredes, in qua Thomas dictam cessionem non impugnauit.Et ex hac cessione præcedente cessat præsumtio iuris familiaritatis. Ex quibus conclusum fuit bona Sippi fuisse in bonis Mariani fideicommittentis.

ILL. D. CARD. LANCELLOTI IVNIORIS.

Meliten. Habitus seu Probationum.
Lunæ 17.Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Nobilitas probatur per publicam vocem & famam,per instrumenta antiqua,& aliis modis de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

*Nobilitas probatur per testes deponentes de publica voce & fama,n.*1.

*Nobilitas probatur ex eo quòd quis habuit gradus, munera,honores, & officia ciuitatis, quæ solis nobilibus dantur, n.*2.

*Nobilitas probatur per instrumenta antiqua, in quibus enunciatur alicuius nobilitas,n.*3.

*Verba enunciatiua in instrumentis antiquis,habent vim publicæ vocis,& famæ,n.*3.

*Verba enunciatiua Principis in instrumentis antiquis probant alicuius nobilitatem,n.*3.

*Nobilitas censetur probata ex eo, quòd aliqua familia habeat propriam Cappellam in aliqua Ecclesia, num.*4.

DECISIO CCXLVIII.

De nobilitate familiæ de Tintis iuxta formam stabilimentorum Religionis Hierosolymitanæ, constare Dominis visum fuit ex testibus per duos fratres Commissarios ad hoc deputatos examinatis, & ex iuribus coram ipsis exhibitis, testes enim quorum primus est annorum 64. & quartus 77. deponunt huiusmodi familiam de Tintis, de qua est Dominus Iulius esse nobilem, tam nomine, quàm armis, immo vnam ex quatuor nobilioribus ciuitatis Sulmonen. atque homines istius familiæ,& in specie patrem,matrem, & auos semper vixisse, vt viuunt nobiles, & de eorum redditibus separatim à plebe contraxisse matrimonia cum nobilibus, nunquam exercuisse artes, aut mercaturas, & probant de scientia,& de auditu ab eorum maioribus, & anteuatis, & quartus dicit pro talibus ab omnibus esse tentos, & reputatos, & primus ita vniuersaliter esse tractatos, tentos, & reputatos, & de hoc esse publicam vocem & famam, per quas attestationes est probata nobilitas, cùm ad hunc effectum sufficiat publica vox & fama, Bart. *in l.* 1. *num.* 101. *C. de digni. lib.* 11. Guido Papæ *decis.* 196. Calcan. *cons.* 8. *numero* 13. Socin. *consilio* 146. *numero* 3. *lib.* 2. Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 10. *numero* 8. Caputaquen. *decis.*6. *part.*2. & fuit dictum in causa Comen. Habitus 14. Maij 1607. coram R. P. D. meo Iusto,& in causa Giennen. Portionis 25. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Caualerio. 1

Et cùm omnes testes addant personas istius familiæ gauisas fuisse gradibus, muneribus, honoribus,& officiis ciuitatis, quæ solis nobilibus dantur, ex hoc etiam dicitur probata nobilitas, vt fuit resolutum in causa Oueten. Canonicatus 14.Ianuarij 1578. corã Illustrissimo Cardinali Seraphino. Et licèt isti testes non specificent nomen aui, tamen nihil obstat cùm deponant etiam de auibus paternis,& maternis Iulij. 2

Eadem nobilitas probatur ex duobus antiquissimis instrumentis donationum per Regem Siciliæ factarum; altero de anno 1465. altero de anno 1467. ex quibus apparet, quòd Reges iam ab illo tempore tractabant hanc familiam tanquam nobilem, & in quibus eadem familia nobilis enunciatur, & cùm sint duæ enunciatiuæ vltra centum annos habent vim famæ, & probant in antiquis, Cassad. *decis.* 1. *de probat.* & sæpe decisum fuit, maximè cùm sint enunciatiuæ Principis, quæ probant nobilitatem, Dec. *consi.*146.*n.* 14.*versi. prædicta conclusio*, Ias. *cons.* 65.*n.* 6.& 13. *versi. secundo principaliter vol.* 3. & per hæc est satisfactum constitutioni siue stabilimento Religionis. 3

Quæ coadiuuantur ex attestationibus Syndicorum Communitatis, & Conuentus S. Francisci, ex quibus patet, quòd ista familia habet Cappellam in Ecclesia Sancti Francisci,& ex fide Syndicorum constat eandem familiam esse de nobilibus Ciuitatis per easdem rationes, quas testes retulerunt, & comprobantur ex literis Equitis Senorij, qui fuit Commissarius,quique suæ Religioni de hac nobilitate amplum testimonium reddit, quæ licèt scriptæ sint post factas probationes, tamen negari non potest,quòd magnum adminiculum faciant, ita vt omnibus simul iunctis dicatur probata nobilitas. 4

REVE

requiruntur testes omni exceptione maiores, Purpur. *cons.* 161. *num.* 11. sed admittuntur, qui alias non admitterentur; Alex. *cons.* 156. *numer.* 15. *lib.* 5. Honded. *cons.* 29. *num.* 24. *lib.* 1. & propterea admittuntur consanguinei, & domestici, Purpur. *d. cons.* 161. *n.* 11. *in fine*, *& n. seq.* Ang. de Cast. *cons.* 36. *n.* 1. & Alex. de Neuo *consil. seq. n.* 1. *inter consilia matrimonialia.* In his enim quæ domi fiunt, non solùm admittuntur domestici in testes. *l. consensu. C. de repud. cap. veniens. el secondo, de test* Bart. *in l. lex quæ tutores num.* 3. *C. de administr. tutor.* Bald. *cons.* 427. *num.* 5. *lib.* 5. Alex. *cons.* 151. *nu.* 3. *in fine. lib.* 5. sed etiam eis magis creditur quàm extraneis, Aret. *cons.* 13. *n.* 17. Felyn. *in c. literis, post n.* 6. *de testib.* cum aliis per Gabr. *de testib. concl.* 10. *n.* 38.

4 Tertiò, non requiruntur testes in casu isto, omni exceptione maiores propter adminicula, præsumtiones, & seriem facti, de quibus in decisione, & latiùs per informantes, vt resoluit Rota in vna Tolerana seu Mediolanensis Matrimonij 17. Martij 1572. coram Oradino.

5 Non obstat, quòd dicitur prædicta non procedere in testibus patientibus plures defectus, quia vltra quod non omnibus dantur exceptiones, illæ quæ adducuntur, visæ fuerunt Dominis leues. Nam quoad Sebastianum Martinez quem Domini sine difficultate dixerunt esse omni exceptione maiorem, tum quia Sacerdos, & ob id maiori fide dignus quàm laicus, Alex. *cons.* 143. *num.* 5. *lib.* 7. Socin. iun. *cons.* 31. *num.* 30. *lib.* 2. Aym. *cons.* 267. *n.* 10. faciunt tradita à Gabr. *de testib. concl.* 4. *n.* 40. tum quia deponit de facto proprio, & propterea maiorem fidem meretur quàm testis ordinarius, Aym. *cons.* 178. *num.* 7. *circa med.* & facit plusquam semiplenam probationem, Cæs. de Grass. *decis.* 2. *in fine. de emt. & vend.* fuit dictum in Vrbeuetana Bonorum 4. Iunij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & sæpius in aliis. Tum & vltimò, quia fuit à parte aduersa approbatus, adhibendo illum ad solemnizationem matrimonij.

6 Neque eius fidei aliquid est detrahendum, ex eo quòd sciret animum Marchionissæ alienum à contrahendo matrimonium cum Don Philippo, quia de mandato Cardinalis de Castro Archiepiscopi interfuit, & ad effectum illum excusandi sufficit quòd in actu matrimonij Marchionissa non reclamauit.

7 Minus facit, quòd vti parochus baptizauerit Marchionissã, quia nullibi in iure cauetur, quòd propterea repellatur à testificando pro ipsa, & clarum edictum de testibus esse prohibitorium certarum personarum, ita vt quilibet admittatur in testem, qui non prohibetur. *l.* 1. *in prin.* vbi Bald. *ff. de testib.* Nell. *in tract. de testib. part.* 1. *num.* 1. *&* 2. Soc. iun. *cons.* 32. *& seq. lib.* 2.

8 Multum etiam deferebant Domini Donnæ Franciscæ Enriquez, tum quia plenissimè informata, tum quia est de nobilissimo genere, quod multum auget eius fidem, Bald. *in l. testium. num.* 36 *C. de testibus*, Aym. *cons.* 6. *num.* 28. latè Tiraquell. *de nobilit. c.* 20. *num.* 33. vbi post Gerard. quem allegat, dicit testimonium mulierum nobilium præferri testimonio virorum nobilium; item quia deponit contra proprium interesse in præiudicium propriæ filiæ, vt bene deducunt informantes, quo casu multum creditur testi, Socin. iun. *consil.* 61. *sub numer.* 19. *vers. quod etiam lib.* 2. Surd. *decision.* 107. *numer.* 5. & multum considerare solet Rota, vt *decision.* 11. *de surrepat. in nou.* Put. *decision.* 243. *lib.* 2.

9 Non obstat obiecta domesticitas, quia vt dictum est non minuit, sed potiùs auget fidem testis in hac materia ratione præsumtæ melioris scientiæ & veritatis, vt per Purpur. *cons.* 579. *sub n.* 12. prout nec etiam qualitas affinitatis ex eo quòd esset nouerca Marchionissæ, vltra quòd eo ipso, quòd desiit esse vxor Marchionis patris, desiit esse nouerca Marchionissæ, Alex. *cons.* 207. *num.* 10. *in fin. lib.* 6.

10 Quòd fuerit consultrix & mediatrix in hac causa, non bene probatur, & mirum est, quòd notetur de magna affectione erga personam Marchionissæ, cùm in Adasium abierit nouercalis amor. Et quatenus dicitur eam mendacem & periuram, dum dicit se aliàs deposuisse non cognoscere, quòd apocha esset scripta manu Marchionissæ, nec iuuari ex eo quod subiungit negasse ob metum mariti, quia potest acceptari confessio negationis, & reiici qualitas metus quæ habet contra se præsumtionem. Respondetur potiùs esse præsumendum metum, quia cùm clarum sit apocham fuisse scriptam manu Marchionissæ, vt fuit ostensum in decisione, & indubitatum Donnam Franciscam habuisse notam manum Marchionissæ, excludendo metum, includeremus fraudem, & dolum in negando. Vnde pro minori malo dicere debemus, vt fuit dictum in decisione, quòd metu mariti territa id fecerit, ad tradita per Gabr. *de crim. conclus.* 1. *numer.* 6. & metus est multum verisimilis propter indignationem & furorem qui maritum inuaserat, propter talem scripturam, & quia coëgit Marchionissam metu & minis ad illam negandum, & contrafaciendum manum.

11 Quoad periurium, non est agendum an ex meticuloso iuramento incurratur, in quo contendunt Doct. & laborant informantes pro vtraque parte. Quia non dicit se negasse cum iuramento, nec de illo apparet, & non præsumitur iuramentum in teste etiam ad effectum, vt probet. Abb. *in c. tuis. numer.* 8. *de testib.* Crot. *de testib. par.* 7. *n.* 15. vnde multo minus ad effectum vt notetur de periurio, pro quo euitando semper est omnis interpretatio facienda, *c. quemadmodum, de iureiurand.* cum aliis per Bero. *cons.* 149. *n.* 12. *lib.* 1.

12 Non obstat quòd in primo examine nullum verbum dicat quòd Marchio eius vir fuisset occisurus filiam, cùm tamen id deponat in secundo. Quia non propterea debet iudicari sibi contraria, nec varia, prout non sunt contrarij, nec varij testes, si vnus deponat plusquam alter, Anton. de Butr. *in c.* 1. *in secunda oppositione, de off. leg.* Alex. *cons.* 64. *n.* 11. *lib.* 2. Dec. *cons.* 163. *n.* 15. *vers. & pro fundamento*, Corn. *cons.* 220. *col.* 2. *vers. tamen dicta Thomasina, lib.* 1. potest enim esse quòd super eo non fuerit interrogata, & testis potest examinari super omissis in primo examine, nec propterea dicitur se corrigere, latè Gabr. *de crim. conclus.* 28. *n.* 7. *& seq.*

13 Nec faciunt tradita per Innoc. & Abb. *in c. preterea. de test. cogen.* quia loquuntur quando est timor, quòd testis potuerit instrui à parte, quod non potest applicari in casu nostro, attento quòd Donna Francisca erat omnium bene conscia, & dicit ibi Abb. *n.* 12. *circa med.* quòd hoc est arbitrium iudicis, qui habet considerare qualitatẽ personæ, & alias circumstantias. Non est etiam inconueniens, quòd ipsa dixerit eius famulæ, quòd se examinaret, & diceret, quia licuit non solùm iussu, sed etiam prece & pretio id facere, Dec. qui alios allegat *cons.* 189. *n.* 16. Rip. *in l.* 1. *n.* 37. *ff. si cert. petat.*

14 Minus etiam facit, quòd dicitur fuisse sociam criminis in inferendo metum Marchionissæ, omisso enim quòd in casibus, in quibus veritas aliunde haberi non potest, admittitur particeps & socius criminis, Dec. *cons.* 189. *numer.* 10. Aym. *consil.* 178. *post numer.* 3. Alex. de Neuo *d. consil.* 37. *sub numer.* 2. *inter cons. matrimon.* Caputaq. *decision.* 277. *numer.* 8. *& seq. par.* 3. fuit dictum in vna Romana resolutionis indemnitatis 1. Iulij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Donna Francisca non intulit, sed retulit minas paternas, intuitu forsan pietatis, dubitans (vt ipsa testatur) ne pater verè minas exequeretur in filiam, quando illa suo non obtemperasset imperio, & cùm deponat de eo, quod ipsa fecit, tanto magis probat, vt in terminis per Mandel. *consil.* 77. *num.* 7. Immo aliàs esset inhabilis, ex eo solùm quod deponit in facto proprio, faceret semiplenam probationem, Paul. de Castr. *in l.* 2. *§. si absens, post num.* 5. *ff. si ex noxa. can. aga.* Dec. *consil.* 363. *n.* 3. Afflict. *decis.* 369. *n.* 7. Syluest. Aldobrandin. *consil.* 14. *n.* 14.

15 Lupus de Slaua, fuit etiam habitus omni exceptione maior, quia erat bene informatus, cùm de tempore contracti matrimonij esset Secretarius Marchionis patris, & nulla exceptione legitima repelli potest, glos. *in c.* 1. *in ver. maiores*, vbi Hostien. *numer.* 2. *versicul. maiores*, Abb. *numero* 5. Præpos. *numer.* 7. *de consang. & affin.* Roland. *consil.* 7. *n.* 13. *libr.* 1. licèt enim de tempore examinis esset familiaris,

familiaris, & domesticus Donnæ Franciscæ Nouercæ, attamen domesticus personæ domesticæ non repellitur à testificando, Innoc. & alij *in capit. insinuanti, de offic. delig.* Corset. *in verb. testes, sing.* 20. Aufret. *de test. numer.* 34. Gabr. *conclus.* 10. *n.* 53. *de testib.* facit decis. Ægid. 605. & Rotæ 12. *de testib. in nou.*

16 Et nihil facit quod dicat Sebastianum Sacerdotem de tempore contracti matrimonij fleuisse, & tamen Sebastianus examinatus id non dicat, quia non fuit de hoc interrogatus, & sufficit quòd non neget. Dum dicitur conuinci de mendacio, quia dicit retulisse Hieronymæ suę matri, Marchionem sibi dixisse, quòd filiam occidisset si in sua perseuerasset opinione, Hieronyma autem dicat filium sibi solùm dixisse de exhæredatione, quia cùm hæc varietas, seu contrarietas non sit circa substantialia, non est attendenda, Alexand. *consil.* 5. *numer. libr.* 2. Ias. *in l.* 2. *sub num.* 16. *versicul. confirma*, *C. de bonor. possess. secund. tab.* Dec. *cons.* 100. *post num.* 4. *versic. tertio hoc*, Ruyn. *cons.* 36. *numer.* 2. *libr.* 4. Caputaq. *decis.* 270. *numer.* 2. *circa med. par.* 3. prout nec mendacium, & falsitas, Dec. *d. cons. sub numer.* 4. *vers. similiter falsitas*, Riminald. Senior *consil.* 44. *n.* 6. Ruyn. *d. cons.* 36. *n.* 3. Caputaq. *vbi suprà.* Vlterius facilè euitatur contrarietas referendo illam dictionem, *solum*, ad verbum *sibi*, idest, quòd sibi soli, & non alijs dixerit, aut ad alia verba, ex quibus tollatur repugnantia, licèt in originali materno sermone concepto non reperiatur huiusmodi dictio, sed errore interpretantis fuerit adiecta.

17 Facilè etiam conciliatur alia prætensa contrarietas, quòd dicat se fuisse præsentem quando Cardinalis loquebatur cum Marchione patre, cùm tamen septimus & nonus testis dicant neminem vidisse, quia testis iste deponit, antequam Marchionissa fuisset vocata, alij de tempore, quo ibi reperiebatur Marchionissa, præsumendum est enim, quòd loquantur de tempore diuerso, & successiuo ad euitandum contrarietatem, Felyn. *in c. translato, n.* 8. *circa med. de const.* Ruyn. *cons.* 130. *num.* 6. *lib.* 4. fuit dictum in vna Vlixbonen. Professionis 9. Maij 1580. coram Lauterano.

18 Corruit etiam alia prætensa contrarietas inter suum dictum, & depositionem Sebastiani Martinez, quia dicit nullum extraneum fuisse vocatum ad celebrationem matrimonij, & Sebastianus attestatur fuisse præsentes nedum famulos, sed etiam equites, & nobiles. Quoniam idem Sebastianus subiungit dictos equites & nobiles fuisse de domo Marchionis. Sunt etiam variæ exceptiones, quæ dantur contra Donnam Hieronymam; licèt enim dicat nouercam fecisse minas mortis, quas nouerca examinata non dicat fecisse. Attamen satis est, quòd non neget fecisse; & dum obiicitur, quòd testes dicunt, nullum remansisse in cubiculo, in quo erat Cardinalis, respondetur Hieronymum nullibi deponere, quòd aliquis remanserit. Ad illud, quòd alij, qui fuerunt præsentes, non deponant de minis mortis, vt deponit ipsa, respondetur, quòd forsan non aduerterunt, aut non audierunt, prout aduertit & audiuit ipsa, vt in fortioribus terminis dicunt, Alex. *cons.* 10. *n.* 5. *lib.* 1. Corn. *cons.* 203. *num.* 2. *lib.* 4.

19 Nullam etiam exceptionem patiuntur Antonius de Galarza, & Donna Francisca de Figueroa. Quia licèt dicatur fuisse eiectos à Marchione, eo quia suspicabatur ne ipsi præstarent consilium Marchionissæ, Marchio erat mortuus de tempore depositionis, quod tempus semper inspicitur ad effectum habilitandi vel inhabilitandi testem *l.* 3. *in princ. ff. de test.* glos. *in l. Carbonianum.* §. *causæ, in ver. non tandem, ff. de Carbo. edict.* Bartol. *in l. ad testium.* § *conditionem, num* 4. *ff. de testam.* Alexand. *consil.* 149. *num.* 7. *lib.* 5. & nihil habent agere cum Don Philippo cum quo causa agitur.

20 Nihil etiam refert, quando esset verum, quòd Donna Francisca desiderasset quòd Marchionissa nuberet cum Don Francisco de Tuniga, quia Don Franciscus de tempore examinis erat vxoratus, & sic euanuerat huiusmodi desiderium. Donna Ioanna licèt sit soror Marchionissę, attamen admitti debet in causa matrimonij, præsertim quando non est disparitas inter coniuges, glos. & Doctor. *in c. super eo, el* 2. *de testib.* Abb. *in c. videtur, numer.* 2. *& sub numer.* 6. *qui matrim. accus. poss.* Dec. *cons.* 163. *num.* 26. Paris. *consil.* 58. *sub numer.* 24. *libr.* 4. & dixit Rota in illa Valentina Professionis coram Illustrissimo Blanchetto. Immo præfertur extraneis; quia præsumitur habere plenam notitiam, contractus matrimonij vbi suprà.

Quòd Ruffina Lopez inseruiuerit Marchionissæ nihil est, quia quando etiam seruientes repellerentur, non esset repellenda ipsa, quæ tempore depositionis non erat in eius seruitio, Specul. *de test.* §. 1. *numer.* 13. *versicul. quod si olim*, Abb. *in cap. in literis, numer.* 6. vbi Felyn. *numer.* 8. *de test.* Alexan. *consil.* 5. *numer.* 9. *libr.* 1. Crot. *consil.* 131. *numero* 56. 21

Contra Ioannem de Segura, Mariam de Naruaez, & Ioannem Antonium Galarza opponitur, quòd sunt famuli Marchionissæ: sed nihilominus admitti debent famuli Illustrissimæ personæ. Lanfranc. *de testib. numer.* 63. Aufret. *de reprobat. test. sub numer.* 43. *versicul. fallit si sit famulus*, præsertim ad testificandum de his quæ domi facta sunt, ad not. *in l. consensu.* §. *seruis etiam, seu ancillis, C. de repud.* Crot. *d. cons.* 130. *num.* 26. Alex de Neuo *cons.* 4. *n.* 15. qui de probatione metus loquitur. 22

Catherina de Maiorga, Magdalena, & Alysia de Figueroa non prohibentur testificari pro Marchionissa, eo quia sunt famulæ Donnæ Franciscæ nouercæ, vt suprà dictum est de Lupo Deslaua. Aliæ exceptiones, quæ dantur, visæ sunt Dominis parui momenti, & bene sublatæ per informantes pro Marchionissa; dicta enim testium non sunt cauillanda, sed iuuanda, & sustinenda pro viribus, Cassad. *decis.* 3. *num.* 5. *de probat.* etiam per suppletionem. Dec. *cons.* 292. *num.* 2. *&* 595. *n.* 5. & contrarietates, quàm maximè fieri possunt, sunt conciliandæ. Cæs. de Grass. *decis.* 4. *n.* 5. *de test.* 23

Ad secundam partem dubij, quæ respicit validitatem examinis, duæ principaliter obiiciuntur nullitates. Prima ex suspensione petitorij, ex omissione interrogatoriorum, altera. Quoad primam fuit dictum possessorium fuisse terminatum per depositum Marchionissæ, prout sæpe contigit in Rota per sequestrum, & alio modo terminari non poterat, quia restitutioni non erat locus, cùm ea non detur in matrimonio, nisi quando constat de legitimo consensu, *capit. ex transmissa, vbi glos. in ver. legitimè*, Io. Andr. *numer.* 5. Ant. de Butr. *sub numer.* 10. *vers. Io. Andr. approbat*, Abb. *sub numer.* 5. *versicul. contra quod de restit. spol. c. ex parte*, vbi Butr. *in summario*, Bellamer. *sub numer.* 12. *eod. tit.* & ratio est, quia non potest in persona libera haberi quasi possessio huius seruitutis coniugalis, nisi ex legitimo consensu, Bellamer. *ibi sub numer.* 13. & propterea possessorium matrimoniale habet admixtam causam proprietatis, Card. *in d. cap. ex parte, numer.* 4. Bellamer. *numer.* 12. Anchar. *in d. c. ex transmissa, in fin.* Mill. *in verbo, possessio*, & quasi iuris matrimonialis, Rip. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, sub numer.* 83. *ff. de acqu. r. possess.* 24

Hinc sequitur probationes Marchionissæ ad excludendum consensum fuisse admittendas, non solùm ratione mixturæ, sed etiam quia in hoc proceditur possessio iuris, vt dicit Imol. *in d. c. ex parte. post numer.* 10. & probationes super metu bene excludebant consensum, qui adesse non potest, vbi metus, & coactio interuenit, *c. cum locum, de sponsal.* & in filia à patre territa. Quòd non dicatur matrimonio consensisse, tradit Felyn. *consil.* 14. *numer.* 6. facit quia restitutio in spolio matrimoniali non datur, si possessio non fuit iusta, vel fuit violenta, Specul. *de petit. & possess.* §. *final. numer.* 2. *in fin.* Goffred. *in summa de restit. spoliat. numer.* 2. *ad fin.* 25

Rursus cùm negaretur matrimonium, & essent in promptu probationes, debebant admitti, & retardari restitutio, propter periculum animæ, & timorem peccati, ne daretur cohabitatio illicita, *c. gaudemus, de diuort.* Alex. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, numer.* 20. vbi Rip. *sub numer.* 83. *ff. de acqu. r. possess.* Couarr. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 7. § 5. *numer.* 9. *post med.* cum multis per Gabr. *de restit. spoliat. conclus.* 1. *numer.* 150. vbicumque enim ad restitutionem faciendam possessio dat occasionem peccati, debet admitti pars aduersa ad dicendum de pro- 26 27

prietate

prietate, Federic. de Sen. *consil. 283. num. 4.* Præsertim quia concurrebat aliud periculum propter virginitatem, & incorruptionem Marchionissæ, glos. *in c. 1. in verbo, suspectum. vt lit. nō contest.* Specul. in suprà, *sub n. 2.* latè Bellamer. *in cap. ex parte, sub num. 11. versic. secunda conclus. de restitut. spoliat.*

27 Ad secundam nullitatem ex omissione interrogatoriorū, fuit dictum ex tali omissione non concludi ad nullitatem examinis, Alex. *consil. 172. num. 9. lib. 2.* Dec. *in c. licèt causam, num. 56. de probat.* Put. *decis. 417. libr. 1. & 317. libr. 2.* Accorambon. *decis. 49.* Et imputare sibi debet pars aduersa quòd illa non exhibuerit coram Nuncio, prout fuerat monita sub comminatione, quòd aliàs examinarentur sine illis, Peregr. *decis. 129. lib. 1. & 68. lib. 2.*

28 Neque obstat, quòd dicitur fuisse exhibita quædam interrogatoria. Tum quia de dicto tempore erant examinati plures testes. Tum quia cùm receptor haberet in mandatis solùm facultatem examinandi super articulis, non poterat aliquid addere, & alterare formam sibi traditam, & bene fecit illa non admittendo, & debuisset pars redire ad Iudicē, vt per Franc. Marc. *decis. Delphin. 427. p. 2.* & in omnem euentum sufficere possunt testes examinati ante illorum exhibitionem.

29 Alia oppositio ex defectu citationis ad dicendum cōtra articulos non placuit, quia satis est, quòd fuit intimata commissio receptoris, in qua dicebatur quòd examinarent super articulis hinc inde deductis. Vnde pars tūc potuit opponere, Cæs. de Grass. *decis. 15. num. 4. de fid. instr.* Cætera deducta ex aduerso pro nullitate examinis bene tolluntur per informantes, quorum responsiones placuerunt Dominis. Ex quibus fuit conclusum testes esse idoneos, & valide examinatos, &c.

PENIÆ.

Bononien. Separationis Tori.
Lunæ 11. Februarij 1608.

ARGVMENTVM.

Tori separationem quando vxor propter viri sæuitiam vel adulterium petere vult, potest ex iusta causa diuertere à viro, & extra viri domum alimenta petere, secus si sine causa iusta, & quænam isto casu sit iusta causa.

SVMMARIVM.

Testes examinati in iudicio criminali pro informatione Curiæ nō faciunt fidem in iudicio ciuili, nisi iterum parte citata fuerint examinati, & repetiti, n. 1.

Confessio facta in iudicio criminali probat contra confitentem in iudicio ciuili, non ad condemnandum, sed ad inquirendum, n. 2.

Tori separatio quando à muliere petitur propter viri sæuitiam, vel propter adulterium, mulier alenda est extra domum viri, vir debet dare alimenta, n. 3. declara vt n. 4. & n. 6.

Vxor propria auctoritate, & sine iusta causa diuertens à viro, non potest ab eo petere alimenta, secus si cū iusta causa, num 4. & num. 5. vbi declaratur quæ sit iusta causa.

DECISIO CCL.

1 CVm inter Illustrissimos Coniuges Aurelium ab Armis Senatorem Bononien. & Antoniam Sanuitalem ortæ fuissent domesticæ contentiones, & Aurelius factis durioribus, nobilissimam & honestissimam vxorem lacesserit, aliquot enim alapas eidem impegerat, causa introducta in Rota dubitaui an constaret de tali sufficienti causa, vt esset locus subministrationi alimentorum, & expensarum litis, ad effectum vt Antonia posset facere suas probationes, & ad vlteriora procedere, iuxta formam sacrorum Canonum, quando vnus ex coniugibus, vel propter adulterium, aut sæuitiam alterius, vel propter alias legitimas causas, nō potest commodè cum eo cohabitare, & Rota vtraque parte informante censuit locum fuisse subministrationi alimentorum, & expensarum non propter dicta testium examinatorum in iudicio criminali pro informatione Curiæ, quia cùm fuerint in iudicio summario sine partis citatione examinati, nec iterum citata parte iudicio plenario repetiti, nullum faciebat probationis gradum, Bart. *in l. fin. in fine. ff. de quæst.* Ægid. Boss. *tit. de delinquen. num. 6.* Abb. *in c. graue. numer. 9. de prabend.* Marsil. *singul. 580. incip. acta facta in iudicio summario.* Io. à Rojas *in tract. de heret. part. 2. assert. 4. n. 107. versicul. testes verò in iudicio summario.*

Neque propter assertionē D. Antoniæ, quia erat pars 2
formalis, & offensa, sed propter confessionem eiusdem D. Aurelij affirmantis se tres, vel quatuor alapas impegisse Antoniæ, ex eo quòd immoderato impetu ausa fuerat ad suum cubiculum accedere; licèt enim ista confessio fuisset facta in iudicio criminali, probabat tamen cōfitentem in hoc iudicio ciuili, Guido Papæ *decis. 254. incip. confessio per aliquam facta.* Bell. *decis. 3. incip. confessio in vno iudicio,* Rota *decis. 4. incip. quidam agebat, num. 2. de confess. in antiq.* Cæsar de Grass. *decis. 3. incip. prima difficultas est, num. 3. de solut.* qui num. 6. explicatur, quòd licèt confessio facta in vno iudicio non valeat ad condemnandū in alio iudicio, valet tamē ad instruendū iudiciū inquisitionis, sed ad probandum illud crimen ex prædicta confessione, Bald. *in l. mercalem. C. de condict. ob turp. caus.* Felyn. *in cap. causam quæ, il primo, numer. 27. vers. sed responde ex notatis per Bald. de testib.*

Ex his inferebatur Dominæ Antoniæ extra domum 3
mariti agentia, & super separatione tori & cohabitationis cum marito litigari volenti subministrari potuisse moderata alimenta, licèt nondum esset probata Aurelij mariti sæuitia, vel adulterium, Afflict. *decis. 10. incip. vxor.* Rubeus *in repet. c. per vestras. §. 39. numer. 5. de donat. inter vir. & vxor.* Rota in causa Bisuntina Separationis Tori die 1. Aprilis 1596. coram D. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.

Nec refert quòd aliàs Rota apud Thomam de Tanis 4
decis. 11. incip. vxórque auctoritate propria. ex glos. in cap. significasti. de diuort. & Feder. de Sen. *consil. 176.* & in vna Papien. Matrimonij die 19. Februarij 1696. coram Domino Cardinale Pāphilio tunc Rotæ Auditore, tenuerit vxori propria auctoritate diuertenti, & cum viro litigare volenti, nec alimenta nec litis expensas esse à marito præstanda, quoniam respondebatur id habere locum, quando sine iusta & rationabili causa propria auctoritate seu potiùs leuitate à marito recedit, secus autem si ex iusta causa iudicio prudentium ponderata, discedat. Doct. *in l. si cùm dotem. §. sin autem in sanissimo. ff. solut. matrimon.* Cyn. Bald. & alij *in l. quidem in vxore. C. de neg. gest.* Ias. *in l. 1. numer. 4. C. de leg.* Afflict. *d. decis. 10. numer. 1.* & fuit dictum in terminis in dicta causa Bisuntina Separationis Tori.

Rota autem in hoc ex confessione Aurelij censuit ra- 5
tionabiliter potuisse Antoniam ab eo discedere, hodie præsertim permittente, & Aurelio penitus non repugnante; sic enim discessus & voluntati Antoniæ, & non repugnantiæ mariti tribuendus videbatur, quamuis prudentiùs fecisset vterque calore iracundiæ remisso reconciliatis animis ad concordiam redire, & intra domesticos parietes occultare dolorem, qui publicatus non sine coniugum præiudicio & iactura magis augetur.

Neque prædictis obstat quòd nondum esset proba- 6
tum adulterium, neque sæuitia Aurelij, quia dicebatur quòd si ista fuissent probata, causa breuiter potuisset finiri: sic autem censuit, vt Antonio posset facere suas probationes, & interim aleretur, & sumptus in parādis probationibus facere posset, præsertim cū diuertens

dotem fcutorem 16.mill.Aurelio attulisset.

7 Demum quamuis Rota sic respondendum putaret, magis tamen sibi placebat concordia inter nobilissimos coniuges prole hactenus carentes, quæ in domo, & familia Armia succedere posset; eo enim consilio mihi cōmisit resolutionem, vt curarem concordiam, quam tamen non potui concludere.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Boiaoen. Pensionis.
Mercurij 10. Martij 1608.

ARGVMENTVM.

Testes in possessorio examinati an & quando probent in petitorio, & quæ inimicitia requiratur ad effectum repellendi testes à testimonio.

SVMMARIVM.

Testes examinati in possessorio an & quando probent in petitorio, n.1.

Confessio partis præualet mille testibus contrarium deponentibus, n.2.

Inimicitia capitalis requiritur ad effectum repellendi testes, n.4.

Fides non facit fidem, n.4.

DECISIO CCLI.

1 GRatiam Matij esse iustificatam resoluerunt DD. resignatio enim in manibus Papæ probatur ex literis ipsius resignationis, quòd resignans ius habuerit super beneficio tempore resignationis constat ex latè deductis in decisione coram R. P. D. meo Decano sub die 15. Ianuarij 1605. in qua fuit particulari dubio id firmatum: quòd autem remaneant centum pro Rectore, bene probant testes super hoc examinati, quibus non obstant plures oppositiones, quæ dantur pro parte Eucharistiæ: nam quòd fuerint examinati in possessorio, & propterea non probent in petitorio, fuit sublatum per decisionem factam 27. Iunij 1603. coram illustrissimo Cardinali Millino, quæ fuit coram me confirmata 10. Decembris 1606. in qua iterum opponitur de non præstito iuramento calumniæ per ipsummet principalem.

2 Non obstat, quod dicitur testes hos fuisse coram D. meo Decano reiectos tanquam falsos 27. Octobris 1600. quia hoc in dicta decisione non dicitur, sed voluit Rota, quòd staretur magis confessioni partis dicentis contrarium, cùm confessio præualeat mille testibus contrarium deponentibus, Gabr. qui alios allegat, *de testib. concl. 4. num. 75.* & vbi etiam possit ex hoc argui de falso, vt per Capuaq. *decis. 283. num 5. in fine, & num. seq. par. 3.* attamen hæc falsitas vnicum tantùm testem percuteret, videlicet Federicum fratrem Marci Antonij, qui de facto proprio deponendo dicit se soluisse, non autem alios testes, qui deponunt de solutione per auditum, quia potest esse verum, quòd solutio non sit facta, & quòd isti audiuerint esse factam, cùm etiam multa facta dicantur.

3 Non etiam obstat, quòd dicitur testes non percutere tempus gratiæ, item nec deductis oneribus, quia quoad tempus testes deponunt, & de tempore Matij resignātis per plures annos, & de tempore Marci Antonij resignatarij, ita vt proculdubio includant tempus resignationis quoad deductionem onerum apparet lectura testium super tertio articulo, quòd eorum rationem habuerunt, & loquuti sunt ipsis detractis.

4 Obiecta inimicitia inter testes, & Camerarium non probatur, quia fides non facit fidem, & non apparet, quòd sit capitalis, vt requiritur ad effectum repellendi testes, Marsil. *in l. 1. §. præterea, in princ. & n. 11. ff. de quæst.* Aufrer. *de reprobat. test. sub numer. 56.* Curt. *in tract. de test. numer. 101. versicul. & præmissa intellige.* Clar. *in §. final. quæst. 24. sub verb. item quæro.* Et in omnem euentum fides loquitur de Federico primo teste, & Ioanne Camillo tertio teste tantùm.

Non est verum, quòd testes non reddant causam scientiæ, quia primus dicit se fuisse exactorem fructuum, alij dicunt se scire non solùm quia ciues, sed etiam per publicam vocem & famam. Alia bene tolluntur per informantes. 5

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Perusina Nullitatis Donationis.
Veneris 18. Aprilis 1608.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis requirēs in donationibus subscriptionem donantis, & testium factum ad obuiādum fraudibus, procedit etiam in donatione inter patrem, & filium.

SVMMARIVM.

Extensio statuti facienda est de casu ad casum ex identitate rationis expressè in ipso statuto, n. 1.

Statutum loquens, & requirens solemnitates aliquas in donatione inter consanguineos, procedit etiam in donatione inter patrem, & filium, n. 1. & 2.

Donatio censetur facta in fraudem creditorum, quando donans post donationem contraxit plura debita, n. 3.

DECISIO CCLII.

STatutum Vrbis *cap. 149. libr. 1.* requirens in donationibus subscriptionem donantis, & testium, habet locum etiam in donatione facta per patrem filius, prout Domini in hac causa resoluerunt, quia cùm statutum sit factum ad obuiādas fraudes, quæ in donationibus committuntur, vt patet, ex ipsius statuti procemio, ex quo causa finalis colligitur, & cùm ista ratio præsumtæ fraudis æquè militer in donationibus paternis, sicut in aliis, licèt in statuto nulla fiat mentio de patre, & filio, tamen etiam in ipsis debet habere locum, quia quotiescumque in statuto expressa ratio extenditur ab omnem casum in quo viget eadem ratio, ex latè alleg. per Honded. *consil. 14. numer. 14. & seq. libr. 1.* & pro hac decisione est tex. *in l. lata, 27. C. de donat.* vbi solemnitates requisitæ in donationibus factis inter consanguineos interuenire debent in donatione etiam inter patrem, & filium, & ibi id not. Bald. & alij, & in terminis quòd propter dispositionē d. l. lata, statutum loquēs de donationibus instituendis habet locum etiam, quando pater donat filio, dicunt Cuman. *consil. 28. numer. 3. circa med. versicul. in præsentiarum,* Dec. *consil. 86. num. 2. ante finem,* Guido Pap. *consil. 104. num. 3.* & in indiuiduo de Statuto Vrbis antiquo, Gabr. *consil. 52. numer. 9. & 10. libr. 2.* Tanto magis, quia hoc statutum respicit probationem donationis, circa cuius fraudem eadem militat ratio in donatione facta à patre filiis, sicut in aliis. 1

Non obstat Ripa *respons. 1. & 2. de reuocand. donat. aliàs 198.* & Lambertēg. *de contract. mulier. in fin num. 109.* quia fundatur in eo, quòd inter Patrem & filium non committatur fraus, quæ ratio non est vera, cùm contrarium expressè decidatur, per tex. & Doct. *in d. l.* vltra quod procedunt in solemnitatibus inductis ad autorizandum personam donantis, quæ non videntur necessariæ in donatione facta filio, quæ potius facta præsumitur propter affectionem, quàm propter fragilitatem, vt per Bald. & alios allegatos per Lamberteng. vbi suprà, secus autem est in solēnitatibus requisitis à statuto 2

tum ad euitandas fraudes quæ possunt committi in donationibus factis filiis, sicut in aliis.

3 Non obstat decis. Crescent. *de donat.* Tum quia ista decisio Crescentij est fundata in donatione modicæ summæ, & parui momenti, tum quia procedit quia non agebatur de præiudicio tertij, nec poterat considerari fraus, cùm adesset causa parafreni, per quam excludebatur suspicio fraudis, secus verò quando agitur de præiudicio tertij, & intrat præsumptio fraudis, prout hic, vbi pater post donationem contraxit multa debita, & quod plus est in ipsa donatione reseruauit sibi administrationem quatenus vellet quòd nulla alia ratione factum dici potest, nisi ad fraudandos nouos creditores. Aliæ autem decisiones, quæ possunt allegari, nempe Sarnen. & Romana de Calendis 5. Martij 1604. coram me bene procedunt in solemnitatibus requisitis ad autorizandum, & reintegrandum personam donantis, prout loquitur Bald. *in l. pacta, quæst.* 21. *C. de collat. & consil.* 407. *libr.* 2. vbi fundata est decisio Sarnen. & illa Romana ad euitandas fraudes, quæ debent propterea adhiberi ab omnibus, in quibus cadere potest suspicio fraudis, vt dictum est.

IVSTI.

Bononien. Laudi. Lunæ 28. Aprilis 1608.

ARGVMENTVM.

Confessio facta in criminali iudicio, an & quãdo probet in iudicio ciuili inter easdem partes; quid è contra. Quid si non ad eundem finem. Quid si cõtra confessionem fuit pronunciatum, & quid si confessio incidenter emanauit.

SVMMARIVM.

Emtio præsumitur facta ab eo, qui emere tenebatur, n. 1.

Confessio facta in iudicio criminali probat etiam in iudicio ciuili inter easdem personas, & quid è contra, & quid si ad diuersũ finem, & quid si contra confessionem in iudicio criminali non fuit iudicatum, n. 2.

Confessiones factæ in iudicio criminali probant in iudicio ciuili inter easdẽ personas, etiam quòd incidenter emanauerint, & quantum, n. 3.

Emtio & vẽditio potest etiam fieri per interpositam personam, & per Procuratorem, n. 4.

DECISIO CCLIII.

1 CONstat ex capitulis Societatis, quòd omnis cura emendi serici spectabat ad Grimaldos; solùm igitur versatur dubitatio super facto, an fuerint emtores totius serici, quod si constat ipsum sericum esse emtum, & onus emẽdi spectare ad Grimaldos, nec probatur alium emisse, videtur necessariò sequi totum sericum emtum esse à Grimaldis, & sic emisse eos, qui emere tenebantur, *l. cùm seruus. ff. de verb. obligat.* Aym. *consil.* 304. *num.* 4. *in fine.*

2 Verùm vlterius ostenduntur confessiones tam Christophori, quàm Francisci, quæ licèt sint in causa criminali, tamen inter easdem partes nocent in iudicio ciuili. Bar. specificè *in l. prætor ait, §. hoc edicto, n.* 5 *ff. de vi bonor. rapt.* vbi in vers. dico quòd illa distinctio non reprobat doctrinam supradictã, sed distinctionẽ, an ad eundem finem tendãt, vel ad alium, & nos loquimur de cõfessione facta in criminali pro ciuili, nõ è cõtra, Rota *decis.* 4. *de confess. in antiq.* Ægid. *decis.* 3. Cæs. de Graf. *decis.* 3. *de sol.* Guid. Pap. *dec.* 264. & corã bo. me. Giptio in Meliten. Abbatiæ 27. Aprilis, & 27. Nouẽbris 1592. & corã R. P. D. meo Lãcellotto in Bononien. de Rubeis 7. Martij 1613. cum aliis per informantes allegatis, maximè quia non ostenditur pronunciatũ fuisse contra confessiones, vt asserebant informantes pro Grimaldis.

3 Nec facit in cõtrariũ, quòd cõfessiones emanauerint incidenter, quia semper nocent confitenti, Cæs. de Graff. *d. decis.* 2. *de solut.* quæ si non sufficerent ad effectum condemnationis, tamen fundant intentionem Iudicis in his terminis, in quib. confessiones adhærent naturæ negotij.

4 Non obstant deducta in contrarium, & primò quòd Christophorus non potuit in totum emisse, cùm adfuerit eius infirmitas intermedia, & carceratio, quia non probatur quòd infirmitas & carceratio impediuerint curam emendi, actus verò emtionis potuit fieri per interpositam personam nomine Christophori.

5 Non obstant apochæ Accursij, vbi videtur Accursius emisse, quia Accursius scripsit apochas tanquam compementarius societatis, non tanquam emtoris serici, & sic intelliguntur factæ apochæ pro cautione emtoris, & pro pretio consequendo non ad demonstrandum Accursium emisse, & hoc non dicunt apochæ.

6 Non obstant litteræ, & partita, quibus Grimaldi ostendere conantur, partem emtam esse de mandato societatis ab aliis in diuersis, quia istæ litteræ continent solutionem pretij, non detegunt sericum ab aliis fuisse emtum, vel emtionem demandatam.

7 Non obstat denique quòd ex forma concordiæ DD. de S. Petro deberent præstare auxilium Grimaldis in huiusmodi emtionibus serici, quia hoc non ostenditur habuisse effectum, vel opus fuisse, quod si probaretur alium emisse, probatio releuaret. Et idcirco Domini concluserunt Christophorum fuisse emtorem totius serici, nisi ostendunt aliquas partitas ab alio fuisse emtas.

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Assisien. Census Lunæ 5. Maij 1608.

ARGVMENTVM.

Census contractus vigore Cõstitutionis Pij V. ex non interuentu pecuniæ numeratæ præsumuntur fœneratitius, & simulatus.

SVMMARIVM.

Contractus cẽsus vigore Constitutionis pij V. pecuniæ numeratæ non interueniente est ipso iure nullus, n. 1.

Simulationis causa cessante cessat simulatio, n. 1.

Simulatio inducitur ex indiciis, coniecturis, & verisimilitudinibus, n. 2.

Contractus simulatus non præsumitur, num 3 *Vbi quòd hoc procedit ad effectum, quòd allegans simulationem illam teneatur probare, non autem quando videtur probata.*

DECISIO CCLIV.

1 QVia secundùm ea quæ de nouo proponuntur nouum responsum dare oportet, & primum non mutatur, sed thema, vt inquit Bald. *in consil.* 417. *num.* 4. *in fine, libr.* 2. *& consil.* 52. *numer.* 2. *in fine, libr.* 3. Propterea ex nouiter deductis Rota cẽsuit pecuniam numeratam nõ interuenisse in constitutione census de quo agitur, & per consequens esse fœneratitium, iuxta Constitutionem fœl. mem. Pij. Quinti, & vt euitaretur dicta Cõstitio apparet de causa simulandi, sine qua simulatio nõ præsumitur, iuxta cons. Bart. 65. *sub numer.* 4. pluries canonizatum. Attentata enim serie facti, quæ multũ facit ad detegendum simulationem, vt inquit Ias. *in l. prætor. §. si initium, n.* 3. *ff. de eden.* Dec. *cons.* 544. *n.* 13. constat dictam pecuniã numeratã non interuenisse: nã de anno 1580. inita fuit societas de emẽdo animalia cum pecuniis Bartholomæi Rangoni emtoris census de quo agitur, inter ipsum Bartholomæum, Andream, & Petrum Paulum.

2 Et postmodũ de anno 1548 paulo postquã finita fuit dicta societas, Rãgonus emit censũ pretio scutorũ 1500. super bonis Andreæ cum obligatione Petri Pauli, quę soluit partim in pecunia numerata, partim in nominibus debitorum, & animalibus; quæ obuenerant finita dicta societate pro suo capitali, & lucro, & die 5.

Septembris eiusdem anni fuit factum instrumentum secundæ societatis aliàs initæ, finita prima inter Andream, & Petrum Paulum super emendo & vendendo animalibus, & asserebant in instrumento iam fuisse exposita scuta 1500. in pecuniis, animalibus, & creditis quæ confessio satis arguit fuisse exposita illa animalia, pecunias, & credita, quæ fuerunt habita à Rangono pro pretio census, & postmodum 7. eiusdem mensis Septembris fuit extinctus dictus census, & illinc ad septem dies alius creatus cum pecunia numerata, vt constabat ex attestatione Notarij in præsentia testium, quæ satis probatur erronea, attẽta dicta serie facti, & ex quo postmodum vigore istius societatis fuerunt exacta multa credita, quę erant in prima societate, & quæ Bartholomæus dederat Andreæ, & Petro Paulo pro pretio primi census, vt constat ex quietantiis existentibus penes debitores, & ex partitis librorum huius secundæ societatis, vnde cessat ambigendi locus, quòd census fuerit extinctus ad effectum creandi nouum cum fictione, quòd pecunia numerabatur ad euitandum Constitutionem Pij Quinti, cùm aliàs ad ostendendum simulationem sufficiant etiam indicia, & coniecturæ, & verisimilitudo, vt dicit Aym. *consil.* 156. *n.* 7. *& seqq.*

3 Nec obstat, quòd in dubio contractus non præsumitur simulatus, & maximè cùm in hoc casu constet post emtionem secundi census, animalia fuisse emta, quia hoc est verum ad effectum, quòd allegans simulationem illam teneatur probare, prout videtur probata ex prædictis, quæ probatio non eliditur ex dicta emtione animalium quæ potuerunt emi ex pecunia numerata data in censu, & ex pecuniis, quæ redigebantur ex animalibus, quæ dietim vendebantur, vt constat ex partitis librorum huius secundæ societatis. Et sic conclusum pro simulatione.

MANZANEDI.

Anagnina Vsurarum. Veneris 23. Maij 1608.

ARGVMENTVM.

Societas pecudum, an sit illicita, & vsuraria, ex eo quòd fuerit conuẽtum, quòd quolibet anno pecudes mortuæ remittantur, ex fœtibus natis, & inde sumta occasione discutitur an & quando in cõtractu societatis æstimatio facit emtionem, & translationem dominij.

SVMMARIVM.

Aestimatio facit emtionem & venditionem, & transfert dominium. num. 1. & quid in societate pecudum datarum pastori æstimatarum. n. 2. & seqq.

Societas pecudum, in qua fuit conuentũ, vt quolibet anno pecudes mortuæ deberent de fœtib illius anni resarciri, non est illicita, aut vsuraria, n. 1. & omnib. seqq.

Aestimatio non facit emtionem in contractibus non ordinatis ad translationem dominij, n. 3.

Societate pecorum contracta, si pecora fuerunt data æstimata, & casu fortuito perierint, damnum erit commune, nisi perierint culpa, aut dolo eius, qui illa æstimata accepit, n. 5.

Aestimatio quandoq; fit non ad effectũ transferẽdi dominium, sed ad effectũ sciẽdi valorem rei æstimatæ, n. 8.

Obseruantia subsequuta est optima declaratio voluntatis contrahentium, n. 9.

DECISIO CCLV.

1 Die 4. Maij 1607. Dubitaui an huiusmodi contractus fuisset illicitus, & prohibitus ex illo pacto in eo conuento, quòd quolibet anno pecora præcodij mortua deberẽt de fœtibus illius anni resarciri. Et fuit resolutum negatiuè, Iulio tamen tantummodo informante. Vnde postea Ioanne & Fabritio instantibus audiui super eisdem, idem dubium reproposui, & Domini disputationem diuidendam duxere. Et quia primum fundamentum Decisionis erat quòd præcodium fuerat Ioanni & Fabritio traditum æstimatum, quo casu censebatur pro medietate facta emtio, & venditio; & pro illa rata translatum dominium, & periculum in pastorem.

Vnde cùm dominium medietatis præcodij spectaret ad Io. & Fabritium, fuerat licitum pacisci, quòd pecora mortua resarcirentur de fœtibus communibus, æquum enim est quòd cùm damnum resarciendum esset commune, debet itidem ex fœtibus communibus resarciri, ex pluribus doctrinis in d. decisione adductis. Et fuit dictũ, quòd priùs disputaretur prædictum fundamentum, & dubium, an æstimatio causaret emtionem, & venditionem, & translationem dominij pro medietate in isto cõtractu, pro cuius dubij parte negatiua adducebatur Bald. *in l. si pascenda, in fin. C. de pact.* Alex. *ibi in fin.* & Corn. *num.* 5. *&* 6. & Dec. *numer.* 17. & Alciat. *numer.* 4. & Socin. *consil.* 265. *lib.* 2. & Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratr. p.* 8. *princip. numer.* 20. *circa princ. & numer.* 21. & Ioseph. Ludouic. *in decis. Perus.* 10. item & quædam decisio in vna Ferrarien. Societatis 20. Decẽbris 1591. corã Illustrissimo Millino. 2

Vlterius pro hac parte fuit adducta doctrina Bald. *in l. cum duobus, §. si in coeunda, circa fin.* dicentis, quòd in contractibus non ordinatis ad translationem dominij æstimatio non facit emtionem, ex tex. *in l. cum manu sata. §. nemo potest. ff. de contrahen. emt. & vendit.* Ex quo inferebatur, quòd cùm societas contractus non dirigatur ad dominij translationem, æstimatio in illo non causet venditionem. Præcipuè cùm si aliqua translatio dominij detur in societate, illa erit communicatiua inter socios, nõ verò abdicatiua dominij vnius in alium, iux. distinct. Corrad. *de contr. q.* 93. *in primo Corollario, vers. secundò quia.* Ex quibus opinio communis videbatur. 3

Contraria tamen, imò quòd pro medietate dominium transferatur, & emtio causetur æstimatione facta; defenditur à DD. non paruæ autoritatis, & existimationis, illam enim amplectuntur Bart. *in l. si vt certo, §. nunc videndum, numer.* 4. *versicul. quandoque æstimatio,* & Bald. *in d. l. si pascenda. numer.* 2. vbi Corn. *in repetit. numer.* 7. & in alia lectura, *numer.* 4. *&* 5. & Paul. Castr. *numer.* 2. & Dec. *numer.* 16. & Alex. *in fin.* Rim. sen. *ibi in fin.* & Curt. Iun. *n.* 13. Chassã. *in Consuet. Burgen. rub.* 4. *§.* 23. *n.* 59. *vers. quarto casu,* Ang. de Perigin. *tract. de soc. p.* 2. *num.* 19. *ver. quinto casu,* Ambr. de Vignat. *in tract. de vsur. super c. salubriter. ante n.* 189. Syluestr. *in summa. verbo societas secundo. num.* 1. *versic. tertiò tradunt.* summ. Armill. *eodem verbo, n.* 22. & summ. Angel. *verbo, societas secundo, n.* 16. 4

Et ponderatur pro ista parte textus expressus *in l. cum duobus, §. damna. ff. pro soc.* vbi dicitur, quòd in societate si pecora fuerint data æstimata, & casu fortuito perierint, quòd damnum sit commune, nisi acciderit culpa, aut dolo eius, qui illa æstimata accepit: ergo si periculum est commune, sequitur quòd per æstimationem pecorũ, fuit causata pro medietate venditio, & dominium translatum, iux. reg. tex. *in l. pignus, C. de pign. act.* quod etiã videtur sequi, & tenere, Bald. *in d. l. si pascenda, n.* 2. quatenus quærit si pecora data æstimata perierint casu fortuito, cuius periculo pereant, & distinguit, quòd interdum totum periculum erit domini, ratione retenti dominij rei inæstimatæ traditæ in societatem. Interdum tamen periculum erit commune ratione æstimationis, & quamuis inferiùs *numer.* 3. dicat quòd in societate æstimatio non facit emtionem, quibus verbis cõtraria opinio fundari videtur; tamen ibidem Bald. reddit rationem, quare æstimatio nõ faciat emtionem in societate, nempe quia fructus pecorum debent esse communes inter socios, & si emtio causaretur ex æstimatione fructus pertinerent in totum ad emtorem, *l. id quod post venditionem. C. de peric. & comm. rei vend. §. sed etsi post. Inst. de emt. & vendit.* cum aliis per Deciã. *consil.* 123. *n.* 89. *lib.* 3. Vnde infert Bald. quòd æstimatio in cõtractu, in quo tota vtilitas nõ pertinet ad recipiẽtẽ nõ facit ẽtionẽ, quæ doctrinæ in suis terminis 5

minus est vera,& procedit in casu quo per æstimationem omnia pecora data in societatem censerentur vendita pastori, tunc namque omnes fructus spectarent ad emtorem,quod cùm sit contra naturam societatis, in quo fructus debent esse communes, dicendum est tali casu æstimationem non fecisse venditionem, iuxta Bald. & alios pro illa parte adductos.

6 Sed si in societate pecora dentur æstimata, censetur emtio:non quoad omnia pecora,sed quoad medietatem, & quoad illam fructus etiam communicantur.Et in isto casu est de natura contractus societatis,quòd æstimatio faciat pro medietate transferri dominium, & quòd pro eadem medietate transferatur, & periculum, prout in istis terminis docent Bart.& Corn.vbi suprà,& tradunt communiter Doctor.*in l.1.* per illum textum. *ff. pro socio*, & tradit latè Anton.Gomez *var.rom.2.c.5.de societ.num.3. vers.item quæro*,vbi de communi,Couar.*var.lib. 3.c.19.in princ.*qui etiam testatur de communi, Mozz. *de contract. tit.de societ.numer.* 22. ex quibus prædictæ duæ opiniones tantorum Doctorum, quæ inter se apparent, contrariæ videntur concordandæ, vt prima procedat quoties per æstimationem omnia pecora data in societatem censerentur vendita pastori; tunc namque æstimatio non faceret venditionem, cùm aliàs fructus omnes spectarent ad emtorem,contra naturam societatis, quæ vult quòd fructus sint communes. Vltima verò procedat, quando per æstimationem medietas tantùm pecorum censetur vendita pastori; tunc namque æstimatio faceret emtionem,& tam iuxta naturam emtionis, quàm societatis fructus pro medietate spectarent ad emtorem, & in isto casu procedit fundamentum decisionis.

7 Sed quicquid sit de ista quæstione,& de illius veritate Domini particulariter considerauerunt in isto contractu aliqua pacta expressa,& ex illis concluserunt in isto contractu de quo agitur, æstimationem non fecisse emtionem.Et primò ponderabant pactum,quòd in fine cuiuslibet anni essent computanda pecora, & quæ superarēt capitale diuiderentur pro medietate, quin & fructus ex quo videtur tantùm communicata fuisse incrementa, & fructus animalium: capitale verò remansisse integrum domino, iuxta tradita à Franc.Marc.*decis.*887. *numer.* 10. *part.* 1. potest namque deduci in pactum, quòd meliorationes communicentur non communicato capitale,Bald.*in l.1.n.17.C.pro soc.*

8 Ad quod etiam tendit aliud pactum eiusdem contractus, quòd Ioanni & Fabritio licet vendere huiusmodi præcodium cum lucro, & pro medietate lucrum diuidere, & Iulius deberet accipere suum capitale, ad quid namque prædicta distinctio incrementi ab ipso capitali, si capitale fuisset commune, tertio adest pactum, quòd durantibus quinque annis societatis, non posset Iulius sibi reassumere dictum præcodium, seu massaritiam, illúdque auferre à dictis Ioanne & Fabritio,nec illi è conuerso possent illud Iulio restituere. vbi non loquitur de reassumtione,aut restitutione pretij, sed ipsiusmet præcodij, & pecorum illius. Ex quo videtur noluisse partes in isto casu per æstimationem facere venditionem, iuxta Rotæ *decis.*136. *&* 137.*par.* 2.*diuers.* sed quòd voluerunt tantummodo æstimationē facere ad alium finem, nempe ad effectum sciendi valorem pecorum. Quamuis namque contrahentes aliquando faciant æstimationem ad effectum communicationis dominij capitalis, & illud pro medietate vendendi, & transferendi in pastorem ex supradictis, nihilominus aliquando illud faciunt ad effectum tantummodo sciendi valorem animalium,& ad quam summam ascendat capitale, vt tradit dicta decis. Perus.10.*num.*4. *cum seqq.* & Rota diuers.*in prædictis decisionibus* 136.*&* 137. & ad istum finem fuit facta æstimatio in casu decisionis bon.mem.Peregrini in illa Romana Vsurariæ prauitatis 4.Iulij 1597.& in casu decisionis Illustrissimi Millini in causa Ferrarien.Societatis,de qua suprà, quin & dicitur de consuetudine æstimationem fieri ad istum effectum, & in dubio sic censendum esse, tradit prædicta decisio Perusina 10.*num.*7.

9 Vltimò facit, quòd in fine huius societatis capitale fuit restitutum Iulio, non autem pretium: obseruantia autem subsequuta est optima declaratio voluntatis contrahentium, Rota diuer. *decis.*571. *numero* 3.*part.*1.& exitus probauit quid fuisset actum, *l.aut facta.§.euentus.ff.de pœnis*. cum aliis per Aym. *consilio* 18. *numero* 4. & per Decian. *consil.* 47. *numero* 52. *libro* 4. ex quibus fuit conclusum in contractu, de quo agitur,æstimationem non fecisse emtionem. Quoad reliqua verò decisionis, quòd Ioannes & Fabritius super eisdem audirentur, cùm illis non informantibus fuisset facta decisio.

PAMPHILII.

Anconitana Terrarum. Mercurij 28. Maij 1608.

ARGVMENTVM.

Simulatio nunquid probetur ex pacto de retrouendendo, & modicitate pretij; quanta debeat esse ista modicitas pretij ad effectum præsumendi simulationem, quomodóve ad eundem.

SVMMARIVM.

Pactum de retrouendendo facit valere rem minoris pretij, n.1.vbi præsertim quando agitur de simulatione contractus.

Pretium seu valor rei non dicitur probatus per testes nisi deponant de tempore anteriori & posteriori contractus de quo agitur, numero 2. & 3. vbi de quanto tempore ante, vel post contractum, & numero 7.

Testis non informatus de qualitate rei, de cuius pretij probatione agitur, illius pretium & valorem non probat, n.4.6.& 8.

Testis fideiussor non probat deponendo pro suo principali, qua dicitur deponere in causa propria, numero 5.

Simulatio ad hoc vt arguatur ex modicitate, debet modicitas pretij esse saltim minus dimidia iusti pretij, num.9.

Testes deponentes super valore seu pretio rei debent deponere de pretio communi aliàs non probant, numero 10.

Pretium terrarum non probatur ex quantitate pensionis pro qua terræ locantur, n.11.

Simulatio non de facili præsumenda est, nisi plenè & exactè fuerit probata, n.12.

DECISIO CCLVI.

Domini concluserunt non constare de modicitate pretij terrarum, de quibus agitur, testes enim pro Scacchis examinati illam non concludunt, ex quo dum deponunt de valore istarum terrarum, nullam habent rationem pacti de retrouendendo in contractu appositi, 1
quod vti pars pretij minuit rei æstimationem, *l.fundi partem. ff. de contrahend. emt.* Doct. *in l.1.§.hæres*, vbi Socin. *sub numero* 4. *&* 5. Ias. *num.* 10. & Ripa *numero* 26. *ff. ad Trebell.* & est haben. in consideratione ad probandum læsionem, ita vt testis non habens rationem illius non probet. Socin. *consilio* 148. *ad finem libro* 2. Ruyn. *consilio* 16.*n.*5. *ad fin. libro* 4.Cagnol. *in l.* 2. *n.*423. *C.de rescind. vendit.* latè Tiraquell.*de retract.conuent.in præfat.n.*20.*&* 25. etiam ad effectum detegendæ simulationis contractus, vt per Abb. *in cap. in aliquibus. in secundo notab. de decim. & in cap. ad nostram. numero* 9. *ad finem de emt. & vendit.*

 & Cagnol.

& Cagnol. *in l.2.numer.58.C.de pactis inter emtor.& vendit.* Tiraq. vbi suprà *num.20.* cum aliis allegatis in causa Bononien. de Ballis 19. Martij, & 8. Iunij 1607 coram R.P.D. meo Marchomontio reprobatâ opinione Gabrielis contrarium sentientis *in cons.74.num.21.lib.1.*

2 Præterea quòd nec deponunt de valore terrarum de tempore anteriori & posteriori dationis in solutum, vt requiritur in probatione valoris immobilium bonorum, iuxta theoricam Bart. communiter receptam *in l.pretia rerum.§.1.num.2.in fine,& seq.*& ibi Alex.*num. 10. ff. ad l. falcid.* idem Bart. *in l.2.num.25.*& ibi Clement. *num. 245. C.de rescind.vendit.* Aret. *in cap.cum causa, in 1.not.b.de testi.* Burg. *in cap.cùm dilectis, sub num.36.de emt. & vendit.* & tenuit Rota in causa Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. coram Cantuccio, & in Tiburtina Castri Arsularum 26. Iunij 1598. coram R.P.D. meo Decano, & in Romana rescissionis contractus 30. Octobris coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, quicquid dicat Cagnol. *in d.l.2.num.258.* quem Rota in d. decisione reprobauit.

3 Nec aliquid facit, quòd aliqui ex prædictis testibus dicant antè & pòst, quia tempus anterius & posterius debet considerari per plures annos præcedentes, & subsequentes, vt facta compensatione anni fertilis cum sterili possit iudicari probabilis valor rei, vt inde æstimetur istud pretium, *vt fuit dictum in d.* Tiburtina Castri Arsularum.

4 Accedit vlterius, quòd iidem testes plures defectus patiuntur: nam primus deponit de aliis terris, & de istis fatetur, se non esse informatum, ideo non probat valorem illarum, vt fuit dictum in causa Tiburtina Castri Sancti Poli 26. Nouembris 1599. coram Litta.

5 Secundus testis deponit in causa propria, ex quo est obligatus de euictione istarum terrarum, & condemnatus ad restitutionem pretij, *l.nullus, ff.de testib.l.omnibus, C. eodem,* Alex. *cons.141.num.9.lib.1.*

6 Tertius, vltra quod est affinis dd. de Scacchis, dicit se non recordari, an istæ terræ essent nudæ, an cum arboribus, ideóque de illarum valore non potuit deponere, cùm ignoraret earum qualitates, Alex. *cons.54.num.4.& 5. lib.6.*& dixit Rota in d. Tiburtina Castri Sancti Poli.

7 Sextus loquens de anno 1542. & sic vndecim annis post dationem in solutum, & per consequens non releuat, ex quo valor debet inspici de tempore contractus, *c. cùm dilectis,* ibi, *tunc valentem, de emt. & vendit.l.si voluntate, in fin.C.de rescind.vendit.* Glos. magna & Doct. *in l.2.C.de rescind.vendit.*

8 Octauus, vulgo dicebatur il Bugiardo, & non probat, quia interrogatus de pretio terrarum anni 1531. quo istæ terræ fuerint datæ in solutum, dicit se nescire, Alex. *d.cons.54.n.5.lib.6.*

9 Non obstant testes Ecclesiæ, primus scilicet, & tertius, in quibus pro Scacchis maximum fiebat fundamentum, quia vltra quod nec ipsi habent rationem pacti de retrouendendo, nec deponunt de tempore anteriori, & posteriori, primus deponit de scutis 20. pro qualibet salma, & sic non concludit læsionem, nec modicitatem vsque ad dimidiam, prout loquitur Barbat. qui de communi testatur *in cap.ad nostram.col.penult.de emt. & vendit.* Ias. *consil.151.num.3.col.2.in princ.lib.4.* Cagnol. *in l.2. num. 57.vers.pro intelligentia, C.de pact.inter emtor.& vendit.* cum aliis deductis in dicta Bononien. de Ballis superiùs allegata.

10 Insuper dicit non bene recordari de valore, & deponit de credulitate, & non de communi valore, vt fieri debet ad probandum læsionem, Bart. communiter receptus *in l.pretia rerum.§ 1.sub numer.2.*& ibi Alex. *numer.11.ff.ad l.Falcid.& in l.2.num 17.* Cagnol. *numer.332.cum seq. C.de rescinden. vendit.* & fuit sæpissimè decisum. Tertius verò deponit de valore scutorū 20.& 25. attamen attenta minori summa, nec ipse concludit læsionem, seu modicitatem vsque ad dimidiam, & vlterius solùm deponit de terris in loco Bouiglir, & de aliis nihil dicit, quas ex dictis testium constat fuisse incultas.

11 Minus etiam releuat quòd huiusmodi terræ fuerint statim locatæ pro salmis x. & qualibet salma tunc valeret scuta septem, nam præter id quòd hoc dicat vnus tantùm testis, & ille qui est obligatus, & condemnatus de euictione, & sic interessatus, eius dictum confunditur ex alio teste nuper pro Scacchis examinato, qui testificatur quamlibet salmam grani tunc temporis valuisse scutum vnum, & non amplius: prætereà fuit responsum locationem non probare valorem rei, cùm potuerit fieri ex particulari affectione, & non ex eo quòd merces decem salmarum esset iusta, & communis pensio, ita vt ex ea probetur verus valor rei, prout sequitur Bart. *in d. l. pretia rerum. §. 1. num. 22. ff. ad l. Falcid. & in l. 2. n. 23.* & ibi Clement. *n.221.*& Cagnol. *233. C.de rescin. vendit.* & fuit dictum in causa Romana Rescissionis Contractus 30. Octobris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

Fuerunt etiam multa ponderata per informantes pro præposito ad excludendam læsionem, & iustificandum pretium latum terrarum, quæ Dominis placuerunt, præsertim cùm agatur de probanda modicitate pretij ad effectum, vt datio in solutum reddatur simulata, & fœneratitia, quo casu plena & exacta probatio requiritur, Castr. *consilio 267. numero 1. libro 2.* Aym. *consilio 145. num. 2.* Caputaq. *decis. 163. numero 5. & 6. part. 3.*& in datione in solutum non ita de facili præsumitur simulatio, sicuti in simplici venditione, Fulgos. *consilio 133. col. 2. num.1.vers.sed illud,* Cagnol. *in l.2. num. 165. Cod. de rescind. vendit.* Tiraq. *de retract.conuent. in præfat. num.27.* & ita decisum. 12

PENIÆ.

Mediolanen. Prætensæ Illegitimitatis.
Veneris 4. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Gratia nunquid possit iustificari ex Iudicis extraiudiciali informatione, & quando reddatur subreptitia per non expressionem eorum, quæ expressa Principem difficiliorem reddidisset ad illam concedendum.

SVMMARIVM.

Filiorum legitimitas vt probata censeatur sufficit quasi possessio matrimonij colorata, item sufficit bona fides alterius ex coniugibus, n 1. in fine.

Gratia seu dispensatio satis dicitur iustificata ex iuditis extraiudiciali informatione, declara vt n.2.

Archiepiscopus Mediolanen. præsumitur habere auctoritatem dispensandi super matrimonio, n.2.

Gratia non redditur subreptitia ex omnibus tacitis, sed solùm ex illis de quibus reperitur expressum, vel iure cautum, & quibus expressis gratia nullatenus fuisset concessa, num.3.

DECISIO CCLVII.

Hieronymus Brugna Miles SS. Mauritij, & Lazari primò cum Eleonora Bossia vidua secretum matrimonium contraxit; sed deinde Apostolica dispensatione impetrata à felicis recordationis Gregorio Decimotertio de licentia bonæ memoriæ Caroli Cardinalis Borromæi tunc Archiepiscopi Mediolanensis in facie Ecclesiæ iuxta tenorem dispensationis iterum contraxit, non obstantibus constitutionibus, & consuetudinibus prædictæ militiæ sancti Lazari, quibus licèt militibus cum vnica, & virgine, nō cum vidua contrahere. Instituto postea iudicio in foro ecclesiastico super huiusmodi 1

matrimonij validitate, vel inualiditate, Ordinarius Mediolanensis illud fuisse validum,& legitimè contractum, filiósque inde susceptos fuisse legitimos, & tanquam de legitimo matrimonio natos pro talibus habendis fore & esse pronunciauit, Ordinarius verò Papiensis in secunda instantia primam pendentiam reuocando dixit matrimonium nullum,& inualidum, & filios ex eo procreatos, videlicet Carolum, & Ceciliam fuisse illegitimos, causa introducta in Rota in tertia instantia; dubitatui an sententia Papiensis esset confirmanda, vel infirmanda,& Rota Carolo solùm informante, tanquam iniustam reuocandam censuit; quia licèt Milites SS. Mauritij & Lazari non viduam, sed vnicam,& Virginem vxorem ducere possint, aderat tamen dispensatio Gregorij Decimitertij, & licentia bonæ memoriæ Caroli Cardinalis Borromæi tunc Archiepiscopi Mediolanensis contrahendi matrimonium etiam domi, quæ dispensatio præstitit bonam fidem sufficientem ad effectum successionis in foro contentioso, ad quem, vt prolis legitima censeatur, sufficit quasi possessio matrimonij colorata, Gabr. *de pub. conclus.* 8. *num.* 17. Papazon. ad Rot. *in decis. de fi. præstit. num* 8. *in nou.* in vna Panormitana Illegitimitatis die 20. Iunij 1579. coram Bubalo, & fuit latè deductum in causa Mediolanen. Matrimonij die 29. Nouembris 1602. & iterum in simili causa Barchinonen. Matrimonij die 19. Martij 1604. coram me. Ad quem etiam effectum vt prolis legitima censeatur sufficit bona fides alterius ex coniugibus, *c. ex tenore*, vbi glos. & Doctor. *qui fil. sint legit.* Castad. *decis.* 1. *incip. vtrum putatiuum matrimonium, num.* 1. *vers. sed primum verius intelligendum, de sponsal.* & fuit decisum in causa Neapolitana Legitimitatis die 12. Ianuarij 1607. coram me.

2 Et cùm impedimentum proueneit à iure positiuo, vel à voto Equitis Hieronymi, potuit Papa super eo dispensare, sicut dispensauit,& licèt narrata in dispensatione hodie non viderentur iustificata, non obstabat, quia cùm iste actus dispensationis sit voluntariæ iurisdictionis, potuit iudex extraiudicialiter se informare, Zabarell. *cons.* 103. *incip. redemtoris, n.* 11. Bellarm. *in cap. final. num.* 14. vbi Ioann. de Imol. *num.* 9. *de præsumt.* Lap. *alleg.* 60. *in princ.* & in his terminis fuit resolutum in causa Mediolanensi Matrimonij die 17. Iunij 1612. coram Domino Cardinali Millino tunc Rotæ Auditore, & sæpe aliàs quod facilius videbatur, asserendo in hac causa, cùm matrimonium esset contractum de licentia prædicti Cardinalis tunc Archiepiscopi Mediolanensis, pro cuius autoritate aliàs præsumitur, Abbas *cons.* 45. *incip. Saluatoris, numer.* 1. *vers. sed in casu nostro, & numer.* 2. *vers. quacumque ergo, libr.* 1. Alex. *cons.* 80. *incip. visis thematæ, &c. num.* 5. *&* 6. *lib.* 5. Neuiz. *cons.* 100. *incip. filij concupisc. num.* 20.

3 Nec refert quòd non fuisset narratum Papæ Equitem Hieronymum,& Eleonoram priùs de facto contraxisse, qui non propterea fuit incursum vitium subreptionis, cùm non omnia tacita vitientur gratiam, sed solùm ea de quibus reperitur expressum, vel in iure cautum, quibus expressis eam gratiam Papa nullatenus concessisset, Mohed. *decis.* 317. *aliàs* 13. *incip. fuit dubium, in fine, de concess. preben.* in hoc casu si Papæ fuisset narratum, quòd matrimonium de facto fuerat contractum, proculdubio dispensationem faciliùs concessisset.

4 Defectus transportationis actorum considerato stilo Mediolanensi non obstat cùm sæpe soleant scripturæ verbo tantùm produci interim à partibus repeti, sicut factum fuerat in hac causa.

REVERENDISSIMI D. MARCHOMONTII.

Spoletana Bonorum. Veneris 13. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

De testibus possessionem probātibus plura notanda, ac etiam possessio probetur ex instrumentis antiquis ex verbis enunciatiuis, seu assertiuis Papæ.

SVMMARIVM.

Papæ assertioni creditur in antiquis etiam in facto alieno, num. 1.

Papæ verba enunciatiua, vel assertiua determinatè prolata per modum causæ finalis plenè probant, numero 2.

Verbis enunciatiuis creditur in totum quando verificantur, & iustificantur in parte, numero 2. *in fine.*

Verba enunciatiua plenè probant quando sunt fulcita aliis adminiculis, n. 3.

Enunciatiuæ assertiones duæ antiquæ, & supra hominum memoriam plenè probant, n. 4.

Possessio antiquissima probatur per publicam vocem, & famam, n. 6.

Possessio præsumitur semper continuata vsquequò non probatur interrupta vel ab alio occupata, num. 7.

Testis vnus de visu, iunctus cum aliis testibus deponentibus de publica voce & fama plenè probat possessionem, num. 8.

Hactenus dictio excludit tempus præteritum vsque ad illam diem, n 9.

Papæ assertioni statur in præiudicium illius qui Papæ supplicationem dedit, n. 10.

Testium contrarietas vitanda est, n. 12.

Possessio alicuius prædij potest stare penes duos, videlicet respectu certorum fructuum penes vnum, respectu verò aliorum fructuum penes alterum, numero 12.

Possessio probata per instrumenta antiqua præfertur possessioni probatæ per testes, n. 13.

Locationes factæ præsumuntur à communitate secundùm formam decreti ab eadem communitate facti, num. 14.

Locatio possessionis quid contineat cognoscitur ex quantitate pensionis, num. 16.

DECISIO CCLVIII.

IN hac disputatione restricta ad fructus prouenientes ex terris laboratiuis, Domini consideratis iuribus, & testibus tam Ecclesiæ Sancti Petri de Ferentillo quàm ciuitatis Spoleti, censuerunt præualere probationes Ecclesiæ,& constare dictam Ecclesiam fuisse in possessione percipiendi ex terris laboratiuis fructus ex cultura prouenientes vsque ad annum 1530. vel id circa. Antiquissima enim Ecclesiæ possessio probatur ex Bulla Gregorij Noni de anno 1231. in qua postquam Pontifex sub sua & Sanctæ Sedis Apostolicæ protectione recepit monasterium sancti Petri de Ferentillo, subdit deinde: *Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsenti habet, & canonicè possidet, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant*, hîc propriis duximus exprimenda vocabulis. Demúmque exprimit Rigouitum, & Petanum de quibus agitur. Siquidem, & narratiua Papæ in antiquissimis probat etiam in facto alieno, Alex. *consilio* 15. *numero* 2. *lib.* 5. Ruyo. *consil.* 108. *numero* 20. *libro* 2. & alij per Gabr. *de probat. conclusio.* 2. *num.* 54. 1

2 Et in hoc casu non potest dici quòd dicta Bulla habeat simpliciter verba enūciatiua, quoad dicta bona. Quia cùm in illa Papa disponat recipiendo Abbatiam, & bona ad illam spectantia sub sua protectione, dicendum est

Papam

Papam fuisse bene certificatum, quòd Monasterium habebat, & legitimè possidebat dicta bona, & ista esse verba assertiua determinatè prolata per modum causæ finalis, quia videlicet Papa voluit dicta sub sua protectione recipere, quo casu huiusmodi probant, *cap. si Papa. §. t. vbi DD. de priuil. in 6. Clem. literu. de probat.* vbi Vital. *n. 32. & 42.* Oldrad. *consil. 258.* Roman. *consil. 369. n. 38.* Iaf. *in l. ex his verbis. vers. septimò limita, ff. de testa. milit.* & accedit quòd ex aliis bonis, quæ in dicta bulla recensentur, Abb. etiam hodie percipit decimas, vt deponunt testes *in summario numero septimo*, qui dicta bona enunciant. Vnde maior est adhibenda dictæ narratiuæ fides, cùm vsque hodie ferè in omnibus iustificata appareat.

3 Idque faciliùs procedit, ex quo ista etiamsi esset simplex enunciatiua, bene tamen probaret, cùm nedum fulcita sit adminiculis, sed aliis etiam corroborata existit probationibus, Vitalin. de Gamb. *tract. claus. su. quando verb. enunc. in priuil. n. 5.* Afflict. *decis. 83. n. t.*

4 Validissimum enim adminiculum facit alia enunciatiua, quæ habetur in instrumento antiquissimo de anno 1306. in quo dum Cõmunitas Spoleti facit se ab hominibus Rigouiti recognoscere in Dominum, additur, saluo semper, & reseruato honore, & iure quod habere dicitur Monasterium Sancti Petri de Ferentillo. Etenim vel istæ duæ enunciatiuæ antiquæ, & supra hominum memoriam plenè probant, gl. *in c. cum olim. in verb. instrumentis. de censibus.* Felyn. *in c. cum causam. n. 5. de probat.* Alex. *cons. 74. num. 33. lib. 4.* Dec. *cons. 146. n. 14.* Socin. iun. *cons. 65. n. 7. vol. t.* vel si dicatur istam secundam non esse simplicem præseruationem iuris, sed dumtaxat quasi conditionalem iuris, quod habere dicitur, tamen non potest negari quin abundè sufficiat pro adminiculo; ascendente præsertim alia enunciatiua, Alexandri Quarti Summi Pontificis in litteris in forma, significatur, quas Abbas S. Petri tunc existens obtinuit contra nonnullos, qui decimas ad mensam Abbatialem spectantes iu tenimentis Rigouiti, & Petani detinebant.

5 Eadem possessio Ecclesiæ circa collectionem istorum fructuum colligitur etiam ex quo Canonici Ecclesiæ Lateranensis, cui per Bonifacium Octauum fuerat de anno 1300. attributa hæc Abbatia, postea de anno 1420. asserentes ad se spectare integram & vniuersalem decimam in Castello Rigouiti, & Petani locarunt prædictæ decimæ partem per plures annos. Et licèt illa assertio, illæque locationes, atque etiam suptadicta Alexandri Quarti enunciatiua, sint de decimis, tamen ex depositione testium in summario Ecclesiæ numero sexto & septimo cõstat istas decimas, siue istos fructus postquam possidebantur à Canonicis Ecclesiæ Lateranensis. Nam omissis aliis cùm locationes Ecclesiæ Lateranensis fuerint tantùm de parte quadam decimæ, nihil impedit quin Ecclesia S. Petri suam possessionem tueri & continuare potuerit in parte residua.

6 Aliud probationis genus consistit in testibus datis in summario Ecclesiæ, numero quinto, qui ex publica voce & fama deponunt fuisse dotis nomine attributa Abbatiæ bona, de quibus agitur, & numero sexto deponunt de antiquissima possessione Ecclesiæ percipiendi fructus ex cultura prouenientes in terris de quibus agitur, omnésque testantur de auditu à maioribus, quorum nomina aliqui recensent, & plerique deponunt etiam de publica voce & fama. Non est enim dubium quin antiquissima possessio probetur ex fama, Anchar. *cons. 42.* Felyn. *in cap. vementis, il primo, num. 16. de testibus*, Put. *decis. 76. libr. t.* Ioann. Paul. *decis. 105.* Mohed. *decis. 5. de testib.* Cassad. *decis. 2. de probat.* & tanto minus dubium est in hoc casu concurrente probatione ex enunciatiuis, & instrumentis prædictis.

7 Ista autem possessio præsumitur continuata vsquequo non probetur interrupta, vel ab alio occupata, Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina. n. 23. vers. prima conclusio. de caus. poss. & propriet.* etiam ad effectum spolij, Rolãd. *cons. 6. n. 36. lib. 2.* Menoch. *de recup. remed. 15. n. 386.* sed vltra hanc præsumtionem adest etiam continuationis probatio.

Datur enim secundus testis dicens, quòd per vnum dumtaxat annum antequam Communitas ista bona occuparet, vidit responderi, & solui Ecclesiæ decimas à pluribus, & subdit illam occupationem fuisse factam duobus annis post direptionem Vrbis. Quæ direptio, cùm contigerit de anno 1527. sequitur quòd iste testis deponit de tuiuideanno 1528. cùmque habeantur plures alij testes idem deponentes de publica voce & fama, omnes simul iuncti faciunt plenam probationem. glos. *in c. t. in verb. famam. de appellat.* cum cumul. per Gabr. *de probat. conclus. 1. num. 8.* 8

Coadiuuatur hæc probatio per instrumentum recognitionis factum ab illis de Polino de anno 1522. vbi dicimr Communitatem Spoleti nihil hactenus de fructibus ex terris laboratiuis percepisse: hinc enim infertur Ecclesiam continuasse suam possessionem, cùm dictio, *hactenus*, excludat tempus præteritum vsque ad illam diē, Signoroll. *cons. 22. n. 4.* Roland. *cons. 8. n. 49. lib. 3.* Riminal. iun. *cons. 491. n. 23. lib. 5.* 9

Concurrit Breue Clementis Septimi de anno 1532. in quo dicitur Communitatem duobus superioribus annis continuatis prætendere recepisse certam quotam, illámque in futurum sibi deberi: etenim si Communitas prius possedisset, non restrinxisset se ad duos annos tantùm, atque hæc narratiua probat in præiudicium Communitatis, per Aymon. qui alios allegat *de antiqu. tempor. par. 1. num. 33.* Et facit quod de anno 1540. Communitas Spoleti fecit mensurare, & accatastare terras Rigouiti, & Petani; quódque vsque hodie Ecclesia continuarit suam possessionem in aliis bonis descriptis in Bulla Gregorij, vt suprà dictum est. Denique faciunt quamplurima instrumenta venditionum vsque ad annum 1519. & acta quędam coram commissario Ferentilli de anno 1518. & 1520. in quibus legitur terras in vocabulo Petani, Cotugni, & Rigouiti esse in tenimento Abbatiæ. Ex quo sequitur fuisse etiam de illis solutas decimas, vti de bonis Abbatiæ, iuxta testium depositiones, & concurrit notula bonorum assignatorum de anno 1522. in summario Ecclesiæ, *num. 6.* 10

Et quod plus est, etiam de anno 1532. Abbas existebat adhuc in possessione exigendi decimas in aliqua parte istorum bonorum, vt apparet ex relatione Syndici Communitatis facta de dicto anno 1532. in qua refert se exegisse ab omnibus decimas exceptis Laboratoribus, & Decimariis Abbatis Ancharani. Quando autem, & quomodo ceciderit, tandem Abbas etiam ab illa parte, bene declarat vndecimus testis Ecclesiæ super tertio articulo. Atque has Ecclesiæ probationes quoad istos fructus ex terris cultis prouenientes censuerunt Domini præualare probationibus Communitatis, quæ aliàs deductæ fuerunt in decisione in hac causa facta coram me die Veneris 4. Maij 1607. Omisso enim quòd ex serie rei gestæ appareat Communitatem Spoleti paulatim se immiscuisse in his bonis, & semper aliquid addendo suas conditiones effecisse pinguiores, & omisso quòd probationes Communitatis circa exactionem istorum fructuum nullæ dantur ante annum 1522. adhuc ex regulis iuris testes Ecclesiæ adminiculati antiquis instrumentis, & deponentes specificè de certa specie fructuum, de scientia locorum, & confinium, & de certo tempore præferendi sunt testibus Communitatis loquentibus æquiuocè, & genericè tam respectu temporis, quàm fructuum, & latè tradita per Aymon. *consilio 94. numero 5.* 11

Accedit quòd intelligendo depositiones testium Communitatis de pascuis, & herbaticis in terris cultis, & incultis euitatur inter testes vtriusque partis contrarietas, ideóque amplectendus est talis intellectus, ad trad. per glos. & DD. *in c. cùm tu. de testibus*, latè Surd. *consilio 273. numero 29. libro 2.* maximè cùm ista fructuum species magis conueniat iurisdictioni, circa quam probationes Communitatis sunt efficaciores, quàm circa ius proprietatis. Nec absurdum est, quòd idem prædium respectu certorum fructuum ab vno possideatur, & respectu aliorum fructuum ab altero DD. *in* 12

DD. *in c. cùm in tua, de decimv.* bi Ioann. Andr. *numer.* 2. Henric. Boich. *numer.* 5. Anchar. *numer.* 3. Abb. *numer.* 7. Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *numer.* 25. *&* 26.

13 Nec est facienda vis in teste decimotertio, dum dicit, *Io sò che mi recordo, che la Communità di Spoleti hà affittato, & locato detti dos Territorij per vna certa risposta*: nam non deponit in specie de perceptione fructuum ex cultura, sed potiùs de locationibus ratione iuris pascendi; habet enim integra depositio illa verba, *ha locato li detti dos territorij per pascoli d'animali*, & cùm loquatur indifinitè sine aliqua expressione temporis, etiamsi illa depositio intelligeretur de fructibus ex cultura, non tamen percuteret tempus ante annum 1523. propter illa verba, *per vna certa risposta*, quæ ex supradictis non possunt verificari ante dictum annum 1522. Idémque dici debet de aliis omnibus testibus Communitatis, qui dum indefinitè dicunt Ciuitatem possedisse, vel intelligendi sunt de pascuis, vel restringendi ab anno 1522. citra. Dum autem deponunt Ciuitatem semper possedisse, non sunt attendendi in hoc concursu probationis Ecclesiæ fundatæ in testibus, & instrumentis, quia cùm versemur in facto antiquo, & excedente hominum memoriam, fortior est probatio per instrumenta quàm per testes, Bald. *in c. cùm causam, num.* 3. *de probat.* Socin. *cons.* 187. *numer.* 18. *lib.* 2. Aym. *cons.* 54. *num.* 15. Rolan. *consi.* 2. *num.* 59. *lib.* 1. Paris. *consi.* 104. *num.* 46. *lib.* 1.

14 Non obstant instrumenta locationum, quia vtplurimum loquuntur de pascuis, & montibus, non autem de responsionibus fructuum prouenientium ex cultura, nec mentio, quæ in aliquibus fit de terris cultis, & incultis, impedit quin restringi debeant ad pascua, quæ possunt haberi etiam in terris cultis, quando vacant à fructibus. Atque hanc interpretationem adiuuabat decretum præcedens Communitatis de locandis pascuis, & montibus; nulla facta mentione de fructibus ex cultura prouenientibus: in cuius decreti exequutionem, verisimile est, quòd locationes factæ fuerint, Aym. *consi.* 93. *num.* 9. *& cons.* 158. *in fine*, Alciat. *de præsum. reg.* 2. *præsumpt.* 24. argumentum autem desumtum à generali possessione ad speciem possessionis, de qua hodie dubitatur, non valet stantibus probationibus Ecclesiæ illam specialem possessionem expresè concludentibus.

15 Non obstat locatio anni 1457. in qua locantur omnes terræ cultæ & incultæ, & omnia iura occasione laborerij pasculationis coptimi, &c. Omisso enim an illa verba, occasione laborerij, comprehendant fructus, de quibus agitur, fuit responsum, quòd ista locatio est vnica, & effectum non fuit sortita, vt patet ex supradicto instrumento de anno 1522. in quo fuit dictam Communitatem eatenus non percepisse hos fructus. Et quidem si Communitas tunc extitisset in possessione percipiendi illos fructus, non ita simpliciter, & sine aliqua expressione illius iuris recepisset donationem, quam homines de Polino dictæ Communitatis in illo instrumento faciebant. Id etiam probatur, ex quo in sequentibus locationibus, vsque ad annum 1496. nunquam fuit facta mentio de locatione fructuum ex cultura prouenientium: non est enim verisimile, quòd in tot locationibus factis per Communitatem nunquam fuisset facta mentio de hac specie possessionis, Communitas fuisset in possessione percipiendi tales fructus.

16 Deinde illa locatio non fuit facta à Communitate, sed à quibusdam illius creditoribus, de quorum credito dicitur nõ constare. De quo quicquid sit vnum est, quòd isti creditores fecerunt locationem generalem de omnibus quæ ex terris percipi possunt, quatenus tamen Communitas haberet ius quoad omnia narrata, vt sonant illa verba, quas dictum communa Spoleti habet, & habere, potest. Quare cùm nec in præcedentibus, nec in subsequentibus locationibus, nec in ordine, seu mandato Communitatis pro facienda hac locatione, nec in subhastationibus factis ante dictam locationem sit expressum ius istud percipiendi fructus ex terris cultis, nec ista locatio probetur effectuata, non potest ex illa desumi validum argumentum ad probandam possessionem Ciuitatis. Et vltra quod magis habenda est ratio locationum, quas fecit ipsa Communitas, vtpote meliùs informata de iuribus suis. Adhuc quòd isti creditores nihil locauerint plusquam Communitas esset solita locare, manifestum est, ex quo ista locatio non fuit facta maiore pensione: sed solita, vel potius minore. Quippe ex quantitate pensionis colligitur, quid veniat in locatione, glos. *in l.* 1. *§. qui fortem. ff. de superfic.* Bald. *in l. emptorem, numero* 15. *C. de locat.* Menoch. *præsumpt.* 73. *numero* 5. *libro* 3. latè Surd. *consilio* 151. *numero* 7. *libro* 2. Non obstat quod aliàs dictum fuit ex dicta locatione anni 1457. declarari alias præcedentes, & subsequentes. Nam licèt id posset dici ex solis probationibus Communitatis: tamen in concursu probationum aliud dicendum est ex prædictis. Atque ex his, &c.

PENIÆ.

Camerinen. Læsionis, siue Subhastationis.
Veneris 20. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Læsionis probatio quæ esse debeat ad agendum ex remedio l. 2. C. de rescin. vendit. & quomodo per testes probetur valor prædij.

SVMMARIVM.

Læsio quomodo probari debeat ad effectum, vt sit locus remedio l. 2. C. de rescinden. vendit. numer. 1.

Testes periti, & practici, licèt deponant de iudicio suo, & de pretio singulari, non de communi, tamen iustum pretium probare videntur, n. 2.

Aestimatio bonorum in astimo, seu catasto crasso modo fieri solet, d. n. 2.

Testibus affirmantibus rem tanti valere magis creditur, quàm negantibus, n. 3.

Subhastatio etiamsi sit decreto Iudicis firmata, si adsit enormis læsio reuocatur, n. 3.

DECISIO CCLIX.

Die 23. Iunij 1606. vtraque parte informante fuit 1
dictum, quòd coadiuuaretur probatio læsionis, quia ex tunc deductis non videatur probata ad effectum, vt esset locus remedio *l. 2. C. de rescind. ven.* in hac autem propositione, vtraque etiam parte informante Rota de læsione constare censuit: nam prædium, de quo agebatur erat salmarum quatuor, & cupparum sex, & cannarum viginti quinque, vt apparebat ex relatione æstimatoris, quod fuit venditum pro scutis 300. Et nihilominus tres testes super quarto articulo deponebant, quòd quælibet cuppa absque domo & columbario erat valoris florenorum 22. aut 23. pro qualibet cuppa; vnde quatuor salmæ, & sex cuppæ conficiebant valorem 800. aut 900. florenorum, quibus additus valor domus, & columbarij in scutis 256. apparebat læsio vltra dimidia circumscriptis etiam probationis Nicolosæ.

Neque hæc probatio reddebatur inualida, ex eo quòd 2
testes viderentur deponere de judicio suo, & de pretio singulari, non de communi, quia cùm essent periti, & practici, & assignarent bonam rationem, adducentes videlicet plures venditiones terrenorum circumuicinorum, satis censebantur de iusto pretio deponere, Cagnol. *in d. l. 2. C. de rescindend. vend. numero* 241. Alb. *consilio* 166. *incip. non est dubium, numero* 9. *& seq.* Rota in causa Bononien. de Pipinis die 8. Nouembris 1577. coram D. Cardinali

Papam fuisse bene certificatum, quòd Monasterium habebat, & legitimè possidebat dicta bona, & ista esse verba assertiua determinatè prolata per modum causæ finalis, quia videlicet Papa voluit dicta sub sua protectione recipere, quo casu huiusmodi probant, *cap. si Papa. §. t.* vbi DD. *de priuil. in 6. Clem. litteris. de probat.* vbi Vital. *n.* 32. *&* 42. Oldrad. *consil.* 258. Roman. *consil.* 369. *n.* 38. Ias. *in l. ex his verbis. vers. septimo limita, C. de testa. milit.* & accedit quòd ex aliis bonis, quæ in dicta bulla recensentur, Abb. etiam hodie percipit decimas, vt deponunt testes *in summario numero septimo*, qui dicta bona enunciant. Vnde maior est adhibenda dictæ narratiuæ fides, cùm vsque hodie ferè in omnibus iustificata appareat.

3 Idque faciliùs procedit, ex quo ista etiamsi esset simplex enunciatiua, bene tamen probaret, cùm nedum fulcita sit adminiculis, sed aliis etiam corroborata existit probationibus, Vitalin. de Gamb. *tract. clausul. quando verb. enunc. in priuil. n.* 5. Afflict. *decis.* 83. *n.* 1.

4 Validissimum enim adminiculum facit alia enunciatiua, quæ habetur in instrumento antiquissimo de anno 1306. in quo dum Cõmunitas Spoleti facit se ab hominibus Rigouiti recognoscere in Dominam, additur, saluo semper, & reseruato honore, & iure quod habere dicitur Monasterium Sancti Petri de Ferentillo. Etenim vel istæ duæ enunciatiuæ antiquè, & supra hominum memoriam plenè probant, gl. *in c. cùm olim. in verb. instrumentis. de censibus.* Felyn. *in c. cùm causam. n.* 5. *de probat.* Alex. *cons.* 74. *num.* 33. *lib.* 4. Dec. *cons.* 146. *n.* 14. Socin. iun. *cons.* 65. *n.* 7. *vol.* 1. vel si dicatur istam secundam non esse simplicem præseruationem iuris, sed dumtaxat quasi conditionalem iuris, quod habere dicitur, tamen non potest negari quin abundè sufficiat pro adminiculo; ascendente præsertim alia enunciatiua, Alexandri Quarti Summi Pontificis in litteris in forma, significauit, quas Abbas S. Petri tunc existens obtinuit contra nonnullos, qui decimas ad mensam Abbatialem spectantes in tenimentis Rigouiti, & Petani detinebant.

5 Eadem possessio Ecclesiæ circa collectionem istorum fructuum colligitur etiam ex quo Canonici Ecclesiæ Lateranensis, cui per Bonifacium Octauum fuerat de anno 1300. attributa hæc Abbatia, postea de anno 1420. asserentes ad se spectare integram & vniuersalem decimam in Castello Rigouiti, & Petani locarunt prædictæ decimæ partem per plures annos. Et licèt illa assertio, illæque locationes, atque etiam supradicta Alexandri Quarti enunciatiua, sint de decimis, tamen ex depositione testium in summario Ecclesiæ numero sexto & septimo cõstat istas decimas, siue istos fructus postquam possidebantur à Canonicis Ecclesiæ Lateranensis. Nam omissis aliis cùm locationes Ecclesiæ Lateranensis fuerint tantùm de parte quadam decimæ, nihil impedit quin Ecclesia S. Petri suam possessionem tueri & continuare potuerit in parte residua.

6 Aliud probationis genus consistit in testibus datis in summario Ecclesiæ, numero quinto, qui ex publica voce & fama deponunt fuisse dotis nomine attributa Abbatiæ bona, de quibus agitur, & numero sexto deponunt de antiquissima possessione Ecclesiæ percipiendi fructus ex cultura prouenientes in terris de quibus agitur, omnésque testantur de auditu à maioribus, quorum nomina aliqui recensent, & plerique deponunt etiam de publica voce & fama. Non est enim dubium quin antiquissima possessio probetur ex fama, Anchar. *cons.* 42. Felyn. *in cap. veniens, el primo, num.* 16. *de testibus*, Put. *decis.* 76. *libr.* 1. Ioann. Paul. *decis.* 105. Mohed. *decis.* 5. *de testib.* Cassad. *decis.* 2. *de probat.* & tanto minus dubium est in hoc casu concurrente probatione ex enunciatiuis, & instrumentis prædictis.

7 Ista autem possessio præsumitur continuata vsquequo non probatur interrupta, vel ab alio occupata, Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina. n.* 23. *vers. prima conclusio. de caus. possess. & propriet.* etiam ad effectum spolij, Rolãd. *cons.* 6. *n.* 36. *lib.* 2. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 386. sed vltra hanc præsumtionem adest etiam continuationis probatio.

8 Datur enim secundus testis dicens, quòd per vnum dumtaxat annum antequam Communitas ista bona occuparet, vidit responderi, & solui Ecclesiæ decimas à pluribus, & subdit illam occupationem fuisse factam duobus annis post direptionem Vrbis. Quæ direptio, cùm contigerit de anno 1527. sequitur quòd iste testis deponit de visu de anno 1528. cúmque habeantur plures alij testes idem deponentes de publica voce & fama, omnes simul iuncti faciunt plenam probationem. glos. *in c.* 1. *in verb. famam. de appellat.* cum cumul. per Gabr. *de probat. conclus.* 1. *num.* 8.

9 Coadiuuatur hæc probatio per instrumentum recognitionis factum ab illis de Polino de anno 1522. vbi dicitur Communitatem Spoleti nihil hactenus de fructibus ex terris laboratiuis percepisse: hinc enim infertur Ecclesiam continuasse suam possessionem, cùm dictio, *hactenus*, excludat tempus præteritum vsque ad illam diẽ, Signoroll. *cons.* 22. *n.* 4. Roland. *cons.* 8. *n.* 49. *lib.* 3. Riminal. iun. *cons.* 491. *n.* 23. *lib.* 5.

10 Concurrit Breue Clementis Septimi de anno 1532. in quo dicitur Communitatem duobus superioribus annis continuatis prætendere recepisse certam quotam, illámque in futurum sibi deberi: etenim si Communitas prius possedisset, non restrinxisset se ad duos annos tantùm, atque hæc narratiua probat in præiudicium Communitatis, per Aymon. qui alios allegat *de antiqu. tempor. par.* 1. *num.* 33. Et facit quod de anno 1540. Communitas Spoleti fecit mensurare, & accatastare terras Rigouiti, & Petani; quódque vsque hodie Ecclesia continuat suam possessionem in aliis bonis descriptis in Bulla Gregorij, vt suprà dictum est. Denique faciunt quamplurima instrumenta venditionum vsque ad annum 1519. & acta quędam coram commissario Ferentilli de anno 1518. & 1520. in quibus legitur terras in vocabulo Petani, Couigni, & Rigouiti esse in tenimento Abbatiæ. Ex quo sequitur fuisse etiam de illis solutas decimas, vti de bonis Abbatiæ, iuxta testium depositiones, & concurrit notula bonorum assignatorum de anno 1522. in summario Ecclesiæ, *num.* 16.

11 Et quod plus est, etiam de anno 1532. Abbas existebat adhuc in possessione exigendi decimas in aliqua parte istorum bonorum, vt apparet ex relatione Syndici Communitatis facta de dicto anno 1532. in qua refert se exegisse ab omnibus decimas exceptis Laboratoribus, & Decimariis Abbatis Anchatani. Quando autem, & quomodo ceciderit, tandem Abbas etiam ab illa parte, bene declarat vndecimus testis Ecclesiæ super tertio articulo. Atque has Ecclesiæ probationes quoad istos fructus ex terris cultis prouenientes censuerunt Domini præualere probationibus Communitatis, quæ aliàs deductæ fuerunt in decisione in hac causa facta coram me die Veneris 4. Maij 1607. Omisso enim quòd ex serie rei gestæ appareat Communitatem Spoleti paulatim se immiscuisse in his bonis, & semper aliquid addendo suas conditiones effecisse pinguiores, & omisso quòd probationes Communitatis circa exactionem istorum fructuum nullæ dantur ante annum 1522. adhuc ex regulis iuris testes Ecclesiæ adminiculati antiquis instrumentis, & deponentes specificè de certa specie fructuum, de scientia locorum, & confinium, & de certo tempore præferendi sunt testibus Communitatis loquentibus æquiuocè, & genericè tam respectu temporis, quàm fructuum, ad latè tradita per Aymon. *consilio* 94. *numero* 3.

12 Accedit quòd intelligendo depositiones testium Communitatis de pascuis, & herbaticis in terris cultis, & incultis euitatur inter testes vtriusque partis contrarietas, ideóque amplectendus est talis intellectus, ad trad. per glos. & DD. *in c. cùm tu. de testibus*, latè Surd. *consilio* 273. *numero* 29. *libro* 2. maximè cùm ista fructuum species magis conueniat iurisdictioni, circa quam probationes Communitatis sunt efficaciores, quàm circa ius proprietatis. Nec absurdum est, quòd idem prædium respectu certorum fructuum ab vno possideatur, & respectu aliorum fructuum ab altero

DD. *in*

DD. *in c. cùm in tua, de decimv.* bi Ioann. Andr. *numer.* 2. Henric. Boich. *numer.* 5. Anchar. *numer.* 3. Abb. *numer.* 7. Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *numer.* 25. *&* 26.

13 Nec est facienda vis in teste decimotertio, dum dicit, *Io sò che mi ricordo, che la Communità di Spoleti hà affittato, & locato detti doi Territorij per vna certa risposta*: nam non deponit in specie de perceptione fructuum ex cultura, sed potiùs de locationibus ratione iuris pascendi; habet enim integra depositio illa verba, *ha locato li detti doi territorij per pascoli d'animali*, & cùm loquatur indifinitè sine aliqua expressione temporis, etiamsi illa depositio intelligeretur de fructibus ex cultura, non tamen percuteret tempus ante annum 1523. propter illa verba, *per vna certa risposta*, quæ ex supradictis non possunt verificari ante dictum annum 1522. Idémque dici debet de aliis omnibus testibus Communitatis, qui dum indefinitè dicunt Ciuitatem possedisse, vel intelligendi sunt de pascuis, vel restringendi ab anno 1522. citra. Dum autem deponunt Ciuitatem semper possedisse, non sunt attendendi in hoc concursu probationis Ecclesiæ fundatæ in testibus, & instrumentis, quia cùm versemur in facto antiquo, & excedente hominum memoriam, fortior est probatio per instrumenta quàm per testes, Bald. *in c. cùm causam, num.* 3. *de probat.* Socio *cons.* 187. *numer.* 18. *lib.* 2. Aym. *cons.* 54. *num.* 15. Rolan. *consi.* 2. *num.* 59. *lib.* 1. Paris. *consi.* 104. *num.* 46. *lib.* 1.

14 Non obstant instrumenta locationum, quia vt plurimum loquuntur de pascuis, & montibus, non autem de responsionibus fructuum prouenientium ex cultura, nec mentio, quæ in aliquibus fit de terris cultis, & incultis, impedit quin restringi debeant ad pascua, quæ possunt haberi etiam in terris cultis, quando vacant à fructibus. Atque hanc interpretationem adiuuabat decretum præcedens Communitatis de locandis pascuis, & montibus, nulla facta mentione de fructibus ex cultura prouenientibus: in cuius decreti exequutionem, verisimile est, quòd locationes factæ fuerint, Aym. *consi.* 91. *num.* 9. *& cons.* 158. *in fine*, Alciat. *de præsumt. reg.* 2. *præsumt.* 24. argumentum autem desumtum à generali possessione ad speciem possessionis, de qua hodie dubitatur, non valet stantibus probationibus Ecclesiæ illam specialem possessionem expressè concludentibus.

15 Non obstat locatio anni 1457. in qua locantur omnes terræ cultæ & incultæ, & omnia iura occasione laborerij pasculationis coptimi, &c. Omisso enim an illa verba, occasione laborerij, comprehendant fructus, de quibus agitur, fuit responsum, quòd ista locatio est vnica, & effectum non fuit sortita, vt patet ex supradicto instrumento de anno 1522. in quo fuit dictam Communitatem eatenus non percepisse hos fructus. Et quidem si Communitas tunc extitisset in possessione percipiendi illos fructus, non ita simpliciter, & sine aliqua expressione illius iuris recepisset donationem, quam homines de Polino dictæ Communitatis in illo instrumento faciebant. Id etiam probatur, ex quo in sequentibus locationibus, vsque ad annum 1496. nunquam fuit facta mentio de locatione fructuum ex cultura prouenientium: non est enim verisimile, quòd in tot locationibus factis per Communitatem nunquam fuisset facta mentio de hac specie possessionis, Communitas fuisset in possessione percipiendi tales fructus.

16 Deinde illa locatio non fuit facta à Communitate, sed à quibusdam illius creditoribus, de quorum credito dicitur nõ constare. De quo quicquid sit vnum est, quòd isti creditores fecerunt locationem generalem de omnibus quæ ex terris percipi possunt, quatenus tamen Communitas haberet ius quoad omnia narrata, vt sonant illa verba, quas dictum commune Spoleti habet, & habere, potest. Quare cùm nec in præcedentibus, nec in subsequentibus locationibus, nec in ordine, seu mandato Communitatis pro facienda hac locatione, nec in subhastationibus factis ante dictam locationem sit expressum ius istud percipiendi fructus ex terris cultis, nec ista locatio probetur effectuata, non potest ex illa desumi validum argumentum ad probandam possessionem Ciuitatis. Et vltra quod magis habenda est ratio locationum, quas fecit ipsa Communitas, vtpote meliùs informata de iuribus suis. Adhuc quòd isti creditores nihil locauerint plusquam Communitas esset solita locare, manifestum est, ex quo ista locatio non fuit facta maiore pensione: sed solita, vel potius minore. Quippe ex quantitate pensionis colligitur, quid veniat in locatione, glos. *in l.* 1. *§. qui sortem. ff. de superfic.* Bald. *in l. emtorem, numero* 15. *C. de locat.* Menoch. *præsumpt.* 73. *numero* 5. *libro* 3. latè Surd. *consilio* 151. *numero* 7. *libro* 2. Non obstat quod aliàs dictum fuit ex dicta locatione anni 1457. declarari alias præcedentes, & subsequentes. Nam licèt id posset dici ex solis probationibus Communitatis: tamen in concursu probationum aliud dicendum est ex prædictis. Atque ex his, &c.

PENIÆ.

Camerinen. Læsionis, siue Subhastationis.
Veneris 20. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Læsionis probatio quæ esse debeat ad agendum ex remedio l. 2. C. de rescin. vendit. & quomodo per testes probetur valor prædij.

SVMMARIVM.

Læsio quomodo probari debeat ad effectum, vt sit locus remedio l. 2. *C. de rescinden. vendit. numer.* 1.

Testes periti, & practici, licèt deponant de iudicio suo, & de pretio singulari, non de communi, tamen iustum pretium probare videntur, n. 2.

Aestimatio bonorum in æstimo, seu catasto crasso modo fieri solet, d. n. 2.

Testibus affirmantibus rem tanti valere magis creditur, quàm negantibus, n. 3.

Subhastatio etiamsi sit decreto Iudicis firmata, si adsit enormis læsio reuocatur, n. 3.

DECISIO CCLIX.

Die 23. Iunij 1606. vtraque parte informante fuit dictum, quòd coadiuuaretur probatio læsionis, 1
quia ex tunc deductis non videatur probata ad effectum, vt esset locus remedio *l.* 2. *C. de rescind. ven.* in hac autem propositione, vtraque etiam parte informante Rota de læsione constare censuit: nam prædium, de quo agebatur erat salmarum quatuor, & cupparum sex, & cannarum vigintiquinque, vt apparebat ex relatione æstimatoris, quod fuit venditum pro scutis 300. Et nihilominus tres testes super quarto articulo deponebant, quòd quælibet cuppa absque domo & columbario erat valoris florenorum 22. aut 23. pro qualibet cuppa; vnde quatuor salmæ, & sex cuppæ conficiebant valorem 800. aut 900. florenorum, quibus additus valor domus, & columbarij in scutis 256. apparebat læsio vltra dimidia circumscriptis etiam probationis Nicolosæ.

Neque hæc probatio reddebatur inualida, ex eo quòd 2
testes viderentur deponere de iudicio suo, & de pretio singulari, non de communi, quia cùm essent periti, & practici, & assignarent bonam rationem, adducentes videlicet plures venditiones terrenorum circumuicinorum, satis censebantur de iusto pretio deponere, Cagnol. *in d. l.* 2. *C. de rescindend. vend. numero* 241. Alb. *consilio* 266. *incip. non est dubium, numero* 9. *& seq.* Rota in causa Bononien. de Pipinis die 8. Nouembris 1577. coram D.

Cardinali

Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore, & eo maximè, qoia deponebant de tempore subhastatioois factæ anoo 1596. affirmantes quòd ab anno 1591. fuerant eiusdem valoris, cum ista probatione coocurrebat catastrum, sine liber æstimi, in quo hæc bona reperiebantur descripta cum valore flotenorum 2000. Vnde petebatur verisimile adminiculum ad coadiuuandum probationem factam per testes petitos, & eo præsertim nomine, quia in æstimo crasso modo fit æstimatio, Cagnol. *in d.l.2. numer. 266. in fin. C. de rescind. vend.*

3 Testibus partis aduersæ tanquàm suspectis, & negantibus rem tanti valere non fuit creditum, cùm magis credendum sit testibus affirmantibus rem tanti valere, vt in his terminis dixit Alex. *co-s. 54. incip. circa primum, num. 6. lib. 6.* Demum non suffragatur huic decisioni quòd subhastatio fuisset facta cum decreto Iudicis, quia nihilominus propter enormem læsionem erat reuocanda, Bald. *cons. 375. incip. casus super quo, numer. 2. libr. 1.* Paul. de Castr. *cons. 156. incip. viso, ac ponderato, numer. 11. vers. tamen magis communiter, lib. 7.*

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Hispalen. Matrimonij de Alcalà. Lunæ 23. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum, nullum, & inualidum est, qualis autem debeat esse metus annullans matrimonium, & ex quibus inducatur explicitè in hac decisione deducitur.

SVMMARIVM.

Metus probatur indiciis & coniecturis, n. 1.

Matrimonium quòd metu fuerit contractum coniecturis probatur, n. 1.

Metus non probatur præsumtionibus hominis, declara si præsumtiones fuerint remotæ, & distantes, non autem si propinquæ, & immediatæ, n. 2.

Metu contractum fuisse matrimonium satis probatur ex continuis lamentationibus, protestationibus emissis ab vno coniuge, suspiriis, lacrymis, animi deliquio, & tristitia, quibus significabatur inuitam trahi ad nuptias, n. 3.

Matrimonium, quòd fuerit metu contractum, probatur, quando mulier fuit posita in custodia omni destituta libertate eundi, loquendi, quibus voluerit, & similia, num. 4.

Metus maximè censetur probatus per præcedentes iteratas protestationes, n. 5.

Metus maximè probatur ex qualitate personarum tam incutientis metum, quàm patientis, n. 6. & 8.

Metus multo minor requiritur in muliere, quàm in masculo ad effectum annullandi actum, n. 6.

Metus in muliere vt actum annullet, non est necesse quòd sit talis, qui cadat in constantem virum, sed sufficit ille, qui cadat in constantem mulierem, num. 7. & 8.

Metus non inducitur ex sola reuerentia paterna, nisi concurrant alia adminicula, & indicia, n. 9. & 10.

Metus reuerentialis alio non concurrente indicio dicitur leuis metus, & non sufficit, n. 10.

Matrimonium vt dicatur metu contractum, & sit nullum, an requirantur minæ mortis, aut cruciatus corporis, an verò sufficiat metus cadens in constantem virum, n. 11. & seqq.

Metus cadens in constantem virum, quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, num. 11.

Metus, vt contractum rescindat, an debeat esse mortis, seu cruciatus corporis, an verò sufficiat alius metus, num. 11. & seqq.

Metus inducitur ex minis, sed quæ minæ sufficiant, & quales esse debent, num. 16. & 17.

Metus reuerentialis cum terribilitate personæ sufficit ad inducendum iustum metum, num. 16.

Metus iustus ex affectu metuentis dignoscitur, numero 18.

Testes probantes metum, quomodo debeant deponere, num. 19.

Testes inhabiles probant in his quæ sunt difficilis probationis, num. 20.

Testes singulares probant minas, num. 21.

Testes singulares probant concurrentibus adminiculis, num. 22.

DECISIO CCLX.

Die 18. Iunij anni præteriti resolutum fuit constare de metu Dominicæ Marchionissæ ab initio contracti matrimooi, sed quia informantes pro parte D. Don Philippi, aut non acquiescebant decisioni, aut saltem eam tantùm admittebant ad effectum, qui tunc agebatur, cumulandi petitorium cum possessorio, iuxta arbitrium Rotæ traditum à Signatura Sanctissimi, non autem ad effectum infringendi matrimonium, placuit Dominis quòd particulariter dubitatem, an constet de tali metu, qui sufficiat pro annullando matrimooio, & parte vtraque informante fuit vnanimi omnium voto affirmatiuè conclusum, regula enim rationibus, & autoritatibus in decisione firmata, quòd metus probetur per indicia & coniecturas, procedit etiam quando agitur de infirmando matrimonio, ea enim in his terminis passim vtuntur Doctores, & signanter Barbat. latè *consilio 45. in secundo dubio libro 2.* Alex. *consilio 98. num. 6. lib. 3. consilio 21. num. 8. inter consilia matrim.* Purpur. *consilio 597. num. 12.* Paris. *consilio 60. numero 20. lib. 4.* Couarr. *in epitom. de sponsal. part. 2. c. 3. §. 5. num. 10.* & visa fuit Rota in Nicien. Matrimonij 6. Martij 1588. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. 1

Nec turbat Dominos doctrina Salyceti ex aduerso allegata *in l. interpositas, num. 3. C. de transact.* dum ex illo tex. notat. non sufficere probare quasdam verisimilitudines, vel hominis coniecturas ad probandum metum, quia debet intelligi de coniecturis, & verisimilitudinibus remotis, & distantibus, non autem de propinquis, & immediatis, vt declarat Bald. *in d. l. num. 6.* Paul. de Castr. *num. 4.* Ias. *num. 1. in fin.* aliàs Salycet. ita simpliciter, & iodistinctè intellectus loqueretur non solùm contra veram interpretationem illius tex. sed etiam contra receptissimam regulam in materia metus. 2

Coniecturæ autem propinquæ, & immediatæ hic plures concurrebant sigillatim perpensæ in decisiooe, tam ex præcedentibus, & sequentibus, quàm ex ipso actu matrimonij. Maximum autem indicium videbatur nimia auersio animi Marchionissæ erga huiusmodi nuptias, cuius apertissimum reddebant testimooium, non solùm contradictio, quam sæpius fecit importunis sollicitata precibus eorum, quorum nutui aliàs obedire debuisset, sed etiam continuæ lamentationes, & frequentes protestationes, quas vbique & omni tempore emittebat, suspiria, lacrymæ, animi deliquium, & tristitia, & alia signa, quòd inuita trahebatur ad dictas nuptias. 3

Ex circumstantiis etiam facti præcedentibus vehementia metus oriebantur indicia, & præsertim, quia Marchionissa fuit in perpetua custodia posita omni destituta libertate, tam eundi, quàm loquendi, nisi quo, & cum quibus placuisset Marchioni parti. Et illi erat 4

non

non solùm interdicta omnis spes recursus ad superiorem pro libertate consequenda, sed etiam patiebatur cõtrarium superioris imperium, & vim. Ea circumstantiis insuper in actu matrimonij multa se offerebant argumẽta metus, videlicet, nimia festinantia, clausura hostij, præsentia virorum armatorum, exteris introitum prohibentium absentia propinquorum, & alia in decisione adducta.

5 Quæ saltem simul iuncta metum sufficientem probant, præsertim stantibus protestationibus toties iteratis, quæ multum conferunt ad probationem metus, Angel. *in l. metum, la 3. ff. quod met. caus.* Dec. *in capit. final. sub numer. 21. versic. bene verum est, de appellat.* Purpur. *dicto consilio 579. numero 4. in fine*, Rip. *in capitul. M. Ferrarien. sub numer. 93. versicul. protestatio enim, de const.* Natt. *consilio 50. numer. 18.* Couarru. *in epit. de sponsal. part. 2. capitul. 3. §. 5. numero 12.* & concurrentibus coniecturis, & indiciis eum plenè probant, Bald. *in capitul. quæ causa, numero 4. in fin. de his, quæ vi metúsve caus. fi.* Angel. *in l. metum autem, la seconda, in principio, versicul. tunc qualiscunque. ff. de eo, quod met. caus.* Purpur. *dicto consilio numero 4. ante med.* Petr. de Borbob. *consilio 24. numero 15. inter consilia matrimon.*

6 Considerarunt etiam Domini qualitatem personæ tam incutientis metum, quàm patientis, iuxta consil. Calderin. 1. *de his quæ vi metúsve caus. fiunt.* agebatur enim cum patre potente, seuero, irato, & minante, ac solito minas exequi contra oppugnantes suam voluntatem, qui ad magis terrendum adhibuerat etiam superioris & Archiepiscopi imperium; è contra aderat Marchionissæ filia puella, & virgo, quæ vt dicunt testes patrem valde metuebat, & non est dubium minorem metum requiri in muliere, quàm in masculo, iuxta glos. communiter recept. *in cap. cùm locum, in verb. metus, de sponsal.* facilius enim in fragiliori sexu metus toleratur & præsumitur, Aretin. *cons. 24. post numer. 7.* & in debiliori persona minor metus sufficit, Imol. *in capit. cùm dilectus, post numer. 8. de his quæ vi met. caus. fiunt.*

7 Neque est verum, quòd in muliere requiratur metus, qui in virum constantem cadat, quia sufficit ille, qui cadat in constãtem mulierem, Anton. de Butrig. *in cap. consultationi, in 4. notab.* & ibi Præpos. *in vltim. not.* Abb. *numer. 4. de sponsal.* Aretin. *consilio 24. numero 7.* Roman. *singul. 229.* Felyn. *consilio 14. sub numero 7.* Dec. *in capitulo causam matrimonij, sub numer. 7. de offic. deleg.* Boër. *decisio. 100. numero 2. ad fin. & add. dicto capitulo consultationi*, quod loquendo de muliere requirit metum cadentem in constantem virum, vt bene respondent, Præpos. & Dec. *vbi suprà.*

8 Et si verum esset, quòd indistinctè tam in fœmina, quàm in masculo requireretur metus cadens in virum constantem, inanis esset regula quòd metus probetur inspecta qualitate personæ, quam constituunt Bald. *in cap. super eo. in fine, de testibus*, Alber. *in rubr. ff. ex quibus caus. maior. num. 1.* Purpur. *d. cons. 579. n. 4.* cum aliis adductis in decisione.

9 Non obstat quod ex aduerso dicitur non sufficere probare metum in genere, sed deberi probari in specie, quia sic habemus metum in specie probatum, videlicet metum reuerentialem, qui licèt solus, & nudus non sufficiat, attamen secus est si cum eo concurrant alia metus indicia, & adminicula, Bald. *in l. si cogente. ff. de rit. nupt.* Alciat. *consil. 1. num. 15. libr. 8.* Molin. qui alios congerit *de primog. Hispan. libr. 2. cap. 3. num. 9. & 10.* qui dicit præcipuè verum in muliere, & dixit Rota in Valentina professionis 17. Aprilis 1570. coram Cardinali Lancellotto.

10 Iura autem, ac auctoritates, quæ ex aduerso allegantur, vel loquuntur in metu reuerentiali nudo, & solo, ita enim loquitur allegata *l. si cogente*, cùm sic eam intelligant, Bald. *ibi*, & Abb. *in capit. 1. num. 4. de desponś. impub.* vel loquuntur de coactione non graui, sed leui, quæ non sufficit glos. *in cap. præsens, in verb. patrem, in fine. 20. quæst. 3.* Abb. *in cap. cùm virum num. 8. circa med. de regul.* Felin. *in c. causam matrimonij, num. 3. ante fin. versic. modò probatur*, & ibi Farinac. Decis. lib. 2. Dec. *sub num. 7. de offic. deleg.* Couar. *de sponś. par. 2. c. 3. §. sexto, circa finem.*

11 Non obstat illud, in quo informantes pro Don Philippo faciunt præcipuum fundamentum, quòd ad annullandum matrimonium requirantur minæ mortis aut cruciatus corporis pro sufficienti metu, quia fuerũt datæ plures responsiones. Et primò hoc non esse verũ, quia ad istum effectum sufficit metus cadens in constantem virum. *d. cap. consultationi. de sponś.* quis autem sit metus cadens in constantem virum relinquitur arbitrio iudicis, Alexan. *consil. 156. numer. 5. in fine libr. 5.* Socin iun. *consil. 77. numer. 45. libr. 5.* plures cumulat Thomas Sanchez *libr. 4. disputationum disp. 5. numer. 1.* qui rationem assignat, eo quia non possunt in particulari exprimi omnes casus, & in discursu dictæ disputationis enumerat duodecim casus metus cadentes in virum constantem, non posset autem esse arbitrarium iudici si esset absolutè in iure diffinitum, quòd requirerentur minæ mortis aut verbera, & non esset verum, quòd reperiantur tot casus, in quibus verificari posset metus viri constantis.

12 Non obstat *l. interpositas, C. de transact.* nam quatenus requirit salutis periculum, vel corporis cruciatum, hoc habet locum quoad verba edicti, & actionem directam; secus est quoad vtilem actionem, & mentem Prætoris, quia sufficit minor metus, & aliunde proueniens, vt declarant ibi Doctores, & in specie Ang. & Paul. de Castr. *in princ.* & propterea Bald. *ibi numer. 8.* Salycet. *numer. 5.* & Curt. *iun. numer. 7.* dicunt sufficere si timeatur graue damnum.

13 Glos. *in d. c. consultationi. in verb. in constantem virum*, intelligi debet, vt loquatur per modum exempli, quòd metus mortis aut cruciatus corporis sit quidẽ metus cadens in constantẽ virũ sed non ita, quòd non possit aliter dari talis metus, hoc bene comprobat Ang. *in d. l. interpositas. in princ.* dum dicit, nota, quòd metus debet esse talis, qui cadat in virum constantem, puta mortis, vel corporis cruciatus, facit etiam quod tradit Calder. *consil. 1. circa princ. de his quæ vi metúsve caus. fiunt.* vbi dicit metum iustum iudicari ex circumstantiis, vt non solùm quæ continent cruciatum corporis, sed etiam quæ continent verba comminatoria maximè mortis.

14 Alexand. *consil. 156. numer. 20. libr. 5.* refert se ad superiùs per ipsum dicta, suprà autem *numer. 5. versicul. & etiam dixerat*, quòd potest variis ex causis, & per minas, & aliter inferri iustus metus cadens in constantem virum.

15 Secundò principaliter respondetur, quòd dicitur de metu cruciatus corporis, aut mortis, procedere in extraneo, non in eo qui reuerentiam debet, Bart. *in l. 1. §. quæ onerandæ. numer. 4. ff. quar. rer. act. non det.* clarum est enim propter reuerentiam debitam minorem metum sufficere, Franc. Marc. *decis. 1090. numer. 2. par. 1.* & fuit dictum in decisione.

16 Accedit quod Bart. *in dicto §. qui onerandæ, in fine*, & concordantes adducti in eadem decisione, dum dicunt minas cum metu reuerentiali sufficere, loquuntur simpliciter de minis, nec se restringunt ad minas mortis, & Anton. Gomez *var. resolut. tom. 2. capitul. 14. numer. 27. vers. sed his non obstantibus*, ibi, præterquam si cum prædicto metu, dicit quòd quales debeant esse minæ, cùm non reperiatur à iure determinatum pendet ab arbitrio iudicantis, & est de mente Abb. *in c. cùm virum. numer. 8. circa finem. versicul. iudex ergo ex circumstantiis, de regul.* & propterea dicit Abb. paulo superiùs, quòd reuerentia cum terribilitate personæ sufficiunt pro iusto metu, quod etiam vult Felyn. *in c. causam matrimonij, sub numer. 4. vers. quod talis reuerentia. de offic. deleg.*

17 Tertiò respondetur, quòd vbi verum esset timorem debere esse mortis, aut cruciatus corporis, non tamen propterea requirerentur minæ mortis, aut cruciatus, sed sufficeret quòd Marchionissa probabiliter suspicari potuerit de morte, aut cruciatu, Alexan. *consil. 98. numer. 5.* & Alexand. de Neuo *consil. seq. numer. 6. & 7. libr. 3.* idem Alexand. *cons. 21. sub n. 5. inter consil. matrim.* Ruminald. iun. *cons. 361. n. 73.*

18 Timor enim iustus ex affectu metuentis dignoscitur, Albericus *in rubr. ff. ex quibus caus. maior. num.* 1. & iusta metus suspicio sufficit pro metu, bald. *in l. fin. num. 7. C. de iur. delib.* Riminald. Sen. *consil.* 15. *num.* 26. Alban. *consil.* 77. *num.* 11. Grammat. *decis.* 5. *num.* 7. *cum duobus seqq.* Paris. *consil.* 60. *num.* 13. *libr.* 4. & dicit bald. *consil.* 165. *ad finem libr.* 2. Quòd in matrimonio animus debet esse liber, non solùm à compulsione, sed etiam à timore compulsionis.

19 Marchionissam autem talem metum & suspicionem eócepisse, probat Doctor Sebastianus Manriquez super 6. qui deponit super ea rogatũ fuisse ne arbiter propter dubium quod habebat ne pater aliquid damni sibi afferret, melius etiam Donna Maria de Naruez, quæ deponit Marchionissam sibi dixisse, quòd timebat ne à suo patre occideretur, sed dixisset nolle contrahere matrimonium cum Don Philippo. Et quòd ista suspicio non esset omnino vana, probat depositio materteræ, quæ bene informata de animo, natura, & ita sui viri dicit se pro certo habere, quòd Marchio occidisset filiam si sibi in hoc noo obtemperasset. Quartò præsupposito ad omne petius, quòd requirerentur minæ mortis, aut verberum; Respondetur minas huiusmodi intercessisse, illas enim probant Lupus de Slaua, & Donna Hieronyma de Mendoza, quorum dicta coadiuuantur ex dicto Donnæ Franciscæ de Figuerra deponentis de auditu, & depositione Donnæ Hieronymæ de Mendoza, & Donnæ Franciscæ Enriquez, quæ dantur in summario.

20 Non obstant obiectiones, quæ dantur contra personas, & eorum dicta, quia placuerunt Dominis responsiones datæ in vltima decisione facta 28. Ianuarij præteriri, supponendo minas paternas esse difficilis probationis, Bertrand. *consil.* 64. *numer.* 5. *part.* 1. *in antiq.* Alban. *consil.* 77. *numer.* 9. Boër. *decision.* 101. *numer.* 1. ita vt propterea admittantur testes, qui aliàs non admitterentur, Alexandr. *consil.* 156. *numero* 15. *libr.* 5. Honded. *consil.* 29. *numero* 24. *libr.* 1.

21 Nec obstat, quòd dicitur testes esse singulares, & propterea non probare minas, quia magis placuit Dominis sententia Angeli, Crott. & aliorum volentium, quòd in hoc admittantur testes singulares; & Doctores in contrarium adducti, vel non dicunt id, ad quod allegantur, vel procedunt, quando ageretur de probandis minis solis, & propter se, non autem pro eruendo metu, iuxta distinct. Ancbar. *consil.* 227. *n.* 7. *circa med.* quem sequ. Syluest. Aldobran. ex aduerso alleg. *consil.* 71. *num.* 38. *&* 39. qui facit pro opinione, Ang. & Crot.

22 Præterea testes singulares probant concurrentibus adminiculis, Paul. de Castr. *consil.* 281. *numer.* 10. *ad finem, versic. item non obstat, quòd testes sint singulares, libr.* 1. *& consil.* 250. *post num.* 3. *lib.* 2. Aym *consil.* 178. *num.* 3. Ceph. *consil.* 141. *sub numer.* 12. *versic. & propterea*, Gabr. *de testib. conclus.* 3. *in fine*, Roland. *consil.* 82. *num.* 47. *lib.* 2. Surd. *consil.* 93. *num.* 65. fuit dictum in vna assignaoen. Pensionis 17. Maij 1574. coram Cardinali Lancellotto, & in vna Romana fideicommissi 20. Decembris 1582. coram bubalo. Adminicula autem sunt ex depositionibus aliorum testium, & ex multis circumstantiis ponderatis per informantes, & adductis in prima decisione huius causæ. Alia ex aduerso deducta, vel sunt sublata in dicta decisione, vel tolluntur ex deductis per informantes pro parte D. Marchionissæ.

REVER. D. LVDOVISII.

Patmen. Status.
Veneris 5. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

De testibus singularibus singularitate obstatiua, adminiculatiua, vel diuersificatiua quando probant; præsertim quando agitur de probando tempus, aut aliquem actum iterabilem.

SVMMARIVM.

Testes singulares probant in actu iterabili, n. 1. *contrà numer.* 2.

Testium singularitas alia est obstatiua, quæ testimonium infringit, & alia adminiculatiua, quæ testimonium coadiuuat, n. 2.

Testes singulares etiam singularitate diuersificatiua non probant, n. 3.

Testes inuerisimilia deponentes non probant, num 4.

Testium dicta contraria concordantur per multiplicationem, & reiterationem actorum, n. 5. *&* 6.

Testes deponentes dubitatiuè de tempore, non dicuntur discordes, sed contestes cum aliis testibus de praciso tempore deponentibus, n. 5.

Testes præsumuntur contestes de eodem actu si non probentur singulares, n. 6.

DECISIO CCLXI.

Placuit Rotæ audire Dominos de Rangonibus super 1
prima parte decisionis vltimo loco factæ in eo, quòd dicebatur indagationem temporis in depositione Don Baptistæ tendere ad reddendum eum singularem singularitate obstatiua, vel sibi contrarium, contra quod DD. de Rangonibus se neutrum ostendere obiiciebant, quia dicebant agi de probatione matrimonij, quod plures contrahi & iterari potest, Specul. *de testam* § *nam, de interrog. num.* 16. Et potuit non solùm non cadere contrarietatem in teste, sed nec etiam posse redargui de singularitate obstatiua, quæ contingit in actu non iterabili, neque iterato, sed potiùs singularitate diuersificatiua, quæ est de actu multiplicabili, vt per Aym. *de antiq. temp. par.* 4. § *sed enim, numer.* 2. *&* 3.

Quo non obstante Domini in eadem sententia per- 2
manserunt, omisso enim quòd singularitas in actu iterabili, & quam diuersificatiuam vocant, Aym. & alij adducti, latè autem in sumto vocabulo obstatiua dici potest, vt per Socin. Iun. *consil.* 8. *a numer.* 20. *lib.* 4. Franc. *in l. admonen. sub numer.* 268. *ff. de iureiur.* quod comprobat Socin. Iun. ex doct. Bald. *in rubr. de controuer. inuest. vers. et ergo duplex*, vbi dicit duplicem esse singularitatem obstatiuam, quæ infringit testimonium, & adminiculatiuam, quæ testimonium coadiuuat, quam distinctionem sequuntur Felyn. *in c. licèt ex quadam, col.* 5. *vers. et enim duplex, de testibus*, Crot. *consil.* 57. *numer.* 1. Franc. Curt. *in d. l. admonendi, numer.* 268.

Nihilominus ad effectum, qui fuit in Rota considе- 3
ratus ad conquassandas probationes non multum refert an versemur in obstatiua propria, vel in diuersificatiua, quia Bald. *in decis. allegat. num.* 25. *libr.* 3. de hac diuersificatione loquens dicit, quòd lacerat probationes, quia eas diuidit, quem sequitur Aymon *consil.* 41. *n.* 7. Roland. *consil.* 95. *numer.* 20. *&* 21. *lib.* 4. Gabriel *consil.* 4. *numer.* 17. *in fine, lib.* 2. Riminald. Iun. *consil.* 644. *numer.* 67. *& seqq.* Surd. *consil.* 301. *numer.* 12. & dicit Bald. *in capit. licèt causam, sub numer.* 11. *de probation.* quia talis singularitas omnino vitiat probationes, quòd etiam tradit Felyn. *in capit. licèt ex quadã, numer.* 4. *versic. & hoc etiam eleganter, de testibus*, Corn. *consil.* 247. *num.* 11. *lib.* 2. Surd. *vbi suprà*, & non solùm lacerat, & vitiatur, quia scindit & decidit probationes, sed quia per eã dictũ vnius testis debilitat, elidit, detrahit de fide alterius, Bal. & Felyn. *in locis per eum allegatis*, Dec. *in dicto capit. licèt in causam, numer.* 63. *de probation.* Caccialup. *in d. l. admonendi sub num.* 209. Franc. Curt. *sub num.* 207. Aym. *de antiq. tempor.* 4. *part.* § *sed enim, sub numer.* 7. *& consil.* 167. *numer.* 4. Socin. Iun. *consil.* 99. *numer.* 2. *libr.* 2. Cephal. *consil.* 448. *numer.* 8.

Vlterius dicebant Domini veram obstatiuam contin- 4
gere non solùm per directam contradictionem, & reductionem ad impossibile; sed etiam per reductionem ad inuerisimile, Bald. *in l. scriptura, numero* 3. *C. de fid. instrum.*

instrum. Grammat. *cons. ciuil. 66. numer. 18. ante fin.* Et est de mente Imol. *in cap. cùm tu, num. 4. ante fin. versic. fallit.* vbi reduci possunt, vbi etiam Felyo. *sub num. 11. versic. item procedit, de testibus,* & cùm verisimilitudo petatur à communiter accidentibus, vt dicit Bald. *in dict. l. scriptura, numer. 7.* Grammat. *dicto consil. 39. num. 39. & sequent.* à communiter accidentibus matrimonia non multiplicantur, vltra alias inuerisimilitudines consideratas ab informantibus.

5 Non obstat quòd Specul. loquitur de matrimonio, & dicit præsumi multiplicationem, quia agitur vt ipse dicit ad coocordandum testes, quæ conclusio aliquando fit per multiplicationem, & reiterationem, iuxta not. *in d. c. cùm tu, de testib.* In casu autem nostro agitur de discordando probationem per pluralitatem. Rursus loquitur Specul. ad effectum euitandi periurium, præterea Specul. & alij adducti loquuntur in testibus deponentibus de certo & præciso tempore diuerso, quod non contingit in d. Don Baptistam, qui deponit detemporo non bene memor dubitatiuè, & conditionibus incirca, & parum plus, vel minus, quo casu testes non dicuntur discordes, sed potiùs concordare cum alijs probationibus certum tempus continens, Alexand. *cons. 155. num. 2. & seqq. lib. 6.* Ruyn. *consil. 36. numer. 5. lib. 4.* Grat. *de testibus par. 7. num. 35.* Aym. *vbi suprà, numer. 19. & consil. 78. sub num. 9. vers. amplius,* Bero. *consil. 201. numer. 40.* Surd. *consil. 13. numer. 43. ad finem,* cum nonnullis sequentibus, faciunt tradita per Alex. *cons. 181. num. 3. in fine. lib. 7.*

6 Non subsistit quòd sufficiat possibilitas iterationis, & quòd testes possint esse singulares; quia immo præsumuntur contestes de eodem actu, si non probentur singulares, Innocen. *in capit. qualiter, & quando, colum. 2. de accusat.* Ias. post Bald. *in l. 2. numer. 14. C. de bon. possess. secundum tab.* Alexand. *cons. 47. sub num. 6. versic. non omitto, libr. 2.* Aretin. *consilio 36. sub numero 4.* Barbat. *consilio 25. numero 6. libro 2.* Ruyn. *consilio 105. numero 5. libro 4.* Socin. *consil. 173. num. 9. in fin. libr. 7.* Dec. *consil. 350. num. 8.* Riminald. Sen. *consil. 310. num. 8.* Aym. *consil. 68. num. 9. in fin.* Grammat. *consil. ciuil. 79. num. 10.* Cæsar de Grass. *decis. vnica, de depos. numer. 5.* fuit dictum in vna Lucana Pensionis 4. Iunij 1574. coram bon. mem. Cardinali Laucellotto. Et in vna Romana Legati della Porta 3. Decembris 1601. coram R.P.D. Coccino. Et facit, quia si ad concordandū probationes præsumitur pluralitas actuum, vt dictū est, & tenuit Rota in vna Burgen. Decimarū de Scalante 30. Ianuarij 1589. corā nubalo, contra regulam traditam *in capit. cùm Ioannes, de fid. instrum.* multo magis per concordiam probationum debet excludi pluralitas & præsumi vnitas. Ex qoibus & alijs adductis per informantes Domini perstiteruot in resolutis, &c.

IVSTI.

Tridentina Canonicatos.
Mercurij 10. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Ætas quomodo per testes probetur, & an parentes admittantur ad probationem ætatis filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio probationem non excludit. n. 1.*
Testes quomodo deponere debeant ad probandum alicuius ætatem, & quomodo reddere rationem sui dicti, num. 2.
Parentes possunt esse testes ad probationē ætatis filiorum, num. 3.

Farinac. Decis. lib. 2.

DECISIO CCLXII.

Decisum fuerat in hac causa coram me die 3. Martij anno 1606. probatum fuisse defectum ætatis Horatij Guareschetti: quapropter, quia probatio probationem non excludit, Ægid. *decis. 566. & 615.* fuit disputato dubio sub die 9. Iunij eiusdem anni data remissoria, qua mediante testes examinauit in partibus, & reportata ad Curiam. Ego disputaui dubium; an esset recedendum à resolutione facta, & Domini visis testibus, & multis, quæ opponebantur, voluerunt solummodo testes probare in dicto natiuitatem Horatij, vt de reliquis videretur separatim. 1

Fundamentum fuit in dictis testium noniter examinatorum, quorum primus est commater ipsius Horatij, quæ probat Horatiū esse natum de mēse Maij anni 1581. & concludit suum dictum, quòd aliter esse non possit. Idem deponit tertius testis super decimoquinto, & reddit rationem, quia ipsa nupserat ante 23. annos, & quòd tunc Horatius erat annorum trium, addendo se scire per instrumētum dotis, & quòd esset trium annorum dicit, quia tunc decurrebat per totam villam, & audiuerat idē dici à parentibus ipsius Horatij. 2

Quintus testis reddit sufficientem rationem, dum deponit super vigesimoseptimo, & quadragesimoquinto, quòd Horatius agebat tertium annum tempore quo sibi nota fuit filia, quæ tempore examinis habebat 3. annos, & asserit se nō posse errare, quia hoc tenuit menti, & eandem rationem reddunt alij testes, & in specie sextus facit computationem iuxta tempus contractus sui matrimonij, & sic omnes applicant memoriam ad aliquod factum memorabile, Bart. *consil. 99. numer. 5. lib. 1. & in l. de ætate, num. 7. ff. de min.* & fuit dictum in allegata decisione in hac causa, & quatenus deponant de auditu à parentibus hoc potest bene concludere, quia etiam ipsi parentes admittuntur ad probationem ætatis filiorum, *l. etiam. ff. de prob. c. testes, §. testes idonei, 4. quæst. 3.* Vnde fuit ita decisum, & de reliquis postea videbitur. 3

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Hispalen. Matrimonij de Alcala.
Lunæ 15. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum, quando per subsequentes actus voluntarios conualidetur, metúsque purgatus censeatur.

SVMMARIVM.

Metus semper illatus, semper durare præsumitur, n. 1.
Metus semel illatus, semper durare præsumitur vigente eadem causa metus, n. 2.
Metus non censetur purgatus per quemcumque subsequentem actum voluntarium, etiam factum ex interuallo post illationem metus, quando eadem causa & ratio metus durat, n. 3.
Metus durare semper præsumitur donec durat vita illius qui metum incurrit, n. 4.
Metus semper durare præsumitur donec durat eadem cogendi & nocendi potestas, n. 5.
Metus, vt purgatus censeatur necesse est vt is cui semel metus illatus fuit, sit positus in plena libertate, n. 6.
Metus non censetur purgatus per subsequentem actum voluntariū quando præcedit protestatio, de qua n. 6.

DECISIO CCLXIII.

ACtum fuit de purgatione metus per Dominam Marchionissam passi in contrahendo matrimonio 1

 eum

minald, qui alios cumulat *consil.* 363. *n.* 137. *& seq.*

3 Est inprimis aduertendum, quòd prædicti testes multas in dicto exceptiones patiuntur. Aliqui enim non recordantur à quibus personis audiuerint id quod deponunt fuisse publicè dictum, alij recurrunt ad rixas, atque etiam ad verba iniuriosa à pueris in scholis dicta, nonnulli sibiipsis contrarij deponunt à nemine audiuisse, quod tamen antè, & pòst dicunt fuisse publicum, & in specie secundus, & octauus vterque iuxta quartum, alij denique allegant illos à quibus audiuerunt, illi autem interrogati respondent, se nunquam ea de re fuisse loquutos, & idem octauus testis allegat testem decimumnonum, & testem vigesimumseptimum, qui primò examinati deponunt de puritate, vt in processu *fol.* 202. *& fol.* 231. deinde repetiti negant circa impuritatem illa vnquam dixisse ad quæ fuerunt allegati, vt *fol.* 408. *&* 396. ita testis decimus allegat 70. & 72. testes, qui omnia negant *fol.* 403. *&* 409. præterea insignis omnino & notabilis memoriæ est quartus testis, qui cùm sit annorum dumtaxat quinquaginta trium deponit audiuisse suam auiam appellantem Ioannem Sanchez malo nomine Chapalonem, & subdit nihilominus dictam auiam decessisse ante annos quinquaginta.

4 Deinde est aduertendum, quòd vt fama probet debet esse solida, constans, vniformis, absque contradictione, *c. de parentela il* 2. 35. *quæst.* 6. Bald. *in l. omnemusculam, num.* 8. *C. de sacros. nel. Eccles.* & alios cumulant Roland. *cons.* 3. *n.* 49. *& sequen. lib.* 2. Ioann. Gar. *de nobilit. gl.* 18. *num.* 13. hîc autem adsunt quamplurimi testes ab ipso Capitulo, & absente D. Iosepho examinati, qui deponunt parentes, & ascendentes paternos, & maternos D. Iosephi esse puros, & Christianos antiquos, nulla Hebræorum, Saracenorum, Hæreticorum, vel alia qualibet macula infectos, & pro talibus Christianis antiquis fuisse communiter habitos, tentos, & reputatos & quòd si aliter res se haberet ipsi testes id sciuissent, & minus esse non posset ob nimium tractatum, & communicationem quam cum ipsis habuerunt, & quia fuerunt vicini eorum, & aliis de causis cognouerunt dictos parentes, & in specie illum Io. Sanchez argẽtarium, de cuius impuritate potissimum agitur, itaque vltra quod etiam in casu quo testes deponentes de mala fama essent paulo plures, deberet tamen adhiberi fides, & credi pauciotibus deponentibus de bona fama, Gabr. qui plurimos cumulat, *de testibus, conclusion.* 4. *numer.* 24. & in terminis statuti impuritatis Alphons. Hoied. *in tractatu de incompatib. benef. part.* 5. *capitul.* 23. *numer.* 143.

5 Adhuc res ipsa loquitur non posse dici, quòd hîc adsit publica vox & fama impuritatis, quæ suffragetur, cùm post exactissimam informationem captam à Capitulo continuis quindecim mensibus in ipsa Vrbe Toletana, in qua propè omnes Ioannem cognouerant, & post nonaginta quatuor testes examinatos, omnis probatio reducitur ad depositiones quatuordecim testium, quorum plerique in dicto patiuntur exceptiones admodum releuantes, & habent contra se plurimos alios testes ab eodem Capitulo examinatos, qui nedum nesciunt istam malam famam per ciuitatem Toletanam fuisse, vt bene per Aymon. *cons.* 57. *num* 50. per glos. *in l. si tutor. C. de peric. tutor.* vbi quòd non præsumitur ignorantia eorum, quæ publicè per famam sunt nota, quinimo dicunt scire, & audiuisse, quòd parentes, & ascendentes D. Iosephi communiter pro puris & antiquis Christianis habebantur, & tenebantur.

6 Tertiò est aduertendum requiri ad probationem famæ, quòd illa habuerit originem ex probabilibus causis, quæ inducant populum ad sic credendum & dicendum, aliàs non est fama, sed vna vox populi contemnenda, *l. decurionum. ff. de pœn.* Bartol. & alij *in l. de minore*, *§. plurimum, de quæstion.* Bald. *in l. proprietatis. Cod. de probat. num.* 3. Corn. *consilio* 130. *numero* 6. *libro* 4. Surd. *consi.* 255. *numer.* 76. *libr.* 2. in proposito autem quidam ex testibus dicunt se ignorare causam originis famæ impuritatis, quidam verò illam exprimunt, quia Ioannes, & eius fratres vocabantur Los Chapalones, eo quòd descenderent à quibusdam Iudæis, qui in ciuitate Toletana Chapalones vocabantur.

Ista autem ratio famæ est omnino reiicienda, quia 7
Ioannes, & eius fratres vocabantur Chapalones, nõ proprio nomine, sed malo nomine, & in conuitium, & idẽ testes dicunt, & aliqui in specie addunt illam appellationem non fuisse in notam malæ progeniei, sed ex ioco, vel saltem ex malè dicto processisse, ideóque non bene infertur, quòd haberent originem ab illis Iudæis, nec rectè concluditur ab appellatiuo, & iocoso, vel ad omne peius iniurioso nomine, ad nomen gentilitium, seu familiare, & ad originem. Insuper quia dicta ratio apparet falsa, cùm quamplures testes nempe quartus, quintus, sextus, septimus, nonus, decimus, duodecimus, decimustertius, decimusquartus, decimusnonus, vigesimusprimus, vigesimusquartus, vigesimusquintus, octuagesimusprimus, octuagesimusquartus, octuagesimussextus, octuagesimusseptimus, & octuagesimusnonus dicant non catare, nec extitisse in ciuitate Toletana aliquos, qui Chapalones vocarentur, vnde si de existentia gentis seu familiæ, & nominis non constat, multo minus de talis familiæ, seu nominis impuritate constare potest, Alex. in add. ad Bart. *in d. § plurimum, n.* 19. *in littera D. in fine.*

Præterea quamplurimi etiam testes, quintus, nonus, 8
decimusquartus, decimusquintus, decimussextus, decimusseptimus, decimusoctauus, decimusnonus, vigesimusprimus, octuagesimustertius, & octuagesimusquartus, deponunt Ioannem Sanchez, eiúsque fratres fuisse dictos Chapalones, delitiarum causa, siue per iocum, & risum, quia erant balbutientes, & ob linguæ defectum litteram H, multum exprimebant, & illa ratio huius cognominis est magis attendenda, cùm magis in specie concludat, quàm illa generica, & incerta quòd descenderent à Chapalonibus Iudæis, quos non constat vnquam fuisse in rerum natura, ad trad. per Alex. *consil.* 88. *numero* 8. *libro* 5. Socin. *consilio* 54. *libro* 4. Paris. *consilio* 74. *libro* 1. Alphons. Hoied. *dict. tractat. de compatibil. benef. par.* 5. *capit.* 23. *num.* 143. *versic. quartò erat animaduertendum.*

Nec facit quòd duo testes reddant alias rationes istius 9
famæ, vnus quòd Ioannes Sanchez nolebat manifestare suos parentes, alter quòd cùm idem Ioannes, eiúsque filij essent diuites nunquam testis audiuit, quòd prætenderint adscribi confraternitatibus habentibus statuta puritatis. Primus enim testis non dicit, quòd Ioannes fuerit eo loco, vel tempore interrogatus de suis parentibus, vt respondere teneretur, sicuti & secundus testis non dicit quòd Ioannes, eiúsve filij tentauerint adnumerari dictis confraternitatibus, & fuerint prohibiti, vltra quod nec ista posset esse ratio famæ, neque communis reputationis, cùm sit solummodo discursus, & ratiocinatio illorum testium, quorum vterque vnicus deponit de sua dumtaxat opinione.

Non obstant illi testes, qui deponunt de quodam 10
Sambenito sub nomine Ioannis Chapatel sartoris combusti, & propter consonantiam dictionum Chapalon, & Chapatel insinuant notam istius Sambeniti afficere Chapalones, & per consequens D. Iosephum. Ista enim obiectio est nimis imbecilla, & fragilis in materia adeò graui tantíque præiudicij, cùm non sit idem Chapalon, & Chapatel, neque probetur, quòd istud, vel illud cognomen pertineat ad D. Iosephum, & multo minus probetur illius descendentia à dicto Chapatel per gradus distinctos, prout requirit Rota in aliis causis resoluit.

Accedit quòd illi testes sunt tantummodo tres, ex 11
quibus sexagesimustertius deponit simpliciter, quòd sexagesimusoctauus testis duxerat ipsum ad Ecclesiam Sancti Marci, vbi videbatur ille Sambenitus, & sibi dixerat, quòd Ioannes Sanchez descendebat à persona descripta in d. habitello, quódq; ita audiuerat à nõnullis, & sic testis per se nihil dicit, sed tãtũ refert audita à sexagesimooctauo teste, ille autẽ sexagesimusoctauus testis

examinatus & repetitus deponit, se id quod dixerat audiuisse à sexagesimonono teste, addit tamé, quòd ipse etiá ita tenebat, & credebat propter nominum cósonantiam. Demum sexagesimusnonus testis examinatus respondit se nescire quòd Ioannes traheret originem ab illo Chapatel sartore, sed quòd nonnulli murmurantes dicebant quòd illa nomina Chapatel, & Chapalon sunt consimilia, & hinc desumebant coniecturam contra prædictum Ioannem, ex quibus apparet dicta istorum trium testium fundari in sola opinione, & imaginatione nonnullorum murmurantium.

2 Non denique obstat decimustertius testis, qui dicit Io. Sanchez fuisse consobrinum cuiusdam N. de Fuensalida, qui habebatur pro confesso, & quòd ambo procedebant ex eodem trunco, quódque illud cognomen est impurorum, cuius depositionis occasione examinati fuerunt alij testes, qui deponunt prædictum Ioan. Sanchez argentarium, quandoque fuisse denominatum de Fuensalida, & alij etiam, qui dicunt illud nomen Fuensalida haberi pro cognomine impurorum: nam imprimis ille decimustertius testis est vnicus, nec dat aliquam rationem, ex qua sibi credendum sit de ista parentela, nec quòd fuerit in rerum natura ille N. de Fuensalida, qui haberetur pro confesso, & quando Ioannes, & ille N. processissent ex eodem trunco, non sequitur tamen quòd impuritas, quatenus esset probata, potuerit oriri ex aliquo ramo, qui Ioannem non contingeret. Ideóque ista omnia sunt incerta, æquiuoca, & insufficienter probata, sicut & æquiuoca est impuritas cognominis de Fuensalida, quia omissis in hoc articulo contrariis tribus testium sufficiút pro incertitudine duo alij testes, è quibus octuagesimus secundus deponit cognouisse quamplures personas huius cognominis tam naturales ciuitatis Toletanæ, quàm aliorum locorum, è quibus aliæ habebantur pro puris, aliæ pro impuris; nonagesimus secundus verò testis dicit, quòd cogoomen de Fuensalida ciuitatis Toletanæ antiquitus fuit valde insigne, & illud habuerat quamplures equites, & nobiles.

13 Postremò si Ioan. Sanchez quandoque fuit dictus de Fuensalida, id potuit euenire ex quo forsan illius maiores haberent ortum ex Oppido de Fuensalida, de quo deponit prædictus nonagesimusecundus testis, ideóq; non concludit ista probatio, per consequens, ad effectum de quo agitur, est irreleuans, Abb. *in c. 1. in fin. de consib.* & fuit decisum in Toletana Portionis 13. Iunij 1594. corá Illust. D. Cardin. Mantica. Atque ex his Domini vnanimes dixerunt statutum non obstare D. Ioseppho.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Hispanen. Matrimonij de Alcala.
Lunæ 26. Ianuarij 1609.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum non reconualidatur per cessantiam metus, nec per actus contrarios, spontaneos, & voluntarios.

SVMMARIVM.

Matrimonium nulliter contractum ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, cessante impedimento non reconualidatur, sed iterum legitimè contrahi debet, num. 2.

Matrimonij substantia est consensus, & vbi consensus deficit, ibi etiam deficit matrimonium, n. 3. & 5 Vbi quòd isto casu matrimonium est ipso iure nullum.

Metus vbi adest, ibi deficit consensus n. 4.

Matrimonium requirit de substantia præsentiam Parochi, num. 6. Vbi propterea, quòd eo absente factum nullum est.

Forma est de substantia actus, & nisi interueniat tempore actus, actus est nullus, n. 6.

Matrimonium metu contractum non reconualidatur per cessantiam metus, n. 7. & seqq.

Ratificatio actus facit actum valere, prout ex nunc, non prout ex tunc, n. 7. & 8.

Ratificatio non facit actum omnino nullum, validum, num. 8.

Consensus vbi requiritur certo tempore, ratificatio non validat actum, n. 9.

Resignatio beneficij nulliter facta à procuratore, ratificatione principalis non conualidatur, n. 9.

Manifestum dicitur illud quod probari potest, n. 10.

DECISIO CCLXV.

PRætendebatur pro parte D. Philippi purgatio metus ex longa cohabitatione multis actibus quos dicebat esse spontaneos, & non solùm libero, verum etiá læto animo factos; pro parte verò Marchionissæ respondebatur, non probari purgationem, & probatam non releuare, & quòd metu cessante, & animo ad suam libertatem redacto requirebatur matrimonium denuò contrahi, adhibitis, seu repetitis solemnitatibus à sacro Concilio Tridentino requisitis. Et propterea dubitaui de ordine Rotæ, an constet de purgatione metus quæ suffragatur D. Philippo? Quo dubio proposito, Domini resoluerunt per actus factos viuente Marchione patre non fuisse metum purgatum, respectu autem temporis post mortem nihil fuit resolutum. 1

Pro faciliori autem & celeriori causæ expeditione, Rota, instante Marchionissa, & citato Procuratore D. Philippi statuit, vt videretur an fuerit necessarium quòd matrimonium de nouo cum solemnitatibus ab Ecclesia requisitis celebraretur? Si enim requiritur, frustrà laboratur super purgatione metus, quæ non sufficeret. Quod dubium Domini, informante tantùm Marchionissa, affirmatiuè resoluerunt sequendo declarationem sacræ Congregationis Illustrissimorum Interpretum Concilij, quam in propriis terminis priùs fuerat amplexa Rota in Toletana Matrimonij coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Quotiescumque enim Matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, si postea cesset, opus est, quòd omnia de integro ponantur, quæ sunt necessaria, & de essentia matrimonij, vt ex multis bene comprobat Victoria in suis Relectionibus Theologicis *Relect. 7. de matrim. n. 2. puncl. 1. per versicul. in contrarium, numer. 9.* Io. Gutierez *in canon. quæst. cap. 19. num. 4. & trib. seqq.* relati in illa Toletana, & Nauar. *consil. 14. de sponsal.* & alij per informantes adducti, quorum rationes placuerunt Dominis; quicquid in contrarium dicant Moder. Cordub. *lib. 1. de matrimon. disputat. 37.* 2

Et si hoc generaliter est verum in impedimentis, maximè procedere debet in defectu consensus, quia nullum est impedimentum ita dirimens, & nihil à quo ita dependeat matrimonium, est enim consensus de substantia matrimonij, *c. tua nos, in fin. vbi gloss. pen.* Anton. de Butr. *numer. 10. & seqq.* Abb. *numer. vlt. de sponsal.* & causa efficiens ipsius, *c. sufficiat. 27. quæst. 2. c. cum apud, & c. tua. de sponsal. cap. tuas. de sponsa duor.* Concil. Florentin. *in decret. de matrimon.* & probat *l. nuptias. ff. de reg. iur.* 3

Defectus autem consensus in Marchionissa est clarus, stante metu, quo nihil magis contrarium consensui, *l. nihil consensui. ff. de reg. iur. c. super hoc*, & ibi not. Abb. *de renunc.* præsertim iunctis præcedentibus protestationibus, vt bene per Ruin. *consil. 120. numer. 14. & seqq. lib. 4.* 4

Vbi autem in matrimonio deficit consensus, matrimonium est ipso iure nullum, Abb. *in c. 2. numer. 2.* vbi alij communiter, *de eo, qui dux. in matr. quam pollu.* 5

per

per adult. Sed etiam dici potest, non fuisse contractum, quia vbi deficiunt substantialia nihil dicitur actum, Io. Andr. *in cap. 1. num. 3.* vbi etiam Anton. de Butr. *sub n. 7.* Io. de Anan. *num. 1. de sacr. Vnct.* Et propterea omnia sunt iteranda, & non est locus suppletioni, vt dicunt post Hostien. Ioan. Andr. & alij ibi.

6 Accedit etiam, quòd præsentia Parochi à Concilio requiritur pro forma, vt dixit Rota in vna Florentina Matrimonij 1. Februarij 1580. coram Vicecomite, & probatur, quia Concilium Tridentinum procedit annullando matrimonium in eo absente factum, Bald. *in l. 1. post num. 2. vers. in contrarium, ff. de lib. & posthum.* Felyn. *in c. cum dilecta, in quinto signo formæ, de rescript.* Dec. *consi. 538. num. 11.* Sarn. *in reg. de idiom. quæst. 8. in principio.* Quæ autem sunt de forma debent interuenire in tempore, quo actus producitur in esse, Bal. *in l. obseruare, §. final. num. 3. de offic. procons.* Anton. de Butr. *in cap. cùm consuetudinis, de consuet.* Felyn. *in dicto cap. cùm dilecta, num. 8. vers. & ideo.*

7 Nec potest agi de ratificatione, ex subsequuto consensu, quia si matrimonium metu contractum ex consensu subsequenti reconualesceret, vt ex nunc, non vt ex tunc, vt not. Abb. *in cap. ad id, in 1. not. n. 1. an fin. de sponsal.* in ratificatione enim actus nulli, consideratur tempus ratificationis, Surd. qui alios allegat, *decis. 241. n. 7.* Cùm ratificatio actus inualidi nihil aliud sit, quàm nouus actus, *l. asse toto, ff. de hared. inst. l. obuenire solet, ff. de verb. signif.* Socin. *cons. 92. num. 11. lib. 3.* Menocb. *consi. 80. num. 66.* Et propterea omnis forma, & solemnitas, quæ debet interuenire in actu, vt valeat, interuenire debet, iuxta ratificationem, Socin. ibi eum multis cumulatis per informantes, & tenuit Rota in vna Romana donationis 13. Iunij 1586. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in vna Cornetana Bonorum coram Illustrissimo Cardinali Platto, & sæpius in aliis.

8 Nec potest deseruire solemnitas per priùs seruata, quoniam, vt dictum, illa debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari, neque iuuare potest fictio, aut retrotractio, cùm non fiat quãdo actus est omnino nullus, Bart. *in l. obseruari, n. 4. ff. de offic. procons.* Alex. *cons. 78. num. 24. lib. 7.* Dec. *in l. semper qui non prohibet, num. 16. ff. de reg. iur.* quia tunc retrotractatio non inuenit principium conseruabile, Bald. *in l. final. n. 2. C. ad Velle.*

9 Et vbi consensus requiritur certo tempore, prout requiritur ex dispositione Concilij tempore quo Parochus est præsens, nunquam retrotrahitur, Bald. *in d. l. final. sub num. 2. C. ad Velle.* Facit simile de consensu præstito, iuxta formam regulæ à Procuratore, qui non implendo mandatum nulliter præstitit; resignatio enim non conualidatur ratificatione resignantis, sed denuo est præstandus alius consensus formalis, Put. *decis. 11. lib. 3.* Cotta *decis. 399.* fuit dictum in Hispalen. & Corduben. Præstimonium 1. Iunij 1592. coram Gyptio.

10 Nullus autem remanet dubitandi locus cum habeamus in terminis declarationem sacræ Congregationis, qua audita ad relationem Ponentis, sine aliqua discussione, Rota in illa Toletana omisit longam disputationem super metus purgatione, & ordinauit, vt causa expediretur, prout fuit expedita. Cessat enim omnis scrupulus, quia non sumus in impedimento metus occulto, sed manifesto, cuius fuit conscius Ordinarius Sacerdos, qui interfuit celebrationi Matrimonij, & plures testes, qui postea de eo deposuerunt; manifestum enim non occultum dicitur, quod probari potest, glos. *in cap. vestra, in ver. notorium, circa med. de cohab. cler. & in capit. manifesta, 2. quæst. 1.* Cardin. *in Clem. nolentes, in ver. Notarij, n. 1. de heret.* Gemin. *cons. 54. sub num. 3. vers. restat igitur,* Abb. *consi. 22. col. 2. versi. item & secundo, lib. 1.* & in nostris terminis plures refert, & sequitur Thom. Sanchez *de matrim. lib. 2. disputat. 37. num. 11.*

REVER. D. ORTEMBERGHI.

Ferrarien. Matrimonij. Veneris 6. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Matrimonium quando dicatur contractum per verba de præsenti, vel de futuro.

SVMMARIVM.

Matrimonium, quando dicatur contractum per verba de præsenti, num. 1.

Matrimonium non dicitur contractum per verba de præsenti, quando vix dixit, volo accipere in vxorem N. n. 2. declara, vt n. 3. & 4.

Matrimonium dicitur contractum per verba de præsenti quoquo modo huiusmodi consensus exprimatur, num. 3.

Matrimonij tractatus vbi processit, tunc subsequentia verba dubia intelligenda sunt de contractu matrimonij, num. 4.

Matrimonium de præsenti probatur etiam per verba dubia quando subsequitur traditio annuli, & subarrhatio, num. 5.

Instrumentum reprobari non potest nisi per testes omni exceptione maiores, num. 7.

DECISIO CCLXVI.

PRoposito sæpius dubio an constet de validitate matrimonij, placuit illud restringere, & discutere; an 1
contractus esset initus per verba de præsenti, vel de futuro. Res autem in hunc modum gesta fuit præuiis capitulis matrimonialibus, & sponsalibus de futuro eodemdie, vt in publico instrumento legitur, congregatis personis iam dicendis pro celebrando matrimonio infrascripto Hercules de Blanchis Cappellanus Ecclesiæ Parochialis Bondeni, & Altaris Sanctissimi Rosarij, præsentibus, ac vtroque parente Dominæ Iuniperæ Rouerellæ, interrogauit Reuerendum Patrem D. Ioannem Baptistam Stellam Procuratorem D. Iulij Cæsaris eius fratris an ipse vellet, & contentus esset accipere Dominam Iuniperam in vxorem, & sponsam legitimam Domini Iulij Cæsaris, & illam desponsare secundùm ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ? Et Reuerendus Pater D. Ioao. Baptista, ex certa eius animi scientia, & animo deliberato, ac omni meliori modo dixit, & declarauit se velle eam accipere in vxorem, & legitimam sponsam sui fratris, & procuratorio nomine in eam consentire per verba de præsenti, & offerre se paratum illam desponsare, casu quo eius consensum in præmissis præstare velit. Deinde idem D. Hercules conuersus ad Dominam Iuniperam; illam interrogauit an prædictis consentire vellit, & ministerio ipsius Reuerendi Patris D. Ioannis Baptistæ suscipere in eius virum, & legitimum sponsum D. Iulium Cæsarem, & permittere se desponsari? Quibus auditis D. Iunipera sua sponte, & animo deliberato respondendo dixit se consentire, & velle D. Iulium Cæsarem ministerio Reuerendi Patris D. Ioannis Baptistæ eius fratris & procuratoris accipere in sponsum & maritum legitimum, ac in ipsum per verba de præsenti consentire, & petiit ac voluit se desponsari à R. P. D. Ioanne Baptista, vt procuratore, in vxorem D. Iulij Cæsaris.

Informaotes pro D. Iunipera asserebant prædicta ver- 2
ba non facere matrimonium, quia ad contrahendum matrimonium requiritur mutuus viri & mulieris consensus per verba de præsenti, *c. penult. de sponsal.* sed verba,

volo accipere in vxorem, non important matrimonium de præsenti, vt notat *in cap. ex litteris p imo, de sponsal. & in Clement. vnica de consanguinit. & affinitat.* idem voluit Berous *quæst. 6. num. 1. & 2.* Corn. *consil. 91. per totum lib. 3.* Ferret. *consil. 281. n. 3. & seqq.* & plures cumulat decisio in causa Matrimonij 10. Nouembris 1577. coram bon. mem. Oriolen.

3 Quibus non obstantibus contrarium fuit resolutum: nam verba instrumenti clara sunt quòd conuenerant pro concludendo matrimonio, vt dictum est, & in responsionibus hinc inde specialiter exprimitur, quòd præstarent consensum per verba de præsenti, ita vt nullus ambigendi locus videatur, tamen cùm ista verba, vis, & volo accipere, adaptari possint tam ad contractum sponsalium, quam matrimonij, ex adiunctis, & circumstantiis interpretatio capienda est, Corn. *d. consil. 91. n. 9.* nulla enim sunt verba formalia matrimonij, sed sufficit quoquomodo consensus exprimatur, *cap. sufficiat. 27. quæst. 2. cap. tua. de sponsal. l. nuptias. ff. de reg. iur.* Cardinal. *in d. Clement. vnica, num. 16. in fin.* Mandos. *in addit. ad allegat.* Lap. 56. *in verb. verba non sunt necessaria.*

4 Quando autem hæc verba, volo accipere in vxorem, proferuntur deliberatè, vt in apparatu matrimonij, vel ad interrogationem alterius partis, vt in proposito, tunc sunt apta ad inducendum perfectum contractum matrimonij, Butr. *in d. c. ex litteris.* Card. *in d. Clement. vnica, n. 16. versi. soluto,* idque efficaciter probatur ex præcedenti tractatu de contrahendo, qui paratur, vt etiam verba dubia intelligenda sint de matrimonio, Cardin. *vbi suprà versi. vbi concludo,* Couarr. *in epit. 4. decretal. in 2. par. cap. 4. §. 1. num. 4.* Mandos. *in præallegata additione, in verb. præcedit alius contractus,* fuit dictum in Romana Pecuniaria de Bubalinis 7. Nouembris 1572. coram Oriolen, & in Parmen. Status 23. Octobris 1592. coram bon. mem. Cardinale Seraphino.

5 Idem probatur ex subsequutis, & primùm ex traditione anuli, & subarrhatione tempore celebrati matrimonij, per quem actum denotantem consensum coniugale probatur matrimonium de præsenti; etiamsi verba dubia præcessissent, qui fieri non solent, nisi vxori. glos. *in cap. final. de desponsat. impub. in verb. subarrhauit.* Abb. *in c. tenor, num. 5. de sententia & re iudicata,* Lap. *d. allegat. 56. sub num. 14. versi. vnde anuli subarrhatio,* quem & sequitur Felyn. *in c. illud, in fine, de præsumt.* Couarr. *d. c. 4. num. 3. in princ.* Natt. *consi. 250. num. 7.* Paris. *consi. 55. num. 44. lib. 4.* Ferret. *consil. 86. num. 16.* fuit dictum in Papien. Matrimonij 1. Iunij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in Lucana de Insula Sancta 6. Iunij 1575. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto.

6 Accedunt admiņicula ex muneribus à D. Iulio Cæsare D. Iuniperæ transmissis, quæ absque fœdere matrimonij à muliere nobili, & honesta non fuissent accepta, necnon colligitur ex pluribus literis ab ea scriptis D. Iulio Cæsari.

7 Non obstant depositiones testium remissorialium, quia nullus illorum interuenit actui celebrationis; ideóque non possunt deponere an fuerint pronunciata de præsenti, vltra quod isti testes sunt personæ viles, vtpote serui, nautæ, & sartores. Instrumentum autem, quod facit probationem probatam, non potest infringi, nisi per testes omni exceptione maiores, Felyn. *in cap. cùm Ioannes, num. 4. de fid. instrum.* Bart. *in l. 1. §. si quis neget. num. 12. ff. quemadmodum testamenta aperiantur,* Alexand. *consilio 53. num. 2. lib. 7.*

CAVALERII.

Valentina Prætensæ Illegitimitatis.
Lunæ 9. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Lacerans folia alicuius libri, falsi crimen incurrit, falsitas autem non præsumitur, præsertim in homine nobili, & etiam quòd ciuiliter agatur, probanda saltem est per coniecturas vehementes, & tendentes ad eundem finem, dataque possibili veritate in contrarium, omnis præsumtio falsitatis excluditur.

SVMMARIVM.

Edere, & exhibere non tenetur quis scripturam, nisi constet, quòd eam habuerit tempore motæ litis, numero 1. nisi probetur quòd illas habuerit de recenti ante motam litem, num. 2.

Dubia probatio attendenda non est, n. 3.

Amissio instrumentorum, seu scripturarum probatur iuramento amittentis, quando ad illas custodiendas non tenebatur ex aliquo contractu, aut obligatione, num 4. dummodo pro iuramento concurrant aliquæ coniecturæ, num. 5.

Laceratio falsi crimen est, nec propterea præsumitur in persona nobili, num. 6.

Falsitas non præsumitur præsertim in homine nobili etiam quòd ciuiliter agatur, probarique debet saltem per coniecturas vehementes, & tendentes ad eundem finem, num. 6.

Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium, num. 7.

Præsumtiones non sunt multiplicandæ, n. 9.

DECISIO CCLXVII.

CVm in hac causa præsupponeretur Dominum Raymundum Boyl de Roccafull. aliàs habuisse à Notario Cruciatæ duo transumta authentica dispensationis ad contrahendum aliàs auctoritate Apostolica concessæ per quondam Canonicum Rosell. Commissarium eiusdem Cruciatæ, inter Don Raymundum de Roccaful Semotem, & D. Adulriam Boyl, quæ dispensatio vnà cum quibusdam aliis in libris dicti Commissarij hodie deficit, cùm in iis aliqua folia lacerata reperiantur. Dubitatum, an D. Raymundus teneatur copiam authenticam dictæ dispensationis exhibere. Et DD. responderunt non teneri, dum enim primò opponebatur D. Raymundum aliàs habuisse dicta transumta, placebat responsio, quòd non constabat ea habuisse penès se tempore motæ litis, prout requirebatur glos. *in l. non ignorabit. in verbo, fuisse. C. ad exhiben.* vbi Castr. *num. 4.* 1

Nec visa fuit obstare præsumtio, quòd cùm probetur de recenti transumtorum existentia penès D. Raymundum, hodie etiam præsumatur ea habere, Salyc. *in d. l. non ignorabit, numero 4.* Alex. *in l. publicati, num. 3. C. de testam.* 2

Nam testes inducti à D. Helena, qui de tali facto deponunt, dicunt etiam, quòd D. Raymundus volebat dicta transumta ad effectum transmittendi illa ad Romanam Curiam. & ad ciuitatem Vallisoleti, & Ludouicus Lupus Notarius, & testis examinatus expressè deponit super tertio, quod D. Raymundus voluit duplicatum, vt si vnum deperderetur, perueniret ad alterum. Vnde hæc non est probatio concludens per necesse, quòd hodie Don Raymundus ea habeat, ideo tanquam dubia non est attendenda, *l. non hoc. C. vnde legitimi,* Verall. *decis. 247. numero 8. part. 3.* & fuit dictum in vna Parmen. Status 24. Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Ludouisio. 3

Præterea cùm D. Raymundus non teneretur ex aliquo contractu, aut obligatione curam & custodiam habere huius scripturæ. nomini censebant esse admittendum ad iuramentum, quod ipse offert præstare, quòd 4
dicta

dicta transumpta transmisit Romam, & quòd fecit diligentias pro illorum recuperatione, nec ea potuit habere, *l. vltim. vbi glos. in verb. sacramentum*, *C. de fid. instrum.* & ibi Bald. *num. 9. glos. vltim. in Clement.* 1. §. *caeterùm. de vsur.* Felyn. *in c. accepimus*, *n. 16. de fid. instrum.* cum aliis cumulatis per Bursat. *cons. 285. num. 13. libr.* 2. & fuit dictum in vna Romana Mercium 14. Octobris 1588. coram bon. mem. Orano.

5 Et licèt ad effectum admittendi tale iuramentum debeant praecedere coniecturae, Bal. *in l. vltim. numer. 15. C. de eden.* visae fuerunt sufficientes coniecturae allegatae. Quarum prima est qualitas, & nobilitas D. Raymundi, quae qualitas honestatis personae in his terminis consideratur à Bald. *dicto num.* 25. Guid. Pap. *decis.* 244. *num.* 1. secunda etiam visa fuit efficacissima, quòd Raymundus statim & ab initio declarauit, quòd volebat dictas copias transmittere ad Vrbem. Accedebat etiam tertia coniectura, quia ille Franciscus Marcus, ad quem transmissae fuerunt, mortuus est Neapoli.

6 Alterum quod opponebatur contra D. Raymundum, quòd scilicet ipse lacerauerit ex libro commissarij Cruciatae folia illa, in quibus dispensatio erat descripta, licèt haberet aliquam difficultatem, quia probabatur dictum librum extitisse in domo, in qua D. Raymundus habitabat. Tamen cùm haec laceratio inducat crimen falsi, *l.* 1. §. *qui in rationibus*, & *l. Paulus*, §. *sed & caeteros*, *ff. ad leg. Cornel. de fals.* Domini non censebant hoc delictum esse praesumendum, & tanto minus in persona nobili, & illustri, Decian. *cons.* 29. *num.* 14. & *seqq. libr.* 1. Menoch. *de praesumt. libr.* 5. *praesumt.* 3. *numer.* 14. & *seq.* & licèt hic non agatur ad poenam, non tamen potest separari nota à facto, & debet probari etiam quòd ciuiliter agatur, saltem per coniecturas vehementes, & tendentes ad eundem finem, Caputaq. *decision.* 107. *part.* 1. & *decision.* 4. *part.* 2.

7 Quibus accedebat, quòd cùm in dicto libro reperiantur laceratae aliae dispensationes, in quibus aliae personae poterant habere interesse, non videbatur Dominis subesse ratio aliqua, cur potiùs praesumi debeat hanc lacerationem fuisse factam à D. Raymundo, quàm ab aliis interessatis, praesertim cùm neque probetur fuisse factam dum libri erant in praedicta domo, cùm potuerit fieri antea vel pòst. *l. neque natales.* cum ibi notatis, *C. de probation.* sufficit enim quòd aliquid sit possibile, vt probatio non concludat, vt fuit dictum in vna Caesaraugustana de Mazzella 8. Nouembris 1599. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Pamphilio.

8 Et licèt libri fuerint delati in domum, quam inhabitabat D. Raymundus ab haerede Commissarij Cruciatae, qui in eadem domo habitauit cum quibusdam aliis, non propterea probatur quòd D. Raymundus sciuerit libros adesse in dicta domo. Tandem considerabant Domini, quòd contra D. Raymundum non adducebantur nisi simplices praesumtiones, dum primò adducebatur praesumtio, quòd ex quo aliàs habuerat haec transumpta praesumebatur habuisse notitiam, quòd libri essent delati in domum, quam ipse inhabitabat; tertiò quòd praesumebatur eos lacerasse; & aliae ex quibus construebatur fabrica praesumtionum, quae non visae fuerunt releuantes.

9 Tum quia non praesumtionibus, sed probationibus iudicandum est. *l. sciant cuncti*, *C. de probation.* tum etiam quia praesumtiones non fuerunt multiplicandae, Ruyn. *consil.* 66. *num.* 2. *lib.* 3. Bero. *consil.* 160. *num.* 12. *lib.* 2. Riminald. iun. *cons.* 205. *sub num.* 50. cum aliis cumulatis per Surd. *consil.* 135. *num.* 78. ex quibus conclusum fuit D. Raymundum non teneri exhibere copiam authenticam dispensationis in casu, & ad effectum, de quo agitur.

REVER. D. SACRATI.

Anconitana Pecuniaria. Veneris 13. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Actorum transportationis omissio, vitiat sententiam de iure ciuili etiam circumscripto decreto sacri Concilij Tridentini, quod in prophanis locum non habet, actáque transportanda sunt non solùm coram Iudice appellationis, sed etiam coram quocunque alio iudice cui fuerit commissa causa ab altero iudice auocata.

SVMMARIVM.

Liber mercatoris non probat plenè pro scribente contra tertium, n. 1.

Administrator non tenetur aliquid reddere, nisi priùs facta solidatione computorum, numero 1. *in fine.*

Concessum ad certum tempus censetur prohibitum post illud tempus, num. 2.

Sententia non visis nec transportatis actis de iure ciuili non valet, etiam circumscripta dispositione sacri Concilij Tridentini c. 20. *sess.* 24. *de reform. numero* 3.

Actorum transportatio necessaria est, non solùm coram iudice appellationis, sed etiam coram quocumque alio iudice, cui fuit commissa causa ab altero iudice auocata, num. 4.

Clausula, quam, & quas, &c. non operatur ante transportationem actorum, n. 5.

Mercatorum causae sunt tractandae de bono, & aquo, & sola facti veritate inspecta, n. 6.

Clausula, quam, & quas, &c. comprehendit quodlibet competens iuris remedium, n. 6.

DECISIO CCLXVIII.

Sententia D. Gubernatoris Anconae visa fuit infirmanda, quia non iustificatur neque ex partita scutorum 500. de qua in transactione, neque ex partitis expensarum, de quibus in libris D. Nappij. Non ex partita, de qua in transactione, quia illa non debetur solùm Domino Nappio, sed etiam Stephano. Vnde vt partita integra adiudicari D. Nappio, debuit in actis constare quòd ipse habebat causam à Stephano. Non etiam iustificatur sententia ex partitis expensarum, de quibus in libris Domini Nappij, tum quia liber scribentis non probat plenè pro scribente contra tertium, DD. *in l. admonendi. ff. de iureiurand.* & praecipuè Iason. 161. *num.* 13. *versiculo breuiter puto*, tum quia non possunt per Nappium praetendi expensae ante finalem redditionem rationis dati, & accepti, potest enim dari casus, quòd in solidatione computorum remaneat debitor, vel non creditor tantae summae, Anchar. *consil.* 135. *n.* 1. *versic. praeterea.* Alexan. *consil.* 192. *num.* 1. *lib.* 7. Crauett. *consilio* 275. *num.* 13. *versic. tertiò principaliter.* 1

Minus videbatur quòd Nappius potuerit agere contra Gondulam tanquam depositarius, quia iam expirauerat illius potestas data ad certum tempus, postquam eo lapso censetur reuocata, *l. si vnus*, §. *si cum reo*, & ibi Bald. *ff. de pact.* cum aliis per Tiraquell. *de retract. conuentional. gloss.* 2. §. 1. *numero* 44. Surd. *decis.* 75. *numero* 1. 2

Quantum ad transportationem actorum à Curia Consu 3

Consulum ad Curiam Gubernatoris Domini admittebant, quòd dispositio sacri Concilij Tridentini *capit. 20. sess. 24 de reformat.* non habeat locum in causis prophanis, vt alias post declarationem sacræ Congregationis, tenuit Rota coram me in causa Romana Lignorum, sed nihilominus remanebat infirmanda etiam de iure Ciuili, tanquam lata non visis actis probatorijs, Cagnol. *in l. 2. C. de eden.* Bart. *in l. ui apud quem, n. 5. ff. de edend.* Cassad. *decis. 2. num. 10. de appellat.*

4 Et quantum ad illud, quòd Gubernator non esset Iudex appellationis, & consequenter non esset necessaria transportatio actorum, respondebatur, quòd Commissio directa Gubernatori erat auocatoria, vt patet illius tenore, & ideo erat necessaria transportatio actorum coram Iudicibus à quibus causa fuit auocata, quia gesta coram illis ante auocationem valebant. Rota in Placentina Castri 1601. 4. Iulij coram R. P. D. Decano. Et in causa Salmantin. Sacristiæ 12. Maij 1606. coram R. P. D. Ortembergo, & tradit Rebuff. ad leges Gallias, *tom. 1. tit. de auocat. præfatione, in quæst. 5. num. 54.*

5 Nec poterat fieri fundamentum in clausula, quam, & quas, cuius vigore potest procedi, vt in prima, quia illa clausula non operatur ante transportationem actorum aliàs necessariorum, Rota in Braccaren. Parochialis 8. Martij 1602. coram R. P. D. Iusto in Fatten. Boootum 28. Iunij 1606. coram R. P. D. Decano, & in aliis.

6 Alia nullitas deducta ex eo quòd Nappus ab initio egerit tanquam depositarius, & sic remedio sibi non cõpetente ex supradictis: vnde non potuerit obtinere tanquam creditor ex propria persona non placebat Dominis, tum quia agebatur inter Mercatores, inter quos procéditur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta, Bart. *in l. si fideiussor, §. quædam, ff. mandat.* Roman. *consil. 94. num. 2.* Rota Ianuen. *decis. 25. num. 4.* Put. *decis. 11. numer. 2. lib. 2.* Tum propter clausulam, quam, & quas, de qua in Commissione directa Gubernatori, quæ comprehendit quodlibet remedium competens quacumque causa, Achill. *decis. 12. num. 2. de appellat.* & fuit dictum Anconitana Pecuniaria 23. Iunij 1603. coram R. P. D. Decano.

REVER. DOMINI LVDOVISII.

Vsselen. Spoliorum seu Donationis.
Veneris 13. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ab Episcopis pro maritandis neptibus, an & quando dicatur fraudulenta, & simulata in præiudicium Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Prælatus habens administrationem in vita æquiparatur vsufructuario, potéstque per actum inter viuos de fructibus beneficij disponere, potéstque immo etiam tenetur suas consanguineas pauperes dotare, numer. 1.

Prælato licitum est donare ex causa remunerationis, numer. 2.

Prælatus seu Episcopus potest ex sua promissione conueniri, num 2.

Prælatus, seu Episcopus tenetur de fructibus suæ Ecclesiæ disponere, ac de bonis propriis, numer. 3. & 4. Vbi hoc ampliatur etiam irregulari effecto Episcopo.

Prælatus, seu Episcopus emens stabilia ex fructibus & redditibus Ecclesiæ, acquirit regulariter suæ Ecclesiæ, num. 5. Declara nisi appareat Episcopum non Ecclesiæ, sed alteri acquirere voluisse, num. 6.

Acquirere cui quis voluerit, ex præcedentibus & sequentibus colligitur, num. 6.

Fraudolenter factum non dicitur, quod lege permittente factum est, num. 8.

Simulatio non dicitur probata, ex eo, quòd quis in donatione viuens fructus sibi reseruauerit, numero 10.

Donatio, an dicatur simulata, & facta in fraudem, attenditur quantitas donationis, num. 11.

Constitutio, & lex dat formam futuris, non autem præteritis negotiis, num. 12.

DECISIO CCLXIX.

Petrus Clement. Professus Ordinis Carmelitani promotus ad Episcopatum Vsselen. emit die 5. Martij 1595. dum esset Episcopus quasdam domos in ciuitate Calaritana pro se, vel persona priuata, & laica, pro suis hæredibus & successoribus, ac pro quibus dedisset, 22. eiusdem mensis easdem domos donauit Iosephæ, & Mariannæ eius neptibus pro ipsarum dotibus. Mortuo Episcopo orta fuit lis inter Capitulum Ecclesiæ Vsselen. & donatarias super dictis domibus in partibus, vbi Capitulum sententiam fauorabilem obtinuit, à qua pro parte mulierum fuit appellatum, & causa appellationis commissa Illustrissimo Camerario, qui d. sententiam reuocando pronunciauit ad fauorem Donatariarum, & causa ad Signaturam Sanctissimi delata, placuit, quòd videretur in Rota de iustitia vltimæ sententiæ, & propterea dedi dubium, an sententia Illustrissimi Camerarij esset confirmanda, vel infirmanda, quod fuit resolutum pro confirmatione. Quia cùm Prælatus habens administrationem in vita æquiparetur vsufructuario, vt possit per actum inter viuos de fructibus beneficij disponere, iux. glos. communiter receptam, *in c. præsenti, in verb. reseruari, de offic. ord. in 6.* Rot. *decis. 41. numero 2. de probat. in antiq.* ex ipsis non solùm potest, sed etiam tenetur dotare consanguineas pauperes, Abb. *in c. peruenit, sub numero 1. versiculo & credo quòd bona conscientia, de arbitr.* Alex. *in l. 1. numero 24. ff. sol. matr.* Capell. Tholos. *decisio. 290. num. 9.* Boët. *decisi. 129. numero 8.* Campeg. *de dot. part. 1. quæst. 23.* summ. Syluestr. *in verb. Clericus. sl. 4. numero 11. quæst. 15.* latè Marsil. *de reddit. ecclesi. c. 32. numero 8. & 9.* Surd. *de alimen. tit. 8. priuileg. 92. num. 5.* Chissan. *decis. 181.* 1

2 Maximè quia dos in casu isto erat debita non solùm iure consanguinitatis, sed etiam ex causa remunerationis propter plurima seruitia recepta, vt cantat donatio, & abundè probant testes: licet autem Prælato donare ex causa remunerationis, vt per Nauarr. *consilio 6. numero 3. de donat. lib. 1.* immo etiam iure actionis debita, quia illis fuerat promissa ab Episcopo, cuius promissionis intuitu fuerant dictæ neptes ex regionibus Hispaniarum ad Regnum Sardiniæ auocatæ, & cùm ex ista promissione potuisset Episcopus conueniri, *cap. quicumque suffragio, & ibi glos. in verbo, promiserint, iuncto c. seq. 12. quæst. 2.* clarum est Prælatum ex fructibus & redditibus Ecclesiæ teneri soluere sua debita, *cap. peruenit, & ibi not. de fideiuss.* Rot. *d. decis. 41. num. 2. de prob. in antiq.*

3 Quæ tanto magis procedunt, quia ex testibus apparet hoc factum ex parsimonia, quam adhibuit Episcopus in parte fructuum ad suum victum & vsum destinata, talium enim fructuum est eadem ratio, quæ de bonis propriis. D. Thom. *2. 2. quæst. 185. artic. 7. in corpore artic.* & ibi Caiet. *quæst. 2.* Molin. *de iust. & iur. disput. 146. versic. contrarium, ibi, tertiò quoniam,* Nauarr. *de reddit. eccles. quæst. 1. monit. 33. numero 2. & 4. versiculo qua ratio,* Sot. *de iust. & iur. lib. 10. quæst. 4. artic. 4. col. 4. versi. cum ergo.*

4 Nec obstat quòd fuit in Episcopo regulari, quia regularis effectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus quàm sæcularis, Bald. *in c. clerici, el. 2. num. 7. de vit. & honest. cleric.* Cardin. *in c. si quis.*

si quis,col.penult.versan religiosis,de poeul.cler.& in Clement. 2. *§.sed & tales,in princ.eod.tit.* Nauar.*cons.*15.*num.*4.*per tot.de regul.*vbi *n.*8.*infin*, dicit praxim totius orbis Christiani ita seruare, *& cons.*70.*numer.*4.*eodem titulo*,dicit neminem contradicere, Sarmient. qui alios alleg. *de reddit. eccles.* 1. *quæst.* 9. *num.* 10. & dixit Rota in vna Aquilana Prioratus 1.Februarij 1584.relata inter diuers.*decis.*772.*part.*1.

5 Non obstat quòd prædicta possint procedere si Episcopus donasset ipsos fructus, vel pecuniam ex eis redactam, secus autem de rebus ex d. pecunia emtis, quia cùm bona fuerint ad effectum dotandi emta, idem iudicari debet quod de redditibus,vt in specie per Nauar, *de redd.eccles.quæst.*1 *monit.*47.*col.*1.*vers.& ita*,Iacob.de Graff. *cons.*11.*num.*21.*& seq.de regular.* Nec facit quòd res emtæ à Prælato Regulari dicantur acquisitæ Ecclesiæ, etiamsi pro se stipulatus,iuxta trad.per Io. Andr. & alios *in c.cùm olim,el* 2.*de priuil.*

6 Quia ad hoc,in quo versatur punctus istius difficultatis, fuit responsum non procedere quando apparet Episcopum noluisse Ecclesiæ,sed potiùs alteri acquirere, puta quando alteri stipulatur,quia tunc Ecclesiæ non acquirit ex defectu voluntatis,Innocen.*in d.c.cùm olim,n.*3. *circa med.*Hostien.*sub num.*12.Io.Andr.*sub num.*5.Henric. Boic.*sub num.*4.Quòd autem in casu isto noluerit Ecclesiæ,sed neptibus acquirere suadent non solùm verba stipulationis,pro se vti persona priuata,& laica,& pro quibus dederit,ponderata per informantes, sed etiam præcedentia, & sequentia, videlicet promissio dotandi præcedens, & donatio ex dicta causa post paucos dies subsequuta, & tota series istius facti ; ex præcedentibus autem & sequentibus colligitur,cui quis voluerit acquirere, Bald.*in l.multum in erat,sub num.*3. *C.si quis alteri, vel sibi.*Bero.qui alios allegat, *quæst.*46.*numer.*5.qui dicit verum,etiamsi acquirens nomen proprium exprimat,& licèt Innoc.& alij supracitati dicant, quòd nec etiam tertio acquirit ex defectu potestatis, id tamen dicunt propter naturam stipulantis,secundùm quam alteri quis stipulari non potest,*l.stipulatio ista,§.alteri,ff.de verb.oblig.*Sed quicquid sit,sufficit quòd non fuerint domus per emtionem acquisitæ Ecclesiæ, & quòd quando illas donauit, non donauit rem Ecclesiæ.

7 Dicebant etiam aliqui ex Dominis, quòd vbi fuisset acquisitum dominium Ecclesiæ,fuisset acquisitum reuocabiliter in casu donationis, & quòd sicuti Episcopus potuisset non emere,& non acquirere, potuit etiam acquirere cum ista qualitate reuocabilitatis.

8 Quæ dicuntur de fraude sunt bene sublata per informantes, nec potest dici factum fraudulenter, quod fuit factum fraudulenter,*l.Gracchus,C.de adul.*Paris.*cons.*72.*in fine, lib.* 3. Nec etiam quod potuit fieri citra fraudem, Surd. qui alios allegat, *decis.*50.*num.*38.

9 Cessant etiam,quæ de simulatione dicuntur,tum quia non adest causa simulandi, Bart.*cons.*65. *num.* 4.Anchar. 227. *numer.* 7. & fuit sæpius resolutum, tum etiam quia coniecturæ adductæ pro simulatione visæ fuerunt Dominis leues.

10 Reseruatio enim vsusfructus in donatione fuit facta, donec nuberent,& illa quæ in instrumento dotali ad vitam facta legitur,vel est intelligenda secundùm eam,quæ facta fuit in instrumento donationis propter verba relatiua apposita, vel præiudicare non potuit iure neptibus,hoc tamen solùm non sufficit pro simulatione, vt fuit dictum in beneuentana donationis 27. Nouembris 1585.coram Gypsio, & id factum fuit iure familiaritatis.Quando autem in eis fabricabat, palàm & publicè profitebatur,se id facere in domibus neptum, vt dicunt testes. Quamuis etiam exegerit pensionem vnius apothecæ,hoc potuit esse, quia in multis ipsis neptibus auxiliabatur, & præsertim in eis alendis, quando in dicta domo morabatur.

11 Non obstat quod dicitur de immoderata donatione, & dote,quia attentis facultatibus donatis, qui amplissimum spolium reliquit, necnon meritis,& qualitate donatariarum, secundùm quæ arbitrari debet Iudex, vt in his terminis dixit Ias.*cons.*73.*id fine vers.non obstat,lib.*3.& ante eum Hostien. *in summa, de donat.* §. *& quid, numero* 6.*in fine*, & facit glos. *in l. sed & susceperit*, quam sequuntur ibi omnes. *C.de iud.* & habita ratione, quòd domus inseruire debebant pro dotibus duarum neptum, nequaquam videtur considerari posse excessiuitas, & si aliqua esset, orietur ex augmento dotis postea per Episcopum facto.

Breue fœlic.record.Clementis Octaui inualidans donationes factas in vita reseruato vsufructu Episcopo donanti non obstat,quia inualidat eas,quæ viuentibus donatariis non sunt effectum sortitæ, vnde non comprehendit istam, in qua possessio fuit intra quinque dies tradita, & si illam posset comprehendere, non sufficeret, quia emanauit non solùm post obitum Episcopi, sed etiam hac lite pendente,constitutio enim dat formam futuris non præteritis negotiis, *l.leges.C.de legibus*, & non se extendit ad ea super quibus pendet lis,*authen.in med.lit.non fieri fac.for.* §. *ideoque.* 12

REVEREND. D. SACRATI.

Corichen.Beneficij, Lunæ 11.Maij 1609.

ARGVMENTVM.

Gratia, an & quando dicatur subreptitia,& vitietur ex falsa expressione.

SVMMARIVM.

*Beneficium non curatum potest impetrari etiam à non Sacerdote, num.*1.

Gratia non dicitur subreptitia ex falsa expressione, quæ fuit superflua,num. 1.

Beneficium dicitur non curatum etiamsi sit Parochialis habita, num. 2.

*Beneficia curata possunt impetrari à Clericis non Sacerdotibus, dummodo post impetrationem faciant se ordinare,num.*2.

*Gratia ex falsa expressione dicitur subreptitia, etiã quòd falsa expressio fuerit superflua,quando concedens facilius motus fuit ad illam concedendam,n.*3. *Declara hoc procedere quando agitur de gratia tertio præiudiciali,aliàs secus.*

*Gratia redditur nulla, quando ex dolo impetrantis fuit narratum falsum, num.*4.

*Gratia subreptitia non nocet principali,quando fuit impetrata à procuratore, num.*4.

*Gratia indistinctè iustificanda, & verificanda est parte opponente. Declara,vt num.*5.

DECISIO CCLXX.

FVit tentum non obstare Gregorio, quòd in eius supplicatione fuerit narratum ipsum esse Presbyterum, cùm verè non esset, quia cùm ageretur de beneficio minimè curato, qualitas presbyteratus non erat necessaria tam de iure comm. ad nor.*in cap. licèt canon. de elect. in* 6. quàm de notorio stylo Curiæ; proinde talis narratiua tanquam superflua minimè vitiauit gratiam, etiamsi reperiatur falsa, Rot.*decisio.*70.*de rescript. in antiq. & decis.* 10. *eodem tit. in nou.* Ægid. *decis.* 4. *incip. falsi expressio, & decis.* 416.*incip. si obtinens*, Cassad.*decis.* 10.*de preben. & decis.*7.*de concess. preben.*Put.*decis.* 193. *lib.* 1.*&* 17.*lib.*2. Achill. *decis.*11.*de rescript.* 1

Nec videbatur dubitari quin ad istum effectum beneficium posset dici minimè curatum etiamsi sit Parochialis habitu, per gloss. *in d. cap. licèt canon.verb. Parochialis, de elect. in* 6. Hostien. *in cap. quia nonnullis, num.*5. *versic.* 2

*verſ.quantum ad mat.de Cler.non reſid.*Rebuff.*in prax. tit. de non prom.intra ann.num.* 34. Quinimo, & ipſa beneficia actu curata paſſim concedantur ſimplicibus clericis, dummodo pòſt faciant ſe ordinare, *d.c.licèt canon.de praben.in 6.capit.ſicut.eod.tit.*

3 Non obſtat quòd concluſio ſuprà in principio firmata maximè procedat quando per talem narratiuam Papa faciliùs motus fuit ad concedendam gratiam, vt admittunt omnes deciſiones ſuprà in principio allegatæ, & fuit præcisè firmatum in cauſa Cæſarauguſtana Penſionis coram Illuſtriſſimo Pamphilio 20. Decembris 1591. & in cauſa Meten. Monaſterij 21. Februarij 1609. coram bo.mem. Litta, & per plures poſitiones in cauſa Burgen. Canonicatus coram R. P. D. meo Ludouiſio de anno proximè elapſo: Papa verò in propoſito caſu videatur faciliùs motus ad concedendum ex narratiua Presbyteratus, quia faciliùs prouidetur perſonis qualificatis, & quia tractu temporis reuertentibus Parochianis, Parochialitas poterat deduci ad actum, quo caſu fuiſſet neceſſarium Sacerdotium, quia gratia de ſui natura minimè erat alicui præiudicialis Domini exiſtimarunt, quòd iſta narratiua nullatenus fuerit habita in conſideratione à Papa, & quòd ipſe nihilominus fuiſſet conceſſurus. Et quarum ad exempla, de quibus in deciſionibus ſuprà allegatis, in quibus Rota aliàs habuit rationem narratiuæ valde ſimilium, fuit reſponſum, quòd hoc ideo fuit factum, quia gratiæ de ſui natura poterant tertio præiudicare, in quibus cùm Papa procedat, cum maiori circumſpectione, oritur ſuſpicio, quòd niſi fuiſſet facta illa narratiua, Papa non conceſſiſſet, & hunc diſtinctionis ſenſum videtur aliàs habuiſſe Rot. apud Caſſad. *deciſ.* 10. *n.* 3. *verſ.ſcilicet quòd expreſſio.de praben* & clariùs Creſcen. *deciſ.* 10. *num.* 2. *eodem tit.* poſt Gemin. *in cap.gratia, num.* 4. *in fin. de reſcript.in 6.*

4 Non obſtat, quòd gratia reddatur nulla ex ſolo dolo impetrantis, Ægid. *d. deciſ.* 4. & dolus colligatur eo ipſo quòd narratiua eſt in facto proprio, in quo non datur error, & proinde talis narratiua indiſtinctè vitiat gratiã, Accotambon. *deciſ.* 17. *lib.* 1. Rota in dicta Cæſarauguſtana coram Illuſtriſſimo Pamphilio, quia cùm Gregorius de tempore impetrationis eſſet abſens, cenſuerunt Domini hunc errorem eſſe attribuendum eius procuratori, licèt enim Rota nõ admittat paſſim iſtam excuſationem propter fraudes, quæ aliàs fieri poſſent impetrando per Creſcen. *d. deciſ.* 10. *de praben.* attamen in propoſito caſu viſa fuit ceſſare omnis ſuſpicio, quia tam Antonius reſignans in ſuo mandato ad reſignandum, quàm Gregorius reſignatarius in ſuo mandato ad conſentiendum penſioni, quæ quidem mandata erant in Camera, ſiue in Cancellariæ producenda, enunciant Gregorium ſolum Clericum, vnde ceſſat omnis veriſimilitudo, quòd ſi ex mandatis in Camera, ſiue in Cancellaria producendis debebat conſtare, quòd ipſe eſſet ſolus Clericus, in ſupplicatione noluerit nominari tanquam Sacerdos, quia cõtrarietas fuiſſet nimis parens, addito maximè quòd iſta narratiua ſibi veriſimiliter erat parum profutura, & quòd ceſſabat præiudicium tertij, per ea quæ ad propoſitum not. Caſſad. *d. deciſion.* 10. *numer.* 3. *in fin. de praben.*

5 Minus facit quòd parte opponente, quodlibet narratum in gratia ſit indiſtinctè verificandum, Imol. *in cap.litteris, n.* 19. *de reſcript.* Rota in cauſa Salamantina Penſionis 18. Aprilis 1572. coram Illuſtriſſimo Lancelloto, quia dicebatur Imol. loco allegato nõ firmare concluſionem, quòd parte opponente quodlibet narratum ſit indiſtinctè verificandum; ſed præſuppoſito quòd res de cuius probatione agitur, ſit de neceſſario iuſtificanda, diſputat ad quem ſpectet onus probandi, & quòd iſte ſit ſenſus Imol. patet ex illis verbis, *ibi tamen impetrans non obtinebit beneficium, niſi doceat ſe habilem, &c.* Ex quibus patet, Imol. loquutum fuiſſe de narratiua circa ſubſtantialia impetrationis; ad deciſ. Salamant. de qua ſuprà fuit reſponſum, quod erat intelligenda ſecundùm Imol. quem allegabat, & in omnem euentum poſſe habere locum in ſuis terminis, nempe quando de tempore impetrationis adeſt pars, cui per impetrationem poteſt præiudicari, ſecus ſi ſuperuenit ex pòſt, quia tanquam accidentale non videtur habendum in conſideratione, *l. fin cum ibi not. C. de his qui ven.atat.impetr.* & in caſu deciſionum ſuprà in principio pro Gregorio allegatarum ſine dubio aderat oppoſitio partis, & nihilominus Rota fuit pro validitate gratiæ, & ita fuit concluſum.

REVEREND. D. LVDOVISII.

Romana Incendij. Mercurij 27. Maij 1609.

ARGVMENTVM.

Incendium vnde prouenerit, & in quo loco originem habuerit, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Incendium probatur indiciis, & coniecturis, etiam quando quæritur de eius origine, n.1.

Incendium præſumitur ortum in illo loco, in quo priùs fuit viſus ignis, num.1. & 2. vbi ampliatur hæc concluſio etiam quòd poßibile eſſet ignem habere originem in alio loco.

Teſtes de credulitate efficaciſſimum præſtant indicium in materia difficilis probationis, n.4.

Teſtes deponentes ſuper origine incendij, quando probent, num.5.

DECISIO CCLXXI.

Poſt plures propoſitiones Domini circumſcripto effectu reſoluerunt conſtare ignem ortum habuiſſe & 1
originem in apotheca Domini Vincentij; cùm enim in materia incendij attendantur indicia, & coniecturæ, Bald. *conſil.* 174. *n.* 2. *verſic. & vtrùm interuenerit.lib.* 2. Alex. *conſil.* 50. *num* 6. *lib.* 10. Afflict. *deciſ.* 57. *n.* 3. etiam quando de eius origine quæritur, Gabr. *conſilio* 159. *n.* 8. *in fine, & n.ſeq.lib.* 1. indicium magnum præſtat, quia vt dicunt teſtes vtriuſque partis in dicta apotheca fuit viſus ignis priuſquam in altera parte, Alex. *d.conſil.* 50. *n.* 3. *ad finem*, Gabriel vbi ſuprà *num.* 15. Rub. qui alios refert *conſil.* 11. *num.* 163.

Nec facit poſſibile eſſe, quòd habuerit originem in 2
alio loco, licèt ibi primò non fuerit viſus, quia à communiter accidẽribus primò videtur in loco ſuę originis, & præſumtio adaptatur ad id quod frequentiùs accidit. Bald. *d.conſil.* 174. *num.* 2. *ante finem.*

Accedit quòd ex parte ſuperiori, & ex Palatio fuerunt 3
aſportata multa bona mobilia, & ex apotheca D. Patriarchæ certa quantitas fœni, præſente & iubente D. Vincentio, & tamen ex ipſius apotheca nihil omnino extrahi, ſed nec etiam aliquis illam ingredi potuit, quod eſt argumentum non leue, illam fuiſſe longiori & antiquiori tempore ab igne occupatam.

Quinimmo id expreſsè dicunt teſtes, quibus non ob- 4
ſtat, quòd deponant de corũ iudicio, & credulitate, quia licèt iſta deponendo concludenter non probent, efficaciſſimum tamen præſtant indicium, præſertim in materia difficilis probationis, Ang. *conſil.* 3. *n.* 2. *& ſeq.* Iaſ. *in rubr. ff. de iureiur.ſub num.* 9. *verſi.ſeptimò limita*, Campeg. *de teſtib. reg.* 209. *in* 4. *fallen.* & dixit Rota in vna Terdonen. Fructuum 26. Octobris 1575. coram Lauretano, & in hoc caſu plenè probant, quia indicium eſt coniunctum cum ſenſu viſus, Caputaq. *deciſio.* 170. *num.* 6. *part.* 3. & donat optimas rationes Cyn. Bald. & Salyc. *in l.teſtium. C. de teſtib.* Iaſ. *in d.rubr. numero* 25. *& ſeq.* quæ concludunt non ſolùm quòd ignis inuaſerat prius apothecam Domini Vincentij, quàm ſuperiorem partem domus & aliam

apothecam,

apothecam, sed etiam quia ab illa in vtramque istarum deriuauit.

5 Nam quoad superiorem partem, & Palatium; primus testis examinatus pro D. Patriarcha iuxta 108. interrogatorium dicit: *hauendo ve du to il fuoco prima in quel fondo sotto il numero primo* (qui est apotheca D. Vincentij) *& hauendo veduto il restante del Palazzo sù ad alto sano.* Tertius super 31. articulo, *viddi il fuoco nel numero primo, & poi andai sopra del Palazzo, & viddi che non c'era fuoco, mà in mezzo il tetto viddi il fumo, che ascendeua ad alto verso la parte che risponde alla porticella del fondo nel numero primo.* Quartus testis iuxta 85. interrogatorium, *tengo che il fuoco, che hà abbruciato il Palazzo è venuto dal numero primo*, & paulo inferiùs, *per hauer visto entrare il fuoco del fondo del numero primo, alle finestre delle stanze superiori*, idem etiam quoad apothecam D. Patriarchæ contiguam apothecæ D. Vincentij. Secundus enim testis iuxta 69. interrogatorium dicit: *il fuoco vsciua da vn buco del muro commune, cioè che veniua per vn buco dal fondo numero terzo*, qui numerus designat apothecam D. Patriarchæ. Tertius iuxta idem interrogatorium, *Il Signor Vincenzo mandò per vn lenzuolo bagnato, & turò quel bucho, quale quando fu turato non si vedeua fuoco dentro al numero terzo.* Sextus pariter iuxta idem interrogatorium, *doppo che s'accese il fuoco al numero primo s'accese anco nell'altro al numero terzo*, & subdit, *essendo nel fondo numero terzo, vedeuo gran quantità di fumo, che vsciua dalli buchi della muraglia commune, & veniua in detta rimessa al numero terzo*, idem testis iuxta 80. *io viddi gettar dell'acqua dal fondo del numero terzo nelli buchi del muro commune trà il detto numero terzo*, & numero primo, cum quo consonat primus testis D. Iustiniani, qui iuxta 11. dicit: *nella seconda bottega si buttaua grand'aqua alla muraglia che diuide la prima bottega, & nell'entrare nella seconda bottega non v'era fuoco; ma pieno con fumo.*

REVER. D. LVDOVISII.

Hispalen. Matrimonij de Alcala.
Veneris 5. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad examinandos testes non datur quando articuli continent inuerisimilia, quando sunt irreleuantes, quando est vehemens calumniæ præsumtio, & quando agitur de reprobatione aliorum testium, & de detegendo crimina.

SVMMARIVM.

Remissoria ad examinandos testes non conceditur super eisdem articulis super quibus fuerunt in partibus examinati alij testes, n. 1.

Remissoria ad examinandos testes non cōceditur quando articuli continent inuerisimilia, n. 2.

Remissoria ad examinandos testes non conceditur quando adest calumniæ suspicio, num. 2. declara si suspicio fuerit vehemens, aliàs secus, n. 5.

Remissoria ad examinandos testes non facilè conceditur quando agitur de reprobando alios testes examinatos, & de detegendo crimen, n. 5. 6. & 7.

Remissoria ad examinandos testes non conceditur quādo articuli sunt irreleuantes, n. 7.

DECISIO CCLXXII.

1 POst plures positiones Domini resoluerunt, Don Philippo non esse dandam remissoriam: nam quoad articulum continentem liberam & libentem voluntatē Marchionissæ in contrahendo matrimonium cum ipso, ea fuit pluries in partibus articulata, & plurimi inducti & examinati testes, quo casu Rota solet denegare remissoriam, Caputaquen. *decis.* 5. *numer.* 6. *part.* 3. & denegauit in vna Veneta Illegitimitatis 23. Iunij 1589. coram Illustrissimo Cardinali Platto in vna Caputaquen. Vnionis 20. Maij 1594. coram R.P.D. meo Decano, & in vna Pāpilonen. Decimarum 15. Iunij 1598. coram bo. me. Orano. Credendum est enim quòd induxerit & examinauerit testes, quos habuerit magis idoneos, Ægid. *decis.* 38. *post princ.* & fecerit meliorem ac pleniorem probationem quam potuerit. Aym. *cons.* 134. *num.* 3. & tanto minus venit iterum admitten. Don Philippus ad probandum liberum & lætum animum Marchionissæ, quia ipsemet cum iuramento in iudicio declarauit sciuisse antequam duceret Marchionissam, Marchionem patrem illi dixisse, quòd non nuberet D. Francisco, sed ipsi non Philippo, & quòd nisi ita faceret, eius maledictio super eam caderet: quæ maledictio paterna quantum esset perhorrescenda à filia virgine, nemo est qui nesciat.

Quoad alium articulum, in quo articulatur testes, qui 2
de metu Marchionissæ in hoc iudicio deposuerūt, priùs in alio inter ipsam, & Don Franciscum de Tuniga deposuisse de spontanea, & libera voluntate, visum fuit Dominis ab omni verisimilitudine alienissimum decem & octo testes pro maiori parte graues, inter quos est etiā Sacerdos & Parochus in re tam graui inter magnates & potentes tam breui temporis spatio in eodem tribunali contraria deponere fuisse ausos. Qua inuerisimilitudine stante reijciuntur articuli, & denegatur remissoria, quia verisimile de præsumit. Specul. *de probat.* §. *nunc dicen. num.* 1. Rot. *de iis.* 13. *de test. in antiq.* Than. *decis.* 86. fuit dictum in Toletana Portionis. 10. Maij 1585. coram Reuerendissimo Pacen. aut saltem debet dari fumus non leuis, quia testes non sunt facilè audiendi contra verisimilitudinem. Anchar. *cons.* 330. *num.* 8. *ante fin. versicul. quinimo contra id.* Tiraq. *in l. si vnquam, in præfat. numer.* 39. *in fin. C. de reuoc. donat.* & quando est tanta inuerisimilitudo non admittitur quis ad probandum sine causæ cognitione, *cap. si per eo. de renunc.* Imol. *in d. c. quia verisimile. sub numer.* 1. *versicul. quandoque est tanta*, & Abb. *sub numer.* 2. *versicul. quandoque verisimilitudo est maxima.*

Accedit vehemens suspicio calumniæ cùm sit quasi 3
impossibile, quòd habeantur testes, qui viderint, legerint & obseruauerint depositiones decem & octo testium, & post tantum tempus recordari possint, quid singuli deposuerint. Augetur magis suspicio calumniæ, quia neque in articulis pro parte Don Philippi exhibitis, neque in interrogatorijs datis in examine testium Marchionissæ aliqua vnquam facta fuit mentio de contraria testium depositione, quæ si fuisset vera, proculdubio fuisset opposita, cùm Don Philippus contra istos testes plures opposuerit exceptiones; tanto etiam magis, quia petit restitutionem in integrum aduersùs omissam probationē, & tamen in articulis datis in gradu dictæ restitutionis nihil articulauit super prætenso examine.

Nec iuuat allegata ignorantia, quia Don Philippus 4
12. Iunij 1602. fassus fuit coram Ordinario cum iuramēto se habuisse scientiam litis agitatæ inter Marchionissam & Don Franciscum de Tuniga. Nec facit, quòd non propterea concludatur notitia depositionis dictorum testium, quia Domini nullo pacto adduci poterant, vt crederent, quòd fuerit actum de validitate matrimonij cum Don Philippo contracti, ipso non solùm citato, sed etiam inscio, præsertim cùm articuletur fuisse publicum, & notorium; non enim potuisset ignorare id quod omnes publicè sciebant. Vnde excluditur præcipuum fundamentum, quòd istas exceptiones contra testes nunquam adduxerit vsquequo de anno 1605. cognouit processum fuisse occultatum, & mirum est eū sciuisse, quòd contineret processus post amissionem, & non antè, quòd probet suspicandi occasionem fuisse expectatum hoc tempus, quia si fuisset oppositum ante occultationem ex

uisione processus statim conuinei potuisset oppositio.

5 Et licèt Rota non facilè soleat denegare remissoriam propter suspicionem calumniæ, id tamen non procedit, quando suspicio est multum vehemens, vt fuit dictum in Cautien. Iurisdictionis 16. Februarij 1587. coram Otiolen. & in aliis congestis in Corduben. Redecimarum 27. Martij 1607. coram R.P.D. meo Coccino. Ad minus videbatur Dominis pro excludenda tanta præsumtione calumniæ necessarius fumus, Cassad. *decis. 3. numer. 2. de dilat.* Put. *decis. 366. num. 7. lib. 2.* præsertim cùm articuli tendant ad reprobandum testes, quæ reprobatio sapit quandam naturam criminis, vt dicit Oldr. *consilio 311. sub numero* 8. & de redarguendo ipsos de contrarietate, quæ sine periurio contingere non potest, Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *numer. 9.* ad quod periurium detegendum non facilè conceditur remissoria. Put. *decis. 8. de dilat.* facit decis. Capuq. 62. *&* 63. *par. 3.*

6 Nullus autem datur fumus non solùm quòd isti testes contrarium deposuerint, sed neque quòd fuerint in dicto examinati, immo nec quòd aliqua lis fuerit cum D. Francisco super matrimonio Don Philippi. Præterea occultatio processus ex parte Marchionissæ, quando esset probata, nullum præstaret indicium talis depositionis, nec quòd fuisset occultatus, ne ea detegeretur, non enim defuisset alia verisimilior ratio, videlicet ne in publicum prodiret, quòd virgo talis conditionis, non solùm inscio, sed etiam inuito patre, procurasset nubere, & misisset apocham propria manu scriptam illi, cum quo cupiebat matrimonio copulari.

7 Non obstat quod dicitur nuiercam fateri se aliàs contrarium deposuisse, quia ipsa dicit, quòd metu mariti adducta fuit ad dicendum se non cognoscere an apocha esset scripta manu Marchionissæ, non autem dicit, quòd contrarium deposuerit circa metum, & sicut vltro ipsa circa cognitionem scripturæ dixit se aliàs aliud dixisse, idem etiam dixisset de metu, si contrarium de metu priùs deposuisset, ad *l. vni. §. in autem. C. de cad. tol.* præterea malè infertur, quòd sicut ipsa dixit contrarium, ita & alij testes, præsertim quia dicit se metu Marchionis mariti terriam dixisse, qui metus non cadebat in personis aliorum testium. Articulus concernens absentiam aliquorum testium à loco, vbi ipsi dixerunt fuisse præsenter, vltra quod non percutit omnes, & ob id est irreleuans, non est admittendus etiam sine fumo, cùm agat de conuincendo testes non solùm de periurio, sed etiam de falsitate, per prædicta super aliis articulis Domini non fecerunt aliquã vim, & placuerunt dicta per informãtes pro parte Marchionissæ.

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Romana Bonorum. Veneris 26. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Furiosus quis dicatur, & quis mẽte captus, quomodo inter se differant, & an testibus deponentibus de furore seu dementia magis credatur, quàm deponentibus de sana mente.

SVMMARIVM.

Furioso sicut dandus est curator, ita etiam & mentecapto dari debet, n. 1.

Furiosus est mentecaptus cum sæua dementia, & quadã veluti rabie, mentecaptus verò est cum quieta demẽtia, num. 1.

Furor non præsumitur, & qui furorem allegat probare debet, num. 2.

Testibus deponentibus de sana mente alicuius, magis credendum est, quàm deponentibus de furore seu dementia, n. 3. & 4.

Dubium facti decidi debet secundum naturalem æquitatem, n. 4.

DECISIO CCLXXIII.

Etsi curator nedum sit dandus furioso, verumetiam mente capto, quod enim ius statuitur in furioso, habet locum in demente, seu mentecapto, & è contra, vt notat Fulgos. *in consil. 20. ante numer. primum, versicul. super eo quod quæritur;* furiosus enim est mente captus cum sæua dementia, & quadam veluti rabie; mentecaptus verò est cum quieta dementia, Bald. *in l. humanitatis, numer. 15. versicul. venio ad quartum notabile, C. de impub. & aliis substit.* sequitur Fulgos. *d. loco n. 1. vers. nam eleganter,* 1

Tamen in casu isto non est locus curatori, quia de furore nullo pacto constat qui debet probari ab allegãte, cùm quilibet præsumatur sanæ mentis, ex allegat. per Illustrissimum Manticam *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. numer. 2.* 2

Circa dementiam verò licèt probationes videantur contrariæ, tamen magis est standum testibus deponentibus contra dementiam, quia cùm, vt dictum est suprà, quilibet præsumatur sanæ mentis, in concursu magis est standum testibus qui habẽt præsumtionem iuris pro se, Bald. *in authent. omnes peregrini, numer. 10. in princ. C. commun. de success.* & latè prosequitur Franc. Curt. *de testib. conclus. 3. num. 22.* 3

Et si dicatur quòd ex depositionibus testium resultat dubium facti, quod debet decidi secundùm naturalem æquitatem, vt per Bald. loco proximè allegato, tamen nec vlla æquitas suadet, quòd in concursu probationum magis credatur testibus deponentibus super dementia, quàm deponentibus super sana mente. 4

REVERENDISS. D. MARCOMONTII.

Toletana Canonicatus. Veneris 26. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de testibus probantibus consanguinitatem, seu fraternitatem, præsertim de auditu deponẽtibus, & de eorũ depositionis interpretatione, multa notãda explicantur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Confessio vnius tertio non præiudicat, n. 1.

Confessio patris filio non nocet, n. 1.

Consanguinitas non probetur per testes de auditu, qui potuerunt deponere de visu, & nõ deposuerunt, n. 2.

Testes de auditu probant in antiquis, secus in non antiquis, n. 2. in fine.

Testis vnius depositio non recipit declarationem ab alio in eo, quod est de substantia, & quod principaliter in controuersiam deducitur, n. 3.

Fratris appellatione venit propriè frater vtrinque coniunctus, non autem frater ex vno tantùm parente natus. Declara, vt n. 4. & seqq.

Testes deponentes quem esse fratrem alicuius, intelligũtur de fratre vtrinque coniuncto, non autem de procreato ex vno tantũ parẽte. Declara, vt n. 4. & seqq.

Testium depositiones dubiæ interpretandæ sunt cõtra se fundantẽ in illis etiam impropriando verba, n. 5. & 13. Vbi quòd sunt interpretanda contra producentẽ.

Fratris appellatio in iure conuenit, nedum vtrinque coniuncto, sed etiam consanguineo, & vterino, n. 6.

Fratris appellatio comprehendit etiam fratres consobrinos ex sorore, n. 7.

Testes in causa status examinati in vno iudicio, probant etiam in alio iudicio contra alios. Declara, vt n. 8.

Testis

Testis probans fraternitatem debet reddere rationem sui dicti, num 9.

Testes de auditu absque ratione, vel personarum expressione à quibus audierunt nihil probant, n.10.

Relatio semper fieri debet ad proxima, & immediata, num.11.

Indefinita oratio non æquipollet vniuersali in depositionibus testium, n.11. in fine.

Relatio facienda non est ad omnia præcedentia, quando per relationem resultaret ampliatio materiæ odiosæ, & restringendæ, n.12.

Relatio non est facienda ad illud, ad quod adaptari non potest. n.12

Testes famam deponentes redduntur suspecti, quando alij testes desuper examinati de fama non deponunt, cùm de ea si vera fuisset notitiam habuissent. n.12.

Testium depositiones non iuuantur adminiculis, quando ex dictis testium nulla resultat fundamentalis probatio, num.14.

DECISIO CCLXXIV.

1 IN hac propositione breuioris ac facilioris disputationis causa, & sine veri præiudicio transierunt Domini cum præsuppositis formatis per Dominos Agentes pro Capitulo, videlicet, quòd eadem fuerit Mentia Rodriguez, & de Portallegre, quòd filius eiusdem Mentiæ fuerit Ioannes de Castillo, quódque sit standum attestationibus Secretarij S. Inquisitionis; omittentur itaque illa omnia, quæ ad dicta præsupposita possunt pertinere, & illud in specie, quod in prima decisione fuerat dictum, confessionem Ioannis de Castillo in omnem euentum non præiudicasse Beatrici de la Cadena, neque descendentibus ab ea, quia confessio non præiudicat tertio; quod procedit nedum in confessione fratris, sed etiam in confessione patris, quæ filio non nocet. glosa & Bart. *in l. certum. §. sed an ipsos, ff. de confess.* Ruyn. *consil.* 145. *num.* 2. *libr.* 1. Natt. *consil.* 543. *num.* 17. Surd. *decis.* 518. *num.* 17. & in nostris terminis dixit Rota antiqua coram Tholomeo in quadam causa Hispalen. Portionis, vnde licèt negari non possit, quin illa consideratio multum releuet, & quin magna cum ratione per informantes pro D. Ludouico fuerit in hac propositione reassumta, tamen illa prætermissa potest veritati & bono iuri suo esse locus, visum fuit circa eam pro nunc non insistere.

2 Strictè igitur discusso dubio, an constet de descendentia Beatricis de la Cadena à Mentia Rodriguez Portallegre; Rota respondit negatiuè dictam descendentiam non probari; & quidem non datur aliqua directa probatio, quòd Beatrix fuerit filia Mentiæ, sed informantes pro Capitulo; nituntur dumtaxat ostendere esse per testes probatum Beatricem fuisse sororem vtrimque coniunctam Ioánis de Castillo, quem præsupponit fuisse filium Mentiæ; verùm ista fraternitas vtrimque coniuncta non potest dici probata; de illa siquidem deponit vnus tãtùm testis Didacus de Frias, qui est in primo examine vndecimus, in secundo 87. & in summario capituli primus, iste testis, quòd non possit dici omni exceptione maior, fuit dictum in prima decisione, & cuiuis eius depositionem attentè consideranti fiet plusquam perspicuum; maximè quia nec proprio iuramento affirmauit, quòd ad ferendũ in hac causa testimonium, odio, timore, amore, vel commodo non processerit, & contra eum in specie antequam aperiretur informatio, plures exceptiones præposuerat D. Ludouicus. Posset etiam dici, quòd cùm deponat se cognouisse Ioan. de Castillo, non est facile admittendus ad probandum istam fraternitatem de auditu, quam ipse per se percipere potuisset, vt videtur innuere tex. *in c. licèt. de testib.* ibi, *cùm propter breuem hominum vitã de visu deponere non valerent*; vltra quod si dictus Ioannes de Castillo fuit in rerum natura de anno 1552. non agitur de descendentia antiqua, & per consequens non est locus probationi de auditu, *l. testium, C. de testib. c. tam litteris, eod. tit. cap. inquisitionis. de accusat.* Aym. *de antiquit. par.* 1. *§. fin. n.* 7.

Sed deueniendo ad ea, quæ sunt extra omnem controuersiam, iste testis quoad probationem fraternitatis vtrimque coniunctæ est vnicus, & per consequens nihil releuat, nec potest coniungi cum alio teste Nicolao del Gado, qui in primo examine est duodecimus, in secundo 91. in summario capituli secundus, ille enim secundus testis, quantumuis varius, & contrarius, vt aliàs deductũ fuit, tamen solummodo deponit Ioannem de Castillo fuisse fratrem Beatricis, sed non exprimit, quòd fuerit frater ex vtroque parente. Nec admittendum est, quòd iste Nicolaus debeat recipere declarationem à dicto primi testis, talis enim declaratio non procedit in eo, quod est de substantia, quódque principaliter deducitur in controuersiam. Bald. *in l. data opera, numer.* 42. *C. qui accusar. non poss.* Cæs. de Grassis *decis.* 21. *num.* 6. *de probat.* Alex. *cons.* 236. *numer.* 4. *lib.* 6. dixit Rota in causa Valentina Professionis 26. Martij 1574. coram Illustrissimo Alanchetto. 3

Non obstat quod dicitur appellatione fratris venire propriè fratrem vtrimque coniunctum, quia reliqui non sunt fratres simpliciter, sed secundùm quid, Decian. *respõ.* 16. *numer.* 57. *vol.* 1. ideo dictum testis simpliciter de fratre, intelligendum esse de fratre vtrimque coniuncto, Bursat. *consil.* 98. *numer.* 10. *libr.* 1. etenim imprimis Bursato opponitur Dec. *consil.* 554. *numer.* 5. *vers. debuit etiam secundò probari*, vbi per testes simpliciter deponentes de fratre nõ probatur, quòd frater fuerit vtrimque coniunctus, quia eorum dictum in fratre, ex altero tantùm parente verificari potest. 4

Deinde etiamsi ista verbi improprietas admitteretur, tamen ex quo frater saltem impropriè intelligi potest de consanguineo tantùm, illa interpretatio, quantumuis impropria, esset capienda in hoc casu, quia d. testis habens plures intellectus, explicari debet contra eum qui se fundat in eo. d. Bart. *in l. inter stipulantem. §. si Stichum. num.* 6. *de verb. oblig.* Crot. *de testib. numer.* 291. Campeg. *consil.* 191. *in* 4. *fallen.* & hæc ipsa dictio, *frater*, diuersas recipit interpretationes, prout materia est vel odiosa, vel fauorabilis, Castr. *cons.* 196. *numer.* 2. *libr.* 1. Socin. *cons.* 304. *numer.* 3. *lib.* 2. sicque procedunt prædicta Decian. & Bursat. responsa, in quibus frater intelligitur vtrimque coniunctus, quia talis interpretatio continebat fauorem agnationis; ac in causa non potest dari ratio quare fratrem potius accipere debemus pro coniuncto ex vtroque parente, quàm pro cõsanguineo tantùm. Immo exclusio fraternitatis vtrimque coniunctæ excludit assertam impuritatem, & per consequens iste potius intellectus amplectendus est vti fauorabilior. Nec dicatur etiam statuti obseruantiam esse fauorabilem: responsio enim est in promptu, fauorem statuti in eo versari, qui impuri sunt arceantur à beneficiis tam insignis Ecclesiæ, sed non in hoc, vt qui puri sunt, rigidioribus ambiguarum dictionum declarationibus contra iuris regulas impuri efficiantur. 5

Insuper quòd frater ex vtroque parente sit solus propriè frater, non potest admitti, quia quamuis negari nõ possit, quin iure naturæ & sanguinis sit magis coniunctus, tamen in iure verum est fratris appellationem propriè conuenire etiam consanguineo, & vterino *l. iurisconsultus. §. 2. gradu. ff. de grad. & affin.* Rom. *cons.* 411. *numer.* 6. Socin sen. *cons.* 1. *numer.* 5. & 6. *lib.* 1. & *cons.* 304. *numer.* 1. & 2. *lib.* 2. Alex. *cons.* 144. *num.* 2. *lib.* 6. Socin. iun. *cons.* 1. *n.* 5. & *cons.* 5. *per tot. vol.* 1. vbi voluerunt additiones cõsanguinei, & vterini fieri non ad denotandam improprietatem, sed ad exprimendã differentiam fraternitatis, quæ expressio habet etiam locum in fratre vtrimque coniuncto, quem quando designare voluerunt, qui propriè sunt loquuti, non dixerunt simpliciter fratrem, sed cum additione fratrem germanum, vt pluribus notauit eruditissimus Brisson. *libr.* 6. *de verb. sign. in verbo, frater.* 6

Econuerso autem fratris simplex appellatio attributa est non solùm natis ex iisdem parentibus, sed etiam affinibus, putà sororis marito, vt ex Cicerone qui latinè & propriè loqui sciebat, singulariter suo more animaduertit 7

Cuiac. *obseruat.17.lib.6.* igitur si fratris appellatio adeò variè vsurpatur, sequitur quòd ex depositione testis qui dicit Ioannem fuisse fratrem Beatricis, non sequitur Mētiam vtrique matrem fuisse.

8 Non obstat etiam alius testis in S. Officio examinatus de anno 1552. nam in alio iudicio inter alios, & ad alium finem examinatus nihil probat contra D. Ludouicum. Nec facit quod prætenditur illum fuisse examinatum in causa status, ideóque probet contra omnes, etiam in alia causa, iuxta *l. ingenuum, ff. de stat. homin.* quia respondetur, quòd si fuit causa status, fuit de statu personæ Mentiæ, an ipsa fuisset condemnata, vel non, ad effectum corrigendi habitellum, & delendi eius nomen, non autē fuit super descendentia, & statu Beatricis; sed sic est, quoad effectum vt sententia & probationes afficiant, necesse est, quòd de illo fuerit principaliter, & non incidenter actum, idque in contradictorio iudicio, cum legitimo contradictore, Alexandr. *in l. sæpe numer. 70. de re iudic.* Castren. *consilio 116 numero 3. volum. 1.* Mohed. *decision. 8. de sentent. & re indic.* Franch. *decision. 523. & 524.* Tiraquell. *de nobil. cap. 37. n. 4.* Surd. *consil. 189. n. 42.*

9 Deinde iste testis non loquitur de fraternitate Ioannis, & Beatricis, sed obiter tantùm, & aliud agens dixit Baccalaureum Spinosam fuisse generum vxoris Didaci Lopez de Ocaña, non tamen expressit nomen illius vxoris, ideóque vltra quod in suo dicto est vnicus, & vltra quod nullam reddit rationem, quod tamen omnino facere debuerat, vt bene per Anchar. *cons. 52. n. 8.* adhuc potest esse, quòd ille Didacus Lopez habuerit diuersis temporibus successiuè duas vxores, sicq; probatio non concludit Beatricem vxorem Spinosæ fuisse filiam Mentiæ vxoris Didaci, & capitulum quod vult excludere prouisum, vti non habentem qualitates requisitas, debet dare probationes concludentes, & certas, non autem ancipites, & æquiuocas, aliàs non esset denegare promisso possessionem, quia sit impurus, sed esset facere de non impuro impurum, vt possessio possit denegari.

10 Aliam exceptionem, quæ est etiam extra omnem cōtrouersiam, patitur iste Didacus de Frias, eáque est illi cōmunis cum Nicolao del Gado, & cum alio teste qui est 92. quo informantes pro capitulo vtuntur parū viuliter, quia ad summum ex illius depositione nihil aliud inferri potest, nisi Beatricem fuisse neptem Garsiæ Lopez, vnde non sequitur, quòd fuerit filia Mentiæ, ex prædictis, ideóque non est insistendum circa alias difficultates, quæ in eius depositione continētur, omnes quippe isti tres testes deponunt de auditu absque requisitis *tex. in d. l. & de requisitis* cuius dispositio procedit in causis omnibus, in quibus agitur de graui præiudicio, Alex. *cons. 81. n. 6. lib. 1.* Corn. *cons. 78. n. 3. lib. 3.* Aym. *cons. 149. n. 13.* Dec. *cons. 321. num. 4.* quòd autem non adsint dicta requisita est plusquam manifestum, quia excepto Nicolao del Gado, qui deponit de auditu à suo patre tantùm, alij omnes simpliciter omnino de auditu deponunt absque rationis, vel personarum vlla expressione.

11 Non obstat, quod dicitur, Didacum de fraternitate vtrinque coniuncta deponere per publicam vocem & famam, quia in prima decisione fuit multis allegationibus probatum istum vnicum testem, quatenus de fama deponeret, non posse tamen in hac materia coniungi cum aliis ad probationem perficiendam. Deinde fuit dictum famam ab illo assignari non respectu fraternitatis Ioannis, & Beatricis, sed potiùs respectu eius, quod vltimo loco dixerat de Gabriele de Espinosa filio Beatricis, quòd se tractaret pro consanguineo, & nepote Ioannis de Castillo, qui tractatus non concludit fraternitatē ex vtroque latere, ad quæ istum intellectum in decisione datum non deficiunt rationes iuris. Regula enim est quòd relatio fieri debet ad proxima, & immediata, *glos. in l. 1. de legat. præstand.* Bartol. Castren. & alij Doctores palàm, *§. sed si notum, de testam.* Alex. *cons. 204. n. 6. lib. 2.* & quòd dici posset relationem esse faciendam ad omnia superiùs dicta, tollitur ex quo testis loquitur in singulari, & tale fuit publicum, ideóque refert vnum tantum dictū, & non plura, sicuti & quod dici posset depositionem esse indefinitam, non suffragaretur, quia notum est indefinitam in ore testis non æquipollere vniuersali, Curt. iun. *de commnuni consil. 17. num. 14.* maximè in materia odiosa, *l. 2. vbi* Alex. *numer. 5.* Ias. *numer. 11.* Socin. *numer. 11. de liber. & posthum.* Dec. *consil. 425. in fine*, Putpur. *consil. 313. numer. 17.* sufficitq; quòd materia nō sit fauorabilis, Surd. *cons. 470. n. 23.*

Rursus nunquam sit relatio admonia quando per talem relationem resultaret ampliatio materiæ odiosæ, & restringendæ, Ruyn. *consil. 127. numer. 7. libr. 2.* & quod plus est relatio non debet fieri ad illud ad quod adaptari non potest, Alex. *consil. 81. numer. 11. libr. 6* sed in hoc casu fama non potest adaptari ad fraternitatem, quia si adfuisset talis fama, alij etiam testes de illa deposuissent stantibus exactissimis diligentijs in hac causa factis, & examine etiam repetito plurimorum testium, inter quos adsunt aliqui consanguinei Ioannis de Castillo, ita vt omnino inuerisimile sit talem famā extitisse, quia tūc alij etiam testes habuissent illius notitiam, & de illa deposuissent, Aym. *cons. 57. n. 10.* Bald. *in l. bona fides, C. de reb. cred.* Bart. *in l. admonendi, n. 7. de iureiur.* Natt. *cons. 672. n. 40.* & dicitur suspectus, qui vnum tantum testem inducit super fama, vt post Bart. tradit Ias. *in repet. l. admonēdi, n. 183.* 12

Denique negari non potest quin depositio saltem sit incerta, & obscura, ita vt facienda sit interpretatio contra Capitulum, quod testes produxit, *in præsentia, de probat.* Rot. *decis. 6. de testibus in antiq.* Alexand. *consil. 20. numer. 5. libr. 4.* vel saltem, quòd in huius testis dicto se fundat, vt iam dictum est, & tradit Corn. *consil. 31. n. 13. lib. 2.* 13

His sic stantibus non multum faciunt diligenter deducta adminicula ex prædicto tractatu consanguinitatis inter descendentes Ioannis, & Beatricis, & ex testibus deponentibus, quòd cognomen de Castillo tangit D. Ludouicum. Nam adminicula regulariter requirūt subsistentiam alicuius principalis, & fundamentalis probationis, quæ hic deficit. Deinde consanguinitas prædicta probatur per vnum tantùm testem de fama, & potuit oriri aliunde quàm ex fraternitate Ioannis, & Beatricis. Demùmque non concludit, quoad fraternitatem vtrinque coniunctam, nec quoad descendentiam à Mentia, & cognomen de Castillo potest tangere D. Ludouicum, & quod Agnes Lopez eius auia materna erat neptis Garsiæ Lopez senioris, quem vnus testis deponit habuisse in vxorem quandam filiam Marescialli de Noucz, & ex illa processisse cognomen de Castillo. 14

Non obstant testes deponentes de Sambenito vxoris Didaci Lopez Falconi, & de fama impuritatis D. Ludouici, quia quantum ad Sambenitum, si probaretur quòd tangat, & inficiat descendentiam D. Ludouici, deseruiret non pro adminiculo tantùm, sed etiam pro concludentissima probatione impuritatis. Cæterùm quando ista infectio non probatur, tale adminiculum est inefficax. Ad testes autem deponentes de fama impuritatis iā fuit responsum copiosè in prima decisione, & cùm de Mētia non faciant mentionem, frustrà hodiè repetuntur, nisi ad demonstrandam eo magis puritatem originis D. Ludouici. Quia si Mentia dedit causām famæ impuritatis & hodie probatur Mentiam non pertinere ad D. Ludouicum, sequitur famam esse vanam, & falsam, & per consequens non esse habendam in aliqua consideratione. Itaque ex his conclusum non probari descendentiam. 15

REVERENDISS. D. MARCOMONTII.

Pacen. Pensionis. Veneris 20. Nouembris 1609.

ARGVMEMTVM.

De excommunicato quòd ecclesiasticos reddi tus & pensiones retinere non valeat, nec ad illos agere possit, quandoque dari possit de subreptione gratiæ, in qua adest causula, ne de subreptione, obreptione, vel intentionis defectu dari possit, & quid operetur apertio oris aduersùs Breue Pontificis.

SVMMARIVM.

Excommunicatus non potest agere ad pensionem sibi reseruatam, n. 2 Vbi quòd est incapax redditinum ecclesiasticorum, & non facit fructus suos, & n. 3.

Excommunicatus non debet manuteneri in possessione exigendi pensiones, n. 3.

Excommunicationis exceptio obstat etiam coram mero exequutore, n. 3.

Gratia non indiget iustificatione, quando in ea adest clausula, vt subreptione & obreptione dari non possit, n. 4. declara, vt n. 6.

Apertio oris tollit rigorem clausulæ, sublata, &c. dátque facultatem impugnandi gratiam; sed non elidit alios effectus, num. 5. Vbi ampliatur hæc conclusio siue gratia emananerit motu proprio, siue ad instantiam partis.

Gratiæ subreptionem opponenti incumbit onus probandi subreptionem, n. 6.

DECISIO CCLXXV.

1 ROta censuit Breue fel. record. Clementis Octaui obstare solutioni pensionis, ratio diuisionis fuit, quia in d. Breui, Primum narratur, quosdam ibi expressos, & in specie Ioann. Dellanos, ad cuius fauorem pensio de qua agitur reseruata est, multa ibi specificata commisisse in magnam Dei offensam, & ecclesiasticæ libertatis præiudicium; deinde subditur declaratio omnes & singulos supranominatos, qui exequutionem sententiæ Rotalis impediuerunt, aliàs prædicta impedimenta, & grauamina præstiterunt, in pœnas & censuras ecclesiasticas contra libertatis ecclesiasticæ violatores inflictas, & in litteris die Cœnæ Domini legi solitas incurrisse, illisque inoodatos fuisse, & esse.

2 Vnde inferebant Domini, quòd cùm Papa declarauerit Ioannem incidisse in pœnas, & censuras Bullæ Cœnæ Domini, & de absolutione non doceatur, obstat exceptio excommunicationis, quæ agentem ad fructus seu terminos pensionis repellit, ea ratione, quia excommunicatus est incapax reddituum ecclesiasticorum, & non facit fructus suos, *cap. pastoralis, §. verum. de appell.* Rot. *decis. 8. de sentent. excommunicat. in antiq.* Rebuff. *in repet, cap. pastoralis, numer. 81. & sequen. de cleric. excommunic.* Put. *decision. 280. libr. 1. & decision. 1. de sentent. excommunicat.* Bisig. *decis. vltim. num. 7. eod. titul.* Gig. *de pension. quæst. 14. & quæst. 36. num. 5.*

3 Ideòque non suffragatur Ioanni, quòd pensio sit legitima, & validè reseruata, quódque is sit in quasi possessione illam exigendi; obiicitur enim non inualiditas pensionis, sed incapacitas pensionarij, qui cùm sit excommunicatus, non potest agere ad pensionem, nec etiã per viam manutentionis, vt fuit dictum in Cæsaraugustana Dismembrationis 31. Maij 1596. coram Illustrissimo Pamphilio. In Valentina Pensionis 31. Ianuarij 1600. coram bo. me. Lita. In Conchen. Archipresbyteratus 19. Nouembris 1605. coram D. Decano, & in Signina Castrorum 26. Iunij 1602. coram D. Ludouisio: quippe exceptio excommunicationis, nunquam censetur exclusa, & obstat etiam corã mero exequutore Galles. ad quartam partem obligationis Cameralis, *q. 1. n. 3. 4. & 5.*

4 Non obstat, quod asseritur, Breue non esse iustificatum: nam vltra quod in contrariam sententiam inclinabant Domini, fuit præterea responsum, quòd cùm breue contin cat, ne de subreptione, obreptione vel intentionis defectu dari possit clausula, sublata, &c. pars quæ dictum breue obtinuit, nihil tenetur probare, neque ad aliquam iustificationem astringitur, vt fuit dictum in Pampilonen. Archidiaconatus 29. Maij 1593. & in Oscen. Canonicatus 5. Nouembris 1597. coram Illustrissimo Pamphilio. Oscen. Indulti 1. Iunij 1598. & Burgen. quindenniorũ 10. Maij 1596. & 8. Martij 1599. coram D. Litta, & in Messanen. Studij 5. Iulij 1593. coram Illustrissimo Seraphino.

5 Non obstat, quòd Ioannes obtinuerit aduersus d. Breue oris apertionem, illa enim apertio tollit rigoré clausulæ, sublata, &c. illóque remoto dat facultatem impugnandi Breue, sed non elidit alios effectus prædictarum clausularum, neque transfert onus probandi in illum qui Breue obtinuit, quinimo illud onus semper remanet penès dantem de subreptione, quamdiu breue non reducitur ad terminos iuris communis, Afflict. *decis. 228. num. 13. & 14.* & fuit dictum in Pampilonen. Archidiaconatus coram Illustrissimo Pamphilio 19. Maij 1591. coram Litta, in Romana de Gabrielis 12. Nouembris 1595. In Sutrina Monasterij 9. Decembris coram Orano, & in Terdonen. Hospitalis 27. Iunij proximè præteriti coram D. Iusto, quas decisiones DD. procedere dixerunt, siue Breue emanarit motu proprio, siue ad instantiam partis, neque admiserunt distinctionem aliàs factam in Seguntina Dimidiæ annatæ 6 Iunij 1593. coram Litta.

6 Confunditur quippe dicta distinctio, ex quo breue motu proprio emanatum etiamsi prædictas clausulas non habeat, tamen non indiget aliqua iustificatione, deinde semper verum est quòd opponenti de subreptione incumbit onus illam probandi, iuxta notata *in capitul. literis*, vbi glos. Imol. Abb. & alij *de rescrip.* Aym. *cons. 60. n. 9.* Pauis. *cons. 3. n. 51. & n. 4.* Verall. *decis. 220. par. 3.* & fuit consideratum in dicta Sutrina Monasterij, & quidem illa decisio Seguntina Dimidiæ annatæ ponit casum in simplici clausula, quòd de subreptione dari non possit, neque ibi concurrebat, vt in hoc casu clausula, sublata; ideóque nil mirum, si ibi locus erat iustificationi, quia clausula, quòd de obreptione dari non possit, quando ponitur sine clausula, sublata, habet tacitam conditioné, quatenus preces veritate nitantur, vt fuit dictum in Hispalen. beneficij de Zeres 6. Nouembris 1600. coram eodẽ Litta. In proposito igitur, cùm in breue fel. record. Clementis vt 11. Ioannes Dellanos declaratus sit excommunicatus, quamdiu de subreptione dicti breuis, vel de absolutione Ioannis non docetur, obstat excommunicationis exceptio solutioni pensionis. Et ita decisum.

REVERENDIS. D. ORTEMBERGHI.

Signina Pœnarum. Venetiis 20. Nouembris. 1609.

ARGVMENTVM.

Pœnarum criminalium exactio spectat ad Principé, & Dominum Castrum; non autem ad Communitatem, nisi fuerit immemorabili tempore præscripta, & quomodo talis præscriptio probetur.

SVMMARIVM.

Pœnarum exactio de iure communi spectat ad Dominũ Castri, n. 1.

Pœnæ criminales sunt de regalibus Principis n. 2.

Pœnæ criminales possunt præscribi tanto temporis spatio, cuius initij memoria non extet, n. 2.

Principi reseruata possunt præscribi tanto temporis spatio, cuius initij memoria non extet, n. 3.

Testes probantes præscriptionem immemorabilem debẽt esse ætatis annorum. 54 n 4.

Præscriptio immemorabilis vt bene censeatur probata testes debent deponere de visu per 40. annos de auditu à maioribus, quòd maiores nunquam intellexerunt contrarium, & de publica voce, & fama, n. 5.

Pœnarum exactio, quòd spectet ad Communitatem, & non ad Dominum Castri, probatur ex pluribus adminiculis, de quib. n. 6.

DECISIO CCLXXVI.

1 IN hac causa resolutum fuit die 28. Nouembris anni præteriti Excellentissimum & Illustrissimum Ducem Sfortiam, vti Vicarium perpetuum ciuitatis Signinæ habere intentionem fundatam in exactione pœnarum criminalium circumscriptis iuribus Communitatis, quæ prætendit easdem pœnas ad se spectare, exceptis quatuor casibus homicidij, proditionis, incendij voluntarij, & stupri, de quibus Statutorum *lib. 3. cap. 31.* Quare proposito similiter dubio pro parte Communitatis, Domini firmarunt Communitatem habere quoque intentionem fundatam in immemorabili, & adminiculis, reseruatis tamen exceptionibus tam contra testes quàm alias probationes.

2 Nam etsi pœnæ criminales sint de regalibus Principis, *cap. 1.* cum ibi not. *quæ sint regalia in vsibus feudorum*, & fuit deductum in prædicta decisione in hac causa facta, tamen præscribi possunt tanto temporis spatio, cuius initij non extat memoria in contrarium, Rip. *in l. quominus, num. 101. ff. de fluminibus*, Alexand. *consil. 6. libr. 1. & consilio 24. num. 14. libr. 5.* Natt. *consil. 511. num. 40.* Bero. *consilio 81. num. 24. lib. 1. & consil. 21. num. 6. lib. 3.* Batt. *consil. 32. numer. 21. vol. 4.* Decian. *respons. 24. numer. 112. vol. 1. & respons. 108. num. 6. vol. 3.* Boss. *tit. de regal. num. 21.* Marant. *de ord. iudic. part. 6. act. 10. num. 25.* Crauett. *de antiq. temp. part. 4. section. absolutis, n. 13.*

3 Nam immemorabilis habet vim iusti tituli, & priuilegij etiam in reseruatis Principi, *cap. quibusdam. §. præterea, & ibi glos. in verbis, non extat memoria*, & Panor. *numer. 2. de verbor. signif. l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æstiu.* Paris. *consil. 27. num. 77. libr. 1.* Gabriel *conclus. 1. numer. 3. de præscript.* & traditur in locis proximè allegatis, & fuit decisum in Vlixbonen. Decimarum Piscium 25. Ianuarij 1568. coram Oradino, & in Nonantulana, seu nullius bonorum 21. & 22. Martij 1591. coram R. P. D. Decano.

4 Immemorabilis autem hic probatur ex dictis quatuor testium, qui habent ætatem legitimam probandi immemorabilem: nam omisso primo, in quo non fit fundamentum, secundus est annorũ septuagintaquinque, tertius annorum sexaginta septem. Quartus est annorum sexaginta, & quintus annorum quinquagintaseptem, cùm tamen secundùm communem opinionem, quam Rota sequitur, satis sit ad probandam immemorabilem, quòd testes habeant ætatem quinquagintaquatuor annorum demto procuratore litis, Lap. Abb. *in cap. 1. num. 8.* & ibi Gemin. & Franc. *num. 16.* Anchar. *numer. 9.* & alij Doctores *de præscript. in 6.* Millis *in verbo, testes ad probandum*, Florian. de Sancto Petro *in l. seruitutes, la 3. num. 36. ff. de seruit.* Couar. *in regula possessor. in 2. parte. §. tertio, num. 7. versic. testes verò*, Rebuff. *in tract. de decimis, quæst. 13. num. 99.* Gabriel *conclus. 1. numer. 91. de præscript.* Anton. August. *in epit. de præscript. num. 16.* Caputaq. *decis. 71. numer. 2. part. 2. & decision. 254. & 290. par. 3.* Et fuit dictum in Conchen. Limitum anno 1588. coram Illustrissimo Blanchetto in Capuana Rectoriæ 22. Martij 1596. coram Illustrissimo Seraphino, & in Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. coram Illustr. Pamphilio.

5 Et isti testes deponunt iuxta requisita dicti *capitul. 1. de præscript. in 6.* videlicet de visu per quadraginta annos, de auditu à maioribus, & quòd ipsi maiores nunquam intellexerunt contrarium, & de publica voce & fama per verbum *fuit*, & non *est*, Mohed. *decision. 3. de inrepatr.* Caputaquen. *dicta decision. 71. part. 2. & 283. libro 1. in manuscript.* & fuit resolutum in causa Nepesina Iurispat. 16. Februarij 1596. coram Illustrissim. Blanchetto.

6 Accedũt quamplura adminicula, quibus dicta testium coadiuuantur, vt fuit ponderatum in Narnien. Confiniũ 10. Decembris 1603. coram D. meo Caccino. Primò ex dispositione Statutorum *capit. 14. & 22. libr. 1.* Vbi statuitur, quòd non relaxaretur pœna alicui condemnato in toto vel in parte, nisi priùs soluta Communitati integra condemnatione, & pœna, & quòd Camerarius eiusdem Communitatis teneatur pœnas exigere cum effectu. Secundò ex facto Dominorum, qui tam D. Dux, quàm eius Prædecessores in edictis positis de eorum ordine per quadraginta annos, & vltrà, nempe ab anno 1559. vsque ad annum 1597. videntur possessionem prædictã Communitatis approbasse, quorum copia datur in summario Communitatis, *numer. 3.* Tertiò ex diuersis rescriptis eorundem Dominorum pro tempore viuentium, de quibus in summario *numer. 4.* ex illis enim apparet pœnas in manibus Camerarij Communitatis esse solutas. Quartò ex diuersis epistolis, de quibus in summario *n. 6.* Ex quibus patet distinctio pœnarum spectãtium ad cõmunitatem, & ad dominium, vt ex vna eorum constat, quòd quando Duces volunt apponere manus in pœnis ad communitatem spectantibus consensum communitatis requisiuerunt, vt in summario *numero 7.* Quintò, ex capitulis de anno 1596. propria mano D. Ducis firmatis, de quibus in summario *numer. 8.* inter quæ secundum habet: Ne Vicedux possit cõcedere absolutiones sine scitu D. Ducis, ne ciuitas per hoc defraudaretur pœnis ad illã spectantibus vigore Statutorum, & vt causis occurrentibus certiorentur Syndicus, & Camerarius cõmunitatis. Sextò, ex oneribus, quæ sustinet communitas, nempe solutiones officialium, & ministrorum iustitiæ. Septimò ex duobus instrumentis de anno 1580. tempore Vrbani Sexti, in quorum vno bona condemnatorum ex causa proditionis pro medietate Cameræ Ecclesiæ Romanæ, & pro alia communi applicantur; in altero pœnæ iniuriarum contentæ in statutis sine sanguine commissarum absolutè attribuuntur communitati, & si cum sanguinis effusione fuerint commissæ duplicantur. Octauò ex sententiis condemnationum per officiales Dominorum ad pœnas communitati soluendas, iuxta formam Statutorum cum effectuatione subsequuta, & facit iuramentum, quod solet præstare Potestas de seruandis statutis prædictis. Postremò, concurrit præsumtio iusti tituli ab initio, & cessat omnis suspicio vsurpationis in subditis contra Dominos, quæ solet considerari in potentioribus & exercentibus iurisdictionem, Couarr. *in regula possessor, 2. par. relect. §. quarto, n. 5.*

CAVALERII.

Vratislauien. Matrimonij. Veneris 27. Nouẽbris 1609.

ARGVMENTVM.

Concubinatus vbi præcedit matrimoniũ numquid præsumtiones & coniecturæ sufficiant ad probationem matrimonij, vbi agitur de legitimitate filiorũ, & de eorum successione.

SVMMARIVM.

Matrimonij probatio sufficit præsumtiua, & coniecturalis vbi agitur de matrimonio incidenter ad effectum legitimitatis sobolis, & successionis filiorum, numero 1.

Concubinatus vbi præcedit matrimonium tunc ad probationem matrimonij requiruntur plures & fortiores coniecturæ, quàm si concubinatus non præcederet, numer. 1.

Transumtum simplex non probat per se non concurrentibus requisitis, nisi concurrant adminicula, n. 2.

Procuratoris confessio potest reuocari à principali etiam non docto de errore, n. 3.

Confessio procuratoris non præiudicialis Domino quando est verisimilis attenditur, n. 3.

Supplicatio Principis data nomin alicuius, an probet contra illum cuius nomine data est, si ab eo non fuit subscripta, n. 5.

Testes

Tisles examinati parte non citata faciunt adminiculum, num. 5.

Scripturæ informes, & non in forma probanti, licèt per se non probent, faciunt tamen adminiculum, n. 6.

DECISIO CCLXXVII.

1 DVbitatum in hac causa an ex transumto iunctis adminiculis probaretur matrimonium, & Domini affirmatiuè responderunt; moti sunt ea ratione, quia vbi agitur de probatione matrimonij incidéter ad effectum legitimitatis sobolis, & successionis filiorum, sufficiunt leuiores probationes, præsumtæ videlicet, & coniecturales, Paris. *cons.* 57. *num.* 41. *vol.* 4. Ferret. *cons.* 49. *num.* 1. iuxta Gemin. *cons.* 27. *in fine*, quod consilium sæpe fuit à Rota canonizatum, præcipuè in vna Romana, seu Amerina Domus 8. Iunij 1576. coram bonæ memoriæ Lauretano, in causa Parmen. Status 20. Martij 1556. coram Antonio Augustino, & in eadem Parmen. Status 6. Martij 1592. coram bon. mem. Illustrissimo Seraphino, vbi loquitur in casu quando constabat de malo initio, videlicet de concubinatu præcedente, prout in hoc casu, licèt tunc requirantur coniecturæ plures, & fortiores. In hoc autem casu Domini censebant adesse coniecturas, & adminicula sufficientia: nam primò datur transumtum cum recognitione Senatorum Ciuitatis Schioidnicensis, in quo continetur die Mercurij 31. Augusti fuisse contractum matrimonium inter Dominum Danielem Seidlitium & Euam per Parochum cum benedictione, & aliis cæremoniis, &c. præsentibus testibus, vt in eo legitur.

2 Et licèt hoc sit simplex transumtum, quod per se non probat concurrentibus requisitis, per tex. vbi Doctor. *in c. vlt. de fid. instrument.* quia est simplex scriptura informis, tamen quando concurrunt adminicula, & coniecturæ tales quæ sufficiant ad inducendum animum Iudicis ad credendum illi, cùm probationes sint arbitrariæ, tunc talis scriptura plenè probat, & habetur pro concludenti probatione, Caputaquen. *decis.* 234. *parte prima.* Pro adminiculo autem præsentis transumti Rota considerauit hîc concurrere plura. Et

3 Primò concurrit confessio Procuratoris Domini Sigismundi Zedlitz in libello porrecto coram Reuerendissimo D. Nuntio Apostolico penes Maiestatem Cæsaream residente, in quo non solùm narratur matrimonium, sed etiam locus, personæ contrahentes, & dies, quæ omnia concordant cum contentis in dicto transumto, à qua concordantia circumstantiarum oritur verisimilitudo, & sic licèt hæc confessio Procuratoris fuerit reuocata, & reuocari potuerit etiam non docto de errore, Caputaquen. *decis.* 198. *part.* 1. tamen confessio, quæ de sui natura non præiudicaret, quando est verisimilis attenditur, & sic bene inseruit pro adminiculo, Dec. *consil.* 96. *num.* 3. nec obstat Aym. *cons.* 102. *num.* 48. & fuit dictum in vna Regien. Bonorum 23. Iunij 1578. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto.

4 Secundum adminiculum desumebatur ex confessione D. Sigismundi in supplicatione porrecta Maiestati Cæsareæ in illis verbis dum narrat (quòd Daniel aliàs se obligauit, & obstrixit concubinam dimittere, & secundùm propositum suum contra Vestræ Cæsareæ Maiestatis edicta, vt & tunc temporis residentis loci Ordinarij Episcopi Martini inhibitionem, ac coniugio sibi iungere nolit, nec debeatrat statim post liberationem contra omnes pollicitationes aliud attentauit, & in effectum produxit, & in minimo anteactis non obsecundauit) quæ supplicatio licèt nõ sit subscripta à D. Sigismundo, tamen quòd eius etiam nomine inter cæteros fuerit data apparet ex illis verbis at mihi Sigismundo à Zedlitz Præsidi in inuidiam, damnum, & ignominiam, &c.

5 Tertiò visum fuit considerabile adminiculum resultans ex depositionibus trium testium instrumentariorũ examinatorũ ad perpetuam rei memoriam super huiusmodi matrimonio cõtracto, qui licèt sint examinati sine citatione partis, tamen faciunt adminiculum, præsertim stante etiam testimonio Senatus Vratislauiensis super recognitione instrumenti cum sigillo, & subscriptione Secretarij; licèt enim pars non fuerit citata, tamen adminiculum resultat ex eo quòd transumtum non erat tentum in occulto, Put. *decis.* 359. *numero* 3. *libro* 2.

Accedebant prædictis plura alia, videlicet condonatio delicti, & licentia quam Daniel ab Imperatore obtinuit testandi in fauorem Euæ vxoris, & liberorum, quos per subsequens matrimonium legitimauit, vt ibi dicitur. Item testamentum Danielis qui vocat Euam coniugem, de quibus in summario numero secundo. Item sententia Consistorij Vratislauiensis lata super validitate matrimonij inter Danielem, & Euam confirmata ab eodem Imperatore. Item litteræ exequutoriales Imperiales emanatæ, vt in summario prædicto numero quarto, & quinto. Et licèt opponeretur iura prædicta non esse in forma probanti; Respondebatur quòd etiam scripturæ informes, quæ per se non probant, inseruiunt pro adminiculo, Bald. *consil.* 204. *num.* 7. *lib.* 3. ex quibus omnibus simul iunctis Rota censuit satis concludenter probatum esse matrimonium, de quo in transumto inter Danielem, & Euam. An autem huiusmodi matrimonium fuerit solemniter factum cum omnibus requisitis, poterit particulariter videri. 6

CAVALERII.

Valentina Illegitimatis.
Mercurij 9. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

De laceratione foliorum reperta in aliquo libro an faciat præsumtionem contra eum, penès quem liber laceratus reperitur, & generaliter quando quis cogi possit ad exhibendum aduersario suo litiganti scripturas penès ipsum existentes.

SVMMARIVM.

Edere, vel exhibere aduersario suo scripturas ad hoc, vt quis cogi possit, duo requiruntur, interesse scilicet petentis editionem, & existentia scripturarũ penès eum à quo editio petitur, num. 1 & num. 3. vbi amplius quòd talis existentia debet probari de tempore quo petitur exhibitio, declara, vt n. 4. & seqq. vbi etiam an sufficiat probare existentiam tempore motæ litis.

Interesse petentis sibi exhiberi aliquam scripturam probatur solo iuramento, n. 2.

Acta, & scriptura edi debent in qualibet parte iudicij, num. 6.

Amißio scripturarum probatur iuramento amittentis, num. 7. declara nisi agatur de magno præiudicio partis, num. 8.

Laceratio foliorum reperta in aliquo libro suspicionem producit contra eum penès quem liber reperiebatur, num. 9.

DECISIO CCLXXVIII.

QVia informantes pro parte Dominæ Helenæ Boyl, 1 non acquiescebant decisioni factæ sub die Lunæ 9. Februarij proximè præteriti, in qua firmatum fuerat D. Raymundum de Roccafull, non teneri exhibere co-

piam authenticam dispensationis, quam ipse habuerat à Commissario Cruciatæ, pluries causam proposuit in Rota super eisdem, & cùm Domini non fuissent concordes, tandem die 9. Decembris pro maiori parte censuerunt esse recedendum à decisis. Cùm enim ad hoc, vt aliquis cogi possit ad exhibendum, duo probari debeant, nempe interesse petentis, & existentia rei, cuius exhibitio petitur, *l. in hac actione, ff. ad exhib.* Ias. *in §. præterea, num. 42. & pluribus seqq. Instit. de action.*

2 In hoc casu Domini vtrumque concurrere dicebant: nam interesse Dominæ Helenæ videbatur satis clarum, quia ex dispensatione, cuius exhibitionem ipsa petit, prætendit probare eius nullitatem, & excludere bonam fidem vtriusque coniugis, & sic prolem ab illis susceptam non fuisse legitimam, vltra quod interesse ad effectum exhibitionis probari potest solo iuramento, *l. thesaurus, ff. ad exh. ben. l. vlt. C. de fid. instr.* Bar. *in l. 1. num. 5. quemadmod. testam. aper.* Ias. *in d. §. præterea, n. 46.*

3 Difficultas maior videbatur esse in existentia: nam non controuertebatur D. Raymundum aliàs habuisse à Notario Cruciatæ duo transumpta authentica huius dispensationis, sed ipse respondebat ea habuisse ad effectum transmittendi ad Curiam Romanam, & ad ciuitatem Vallisoleti, ad quæ loca ea transmisisse dicebat, & propterea amplius non habere, adeò quòd licèt probata esset existentia, non tamen probabatur de tempore motæ litis, vti erat necesse, iuxta gloss. *in l. non ignorabit, in ver. fuisse, C. ad exhib.* Abb. *in capit. cùm ad sedem, n. 15. in fine, de restit. spoliat.* vnde non erat consequentia necessaria, habuit antea, ergo etiam de dicto tempore. *l. non hoc, C. vnde legit. cum vulg.*

4 Verùm Domini huiusmodi responsionem non admittebant, quia immo cõstabat ea habuisse post motam litem: nam siue inspicere velimus tempus, quo ista lis fuit principaliter intentata super Baronia de Betera coram iudicibus laicis tanquam competentibus de mense Martij 1603. vt constat ex responsione articulorum facta per D. Raymundum coram Ordinario Valentino, in summario dato sub die 27. Martij proximi præteriti numero tertio; siue tempus quo fuit introducta super articulo legitimitatis coram iudice ecclesiastico de mense Maij eiusdem anni 1603. vt in eodem num. 3. non potest D. Raymundus se excusare, quia habuit dicta transumta de mense Maij de anno 1604 à Notario Cruciatæ, vt apparet ex decreto iunctis testibus in summario dato die 17. Iunij præteriti, *num. 1. & 2.* & sic de vtroque tempore post litem motam.

5 Nec visum fuit releuans, quòd pro parte D. Raymundi dicebatur non constare de existentia transumtorum de tempore motæ litis super illorum exhibitione quæ prætenditur introducta de anno 1606. ad quod allegabatur text. *in l. tign. §. vltim.* vbi Odofred. & Alber. *ff. ad exhiben.* nam placebat responsio præfata esse intelligenda, quando principaliter ageretur pro vendicatione rei exhibendæ, non autẽ quando pendente causa principali, prout in hoc casu super successione & legitimitate peteretur exhibitio alicuius instrumenti pro iure petentis fundando, tunc enim ista petitio est incidens tanquam de re necessaria ad causam principalem, & non facit litem nouam, Bart. *in l. vltim. n. 1. vers. oppono, & videtur, ff. de tabul. exhib.* Alex. *cons. 58. sub num. 7. lib. 1.*

6 In qualibet enim parte iudicij acta edi debent, Dec. *in c. 1. num. 25. de prob. & in l. 2. num. 17. C. de edend.* ex quibus resultabat, quòd cùm D. Raymundus transumta habuerit post motam litem, etiam hodie præsumitur habere, glos. *in d. l. non ignorabit. in ver. fuisse.* Castren. *in l. 2. numer. 7. vers. alius, C. de testam.* quia scripturæ amissio non præsumitur, Surd. *cons. 109. num. 9.*

7 Verùm quia D. Raymundus petierat admitti ad iuramentum super amissione, videlicet quòd transmisit dicta transumta ad Romanam curiam, & adhibitis diligentiis ea non potuit recuperare, per glos. *in c. significasti, in vers. si ita & ibid. Immol. l. vlt. §. sin autem, C. de fid. instrum.* Guid. Pap. *decis. 244. ex mente Specul. tit. de edit. instr. §. postquam. versi. illud quoque notandum.*

Maximè concurrentibus coniecturis, qualitatis personæ ipsius D. Raymundi declaratione facta per ipsum, quòd volebat transmittere dicta transumpta Romam, & obitu illius, ad quem transmissa fuerunt, Domini non censuerunt ipsum esse admittendum ad tale iuramentum: nam licèt D. Raymundus sit nobilis, & honestæ famæ, tamen quia hic non agitur de re exigua, sed de maxima successione, & Baronia, & sic maximo præiudicio, non est locus iuramento, glos. *in d. l. vltim. in verb. sacramentum, versic. item creditor, C. de fid. instrument.* Bece. *consil. 47. num. 30. versic. quasi,* Aym. *consilio 947. n. 6.* Ias. *in d. §. præterea, num. 53.* 8

Tandem probatum fuit librum, in quo erat registrata dispensatio, de qua controuertitur, fuisse in domo D. Raymundi, & hodie in eo reperiri aliqua folia lacerata, inter quæ deficit hæc dispensatio, licèt non probetur lacerationem hanc fuisse factam à D. Raymundo, ex latè deductis in alia decisione, non tamen potest negari quin oriatur aliqua suspicio ratione scripturæ deficientis, cuius interesse spectabat ad ipsum. Hanc autem suspicionem Rota habuit pro sufficienti ad effectum denegandi ei iuramentum. Castren. *in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. sub numero 5. ff. de eden.* Put. *decis. 65. num. 4. lib. 2.* 9

Ad Bullam Clementis Octaui fel. memoriæ super reualidatione matrimoniorum contractorum, cum dispensationibus à Commissariis Cruciatæ concessis, responsum fuit non applicari, nec respectu temporis ad quod est restricta, nec respectu graduum, vltra quod dicta dispensatio poterat pati alios defectus vltra eos, qui sanantur per dictam constitutionem. Et ex his Domini pro maiori parte recesserunt à decisis. 10

REVEREND. D. MARCOMONTII.

Romana Filiationis.
Sabbati 23. Ianuarij 1610.

ARGVMENTVM.

Hac decisione plura deducuntur circa probationem filiationis etiam illegitimæ, & nonnulla etiam de testibus vilibus, infamibus, singularibus, & inimicis, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Filiatio est difficilis probationis, ideo per indicia, & coniecturas probatur etiam quòd agatur de probatione filiationis illegitimæ, præsertim quando agitur dumtaxat de alimentis, num. 1.

Filiatio probatur ex confessione matris, n. 2.

Filius præsumitur esse illius, qui tempore conceptionis assiduè cum matre conuersabatur, n. 2. vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quòd eo tempore mater cum aliis conuersata fuisset.

Filiatio præsumitur ex tractatu patris habentis aliquem pro filio, num. 3.

Testes singulares probant actus licèt diuersos, ex quibus oritur filiationis probatio, n. 4.

Testes viles & infames admittuntur in materia, in qua alij testes haberi non possunt, n. 5.

Testes inimici admittuntur, quando inimicitia non est capitalis, num. 5.

DECISIO CCLXXIX.

Ad effectum, de quo agitur, qui est, vt à D. Ioanne Antonio tanquam suo patre naturali Hierony- 1

mus

mus consequatur alimenta. Rota censuit constare de filiatione; cùm enim ex parte patris filiatio sit difficilis probationis, receptum est illam probari per indicia, & coniecturas, *l. Lucius Titius, de cond. & demonstr.* Anchar. *conf.* 225. *num.* 6. Surd. *conf.* 1. *n.* 39. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 89. *num* 1. Paris. *conf.* 10. *n.* 37. *lib.* 2. quod procedit etiam in probatione filiationis illegitimæ, Innoc. quem alij sequuntur *in c. Michael. n. 1. vers. sed secundum Canones. de fil. presb.* Bald. *in l. vulgo. n. 1. vers. sed spuria filiatio. de stat. homin.* Paris. *conf.* 12. *num.* 35. *libr.* 2. Cardinal. Paleott. *de noth. & spur. cap.* 26. *num.* 2. præcipuè quando agitur dumtaxat de alimentis. *l. si negat. de liber. agnos.* Couarr. *in epitom. lib.* 4. 2. *part. cap.* 8. § *tertio, num.* 6. . . . *quæst. cap.* 6. *num.* 8. Alciat. *de præsumt. reg.* 2. *præsumt.* 38. *num.* 8. *& seq. & conf.* 149. *num.* 4. *sim.* 3. *lib.* 9.

2 Inprimis autem adest in hoc casu confessio geminata, & iurata matris, quam considerant Doctores, vt per Thesaur. *decis.* 3. *num.* 6. & Alciat. Pereg. *libr.* 1. *cap.* 12. deinde ex probationibus per Hieronymum factis, constabat de assidua conuersatione D. Ioannis Antonij cum Antonia Hieronymi matre, quando conceptus & natus est Hieronymus; testes enim deponunt quòd D. Ioannes Antonius eo tempore die noctúq; accedebat ad domum Antoniæ, illíque victum præstabat, & pecuniam pro soluenda domus pensione, quódque ipsam conducebat quandóque ad domum suam propriam, eámque ibi per octo dies retinebat, ex qua assidua conuersatione oritur magna præsumtio, quòd filius sit eius viri, qui cum matre assiduè conuersabatur, glos. *in d. c. Michael, in verbo confiteris,* Paris. *d. conf.* 10. *num.* 33. *& seqq.* Ias. *conf.* 125. *num.* 3. *lib.* 1. Surd. *conf.* 1. *num.* 43. Menoch. *d. cas.* 89. *n.* 56. in tantum quòd licèt ex testibus pro Ioanne Antonio examinatis videatur probatum Antoniæ pudicitiam eodem tempore aliis restitutam fuisse, tamen filius magis præsumitur Ioannis Antonij qui magis liberum & assiduum accessum habebat ad Antoniam, quíque alios ne accederent, quantum ipse poterat prohibebat. Ias. *conf.* 125. *num.* 3. Card. Paleott. *c.* 22. *n.* 3. Alciat. *de reg.* 3. *præsumt.* 37. *num.* 3. *&* 5. Surd. *d. conf.* 1. *numer.* 53. Anchar. *d. conf.* 225. *num.* 5. *in fine.*

3 Deponunt etiam testes, quòd dum Antonia vterum gereret, D. Ioannes Antonius dicebat sibi perquirendum esse duas nutrices, quia duæ fœminæ gemellæ sibi nasciturræ essent, item dicebat si masculus nasceretur eum sibi hæredem esse futurum, illíq; nomen Hieronymi sui fratris prædefuncti imponendum, & quidem licet D. Ioanni Antonio absente dictum nomen impositum fuit puero, qui etiam in libro Parochi fuit annotatus filius Ioannis Antonij, & Antoniæ, sed cum falsa expressione quòd prædicti parentes essent coniuges, procurante nimirum Antonia dedecus suum, & culpam vsurpato coniugis nomine protendere, oritur alia præsumtio non minus vrgens ex tractatu ipsius D. Ioannis Antonij erga Hieronymum, ad notata per Butr. *in c. transmissa, num.* 10. *qui filij sint legitim.* Bart. *in l.* 1. § *senatus consulto, numer.* 3. *de liber. agnosc.* Ruyn. *conf.* 52. *num.* 4. *lib.* 2. dicunt enim testes D. Ioannem Antonium accepto Nuncio, quòd Hieronymus natus esset dedisse nummum Florentinum deferendum obstetrici, quæ illum exceperat; & aliquo temporis interuallo eundem puerum adductum ad domum suam blandè suscepisse, eíque dulcia, & pecunias pro vestibus emendis dedisse, atque sollicitè consideratum, & sibi mediante speculo comparatum sorori suæ, quam sibi magis similem dixisse, & quod magis vrget, quia Dominus Ioannes Antonius, ducta circa id tempus legitima vxore negligebat alimenta præstare puero. Addunt etiam testes Antoniæ protestantis, se puerum ad Hospitale S. Spiritus, vel ad ianuam domus ipsius D. Ioannis Antonij expositurum, idque pertimescentem D. Ioannem Antonium dedisse Antoniæ triticum, eíque promisisse annuam pecuniam præstare pro alimentis Hieronymi.

4 Quæ omnia licèt singula parum facerent, tamen simul iuncta multum vigere DD. videbatur, neque obstare quòd testes vt plurimum sint singulares, quia cùm agatur principaliter non de probandis illis actibus, de quibus testes deponunt, sed de probando effectu, qui ex actibus resultat, videlicet filiatione, non obstat testium singularitas, Castren. *consil.* 151. *n.* 1. *versic.* 2. Aym. *consil.* 73. *num.* 3. *& consil.* 267. *n.* 3. *&* 5.

Videbantur etiam non obstare exceptiones contra testes propositæ; quatenus enim ex illis plures esse dicuntur viles, & infames, fuit responsum esse tamen admittendos, qui non est facile alios testes in hac materia habere, Gabr. *de testibus, conclus.* 7. *num.* 7. & dum aduersùs alios opponitur de inimicitia, fuit dictum illam non esse capitalem, sed leuem, ita vt non propterea testes sint repellendi, Alberic. *in authent. si testes,* vbi de communi, *C. de testibus,* Clar. *in praxi.* § *finali. quæst.* 54. *versic. etiam quæro,* tamen si D. Ioannes Antonius vel circa istas exceptiones, vel etiam super tota decisione, velit si iterum audiri poterit in hoc satisfieri.

REVEREND. D. ORTEMBERGHI.

Iacen. Portionis. Lunæ 1. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

Carceratus facto & culpa sua non facit distributiones quotidianas suas; vbi de excommunicato, an etiam amittat fructus beneficij, & an incidens in excommunicationem maiorem ob percussionem in Clericum illatam ab Episcopo absolui possit, ita vt faciat saltim fructus suos.

SVMMARIVM.

Carceratus facto, & culpa sua non lucretur fructus qui consistunt in distributionibus quotidianis, numero 1.

Excommunicatus non lucratur fructus beneficij, numero 1.

Iniiciens manus violentas in Clericum licet incidat in excommunicationem maiorem, tamen ab Episcopo absolui potest, n. 1.

Absolutus dicitur esse in bona fide, & facit fructus suos, num. 1.

Sententia condemnans aliquem ad restitutionem fructuum intelligenda est de fructibus ab ipso perceptis, non autem ab alio, num. 2.

Index admittens articulos mandando illos intimari parti ad effectum dandi interrogatoria, & videndum iurare testes si intimatio subsequatur non est necessaria alia citatio, num. 3.

DECISIO CCLXXX.

CVm D. Hieronymo tantùm informante fuissent liquidati fructus à die 24. Decembris 1602. quo fuit spoliatus vsque ad 10. Octobris 1607. quo fuit reintegratus; iterum proposito dubio vtraque parte informante Domini resoluerunt subducendum esse tempus carcerationis propter excessum commissum in percutiendo Sacristam maiorem, quod durauit vsque ad 21. Octobris 1603. nam carceratus facto & culpa sua non potuit lucrari huiusmodi fructus, qui dicuntur consistere in distributionibus quotidianis, quos cùm non lucrentur ij, qui non intersunt diuinis, Couar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 8. *versic. ij.* idque etiam alia ratione, quia per idem ferè tempus ob dictam causam fuit excommunicatus, *cap. pastoralis,* 48. *in fine, vbi glos. videlicet per tot. præsertim* 1

vero

ve ò in fine, versic. distingue vtrùm. de appellat. Couar. in d. c. 13. num. 8. vers. 22. Put. decis. 280. lib. 1. Than. decisi. 26. postquam verò ab ipso Episcopo fuit absolutus, & liberatus ex carceribus, distributiones ei debentur: nam etsi iniiciens manus violentas in clericum incidit in excommunicationem maiorem, can. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. nec absolui potest, nisi conspectui Apostolico se præsentauerit, tamen etiam Episcopus certis casibus potest absoluere ab huiusmodi excommunicatione, vt not. in c. peruenit, vbi Abb. num. 2. de sent. excomm. Socin. in cap. officij. num. 58. vbi in vers. sed dicit Hostien. concludit totum committi arbitrio Episcopi quæ sit leuis percussio, Turrecremat. dict. cap. si quis suadente. num. 11. in fine vers. septimus Chrysostomus, Nauar. in manual. cap. 27. num. 9. & in omnem euentum absolutio caussat bonam fidem, qua stante potuit facere fructus suos, vt post Innoc. in cap. consultationibus, tradit ibidem Abb. num. 5. vers. sed dubitatur. de iurepatr.

4 Non obstat quòd sententia condemnans Capitulum ad restitutionem fructuum intelligenda est de fructibus ab ipso Capitulo, non autem ab aliis perceptis, Rota decis. 1. in fine, de renunc. in nou. Put. decis. 4. de fructibus, & decis. 198. lib. 3. Achill. decis. 21. de restit. spoliat. quia non constat alium percepisse hos fructus, & si fortè Capitulum dedit portionario à se vti ad nutum amouibili in locum d. Hieronymi substituto, cùm ille causam habuerit à Capitulo, idem esset ac si Capitulum percepisset, Achill. decis. 20. in fine, de restit. spoliat.

5 Non obstat defectus citationis ad videndum iurare testes: nam quando iudex admisit articulos, mandauit illos intimari Capitulo ad effectum dandi interrogatoria, & videndum iurare testes, quæ intimatio fuit subsequuta, ideóque non fuit necessariò repetenda alia citatio, vt fuit tentum in Calagurritana Iuris votandi 19. Ianuarij 1590. coram bon. mem. Orano in Toletana Decimarum de Sabedon 6. Februarij coram R. P. D. Decano, & in Calagurritana Oblationum 26. Martij eodem anno coram Reuerendissimo Perusino, & aliàs sæpius.

REVER. D. MARCHOMONTII.

Pacen. Pensionis. Lunæ 1. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

De citatione an & quando requiratur in declaratione incursus censurarum facta à Papa, contra eum qui ad impediendum exequutionem literarum Apostolicarum recursum habuit ad Iudices laicos.

SVMMARIVM.

Citatio necessaria est etiam in declaratoria Papæ, n. 1.

Citatio non est necessaria quando Papa procedit de plenitudine potestatis, n. 2.

Citatio non requiritur, vbi constat Papam velle quòd actus, vel sententia valeat in præiudicium non citati, num. 2.

Gratia dicitur facta de plenitudine potestatis, & ex certa scientia Papæ, etiam quòd expressè dictum non sit, quando in ea expressè disponitur, quòd impugnari non possit, ex eo quòd interesse habentes vocati, & auditi non fuerunt, n. 3.

Citatio non est necessaria in declaratione incursus censurarum facta à Papa quando ius & factum est certum, num. 4.

Papa dicitur habere certam scientiam, quando est informatus à Iudice ex publicis instrumentis, n. 5.

Recursum habens ad iudices laicos ad impediendum exequutionem literarum Apostolicarum incidit in sententiam maioris excommunicationis, numero 6.

Papæ assertioni se fuisse de facto informatum standùm est donec contrarium probetur, n. 8.

Citatio non requiritur quando agitur contra detinentes bona Ecclesiæ, n. 8.

Citatio non requiritur quando agitur contra contemptores libertatis, & iurisdictionis ecclesiasticæ, numero 8.

DECISIO CCLXXXI.

Contra resolutionem in hac causa factam die 20. Nouembris 1609. opponebatur declaratoriam incursus censurarum contentam in Breue Clementis VIII. fuisse nullam, quia Ioannes non fuit citatus, cùm tamen etiam in procedentibus à Papa regulariter citatio necessaria sit, ex cumulatis per Gabr. de citat. concl. 1. num. 9. verùm hac oppositione non obstante Rota censuit esse standum in resolutis duabus præcipuè rationibus. 1

Prima est, quia quando Papa procedit de potestatis plenitudine, tunc citatio non est necessaria, Imol. post Innoc. Host. & alios in cap. cùm in nostra, col. 4. de procur. Alex. consil. 87. in fine, vol. 2. Marsil. in l. de vnoquoque, numero 16. & seqq. ff. de re iud. Grammat. decisio. 65. numero 49. Ias. in l. nec quicquam, §. ibi decretum, numero 29. in fine, ff. de offic. procons. alij latè per eundem Gabr. d. concl. 1. num. 13. & num. 26. & hinc dicitur, quòd vbi constat Papam velle quòd actus, vel sententia valeat, etiam in præiudicium non citati, frustrà opponitur defectus citationis, Rota decis. 2. de confirm. vtil. vel inutil. in nouis, Felyn. in c. cùm olim, num. 15. de re iud. & cap. 2. numero 42. de rescript. Gonzad. consilio 2. num. 8. Verall. in decis. 218. part. 3. & fuit dictum in Toletana Admissionis 14. Decembris 1609. coram R. P. D. meo Pamphilio. 2

Quòd autem in hoc casu, in quo grauiter læsa fuerat ecclesiastica libertas, & iurisdictio, Clemens VIII. processerit de potestatis plenitudine, colligitur ex quo post factum narratum disponit inter alia expressè quòd Breue impugnari non possit, ex eo quòd interesse habentes, vel prætendentes, vocari, & auditi non fuerint, quippe cùm Papa non possit errare in iure, dicendum est, istam dispositionem quatenus sit contra regulas iuris, factam esse ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, licèt id expressum non sit, Felyn. in cap. cùm inter, numero 7. de except. Castren. in l. ex imperfecto, C. de testam. & in consil. 284. Mantuan. consil. 191. col. 6. Marsil. in d. l. de vnoquoque, num. 20. vbi alij plures allegantur. 3

Secunda ratio est, quia etiamsi Clemens processisset ordinaria potestate, tamen non erat in hoc casu necessaria citatio ad proferendam sententiam incursus censurarum, quia factum & ius certum erat, c. reprehensibilis, versic. nisi fortè talis sit culpa, ibique glosa, & Doctores de appellat. eadem glosa in c. grauem. ibique Abb. num. 5. Felyn. num. 7. de sent. excommun. Soc. in c. perpendimus, numero 263. eodem tit. Dec. in cap. peruenit, numero 24. de appellat. Couar. in cap. alma mater, part. 1. §. 9. numero 5. versic. ... verò, de sent. excommunic. in 6. Rebuff. de decim. quæst. vlt. num. 33. 4

Et quidem quoad factum publicis documentis in Rota productis constabat, quòd sententiæ Rotalis exequutio fuerat per Ioannem impedita, quódque ea occasione ecclesiastica libertas fuerat læsa grauiter, & Papa diligentem de omnibus informationem habuerat à bon. mem. D. Iusto Iudice causæ, vnde sequitur quòd de facto Papa habebat certam scientiam, Alex. consil. 15. num. 2. & 3. lib. 5. glos. in cap. 1. versic. de quæst. de confirm. vtil. vel inutil. ibíque Abb. num. 6. & Dec. num. 47. 5

Quo verò ad ius cùm fuisset habitus recursus ad iudices laicos ad impediendum exequutionem literarum Apostolicarum, atque immunitas etiam Ecclesiæ violata 6
fuisset,

fuisset, nemini dubium esse potest, quin illi per quos id contigerat incidissent in sententiam maioris excommunicationis, *c. nouerit, cap. grauem, de sent. excommunic.* habetur in §. 16. Bullæ in Cœna Domini, & fuit copiosè deductum in Oscen. Canonicatus prima Decembris 1595. coram R. P. D. Decano.

7 Demum considerabant Domini, quòd Clemens etiamsi in dicto Breui declaret Ioannem, & alios incidisse in censuras, tamen vult declaratorium illius intimari, illósque ad absolutionem inuitat, vnde apparet, quòd noluit illis adimere citationem illam, quæ est de iure naturali, & quæ competit ad faciendas defensiones, sed magis illos, paternè & benignè allicere ad absolutionem impetrandam, vel dictas defensiones proponendas, ideóque non obstantibus strictissimis clausulis, quæ stante rei vsque nunc appatentis notorietate in dicto Breui appositæ, fuerant statim, atque Ioannes comparuit, licèt pluribus post declarationem annis, tamen S. D. N. causam in Rota commisit, atque dicto Ioanni facultatem concessit deducendi quæcumque vellet, & impugnandi illam facti narratiuam, quæ Clementi exposita, & ab eodem in literis Breuis deducta fuit.

8 Nec hodie illud agitur, nisi vt Ioannes doceat si potest de subreptione Breuis quoad narrata de facto ipsius, sed quamdiu non docet veritatem se habere in contrarium, non debet censeri odiosum, quòd iuxta *Clem. 1. de probat. & ibi not.* stetur narratiuæ Papæ attestantis se fuisse de facto informatum, nec debet facere difficultatem, quòd Ioannes non fuerit citatus, quia si fauore Ecclesiæ sceptum est, vt contra detinentes eius bona procedi possit absque citatione. *glos. in l. antequam, ff. ex quib. caus. maior.* Ioan. Andr. *in cap. cum olim, circa finem, de re iudic. in nou.* Roman. *sing. 683.* Paris. *cons. 101. col. 16. vol. 1.* & alios plurimos cumulat Gabr. *d. cons. 1. num. 31.* non debet censeri minus fauorabilis causa, vbi vindex suæ libertatis, & iurisdictionis contra contemptores, & contumaces sacrosancta mater Ecclesia potestatis suæ plenitudinem exercet.

REVERENDISS. D. LVDOVISII.

Romana Census. Lunæ 8. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

De simulatione probanda in instrumento census ob non numeratam pecuniam, plura notanda ad illius excusationem.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum concedenda est à Iudice constito de bono iure petentis eam, n. 1.

Census præsumitur celebratus cum reali numeratione pecuniæ, vbi Notarius in instrumento de numeratione fidem facit, & qui contrarium asserit debet apertissimè probare, n. 2.

Testes deponentes contra tenorem instrumenti debent esse omni exceptione maiores, & concludenter deponere, n. 3.

Instrumentum non potest reprobari per testes, qui non sint omni exceptione maiores, & non deponentes necessariò, & concludenter, n. 3.

Simulatio excluditur ex vera præcedenti causa, n. 4.

Simulationis, & fraudis cessat suspicio, vbi actus potuit fieri verè, & sine fraude, n. 5.

Mulieris contractus celebratus sine consensu propinquorum requisito à statuto sustinetur, nisi probetur mulierem eo tempore non solùm habuisse propinquos, sed etiam, quòd propinqui poterant celebrationi Instrumenti interuenire, num. 6.

DECISIO CCLXXXII.

Domini dixerunt constare de causis restitutionis in integrum ex bono iure Bartholomæi, & Mariæ coniugum, Caputaquen. *decis. 94. part. 3.* Et propterea iniustitiam sententiæ contra ipsos latæ, *&* vide Pap. *decis. 215. sub numero 8. 368.* Et fuit dictum in vna Auximana Dotis 14. Martij 1575. coram bon. memor. Cardinali Seraphino. 1

Bonum ius autem est clarum ex publico instrumento, quod facit rem certam & manifestam, *c. cum dilecti*, vbi Abb. *num. 2. de solut.* Alex. *consil. 135. num. 5. lib. 6.* Et in terminis nostris dixit Rota in Beneuentana Census 16. Decembris 1594. coram Illustrissimo Cardinali Manticain Bononien. Census 24. Aprilis 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in Romana Census 20. Ianuarij 1605. coram R. P. D. meo Lancellotto, in quibus fuit dictum satis constare de numeratione pecuniæ postquam Notarius de ea in instrumento attestatur, & propterea pars, quæ dicit censum creatum sine pecuniæ interuentu, id habet apertissimè probare, vt fuit dictum in illa Beneuentana, & in aliis supradictis decisionibus. 2

Tales autem non sunt probationes, quæ in contrarium adducuntur: nam testes ad hoc inducti non sunt contestes, aliqui non sunt formiter examinati, aliqui vt filia Statilia habent interesse, cùm ipsa esset eredirix, & tamen testes, qui deponunt contra contenta in instrumento debent esse omni exceptione maiores, *l. optimam, ad fin.* vbi Bald. *C. de cont. & com. stipul.* Bart. *in l. 1. §. si quis neget, num. 12. post med. ff. quemadmodum test. aper.* Ias. *consilio 124. libro 4.* Fuit dictum in terminis istis in vna Foroliuien. Census 13. Nouembris 1598. coram bon. me. Litra, & in vna Bononien. Census 19. Octobris 1598. coram R. P. D. meo Decano. Aliqui etiam non deponunt concludenter, vt bene perpendent informantes pro Bartholomæo, & Maria, & licèt testes semper debeant concludere ex regula *l. neque natales, C. de probat. & cap. in præsentia, eod. tit.* Attamen præcipuè vbi agitur de probando contra instrumentum debent necessariò & concludenter deponere, Alexan. *consil. 33. num. 15. lib. 3.* Ias *consil. 13. col. 4. versic. secundò pro eadem parte, lib. 3.* Menoch. *de arbit. cas. 105. num. 2.* 3

Coniecturæ adductæ pro simulatione non placuerunt Dominis, præcedens enim pactio de accipiendo ad censum summam in qua Statilia remansit debitrix, non concludit simulationem, immo potiùs illam excludit, quia legitima causa capiendi pecunias ad censum prout plerumque consistit, est solutio æris alieni, & debitum erat verum & reale, præexistens autem causa, quæ vera fuit, tollit suspicionem simulationis, quæ etiam non habet locum vbicumque census potuit realiter & verè constitui, vt fuit dictum coram me in alia, Romana Census 26. Nouembr. 1604. 4

Neque etiam argui potest simulatio, ex eo quòd Minatores creditores Statiliæ emerint Censum ab illo ad cuius fauorem eum constituerat Statilia, quia vltra quod hoc est factum per plures menses post eius creationem, istud nihil concludit, quia potuit fieri verè & sine fraude, vnde cessat suspicio simulationis & fraudis, *l. qui autem, in princip. ff. de his quæ in fraud. credit.* & fuit dictum in allegata Romana Census coram me. Decisio in causa Senagollien. Census coram R. P. D. meo Decano non applicatur, quia, vt ex eius lectura apparet, multa ibi concurrebant, ex quibus oriebatur maxima præsumtio, quòd realiter pecunia non interuenisset, quæ cessant in casu nostro. 5

Non obstat quòd obiicitur Censum fuisse impositum à Statilia non adhibitis solemnitatibus statuti, quia in cōtrarium apparet ex decreto Iudicis, & præsentia curatoris ad id specialiter constituti. Nec releuat, quòd 6

non

non interuenerint propinqui, quos constat ex depositionibus testium extitisse tempore constitutionis census, quia non sufficit quòd extarent, sed debet probari, quòd potuissent celebrationi instrumenti interuenire, Paul. de Castr. *cons.* 124. *in* 1. *dubio lib.* 1. Corn. *cons.* 306. *num.* 8. *libr.* 1. & fuit dictum in Romana census 23. Februarij anni præteriti coram me, hoc autem testes non deponunt. Ex quibus fuit conclusum constare de causis restitutionis in integrum, &c.

PAMPHILII.

Vicen. Prioratus. 19. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Exequutor rei iudicatæ, vel mandati de manutenendo, non potest contrauenientes excommunicare, sed tantùm debet exequutorialem intimare, qua reproducta in Rota, Rota procedit ad declaratoriam præcedentibus quatuor terminis seruari solitis.

SVMMARIVM.

Exequutores, vel subsequutores mandati de manutenendo à Rota relaxati non possunt cõtrauentores excommunicare, solùm debent exequutoriales intimare, & sic intimata debent reproduci in Rota ad hoc vt seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione seruari solitis Rota ad declaratoriam procedat, si de paritione non doceatur, num. 1. *&* 2. *vbi quòd hoc etiam habet locum in exequutorialibus rei iudicatæ.*

Exequutio super fructibus fieri non potest vigore mandati de manutenendo nisi præcedente eorundem fructuum liquidatione, n. 3.

DECISIO CCLXXXIII.

1 FVit dictum non esse dãdam declaratoriam, quia subexequutor in partibus, cui mandatum de manutenendo fuerat præsentatum, processit ad plures actus, & decreta, declarando Iacobum, & quosdam alios laicos excommunicatos, ex eo quòd dicto mandato parere noluerunt, quod facere non potuit absque vitio attentatorum; huiusmodi enim subexequutores non possunt in partibus aliud facere, quàm exequutoriales intimare, quę sic intimatæ debent in Rota reproduci, ad hoc vt seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione seruari solitis ad declaratoriam procedatur quatenus de paritione, vel alia legitima exequutione non doceatur, aliàs totum dicitur attentatum, vt declarat Felyn. *in c. ad probandum, num.* 6. *de re iud.* Cassad. *decis.* 6. *num.* 10. *de caus. possess. & propriet.* Crescen *decis.* 1. *de sequest. possess.* Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap. vltimo, num.* 16. *& seq.* & fuit sæpissime decisum. Vnde antequam possit procedi vlterius in causa, & deueniri ad declaratoriam, inprimis & ante omnia debent attentata ista reuocari, *cap. non solùm,* & ibi Doctores omnes *de appellat. in* 6. Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 3. *numer.* 253. *& seqq.* non enim tenetur excommunicatus indebitè respondere antequam absoluatur, & ad communionẽ fidelium restituatur. *glos.* 1. *in fine in cap. cum inter,* & ibi Doctores, præcipuè Imol. *num.* 2. Abb. *num.* 20. Dec. *num.* 52. *de except.* Rota *decis.* 14. *de sent. excomm. in antiq.*

2 Et quamuis Felyn. Cassad. & alij superiùs allegati loquantur in exequutorialibus rei iudicatæ, visum tamen fuit Dominis idem dicendum esse in exequutorialibus mandati de manutenendo, in quibus militet eadem ratio: nam licèt omnes exequutoriales excommunicent ex tunc, & etiam mandent denunciari excommunicatos, in omnibus tamen intelligitur si sine iusta causa non paruerit de qua non prius constat, quàm fuerit lata sententia declaratoria, ad quam Rota non procedit, nisi præmissis dictis quatuor terminis ad docendum de paritione, quod fieri non potest per exequutorem in partibus, vt dicit Felyn. *in d. cap. ad probandum, numero* 6. *de re iud.* quæ ratio cùm militet in vtroque casu, pari modo stylus Rotæ debet procedere etiam in exequutorialibus mandati de manutenendo, vt in specie fuit admissus in causa Tiralonen. Decimarum 5. Maij 1608. coram R. P. D. meo Marcomontio.

Quæ omnia faciliùs procedunt quoad fructus, quorum respectu non potest procedi ad exequutionem mandati de manutenendo, neque ad aliquam declaratoriam; nisi priùs fiat illorum liquidatio, quæ hîc non adest, Galles. *de oblig. Camer. tit. de liquid. numero* 12. *& tit. de quæst. post process. in eodem numero* 12. Achill. *decis.* 1. *de sent. excommun.* & in terminis mandati de manutenendo fuit dictum in causa Turritana Tertiariæ 28. Iunij 1591. coram Illustrissimo Blanchetto, & 13. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Mantica. 3

REVER. D. SACRATI.

Romana Stupri seu Dotationis. Veneris 19. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Virginitas, an & quando præsumatur in puella stuprata, quando præsertim agitur ciuiliter, & ad consequutionem dotis.

SVMMARIVM.

Stuprata puella præsumitur virgo tempore carnalis cognitionis, nisi contrarium probetur, num. 1. *&* 2. *vbi declaratur hoc procedere quando agitur ciuiliter ad effectum consequendi dotem, secus criminaliter ad effectum pœnæ.*

Virgo præsumitur mulier quæ pro virgine tenebatur, & reputabatur, num. 3.

Virgo præsumitur puella, quæ recusat ab aliis cognosci, num. 4.

Credo, verbum importat explicitam confessionem in principali, num. 5.

Testis ratio ampliat dictum, n. 5.

Virginitas præsumitur ex emissione sanguinis in cognitione carnali, n. 7.

Testes mulieres viles & inhonestæ admittuntur, & probant cum tormentis, & iunctis adminiculis in probatione stupri, num 8.

Stuprum non causatur ex attentatione facta à pueris, num. 9. *&* 10.

Testis depositioni in iudicio factæ magis standum est quàm extra iudicium, n. 10.

DECISIO CCLXXXIV.

IN causa stupri quam Agatha ciuiliter, & ad effectum dotationis intentat contra Sixtum; DD. resoluerunt constare de bono iure dictæ Agathę, hoc est, de virginitate, quando priùs Sixtus illam carnaliter cognouit. Primò, quia ista est qualitas quæ inest à natiuitate, & quę per solum temporis cursum non mutatur; vnde præsumitur durare, nisi contrarium probetur. Clar. qui de communi 1

munt *ut sua prax. §. stuprum. versicul. sed pone.* alios plures refert Menoch. *de præsum. lib. 6. præsum. 89. per totam.*

2 Quibus non obstant Marsil. *consil.* 7. Cepoll. *consil.* 57. *per totum*, quia loquuntur ad effectum pœnæ, & in statuto exorbitanti, secus ad effectum ciuilem, & in agente ex dispositione iuris communis, & quicquid in istis terminis dicere possent, attendenda est vera & communis, de qua suprà, Bursat. verò *consilio* 20. *numero* 10. cum aliis allegatis, qui non loquuntur in qualitate, quæ insit à natura, non faciunt ad propositum casum.

3 Secundò prædicta eo magis videbantur habere locum in hac muliere, quæ in domo ciuilium & honestorum parentum publicè & palam tam in habitu, quàm in cæteris se gerebat pro virgine; vnde talis præsumebatur arguendo à contrario sensu, *in l. item apud Labeonem, §. si quis virgines ff. de iniuriis.* facit text. *in c. si iudex, §. idemque esse censemus, de sent. excomm. in 6.*

4 Tertiò fuit considerata confessio ipsiusmet Sixti in iudicio criminali, in qua dicit se credidisse, & habuisse istam mulierem pro virgine, & addit optimam rationem, nempe quòd ipse in domo contigua illam adamauit per tres annos, & ipsa eum, & eam pluries sollicitauit, & illa semper negauit se posse illi complacere propter multos oculos, qui super illam vigilabant in domo paterna. Vnde concludit quòd si hoc non potuit secum, esse credibile quòd neque potuerit cum aliis.

5 Non obstat quòd Sixtus loquens de virginitate Agathæ vtatur verbo, *Credo*, quia in principali illud verbum importat explicatam confessionem, glos. *in capit. ex literis, verb. occulta veritate. de iureiuran.* Specul. *titul. de posit. §. sexto tractandum, num.* 11. Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de fals. caus. adiect. leg.* Abb. *in cap. quoties, num.* 8. *de testibus.* Ias. *in rubr. de iureiuran. num.* 10. *versicul. secundo aduerte*, Dec. *consil.* 47. *num.* 6. maximè attenta ratione per illam expressa, quæ ampliat dictum, ad tradita per Bald. *in l. conuenticulam, n.* 2. *C. de Episc. & Cleric.* Abb. *in d. c. quoties, numer.* 6. *de testib.* Alexand. *consil.* 24. *numer.* 14. *libr.* 2. Ias. *in l. final. num.* 6. *ff. de offic. proconsul. Cæs.*

6 Minus faciunt alia quæ in eodem examine subiungit Sixtus, ex quibus apparet ipsum dubitasse de honestate Agathæ, quia non tollunt confessionem expressam, maximè roboratam ratione, de qua suprà, sed concludunt quandam suspicionem, siue zolotypiam, quæ passiones nunquam absunt ab istis impudicis amoribus.

Quartò pro Agatha multum facere videbantur duæ
7 fœminæ in causa criminali examinatæ, quæ explicitè dicunt, *Che Sisto sverginò Agatha*, & quòd ipsæ viderunt signa virginitatis, & quòd fuerunt etiam ostensa Sixto, qui non negabat stuprum, & hoc idem fatetur Sixtus in suo examine, nempe quando primùm cognouit Agatham sibi ostensa fuisse dicta signa, licèt dicat potuisse esse procurata aliquo artificio muliebri, qua responsione creditur posse etiam euitari depositio prædictarum mulierum; verùm Domini non obstante hac possibilitate habuerunt prædicta signa pro releuantibus, ex quo Doctores passim illa admittunt, nempe gloss. *in capit. satis* 33. *quæst.* 5. Afflict. *decision.* 236. *num.* 3. Abb. Aret. & alij *in c. proposuisti, de probat.* immo ipsamet sacra pagina *in Deuteronom. cap.* 22. ibi, *& ferent secum signa virginitatis eius ad seniores Vrbis.*

8 Et licèt dicatur dictas fœminas esse viles, & forsan inhonestas, attamen illarum dictum visum fuit Dominis multum considerabile, cùm sit adminiculatum ex confessione Sixti ad decis. Cæs. de Grass. *numero* 4. *&* 8. *de sponsal. & matrim.* & vna illarum sustinuerit in tormentis quòd diluit maculam, Felyn. *consilio* 56. *numero* 9. Clar. *in prax. §. final. quæstione* 25. *in principio*, & quia in istis materiis non solent adhiberi personæ honestæ, vnde debent admitti testes quales haberi possunt, Ias. *in l. in secunda lectura, numero* 48. *in fine, & numero* 50. *Cod. de Summ. Trinitat. & fid. Cathol.* Dec. *consilio* 342. *numero* 2. *&* 3. Grammat. *consilio* 50. *numero* 14. *in criminalibus.*

Ad illud quòd Agatha constituta in Monasterio pro 9
exoneratione suæ conscientiæ confessa fuerit se antequàm Sixtus illam cognosceret fuisse aliàs cognitam per quemdam puerum dum iret ad scholam, fuit responsum talem cognitionem non concludere per necesse amissionem virginitatis, cùm potuerit esse simplex attentatum puerorum, quod non causat stuprum, Bald *in l. si quis non dicam, numer.* 17. *C. de Episc. & Cleric.* bene Marol. *de irregular. libr.* 1. *c.* 29. *n.* 34.

Et quòd fuerit delictum puerile, fit verisimile ex eo 10
quòd regulariter non admittuntur ad scholas viri puberes cum puellis viri potentibus, & ex fide Baptismi Agathæ, & aliis allegatis. Secundò prædicta attestatio Agathæ visa fuit multum suspecta tanquam extorta clam, & contra constitutiones monasterij, & ad instantiam fratris Sixti, vt scilicet idem Sixtus liberaretur à pœnis criminalibus, quæ illi iam constituto in carceribus imminebant. Tertiò fuit dictum quòd quatenus in confessione Agathæ posset fieri fundamentum, magis esset attendenda alia confessio quam fecit in iudicio, & in qua contrarium dixit, tum quia iudicialis, ad notat. *in l. vnic. C. de confess.* Gloss. *in l.* 1. *verb. apud Iudices, ff. de interrogat. act.* vbi Abb. *in capit. ex parte, numer.* 14. *de confess.* Tindar. *tract. de test. c.* 7. *numer.* 31. tum quia prior, Grammat. *consil.* 59. *numer.* 7. *in criminal.* Cæsar de Grass. *decis.* 3. *num.* 3. *de spons. & matrim.* facit text. cum ibi notat. per Bart. *in l. generaliter, numer.* 16. *C. de non numer. pecun.* tum quia magis adminiculata. Abb. *in c. literis, numer.* 2. *de præsum.* Roland. *consil.* 40. *n.* 13. *lib.* 1. Gabr. *consil.* 173. *n.* 4. *lib.* 1.

Ad aliud quòd Sixtus non cognouerit Agatham in 11
domo patris, sed in domo Lucretiæ mulieris vilis, & parum honestæ, vnde retorqueatur præsumtio, de qua suprà in secundo fundamento fuit responsum, ex amore præcedenti iteratis sollicitationibus honestatis Agathæ, de quibus suprà ex depositione prædictæ Lucretiæ quæ in tormentis sustinuit se ad instantiam Sixti sollicitasse Agatham ad discedendum à domo paterna ex modicitate temporis, nam Sixtus fatetur, *che in capo à vno, ò due giorni, che non la vidde per casa del Padre la trouò à casa di Lucretia*, & ibi rem habuit cum illa ex eo quòd, vt idem fatetur, Agatham ex post aloit, & vestiuit, satis colligitur vel quòd Agatha ad instantiam Sixti discesserit à domo paterna, vt ipsamet deposuit in suo examine, vel saltem quatenus discesserit sponte, & ex causa indignationis cum suis parentibus, vt profitentur informantes pro Sixto, diluitur suspicio quòd in illa domo fuerit stuprata antequam Sixtus ad illam accederet.

PIROVANI.

Romana Hæreditatis. 26. Aprilis 1610.

ARGVMEMTVM.

Filius præsumitur natus & procreatus potius ex marito suæ matris, quàm ex adulterio, tam quoad possessionem, quàm quoad proprietatem, nisi probetur, maritum fuisse mortuum per nouem menses ante illius natiuitatem, falsitásque præsumitur ex additione diuersa manu, diuersóque atramento conscripta.

SVMMARIVM.

Filius natus ex muliere habente maritum præsumitur legitimus, tam quoad possessionem, quàm quoad proprietatem, etiam quòd probetur eo tempore mulierem cum adultero consuetudinem habuisse, n. 1.

Filius non præsumitur natus ex patre legitimus, quando probatur patrem habuisse per nouem menses ante ipsius natiuitatem, n. 2.

Falsitas præsumitur ex additione diuersa manu, diuerso-

ſoque atramento conſcripta, numero 2.

Liber baptiſmatis probat quem eſſe filium illius, qui in eo nominatus eſt, iunctis tamen adminiculis, n 2.

Falſitas probatur per veriſimiles coniecturas, n. 2.

Probatio ſumta ab impoßibili ſuperat omnes alias probationes, n. 3.

Inſtrumentum dicitur probatio probata, n. 3.

DECISIO CCLXXXV.

1 VIſom fuit Dominis ſufficienter probatum, Vincentiam eſſe filiam Herculis Brambillæ mortui: nam partes concordant Herculem fuiſſe maritum Margaritæ, & Vincentiam ex Margarita natam fuiſſe, vnde bene probatur filiatio ſola iuris præſumtione, *l. filium, de iis qui ſui, vel alien. iur. l. non epiſtolis. C. de probat. l. ſi vicinis. C. de nupt. c. per tuas, de probat. & cap. transmiſſa, qui fil. ſint legit.* quæ præſumtio nedum ad filiationis quaſi poſſeſſionem, ſed ad ipſam proprietatem reſpicit, Pariſ. *conſil. 10. num. 2. & conſ. 13. col. 2. lib. 2.* Paleot. *de nothis ſpuriiſque filiis, c. 22.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 89. n. 19. & de præſumt. lib. 6. præſumt. 53. n. 2.* poſt Gabr. Maſcard. & Petr. quos allegat Surd. latè *conſ. n. 54.* affirmantes procedere coniecturam, etiamſi probaretur mulierem cum adultero eo tempore conſuetudinẽ habuiſſe, per *l. miles. §. defuncto, ff. de adulter.*

2 Nec impugnabant Domini rationem ab impoſſibilitate filiationis deductam per Honuphrium Tempeſtatem aduerſariũ, quòd ſcilicet Hercules deceſſerit die 26. Martij 1591. & Vincentia nata ſit die 25. Nouembris 1592. atque ita impoſſibile erat, quòd mater geſtaret in vtero filiam per viginti mẽſes, & vltra, & eo caſu præſumtionem cedere veritati, ipſam non eſſe filiam Herculis, vt poſt Abb. Præpoſ. Caſtr. & Alex. in his terminis dicit Pariſ. *dicto conſil. 10. numer. 36.* Gozad. *conſil. 13. num. 46.* Roland. *conſil. 22. num. 32. volum. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 89. num. 32. & 50.* vbi diſſerit de partu vndecim menſium ſecundùm phyſicorum & philoſophorum opinionem impoſſibili; verùm dicebant factum non verificari, quia probatio impoſſibilitatis deducebatur ex libro plebani, ſeu parochi, in quo nomina mortuorum deſcribuntur, qui licèt contineret notam, quòd Hercules mortuus fuit dicto die 26. Martij 1591. illa tamen viſa fuit dominis ex libri inſpectione, ex propoſito addita, tum quia in fine paginæ addita, tum quia diuerſa manu, & atramento conſcripta, tum & poſtremò quia pro parte Vincentiæ cõtrariæ afferebantur infraſcriptæ probationes, quæ arguebant dictam notam de falſitate per veriſimile quod ſufficere videbatur, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in præfat. num. 40. C. de reuocand. donat.* Primò apparet fides baptiſmi, in qua enũciatur filia Herculis, quę, etſi per ſe non ſufficiat ad probandam filiationem, accedentibus tamen adminiculis probare fuit aliàs reſolutum in papien. Iurispatronatus 18. Aprilis 1593. coram R.P.D. meo Coccino, de qua fide reſpectu temporis baptiſmi non eſt controuerſia.

3 Secundò, datur inſtrumentum in ſummario *n. 8.* celebratum ab ipſomet Hercule, die 23. Martij 1592. In quo auget doté dictæ Margaritæ vxoris ſuæ à ſcutis 300 ad ſcuta 500. per quod temporis interuallũ vſque ad diẽ baptiſmi Vincentiæ cũ octo ferè cùm menſes fluxerint, oritur non ſolùm probatio ex veriſimili, ſed ab impoſſibili, quę fortior eſt, & ſuperat omnes probationes, Euerard. *in ſua centur. legali, loco ab impoſſibili*: nam Hercules ſimul & mortuus, & promiſſor augmenti dotis eſſe non potuit, & huic probationi per inſtrumentum cedere debet probatio iſta per ſcripturam Parochi, quamuis aliàs iuris præſumtione munita; tum quia non caret ſuſpicione falſitatis, tum etiam, quia probatio inſtrumentalis nititur maiori veritate; cùm contineat in ſe probationẽ probatam, *c. cùm Ioannes, de fid. inſtrum.* Oſaſch. *deciſ. 72. num. 4. & deciſ. 17. num. 5.* Et ita fuit reſolutum vna tantùm parte informante.

PIROVANI.

Romana Repetitionis Indebiti. 30. Aprilis 1610.

ARGVMENTVM.

Dolus dans cauſam contractui, & dationi in ſolutum, illam vitiat, contractúſque à carcerato in carceribus factus ad fauorem carcerantis non valet ſi carceratio fuit iniuſta, ſecus ſi iuſta.

SVMMARIVM.

Datio in ſolutum, ſeu contractus factus ex falſa cauſa non ſubſiſtit, & vitiatur, n. 1.

Datio in ſolutum non verificato debito vitiatur, & non ſubſiſtit, n. 1. in fine.

Datio in ſolutum æquiparatur venditioni, n. 1. ad finẽ.

Debitor poteſt ſoluere creditori, qui iam de credito ſuo fecerat alteri ceßionem, ſi ceßionis non habebat notitiam, & liberatur à debito, n. 2.

Scientia ad hoc, vt ex ea quis obligetur, debet eſſe plena, & perfecta cum omnibus ſuis qualitatibus, n. 3.

Confeßio debiti facta à carcerato in carceribus præſumitur facta metu, & non ſubſiſtit nec valet, n. 4.

Carcerati contractus, ſeu obligatio facta ad fauorem carcerantis, nulla & inualida eſt, quando carceratio erat iniuſta, ſecus ſi iuſta, n. 4.

Metus cauſa durante idem iudicatur, ac ſi duraret metus, n. 4. in fine.

DECISIO CCLXXXVI.

IOannes Paulus Manfredus anno 1575. emit annuum censum ſcutorum 16. à Marcello Bertoldo, cum obligatione, & acceſſione Iacobi, & Bartholomęi fratrũ de Aicardis. Diſtracto fundo anno 1580. ſuper quo Cenſus erat conſtitutus egit Manfredus pro manutentione contra Iacobum alterum ex obligatis, quam ob cauſam caueri mancipatus Iacobus ſoluit ſcuta centum ad computum ſortis principalis, & biennio poſt reſiduum, & pro complemento reportauit quietantiam à Manfredo per publicum actum, anno 1606. mortuo einde Iacobo, Tarquinia Alicorna filia, & hæres Arthemiſiæ, ſororis Manfredi vigore inſtrumenti ceſſionis de dicto cenſu factæ per eundem Manfredũ Arthemiſiæ vſque de dicto anno 1574. egit contra Bartholomęum Aicardum alterum obligatum vti Domina cenſus, ea de cauſa carceratus Bartholomęus dedit Tarquiniæ bona in ſolutum pro concurrenti quantitate ſui debiti; reperto autem inſtrumento generalis quietantiæ per Manfredum factæ egit Bartholomęus ad repetitionem indebiti, & cauſa in Rota commiſſa dubitaui; an datio in ſolutum ſubſiſtat in caſu, & ad effectum, de quo agitur. Domini dixerunt dationem in ſolutum non ſuſtineri, cùm facta reperiatur debito non ſubſiſtente, & conſequenter ob falſam cauſam, quæ ſolet vitiare dationem in ſolutum. *l. 1. §. hæc verba. verſicul. proinde, ff. ne vis fiat ei, ibi, nil debet prodeſſe,* Bart. *in l. Fulcinius, §. cum hoc. num. 6. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* Alex. *in l. ſi finita, §. Iulianus, n. 122. verſicul. hoc tamen intellige, ff. de damn. infect.* & Vlpian. *in dicto verſicul. proinde,* idem exiſtimauit ſi prætenſus creditor poterat exceptione ſubmoueri, & optimè cõſiderat Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. 1. numer. 37. & 38.* quod propriè applicatur in caſu Bartholomęi qui tutus erat ſolutione facta per fratrem, ob quam cenſus extinctus remanſerat, & ceſſabat etiam alia ratione effectus dationis in ſolutũ, quia cùm illa ſimilis ſit venditioni, *l. eleganter, in princ.* vbi Bart. Bal. & Caſtren. *ff. de pignorat. act.* Tiraq. plures citans *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 14. n. 2.* ſicut deficiente pretio venditio deficit tanquã carens ſuo ſubſtantiali, *§. pretium. Inſtit. de emt. & vendit.*

eodem

eodem modo datio in solutũ corruit, non verificato debito obligati, quod est pretium dationis in solutum.

2 Nec obstabant, quæ pro parte Arthemisiæ dicebantur de subsistentia debiti Bartholomæi, cùm solutio per Iacobum Correum facta fuerit Manfredo, non verò domino census, cuius dominium vsque de anno 1574. titulo venditionis & cessionis transtulerat in Arthemisiam eius sororem: quia responderur non datã notitia debitoribus de translatione dominij per contractum venditionis, vel cessionis, potuit Iacobus soluere Manfredo pretium census pro illius extinctione, & rectè soluit, & liberationem consequutus est soluendo ei, cum quo contraxit, *l. filius. C. de pact.* vbi Bart. Bald. Alex. Ias. & Dec. dicentes hæc etiã procedere si recipiens non esset dominus, Bart. *in l. si verbanta. ff. de condict. indeb.* Surd. pluribus relatis *consil.* 43 *n.* 2. & *decis.* 60. *n.* 8. Quæ liberatio magis confirmatur cũ ex parte Arthemisiæ non doceatur de requisitis, vel altero eorum, de quibus *in l.* 3. *C. de nouat.* scilicet litis contestatione, vel partis debiti solutione, vel denunciatione.

3 Nec Dominis visum fuit sufficienter probata scientia Bartholomæi de contractu Arthemisiæ ex citationibus in foro Capitolino, quæ dantur in summario Arthemisiæ *n.* 2. & 3. quia ex illis non resultabat explicita scientia translationis pleni dominij ad fauorem Arthemisiæ, poterat enim ex causis vsusfructus, vel hypothecæ censum possidere, quæ licèt largo modo de dominio dicantur, Bald. *in l. proprietatis. C. de prob. & in l. fœminæ. n.* 5. *C. de secund. nupt.* nõ tamen impediebant extinctionem census cum vero domino, maximè etiam, quia causæ illæ poterant credi breui resolubiles, cùm ab eo anno 1575 vsque ad annum 1583. quo census fuit extinctus, nec pòst appareat, quòd Arthemisia egerit pro fructibus huius census, propterea non sufficit qualiber scientia, quando agitur, vt ex ea quis obligetur, sed debet esse plena & perfecta cum omnibus suis qualitatibus, glo. *in cap. concertationi. in verb. sciuerit. de appell. in* 6. Natt. *cons.* 172. *n.* 32. & 636. *n.* 192. Osasch. *decis.* 176. Becc. *consi.* 57. *n.* 23. Surd. *cons.* 150. *in fine lib.* 1.

4 Postremò dixerunt Domini non obstare cõfessionem Bartholomæi, de qua in instrumento dationis in solutum, vbi expressè fatetur se ipsum & Iacobum eius fratrem fructus huius census soluisse Arthemisiæ cessionariæ per totum annum 1579. eámque recognouerit in dominam census, quia ex deductis in summario Bartholomæi *num.* 1. apparet erronea, cùm de anno 1577. Manfredus agebat, & exigebat fructus census suo proprio nomine. Præterea ista solutio, & datio in solutum fuit facta ad effectum se liberandi è carceribus, vt expressè legitur in instrumento dationis in solutum, & consequenter nullo metu diuturni carceris, Menoch. *de arbitr. lib.* 10. *cas.* 136. *num.* 4. Odd. *de rest. in integr. q.* 7. *art.* 9. *numer.* 28. Roland. *cons.* 2. *num.* 48. *vol.* 1. & quæ dicebantur ex decisione Illustrissimi Cardinalis Platti, in Romana Pecuniaria de Ruspolis 10. Maij 1589. videntur procedere, quando aliàs constaret carcerationem fuisse iustam, quia tunc obligatio ad euitandam carcerationem iustam non inualidatur, secus in casu isto, à quo prouenit carceratio pro debito iam extincto, & consequenter iniusto, & dum Bartholomæus extra carceres eandem dationem in solutum ratificauit, ex ea non potuit se iuuare Arthemisia propter reseruationem mandati exequutiui contra eundem Bartholomæum in casu inobseruantiæ, vnde durante causa metus nouæ carcerationis, idem videtur iudicandum, prout de ipso metu *l. Pædius. ff. de incend. ruin. & naufr.* Mandosiatissimè *in procem. Gloss. facult. in verbo, timor,* vbi plura exempla cumulat, & ita fuit resolutum.

PIROVANI.

Romana Pecuniaria. 5. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio coram vno iudice non potest quis coram alio inquietari, etiamsi reus habeat plures Iudices paris iurisdictionis. Et an creditor in maiori summa possit cogi ad recipiendum creditum diminutum, etiam ex iudicis decreto.

Farinae. Decis. lib. 2.

SVMMARIVM.

Pendente causa coram vno Iudice, alius Iudex procedere non potest, nisi in vim reassumtionis causæ cognita, n. 1. vbi quòd hoc procedit etiam quòd reus conuētus haberet plures Iudices paris iurisdictionis.

Principis mandatum continens purum rescriptum iuris, secundum leges interpretari debet. n. 2.

Creditor in certa summa, non potest vigore depositi ex decreto cogi ad recipiendum creditum diminutum. n. 3. Vbi quòd sufficit si deficiat nummus.

DECISIO CCLXXXVII.

RESolutum fuit decretum A. C. esse infirmandum tã ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ; nullitas visa est clara, quia pendente causa coram secundo Collaterali in Curia Capitolina, cui ipse A. C. eam miserat per moderationem suæ inhibitionis, non poterat exinde ex solo memoriali Sanctissimi in causa procedere, nisi in vim reassumtionis causæ cognita. *l. vbi cœptum ff. de iudic.* §. & *quoniam. Auth. de testib.* Osasc. *decis.* 78. *num.* 18. Gabr. *de iud. concl.* 1. ea ratione, ne diuersitas Iudicum perplexitatem inducat. arg. *l. qui de crimine. C. de accusat.* & optimè considerat Felyn. *in c. ex tenore, numer.* 19. *versicul. extra dictos casus. de rescript. qui sub numer.* 18. *versicul. sexto fallit.* voluit dispositionem *l. vbi cœptum,* procedere, etiam quòd reus conuentus haberet plures Iudices paris iurisdictionis, quod optimè applicatur, quia Senator, & Collateralis, sicut A. C. ordinariam exercent iurisdictionem in Ciues Romanos, Vestr. *in sua praxi libr.* 2. *c.* 15. *de Senat. Vrb.* 1

2 Et eo magis videbatur etiam cessare difficultas, quia in eo memoriali non aderat aliquod speciale decretum, sed A. C. simpliciter directum, & consequenter continebat purum rescriptum iuris, secundùm legem interpretandum, Calcan. *cons.* 120. *numer.* 8. & 9. Dec. *cons.* 580. *num.* 2. Menoch. *de præsum. lib.* 2. *præsumt.* 10. *numer.* 7. & 8. Vnde cùm de iure non posset causa auocari per A. C. sine causæ cognitione, & constito de limitatione, ad *l. vbi cœptum ff. de iud.* vt declarat Felyn. & Gabr. suprà allegati, nullum super memoriali videtur posse constitui fundamentum.

3 Iniustitia verò fuit deducta ex eo, quia Rotulus, & Lucatellus cùm essent creditores Caroli scutorum 874. ex instrumento cum Camerali obligatione, non poterant vigore depositi ex decreto cogi ad recipiendum creditum diminutum, vel in partes, & cum nouis conditionibus. *l. grege.* §. *pendit ff. de pignor. l. tutor.* § *Lucius ff. de vsur. l. qui Romæ, in princ. ff. de verb. oblig. l. obsignatione. C. de solut.* sufficit enim si deficiat nummus, ne depositum dicatur integrum, Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *Glos.* 6. *numer.* 23. & 24. & ne contineat conditionem, sed fiat purè & simpliciter, respondit Ias. *consil.* 9. *numer.* 31. Negus. *de pignor. in* 5. *par. princip. membr.* 3. *in* 2. *particul. n.* 10. & Menoch. latè in vtroque casu comprobans, *de arbit. iud. lib.* 2. *cas.* 233. *num.* 28. & 47. *in nou. addit.* Atque ita vna tantũ parte informãte fuit resolutum.

REVER. DOMINI SACRATI.

Conchen. Beneficij, Lunæ 10. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Gratia quando dicatur subreptitia, vel obreptitia, præsertim ex falsa narratiua, & expressione, facta sine dolo.

SVMMARIVM.

Gratia non dicitur obreptitia, vel subreptitia ex falsa expreßione, & narratiua, qua nec monit cõcedentẽ, nec cum dolo facta fuit, num. 1. & 2. & per totam.

Rescriptum non dicitur subreptitium ex falsa expreßione, & narratiua, qua nec monit concedentem, nec cũ dolo facta fuit, n. 1. & 2. & per totam.

Qualitas qua non confert ad casum de quo dubitare cõtingit, non est habenda in consideratione, n. 2.

Subreptio magis vitiat priuilegia, quàm literas beneficiales, n. 2.

Gratia subreptitia excusatur propter iustam ignorantiã etiam ad effectum, vt impetrans poßit retinere vtrũque beneficium, nisi sint incompatibilia, n. 3.

Gratia subreptitia & obreptitia à pari procedunt, licèt in obreptione sit maior dolus, quã in subreptione, n. 3.

Falsa demonstratio non vitiat, quando constat de voluntate disponentis, n. 4.

Gratia semper habet in se tacitam conditionem si ita sit, declara vt n. 6.

Gratia semper iustificanda est parte opponente, declara vt n. 6.

Lex qua simpliciter loquitur an per aliam declaretur, & distinguatur, n. 7. & seqq.

Gratia non dicitur obreptitia ex falsa expresßione quando Papa ex ea motus non fuit ad concedendum beneficium, n. 10. vbi ponuntur plures coniecturæ, quibus Papa ex falsa assertione motus non fuit ad concedendum beneficium.

Dolus præsumitur cessare cessante vtilitate, n. 11.

Gratia dicitur subreptitia, quando sunt tacita ea quæ si fuissent expressa, vel Papa non concesßisset, vel saltem difficiliùs, n. 11.

DECISIO CCLXXXVIII.

1 PRo maiori parte fuit confirmata decisio aliàs in hac causa facta, quòd falsa expressio presbyteratus Gregorij non debeat vitiare illius gratiam. Moti fuerunt Domini ex eo quòd falsa narratiua, quæ nec monit concedentem, nec fit cum dolo, nullatenus nocet narranti, textus est *in capit. super litteris. de rescrip.* qui licèt loquatur in rescriptis ad lites, vt opponit gl. *in cap. si motu proprio. de præben. in 6.* attamen ex identitate rationis videtur posse adaptari ad materiam gratiosam, quod videtur sensisse glos. ibi *verbo, literas,* dum pro explanatione tex. allegat iura loquentia in materia gratiosa, & expresse voluerunt Innocen. *in cap. postulasti, num. 1. de rescrip.* Compostell. *in c. si proponente, num. 2. eodem titulo,* Lap. *alleg. 89. num. 6.* Felyn. post illum *in c. in nostra, n. 19. 20.* Corollar. *de rescrip.* Abb. *d. cap. super litteris, num. 5. & 6.* Rot. siue compilator *decis. 4. n. 7. versic. sed autem. de rescript. in antiq.* Ægid. *decis. 4. in fine,* vbi per errorem ponitur verbum, *prophanis*, loco verbi *gratiosis.* vt patet ex contextu totius decisionis.

2 Non enim videtur subsistere ratio differentiæ quòd litteræ ad beneficia dicantur ambitiosæ, non sic litteræ ad lites quia falsitas, quæ nec mouit, nec fuit dolosa, non auget huiusmodi ambitionem, vnde succedit conclusio, quòd qualitas, quæ non confert ad casum, de quo occurrit dubitare, minimè sit habenda in consideratione, ad nm. per Abbatem *in cap. ad aures, num. 2.* Dec. *num. 3. de rescript.* Calderin. *cons. 10. eod. tit.* Rot. *decis. 20. n. 7. de præben. in nou.* & quòd ambitio ad istum effectum minimè sit considerabilis, colligitur ex Felyn. *d. c. super litteris, n. 3. in princ.* vbi multos refert volentes subreptionem magis vitiare priuilegia quàm litteras beneficiales, cùm tamen in priuilegiis non cadat ista ambitio. & tandem concludit in materia *d. c. super litteris*, de pari procedere literas beneficiales, & priuilegia.

3 Ad prædicta facit tex. *in c. gratia. de rescript. in 6.* vbi subreptio circa obtenta, de qua *in capit. si motu proprio. de præben. eod. lib. 6.* excusatur propter iustam ignorantiam etiam ad effectum, vt impetratio possit retinere vtrumque beneficium, nisi aliàs essent incompatibilia. Ad idem est text. *in c. si eo tempore. de rescriptis, eodem lib. 6.* vbi gratia ad beneficium curatum vel simplex, si detegatur subreptitia quoad curatum propter defectum ætatis non vitiatur quoad simplex, & licèt isti duo vltimi textus loquantur in subreptione, non autem in obreptione, attamen circumscripto dolo, qui maior consideratur in obrepẽdo, quàm in subrependo, nòn datur differentia inter vtramque, vt patet *in d. c. super literis*, quod vtrumque pacificat, & ibi not. Dec. post alios, *n. 4.*

4 Multum etiam vigere videbantur rationes, quas pro hac parte adducit Rota, siue compilator *d. decis. 4. in antiq.* Ægid. *loco suprà allegato,* quas reassumit Felyn. *d. c. super litteris. num. 2. vsque ad quintum,* nempe quòd falsa demonstratio non solet vitiare, quando constat de voluntate *l. demonstratio. ff. de cond. & demonstr.* quòd superflua non nocent, & aut vtile, per inutile non vitiatur, cum similibus, & quia circumscripto dolo & releuantia nulla potest assignari ratio, quare literæ debeant vitiari, cùm qualitas ambitionis nullius sit considerationis ad istum effectũ, ex iam dictis.

5 Et in hanc sententiam quòd falsitas, quæ nec mouit saltem faciliùs, nec fuit dolosè facta, minimè debeat nocere, frequentiori calculo fuit itum per Rotam, quod apparet vltra Ægid. *d. decis. 4.* & alios allegatos in alia decisione *ex decis. 76. de rescript. in antiq.* Ægid. *decis. 600. incip. in causa mea,* Cassad. *decis. 12. n. 15. de præben.* Put. *decis. 17. n. 2. lib. 1.* Cæsar de Grass. *decis. 8. n. 2. de præben.* Peregrin. *dec. 129. in causa Hispalen. lib. 2.* Caputaq. 57. *part. 2.* in causa Romana Contractus 21. Aprilis 1567. coram bon. mem. Seraphino in Volaterrana Parochialis 8. Iunij 1590. coram Gipsio in Bisantina Vnionis 18. Maij 1602. coram dicto D. Seraphino in Compostellana Pensionis 7. Nouembris 1580. coram eodem in Vallesotana Iuris nominandi 8. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Coccino, & alibi sæpe.

6 Ad generales cõclusiones, quòd narratiua sit pars gratiæ, & semper subintelligatur clausula, si ita est, cum similibus, respondebatur, vt per Ægid. *d. decis. 4.* regulam sic se habere.

Sed limitari in casu proposito iuribus, & rationibus suprà deductis. Eodem modo respondebatur ad iura, & decisiones dicentes parte opponente omnia esse iustificanda, nempe esse intelligenda de iis, quæ mouerunt cõcedẽtem, & sine dubio tot decisiones, quæ sunt pro hac parte, fuerunt factæ etiam parte opponente.

7 Ad tex. *in d. c. si motu proprio. de præben. lib. 6.* de quo glos. ibi *verbo, taceatur,* facit magnũ festum ex eo quòd non distinguat, respõdetur non esse nouum quòd vna lex, quæ simpliciter loquitur, per aliã declaretur, & distinguatur quod sit manifestũ ex eo quòd ille tex. nec etiã distinguit casum *d. c. gratia,* & tamen omnes admittunt, quòd tex. *in dict. c. gratia,* non corrigatur per *d. c. si motu proprio,* quod in specie animaduertit additio ad eamdem glos. *verb. taceatur.*

8 Ad text. *in c. susceptum. de rescript. in 6. & in cap. cui de non sacerdotali. de præben. eodem libr.* respondet compilator *d. decis. 4. numer. 7. de rescript. in antiq.* verba ibi, stare taxatiuè, & limitatiuè, sequitur Felyn. alios allegans *in dicto capit. super litteris, n. 3. versicul. limita 4.* causa verò ob quam verba ibi stent limitatiuè, colligitur *ex d. c. cui de non sacerdotali, circa finem*, nempe, quia aliàs excederentur fines mandati.

9 Ex quibus videbatur posse tutè recedi à prædicta glos. *in cap. si motu proprio. de præben. in 6.* Accoramb *decis. 17. incip. in vna Hispalen.* Mohedan. *decis. 4. numer. 3. titul. qui fil. sint legitim.* cum aliis recentioribus, qui allegantur.

10 Quòd autem narratiua presbyteratus nec etiam faciliùs mouerit ad concedendum, Domini arbitrati sunt iungendo plura simul, primò, quòd huiusmodi beneficia,

quæ

quæ regulantur ad instar simplicium, ex allegatis in alia decisione, & bene per Caputaq. *decis. 50. lib. 2 in manuscript. passim*, & sine difficultate dantur non presbyteris, quæ consuetudo maximè attenditur ad istum effectum, Afflict. *decis. 116. incip. Princeps Bisignani, numer.* 4. facit decis. Put. 47 *numer. 4. & 357. numer. 3. lib.* 1. secundò hoc tanto magis in gratia, quæ non continet aliquam derogationem iuris tertij ad Cassad. *decis. 10. num. 3. de praeben.* cum allegatis in alia decisione; tertiò, quia est de beneficio in partibus Hispaniarum, in quibus largiùs proceditur propter multitudinem beneficiorum, & Carentiam deseruientium Romanæ Curiæ, quibus Papa intendit prouidere. Quartò, quia Gregorius obtinuit gratiam perinde valere, quæ licèt non retrahatur in præiudicium D. Gabrielis ex allegatis pro eo. Attamen potest deseruire pro argumento mentis Papæ, quia ex subsequutis declaratur, qualis fuerit mens ab initio. *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat.* 1. Alex. *consil. 64. n. 2. vers. praeterea posito. lib. 7.* & denique quia prouisio Gregorij fuit per resignationem ad sui fauorem, quo casu Papa solet esse facilior in concedendo Resignatario, ex quo beneficium minimè vacat ad fauorem alterius, quòd Rota in istis terminis ponderauit in causa Arboren. coram Peregrino relat. inter diuers. impress. *decis. 160. lib. 3. part. 3.* Quo fundamento cessat illud super quo præcipuè insistebant informantes pro D. Gabriele: nempe quòd Papa facilius prouidet qualificatis, & sic sacerdotibus, quàm simplicibus clericis, quia posset fortè habere locum in beneficiis simpliciter vacātibus, de quibus Papa potest disponere ad fauorem cuiuslibet magis benemeriti, secus in istis, quæ non vacant nisi ad fauoré resignatarij, Put. *decis. 523. n. 1. lib.* 2. Mohed. *decis. 8. de iurepatronatus*, cum concordan.

11 Quantum ad dolum cessante releuantia narratorum dicebatur facilè præsumi illud abesse, Ægid. *decisio. 4. numero* 2. & est trita conclusio etiam in aliis materiis, quòd cessante vtilitate præsumitur cessare dolus, & malitia, *l. & elegamer. §. final.* vbi Bart. not. *ff. de dolo*, Dec. *in cap. si autem, num. 2. de rescript.* Corn. *consil. 63. n. 9. vol.* 3. comprobatur hoc idem ex natura gratiæ, quæ non est de magnis. Vnde cessat verisimilitudo, quòd pro illa habenda Gregorius cogitauerit nouos modos, quod in specie ponderat Felyn. post Innocen. *in c. super litteris, num. 5. in princ. de rescript.* Et quatenus replicabatur ista non procedere in narratiua propriæ qualitatis, in qua nulla potest allegari ignorantia. Vltra quod plures ex decisionibus quæ pro hac parte allegantur loquuntur etiam in narratiua facti proprij, fuit responsum prout in alia decisione, conclusionem non applicari in hoc casu, ex quo impetratio fuit facta per procuratorem, licèt enim Rota moderna non admittat indistinctè *decis. 74. & 85. de rescript. in antiq.* propter multas fraudes, quę aliàs possent fieri, vt attestatur Crescen. *decis. 10. de praeb.* Attamen conclusio non videtur facere ex duobus. Primò, quia decis. Crescent. loquitur in subreptione eorum, quæ fuissent expressa, vel Papa non concessisset, vel saltem difficiliùs, vnde non faciunt ad casum de quo agitur, in quo cessat vtrumque ex iam dictis. Secundò non applicatur dicta decisio, quia concurrunt coniecturæ de quibus in alia decisione. Ex quibus redditur omnino inuerisimile, quòd Gregorius demandauerit fieri huiusmodi narratiua.

12 Ad illud quod Gregorius videatur ratificasse falsam narratiuam, ex quo fuit vsus gratia illam continente, fuit dictum ex suprà deductis habuisse iustam causam credendi huiusmodi narratiuam tanquam omnino superfluam, & quæ nullatenus mouit concedentem minimè sibi potuisse nocere.

PIROVANI.

Vratislauien. Spolij siue Prædiorum.
Veneris 4. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Ex summariis capias argumentum.
Farinac. Decis. lib. 2.

SVMMARIVM.

Probationes certum diem habentes præualent probationibus non habentibus certum diem, n. 1.

Dictio post, significat tempus, n. 2.

Testes deponentes de possessione intelliguntur deponere de possessione, prout est facti, & nō prout est iuris, n. 3.

Possidere nemo præsumitur rem, quam constat esse ab altero possessam, n 3.

Possidere vnam & eandem rem eodem tempore duo nō possunt, n. 3.

Possessionis desertio alio etiam existente in possessione, non minori spatio decem annorum præsumitur. n. 4.

Præsumtio non tollit aliam, & vehementer tollit minus vehementem, n. 6.

Probatio per testes non tollitur per præsumtiones, n. 6.

Notario attestanti in instrumēto de actu à se gesto non creditur, multo minus si attestetur de actu ab alio gesto extra eius officium, n 6.

DECISIO CCLXXXIX.

Domini dixerunt sententiam Rotalem esse confir- 1
mandam; quia Dominæ Catherinæ, & sorores ex sua persona iustificant primum extremum, quod est possessio bonorum post mortem patris, & eam probant depositiones secundi, tertij, & quinti testis optimè ponderatæ in decisione R. P. D. mei Manzanedi in hac causa facta 23. Iunij 1608. Nec obstant, quæ contra huiusmodi probationem pro parte Domini Abbatis obiiciebantur, scilicet genericam, & æquiuocam esse, dum testes deponunt sorores fuisse in possessione istorum bonorum per aliquot dies post obitum earum patris, quæ assertio verificari potest in vtroque tempore tam ante, quàm post Abbatis possessionem, propterea data probatione Abbatis certum diem habente tanquam certior in concursu præualere debet, Ias. *in l. 1. n. 4. vers. secundo singulariter limita ff. sol. matr.*

Nam tollitur obiectum, quia non est quæstio, quòd 2
verba illa possint ad diuersa tempora accommodari, sed de termino inchoatiuo in instanti post mortem Patris per quem initium possessionis filiarum certificatur, & de hoc initio bene videntur concludere illa verba, post obitum patris, quia significant tempus, quod sequitur Bart. *in l. 2. §. creditum. n. 7. ff. si cert. pet.* dicens, cùm mors sequatur in instanti clarum esse intellectum. quod dictio *post*, significat tempus, quod sequitur, & cum Bart. idem firmarunt, Purpur. ibi, *n. 41. & 42.* Curt. Iun. *n. 7.*

Ratione etiam hoc ipsum cōuincitur, dū in processu 3
est sermo de vtraque possessione sororum, & Abbatis, & eam intelligunt testes prout est facti, nō autem prout est iuris, glos. *in l. stipulatio ista, §. hac quoque, in verbo, stipuletur,* vbi Ias. *n. 4. ff. de verbor. oblig.* Dec. *cons. 56. n. 3. & 4.* & firmatur in decisione R. P. D. mei Manzanedi 23. Iunij 1604. Vnde non poterant secundùm sermonis proprietatem sorores dici possedisse per aliquot dies relatiuè ad tempus post violentam Abbatis possessionem, non per nouā apprehensionem, quia testes de eo non deponunt, non etiam per quandam continuationem, non obstante violento spolio; quia illa non præsumitur cōstito de possessione alterius, Rota diuer. *par. 1. decis. 681. n. 3. & p. 2. decis. 62. n. 6.* & sufficit alium esse in possessione, vt quis possidere non possit, quia impossibile est quòd vno & eodem tempore possessio sit apud plures, *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. possess.* Mohed. *de restit. spoliat. decis. 20. aliàs* 238.

Et hoc maximè videtur comprobari, quia testes non 4
dicunt indefinitè sorores possedisse post obitum patris, sed per aliquot dies, & sic terminatiuè, quo casu vidētur loquuti relatiuè ad tēpus violentæ possessionis, quo illi pauci dies terminabātur, non autē de tēpore post Abbatis possessionem, in quo non poterat considerari actus positiuus deseruiens pro termino paucorum dierum,

nec verè, nec præsumtiuè, quia possessionis desertio alio etiam existente in possessione non minori spatio decennij præsumitur, Bald. *cons.* 12. *n.* 11. *lib.* 1. Illustr. Mantica in Turritana Tertiarię 13. Aprilis 1592. vt igitur dicta testium secundùm proprietatem terminorum cóciliẽtur, videtur dicendum iustificatum esse initium possessionis sororum de tempore immediato post obitum earum patris, quod est anterius possessione Abbatis.

5 Non obstat postremò, quòd in instrumento apprehensionis de tempore captæ possessionis per Abbatem Notarius asserat Arrendatorem dixisse, quòd ignorabat mortem Thesaurarij, & idem deponat primus testis ad num. primum in summario, quæ assertio vehementem præsumtionem inducere videtur, quòd sorores actum veræ possessionis vsque tunc non venerit, quia similiter Arrendatarius de morte Domini fuisset informatus.

6 Respondetur, quòd vna quidem præsumtio tollit aliã, quando vna est altera vehementior. *l. diuus de in integr. restit.* Dec. *consilio* 470. *numero* 10. Tiraquell. *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, numero* 156. *Cod. de reuocand. donat.* sed ex sola præsumtione, quæ est certa, *l. vnica*, §. *accedit, in versiculo præsumetur, de rei vxor. act.* Menoch. *d. præsumtion. libro* 1. *quæstione* 8. *numero* 2. Surd. comprobans latè *decision.* 231. *numero* 24. præterea assertio illa Notarij non videtur afficere sorores cùm attestetur de pertinentibus ad officium, referendo dicta Arrendatarij: nam si Notario non creditur dum attestatur in instrumento de actu à se gesto, Afflict. *decision.* 48. *num.* 2. Ias. *consilio* 155. *numero* 12. *libro* 4. Becc. *consilio* 5. *num.* 5. minus erit illi credendum de alieno facto, nec vti testi hoc esset tribuendum, quia nec receptus, nec iuratus, & singularis; quia non etiam videtur adminiculari ex dicto primi testis, quia ille non deponit, Arrendatorem hoc dixisse, sed ex se affirmat, quòd ille nondum habuerat notitiam mortis Thesaurarij, cuius iudicium cùm potuerit esse fundatum super Notarij dicto, quia hoc ab eo intellexerit, eodem defectu laborare videtur, &c.

PIROVANI.

Comen. Habitus.
Mercurij 9. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ex quibus arguatur, ac probetur, testésque super nobilitate deponentes, quomodo deponere debeant ad hoc vt probent.

SVMMARIVM.

Nobilitas denigratur ab iis qui etsi nobiles sint, exercent tamen artes viles, aut mechanicas, n. 2.

Nobilitas arguitur ex probatione tituli, qui nobilibus dari solet ex possessione domorum honorificarum ex affinitate cum viris nobilibus, & aliis signis, de quibus n. 3.

Nobilis dicitur is quem communis hominum existimatio nobilem facit, n. 4.

Nobilitas arguitur ex eo, quòd quis in ciuitate habuit gradus, dignitates, & honores, nobilibus conferri solitos, n. 5. *& n.* 10.

Nobilitas probatur ex monumentis antiquis, insigniis, & armis, n. 6. *& n.* 8. *&* 9.

Chronicarum seu historiarum attestatio quam fidem faciat, n. 7.

Veritas ex naturalibus indiciis seu præsumtionibus maximè comprobatur, n. 10.

Probatio per indicia, & præsumtiones in antiquis sufficit, num. 10.

Testes in puerili ætate deponentes excusantur à contrarietate repugnantia, n. 11.

DECISIO CCXC.

Cvm latæ fuissent sententiæ Rotales super nobilitate, & ad fauorem D. Ioannis Antonij Lucini prætendentis habere requisita ex statutis, & Ordinibus Hierosolymitanæ Religionis, vt à susceptione habitus in ea, & receptione in fratrem minimè esset excludendus, superuenerunt in tertia instantia, & probationes ex parte scilicet Religionis detegentes qualitatem Notariatus in auo, & patre ipsius Ioannis Antonij repugnantem legibus ipsius Religionis, qua de re Domini proponente R.P. D. meo Marchomontio die 13. Februarij 1609. censuerunt sententias Rotales esse infirmandas. Verùm cùm denuo instaret Lucinus audiri an stabilimenta de Notariis obstarẽt ei in susceptione habitus, pręsupposito quòd in cæteris de requisita nobilitate constaret, Domini voluerũt, primo loco videre particulariter de præsupposito, scilicet an probetur nobilitas, quod sine difficultate non transibat. Tota n. probatio circa nobilitatem deducebatur ex testibus, instrumentis, historiis tum Mediolanensibus, tum Comensibus. 1

Testis scilicet primus deponit Franciscum auum paternum non fuisse Notarium, aut Procuratorem, & quod aliter esse non poterat, quia ipse testis sciuisset, vel dici audiuisset. Secundus testis deponit nunquam audiuisse prædictum Franciscum fuisse Procuratorem aut Notarium. Tertius testis contendit Franciscũ auum, nec Benedictum patrem exercuisse artem vilem, aut mechanicam, nec fuisse Procuratores, aut Notarios, & quòd si res aliter fuisset, sciuisset. Quartus verò expressè de auo non concludit fuisse Notarium, sed in genere firmat ante natos ipsius Ioannis Antonij, neque Notarios, neque Procuratores fuisse; ex quorum depositionibus non leue argumentum videbatur resultare ad posternandam eorum fidem; nam dum in ratione scientiæ super interrogatorio xxij. asserunt scire, *perche hanno domesticamente, & familiarmente conosciuto, & praticato con loro,* & ignorant qualitatem Notariatus, qui solet quotidie exerceri intra domesticos parietes, & ex publicis documentis vsque ad illius mortem exercuisse probatur, vel fuisse mendaces, vel de aliis verosimiliter non esse informatos, affirmandum erit, quæ excludere possint artes viles aut mechanicas, quibus nobilitas etiam generica denigrari solet, Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de dignit. libr.* 12. Socin. sen. *consil.* 246. *numer.* 3. *vol.* 2. Tiraquell. *tract. de nobilit. c.* 25. *n.* 8. 2

Instrumenta verò ac particularia loca ex historiis Bernardini Coyti, & Thomæ Portaeci, quæ dantur in Summario *numer.* 3. *&* 4. in quibus Lucini decorantur titulo Domini, & nobilis viri, & aliquos fuisse Episcopos enunciatur, ac alios maximi momenti delegatos fuisse non videbantur iuuare Lucinum in gradu probationis qui non probat se ab eis personis originem ducere, nec verè, quia de eius descendentia per gradus non docet, nec præsumtiuè, quia fortè habuerit latifundia, honorificas domos, affinitates cum viris nobilibus, amplas dotes, quæ omnia signa sunt antiquæ nobilitatis, Tiraquell. *de nobilit. c.* 2. *numer.* 28. Dec. *consil.* 26. *numer.* 3. Crauett. *consil.* 952. *numer.* 2. *vol.* 5. vt propterea inferri non possit per necesse modernum Lucinum ab aliis non potuisse originem ducere quàm ab enunciatis in supradictis instrumentis, & historiis, stante pluralitate familiarum de Lucinis, quæ probantur extare in Ciuitate Comi. 3

Quibus tamen non obstantibus Domini dixerunt Ioannis Antonij Lucini nobilitatem probari, quia testes dati in summario *numer.* 1. ac testes ipsius Religionis commissoriales, *numer.* 2. secundùm antiqua statuta *sub tit. de probationibus faciendis*, concludenter probant de nobilitate ex omnibus lateribus per bonas, & ad id probandum sufficientes rationes, scilicet, quia cognouerũt patrem, 4

patrem, auum, & auias huius paternas, & maternas nobiles, & nobiliter viuentes, & pro nobilibus fuisse communiter ab omnibus de illa Ciuitate tentas, & reputatas, is enim nobilis dicitur, quem communis hominum æstimatio nobilem reputat, Bart. *in l. 1. num. 97. C. de dignit.* vbi Ioann. de Platea sequitur Bart. Guid. Pap. *decis. 88. vers. sed quæro an Domini, col. antepenult.* Couarr. *lib. 1. var. resolut. cap. 16. num.* 10. Tiraquell *de nobil. cap.* 10. *num. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 67. num. 4.* & veram esse praxim probandi nobilitatem probando communem vulgi reputationem, voluerunt Bart. *in d. l. 1. num. 98.* & cum eo Ioan. de Platea, *C. de dignit.* & testes concludere in probatione si in ratione eorum dicti de communi reputatione deponant, apertè senserunt Felyn. *in cap. super eo, il secundo, col. 3. de testibus,* Tiraquell. *de nobil. cap.* 10. *numer.* 6. Socin. inter cons. Curt. Sen. *cons.* 18. Bonus à Cur. *in tract. nobil. par. 6. numer. 9.*

5 Addiderunt præterea ne huiusmodi communis reputatio sola opinione vulgi niteretur, sed in ratione fundata esset patrem, & auum Ioannis Antonij iuxta interrogatorium xviij. habuisse in ea Ciuitate gradus, dignitates, atque honores qui solis nobilibus conferri solebant, nominando dignitatem decurionatus, cooptationem in Collegium iuris peritorum eiusdem Ciuitatis, deputationem in Oratorem apud Præsidem Prouinciæ Mediolanen. quæ omnia ex necessario consequenti videntur constituere de nobilitate gradum probationis satis perfectum, Bar. *in l. 1. num. 97. C. de dignit.* Decian. *respons. 69. n. 50. volum. 3.*

6 Postremò eandem Ioan. Antonij nobilitatem confirmarunt autoritate Chronicarum in summario *n. 5.* & ex monumentis antiquis, ac insigniis, & armis familiæ de Lucinis, quæ cùm de cursu longæuo, ac antiquo, prout deponunt ipsi testes, ab annis 200. citra maximè conferunt ad probationem nobilitatis.

7 De autoritate Chronicarum scribunt Bart. *in l. 1. num. 22. ff. si cert. pet.* Alex. *num.* 34. allegans gloss. *in cap. inter dilectos, in vers. magis in glos. parua, de fid. instrum. & in cap. per venerabilem, in vers. transtulit, de elect.* Purpur. *num.* 152. *&* 156. amplians etiamsi autor huiusmodi historiæ de alieno auditu loquatur, & non tantùm de proprio sensu. Curt. sen. *cons. 76. col. 5.* Felyn *in cap. ex parte, il primo, de rescript.* Alban. *cons. 64. n. 28. vol. 1.* & videtur esse textus *in l. in quæstionibus, ff. ad l. Iuliam maiest.* vbi Salustij historiæ refertur.

8 Ex monumentis antiquis, & inscriptionibus factis in lapidibus, & columnis probant gloss. *in cap. cùm causam, de probat. cap. ad audientiam, il secundo, de præscript. cap. cùm olim, de cens. cap. sanè 24. quæst.* 2. quibus adductis ita respondit Bald. *in consil. 310. An patronatus. vol. 5.* declarando text. *in l. monumentorum, C. de relig.* subdens, ipsi enim lapides appellantur tituli, quibus est credendum nisi contrarium appareat ex quo longinquitate temporis fulciuntur, Bart. *in l. 1. in fine principij, ff. de bonorum possess. secund. tab.* Alber. *in l. in finalibus. ff. finium regund.* Marsil. *de reprobat. in rubr. numer.* 211. Crauett. *consil.* 158. *numer.* 4. referens Bald. *in d. consil.* 310. Rip. *in l. 1. numer. 73. ff. si cert. pet. & in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.*

9 Ex insigniis denique, & armis tradunt Anch. *cons.* 113. *n.* 4. dicens esse adinuenta vt memoria familiarum conseruetur; & propter insignia cognoscantur signata, Ioan. Anan. *cons. 86. num.* 2. vbi Bolognin. *in add. num.* 3. Purpur. *in l. 1. num. 156. ff. si cert. pet.* qui reprehendit Domin. *in cap. duæ sunt 45. distinct.* dicentem eum perdere meritum, qui ponit insignia sua super ornamentis, vel Capellis Ecclesiarum, quia hoc sine lucro fieri potest, vt probatio conseruetur.

10 Et quamuis Ioannes Antonius non probet se immediatè originem trahere ab illis nobilibus de Lucinis, qui enunciantur in Chronicis, vel in lapidibus sculptis reperiuntur, attamen dicta testium maximè videntur authentica, quia ex naturalibus indiciis, seu præsumtionibus veritas solet comprobari, Crauett. *consil.* 158. *n.* 11. & magnum præsefert nobilitatis indicium, quòd pater & auus ipsius Ioannis Antonij fuerint illis dignitatibus insigniti, quibus solùm veri nobiles decorantur, quæ nobilitas cùm non de ea quæ ortum habuit in patre, sed de antiqua ex sanguine intelligenda sit, consequens erit dicere, quòd ab antiquis illis nobilibus suam traxerit originem, & in istis antiquis quando indicia sunt certa, voluit etiam Bald. *in l. cùm semper, C. de rei vend.* & Roman. *consilio* 109. sufficere probationem per indicia, & Rota in vna Romana Pecuniaria coram bon. mem. Robusterio 22. Octobris 1576. inter impressas 92. *numero 3. part.* 1. tenuit probationem per verosimile esse sufficientem, maximè in iis quæ propter antiquitatem temporis, vel propter aliam rationem difficile est rem claram ac liquidam habere, Alban. *consilio 64. numero 28. vol.* 1.

Nec visum est obstare, quæ principio contra testes 11
considerabam: nam placuit Dominis responsio illa, quòd dum non apparet hunc Notarium fuisse adeò publicum quin potuerit ignorari ab aliquibus, vel quòd testes hoc sciuerint non possunt testes redargui de mendacio, nec pariter ob id dici malè informari, vt in cæteris eis fides non adhibeatur, tum quia erant in puerili ætate, quo casu datur probabilis excusatio eorum ignorantiæ, vt non adimatur fides dicto illorum, Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsumt. 23. numero* 15. affirmans testes contraria & repugnantia deponentes, licèt non probent, id tamen non procedere quando attestantur de iis, quæ propter ætatem sciri non potuerunt præcisè, quia tunc fit interpretatio, quòd dolo id non dixerint, tum etiam quia non desunt alij testes, quibus qualitas hæc mendacij impingi non potest, prout sunt testes remissoriales, qui de nobilitate Ioan. Antonij per easdem rationes concludunt.

Quo verò ad nobilitatem eiusdem Ioan. Antonij se- 12
cundùm nouissima Statuta Religionis per quæ Notarij, & à Notariis descendentes prohibentur in fratres recipi, Domini reseruarunt particulariter videre an obstet exceptio Notariatus, &c.

PIROVANI.

Mediolanen. Decimarum. Mercurij 9. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Testes, an, quando, & quomodo probent possessionem, præsertim in exactione decimarum.

SVMMARIVM.

Possessio probanda est tempore litis motæ ad effectum habendi mandatum de manutenendo. num. 8.

Possessio probatur ex instrumento locationis, & exactione pensionis num. 2. & 3. Vbi etiam dicitur ad probandam hanc possessionem sufficere solas locationes, num. 9.

Testes etiam non reddita ratione eorum dicti plenè probant, quando deponunt super eo, de quo habent particularem cognitionem, num. 4.

Possessio probatur ex instrumentis locationum inter locantem, & conductorem. n. 5.

Testibus deponentibus in specie, magis credendum, quàm deponentibus in genere. num. 6. Vbi declaratur an & quando testes dicantur deponere in genere, vel in specie.

Verba dicuntur specialia, quæ certum quid significãt licèt sub se multa contineant. n. 6.

Generi per speciem non derogatur, quando species non est contraria generi. num. 7. & 17. vbi ponitur regula

quòd generi per speciem derogatur.

Testis ab vna parte productus plenè probat contra producentem, n.7. & 12.

Prælatus Ecclesiæ, contrahendo non potest suæ Ecclesiæ præiudicare, n 8.

Confessioni Prælati statur etiam in præiudicium suæ Ecclesiæ, n.8.

Mandatum de manutenendo non requirit discussionem iuris an possessio sit legitima, nec ne, sed tantùm operatur manutentionem in eo statu, in quo existit, num.12.

Decimæ regulariter debentur Parochis de prædiis existentibus intra limites parochiæ absque alia probatione, quòd ad eos spectent, n.13.

Testibus conformantibus se cum iure communi, magis creditur quàm aliis, n.13. Declara vt n.14.

Mandatum de manutenendo regulariter datur possessori, n.15. Vbi præsertim quando pro possessione stat iuris assistentia.

Possessio iunior præsumitur clandestina, n.16. Declara vt d.n.16.

Possessio probatur ex perceptione fructuum, n. 18. Vbi ampliatur etiam quòd quis perciperet fructus per interpositam personam.

Testes dicentes vidisse aliquem possidere, & sic deponentes per verbum iuris, probent possessionem, quia intelliguntur deponere de insistentia, & de tentatione, num.19.

Testes singulares probant possessionem decimarum, numer.20.

Testis vnus probat in causa possessoria, n.20. Vbi præsertim concurrente præsumtione iuris.

Testes deponentes de facto proprio, & in eorum præiudicium plenè probant. n.21.

DECISIO CCXCI.

1 PRæpositus, & Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Victoris Terræ Varisij prætendentes mandatum de manutenendo in possessione exigendi decimas prædiales generaliter, vniuersaliter, & integraliter ex omnibus Terris existentibus infra limites pro maiori parte Villarum ex vigintiquinque constituentium Plebanarum: Rectores verò Parochialium earundem Villarum contendentes singulis intra fines suarum Ecclesiarum non esse denegandum mandatum de manutenendo in possessione exigendi integras decimas prædiales ab eorum Parochianis particularibus, causam per viam appellationis introduxerunt in Rota, & dubio per me proposito, cui Ecclesiæ sit dandum mandatum de manutenendo super decimis, Domini dixerunt vtrique parti dandum mandatum respectiuè. Fundamentum decisionis pro Collegiata fuit, quia, & per instrumenta, & per testes quasi possessio illius probatur exigendi memoratas decimas vniuersaliter ex omnibus Terris dictarum Villarum, quod est præcipuum in remedio retinendæ, in quo attenditur status de tempore litis motæ. *§. retinendæ, § hodie Instit. de interd. l. Attilius*, & ibi Castr. *de donat.* Verall. *decis. 198. part. 2.*

2 Nam quoad decimas Galliati dantur nouem testes in summario *num.* 1. bene concludentes & rationem eorum dicti circa actus possessorios appositè reddentes, scilicet, quia Præpositus, & Canonici decimas Territorij Galliati, modò vni, modò alteri locabant, & conductores eas integraliter exigebant; quæ duo vbi concurrunt reddunt circa possessionem perfectam probationem, Glos. *in l. qui vniuersa, §. quod per colonum, in verbo, colonum*, ibi, *idem fortè si colonus mercedem heredi soluerit, ff. de acquir. possess.* vbi etiam Bart. *versicul. ex qua solutione, & in l. quamuis, §. si conductor, versic. item oppone, ff. eodem tit.* Ang. *in l. quadam mulier, numero 3. ff. de rei vendic.* Bald. *in auth. quas actiones, num.18. C. de sacros. Eccles.* Gabr. *de locat. concl. 4. num. 5.*

3 Et eo concludentior redditur probatio cùm non solùm de multiplicatis locationibus concludant nominando conductores, quæ adhuc solæ sufficerent ad probandam possessionem, secundùm Socin. sen. *in consilio 187. n.16. vol. 2.* Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. quæst. 72. numero 573. versiculo declaratur secundo*, sed etiam Rectorem asserunt fuisse Arendatorem Canonicorum in exactione Decimarum Galliati, quæ locatio tanquam inter locatorem & conductorem absque effectuatione probaret. Rot. *in antiq. decis. 1. de fid. instrum.* Tiraq. *de iure constit. part. 3. in prima limitatione, num. 22.* Gabr. *in consil. 31. num. 9. vol. 1.* Pont. *de spol. lib. 2. cap. 14. num. 88. versic. pro instrumento locationis.*

4 Postremò quod illorum dictum magis authenticare videtur illud est, quia aliqui ex dictis testibus deponunt, scilicet quartus, & quintus proprio nomine portionem decimarum Galliati spectantem ad tres Canonicos conduxisse; septimus verò, & septimus testis deponunt quòd eorum genitores aliàs Canonicorum portiones conduxerant, vnde quoad istos non erat necessaria alia ratio dicti, tanquam particularem notitiam habentes, Felyn. *in cap. ad aures, num. 17. versiculo vnde in proposito. de rescript.* Pinell. *in l. 2. part. 3. c. final. num. 11. C. de rescind. vendit.* & fuit dictum in Calagurritana Beneficij coram R.P.D. meo Sacrato 10. Martij 1600.

5 His omnibus adduntur in summario iurium Collegiatæ *numer.* 1. duo instrumenta locationum cum R. Francisco Plantanida Rectore eiusdem loci Galliati de anno 1595. & 1599. pro decimis eiusdem Territorij, quæ absque effectuatione per solutionem probant inter ipsos contrahentes. Rota *in antiquis decis. 1. de fid. instrum.* Socin. sen. *consil. 89. num. 18. versiculo tamen contra conductorem, vol. 1.* Gabriel. *de locat. conclus. 4. num. 14.* & aliud instrumentum locationis de anno 1603. factæ in Iosephum Petrum, & Augustinum fratres de Dauerio iunctis confessionibus solutionum in die 8. Augusti 1604. quæ de per se sufficiunt ad implendam probationem, *c. cum venisset. de restit. spoliat.* cum aliis per Gabr. allegatis *conclus. 4. num. 2.*

6 Nec Dominis visum est releuare exceptiones quæ ex parte Rectorum contra testes & instrumenta Collegiatæ afferebantur, dum respectu testium dicebatur eos non deponere in specie, prout deponunt testes Rectorum, qui propterea præferendi erant, maximè quia ad fauorem Rectorum concludebant habentium de iure fundatam intentionem, vt aliàs firmauit Rota in vna Comen. Decimarum coram R.P.D. meo Ortembergo 19. Decembris 1604. nam prædicta distinctio circa testes non videtur posse applicari, quia licèt in eorum depositionibus loquantur de decimis integralibus, & vniuersalibus loci Galliati, illa tamen expressio adhuc dicitur specialis, ex quo certas decimas loci Galliati demonstrat, quamuis plures numero comprehendat, vt declarat Bart. *in l. 1. n. 17. & seqq. ff. de vulg. & pupill. substitut.* & ibidem Ripa *n. 67.* idem docuit Bald. *in c. cum dilecta, n. 24. de rescript.* cùm dicit verba specialia dici, quæ certum significant, licèt sub se multa contineant. idem respondet Cranett. *cons. 176. num. 6.* Bald. *in l. emtorem, n. 14. C. de locat. & conduct.* Alex. *cons. 140. num. 11. lib. 5.*

7 Nec indiuidua Rectorum probatio circa particulares petias terræ dicti loci Galliati videtur destruere probationem Collegiatæ, tum quia inter se compatibiles sunt istæ probationes, ex quo testes Rectorum distinguunt circa decimas antiquas, & decimas de noualibus antiquis, ac modernis, in quibus nouallibus dicunt versari ius decimandi ex parte Rectorum, quo casu generi per speciem non derogatur, quia species non est contraria generi. Bart. *in l. 1. §. hoc autem, numero 7. ff. de oper. nou. nunciat.* Franc. *in cap. generi, numero 1. de reg. iur. in 6.* Dec. *in l. in toto iure, numero 11. de reg. iur.* Cagnol. *numero 9.* Ang. *latissimè consilio 355. numero 3.* Menoch. *de præsum. lib. 6.*

libr. 6. presumt. 38. *num.* 14. qui *sub num.* 15. dicit sufficere quòd genus possit verificari in vna specie, ne per speciem illi derogetur, tum etiam quia circa antiquas decimas pro Rectoribus testes non deponebant, sed potiùs contrarium firmabat primus testis in summario *num.* 2. cui magis deferendum videtur vti à Rectoribus in testem producto, Roman *cons.* 104. *num.* 6. Crauett. *de antiq. temp. part.* 1. §. *quæritur etiam in hac materia, num.* 13. & 14. Ioseph. Ludouic. *concl.* 70. *vers. fallit primò*, Rota Lucen. *in nou. decis.* 34. *vers. nam tales doctrina*, Cæs. de Graff. *decis.* 7. *n.* 2. *de preben.* tum demum quia ex iuris assistentia non releuabantur probationes decimarum antiquarum, vt infrà dicam.

8 Dum verò contra instrumenta opponebatur, scilicet Rectorem Galliati conducendo decimas non potuisse suæ Ecclesiæ, nec successoribus præiudicare, Glos. *in cap. dudum, il secundo, in verbo, de veritate, in fin. de elect.* Afflict. *decis.* 168. *num.* 4. Menoch. *cons.* 39. *num.* 53. Redoan. *de reb. eccles. non alienan. q.* 23. *num.* 49. respondetur iuris conclusionem veram esse, sed non constare adhuc decimas à Rectore conductas spectare ad Parochialem Galliati, & interim standum est confessioni Rectoris, vt bene probat Bald. *in cons.* 375. *in fine lib* 2. loquens de recognoscente rem propriam in emphyteosim, qui interim sibi præiudicat, dum de contrario non apparet, & de assertione Episcopi dicentis Ecclesiam esse de iurepatronatus, quod attendi debeat, Rot. *decis.* 11. *de iurepatronat. in nou.* & fuit resolutum in vna Iacen. Portionis de Anio 4. Maij 1602. coram Illustrissimo Millino.

9 Tollitur, & secundus scrupulus, quòd non fuerint instrumenta locationum effectuata nisi post litem motam, de quo tempore antiqua possessio Rectorum non potuit interrumpi. Nam testes, vt superiùs dicebam, optimè effectuationem probant, & huiusmodi locationum instrumenta pro adminiculo earum depositionum deseruiunt, quod suffragatur ad probationem implendam, Bart. *in l. ad probationem, C. locat.* Felyn. *in cap. inter dilectos, num.* 8. *vers. item secus, de fid. instrum.* prout eadem ratione remouetur, & aliud obiectum, quòd instrumentum locationis loquatur de quota parte decimæ, ex qua Rectoribus nullum infertur præiudicium quoad totam decimã, Menoch. *in comment. de retinen. possess. remed.* 5. *num.* 57. & *seq.* quia satis est quòd testes coadiuuentur per instrumentalem quotæ partis exactionem ad veritatem possessionis Collegiatæ aperiendam.

10 Quo verò ad decimas loci Bodij, Capitulum, & Canonicos eas vniuersaliter, & integraliter exegisse, probant quartus, quintus, sextus, & septimus testes dati in summario *num.* 1. & firmantes eorum dictum per rationes quibus ad demonstrandam Galliati possessionem vsi sunt, & qui pro maiori parte fuerunt Arrendatores Capituli ipsius Collegiatæ, nempe quartus, quintus, sextus, & septimus habuit pariter genitorem Arrendatorem, & alios conductores nominant, qui iuuantur etiam ex instrumento locationis partis decimarum dicti loci Bodij dati in summario *numer.* 1. ac solutionem ficti decimarum in anno 1604. & idem concludunt de decimis Lumaghi, & Pombiani.

11 De decimis Acciati nouem pariter testes dati in summario *num* 3. concludunt Capitulum, & Canonicos exegisse vniuersaliter, & integraliter decimas illius territorij per rationes supradictas, quia viderunt locatas fuisse, & conductores eas exegisse nominando conductores decimarum per tempora, & pro maiori parte asserendo eosmet exegisse, quia fuerunt Arrendatores Canonicorum, & idem de decimis Bugugiati concludunt primus testis, septimus, & octauus, & pro decimis Biuoelli idem asserunt primus testis, & octauus in summario *num.* 3. & pro Vegono idem concludunt primus, secundus, tertius, quartus, & quintus in processu criminali *fol.* 4. vsque ad 21. repetiti in processu ciuili *fol* 35. *vsque ad* 34. quorum dicta videntur etiam adminiculari ex instrumentis locationum partis decimæ dictarum terrarum, iunctis instrumentis solutionum, quamuis post motam litem celebratis, vt in summario iurium *num.* 2. & 3.

Postremò de possessione Canonicorum, & Præpositi 12
exigendi Decimas ex terris, seu Villis Dauerij, Crossij, Malnati, Calcinati, Mustinati, Oltronæ, Loinati Casciaghi probant testes pro Rectoribus examinati, & dantur in Summario *sub numero* 5. 6. 7. 8. & 9. quibus plena fides contra eosdem Rectores datur, ex Roman. *consil.* 104. & aliis suprà allegatis: nam testes illi admittunt Præpositum, & Canonicos esse in possessione decimandi territoria prædictarum Villarum, sed nescire quo iure, quæ discussio non lædit in hoc iudicio summarissimo, in quo Iudex nihil aliud prætendit, quàm manutenere detentorem in eo statu in quo existit, Rota coram Robusterio in Romana Vineæ 23. Iunij 1581. inter impress. diuers. 641. n. 8. par. 1. ex quibus testium depositionibus accedunt instrumenta locationum, & solutionum factarum ab Arrendatariis, licèt post litem motam, quæ tamen pro adminiculo satis suffragari videntur, vt suprà diximus, scilicet pro territoriis Dauerij, & Crossij de parte Decimarum, vt in Summario *numero* 4. pro Malnate respectu totius Decimæ, vt in Summ. *numero* 5. pro Calcinate, & Mustinate de integrali Decima, vt in summ. iurium *num.* 7. & 8.

Nec Rectores videntur posse iuuari aduersùs hanc so- 13
lam Collegiatæ possessionem exigendi decimas ex dictis territoriis, quia habeant assistentiam iuris, vt scilicet decimæ de prædiis intra limites parochiæ Parochis debeantur de iure communi absque alia probatione, & quòd ad eos spectent, *cap. si quis Laicus, cap. statuimus.* 16. *quæst.* 1. *cap. à nobis*, vbi Cardin. *numero* 1. & Anton. de Butr. *numero* 4. *cap. cùm in tua, cap. cùm contingat, de decim.* Rebuff. *de decim. quæst.* 7. *numero* 4. Menoch. sequutus Rebuff. *consilio* 36. *numero* 20. & propterea eis sit danda manutentio contra Collegiatam, prout aliàs fuisse resolutum, dicebant informantes pro Rectoribus, & præsertim in Taurinen. Decimarum coram Illustriss. Seraphino vltima Aprilis 1604. qui dicit hanc opinionem, sæpius Rotam fuisse sequutam, nempe coram Illustriss. Mantica in vna Bononien. Sancti Petronij 28. Aprilis 1595. coram Illustriss. Pamphilio in vna Veronen. Iurisdictionis 18. Maij 1596. coram R. P. D. meo Penia in vna Montis Regalis 21. Octobris 1596. coram R. P. D. Litta in vna Vlixbonen. Iuris conferendi 27. Nouembris eiusdem anni 1596.

Nam Rota semper dubitauit de illa Taurinen. Deci- 14
marum coram Illustriss. Seraphino, & coram R. P. D. Penia Decano 30. Ianuarij 1606. eadem causa sæpius proposita noluit resoluere dandum esse mandatum de manutenendo, cùm ad effectum manutentionis requiratur probatio quasi possessionis. §. *retinendæ*, *Instit. de interdict.* Capic. *decis.* 189. *numero* 7. & hanc opinionem contrariam amplexa est in vna Reatina Decimarum coram R. P. D. bon. mem. Iusto 4. Decembris 1606. & Rota eam sequitur in hac positione; vltra quod regulæ de assistentia iuris non videntur hoc casu posse applicari, cùm de possessione Collegiatæ probetur, Roman. *cons.* 368. *num.* 15. Abb. *cons.* 71. *n.* 3. *part.* 2. Crauett. *consil.* 55. *in fine, versic. bene fateor.*

Fundamentum verò pro Rectoribus deducebatur, 15
quia ex testibus & instrumentis docent in indiuiduo de eorum quasi possessione exigendi decimas ex particularibus prædiis in singulis territoriis, in quibus pro Collegiata probata fuit generalis & integralis exactio, quæ sufficit rectoribus ad hoc, vt in iis prædiis competat manutentio, quæ datur regulariter possidentibus. §. *retinendæ.* §. *hodie. Instit. de interdict.* Castrens. *consilio* 3. *num.* 2. *vol.* 1. Neuiz. *consilio* 80. *n.* 3. Verall. *decis.* 198. *part.* 2. & fuit dictum in Romana Vineæ coram Robusterio 23. Iunij 1581. inter impressas 641. *part.* 1. quæ possessio eo magis videtur manutenibilis, quia rectores pro titulo allegant assistentiam iuris quam habent in decimis. *cap. cùm contingat. cap. cùm in sua, de decim.* Rebuff. *de decim. quæst.* 7. *numero* 4. Menoch. *consilio* 36. *num.* 20. per quam assistentiam possessio magis iustificatur, & aliquid plus præstare videntur rectores quàm Collegiata in hac particulari probatione, vt bene considerat Thesaur. *decisio.*

cis.106.in fin. & latissimè comprobat Menoch. *de retinend. remed.3.num.733.vers.decimus est casus.*

16 Nec obstat, quòd ista possessio rectorum sit iunior, & præsumatur clandestina, stante anteriori possessione Collegiatæ, quinimo non etiam absque scientia, & patientia Præpositi, & Canonicorum potuisse rectores acquirere aliquam possessionem, *l.2.* & ibi Bald. *num. 1. & 17. C. de seruit. & aqu.* idem Bald. *in cap. querelam, num. 8. de elect.* Cald. *cons.15. in fin. de iure patron.* Nam prædicta rectè procederent quatenus de anteriori possessione Collegiatæ constaret, quæ tamen ex testibus & iuribus pro eius parte non probatur in indiuiduo respectu particularium petiarum terræ, de quibus loquuntur testes, & instrumenta rectorum.

17 Nec possessio Collegiatæ percipiendi vniuersaliter & integraliter omnes decimas, videtur posse suffragari respectu locorum particularium, quia in solo iure generi per speciem derogatur, & possessio generalis decimarum totius parochiæ non comprehendit loca particularia ab aliis possessa, vt sæpius fuit resolutum, præsertim in vna Toletana Decimarum 17. Nouembris 1603. coram R. P. D. meo Coccino, & in alia Comen. Decimarum coram R. P. D. Ortembergo 3. Maij, & 29. Nouemb. 1604.

18 Quod verò ex testibus dictis in Summario, & ex processu, & instrumentis probetur rectores exegisse Decimas in particularibus petiis earundem Villarum, in quibus animarum curam exercent, hoc satis apertè demonstratur, quia per testes nominantur singulæ petiæ terræ de singulis territoriis cum qualitatibus, vt in cedula in calce decisionis registrata, per quas de eorum identitate cõstare potest, & testes reddunt bonã rationẽ circa actus possessorios, quia viderint rectores exigere, quia audierint à maioribus suis dicere, quia per quadraginta annos fuerint rectores in pacifica possessione; actus enim percipiendi fructus ad possessionem pertinet. *l. Titia ff. de solut. l. 2.* vbi Bart. *ff. de acqu. poss.* Bald. *in l.3. num.4. vers. quæro qualiter, C. fin. regund.* Menoch. *in com. retinen. remed. 3. quæst. 72. numer. 564.* Pontan. *in tract. de spol lib. 2. cap. 14. numer. 82.* Quod procederet etiam quando alter nomine Rectorum decimas percepisset, puta per famulos, vel conductores, admittit Rip. *in l. 1. numer. 108. versic. sed tu considera, ff. solut. matrim.* post Aret. & alios quos allegat.

19 Depositio autem testium per verbum, *iuris*, quòd fuerint Rectores in pacifica possessione, rectè deseruit eorum intentioni, etiamsi dixissent, quòd viderint eos possidere, quia verba illa sunt intelligenda de insistentia, & detentatione, Abb. *in cap. literas, de restitut. spoliat.* Innoc. *in c. cùm causam, de testib.* & fuit resolutum coram R. P. D. Manzanedo in vna Vladislauien. Prædictorum 23. Iunij 1608.

20 Nec obstat, quòd testes dati pro Rectoribus pro maiori parte sint singulares, qui regulariter non probant: nam tollitur obiectum, tum quia in probatione decimarum admittuntur testes singulares, Specul. *in tit. de inquisit. §. primo, vers. & prodest, num. 18. & in tit. de teste, §. iam de interrogator. vers. hinc est, n. 13.* Riminal. Iun. *cons. 7. numer. 42. & 77. & 79. vol. 1.* Tum etiam, quia sumus in causa possessoria, in qua sufficit probatio per vnum testem, Bart. *in l. 1. C. quorum bonor. & in l. 2. §. fin. C. vbi in rem actio.* Dec. *in cap. cùm causam, num. 4. de probat. & in cons. 56. numer. 1.* Matthesil. *sing. 2. numer. 8.* Gabr. *de testib. concl. 1. numer. 23.* & maximè vim plenæ probationis obtinere videntur, quia sunt adminiculati ab assistentia iuris, quæ considerabilis est in hoc genere probationum, vt in Comen. Decimarum coram R. P. D. meo Ortembergo 29. Nouembr. 1604.

21 Ac pro maiori parte deponunt de facto proprio, & sibi ipsis præiudiciali, scilicet quia ipsi, & eorum maiores soluebant de propriis prædiis, quibus eo casu plena fides adhibetur, Castren. *in l. quicunque. C. de seru. fugit. & in l. si debitorem, in fine. ff. de nouat.* Crauett. *consil. 178. numer. 7.* & latissimè Gabriel *d. conclusi. 1. num. 18.* Tanto magis, quia testes Capituli in hac particulari probatione nihil deponunt, vt bene considerat Abb. *in cap. proposuisti, num. 1. de probat. in cap. canonum statuta, de constit.* quos refert idem Matthesil. *not. 2. num. 8.* Cæterùm de probatione resultante, ex libris Rectoribus Aeciati circa particulares petias terræ dicti loci, cùm dubitetur de eorum identitate, poterit particulariter videri si opus erit. Atque ita conclusum, &c.

PIROVANI.

Romana Hæreditatis. Lunæ 14. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Instrumentum non falsum, sed verum præsumitur, & qui illud falsum dicit, probare debet, & alia nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Liber rationum Mercatoris, seu Aromatarij probant ad fauorem tertij, num. 1.

Liber Rectorum Ecclesiæ, in quo sit descripta mors sepultorum plenè probat, num. 1.

Actum frustratorium facere nemo præsumitur, numero 2.

Confessio emanata ab informatis continens factum possibile secundùm naturam, & secundùm ius nocet confitenti, num. 3.

Verbum circiter, de paucis mensibus, non de integro, vel vlteriori anno intelligendum est. num. 3.

Probationes validiores in concursu attendi semper debent. num. 4.

Instrumentum inter aliquos factum non præiudicat tertio, intellige in concernentibus præiudicium ratione contractus, non autem quoad veritatem narratorum in instrumento, num. 5.

Instrumentum præsumitur verum, validum, & solemne; & dicenti quòd sit falsum incumbit onus probandi, num. 5.

Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, num. 6.

Falsitatis suspicio oritur ex actu, & modo insolito, num. 7.

Tempus probandum est ab eo, qui fundat se in illo, num. 8.

DECISIO CCXCII.

Domini steterunt in decisis, rationibus in alia decisione adductis, quibus etiam addebant probationem legitimitatis Vincentiæ, maximè coadiuuari ex partitis fundaci Aromatarij, & orphanorum datis in summario *num. 12.* Quæ omnes percutiunt tempus habile, scilicet 26. Martij 1592. quo decessit Hercules Brambilla, & probant seniorio etiam statuto, vel consuetudine arbitrio Iudicis, Salyc. *in l. 1. num. 9. vers. quæro, 2. C. de edendo,* Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 91. in primo,* Couar. *pract. quæst. c. 22. num. 8.* & de libro Aromatarij apertè non dissentit Anchar. *cons. 388. num. 10,* sed tunc cùm de eius commodo agatur de libro Rectorum alicuius Ecclesiæ, in quo sit descripta mors sepultorum, tradunt Crauett. *de antiq. temp. p. 1. §. vidimus, num. 1.* Ioseph. *decis. Perus. 12. num. 17. p. 1. & in sua conclus. 19. vers. ampliat. 24.* 1

Quæ maximè etiam videbantur procedere attenta additione hæreditatis d. Herculis facta per Margaritam 2

tam vxorem in die 17. Aprilis eiusdem anni 1592. cum Inuentarij confectione, quod cùm intra terminum à statuto Vrbis præfixum perfectum fuerit; consequitur multum inuerisimile esse, quòd Hercules decesserit de anno 1591. quia, nec inuentarium profuisset, & tanquam extra terminum fine fructu remansisset, & tamen nemo præsumitur facere actum frustratorium, *l. 1. in fine, ff. ad munitip. l. vnica, C. de thesaur. libr.* 10. Ruin. *conf. 42. numer.* 8. *libr.* 4.

3 Vrgebat, & præterea confessio ipsarum coniugum, Honuphrij scilicet, & Margaritæ in instrumento matrimoniali, die 13. Nouembris 1594. asserentium Vincentiam esse tunc in infantili ætate & in secundo suæ ætatis anno vel circiter constitutam, quæ confessio maximè conuenit probationi mortis de die 26. Martij 1592. & nocet tanquam emanata ab informatis, & continens factum possibile secundùm naturam, & secundùm ius, glos. *in l. confessionibus, ff. de interrog. act.* Roman. *conf.* 520. *num.* 10. Surd. *conf.* 403. *num.* 79. Ita vt non sit præsumendus error vnius anni, cùm verbum, *circiter*, de paucis mensibus, non de integro, vel vlteriori anno sit intelligendum, *l. non tantùm, ff. de excus. tut. l. hac adiectio, ff. de verbor. signif.* glos. *in cap. attestationes, de despons. impub.*

4 Nec in libro Parochi, aut in fide ab eodem libro extracta, & per eandem Margaritam antequam nuberet Honuphrio exhibita, Domini aliquod fundamentum constituerunt, tum quia, vt in alia decisione fuit dictum, non carebat suspicione alterationis, ex illius inspectione, tum etiam quia ex libro orphanorum, & mercatorũ, & instrumento augmenti dotis probabatur Herculem non fuisse inter mortuos, relatum de anno 1591. quæ probationes, vti validiores in concursu magis attendi debent, *c. cùm contingat. de offic. deleg. c. in nostra, de testib.* Anchar. *conf.* 388. *num.* 13.

5 Responsiones autem, quæ afferebantur contra dictum instrumentum augmenti dotis, vnde desumitur probatio superuiuentiæ d. Herculis, non videbantur obstare: nam quòd contra Honuphrium instrumentum fidem nõ faciat, quamuis præiudicet contrahentibus, ex Alexand. *conf.* 50. *num.* 8. *col.* 5. procedere videtur in concernentibus præiudicium ratione contractus; quo verò ad veritatem narratorum in tali instrumento, quòd sit talis, vel Titius qui contrahat, vel tutor, vel hæres, hoc passim omnibus in probatione deseruit, cùm instrumentum præsumitur verum, validum, & solemne, Bald. *in capit. illud. circa finem. de præsum.* Ias. *in l. si post diuisionem, in princ. C. de iur. & fact. ignor.* Grat. *consil.* 11. *numer.* 3. *vol.* 2. *& consil.* 20. *& consil.* 126. *numer.* 2. *vol.* 1. Ita vt contradicenti, vel quòd sit falsum, vel per suppositã personam celebratum, incumbat onus probandi, Rim. Sen. *consi.* 407. *numer.* 1. *vol.* 3. & probationes debent esse releuantes, vbi agitur de delicto iustificando, *l. si quando, in verb. patefacta*, & ibi Bart. *post num.* 2. *vers. item oppono, in fine*, & Ias. *in* 4. *notab. numer.* 12. *C. vnde vi.* Abb. *in cap.* 1. *in fine*, & ibi Dec. *vers. postremo, de offic. deleg.*

6 Nec sufficiunt leuiores, & minus concludentes coniecturæ, quæ pro Honuphrio allegantur, scilicet enunciatio dotis Margaritæ in sc. 300. quæ tamen ex publico documento apparet fuisse scutorum 250. quem errorem nõ commisisset verus Hercules, si verus interfuisset: nam enunciatio prædicta ita specialiter concepta, non legitur, sed cum adiectione, & aliàs prout in actis D. Fabricij Palmerij Notarij publici, seu alterius Notarij, ad quem, &c. quæ relatio saluat enunciationem ab errore, quia ratione adiuncti certificatur ob id, quòd relatum semper dicitur in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. à se toto, ff. de hæred. instit.* & relatio inducit repetitionem omnium cum suis qualitatibus; *l. à filio, §. testator, cum §. seq. ff. de alim. & cib. legat.* Bart. *in l. si quis seruum, §. vltimo, de leg.* 2. *& in l.* 1. *ff. de receptator.*

7 Secunda verò coniectura pariter visa est tenuissima, dum dicebatur instrumentũ eo tempore fuisse confectũ, quo Vincentia præsupponit Herculem moribundum decubuisse, & decessisse intra duo dies, & tamẽ Notarius nullam fecit infirmitatis mentionẽ, cum solita clausula, sanus mente, sed corpore languens; vnde iste modus insolitus præbere videtur suspicionem falsitatis, *cap. quàm graui, de crim. fals.* sed tollitur vis argumenti, quia licèt apponi soleat in testamentis infirmorum, huiusmodi clausula ad excludendum mentis alienationem propter morbum, in contractibus tamen solita non docetur, nec omissio vitiat, *c. cùm dilectus. de success. ab intest. l. sanum mente, C. de transact.* vbi Bald. notat.

8 Postremò non obstant deducta contra præsumtionem, *l. miles, §. defuncti, ff. de adult.* tam ex eo quòd Vincentia non possit dici procreata ab ipso Hercule ob impotentiam coëundi, quia cœpit ægrotare ante tempus conceptionis d. Vincentiæ, quam ex assertione ipsius matris, quæ defuncto Hercule adiuit eius hæreditatem die 17. Aprilis 1592. asserendo, quòd decesserat nullis relictis filiis, & tamen non poterat ignorare se tunc esse grauidam: nam de tempore continuato infirmitatis non docetur, prout erat articulandum, & probandum tanquam de substantia, quando vis sit in eis, vt bene probauit loquens de infirmo, Anchar. *consilio* 338. *numero* 10. dicens non solùm de die in diem, sed de hora in horam esse probandum, & regulare est, qui se fundat in tempore certo, & præciso, tenetur illud probare, glos. *in l. actum*, vbi Bart. *ff. de neg. gest.* Dec. *in cap. in præsentia, num.* 13. *de probat.* latissimè Surd. *decis.* 75. *num.* 10.

9 Omissio autem notificationis, quòd gestaret in vtero filiam Herculis, non offendit Vincentiæ legitimitatem, nec verè, nec præsumtiuè, tum quia in die aditionis 17. Aprilis 1592. adeò fœtus recens erat, vt non facilè se grauidam cognoscere posset, Bald. *in l. decreto, numero* 2. *propè finem, C. ex quib. caus. infam. irrog.* Tum denique quia, & proprio iure, hæreditatem poterat adire, quippe quæ ex nullis existentibus agnatis à lege delata, *auth. præterea, C. vnde vir & vxor*, Corn. *consilio* 324. Vnde quomodo hæreditas fuerit adita, semper habuit causam illam adeundi ob quam tollitur omnis sinistra interpretatio. Atque ita vtraque parte informante fuit resolutum.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Cæsaraugustana Pensionis.
Veneris 18. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Clericus contrahendo matrimonium amittit pensionem, & quid si fuit dispensatus à Papa, vt pensiones retineat non obstante matrimonio contrahendo cum quacumque muliere, an comprehendat etiam matrimonium contractum cum vidua.

SVMMARIVM.

Clericus contrahendo matrimonium non amittit pensionem ex indulgentia, & dispensatione Papæ, num. 1. *declara vt num.* 6.

Mulieris appellatione venit etiam vidua, num. 1.

Quicunque, verbum est generale, & vniuersale, & suam retinet significationem, includitque ea quæ aliàs sub simplici dispositione non includerentur etiam materia stricta dispensationis, num. 2.

Dispensatio ad beneficia continet etiam beneficia curata, & Cathedrales quando fuit dictum ad quæcumque beneficia, num. 3.

Verba vniuersalia & generalia sunt generaliter & vniuersaliter intelligenda, quando præsertim aliàs nihil operarentur, num. 4.

Clerici

Clerici coniugati cum virgine incedentes in habitu & tonsura retinent priuilegium fori, num. 5. declara vt num. 6.

Clerici contrahentes matrimonium etiam cum virgine amittunt pensionem. n. 5.

Dispensatio Papæ, vt Clericus possit retinere pensionem non obstante matrimonio per ipsum cōtrahendo cum quacumque muliere, intelligitur etiam de muliere vidua, n. 6. 7. & 8.

DECISIO CCXCIII.

1 PEr contractum matrimonij inter Petrum Ximenez de Morillo Clericum Cæsaraugustanum, & Antoniam Ximenez de Aragues, non fuisse extinctam pensionem ad fauorem eiusdem Petri reseruatam, Domini censuerunt, moti ex indulto, & dispensatione eidem per fel. record. Clementem Octauum concessis: vt pensiones ibi expressas retinere liberè & licitè valeat, etiamsi matrimonium cum quacumque muliere (nullo sibi iure prohibita) contraxerit, & carnali copula consummauerit. Quæ verba indulti sunt apta comprehendere etiam viduas; tum ponderando verbum, muliere, quod verificatur etiam in vidua, *l. mulieris appellatione*, cum ibi notatis, *ff. de verbor. significat. l. ex ento, §. si quis virginem, & ibi glos. in verbo, mulier, ff. de actio. em.* cum aliis allegatis.

2 Tum ponderando verbum, *quacumque*, quod est generale, & vniuersale, *cap. solita, in fine*, ibi, *quodcunque*, & ibi Abb. *in vlt. notab. de maiorit. & obedient.* cum latissimè adductis per addentes ad Roma. *cons. 31.* & omnes mulieres etiam corruptas comprehendit, ac suam retinet significationem, etiam in materia strictæ dispensationis, Calderin. *cons. 1. de consanguin. & affinit.* Felyn. *in cap. postulasti, num. 8. de rescript.* Aym. *cons. 308. num. 3.* & fuit resolutum in causa Faren. Pensionis 14. Aprilis 1578. coram bon. mem. Clemente Octauo, & per consequens includit ea, quæ aliàs sub simplici dispositione non comprehenderentur. glos. *in Clement. 2. de vit. & honestat. Cleric. in Clement. 1. in verbo, vbicumque, de iudi.* Roman. *d. cons. 31. num. 2.* Sarnen. *super reg. de trienna. quæst. 2. col. 2. vers. tamen istis non obstantibus.*

3 Sicut in dispensatione ad beneficia, in qua licèt non veniant curata, & cathedrales, si tamen dispensatio sit ad quæcumque beneficia, illa nihilominus comprehenduntur, Rota *decis. 2. ante finem, vers. si verò dispensatio. de fil. presb. in no.* Sarnen. *d. quæst. 2.* cum allegatis per addentes *ad d. cons.* Roman. *31. vers. tertiò facit*, & pluries fuit decisum in Rota, & quòd dispensatus ad retinendam pensionem (etiamsi contrahat matrimonium cum aliqua muliere sibi bene visa) possit contrahere etiam cum vidua, fuit resolutum in causa Oscen. & Barbastren. Pensionis 24. Ianuarij 1602. coram me.

4 Quæ comprobantur in hoc casu, tum quia aliàs verbum illud quodcumque, staret sine effectu, & nihil operaretur, quod non est dicendum. *l. si quando, ff. de leg. 1. cap. si Papa. de priuileg. lib. 6.* neque in materia dispensationis, Gam. *de off. & potest. leg. de lat. lib. 10. num. 273.* tum quia per verba subsequentia, nullo sibi iure prohibita, apparet Papam voluisse excipere mulieres de iure prohibitas, quæ exceptio firmat regulam, quoad alias mulieres non exceptas, iuxta notata *in l. 1. ff. de reg. iur.*

5 Hæc autem restrictio per dicta verba, nullo iure prohibita, non fuit apposita ad excludendum corruptas, sed referuntur ad impedimenta iuris canonici, nempe consanguinitatis, & similium. Voluit enim Summus Pontifex, respectu facultatis retinendi pensiones vti verbis generalibus comprehendentibus quamlibet mulierem, nec curauit quænam esset mulier, cum qua nuberet: non tamen voluit dispensare ad contrahendum in gradu, vel casu prohibito, cum enim in hoc nollet aliquid indulgere, apposuit verba nullo iure prohibita, quod suadetur cum ratione vitandæ contrarietatis, vt scilicet hæc verba nullo iure prohibita, possint compati cum verbo quacumque, suprà ponderato, tum quia licèt Clerici coniugati cum virgine, incedentes in habitu, & tonsura, retineant priuilegium fori, & canonis, *si quis suadente diabolo, c. 1. de Cleric. coniug. lib. 6.* tamen ad effectum, vt pensiones extinguantur per contractum matrimonij, ita extinguuntur si clerici contrahunt cum virgine sicuti contrahunt cum vidua, Gig. *de pension. quæst. 54.*

Non obstat quòd per bigamiam amittatur priuilegium clericale, & facultas retinendi pensionem, non obstante matrimonio non operetur, vt possit retinere sine clericatu, quia per bigamiam non amittitur clericatus cùm sit character, qui imprimitur in anima, nec potest deleri, *c. 1. de bigam. in 6.* vbi non dicitur quòd bigamus non sit clericus, sed solùm quòd est nudatus omni priuilegio: licèt autem per contractum matrimonij cum vidua amittatur priuilegium clericatus, tamen Papa non habuit in consideratione huiusmodi amissionem. Quod patet ex eo, quia voluit Petrum retinere pensionem, non obstante quòd non incideret in habitu, & tonsura, quo casu non gaudet priuilegio clericatus, vt *in c. 6. sess. 23. Concil. Tridentin.* Et ideo quicquid sit quando pensio datur ratione clericatus, vt in decis. Put. *459. lib. 2.* & quando quis non habet ordinem clericalem, quo casu procedit decis. in causa Terulen. coram D. meo Decano, secus est quando quis est clericus, licèt priuilegium clericatus amiserit, & quando in facultate retinendi pensiones, non consideratur, quòd gaudeat priuilegio clericali, & sic etiam tollitur, quod dicitur Papam appellasse Petrum Clericum, quia vltra quod demonstratiuè, non restrictiuè, verum est quòd Petrus est clericus, licèt priuilegia clericatus non habeat. 6

Non obstat, quòd verba, *cum quacumque muliere*, possint intelligi de muliere nobili, vel ignobili, sene, vel iuueni, & similibus, quia istæ qualitates non considerantur ad effectum matrimonij, & ideo debent verificari circa qualitates considerabiles, & comprehendere etiam viduas, ex suprà deductis. 7

Deducta ex decisione Placentina coram Illustrissimo Blanchetto, quòd dispensatio ad retinendum pensionem non obstante contractu matrimonij, non extendatur ad secundum matrimonium, non applicatur, quia Petrus non reiterauit matrimonium, sed tantùm prima vice contraxit, & licèt dicatur bigamus interpretatiuè, non tamen sequitur quòd fecerit duos actus, ita vt dispensatio fuerit in primo consumta, *ex reg. l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. obligat.* in qua fundatur allegata decisio Palentina. 8

REVEREND. D. ORTEMBERGHI.

Ferrarien. Matrimonij. Veneris 18. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, vt de falso redarguatur, & reprobetur per testes, debent isti testes reprobatorij esse omni exceptione maiores, & alia plura de testium fide, & probatione, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Testis inimicus, & odiosus fidem non facit, n. 1.

Testis famulus, & salariatus à testimonio repellitur, n. 2. declara vt n. 10.

Testis procurator non probat pro suo principali, num. 3. declara, vt n. 10.

Testis qui procurat, & sollicitat in causa examinari alios testes habet contra se maximam suspicionem, & affectionem erga causam, num. 4. declara, vt num. 10. & num. 11.

Instrumen

Instrumentum non potest reprobari per testes qui non sint omni exceptione maiores, numer. 4. declara vt num. 5.

Testis vt dicatur omni exceptione maior, superare debet omnem exceptionem quantumcumque friuolam, n. 4.

Testis sollicitator in causa, & non salariatus repellitur à testificando, n. 6. & 7.

Testis sollicitator in causa non repellitur à deponendo pro alio quàm pro eo à quo fuit deputatus, n. 8.

Testes instrumentarij plenè probant non obstantibus exceptionibus cõtra eorum personas oppositis, nisi superuenerunt post factum instrumentum, n. 9.

Testes inhabiles, an in totum à testimonio repellantur, an verò illis sit danda aliqua fides cum diminutione, arbitrio Iudicis remissum est. n. 10.

Testibus subministrandæ sunt expensæ, quando veniunt ad se examinandum, n. 11.

DECISIO CCXCIV.

1 POstqoam in hac causa decisum fuit sexta Februarij 1609. matrimonium, de quo agitur, contractum fuisse per verba de præsenti, fuerunt examinati aliquot testes, quorum depositionibus exhibitis, Veneris 12. Februarij proximè præteriti fuit propositum dubium an recedendum à decisis, quo tempore non potuit capi resolutio, sed mandatum fuit concordare summarium, & causam iterũ proponi, & placuit primò discuti exceptiones cõtra testes, quorũ vnus nomine Petr. Ant. Lima, erat instrumentarius, alter verò Tibertius Cerolus extra instrumentum; cõtra Tibertium fuit oppositum, quòd scripserat literas ad Serenissimum Ducem Vrsini, & ad Comitem Hippolytum Rouerellam, dicendo valde malè de isto matrimonio, vnde colligitur eius odium, quod omnẽ illi fidem abrogat, Crauett. *consil. 6. n. 32.* Cephal. *consil. 204. n. 15. cum duobus seqq. lib. 2.*

2 Deinde quòd per quatuordecim annos circiter inseruierit, vti œconomus, negotiorum actor, & Procurator Comiti Ioanni Patri D. Iuniperæ conuenta mercede octo scutorum menstrua. Ideoque vti familiaris, & salariatus sit repellendus, glos. *in capit. litteris, in verbo, de familia, versic. familiares*, vbi mercenarius, *de testib. l. 2. C. eodem tit.* Laurent. de Pino *consil. 44. num. 18.* Gabriel *de testib. concl. 10.* Put. *decis. 4. num 1. & seqq. lib. 1.* Vbi plures proloquitur quòd concurrente familiaritate cum mercede, mercenarius non potest esse testis, quicquid sit in famulo, qui seruit sine salario, & in mercenario sine cohabitatione.

3 Accedit quòd alij duo fratres sunt in continuo seruitio Comitis Ioannis, quorum vnus est domesticus, & cohabitator, alter Procurator in Hospitali Bondini. Propterea obijciebatur, quòd exercuisset officium Procuratoris comparendo in iudicio contra D. Iulium Cæsarem, & sic nihil probat, *capit. Romana, de testibus, lib. 6.* & quamuis diceretur illum non seruisse D. Iuniperæ, sed Comiti Ioanni Patri, tamen ipsemet nominatim fatetur se quoque seruisse D. Iuniperæ, vltra quod Comes Ioannes etiam est principalis in hac causa.

4 Deinde obijciebatur, quòd cùm Lima altero teste, & Com. Valerio Rouella, qui prætendit D. Iuniperam in vxorem, accessit Fanum, & ibi procurauit, vt alij testes se examinarent in hac causa contra D. Iulium Cæsarem, quod inducit maximam suspicionem, Crauett. *dict. consil. 6. num. 34.* Hippolyt. Marsil. *in l. vnica. §. seruo vlteo.. numero 6. ff. de quæst.* probat affectionem erga causam, & patrem, idcòque non probant, vt fuit dictũ in Clusina pensionis 27. Maij 1575. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, quibus addebatur instrumentum, quod facit probationem probatam non posse infringi per huiusmodi testium depositiones, cùm ad hoc quando testes non sunt adscripti in instrumento requiratur vt sint omni exceptione maiores, Bartol. *in l. 1. §. si quis neget, numero 12.* *ff. quemadmodum test. aper.* & ibi Imol. Bald. & Saly c. *in l. exercendi. C. de fide instrum.* Felyn. *in c. cum Ioannes, num. 44. eodem.* Alexand. *consil. 54. num. 2. libr. 7.* Natt. *consil. 95. num. 10.* iste autem testis non potest dici omni exceptione maior, quia ex prædictis apparet illum habuisse affectionem erga vnam partem, & odium erga alteram, quorum alterutrum sufficit, Alex. *consil. 146. numer. 30. lib. 5.* ad hoc autem, vt dicatur omni exceptione maior, superare debet omnem quantumcumque friuolam exceptionem, adeò quòd nulla sibi macula impingi possit, glos. *in §. item verborum, in verbo, idoneos, Instit. de inutil. stipulationib. & in c. 1. in verbo, maiores, de consanguinitate, & affinit.* & not. *in l. optim. C. de contrah. stipul.*

Farinac. Decis. lib. 2.

Non obstat quòd Rota non seruet istum rigorem, 5 dummodo testes sint idonei, vt asseritur fuisse dictum in Bononien. Census 19. Nouembris 1598. coram R. P. D. Decano, quia ad hoc tantùm allegatur decisio in causa Parmen. Status Mercurij 5. Iunij 1596. coram bon. mẽ. Cardinali Seraphino, in qua non reprehenditur, sed declaratur dictum generale, quòd testes reprobatorij debent esse omni exceptione maiores, & dicitur procedere ad reprobandum instrumentum, & ita intelligendum esse Probum ad Monach. *in c. 1. numer. 11. de testibus in 6.* dum dicit quòd probationes reprobatoriæ debent esse manifestissimæ in superlatiuo, loquitur enim de qualitatibus testium requisitis ad reprobandum instrumentũ, vt patet ex numero præcedenti, non autem generaliter in omnibus testibus reprobatoriis, sed iste testis neque idoneus dici potest cùm sit familiaris, & salariatus, *d. c. ex literis, & alijs suprà allegatis.*

Contra Petrum Antonium Limam testem instrumentarium ferè eædem exceptiones opponebantur, in specie 6 autem quòd fuerit sollicitator in hac causa, vt ipsemet deponit, iuxta quintum, *& mi ricordo, che in questa causa nella quale mi essamino io ho sollecitato, & portato scritture al Notaro del Vescouo, &c.* Item habuit copiã totius processus, & scripturarum sibi tanquam Agenti DD. de Rouerellis à Notario causæ consignatam, vt in processu de partibus fol. 51. & in summario *numer. 8.* necnon intimari fecit R. P. D. Stellæ reuocationem mãdatorum, quæ Comes Ioannes illi dederat ad capiendam possessionem bonorum in dotem assignatam, & ad hunc effectum adduxit Notarium ad faciendum actum reuocationis in præsentia ipsius Reu. Stellæ, quod licèt principaliter non concernat causam matrimonialem, tamen aliquo modo ab ea dependet, sollicitator autem etiam non salariatus repellitur iuxta opinionem, quam asserit communem, addens ad consilium Romani 420. *vers. sed his non obstantibus,* ne recedat à communi, & ita nominatim tenet Intol. *consil. 153. numer. 5. in fine lib. 5.* Felyn. *in cap. cum à nobis, num. 52. de testibus,* Socin. iun. *consil. 98. numer. 3. & numer. 33. & 34.* vbi respondet cons. Roman. Crauett. *cons. 281. n. 5.* Steph. Aufrer. *in tractat. recusat. n. 14. vers. 17.*

Et facit ratio per illos allegata, quia non habens sala- 7 rium videtur magis affici causa, cùm sola affectio ipsum moueat, salariatus verò merces, & alij autem plerique omnes loquuntur indistinctè, quòd autem sollicitator sit idoneus testis si non percipit salarium, tenuit Romã. *d. cons. 420.* & Ioann. Bapt. Ferret. *cons. 79. numero 9.* & ita videtur tenuisse Rot. *decis. 12. de testibus, in nou.* & coram Cæs. de Grass. *decis. 4. numer. 3. & 73. de testibus;* vbi tamen si non omnino figit pedem, subijcit enim, quòd cùm multi Doctores hoc reprobent, tamen quia multa alia concurrebant omnibus iunctis placuit sollicitatorem non repelli, sed reseruari arbitrio. In proposito autem informantes pro D. Iulio Cæsaro prætendebant illum fuisse salariatum etiam in hac causa: nã vt deponit iuxta quintũ incepit sollicitare negocia Comitis Ioannis sub anno 1595. & dicit se fecisse quædam negociola de hoc anno, & postea autem non sollicitasse negocia alicuius momenti, immò, & paulo pòst subijcit se non seruisse dicto Comiti Ioanni, nisi dictis duobus annis, & anno proximè præterito ante examen; cùm itaque immediatè ante examen subduxerit rationes, in quibus remansit creditor tam pro expensis, quàm pro salario in scutis

centum, salarium intelligendum videtur ratione seruitij in solicitando in hac causa, attenta maximè distinctione, quam facit inter residuū dictorum scutorum centum, & aliud residuum scutorum quadraginta, quod erat antiquum, dum dicit se expendisse scuta quadraginta pro Comite Ioanne in causa ipsius ante quatuor annos, & quòd pro illis habuerat duo mandata scripta anno 1595. & ex his saltem apparet quòd semper solitus fuerit seruire pro salario.

8 Nec applicatur limitatio, quòd vbi sollicitator fuit deputatus ab alio, & non à principali, non repellitur à testimonio. Rota *d. decis.* 12. Roman. *d. cons.* 420. cum alijs quos allegat Gabr. *de testibus conclus.* 12. *num.* 3. nam hoc in facto non subsistit.

9 Nec facit quòd contra testem instrumentarium non admittuntur exceptiones personales, cùm fuerit à parte approbatus, §. *& licet, in verbo, & supplicijs. authent. de testibus. l. si quis testib. C. de testib.* Bald. *in l.* 5. *num.* 4. *& in l. parentes, num.* 4. *C. eodem titulo.* Natr. *consil.* 95. *numer.* 10. *& consil.* 166. *num.* 6. Crauett. *consil.* 56. *num.* 9. *&* 10. & fuit resolutum in causa Patien. Matrimonij 17. Maij 1596. coram Illustrissimo Cardinale Mantica tunc Rotæ Auditore, limitatur enim ista conclusio quando exceptiones superueniunt post factum instrumentum, tunc enim opponi possunt, quia non censentur remissæ, *c.* 3. §. *si quis testibus* 4. *q.* 3. Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *in fine, C. de testam.* Imol. *in l. ad testium,* §. *ad condemnationem, ff. de testibus.* Alexand. *consilio* 191. *numer.* 2. *volum.* 7. Surd. *consilio* 378. *numero* 38. *volum.* 3. Specul. *de testibus.* §. *sæpe, versicul. & nota quintò.* Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 1. *numer.* 7. Anchar. Modern. *q. famil.* 71. *n.* 5.

10 Placuit tamen Dominis hos testes non esse repellendos in totum, sed illis dandam fidem cum diminutione arbitrio Rotæ, in hoc enim multum versatur arbitrium Iudicis. Abb. *dict. capitul. cum Ioannes, num.* 13. *in fine, vers. ego concordabo.* Felyn. *num.* 44. *versic. & in hoc. de fid. instrum.* nam quoad primum etsi fuerit familiaris domesticus; ideóque non idoneos, tamen in progressu causæ habenda erit ratio qualitatum illius, maximè quia negotium fuit gestum in loco remoto, quod aliter probari non potest, quàm per familiares, Bellam. *cons.* 43. *num.* 11. & in specie censuerunt hunc non esse repellendum in eo quòd requisiuerit alios testes, vt se examinari facerent pro veritate: quod autem attinet ad procurationem, non præstitit in causa matrimoniali, sed in opponendo se Iulio Cæsari, ne caperet possessionem bonorum dotalium vigore mandatorum Comitis Ioannis, neque ex eo quòd Comes illam affecit beneficio dando illi prædium valoris mille scutorum, quia illo beneficio fuit affectus non propter istam causam, sed quia litigauit in ciuitate Venetiarum, & recuperauit bona maximi pretij, ita vt potius videatur merces laboris, quàm beneficium.

11 Minus placuit exceptio periurij eo quòd dixerit nunquam se tractasse de maritanda D. Iunipera, quia etsi scripserit litteras ad Serenissimum Ducem Vrbini de tractatu affinitatis inter D. Marcellum, Comites Rouerellos, illa facile inter se possunt conciliari. Quo verò ad testem instrumentarium visum fuit quibusdam Dominis non esse concludenter probatum, quòd fuerit salariatus, & non placuerunt exceptiones sequentes. Primò quòd habuit pecunias pro viatico, nam etsi testis compelli possit ad comparendum; tamen non potest compelli ad comparendum proprijs expensis, *cap. secundo,* §. *venturis,* 4. *quæst.* 3. *l. quoniam, vbi glos. in verbo, sumptus, C. de testib.* Secundò, quòd fuerit vanum cum Comite Valerio ad inueniendum testes producendo in hac causa, quia vnde non sequitur quòd voluerit illos subornare. Tertiò, quòd sit inimicus D. Stellæ, quia etsi habuerit suspicionem, quòd curasset eiaculari bombardam in illum, vt deposuit in causa criminali, tamen postea comperta rei veritate cessauit huiusmodi suspicio. Quod autem dixerit malè, id tamen probatur aliunde quàm per litteras Comitis Hippolyti, quæ non possunt ipsi præiudicare. Postremò cùm omnia suprà deducta tendant ad effectum reprobandi instrumentum, & pars fateatur testes nihil deponere contra instrumentum, primùm erunt discutienda dicta testium, & postea considerandæ exceptiones an contra personas dirigantur ad hunc effectum, &c.

PIROVANI.

Romana Repetitionis indebiti.
Veneris 25. Iunij 1610.

ARGVMEMTVM.

Contractus factus à carcerato, an & quando metu factus dicatur, & quando valeat, vel non.

SVMMARIVM.

Debitor soluendo suo creditori principali liberatur etiā quòd creditor debitum alteri cesserit, si de d. cessione scientiam non habuit, n. 1.

Carcerati confessio, & contractus factus in carceribus, metu factus præsumitur, & non probat, n. 2.

Carcerati contractus non censetur ratificatus si fuit approbatus post excarcerationem durante eadem causa metus, n. 3.

Metus non censetur ratificatus per quemcumque subsequentem actum durante eadem causa metus, n. 3.

Carcerati contractus valet, quando quis fuit carceratus pro debito iusto, secus si pro iniusto, n. 4.

Carcerati confessio sustinetur, quando carcer non fuit directus ad hanc confessionem extorquendam, declara vt num. 5.

Carcerati contractus valet ad fauorem tertij, n. 5.

Protestatio non est modus inducendi probationem metus, nisi aliunde constet de metu, n. 6.

DECISIO CCXCV.

Domini resoluerunt recedere à decisis fauore Bartholomęi Aycardi, sub die 30. Aprilis eiusdem anni 1 1610. quia non probatur quòd Iacobus, & Bartholomęus debitores census Atthemisiæ cessi habuerint sciētiam huiusmodi cessionis, & propterea soluendo, Io. Paulo Manfredo Domino census liberationem consequuti fuerunt, *l. filius, C. de pact.* vbi Bart. Bald. Alexand. & Ias. cum alijs in hac causa allegatis.

Scientia autem non est releuans; siue illa deducatur 2 ex primo actu dationis in solutum, siue etiam ex illius ratificatione ex interuallo sequuta: nam cùm illa aliunde non probetur, quàm per instrumentalem confessionē partis, adhuc in carceribus degentis, vel sub reseruatione contra eum mandati personalis relaxati, non videtur constituere gradum probationis, quia ipsa vincula satis supérque arguunt per metum fuisse gesta omnia, quæ in vinculis gesta fuerunt, & ob id nullius momenti sunt, *l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. caus.* Neuiz. *cons.* 52. *n.* 47. Menoch. *de arbitr. libr.* 2. *cas.* 136. *n.* 4. Marsil. *sing.* 306.

Ratificatio autem post excarcerationem sequuta, & 3 illa remanet sine effectu, quia metus vbi ab initio probatur illatus, perseuerare præsumitur, & omnia censentur metu confirmata vigore mandati exequutiui, quod fuit causa carcerationis, *l. si per impressionem, C. quod met. caus.* Cyn. *in l.* 5. *C. eodem tit. quod met. caus.* Bald. *in l. nouissimè, in fine, ff. de eo quod falsi tut.* Ias. *cons.* 165. *n.* 5. *vol.* 2. Corn. *cons.* 41. *numer.* 14. *vol.* 2. Abb. *consil.* 77. *num.* 14. *& consil.* 78. *n.* 11.

Nec obstant quæ pro Alicorna deducebantur, scilicet 4 cùm fuerit Aycardus pro debito carceratus ex eo metus non infertur, quia iuris executio, nec metum, nec iniuriam inducit, *l. iniuriarum.* §. 1. *de iniuri. quemadmodum,* §. *magistratus, ff. ad l. Aquil.* nec creditor dicitur metum incutere si debitorem carceri mancipandum curat,

Grat.

Grat.*consil.*87.*num.*13. respondetur bene hoc procedere, vt in alia decisione fuit dictum, quando appareret pro debito sustinente,& verè fuisse carceratum, secus prout in casu præsenti, in quo præcessit carceratio pro debito iniusto,& erroneo.

5 Non etiam vim facere videbatur allegata distinctio confessionem esse sustinendam,cùm carcer non esset directus ad hanc confessionem extorquendam, Ruyn.*consil.* 113.*num.*7.*circa fin.lib.*5.Nam tollitur obiectum cùm actus confessionis non possit considerari tanquam quid separatum à datione in solutum, quia scientia cessionis factæ Arthemisiæ, per Manfredum deseruiebat pro causa obligationis Aycardi, & ea cessante cessabat pariter obligatio *l.*3.*C.de nouat.* propterea carcer non potuit dirigi ad obtinendam dationem in solutum,quia esset directus ad extorquendam confessionem scientiæ cessionis, in qua cadebat ius Aliconiæ, nec ab hac ratione dissentit Ruyn. allegatus, dum voluit metum carceris non posse considerari contra eum, qui non fuit causa carceris tanquam persona à creditore separata,ad cuius instantiam carcer directus non fuit.

6 Postremò, quæ de omissa protestatione metus in actu dationis in solutum dicta sunt, non videntur obstare, quia protestatio non est modus inducendi probationem metus, sed requiritur ipsa probatio metus, vt patet ex deductis per Dec.*in Lumnibus causis,num.* 12. *de reg. iur.& in consil.*219.*num.*4.*colum.*3.Alban.*consil.*77. *num.*15. Ioan.Andr.*in cap. vltimo*, vbi etiam Dec.*de appellat.*Bero. *quæst.*84.*num.*6. propterea cùm carceratus non egeat alia probatione ad demonstrandum eum omnia per metum gessisse, quia præsumitione *legis, qui carcerem. ff.de eo quod met. caus.* subleuatur, meritò protestatio tanquam otiosa in illo actu dationis in solutum necessaria non erat.

7 Ex actitatis autem in Curia Capitolina contra Aycardum certa scientia deduci non potest, vt iam fuit consideratum in alia decisione in hac causa facta,& vnus ex Dominis dicebat illud iudicium non carere præsumtione fraudis, & malitiæ ex citationibus datis in summario numero quinto. Dum Tarquinia citauit Aycardum coram Auditore Cameræ, & coram secundo Collaterali ad constituendum Procuratorem, fueritque coram A.C. Procurator constitutus,ipsa verò in Curia Capitolina processit per affixionem ad hoc, vt contra indefensum posset mandatum executiuum extorquere. Atque ita vtraque parte informante fuit resolutum,&c.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Parisien. Pecuniaria.
Veneris 26. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

De mercatore,quòd nõ teneatur exhibere suos libros non probata penès ipsum existentia tempore motæ litis plenè & concludenter, non autem præsumtiuè, de teste examinato parte non citata ad videndum iurare testes, quòd non probet,& etiam de teste,qui iudicauit in causa,quòd nec etiam probet deponendo ad fauorem suæ sententiæ.

SVMMARIVM.

Libros suos mercator edere non tenetur quando de librorum existentia penès ipsum plenè & concludenter probatum non est,non autem per præsumtiones, n. 1. & n. 6. vbi quòd hæc existentia penès mercatorem debet probari quòd fuerit tempore motæ litis, & non antea,num.1.

Farinac. Decis. lib. 2.

Testes examinati sine citatione partis ad videndum iurare,nulliter examinati dicuntur,n.2.

Citatio pro singulis diebus, & horis ad videndum examinari testes,tanquam nimis vaga nulla est, n 3. vbi declaratur.

Testes examinati parte non citata ad videndum iurare testes nihil probant, etiam quòd in citatione fuerit dictũ ad videndũ cõmitti Notario examen, & iuramenta testium,n.4.& 5. vbi quid de stilo contrario.

Stilus respiciens decisoria causæ formiter probandus est, & non per fidem,n.5.

Testis Iudex qui in causa semel iudicauit, non est idoneus deponens ad fauorem suæ sententiæ,n.8.

DECISIO CCXCVI.

FVit resolutũ Bartholomæos non teneri ad exhibendum librum *Copia de litera*, de quo agitur, cùm non probetur existentia huius libri penès ipsos, quæ esset ad hunc effectum plenè & concludenter probanda,non autem per præsumtiones *l.*3.*in princ.& ibi gloss.in §.sciendum, in verss.summatim,ff. ad exhiben.* & fuit resolutum in causa Æxina Bonorum 12.Martij 1583.coram Cardina. Blanchetto, & in causa Romana Redditionis Computorum 12.Martij 1602.coram R. P. D. meo Coccino,& in causa Marsicana Thesaurariæ 15. Decembris 1604. coram R.P.D.meo Ludouisio, & in causa Romana Gemmæ 27.Nouembris 1609.coram R. P. D. Decano, & in alijs pluribus. 1

Neque illam probant tres testes: nam omissis exceptionibus, quæ contra personas illorum opponuntur quòd alter sit auunculus Siluiæ, alter fcruitor, & alius iudicauerit in causa, nihil faciunt, cùm fuerint nulliter examinati absque citatione ad videndum iurare, quæ est omnino necessaria, *l.si quando.C. de testibus.*cum c.1.& ibi Abb.& alij *eodem titulo.* 2

Neque obstat citatio, quæ allegatur, quia cùm fuerit facta pro qualibet die,& hora,vti nimis vaga,& speciem seruitutis inducens,fuit nulla,Put.*decis.*158. *moner.*5.*lib.*1.*& decis.*152.*lib.* 2. Mohed. *decis.*4. *numer.*3.*de testibus.*& fuit dictum in causa Asten. Pascui 15.Nouembris 1606. coram me,& in alijs, & quatenus vellemus illam sustinere pro prima,secunda, vel ad summum pro tertia die, adhuc nihil releuaret,quia citatio fuit facta pro die quarta Nouembris, & testes iurauerunt die duodecima, neque citatio intermedia,& terminus ad dandum interrogatoria aliquid habere commune cum iuramento, quod non impediebatur, per pendentiam termini ad dandum interrogatoria. 3

Et nihilominus quatenus hæc citatio fuisset valida, non fuit citatio ad videndum iurare, sed ad videndum committi Notario examen, & iuramenta testium,& magna est differentia inter citationem ad videndum iurare, & ad videndum committi Notario iuramenta testium,vt patet ex se,& trad. Vestr.in praxi *lib.*2.*c.*6. *num.* 11.*&* 12. 4

Non obstat stilus allegatus, quia est contrarius,& respicit decisoria,& non ordinaria,& ideo non probat per simplicem fidem & attestationem,sed esset formiter probanda, vt in indiuiduo fuit resolutum in causa Aretina Spolij 9.Iunij 1604. coram R. P. D. meo Coccino:vltra quod in fide non dicitur quòd fiat citatio ad videndum iurare testes, & licèt dicatur, quòd testes examinantur absque alia citatione ad videndum examinare,non tamé inde sequitur,quòd non fiat citatio ad videndum iurare,cùm non dicatur absque alia citatione ad videndum iurare, sed ad videndum examinare; vltra quòd neque etiam in fide dicitur, quòd possint iurare testes per longum interuallum post citationem, & quòd citatio ita vaga sustineat etiam vltra duos vel tres dies. 5

Propterea etiamsi testes fuissent ritè examinati probarent solùm existentiam penès Bartholomæos per quindecim menses ante motam litem, non autem de 6

tempore motæ litis, prout requiritur ad hunc effectum. *l. non ignorabis*, & ibi Castren. *num. 4. ff. ad exhiben.* & fuit dictum in causa Valentina Illegitimitatis 9. Februarij, & Decembris 1609. coram R.P.D. Caualerio; nec valet argumentum à præterito in præsens, vel ad tempus motæ litis, quando ille qui habet libros, vel scripturas non erat obligatus illos conficere, vel custodire, Castren. *in l. 2. n. 7.* Corn. *n. 5. C. de testam.* & fuit resolutum in causa Romana Computorum 7. Februarij 1590. coram bon. mem. Orano, & in causa Romana Redditionis Computorum 22. Martij 1602. coram R.P.D. meo Coccino, & in causa Romana Tutelæ, seu administrationis 17. Iunij 1609. coram me, & in causa Ferentina Pecuniaria 3 Aprilis corã R. P. D. Attrebaten. & in allegata causa Marsicana Thesaurariæ, quibus fuit dictum quòd non attenditur probatio præsumtiua, sed quod requiritur probatio de tempore motæ litis.

7 Neque obstat quòd mercatores solent conficere, & custodire huiusmodi librum, *copia de lettere*, tum quia non probatur hoc solitum, tum quia quatenus probaretur, non tamen sequitur, quòd teneantur, & sint obligati illum custodire, quod sufficit ad hunc effectum, & cessat difficultas ex attestatione primariorum mercatorum Vrbis, Vincentij Lauaiani, Cæsaris Rodiani, Alexandri Ruspoli, Francisci Ticci, Camilli de Palagio, & aliorum plurium attestantium, quòd iste liber deseruit solùm per modicum tempus pro memoria, & commoditate iuuenis qui litteris responder, & quòd post annum nihil seruit, nec solet custodiri.

8 Non obstat quòd vnus testis deponat de tempore post litem motam, tum quia est vnicus, tum quia est etiam suspectus, cùm iudicauerit in hac causa exhibitionis, & eius sententia fuerit reuocata. Vnde non est idoneus testis, iuxta notata *in l. ne in arbitris, C. de arbitris, & in c. cùm à nobis, de testibus*, quod procedit etiam post sententiam per ipsum latam, quia præsumtio est, quòd velit factum suum exprobare, Felyn. *in d. c. cùm à nobis. post numerum* 5. Aufrec. ad decis. Capell. Tholos. 92. *n. 2.*

REVER. D. SACRATI.

Casalen. Irregularitatis.
Lunæ 29. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Ex sola assistentia in homicidio irregularitas non incurritur, nisi probetur assistentis participatio, vel quòd directè, aut indirectè in homicidio operatus fuerit.

SVMMARIVM.

Irregularitas non incurritur ex eo quòd quis astiterit in homicidio, nisi assistentis probetur participatio, n. 1.

Irregularis est qui dat operam rei illicitæ, ex qua etiam casuale prouenit homicidium; declara quando illicita opera fuit causa homicidij, aliàs secus, n. 2.

Irregularitas non incurritur ex sola assistentia in homicidio, nisi assistens directè, aut indirectè in eo operatus fuerit, n. 3.

Assistentia in homicidio præsumitur casualis, & nõ præmeditata, n. 4.

Testis examinatus à Iudice Laico contra clericum nihil probat, n. 4.

Testibus deponentibus in specie magis creditur, quàm deponentibus in genere, n. 4. in fine.

Sententia quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, & non transit in iudicatum, n. 5.

Sententia narratiua non attenditur, sed tantùm dispositiua, num. 6.

DECISIO CCXCVII.

Censuerunt Domini Conradum Molam non incurrisse irregularitatem: nam quòd ipse patrauerit aliquod homicidium, non probatur in processu, sed tantũ quòd illi interfuit, quæ interessentia, nisi probetur participatio, nullius est considerationis, *c. vltimo, in fin. 23. quæst. 8.* Innoc. *in c. sententiam, numer. 1 in fine, verb. intersit, tit. ne cleric. vel monach.* Specul. *tit. de dispensat. § 4. num. 9.* Abb. *in c. Petrus, numer. 1. versicul. secus videtur. de homicid.* Felin. *in c. sicut dignum, numer. 6. versicul. & omnia ista, eo. tit.* Fed. de Sen. *cons. 168. in prin.* Paris. *cons. 152. n. 30. 31. & 35. lib. 4.* 1

Non obstat quòd homicidia sequuta fuerint occasione chorearum, quibus non licebat Conrado, cùm esset clericus, interesse, & proinde tanquam dans operam rei illicitæ teneatur de homicidio etiam casuali, & præter eius intentionem sequuto, D. Thom. *2. 2. quæst. 64. art. 8.* Nauar. *in manual. c. 27. num. 221.* Tolet. *libr. 1. instruct. sacerd. c. 80.* Vgol. *de irregul. cap. 18. num. 8. & seq.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. § 3. numer. 3.* quia hoc procedit, quando opus illicitum fuit causa homicidij, prout Iudex noxius, indiscreta correctio, & similia; secus si opus illicitum nullo modo fuit causa homicidij, vt latè explicat Couarr. *super Clem. si furiosus, § 4. numer. 9. versicul. illud sanè, & numer. 10. per totum, de homicid.* benè Nauarr. *consil. 21. numero 4. eo. titul.* 2

3 Vnde cessat aliud quòd ad incurrendam irregularitatem sufficiat interuenisse homicidio, licèt quis non percusserit, Tabien. *verb. irregularitas, 2. numer. 21.* Maiol. *de irreg. libr. 5. c. 48. § 4. numer. 1.* Specul. *tit. de dispens. §. iuxta numer. 56.* quia debent intelligi de eo assistente, qui directè, vel indirectè delicto cooperatus fuit, puta animando percussores, vel quid simile, secus de casualiter reperto in loco vbi committitur delictum, per supr. in prin. alleg.

Quòd autem Conradus casualiter, & non animo coadiuuandi fuerit repertus in loco delicti, nedum præsumitur eo ipso, quòd contrarium non probatur, ad nor. *in l. meritò, ff. pro soc.* Felyn. *in c. sicut, numer. 6. versicul. & omnia ista, de homicid.* cum aliis per Paris. *d. cons. 152. numer. 32. & seqq. lib. 4.* sed etiam suadetur ex serie facti, etenim homicidia fuerunt perpetrata in birruarios occasione improuisi eorum accessus ad locum vbi ducebantur choreæ, & captura quam tentarunt facere, de quibusdam armatis armis prohibitis, vnde ipsi ad euadendas manus birruariorum exploderunt tormenta bellica, vulgò *sclopot* appellata; & facit quòd apparet de alia causa conueniendi in illo loco, hoc est, quia ibi ducebantur choreæ, & quòd Conradus accessit ad locum sine armis, vt deponunt quatuor testes in Curia Episcopali formiter examinati, quorum dictum minimè potest labefactari, ex eo quòd quidam testis, Sondra nuncupatus, contrarium dixerit in Curia seculari, tum quia contra quatuor, tum quia periurus, cùm per prius medio iuramento contrarium deposuerit, tum denique quia examinatus sine iurisdictione, hoc est, à iudice laico contra clericum *c. & si clerici.* & ibi Bald *numer. 2. de iudic.* Oldrad. *cons. 157. in fin.* Gemin. *cons. 142. numer. 2.* & ex eisdem cessat fundamentum, quod posset fieri super relatione Baroncelli facta in eadem Curia, nempe se reperisse omnes ibi assistentes armatos. Vltra quod in omnem euentum cùm ipse deponat in genere de omnibus, magis crederetur prædictis quatuor testibus tanquam in specie deponentibus, Bald. *cons. 69. num. 1. versicul. & hoc probatur, lib. 5.* Alex. *cons. 48. n. 4. libr. 2.* Dec. *cons. 448. n. 37.* 4

Non obstat aliud motiuum, quòd Conradus super huiusmodi facto reportauerit in Curia Episcopali contra se condemnationem à qua appellauerit, res videatur occasione rei iudicatæ effecta notoria, quia respondebatur, primò sententiam quoad materiam homicidij non iustificari ex actis, vnde tanquam notoriè iniustam minimè potuisse transire in iudicatum, ad *l. si expressim*, & ibi Bart. *ff. de appellat.* & relat. Cæs. de Grass. *decis. 2. numer. 7. de dilat. & decis. 3. numer. 3. de reb. Eccles. non alien.* fuit dictum in causa Bononien. de Pipinis 8. Nouembris 1577. coram bo. me. Cardinali Seraphino relat. inter diuers. impressi. decis. 311. *n. 2.* 5

Secun

6 Secundò dicebatur non apparere, quòd Contadus fuerit condemnatus propter homicidium, cùm de hoc nihil in dispositiua sententiæ, quæ sola dispositiua attenditur, Roman. *cons.* 157. *numer.* 2. Fed. de Sen. *cons.* 220. *in fine*, & fuit dictum in Romana, seu Amerina Domus 8. Iunij 1576. coram Cãtuccio relata inter diuers. impress. *decis.* 34. *numer.* 12. *par.* 2. & posse esse quòd fuerit condemnatus ob solam interessentiam choreis, & scandalo ex eius carceratione & ductu ad iudices laicos sequuto, quod etiam fit verisimile ex pœna breuis exilij, & paruæ pecuniæ inflictæ in dicta sententia, quæ pœna non correspondet magno delicto, quod aliàs commisisset Contadus si participasset de homicidio. Et ita fuit conclusum Contado solo informante, cùm pars aduersa pluries citata non curasset comparere, fuit tamen habita ratio cuiusdam discursus per incertum auctorem contra Contadum formati, & per eundem Contadum dati in Rota, vt patet ex responsionibus suprà datis.

PIROVANI.

Tirasonen. Canonicatus.
Veneris 10. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Remissoria non denegatur, quando non petitur calumniosè, & constet de releuantia articulorum, denegatur tamen quando agitur de probatione eius quod per scripturam probari potest.

SVMMARIVM.

Remissoria ad examinandū testes non denegatur, quando calumniosè petitur, & articuli sunt releuantes, num. 1.

Remissoria ob præsumtionem calumniæ constito de releuantia articulorum non solet de facili denegari, n. 2.

Remissoria non conceditur ad examinandos testes super eo, quod potest per scripturas probari, declara vt num. 4.

DECISIO CCXCVIII.

1 RESolutum fuit dandam esse remissoriam D. Alphonso Frances, quia denegari non solet, quando calumniosa non est, *l. iudices, cum auth. seq. C. de fid. instrum.* Verall. *decis.* 59. *part.* 3. Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* & quando articuli sunt releuantes, Caputaquen. *decis.* 56. *&* 68. *part.* 3. Rota in Bracharen. Decimarum coram bon. mem. Cardinali Pamphilio 20. Maij 1591. & in Toletana Decimarum coram R. P. D. meo Ortembergo 27. Maij 1608. etiam in prima vel secunda instantia concurrente obligatione de stando vnicæ sententiæ, Caputaquen. *decis.* 57. *parte* 3. Cassad. *de dilat. decision.* 3. *num.* 2. Achil. *decision.* 97. *aliàs* 4. *de dilat.* Mandos. *de commiss. pro remissor. versicul. in tertia instantia.*

2 Calumnia visa non est considerabilis, constito de releuantia, vt sæpius fuit decisum, & signanter in illa Toletana Mercedis 4. Iunij 1597. coram R. P. D. Corduba. Vltra quod Rota ob præsumtionem calumniæ, non ita de facili solet denegare remissoriam, Cæs. de Grass. *decis.* 1. *de dilat.* Ægid. *decision.* 634. *in fine*, & fuit dictum in suprà allegata Bracharen. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & Pampilonen. Decimarum coram eodem 23. Iunij 1600.

3 Releuantia autem sufficiens videtur probata, quia, etsi de collationibus duorum priorum Canonicatum, anni scilicet 1579. & 1580. satis appareat ex scripturis de quibus in actis de anno 1580. quæ legitur facta per resignationem Gynesij del Gaddo, ex parte Alphonsi non admittebatur, tanquam effectum sortita, quod ex eo deducebatur, quia Gynesius de anno 1585. vti talis Canonicus, Sede Episcopali vacante interfuit collationi factæ de simili Canonicatu ad fauorem Hieronymi Lopez, vt ex instrumento quod datur in summario *numer.* 1. & de anno 1589. possessioni alterius traditæ, scilicet Ioanni Canfran, in qua simul etiam interuenit Christophorus Perez, ad fauorē cuius legebatur facta resignatio de anno 1580. vt ex eodem summario *numer.* 2. vnde bene deseruiebat articulus ad elidendum quòd Gynesius medio tempore non retrocesserit, & ad probandum negatiuam quòd prouisio facta de anno 1584. per Episcopum, & Capitulum, simul non fuit de tertio, sed secundo Canonicatu, vt exinde ostenderetur inobseruantia concordiæ Sixti Quarti, & Leonis, & consequenter ius simultaneæ conferendi inter Episcopum, & Capitulum, ex quo necessariò inferri poterat Canonicatum, de quo agitur, vti vacatum in mense Octobris reseruationi subiacere.

Nec obstare visum fuit, quòd cùm huiusmodi colla- 4
tiones possint probari per scripturam, remissoria non sit concedenda ad parcendum laboribus, & maximis sumtibus, qui sunt in remissorialibus prosequen. consideratum, Ægid. *decis.* 9. & fuit dictum in vna Vlixbonen. Iuris Conferendi 7. Februarij 1607. coram R. P. D. meo Lancellotto, & in Toletana Canonicatus 13. Nouembris 1609. coram eodem. Quia pro responsione fuit dictum, quòd actus capitulares, & instrumenta collationū probant quidem affirmatiuam, quòd talis, vel talis fuerit prouisus de Canonicatu in dicta Ecclesia magis de vno tempore, quàm de alio, sed non concludunt negatiuam, quòd non vacauerit alius canonicatus, quia hoc nō continetur in dictis instrumentis, & ab Alphonso, ad hunc effectum erat probandum, vt in alia decisione fuit consideratum, quo casu nihil impedit probari per testes. *in l. fin. C. de fideicommiss.* Paris. *consil.* 13. *in princ. libr.* 3. Alex. *cons.* 219. *col.* 5. *lib.* 6. Hercul. *de probat. neg. n.* 174.

Demum accessit obligatio de stando vnicæ sententiæ, quæ omnia fecerunt causam remissoriæ fauorabilē.

REVER. DOMINI SACRATI.

Bononien. Bonorum.
Mercurij 15. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Ad hoc, vt testator dicatur prohibitus testari quæ requirantur, & quomodo hæc requisita probentur, est singularis decisio in hac causa.

SVMMARIVM.

Prohibens aliquem testari tenetur ad damna, & interesse, num. 1.

Pœna prohibēs aliquem testari ad hoc, vt locum habeat, tria copulatiuè requiruntur. Primum, quòd quis fuisset testaturus. Secundum, quòd fuit præstitum impedimentum, per quod is destiterit à testando. Tertium, quòd appareat ad cuius fauorem is testari intēderet. n. 2. Quomodo autem, & quando de huiusmodi requisitis constare dicatur, n. 3. & seqq.

Testes singulares probant in his, quæ habent tractum successiuum, num. 3. Vbi præsertim accedentibus adminiculis.

Testatorem prohibitum fuisse testari probatur per testes singulares, n. 3.

Testatorem prohibitū fuisse testari, quando agitur criminaliter, requiruntur liquidissimæ probationes, secus quando agitur ciuiliter, n. 4. & 6.

Testatorem prohibitum fuisse testari censetur probatum

eo ipso, quod cōstat testes vocatos fuisse dimissos, n. 5.

Testatorem prohibitum fuisse testari, probatur ex clamoribus prohibentibus ex conquestionibus testatoris, ex publica voce, & fama, n. 6.

Testatoris voluntas declaratur per scripturam imperfectam defectu solemnitatis, n. 7.

DECISIO CCXCIX.

1 ROta censuit constare de voluntate testandi quondam Virginiæ ad fauorem D. Caroli, & illam ob præstitum impedimentum per D. Andream esse locum damnorum, & interesse d. Carolo implendam, iuxta notata per Scribentes *in l. 1. & 2. C. si quis aliquem testari prohibuerit*, Butrig. *consil. vltimo*, Angel. *in l. non enim, numer. 3. ff. de inoffic. testam.* Ias. *in l. dedi, §. quamquam, num. 7. ff. de condict. caus. dat.* Rip. *in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 32. ff. ad Treb.* Clar. *in prax. lib. 5. §. fin. q. 79. in fin.* Gabr. *cons. 99. numer. 43. & seq. lib. 1.*

2 Et quia in substantia ad istum effectum tria copulatiuè requiruntur. Primum quòd quis fuisset testaturus. Secundum, quòd fuerit præstitum impedimentum, & tale per quod is destiterit à testando. Et tertium quòd appareat ad cuius fauorem is intenderet testari, Bart. *in l. fin. num. 13. iuncto n. 9. ff. si quis aliq. test. prohib.* Paris. qui alios cumulat, *cons. 67. à n. 31. vsque ad 37. lib. 3.* Propterea Domini distinctè procedendo,

3 De primo constare dixerunt ex eo quòd testes deponunt Virginiam exposuisse suam voluntatem Notario, qui illam de eius consensu reduxit in notulam, & iussit accersiri testes numero sufficientes pro testamento, qui actus dicuntur proximi, & denotant omnimodam voluntatem ex tunc perficiendi testamentum, Corn. *consilio 232. numero 4. versiculo communis autem, libro 1.* Socin. Iun. *consilio 179. numero 36. libro 2.* Crauett. *consilio 117. num. 1.* Surd. *cons. 414. num. 54.* Nec obstare dixerunt, quòd testes sint singulares; nam præter quod attenta tota facti serie, quæ habuit tractatum successiuum, videantur posse aliquo modo dici contestes, fuit dictum quòd & testes singulares sufficiebant in hac materia, per cons. Alex. *4. n. 31. libr. 7.* Socin. Iun. *consil. 178. num. 6. cum seqq. libr. 2.* Crauett. *consil. 73. n. 13.* Surd. *cons. 94. num. 47. & 414. n. 57.* maximè concurrentibus adminiculis, quia aliunde apparet testes verè fuisse vocatos, & ob eam causam accessisse ad domum testatricis, & notula manu Notarij conscripta, & per illum recognita adhuc extet.

4 Quantum ad secundum licèt quando agitur criminaliter requirātur liquidissimæ probationes, vt post Corn. & alios tradit Socin. Ion. *consil. 148. numer. 11. libr. 1.* adeò vt si D. Carolus ageret criminaliter, Domini facilè arbitraturi essent, non esse in probatis, attamen ad effectum ciuilem censuerunt adesse sufficientem probationem, quia eo casu propter difficultatem probationis admittuntur præsumtiones, & coniecturæ; vt in specie adnotarunt, Anchar. *consil. 337. num. 2. & seqq.* Alciat. *consilio 179. num. 3. lib. 9.* Crauet. *consil. 20. num. 1. vol. 2.* & est generalis conclusio in qualibet materia difficilis probationis, Bar. *in l. si quis ex argentariis, §. an nec heredi, n. 3. ff. de eden.* Roman. *consil. 7. num. 3.* Alexand. *consil. 156. num. 1. libr. 5.* Socin. Sen. *consil. 213. numer. 10. volum. 2.* Crauet. *consil. 73. numero 10.*

5 In casu autem proposito adsunt testes dicentes D. Andream dimisisse testes, qui accesserant vocati, vt interessent testamento, quæ dimissio importat prohibitionem testandi, vt in specie dicit text. *in l. 2. ff. si quis aliquem testari prohib. & in l. Marcellus. §. final. ad Trebell.* neque ad istum effectum est necessarium, quòd prohibitio sit violenta, *l. eos, C. si quis aliquem testari prohibuerit*, Azo *in summa eod. titul. numer. 1.* Anchar. *dict. consil. 337. num. 2.* Angel. *in l. non enim, numer. 3. ff. de inoffic. testam.* Ias. *in l. final. numero 5. C. si quis aliquem testari prohibuerit, & in l. dedi, §. quamquam, n. 8. ff. de condict. caus. data*, Calcan. *cons. 91. n. 9. & seq.* Afflict. *decis. 69. n. 6. & 7.*

6 Nec satisfecerit Dominis responsio, quòd hoc fecerit D. Andreas ne turbaretur quies ægrotantis, quia ex multis circumstantiis visum fuit Dominis, quòd immo hoc fuerit factum studiosè, & causa vitandi testamentum, nempe ex præcedentibus clamoribus ipsius Andreę, Anchar. *cons. 337. numer. 1. & 3.* Calcan. *cons. 91. numer. 9. & 10.* ex conquestionibus ipsius testatricis, Bart. *in l. final. num. 14. ff. si quis aliquem test. prohib.* Bald. *in l. 1. numer. 15. C. eodem titul.* vbi etiam Salycet. *in fin.* Item ex transmissione officialis Illustrissimi Legati ad domum testatricis, vt vitaretur huiusmodi inconueniens, super quibus omnibus dantur testes in summario Caroli, quibus accedunt alij de publica voce, & fama deponentes de huiusmodi prohibitione, & licèt multa inculcarent contra singulas species probationis, & singulos testes, attamen attenta qualitate materiæ probandæ effectu de quo agitur, & tota serie facti, & iungendo omnia simul iuxta regulam, quā in istis terminis trad. Anchar. *d. cons. 337. numer. 4. versicul. ex istis omnibus plenè.* Alexand. *cons. 4. num. 11. lib. 7.* conclusum fuit circa hoc caput Carolum esse in probatis.

Circa tertium quid namque intenderet disponere 7
Virginia ad fauorem Caroli, in hoc adest notula à Notario (distante ipsa testatrice) conscripta, & ab eodem Notario recognita, & testes in substantia deponunt de voluntate testatricis, iuxta contenta in prædicta scriptura, & præstat maximum adminiculum relatio officialis missi ab Illustrissimo Legato. Vnde omnibus pariter simul iunctis dixerunt Domini attendendam esse prædictam notulam, non tanquam solemne testamentum, in quo obstarent latè deducta per informantes pro D. Andrea, sed tanquam indicium voluntatis testatricis, quæ declaratur per scripturam imperfectam ex defectu solemnitatis, Bart *in l. fideicommissa, §. 1. numer. 1. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. final. numer. 17. C. de fideicomm.* Roman. *cons. 179. numer. 11.* Socin. Iun. *cons. 145. numer. 11. & seq. vol. 2.* Surd. *cons. 94. numer. 45.* & mittitur exequutioni, iudicio tamen ordinario loco damnorum, & interesse iuribus suprà in principio allegatis. Et ita fuit conclusum, &c.

REVERENDISS. D. SACRATI.

Romana Pœnarum.
Mercurij 15. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Agitur de pœnis exactis ex delictis Aromatariorum Vrbis, an spectent ad Collegium Medicorum, an verò ad Aromatarios.

SVMMARIVM.

Pœnæ sunt fructus iurisdictionis, n. 1.

Copulæ natura est copulare ea, quæ sunt eiusdem generis, numer. 2.

Supponens nihil disponit in supposito, n. 2. in fine.

Præfationis, seu proœmij verba causam finalem demonstrant, n. 4.

Periti suæ artis nullam habent iurisdictionem, n. 4.

Singula singulis referenda sunt, n. 4.

Obseruantia subsequuta declarat verba Constitutionis dubia, n. 5.

DECISIO CCC.

VIsum fuit DD. sententiam Auditoris Cameræ qua 1
declaratur pœnas exactas ex delictis Aromatariorum status Ecclesiastici spectare ad Collegium Medicorum sine participatione Aromatariorum Vrbis siue eorum Ecclesiæ, esse confirmandam. Iustificatur enim ex Constitutione Clementis Papæ Septimi, dum concedit Protomedico Vrbis, & aliis ab ipso deputandis iurisdictionem visitandi Aromatarios status Ecclesiastici,

& illos

& illos puniendi: nam pœnæ sunt fructus iurisdictionis, Bart. *in l. fin. num. 2.* Angel. *num. 1. ff. solut. matrimon.* Alex. *in l. si diuortio, §. si vir, num. 10. ff. eod.* Cuman. *cons. 153.* Natt. *cons. 580. numer. 15.* Crauett. *consil. 128. num. 3.* Roland. *consil. 73. num. 3. libr. 4.* Boss. *tit. de pœnis, num. 32.* Quod clariùs colligitur ex alia parte eiusdem Constitutionis, per quam mandatur Protomedico, vt singulis quibuscumque annis pecunias ex pœnis redactas octo Medicis numerariis consignet, & inter eos æqualiter distribuat, nulla facta mentione de Aromatariis. Et hoc idem suadetur, quia in eadem Constitutione, & de reddenda ratione Collegio Medicorum per eos, qui ad visitandum in partibus transmittuntur, & de illis præstando cautionem, & quòd Collegium Medicorum sustineat expensas huiusmodi transmissionis, cauetur, signum euidens huiusmodi negotij ad illum in totum spectare, pro quo etiam facit, quòd, vt in eadem Constitutione habetur, Protomedicus Vrbis est Protomedicus status Ecclesiastici, de Collegio autem Aromatariorum nullibi cauetur quòd extra Vrbem habeat autoritatem, ex quibus vndequaque videbatur fundata intentio Collegij Medicorum Vrbis repræsentari per Protomedicum.

2 Nec obstare visa fuit concordia inter Collegium Medicorum ex vna, & Aromatarios ex altera, & per Gregorium XIII. confirmata *in cap. 22.* in illis verbis, ibi, *in partiendis verò pœnis, & mulctis, quæ ex delictis, & contrauentionibus vrbanorum Aromatariorum, siue aliàs, & quacumque causa etiam extra visitationem à quibuscumque exigentur, &c. Quarta pars Collegio Medicorum attribuatur, reliquæ Hospitalis sancti Laurentij in Miranda, &c.* quasi quòd per illa verba, *siue aliàs*, nedum pœnæ Aromatariorum Vrbis, verumetiam extra vrbem pro tribus partibus Ecclesiæ sancti Laurentij, quæ est Aromatariorum, attribuantur, quia fuit responsum illa verba, *siue aliàs*, ampliare modum per quem erant exigendæ pœnæ per dictam Ecclesiam, non autem locum, & personas à quibus erant exigendæ, & erit sensus, vt partiantur pœnæ nedum quæ ex delictis, & contrauentionibus, sed etiam, quæ per alium modum prouenient ab Aromatariis Vrbis. Qui intellectus suaderi videbatur, tam ex proprietate verborum, quæ faciliùs adaptantur ad ampliationem modi, quàm loci, vt habetur *in l. 1. §. illud, verbo, neque aliàs, & ibi gloss. ff. de aq. quotid. & æstiu.* Tum etiam ex forma sermonis, quam immediatè copulantur verba, quæ nihil habent commune cum loco ibi, & quacumque causa etiam extra visitationem, &c. & tamen natura copulæ est copulare ea, quæ sunt eiusdem generis, *l. final. §. cui dulcia, ff. de tritic. vin. & ol. leg.* cum cumulatis per Riminal. Iunior. *cons. 18. num. 40.* Tum denique ex natura rei, quia neque concordia emanauit super pœnis Aromatariorum extra Vrbem, cùm super illis minimè appareat per prius fuisse controuersiam, neque *d. c. 22.* aliquas pœnas Aromatariis de nouo assignat, sed tantùm dat modum partiendi illas, quæ per prius essent assignatæ ibi in partiendis pœnis, &c. Vnde intrat conclusio, quòd qui supponit, nihil disponit in supposito, de quo per Alex. *cõs. 17. num. 8. lib. 2.* Rota *decis. 23. de procur. in antiquis*, Crauett. *consi. 186. num. 3. vers. quinimo dico.*

3 Facit etiam, quia Collegium Aromatariorum nullam habet iurisdictionem super Aromatariis extra Vrbem, sicut habet Protomedicus per supradicta, neque vllas sustinet expensas pro visitatione status Ecclesiastici, cùm tamen sint subministrandæ à Collegio Medicorum, vt habetur in Constitutione Clementis Papæ Septimi de qua suprà, & in specie de viatico Aromatarij quando accedit tanquam minister Protomedici, cauetur in hac noua concordia *in cap. 19.* Vnde nulla assignari posse videbatur ratio, quare Aromatarij Vrbis debeant nedum participare, sed etiam habere tres ex quatuor partibus pœnarum, quæ extra Vrbem exigerentur.

4 Neque subsistere videbatur prætensio Aromatariorum, quòd & ipsi in statu Ecclesiastico exerceant aliquam iurisdictionem, cuius contemplatione debuerit sibi assignari huiusmodi portio, cùm *in d. cap. 19. concordiæ* disponatur, quòd visitator status Ecclesiastici debeat sibi assumere Comitem, & Ministrum vnum ex Aromatariis Vrbis, & quòd Protomedicus vtrique visitandi Prouinciam delegabit, quia dicebatur istam electionem non esse ordinatam ad fauorem Aromatariorum, sed visitationis, ne aliàs Visitator aliquem imperitum sibi Comitem adiungat, vt habetur in proœmio dicti capituli, ex quo colligitur causa finalis, *l. fin. ff. de hered. instit.* Bald. *consil. 201. num. 3. lib. 1.* Alexand. *consil. 7. num. 5. lib. 2.* & ex verbis eiusdem capituli, ibi, Comes, & Minister, & ex subsequenti capitulo dum dicitur, quòd Medicus ad visitandum destinatus visitet, inspiciat, & debitis pœnis puniat, satis apparere iurisdictionem esse in solidum attributam Medico, & Aromatarium debere inseruire pro Ministro, & præstare nudum consilium, iuxta peritiam suæ artis, quòd nullam importet iurisdictionem, Felyn. *in c. ex parte, in fin. versic. tenementi, de constit.* Rot. *decis. 79. de rescript. in antiq.* Bisignet. *decis. 10. de præben.* & quantum ad alia verba, ibi, Et Protomedicus vtrique eam Prouinciam delegabit, dicebatur delegationem esse intelligendam singula singulis congruè referendo, iuxta reg. *l. si negotium, & ibi glos. verb. gestorum, C. de neg. gest. & in l. fin. verb. Vniuersitatis*, vbi Angel. *num. 4. C. de fideicomm.* Dec. *consil. 384. num. 6. versic. non obstant allegata*, hoc est, delegabit iurisdictionem Medico, & ministerium siue relationem, iuxta peritiam Aromatariorum; vltra quod etiamsi esset delegata iurisdictio, non per hoc spectarent pœnæ ad Collegium Aromatariorum, cùm non ipsi delegent, sed Protomedicus nomine Collegij Medicorum, & multo minus ad illos spectarent tres ex quatuor partibus pœnarum, cùm in hac communione sustineant minorem personam, & illis cautum sit circa expensas viatici.

Non etiam obstare videbatur, quòd in cap. 21. constituatur depositarius pœnarum exigendarum Aromatarius, non distinguendo an illæ processerint ab Aromatariis Vrbis, vel extrà, vnde infertur cap. 22. immediatè sequens, & suprà ponderatum esse pariter de omnibus pœnis etiam extra Vrbem intelligendum, quia fuit responsum. Primò, negando cap. 21. loqui de pœnis extra Vrbem cùm hoc ibi non legatur, & multa de quibus suprà suadent contrarium. Secundò, quòd etiamsi loqueretur, adhuc illius loquutionem in subsequens per necesse non influere, quia in cap. 24. cauetur quòd singula capitula singulariter, & prout in eis expressis verbis definitum est, intelligantur ibi cognitio, & declaratio an aliquis aduersùs supradicta decreta deliquerit, & in pœnam inciderit necne, eiúsque pœnæ exigendæ iussio ad eos solos, & in ea forma pertineat, quibus in ipsis singulis capitibus decretorum expressis verbis definitum est, &c. ex quibus apparet singula capitula per se stare, & habere propriam formam, nec vnum habere dependentiam ab altero. Vnde etiam pro conclusione huius materiæ inferebatur pro excludendis Aromatariis, siue illorum Ecclesiam ab istis pœnis sufficere, quòd earundem pœnarum applicatio expressis verbis non legatur in capitulis. Quibus accedat obseruantia subsequuta ad fauorem Collegij Medicorum Vrbis, quę posset deseruire pro interpretatione huius Concordiæ quatenus in aliquo fuisset dubia, ex tradit. per Socin. *consilio 25. num. 25. lib. 1.* Corn. *consil. 188. num. 10. lib. 4.* Crauett. *consil. 201. num. 11.* Surd. *cons. 362. num. 10. vol. 3. &c.* 5

P E N I Æ.

Colonien. Canonicatus.
Veneris 17. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Beneficij prouisio seu nominatio sub conditione facta, conditione non adimpleta non attenditur, præsertim si fuerit admissa à non habente iurisdictionem admittendi, & quando re

do xeputetur simoniaca ex promissione indemnitatis, seu aliqua alia promissione facta post beneficij resignationem.

SVMMARIVM.

Nominatio seu prouisio beneficij facta in personam alicuius valida est, quando est facta ab eo, qui auctoritatem habet nominandi, & prouidendi, numer. 1. & 2.

Beneficij resignatio pracedens facit inualidam subsequentem benefitij vacationem per obitum, si resignatio fuerit valida, secus si inualida, n. 3.

Beneficij resignatio admissa sub conditione, si resignans superuixerit per viginti dies conditione deficiente non valet, n. 3.

Beneficij resignatio admissa à non habente iurisdictionem admittendi non valet, n. 4.

Simonia non inducitur per promissionem indemnitatis facta per aliquot dies post nominationem, n. 5. & 6. vbi idem de quolibet alio actu simoniaco facto post nominationem, seu resignationem beneficij.

Nominatione seu resignatione beneficij statim acquiritur ius nominato seu resignatario, n. 6.

DECISIO CCCI.

1 PRo intelligentia dubij an nominatio & prouisio facta in personam Adam Adolphi esset valida, præsupponebatur in facto Lugderium Canonicum Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ Colonien. hunc Canonicatum, & præbendam liberè resignasse in manibus Ordinarij collatoris; & vigore prædictæ resignationis Canonicū Turnarium nomine Capituli eosdem Canonicatum & præbendam contulisse Ioanni Deuiz nepoti resignantis, cui insuper pacificè tradidit possessioné; cùm verò paulo pòst resignans obijsset, Ioannes dubitās ne Capitulum aliquid circa collationem sui Canonicatus innouaret, recursum habuit ad officialē Episcopi à quo contra Capitulum, & omnes alios, obtinuit specialem inhibitioné ne sub pœna excommunicationis, & mille florenorum eum infestarent, quæ fuit Decano & Capitulo intimata, deinde de mense Octobris idem Capituli Turnarius ab eodem tūc congregato petiit, & obtinuit de dicto Canonicatu Adamo, fieri collationé, quatenus tamen Turnarius, & Adamus pro indemnitate Capituli præstarent cautionem si Adamus ad possessionem admitteretur.

2 Quibus prænotatis, Rota cēsuit nominationem fuisse validam, quia facta auctoritate Capituli habentis intentionem fundatam in vacatione dicti Canonicatus in mense Octobris anni 1605. per obitum Lugderij, & mensis vigore concordatorum est ordinariæ collationis, & sic pertinet ad Capitulum ipsius Ecclesiæ collegiatæ, Lap *alleg.* 31. *num.* 1. Bald. *in c. cum Ecclesia Volaterana. num.* 2. *de elect.*

3 Non obstabat præcedens resignatio per quam videbatur impedita vocatio per obitum, quia illa resignatio multipliciter videbatur inualida, tum quia admissa sub conditione si Lugderius resignans per 20. dies superuiueret, quæ conditio defecerat, vt constabat ex confessione Ioannis Deuiz in sua prouisione, Rota *decis.* 4. *incip. nota, quod vbi beneficia, num.* 1. *de rer. permut. in antiq.* Abb. *in cap. cum pridem, num.* 11. *de pact.* Mohed. *decis.* 2. *vers. quia cum resignatio*, Verall. *decis.* 36. *incip. resignauerat*, Raynaldus *num.* 1. *part.* 3. Guidobon. *decis.* 59. *incip. vnus resignauerat*, Gabr. *cons.* 85. *incip. Io. Baptista consensit, n.* 2. *libr.* 1.

4 Tum quia Turnarius habens ius nominandi cùm non habeat iurisdictionem admittendi non poterat admittere resignationem Innoc. *in cap. quod in dubiis, num.* 3. *de renunt.* Ant. de Butr. *num.* 7. *vers. vnde in manibus Capituli*, Sarnen. *in reg. de infirm. resign. quæst.* 18. *num.* 3. *versic. nec obstat si diceretur*, Rota *decis.* 14. *incip. quidam Cardinalis, num.* 1. & *seq. de renunc. in antiq.*

Addebant aliqui ex Dominis non constare simoniam ex aduerso obiectam deductam ex promissione indemnitatis Capituli, quia cùm promissio fuisset facta per aliquot dies post nominationem non poterat reddere eam simoniacam, *cap. Arnoldus* 8. *quæst.* 3. Dec. *consil.* 118. *incip. viso instrumento*, Verall. *decis.* 239. *incip. simoniaca elusio, num.* 7. *part.* 3. 5

Et meritò, quia nominatio ex qua potissimum fuit Adamo ius quæsitum, Glos. *in verb. plus iuris, de offic. leg.* Abb. *in cap. cum Bertoldus, num.* 12. *de re iud.* Rota *decis.* 4. *incip. secundum omnes DD. in princ. de iure patr. in nouis*, fuit pura, & absque aliqua conditione, aut promissione, & sic respectu illius, quicquid postea factum fuerit non potuit dici simoniacum, quia ex postfacto, post ius quæsitum, nulla præcedente conuentione, nulla contrahitur simonia. *dict. cap. Arnoldus* 8. *quæst.* 3. Put. *decis.* 171. *incip. in vna Hispalen. num.* 9. *lib.* 2. & fuit dictum coram bon. mem. Bubalo in causa Oriolen. Confidentiæ 1. Februarij 1590 & ex his censuit Rota nominationem de persona Adami fuisse validam, & de reliquis autem facultatibus, quæ vtrinque excitabantur per informantes Domini particulariter videre voluerunt. 6

PIROVANI.

Leodien. Salarij. Veneris 19. Decembris. 1610.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione an & quando Aduocato salarium non conuentum debeatur.

SVMMARIVM.

Salarium non conuentum Aduocato debetur, numero 1.

Salarium Aduocato debetur pro modo litis, pro Aduocati sufficientia, & fori consuetudine, numero 1. & 2.

Abbas successor non tenetur soluere debita sui antecessoris, nisi quatenus fuerint contracta pro vtilitate vel necessitate Monasterij, num. 1.

Salarium Aduocati potest ascendere ad scuta 110. num. 3.

Testis vnicus, & singularis non probat, num. 5.

Testes contra partis confessionem nihil probant, & magis attenditur confessio, quàm testium probatio, num. 5.

Salarium non conuentum, non debetur illi qui inseruiuit pro consiliario, n. 6.

Salarium Aduocato non debetur, nisi fuerint specificata causa, & negotia in quibus Aduocatus inseruiuit, num. 2. & num. 6.

DECISIO CCCII.

DOmini amplectendo partem negatiuam dixerunt salarium non deberi hæredibus de Hasque; nam etsi regula sit pro dictis hæredibus, quòd Aduocato debeatur salarium etiam non conuentum, *l.* 1. & ibi Bart. *de var. & extraordin. cogn.* Feder. de Sen. *consilio* 218. *numero* 1. & 2. Put. *decis.* 11. *lib.* 3. *in fin.* Natt. *consilio* 376. *per tot.* Alex. *consilio* 109. *n.* 2. *vol.* 6. tamen in modo constituendi, tria videntur considerari in tex. *d. l.* 1. *de var. & extraord. cognit.* scilicet pro modo litis, pro Aduocati facundia, & fori consuetudine, ac iudicij in quo erat acturus, & meritò, quia ex prædictis circumstantiis 1 2

magis

magis venit honorandus Aduocatus vel minus pro modo concursus qualitatum, vt bene probat Sor. *de iust. & iur. quæst.* 8. *art.* 4. *lib.* 5. Lancell. Polit. *in tract. de aduocat. cap.* 3. Gulielm. Rouill. *de iust. & iniust. Rub. de aduocat. quæst.* 51. *verf. nouum dictum*, quæ maximè videntur obseruanda, cùm hodie agatur contra Abbatem successorem non obligatum pro debitis antecessoris, nisi quatenus fuerint contracta pro vtilitate, vel necessitate Monasterij, Abb. *in cap. ex præsemium, num.* 5. *de pignor.* Glos. *in c.* 1. *de solut.* Put. *decis.* 11. *lib.* 3. Mohed. *decis.* 4. *de offic. Vicar.*

2 In casu autem de quo agitur, quamuis testes pro parte dictorum hæredum videantur deponere quòd dictus Stephanus fuerit famosus, & insignis Aduocatus Curiæ Leodien. & assumtus solus Aduocatus in causis huius Monasterij, & quòd inseruierit in omnibus causis, & negociis tam iudicialibus, quàm extraiudicialibus, tam de tempore Henrici Natalis, quàm Iacobi Thomæ Abbatum, pro annis scilicet in totum sexdecim, non tamen specificant causas & negocia ex quibus dignosci possit qualitas laboris, & præstiti seruitij, vt pro modo eorum iudex possit salarium liquidare, prout cauetur *in d. l.* 1. & Rota passim solet considerare, vt in Oscen. Salarij coram R.P.D. Lancelloto 21. Maij 1610.

3 Et si pro modo seruitij præstiti in patrocinio causæ Nullisodinæ, quæ probatur, & admittitur pro parte monasterij, sed concordata per transactionem, anno primo Abbatiæ dicti Iacobi, scilicet 1576. salarium esset constituendum in rationem vsque ad scuta centum, ad quam summam posse liquidari animaduertit Bart. *in alleg. l.* 1. §. *si cui cautum ff. de var. & extraordin. cognit.* de eo adhuc Stephano satisfactum videtur tum ex quantitate lignorum à monasterio habitorum, tum ex quantitate librorum eiusdem monasterij ab eo asportatorum, & receptione talarorum 20. ab Abbate Natali, de quibus omnibus deponunt testes Monasterij dati in summario *num.* 6. tum denique quia toto tempore annorum sexdecim, nec petiit, nec conquestus est Stephanus de salario sibi nō præstito; ex quibus iuris præsumtione satisfactum illi videtur, vt considerauit Rota in vna Romana Mercedis coram Binarino inter impressas 559. *part.* 1. *diuers.* & Granut. referens, & sequens eandem decisionem Theorema. IV. *num.* 10.

4 Non obstat, quòd aliæ etiam causæ fuerint specificatæ, & probatæ, cùm in summario hæredum *num.* 6. testes deponunt de lite, super quadam domo ad intersignum amoris, & super quodam vectigali Pontis Aurotti, quia fuit dictum, quòd vnicus est ille testis, & singularis, & de auditu deponit iuxta 13. interrogatorium, cui regulariter non creditur, *cap. licet, c. veniens, cap. iusiurandi de testibus.* Gabr. *eod. tit. conclus.* 1. *num.* 1.

5 Concurrit propria Stephani confessio, & declaratio vt in summario Abbatis *num.* 4. & medio iuramento, quòd scilicet non haberet causas in quibus inseruierit præter illam Nullisodinæ, vnde in concursu videtur tollere alias probationes. Roman. *conf.* 391. *in fine, num.* 8. Marant. *de ordin. iudic. in* 5. *art.* 2. *part. iud. post num.* 21. & ab ea non esse recedendum. Alex. *consil.* 49. *lib.* 5. Crauett. *consil.* 171. *num.* 10. *vers. quando enim*, Verall. *decis.* 183. *n.* 6. *p.* 3.

6 Demum non obstat, quòd Stephanus inseruierit, nedum in munere Aduocati, sed etiam pro consiliario, quo casu duplicandum esset salarium, & iusta esset illius petitio. Roman. *conf.* 25. Cagnol. *in l. diem functo, num.* 159. *ff. de offic. assess.* Quia responsum fuit, quòd aut prætendit salarium tanquam Aduocatus, & tunc sine specificatione causarum, in quibus inseruierit, nihil deberi, aut contendit illud sibi deberi, vti consiliarius, & tunc tanquam non conuentum habere non potest, cùm sit speciale in Aduocato, vt bene probat Feder. de Sen. *d. conf.* 218. cum aliis allegatis in principio decisionis.

PIROVANI.

Tirasonen. Decimarum. Lunæ 24. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur in profanis etiam non existente præsumtione calumniæ, dummodo articuli sint releuantes, & quæ in proposito dicantur causæ profanæ.

SVMMARIVM.

Causa decimarum dicitur profana, num. 1.

Causæ profanæ dicuntur etiam spirituales dummodo super titulo beneficij commissæ non sint, num. 1.

Remissoria non denegatur in profanis etiam sine fumo, dummodo articuli sint releuantes, num. 2.

Consuetudo immemorabilis non soluendi decimas sufficit ad præscribendum non solutionem decimarum, num. 3.

Præscriptio, seu consuetudo immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij etiam contra habentes intentionem fundatam de iure, præsertim ad fauorem personarum ecclesiasticarum, num. 3.

Equites Hierosolimytani dicuntur religiosi, numero 3.

Remissoria non denegatur propter præsumtam calumniam quando articuli sunt releuantes, num. 4.

Aequalitas seruanda est in iudiciis inter reum, & actorem.

DECISIO CCCIII.

Domini dixerunt Commendatario dandam esse remissoriam, quæ causæ decimarum ad hunc effectum reputantur prophanæ, Put. *decis.* 335. *part.* 2. & Rota reputat omnes causas prophanas etiam spirituales, modò super titulo beneficij commissæ non sint, Caputaq. *decis.* 99. *part.* 1. 1

In prophanis autem etiam sine fumo non denegatur remissoria, dummodo articuli sint releuantes, Caput. *decis.* 230. *in fine part.* 1. & *decis.* 68. *part.* 3. & fuit dictum in Bracharen. Decimarum coram Illustriss. Pamphilio 20. Maij 1591. & in Toletana Decimarum coram R. P. D. meo Ortembergo 27. Maij 1608. & in Pampilonen. decimarum coram Illustrissimo Pamphilio 23. Iunij 1600. 2

Releuantia probatur, quia articulatur immemorabilis consuetudo non soluendi decimas, quæ suffragatur, & habetur pro releuante ad hunc effectum, Rot. in Cauallicen. Decimarum 24. Decembris 1557. Inter impressas 471. *lib.* 3. & sufficit pro quocunque titulo, aut priuilegio, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqu. quotid. & æsti.* Caputaq. *decis.* 355. *part.* 3. etiam contra habentes intentionem fundatam de iure, Paul. de Castr. *consilio* 423. *col.* 2. *lib.* 2. Tob. Non. *consilio* 83. *num.* 5. Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *numero* 63. Vasq. *controuers. illustr. libro* 2. *cap.* 85. *numero* 40. & fuit dictum in causa Ciuitaten. Decimarum 15. Decembris 1594. & 17. Maij 1595. coram Cyprio, quæ omnia maximè procedunt, quando agitur de suffragando personis ecclesiasticis, *glos. fin. in fin. cap. in quibusdam, de decim.* prout sunt Equites Hierosolymitani, Cæs. de Grass. *decis.* 1. *numero* 1. *de probat.* Vasq. *controu. Illustr. lib.* 3. *cap.* 105. *numero* 49. 50. & 51. dicens esse verè religiosos, quia emittunt tria illa vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ, idem firmat Nauar. *consil.* 1. *conuers. coniug.* 3

Nec visum est Dominis hanc remissoriam sapere calumniā, quia vltra quod ratione præsumtiuæ calumniæ, 4

remissoria

remissoria non solet denegari, excluditur etiam calumnia ex quo adhuc pendet dilatio data capitulo actori ad fundandam intentionem suam, qua pendente, debet etiam reo concedi facultas faciendi suas probationes, vt in iudiciis seruetur æqualitas. *reg. in iudiciis, & cap. non licet, de reg. iur. in 6.* maximè cùm non cadat suspicio differendi iudicium non fundata intentione actoria. Quare, &c.

CAVALERII.

Bononien. Fideiussionis. Veneris 14. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Solutio partis an liberet fideiussorem pro reliquatu, & quid operetur subscriptio in fine apochæ apposita.

SVMMARIVM.

Solutio partis crediti non cedit in extinctionem fideiussionis, sed fideiussor tenetur quousque tota quantitas in obligatione contenta soluta fuerit, n. 1.

Subscriptio operatur approbationem, & confirmationem omnium contentorum in scriptura, n. 2.

Subscriptio qualificata, an verò quòd dictum fuit in corpore scripturæ sit attendendum, n. 3. *&* 4.

DECISIO CCCIV.

1 NOn placuit Dominis decisio aliàs in hac causa facta sub die 7. Maij proximè præteriti, ideò ab ea recesserunt. Considerabant enim Pompeium non simpliciter fideiussisse pro summa librarum 500. sed voluisse teneri pro dicta summa, quousque illis de Ceruia esset integrè satisfactum, vt legitur in apocha in illis verbis, *Il Signor Pompeo principalmente, & insolido promette, & fa la sicurtà quanto sia per la somma di lire sei milla di quatrini, per le quali vuol semper restar obligato fintanto, che li detti Ceruia saranno intieramente sadisfatti*, & ideo si dd. de Ceruia remanent adhuc creditores pro aliqua summa, Pompeius tenetur pro illa, quousque ad quantitatem in obligatione contentam, censetur enim eius obligatio facta pro reliquatu, & ideo solutio partis non cedit in extinctionem fideiussionis, *l. in fraudem, §. principalis, ff. de iur. fis.* fuit dictum in Romana Fideiussionis 21. Maij 1604. coram R.P.D. Lancellotto.

2 Nec videbatur obstare, quòd apocha non esset scripta, sed tantùm subscripta manu Pompei, quia placebat responsio subscriptionem operari approbationem, & confirmationem omnium contentorum in scriptura, ita vt virtualiter subscriptio dicatur continere quicquid in corpore scripturæ continetur, Ang. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num. 3. ff. de verb. oblig.* Barbat. *cons. 87. numer. 15, lib. 3.* Natt. *cons. 87. num. 4.* Alca. *cons. 147. num. 8. & 10. libr. 2.* Ruyn. *cons. 193. num. 1. vol. 2.* Dec. *cons. 11. num. 16. vers. præterea in casu nostro,* Decian. *cons. 11. num. 48. vol. 1.* Aym. *cons. 73. num. 40.* Paris. *cons. 77. num. 23. lib. 3.* Rota Ianuen. *decis. 78. in princ. & decis. 77. n. 1. & decis. 210. num. 2.*

3 Minus Domini censuerunt suffragari replicationem Pompeij, quòd eius subscriptio non erat simpliciter facta, vt videntur loqui Doctores præallegati, sed qualificata, quo casu non attenditur quicquid dictum fuerit in corpore scripturæ, sed ipsa subscriptio tanquam illa quæ dat robur, vt ex mente Innoc. dicit Felyn. *in cap. quoniam contrà, n. 43. vers. habes ergo doctrinam. de probat.* & Bald. *in auth. contra qui proprium, num. 8. vers. item quæro quid si est instrumentum, C. de non numer. pecun.* cum aliis in decis. alleg.

4 Nam dicebant esse animaduertendum subscriptionem hanc non continere certam & absolutam obligationem Pompeij, ita vt non sit facienda aliqua relatio ad corpus scripturæ, cùm in subscriptione non legatur expressum nomen personæ ad cuius fauorem sit obligatio, nec pro quo negocio ideo necessariò dicta subscriptio debet habere relationem ad corpus scripturæ, & continet omnia, quæ in eo continentur, exceptis tamen iis quæ expressè per Pompeium in subscriptione limitata fuerunt, prout fuit tempus, quod fuit restrictum ad annum, & quantitas, quæ fuit limitata ad summam lib. 4000. quòd fieret excussio contra principales debitores, & quòd nolebat teneri ad aliquod interesse, vt in ea legitur, vnde cum quo ad reliquatum dicta scriptura non fuerit aliquo modo limitata Domini concludebant obligationem Pompeij quoad illum esse intelligendam, prout in corpore scripturæ continetur, ac si eius manu scripta esset, ex suprà allegatis. Tandem visa etiam fuit sufficiens responsio ad ea verba in fine subscriptionis apposita, *mà solamente come hò detto di sopra*, quasi sint limitata, & ideo limitatam pariant obligationem, quia sunt posita respectu prædictarum limitationum appositarum in subscriptione, vt colligitur ea totius subscriptionis contextura, sed non propterea excluditur relatio ad scripturam præcedentem in non limitatis ex antedictis. Et ex his Domini recesserunt à decisis.

COCCINI DECANI DIGNISSIMI.

Romana Domus ad Sanctum Augustinum.
Mercurij 19. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Nunquid Iudex ecclesiasticus, an verò secularis sit competens Iudex vbi agitur de bonis emphyteoticis Ecclesiæ inter laicos, & an & quando statutum laicorum possit disponere super bonis emphyteoticis ipsius Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Aegidiana ex defectu potestatis statuentium non comprehendit personas ecclesiasticas & eorum bona, numero 1.

Bona Ecclesiæ dicuntur Sancta Sanctorum, & patrimonium Christi, & in illis iurisdictio laicalis nullam habet potestatem, n. 1.

Connexorum idem est iudicium, n. 1.

Cognitio causæ annexa spiritualibus spectat ad Iudices ecclesiasticos, num. 2.

Connexitatis ratione radicatum in pupillo extenditur ad maiorem, num. 2.

Forus Clerici extenditur ad laicum, quando causa est communis inter laicum & clericum, num. 2.

Episcopo moriente non currit præscriptio nec contra Episcopum, nec contra Capitulum, quando agitur de re communi inter Episcopum & Capitulum, num. 2.

Priuilegium vni socio concessum extenditur ad alium, num. 2.

Causa inter laicos emphyteotas ecclesiasticos reputatur spiritualis quando agitur de bonis emphyteoticis Ecclesiæ, & coram iudice ecclesiastico terminanda est, n. 3. *& per totam decisionem.*

Paria sunt sortiri forum, & ligari statutis, n. 4.

Statutum laicorum nullo pacto disponere potest super vtili dominio rei emphyteoticæ ecclesiasticæ, n. 4. *&* 5. *declara dummodo non lædatur Ecclesia, n.* 9. *vbi de*

materia

materia huius declarationis, & n. 10.

Vna eadémque res diuerso respectu, & ratione diuersarum personarum diuersimodè iudicari potest, numer. 6. vbi declaratur hæc conclusio quando habeat locum.

Beneficialis causa vbi de possessione agitur tractari potest coram iudice seculari, n. 7. vbi tamen quòd in contrarium est communis opinio.

DECISIO CCCV.

1 DOmini post maturam causæ discussionem censuerunt non esse locum Ægidianæ, quia ex defectu potestatis statuentis non comprehendit personas ecclesiasticas, & earum bona, vt sæpe censuit Rota, vt in decisionibus allegatis per Modernum Eugubinum *in cons. 20. n. 8. vol. 2.* Bona enim Ecclesiæ dicuntur Sancta Sanctorũ, *c. nulli liceat, & c. quicunque 12. q. 2.* & dicũtur patrimonium Christi, *c. cùm ex eo. de elect. in 6.* latè Felyn. *in c. constitutus, num. 19. de rescript.* & propterea habens iurisdictionem laicalem tantum in illis nullam habet potestatem, *cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & vtrobique notant Doctores omnes, qui defectus potestatis intrat etiam in casu de quo agitur, quia licèt agatur de vtili dominio inter laicos, tamen cùm sit connexum, & dependens à dominio directo, quod est magis dignum, & effectus, ac qualitas quædam ipsius quæ non potest esse sine subiecto, vt post Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in verbo, rebellando, num. 17.* dicit Ias. *in cons. 86. n. 14. lib. 1.* & latè probat Bero. *in c. quæ in Ecclesiarum, n. 10. de constitutionibus.* ideo ratione connexitatis tale iudicari debet, quale est directum, *c. translato, de constit. c. præterea, & ibi glos. de offic. deleg. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* latè Catell. Cotta *in verb. connexorum.*

2 Et in specie quòd cognitio causæ annexæ spiritualibus spectet ad Iudices ecclesiasticos est tex. expressus *in cap. quanto, & ibi latè glos. verb. connexa,* & Doctores omnes *de iudic.* & propterea videmus, quòd ratione connexitatis illud quod est radicatum in pupillo extenditur ad maiorem, *l. si communem, ff. quemadm. seruit. amitt.* quod eadem ratione, si causa est communis inter laicum, & Clericum; forus Clerici extenditur ad laicum, Bart. *in l. præcipimus, in §. eodem, numero 1. C. de appellat.* & si res est communis Episcopo, & capitulo, si Episcopus moritur, non currit præscriptio contra Capitulum, Abb. *in cap. 1. de præscript. num. 4.* & priuilegium illius qui habet vacationem munerum, extenditur ad socium, glos. *in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10.* & alia quamplura exempla adducit Andr. Siculus *in consilio 1. numero 38. & seqq. lib. 2.*

3 Et prædicta tanto magis procedunt in casu de quo agitur, quia omnes causæ istius dominij vtilis spirituales sunt, & propterea ab eis recipit iudicium, Cardin. *in Clemen. per litteras, num. 12. quæst. 15. de præbend.* efficiens enim est Ecclesia materialis, bona ipsa Deo dicata, finalis verò vtilitas Ecclesiæ. ita arguunt, & concludunt, Bero. *in capit. quæ in Ecclesiarum, numer. 9. & seqq. & præsertim numer. 12. de constit.* Siluan. *consil. 9. num. 23.* & pro ista sententia videtur bonus text. *in cap. cæterùm,* vbi Abb. *in princ. de iudic.* quem allegat Bero. *loco præcitato,* vbi lis inter vasallos terminanda est per dominum feudi, etiam quòd sit Ecclesiasticus, & hanc quoque sententiam sequuti sunt Fulgos. *in cons. 166. numer. 3. vers. quintò quia, & col. penult. in princ. versic. rursus,* vbi quòd Iudex laicus nullo pacto potest se intromittere, etiam quòd agatur de vtili dominio inter laicos, Card. *in cons. 92. numer. 8. in fine, versic. insuper,* Calder. *cons. 15. num. 1. de iudic.* Rebuff. *de decim. quæst. 10. num. 1.* Cuman. *cons. 41. num. 2. versic. sed his non obstantibus,* Campeg. inter cons. Brun. *consil. 2. numer. 35. versic. & hoc quia feudatarius, vol. 1.* Ægid. *cons. 40. num. 3. in fine, vers. & est ratio,* & hæc videtur fuisse opinio Francisci de Tigrino, & Vberti de Bobio, vt colligitur ex traditis per Ioan. Andr. *in c. quoniam frequenter, numer. 34.* per Butr. *in §. quod si super, numer. 19. vers. si autem venit,* & per Abbatem *in §. in aliis, num. 28. vt lit. non contest.* pro qua possunt etiam allegari, quia in effectu hoc sentiunt, Feder. de Senis *consil. 245. numero 3. versic. sine præiudicio veritatis,* Gemin. *in cap. fin. numero 14. de for. compet. in 6.* Anchar. *in cap. ea quæ, numero 12. de reg. iur. in 6.* Bolognin. *in addit. ad consil. Io. de Anan. 84. numero 7.* Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. quæst. 39. num. 14. versic. & idem si durante emphyteusi.*

Et prædicta corroborantur etiam alia optima ratione, quia paria sunt forum sortiri, & statutis ligari, *cap. 2. de constit. in 6.* quod argumentum ponderat Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 12.* sed sic est, quòd laicus nullo pacto potest statuere super vtili dominio rei emphyteoticæ Ecclesiæ, vt est tex. clarus *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* & iste est germanus intellectus illius textus, ex allegatis per Riminald. Iunior. *ibidem, num. 2. secundus verò fuit, cum plurib. sequentibus vsq. ad num. 13.* & quamuis dici potest hoc esse verum, quando agitur de mutatione vasalli, quia tunc agitur de præiudicio Ecclesiæ, tamen considerabant Domini, quòd circa validitatem statuti inter alia duo possunt considerari, scilicet defectus potestatis statuentis, & præiudicium Ecclesiæ, vt *in d. c. quæ in Ecclesiarum,* & habetur etiam *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & considerat Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 9.* in statuto autem disponente super vtili dominio laici, concurrit præiudicium Ecclesiæ propter mutationem vasalli, Campeg *inter consilia Brun. consilio 2. num. 36. versiculo & ideo non possunt statuere,* Rimin. Iun. qui latè hoc probat, & multos allegat *in d. cap. quæ in Ecclesiarum. num. 12. de constit.* & dicit ibidem Bero. *d. num. 9.* 4

Concurrit etiam defectus potestatis statuentis ratione connexitatis, quam habet dominium vtile cum directo, vt dictum fuit, & probat Bero. *loco proximè allegato, versiculo alia quoq; ratione,* & in specie, quòd statuta laicorum non comprehendant vtile dominium in bonis emphyteoticis; tenuerunt Card. *consilio 2. numero 1. versiculo item in hæreditate,* Bald. *in auth. si quas ruinas numero 9. C. de sacrosanct. eccles.* Campeg. *inter consil. Bruni consilio 2. num. 34.* vbi quòd ista opinio est verior, Abb. *consilio 72. in princ. lib. 1. & in cap. quæ in Ecclesiarum, numero 2. in tertio notat.* vbi etiam Bero. *num. 8.* & Dec. *numero 6. de constit.* Silua. *consil. 9. numero 25.* Bald. *consilio 300. numero 1. & 4. lib. 1.* Ias. *consilio 152. numero 9. libro 4.* Cuman. *consilio 41. num. 2. versic. sed his non obstantibus,* & est mente Castren. *in consil. 146. in princ. & cons. 130. col. 2. in fine, versic. & idem si tenor, lib. 2.* dum dicit in successione feudi & emphyteusis non esse attendendum statutum loci, sed tenorem inuestituræ. 5

Non obstant in contrarium adducta, & primò, quòd dominium vtile non est Ecclesiæ, sed laici inuestiti, & ideo laicus est Iudex competens, quia connexitas, quam habent ista dominia inter se, non efficit quin vtile dicatur proprium laici, non autem Ecclesiæ, & licèt inseparabile videatur à directo, tamen potest diuerso iure censeri eo modo, quo vna & eadem res potest diuerso respectu, immo ratione diuersarum personarum, diuersimodè iudicari, vt in puncto dicit Surd. *in cons. 338. numero 19. vers. hæc mouet, lib. 2.* Nam fuit responsum, quòd licèt sit verum, quòd aliquando vna & eadem res possit diuerso iure censeri, hoc tamen procedit quando respectu diuersæ personæ, vel diuerso respectu concurrit diuersitatis ratio, secus autem quando eadem ratio concurrit, vt declarat Abb. *in d. cap. cùm in tua. num. 7. versic. solutio ex diuersitatis rationibus, de decim.* dominium autem vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici, cùm semper remaneat annexum cum directo: nam per concessionem factam laico actualiter non separatur è directu, sed per quandam fictionem intellectus, vt dicitur de iurepatronatus *Glos. 1. in cap. piæ mentis, 16. q. 7.* quam sequitur Andreas Siculus *in cap. quanto, numero 16. versic. & ita dicatur. de iudic.* quæ operatur, vt dominij vtilis capax sit laicus, non autem, quòd ita efficiatur laicale, vt iudex laicus sit iudex competens, immo cognitio præseruatur Iudici ecclesiastico, Alex. *consilio 58. in fine* 6

libro

*lib.*1.& in propriis terminis Bero *in d.c.qua in Ecclesiarum, num.9.vers.alia quoque.de constit.* & sic cessat argumentum Surdi *in d.cons.*338. *num.* 9. quòd bona sunt personarum accessoria, quia hoc est verum, quando res omnino trãsfertur; secus autem quando solum dominium vtile, quòd remanet connexum cum directo, & ideo non potest diuerso iure censeri, vt dictum est.

7 Nec prædicta responsio potest elidi, ex quo aliqui voluerunt causam possessionis beneficij posse tractari coram iudice seculari, & tamen possessio est connexa cum proprietate spirituali, quo argumento vtitur Surdus vbi suprà *num.*25. quia nedum tollitur obiectum ex rationibus prædictis, & ex adductis per Bero *in dict.c.qua in Ecclesiarum, n.*12.*in fine*, sed ex quo communis sententia est in contrarium, vt testatur Aufrer. *in addit.ad decis.Capellæ Tholosanæ* 471.*incip.item fuit quæsitum*, & de communi etiam testatur Aluar. Valasc. *consult.* 93.*num.* 3. & etiam eam sequitur Guglielm. de Benedict. *in c.Raynutius, in ver. & vxorem, decis.*2.*num.*38.& infiniti, qui possent allegari, & semper eam approbauit Rota, *vt in decis.*4.*de lit.contest. in antiq.* quam ad punctum allegat Aufrerius vbi suprà, & est etiam decisio Putei 361.*in fine lib.*1. & fuit sæpissimè resolutum, & signanter in causa Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

8 Non obstat, quòd plures Doctores videantur tenere contrarium, scilicet quòd iudex laicus possit cognoscere super tale dominium vtile inter ipsos laicos, quia istorum Doctorum autoritates facilè tolluntur: nam Albert. Brun. *de stat.art.*8.*num.* 107. *vers.& faciunt hæc.* qui pro ista opinione allegatur, nihil firmat, sed solùm refert opinionem Vberti de Bobio, & Francisci Tigrino, quos malè intellexit, quia ipsi pro contraria sententia possunt allegari, vt ex dictr.Io.Andr. & Abb. suprà dictum est, & propterea Surd *in d.cons.*338.*n.* 17. dum allegat eunium decipitur, Abb. verò *in c.quoniam frequenter, §.in aliis, n.* 28. *vt lit.non contest.* licèt videatur dicere, quòd clericus veniens ad causam pro defensione emphyteotæ non possit declinare iurisdictionem, tamen est aduertendum, quòd impressio est mendosa, quia Specul. *de primo decreto.§. restat videre, n.* 24. *&* 25. quem ipse allegat, expressè tenet, quòd iudex laicus, non est iudex competens clerici venientis ad causam, etiam quòd renunciet priuilegio fori, & in omnem euentum dictum Abbatis esset contra Glosam *in cap.clericum nullum* 11.*quæst.*1. *in verb. secularem*, Cuman. autem *in consil.* 84. & sibi contrarius *in d.cons.*41. *numer.*2.*vers.sed his non obstantibus*, & in eodem casu Cumani contrarium consuluit Fulgos. *in cons.*166. locis præcitatis; Decisio verò in causa Auximana bonorum 19. Ianuarij 1604. licèt in terminis dicat, quòd est locus Ægidianæ, quando agitur de vtili dominio inter laicos, quia personæ sunt seculares, nec agitur de bonis, sed super possessione inter ipsos laicos; non firmat quòd causa possit cognosci coram iudice laico, sed firmat potius quòd ægidiana habeat locum coram iudice ecclesiastico, quando agitur inter laicos, quod non est verum, quia ægidiana respicit ordinatoria iudicij, & ideo seruandum est ius fori, Cootard. de Ægid. *limit.*4. *rat.Can.reintegran. num.* 10. *&* 11. in foro autem ecclesiastico, vt dictum est, non habet locum Ægidiana, & propterea cùm prima vice illa decisio fuerit allegata in causa Sabinien. Villettarum 9. Iunij 1606. coram me, in qua agebatur de vtili dominio inter laicos, & dubitabatur, an esset locus ægidianæ, Rota noluit videre de iustitia mandati de manutenendo, vt in positionibus, & diariis Dominorum fuit adnotatum, quia cùm Rota habeat vtramque iurisdictionem, nempe ecclesiasticam, & laicalem, cùm ageretur de vtili dominio sustinebamus vices iudicum ecclesiasticorum, & propterea erat seruandum ius fori ecclesiastici.

9 Neque facit alia ponderatio, nempe quòd si paria sunt, forum sortiri, & statutis ligari, multi Doctores tenent, quòd princeps laicus potest statuere super vtili dominio, dummodo non lædatur Ecclesia, & absque illius præiudicio, quos allegant Tiraquell. *de retract. lignag. gloss.* 13. *numero* 8. Surd. *d. consilio* 338. *num.* 14. *in fine, versic. quartò quòd statuta laicorum*, & Aluar. Valasc. *de iur. emphyt.q.* 17. *num.* 12. & hoc etiam reperitur scriptum in quadam annotatione bo. me. Orani in causa Mediolanen. Bonorum 13. Nouembris 1596. nam dixerunt Domini, quòd Anch. *in cons.*125.*num.*7.*& in cons.*433.*n.*2.*&* 3. fuit autor istius opinionis, & ideo resolutio pendet ab intellectu Anchar. qui verè loquitur in casu, quo emphyteusis fuerat acquisita pro hæredibus, & mouetur primò, quia aderat statutum per quod fœminæ excludebantur, vnde subdit quòd ex eo, quòd fœminæ non poterant esse hæredes, non erant successibiles in emphyteusi acquisita pro hæredibus; & secundò mouetur, quia pater acquirendo pro filiis, vel liberis non censetur acquisiuisse pro fœminis, quia censetur se conformasse cum dispositione statuti, & eodem modo acquirere, & ita intelligit, & declarat Anchar. Socin. iun. *consil.* 71. *num.* 43. *vsque ad finem libro* 1. & Brun. *de statut. art.* 8.*n.*106.*in princ.* & ita illum etiam intellexit Rota in causa Romana Domus sancti Ludouici 27. Nouembris 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & coram me in causa Romana Emphyteusis 18. Maij eiusdẽ anni, & 28. Nouembris 1608. & aliàs sæpius, & quamuis Anchar. subdat, quòd statutum non disponit super rebus Ecclesiæ, sed super vtili dominio quod est laicorum, tamen est aduertendum quòd non loquitur de statuto in ordine ad vtile dominium, sed de statuto in ordine ad intentionem acquirentis, quæ intentio acquirentis, vt masculis extantibus fœminæ non succedant, non lædit Ecclesiam, cùm ipsius non intersit vt pater magis acquirat vni, quàm alteri ex filiis, sed non propterea dicit, quòd si pater acquirat pro filiis masculis, & fœminis, ita vt omnes insimul succedant stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ non possint succedere, quia hoc esset contra iuris communis regulas, secundùm quas tenor inuestituræ est seruandus, & non statuta loci, vt per Castr. locis superiùs allegatis, & Doctores, qui generaliter ponunt istam conclusionem, quòd stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ in emphyteusi censeantur exclusæ, non fundant se in statuto, sed in intentione acquirentis, qui præsumitur in acquirendo se conformare cum statuto, vt per Bart. *in l.vt iurisiurãdi, §.si liberi.n.*5.*ff.de oper.liber.* Clarus *in §.emphyteusis.q.*32.*versic sed pone*, qui alios allegat Decian. *consil.* 31.*n.*40.*& seqq.* Curt. iun. qui de communi testatur *in consil.*31.*n.*3. & dixit Rota in præcitatis decisionibus Romana Domus S. Ludouici, & Romana Emphyteusis.

Et secundùm sententiam Anchar. sunt intelligendi Doctores, qui allatis prædictis rationibus ipsum simpliciter sequuntur, nempe Alex. *cons.*9.*n.* 1.*lib.*5. *& cons.* 27. *num.* 4. *in fine vol.* 6. & Felyn *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 95. *de constit.* Dec. *in auth.* Cassan. *num.* 9. *C. de sacros. Eccles. & consil.* 139. *num.* 2. *versic. non obstat. & in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 20. *de constit.* Paris. *consil.* 22. *num.* 86. *vol.*2. & adden. ad Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum. num.* 20. *in verb. Ecclesiæ, de constit.* & meritò quidem: nam vltra quod hoc colligitur ex verbis ipsorum Doctorum, intrat quoque alia ratio, quòd Doctor est intelligendus secundùm ea quæ allegat Roman. *consil.* 211. *num.* 5. *versic. quoad vltimum.* 10

Aliorum verò DD. aliqui, vel torquent Anchar. vel etiam secundùm ipsum intelligi possunt, alij verò loquuntur in casibus particularibus in quibus sunt reprobati, alij postremò non tangunt istam difficultatem, & in primo genere sunt Barbat. *in consil.* 14.*col.fin.versic. ad hoc respondeo lib.*1. Brun. *de statutis loco suprà allegato, versic. item illam*, ampliant Ruyn. *consil.* 70. *num.* 11. *vol.* 5. Marcabrun. *consil.*26.*num.*131. Bursat. *consil.*56.*num.*12.*vol.*1. Menoch. *de arbitr.cas.*180.*num.*9. 11

In secundo verò genere sunt Castren. *in consilio* 194. *libro* 1. qui tenet quòd statutum Florentiæ de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte habeat etiam locum in donatione iurispatronatus, sed nihil probat, cùm res ipsa demonstret auctoritatem huius consilij, contra quod in specie est cons. Gemin. 67. *per tot.* in quo concludit contrarium, tam ex defectu 12

potestatis

po.estatis quàm voluntatis statuentis. Socin *in consil. 99. num. 2. volum. 2.* qui dicit quòd circa solutionem canonis est attendendum statutum, & consuetudo loci in quo debet fieri solutio:nihil etiam probat, quia non valet statutum & consuetudo in præiudicium Ecclesiæ, *capit. cum causam. de re iudic. c. 1. de consuetud. cap. clericis, de immunit. ecclesiast. in 6.* & ista consuetudo dicitur proxima sacrilegio, Bald. *consil. 9. numer. 6. versicul. non valeret, libr. 1.* Ruyn. *consil. 156. numer. 8. libr. 4.* vbi quòd consuetudo non valet ex causa efficienti, quia sicuti laici non possunt statuere, ita nec consuetudinem inducere onerosam Ecclesiis, Purpur. verò *in consil. 332. num. 9. versicul. tertiò contingit,* qui loquitur ad effectum, quòd vtile dominium possit collectari, nec etiam facit quia in contrarium est doctr. Bartol. *in l. priuatis, numer. 2. C. de excusat. muner. libr. 10.* vbi etiam post Ang. Ioan. de Platea circa medium vers. dicit etiam hic, Ang. Cassan. *in consuetud. Burgund. §. 4. glos. 6. super verbis textus, & supportor le moisie, versicul. & intellige prædicta, numer. 6.* Thom. Parpalia *in repetit. l. placet, numer. 73. & sequentibus. C. de sacrosanct. Eccles.* Ægid. de Thomatis *de collectis in §. pauperes an aliquibus, num. 29. & seqq.* Ias. *in l. 1. num. 31. C. de iure emphyt.* & habetur ponderosissimum consilium Siluani 9. per totum, vbi latè & doctè & etiam in casu Purp. loquuntur Surd. & Aluar. Valasc. qui fuerũt quodãmodo nouatores istius opinionis, & propterea conantur fundare intentionem suam defendendo prædictas conclusiones.

13 In tertio verò genere sunt Afflict. *in capit. imperialem, §. preterea inter. numer. 9. de prohibita feudi alienatione per Federicum,* qui dicit consuetudinem esse seruandam, quòd Dominus feudi ecclesiasticus cognoscat de feudo Ecclesiæ, tam in possessorio, quàm in petitorio, quia ista consuetudo est secundùm dispositionem iuris, & propterea Afflict. non facit ad punctum, Socin. iun. *in cons. 71. numer. 13. volum. 1.* qui facit motiuum, sed concludit cum Ancharano, quem etiam declarat, vt suprà dictum est, & ideo non debuisset allegari, Castren. *in consil. 290. in fine, libr. 1.* loquitur in terminis illius quæstionis de his quæ competunt clericis non vti clericis, sed vt cuilibet, de qua per Bart. *in l. cunctos populos. q. 5. n. 28. & seqq. C. de summa Trinit. & Fid. Cathol.* de qua quicquid dicendum sit non facit ad propositum, Rimin. sen. *cons. 447. n. 20. vol. 3.* & Abb. *cons. 28. n. 6.* absolutè non tangunt istam difficultatem.

14 Non obstat adnotatio bo. me. Orani in causa Mediolanen. Bonorum, quia illa non est decisio Rotę, vt patet ex eius initio ibi, Domini per viam inclinationis amplexi sunt decisionem factam sub die 20. Maij ad fauorem D. Commendatarij. Rota enim non facit decisiones per viã inclinationis, sed in istis casibus est in arbitrio Ponentis si aliquid adnotare vellet memoriæ suæ causa, & tanto magis quia in priori decisione huiusmodi conclusio non reperitur firmata, præterea vnus ex Dominis qui tunc tẽporis erat in Rota affirmabat, quòd visa huiusmodi annotatione Rota illam non agnouit pro sua, &c.

PIROVANI.

Bononien. Capellaniæ. Lunæ 24. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Remissoria non denegatur, quando abest calumnia, & articuli sunt releuantes, vbi quomodo dicatur abesse calumnia, & quando articuli dicantur releuantes.

SVMMARIVM.

Remissoria regulariter non denegatur, quando adest calumnia, & articuli sunt releuantes, numer. 1. Vbi quòd calumnia non probatur ex eo quòd constat de releuantia.

Farinac. Decis. lib. 2.

Transportatio actorum necessaria non est, nec impedit remissoriam, quando causa in prima instantia fuit introducta in Rota, secus si per auocationem ab alio Iudice, num. 2.

DECISIO CCCVI.

DAndam esse Remissoriam Leandro fuit resolutum, 1
quia regulariter non solet denegari, quando abest calumnia, & articuli sunt releuãtes, Capuaquẽ. *decis. 56. & 68. part. 3.* Rota in Brachuen. Decimarum corã bon. mem. Cardinali Pamphilio 20. Maij 1591. & in vna Tirasonen. Canonicatus coram me 10. Decembris 1610. Calumnia non probatur constito de releuantia, vt sæpius fuit decisum, & signanter in illa Toletana Mercedis 3. Iulij 1579. Releuantia autem videbatur clara, quia ex hac probatione resultat iustificatio eius gratiæ, nempe quòd Beneficium vacauerit per dimissionem Claudij, & quòd Claudius dimisit iuxta decretum in litteris suæ prouisionis Canonicatus appositũ super valore, & aliis quæ bene releuantia visa sunt Dominis.

Et ideo magis remissoria in casu de quo agitur videtur fauorabilis, quia Leander non possidet, & cessat suspicio, quòd dilationem quærat, vt diutius in possessione permaneat, quod autem dicitur de necessaria transportatione actorum per dictum Leandrum antequam decernatur Remissoria, ex sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20. de reform.* non videtur procedere, quia causa per auocationem ab Auditore Cameræ non venit in Rota, sed in prima instantia fuit introducta, quo casu acta non transportantur, tãquam cõcernentia aliam causam; exceptio autẽ excõmunicationis in facto nõ subsistit, &c. 2

PIROVANI.

Calaguritana Iuris visitandi. Veneris 28. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

De testibus examinatis cum citatione, in qua non sit expressa certa dies, & hora examinis, quando dicantur nulliter examinati, & quãdo etiã citandus sit ille, qui protestatus fuit nolle amplius coram Iudice comparere.

SVMMARIVM.

Citatio non continens diem, & horam, in qua citatus comparere possit dicitur manifestè nulla, n. 1.

Testes examinati in termino à Iudice partibus concesso ad examinandum testes, probant, & dicuntur validè examinati, quandocumque in d. termino examinentur etiam sine citatione partis, n. 2. aliter secus, numer. 3.

Citatio non requiritur, quando citandus iam protestatus fuerat se nolle amplius comparere coram Iudice, n. 3. Declara vt n. 4.

Testes examinati in loco non designato, & expresso in citatione non probant, n. 4. & 5.

Nuntius Apostolicus non habet iurisdictionem in prima instantia, n. 5.

DECISIO CCCVII.

IN dubio per me hodie proposito an testes pro parte 3
Archipresbyteratus de Agiulaz sint nulliter examinati, Domini pro inualiditate examinis resoluerunt. Nam citatio quæ datur in summatiis intimata D. Episcopo ad omnia contenta in Commissione Nuntij Apostolici, & ad videndum iurare testes ad locum de Audicanã, qui producti fuere ad testificandum pro parte Cleri, & ex dicto loco assignari alias partes, vbi reliqui testes examinabũtur, cùm in prima parte non contineat diem,

X neque

& iniustum, vt ex decisionibus, & sententiis Rotalibus deprehenditur in suis libris in perpetuũ conseruari, tam in ignominiam Ludouici, & suorum ascendentium, quos Rota puros declarauit, quàm in contemptu iustitiæ æqua lance administratæ in hoc sacro Tribunali, quod de iustitia redarguitur, & notatur.

3 Hinc sequitur contrauentio in ea parte, in qua mandatur, quòd Ludouicus ad pristinum honorem restituatur, quia quantum in Capitulo fuit illam de nouo denigrare conatum est, illúmque in honore sibi à Rota restituto spoliare, eius famam, honorem, & progeniem lędendo, & grauibus iniuriis afficiendo.

4 Hinc etiam sequitur contrauentio in ea parte in qua oppositiones, & molestationes Capituli iniustæ declarantur, eique super præmissis perpetuum silentium imponitur, quia ex diametro Capitulum hoc silentium violauit persistendo in eisdem oppositionibus, vexationibus, & molestationibus, quas Rota illicitas, iniquas, indebitas, iniustas, & de facto factas præsumptas iuridicè declarauerat.

5 Hinc quoque resultat cõtrauentio in ipsa possessione tradita, quia cum vigore statuti Ecclesiæ Toleranæ de puritate quis debeat admitti ad Canonicatum non simpliciter, sed cum qualitate puritatis à statuto requisitæ, & sic possessio sit tradenda Canonico cum dicta qualitate puritatis, hoc non fecit Capitulum, sed potiùs nedum tacitè, sed etiam expressè possessionem tradidit cum contraria qualitate, & sic Capitulum non solùm contrauenit in non patendo; sed etiam in agendo, vt considerat Innoc. *in cap. olim, il 3. in fine de restit. spoliat.* quem sequuntur Hostien. Io. Andr. & alij, Franc. *in c. sollicitudinem, n. 11. de appell.*

6 Vltra quod traditio possessionis facta à Capitulo ei non suffragatur, neque ex illa potest resultare patitio, quia cùm stantibus prædicta responsione, & aliis suprà deductis, fuerit vitiosè, malitiosè, & modo indebito tradita, perinde est, ac si non fuisset tradita; neque fuisset facta paritioinam vitiosè implere, aut omnino non implere æquiparantur, *l. quotie. ff. qui satisd. cog. l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier.* & idem est malitiosè implere, ac non implere, *l. vbi exigitur, ff. de eden.* & ibi Odofred. Alberic. & alij, & qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id quod facere debet.

7 Neque obstat, quòd non prohibeatur quis protestari, & iura sua sibi præseruare, quia licèt quis possit protestari, nec tenetur cedere iura, & prætensiones, tamen tenetur parere executorialibus, nec potest eis contrauenire, Mohed. *decis. 9. de caus. possess. & propriet.* hìc autem Capitulùm non stetit in solis terminis protestationis, & præseruationis iurium, sed fecit declarationem contrariam sententiis, & executorialibus mandando, quòd talis responsio & declaratio registraretur in libris Capituli, & insereretur in testimoniis possessioniis à Notario dandæ, & sic multipliciter contrauenit, vt dictum est, &c.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Pacen. Parochialis de Talauera.
Veneris 4. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Positionibus criminosis obiectiuis, & negatiuis, quando quis respondere teneatur.

SVMMARIVM.

Positionibus obiectiuis respondere quando quis teneatur, n. 1.

Positionibus etiam criminosis respondere quis tenetur, quando includunt ius ponentis, n. 2.

Positionibus negatiuis respondere quis tenetur, quando habent implicitam affirmatiuam, n. 3.

Procurator constitutus cum facultate iurandi de calumnia potest etiam iurare in omni casu in quo iuramentum præstandum est à principali, n. 4.

DECISIO CCCIX.

Censuerunt Domini, quòd sit respondendum positionibus, non obstante, quòd prætendatur, quòd sint obiectiuæ, quia non sunt merè obiectiuæ, sed de iure dantis, cùm includant bonum ius Ludouici fundatum in incapacitate Francisci tanto magis, cùm Ludouicus sit reus, & possessor, Rota *decis. 30. de testib. in antiq.* Vestr. *in prax. lib. 5. c. vltimo, n. 5. & seq.* 1

Et non obstante, quòd prætendantur esse criminosæ, quia nullum continent crimen, cùm nihil sit, quod Francisco possit imputari si non est legitimus, & quia includunt ius dantis, quo casu articuli etiam criminosi essent admittendi, Rota *decis. 26. de test. in antiq.* 2

Et non obstante, quòd prætendantur esse negatiuæ, quia vltra quod habent implicitam affirmatiuam etiam positionibus negatiuis est respondendum quoties iudici æquum videtur, Benintend. *decis. 32. n. 12.* 3

Neque obstat, quòd procurator Ludouici non habeat sufficiens mandatum ad iurandum positiones, quia plures ex Dominis existimabant mandatum esse sufficiens, cùm procurator habeat in mandato facultatem iurandi de calumnia, quod sufficit etiam, vbi de forma iuramentum esset præstandum à principali, vt in causa Bonanen. Pensionis 17. Iunij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Millino, tanto magis quia est ad iurandum in ista causa, & in mandato adest clausula, ad lites, &c. & clausula, Etsi requireret speciale mandatum, sed quatenus pars non habeat hoc mandatum pro sufficienti, dixerunt Domini dandam esse dilationem procuratori Ludouici cum retardatione ad effectum vt faciat quod eius principalis transmittat mandatum speciale, quia hoc non est tale emergens quod poterit præuideri à principali cui propterea non est imputandum. 4

REVER. D. LVDOVISII.

Ianuen. Iurisdictionis.
Lunæ 21. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Testes an & quando possint examinari post publicationem, quandóve semel examinat possint iterum examinari super eisdem articulis.

SVMMARIVM.

Testes post didicita testificata examinari nõ possunt, n. 1.

Testes post publicationem possunt examinari super articulo partim nouo, & partim antiquo, n. 2. vbi declaratur hæc conclusio.

Testes possunt examinari in Rota etiam post traditum summarium depositionum procuratoris, n. 3.

Testes semel examinati super vno articulo, non possunt amplius examinari super eodem articulo, n. 4.

Testes non obstante publicatione possunt iterum examinari, quando non fuerunt perfectè examinati, num. 5. declara vt n. 6.

DECISIO CCCX.

Proposito semel atque iterum dubio an sit locus examini quatuor testium inductorum per Abbatem 1

S. Matthæi DD. negatiuè responderunt, quia Abbas examinauit viginti tres testes super primis articulis vigore remissoriæ, & habuit penès se, & per multos dies retinuit processum originalem depositionum eorundem testium, vnde post dudicita eorum dicta, non potest denuò super eisdem examinari, *auth. at qui semel, C. de prob.* & in corpore vnde sumitur *in §. quis vero in auth. de testib. c. frater, & c. intimauit eodem titulo.*

2 Nec facit, quòd non obstante publicatione possint produci testes super articulo partim nouo, & partim antiquo, vt dicunt Butr. & Felyn. *in d. c. frater,* quia visum fuit Dominis non applicari: nam licèt articuli, qui de nouo dantur, aliqualiter in cortice & sono verborum differant ab antiquis, attamen in virtute & substantia sunt iidem, aut saltem in ipsis comprehenduntur, quod sufficit, vt non admittatur nouum examen, vt post Inn. & Io. Andr. tradit Abb. *in d. c. frater, n. 8. vers. sed leuiter concludo,* Bart. *in d. auth. qui semel, num.* 24. Paul. de Castro *cons.* 193. *sub n. 1. vers. & sic vide vt lib.* 1. Aym *cons.* 134. *n.* 47. Ant. Gabr. *de testibus, concl.* 21. *n.* 17.

3 Et præsertim est cauendum in isto casu post resolutiones factas, & discussa dicta testium, vt dixit Rota in vna Placentina Bonorum 8. Februarij 1585. coram bo. mem. Cardinali Seraphino, in qua decisione respondetur ad illud quod obiicitur de stilo Rotæ, quòd procedat quando habitum fuit solummodo summarium, vel quando originale fuit ostensum, aut dimissum in manibus procuratoris, quod in Curia aliquando admittitur, & Rota permittit propter legalitatem, & probitatem procuratoris, vnde non debet extendi ad istum casum, in quo per multum tempus originale fuit penès principalem, iudice, & Rota insciis.

4 Accedit quòd duo ex dictis testibus, videlicet Ioannes Antonius, & Marcus fuerunt super illis antiquis articulis examinati. Vnde amplius non debent examinari, etiamsi non fuisset eorum examen publicatum, *l. produci.* vbi glos. & Bart. *ff. de testibus,* Abb. *in d. c. constitutus, il secondo, n. 2. de testib.* Syluest. Aldobrandin. *cons.* 114. *n.* 74. *& seq.* Peregrin. *decis.* 87. *&* 118. *lib.* 2.

5 Non obstat quòd dicitur posse denuo examinari testes, non obstante publicatione quando non fuerunt perfectè examinati, ex cumulatis per Gabr. *d. concl.* 21. *num.* 20. *& seq. de testibus,* & non fuisse bene examinatos, & interrogatos, quia super fama deponunt tantùm per verbum præsentis, & bene interrogati deposuissent per verbum præteriti temporis, quia vltra quòd duo tantùm ex tot testibus deponunt de fama per verbum præsentis temporis tantùm.

6 Articulus habet verba præsentis temporis tantùm, & per consequens si testes loquuti sunt prout est conceptus articulus, hoc non venit ex culpa aut negligentia iudicis, seu Notarij examinantis, sed culpa articulantis, licèt autem sit succurrendum parti contra negligentiam examinantis, non autem contra propriam, aut sui procuratoris. Præterea fuit resolutum ex pluribus famam etiã formiter probatam non releuare, vnde non debet sub prætextu eius, quod non releuat, concedi facultas examinandi contra regulas iuris, cùm etiam in casu non prohibito non soleat admitti quis ad probandum, vbi materia est irreleuans, Cassad. *decis.* 2. *de dilat.* Caputaq. *decis.* 66. *par.* 3. & vbi fama iuuare posset Abbatem non egeret repetitione istorum testium, quia habet plures testes bene depouentes de ea per verbum fuit, & est, &c.

REVER. D. SACRATI.

Bononien. Administrationis. Lunæ 28. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Testator an possit liberare tutorem à dolo præsumto, & quomodo colligatur ex verbis testatoris huiusmodi liberatio.

SVMMARIVM.

Testator potest liberare tutorem, seu administratorem vsque ad dolum præsumtum inclusiuè, n. 1.

Coniecturæ quibus colligitur testatorem voluisse liberare tutorem, vel administratorem à dolo præsumto, n. 2.

Dolus verus non consideratur ex non confectione inuentarij, & non retentione computorum, sed tantùm dolus præsumtus, n. 3.

DECISIO CCCXI.

Censuerunt Domini Bartholomæam non teneri reddere rationem, nisi probetur fuisse in dolo vero: nam quòd testator possit liberare tutorem, siue administratorem vsque ad dolum præsumtum inclusiuè, trad. Dec. *cons.* 177. *num.* 3. *&* 191. *num.* 4. Gozad. *cons.* 94. *num.* 12. Paris. *cons.* 48. *num.* 35. *lib.* 5. Couarr. *lib.* 2. *var. resol. c.* 14. *num.* 4. *vers. quintum, vers. vltimò omittendum non est.* Menoch. *cons.* 22. *n.* 3. *&* 5. *& tractat. de præsumt.* 564. *n.* 9. *lib.* 5. Rimin. iun. *in §.* 1. *n.* 241. *Instit. de donat.* Cagnol. qui de cõmuni *in l. contractus, n.* 101. *ff. de reg. iur.* 1

Quod autem voluerit in proposito casu colligitur ex verbis testamenti, quæ sunt amplissima, siquidem testator fecit illam liberam analogistam, & immunem à confectione inuentarij retentione computorum, & à qualibet redditione rationis, & ab omni & quocumque onere tutricibus de iure, & in forma statutorum quomodolibet incumbente, addens quòd si quomodolibet cogeretur ad aliquam redditionem rationis, & illius occasione tam ratione administrationis, quàm curæ, aut etiam prætensi doli in aliquo commissi teneretur ex nunc, prout ex tunc, eidem plenissimam liberationem reliquit, & quatenus ipsa quauis occasione, vel causa cõdẽnaretur voluit solui, & satisfieri de bonis, & hæreditate ipsius testatoris, & ipsã immunem & exemtam conseruare, & prædictis verbis in se clarissimis accedit, quòd Bartholomæa erat persona coniuncta, hoc est, vxor testatoris, quo casu huiusmodi remissiones ex præsumta mente testatoris pleniorem interpretationem recipere solent, Dec. *cõs.* 177. *n.* 4. Crauett. *cons.* 193. *n.* 9. Gozad. *cons.* 94. *n.* 14. 2

Dolus autem verus non videbatur probatus in hoc casu: nam quòd Bartholomæa confecerit inuentarium, aut non retinuerit computa, & similia, concernunt dolũ præsumtum, quod propriè consistit in omittendo, Bart. *in l. tutor qui repertorium, in princ. n.* 7. *vers. pateret. ff. de admin. tut.* Dec. *d. cons.* 177. *num.* 3. *&* 191. *n.* 5. Menoch. *de præsum. præs.* 164. *numer.* 9. 3

CAVALERII.

Signina Quartorum. Veneris 4. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

De testibus Vniuersitatis deponentibus pró sua Vniuersitate, quando probent, & quando non.

SVMMARIVM.

Testes Vniuersitatis pro vniuersitate admittuntur, sed non sunt omnino integræ fidei, n. 1.

Testes Vniuersitatis nihil prorsus probant pro Vniuersitate, quando agitur de commodo eorum, vt singulorum, numer. 2.

Testes vniuersitatis nihil probant pro vniuersitate, quãdo agitur de pascuis, n. 3.

Testes vniuersitatis non probant pro Vniuersitat, quando deponunt de magna iurisdictione vniuersitatis, vel in causa ardua, n. 4.

DECI

DECISIO CCCXII.

1 Dubium erat an exceptiones contra personas testium examinatorum pro Communitate contra Capitulum, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ ciuitatis Signinæ essent releuantes, & informantibus tantùm Capitulo, & Canonicis Domini vnanimiter responderunt affirmatiuè. Testes enim examinati omnes sunt de Vniuersitate, & sic sint omnino integri propter affectionem ciuium, & honoris patriæ, pro qua testificantur. Archid. 14. *quæst. 2. in princ.* Butr. *in cap. cùm nuncius, numer. 3.* Abb. *in cap. insuper, num. 2.* vbi Dec. *num. 7. de testibus*, & licèt possint esse testes in causa Vniuersitatis, *dict. capit. insuper*, etiamsi sit Vniuersitas laicorum, & ibi Felyn. *num. 1. vers. sed contrarium*, & meliùs Abb. *num. 2. vers. ex qua ratione*, Afflict. *decis. 400. n. 4. & 5.*

2 . Nihilominus hoc limitatur, & non procedit quando non agitur de commodo Vniuersitatis, sed particularium, vti singulorum, tunc enim repelluntur, ita declarant Doctores præallegati, & vltra ipsos Menoch. *de arbitr. casu 106. num. 13.* Lanfranc de Orian. *in tract. de testib. num. 73.* vbi de communi Osasch. qui multos refert *decis. 99. num. 39.* fuit dictum in vna Pampilonen. Sepulturæ 5. Decembris 1584. coram bon. mem. Cantuccio, & in Narnien. Confinium 15. Martij 1604. & 18. Decembris 1606. coram R.P. D. meo Coccino, & in terminis de testibus Vniuersitatis, quando agitur de pascuis, & sic de iure singulorum, Ang. *in l. omnibus, n. 2. vers. aut respicit singulos, C. de testib.* Castren. *ibidem num. 2. vers. & prædicta.* Lanf. anc. *d. n. 73.* Afflict. *d. decis. 400. num. 5.* Couar. *pract. quæst. c. 18. n. 4. versic. quarò iudices admonendi sunt*, vbi testatur de communi Roland. *consil. 72. num. 15. & seqq. lib. 2.* qui pariter de communi, *num 14.* Clussanen. *decis. 187. incipien. Testes si sint subditi*, & fuit firmatum in vna Ciuitatis Castellanæ Iuris pascendi 25. Februarij proximè præteriti coram me.

3 Quòd autem hi testes habeant particulare interesse vti singuli, Domini dicebant satis apparere ex ipsorum depositionibus; nam primus iuxta 23. deponit habere 18. equas, 30. capras, & duas vaccas, & prætendit dicta animalia posse immitti ad pascendum in terris Ecclesiæ, dum deponit, *& io l'ho pasciute, & pretendo, che passano pascere.* Tertius habet quinque vel sex vaccas, viginti capras, & octo vel nouem boues. Sextus habet animalia propria. Septimus licèt non habeat nisi vnum asinum, tamen propter interesse est repellendus, quia iuxta vigesimumtertium deponit quòd si haberet animalia prætenderet posse pascere in terris Ecclesiæ existentibus in territorio Signino. Octauus habet multas bestias equinas, bouinas, & capras, & habet eamdem prætensionem. Duodecimus affirmat habere eamdem prætensionem. Et decimusquartus deponit se habere bestias vaccinas, & vnam trecciam equarum, &c. idem Domini dicebant esse iudicandum de alijs testibus, qui licèt non habeant animalia ad præsens, & tamen possunt habere in futurum, & sic habent idem interesse. Quare concludebant hîc non agi de interesse Communitatis, sed particularium, & singulorum, quia tunc diceretur agi de interesse Communitatis, quando Communitas pascua venderet; ita distinguit Iacobin. de Sancto Georgio *in l. nullus, num 8. ff. de testibus.* Felyn. *in d. cap. insuper, numer. 2. circa medium*, ibi, si quæstio est de nemore, cuius fructus venduntur pro ipsa Vniuersitate, Couar. *d. c. 18. n. 4. versic. qua ratione.* vel si Cõmunitas haberet animalia propria, quæ pascerent, vt fuit firmatum in dicta causa ciuitatis Castellanæ coram me.

4 Placebat etiam Dominis conclusio aliàs firmata in dicta Pampilonen. coram Cantuccio, quòd quando agitur de causa ardua, puta de magna iurisdictione Vniuersitatis, tunc testes de vniuersitate non admittuntur, Bald. *in d. c. cùm nuncius, sub num. 1. versic. item si esset quæstio de testib.* Felyn. *d. c. insuper, num. 5.* Paris. *consil. 138. n. 34. vol. 4.* Visil. ad Afflict. *d. decis. 400. colum. 2. versic. nisi tractetur de causa ardua*, Menoch. *dict. casu 106. numer. 11.* vbi dicit hoc relinqui iudicis arbitrio. In præsenti autem casu Dominis videbatur agi de causa satis ardua, & graui, cùm laici prætendant habere pascua super bonis Ecclesiæ, & super iis acquirere ius.

Ex quibus cõclusum fuit exceptiones contra personas 5
horum testium esse releuantes.

PENIÆ.

Alifana Canonicatus. Veneris 4. Martij 1611.

ARGVMEMTVM.

Sententia contumacialis ob non paritionẽ monitorij comparente citato, resoluitur, & euanescit, nec sustineri potest, nisi fuerit lata ex plenis, concludẽtibus, & legitimis probationibus; quando ex carcere fugiens habeatur pro confesso, possitque beneficiis priuari.

SVMMARIVM.

Sententia in contumaciam latæ ob non paritionem monitorij per comparitionem infra annum euanescunt, numer. 6.

Sententia lata non propter crimen, sed propter contumaciam, non dicitur diffinitiua, sed interloquutoria, & purgata contumacia potest quandocumque reuocari, numer. 6.

Citatio generalis, & incerta pro singulis diebus, & horis contra contumacem non valet tanquam seruitutis speciem inducens, n. 3. & 7.

Testes de auditu non probant in criminalibus, n. 8.

Fama etiam legitimè probata in criminalibus non sufficit ad condemnandum, neque ad torturam, n. 9.

Testes parte non citata examinati, non confrontati, & non repetiti nihil probant, n. 9.

Fuga non probat delictum, n. 10.

Fuga ex carcere sine effractione non punitur pœna effracti carceris, n. 11.

Fugiens ex carcere sine effractione non habetur pro confesso, num. 12.

Fugiens ex fracto carcere non priuatur beneficijs. n. 12.

Pœna priuationis beneficiorum, non habet locum, nisi in casibus à iure expressis, n. 12.

Componens cum fisco, vt se à molestiis liberaret non dicitur fateri delictum, n. 13. Vbi præsertim si fuit facta à tertia persona.

Sententia contumacialis contra contumacem homicidã non sustinetur, nisi fuerit lata ex plenis probationibus, & testibus parte citata examinatis, numer. 8. & seqq. omnibus, vbi propterea quòd non sufficiunt testes de auditu, & de publica voce, & fama iũcta fuga.

DECISIO CCCXIII.

Hieronymus de Amicis prouisus à Sede Apostolica 1
de Canonicatu in Ecclesia Collegiata sanctæ Mariæ Maioris Terræ Pedemontis Alifanæ diœcesis, eius possessionem accepit, & in ea cõtinuauit, de anno 1605. cùm in ciuitate Alifana in nocturna rixa inter Ioannẽ Baptistam Coloritam, & Leonardum della Vecchia ex vna, & Æmilium de Stephano ex altera parte, Colorita & Leonardus ab Æmilio interfecti prætenderentur, parẽtes interfectorum in querela criminali Hieronymum tanquam valde amicum Æmilij comprehenderunt in processu informatiuo tunc contra prætensos homicidas facto, aliquot testes de publica voce & fama prædictos querelatos homicidium commisisse deposuerunt. Rursus promotor fiscalis monitorium cum solitis clausulis decretis

decreuit contra Hieronymum, & Æmilium ad informãdum Curiam, qui cùm in termino præfixo non comparuissent, Vicarius Alifanus Æmilium, & Hieronymũ veros contumaces declarauit, & ad pœnam 200. scutorum in monitorio contentam condemnauit, & vigore sententiæ contra eosdem facta fuit exequutio in scutis 200.

2 Hieronymus habita notitia dictæ sententiæ ad Curiam Alifanam se contulit, & in carceribus constituit, & quoniam carcer non erat satis tutus, & firmus, ideo idem Vicarius sub pœna 100. scutorum mandauit vt Hieronymus daret cautionem de habendo carcere pro tuto. Interim Hieronymus cùm instaret admitti ad suas defensiones, illum admisit Vicarius cum termino quinque dierum, quo tempore Ioannes Nicolaus de Colorita frater Ioannis Baptistæ interfecti agnoscens innocentiam Hieronymi sponte illum exculpauit; cæterùm Hieronymus, vt promotorum fiscalem se in processu informatiuo fundantem compesceret ad probandam suam bonam famam & vitam cum interuentu fiscalis, & illius interrogatoriis coram Vicario Alifano vigintiduos testes examinauit, & suam intentionem copiosè probauit, tandem tædio carceris affectus, cum licentia oretenus, vt prætenditur, habita ad salubriorem aërem pro recuperanda sanitate se contulit.

3 Interim procurator fiscalis omnia acta repetiuit, & iterum monitoriũ expediri curauit ad comparendũ personaliter sub pœna delicti cõfessati, priuationis Canonicatus, & transmissionis ad triremes, quod monitorium Vicarius exequi mandauit, & non præcedente aliqua citatione ad sententiam Hieronymum declarauit bannitum, contumacem punibilem, & culpabilem, cum confiscatione bonorum, & transmissione ad triremes, & successiuè assignauit eidem terminum trium dierum ad se defendendum, aliàs audiendum sententiam elapso dicto termino pro die 23. Octobris 1606. & deinde singulis diebus & horis, & in processu non reperitur alia citatio ad sententiam, nec citatio fuit aliter exequuta, neque domi dimissa copia.

4 Pater Hieronymi audiens hæc, & videns filium grauiter læsum, composuit cum fisco in scutis 200. & mediante compositione omnes molestiæ cessauerunt, interim quidam Marsilius de Agnesiis iam vita functus Canonicatum Hieronymi quasi vacantem per sententiam latam contra eum impetrauit, sed Hieronymus introducta causa in Rota mandatum de manutenendo petebat quod Rota die 28. Iunij 1610. denegauit, & ordinauit quod de eius bono iure videretur.

5 In hac verò propositione solo Hieronymo informante Rota de eius bono iure constare censuit, tum super possessione ex mandato quod obtinuit à bonæ memoriæ Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore, cui non obstabat posterior Marsilij possessio, Bart. *in l.duo, num. 4. ff. uti possid.* præsertim cùm Hieronymus non se habuerit pro spoliato; tum etiam super petitorio respectu tituli ex litteris Apostolicis suæ prouisionis ex causa suæ renunciationis, *cap. venient*, vbi notant Doctores, *de renunciat.*

6 Non obstant Hieronymo sententiæ criminales ob prætensum homicidium: nam primò lata in contumaciam ob non paritionem monitorij euanuerat per comparitionem Hieronymi infra annũ, quam Iudex admisit, Rip. *in l. admonendi, n. 156. ff. de iureiurand.* Alex. Socin. & alij *in l. 1. § hoc iudicium, n. 3. & 7. ff. si quis ius dicenti non obtemper.* Rota in Romana Canonicatus sancti Angeli vltima Februarij 1567. coram bo. me. Cotta. Et ratio est quia cùm non esset lata propter crimen, sed propter cõtumaciam, non dicitur diffinitiua, sed interloquutoria, & potest quandocumque purgata contumacia reuocari.

7 Similiter secunda non præiudicabat; tum quia emanauit ob contumaciam, tum quia fuit pronunciata non præcedente legitima citatione, quæ requiritur specialiter ad sententiam pro certo die, ita vt generalis & incerta citatio tanquam speciem seruitutis indúcens non sufficit, gloss. *in clement. sæpe, in verbo, ad id, de verbor. significat.* Gemin. *in cap. 2. num. 4. de dol. & contumac. libr. 6.* Felyn. *in c. consuluit, n. 16. de offic. deleg.* Bart. *in l. final. in fin. C. de annal. except.*

8 Præterea eadem sententia erat iniusta, quia testes de homicidio deponentes contra Hieronymum loquebantur de auditu, & notum est in criminalibus requiri probationes luce meridiana clariores, *l. sciant cuncti, C. de probat.* Iul. Clar. *in pract. criminal. quæst. 66. numer. 3.* Surd. *consil. 163. incip. arbitror veram esse conclusionem, n. 21.*

9 Nec refert quòd deponerent publica voce, & fama, quia fama etiam legitimè probata in criminalibus, non sufficit ad condemnandum, cùm neque etiam ad torturam sufficiat. Crauet. *cons. 41. incip. venerabilis D. Iacob. num. 6.* vbi testatur de communi. Rursus testes patiebantur multas & considerabiles exceptiones, nec fuerant confrontati, nec formiter repetiti, Bart. *in l. fin. in fin. ff. de quæst.* Grammat. *consil. criminal. 15.* & alij quas refert & sequitur Honded. *consil. 161. incip. prima se offert dubitatio, numer. 23. libr. 1.*

10 Vnde non apparebat probatum contra Hieronymũ, quòd homicidium fuisset ab eo perpetratum, quod etiã excludebat spontanea Ioannis Nicolai de Colorita interfecti fratris exculpatio, qui Hieronymum exculpauerat. Ex capite effractionis cârceris non poterat sustineri sententia, quia effractio non apparebat probata, neque ex capite fugæ, quia fuga non probat delictum, *l. lege Cornelia, ff. ad Sillanianum, l. 1. § fin autem post commissum. C. de raps. virgin. l. rapt. vt. C. de episc. & cleric.*

11 Rursus fuga sine effractione non punitur pœna effracti carceris, quia siquis de aperto carcere, vel de licentia euadat, vt prætenditur in hoc casu, tunc cessat pœna effracti carceris, vt testantur Alberic. & Bald. *in l. succurritur, ff. ex quibus causis maiores,* & Ang. per illum text. *in l. verum, la seconda, numer. 8. ff. de furt.* vbi dicit illum qui exiit de carcere, eo quia inuenit ostium apertum, non teneri pœna effracti carceris, hoc ipsum profitentur alij, quos refert, & sequitur Petrus Duenas *reg. 343. incip. fugiens fractis carceribus, lim. 1.*

12 Præterea fugiens de carcere sine effractione non habetur pro confesso, Boër. *decis. 215. incip. & antequam veniam ad decisionem, n. 13.* & quamuis fuga cum effractione probaretur in casu proposito, Hieronymus de stricta iustitia non veniebat priuandus beneficiis, cùm pœna priuationis non habeat locum nisi in casibus à iure expressis, gloss. & Doctor. *in cap. final. de iur. patr.* & fuit dictum in causa Albanen. Beneficiorum die 20. Ianuar. 1609. coram R.P.D. Lancellotto.

13 Denique non præiudicauit Hieronymo compositio facta cum fisco, quia ex eo non oritur confessio delicti, cùm fuerit facta, vt se à molestiis liberaret, *l. furti pactus, ff. de his qui not. infam.* Ghirland. *tractat. de relaxat. carcerat. tit. de pœnis composit. quæst. 1. numer. 3. & q. 4. numer. 1. & 3.* Pedemont. *decis. 138. num. 16.* & eo præsertim necessario, quia fuit facta à patre Hieronymi, cuius factum non debet nocere filio, Natt. *cons. 143. incip. ex præmissa facti serie, numer. 13.* Et ex his fuit dictum constare de bono iure Hieronymi.

REVERENDISS. D. SACRATI.

Tiburtina Confinium.
Veneris 4. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

De probatione confinium quomodo testes deponere debeant plura habentur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Testes examinati parte non citata faciunt adminiculũ, numer. 1.

Confinium probatio dicitur difficilis probationis, & in ea multum attenduntur adminicula, n. 1.

Argumentũ à solito & consueto est validum, & valde potens, n.2.

Confinium probatio valde admittit congruentiam, & verisimilitudinem, n.2.

Testis generaliter loquens declaratur, & suppletur per alium testem deponentem in specie, n.3.

Testes deponentes per verbum circa, possunt reduci ad concordiam aliquid detrahendo, & aliquid augendo singulis testibus, n.5.

Testium dicta supplentur ex numero, & adminiculis, num.7.

DECISIO CCCXIV.

1 FVit tentum constare de existentia duorum terminorum, videlicet primi in Monte nunçupato Il fallo grande, secundi verò in Plano S. Mariæ Inpesuli etiam de eorum euulsione, & quantum ad existentiam illa visa fuit plenissimè probata ex quinque testibus datis in summario Communitatis S. Poli *num.*2. quorum primus est Baptista Mediolanen. Secundus Blasius Gallesius de Monticello, tertius Stephanus de Tagliacozzo, quartus Sanctes de Roccagiouine, quintus Franciscus Agatonius, cum quibus concordant duo instrumenta recognitionis factæ ad instantiam Communitatis S. Poli per Notarium, & testes, de quibus eodem summario *num* 1. quæ recognitio licèt non sit facta parte citata, & cum iudicis decreto, attamen deseruit pro adminiculo, quæ adminicula in hac materia confinium, quæ solet esse difficilis probationis, multum attenduntur, *cap. cum causam, in fine*, & ibi Bald *in princ.* Felyn. *num.* 1. *de prob. tit.* Alex. *consf.* 90. *num.* 4. *lib.* 6. Dec. *consf.* 42. *n.* 10. Paris. *consf.* 27. *num.* 15. *lib.* 1. latè Hieron. de Monte *tract. de finib. c.* 53. *& seq.* Rota in causa Æsina Bonorum 23. Ianuarij 1585. coram Robusterio relata inter diuers. impress. *decis.* 310. *part.* 2. & pro adminiculo etiam deseruiunt reuelationes metu excommunicationis factæ, de quibus eodem summario *num.* 3. & testes de auditu, de quibus eodem summario *num.* 5. & pro adminiculo quoad terminum Falli grandi, deseruit instrumentum de anno 1520. de quo eodem summario *num.* 6. & testes super eo, quòd locus Falli grandi sit confiue, de quibus eodem summario *num.* 7.

2 Et quoad terminum S. Mariæ in Pesuli, vltra testes, & adminicula, de quibus suprà, suffragantur testes, de quibus eodem summario, *num.* 8. deponentes locum esse cõfine, vnde fit multum verisimile, quòd in confinibus fuerint appositi termini arguendo à consuetis, iuxta not. *in l. si quis donaturus*, & ibi gloss. *ff. de vsufruct. in l. item si vnus, §. fin ff. de recept. arbitr. in l. si prius, §.* 1. *ff. de aqu. pluu. arcẽ.* Bart. Ang. & alij *in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. pet.* & existentiæ vtriusque termini præbet maximum adminiculum terminus plani Montis Nucei acceptatus ab vtraque parte, ex quo duo resultant: alterum quòd sicut fuit inter duo territoria appositus iste terminus, ita & fuerint appositi alij, cùm territoria per longum spatium se adinuicem coniungant, alterum, quòd termini fuerint potiùs appositi in loco prætenso per Communitatem sancti Poli, quàm in alio, ex quo ille locus magis aptè correspondet dicto primo termino non controuerso, quàm alteri, vt patet ex planta, & in hac materia multum defertur congruentiæ, & verisimilitudini, Menoch. *consil.* 147. *numer.* 61. Corne. *consil.* 333. *numer.* 10. *in fine, & numer.* 11. *vol.* 1. Natt. *consil.* 672. *numer.* 18. Decian. *consil.* 17. *numer.* 20. *vol.* 3. Rota in causa Balneoregien. Confinium 19. Decembris 1605. coram me.

3 Circa oppositiones, quæ fiebant contra testes, de quibus in prædicto summario *num.* 2. illæ visæ fuerunt bene sublatæ per informantes pro Communitate sancti Poli: nam ad illud, quòd Franciscus Agatonius non exprimat montem, in cuius medio inuenit termioum, fuit responsum, quòd illius dictum declaratur per alios d. montem experimentes, Purpur. *consilio* 133. *num.* 23. Rimin. Sen. *consil.* 285. *num.* 36. & quòd testis generaliter loquens suppleatur per alium in specie deponentem, est decisio Cæs. de Grass. 8. *num.* 10. *de caus. possess. & propriet.*

Quoad contrarietatem, quòd aliqui ex testibus di- 4
cant, quando fuit facta visitatio, terminum fuisse fractum, alij verò, quòd non fuit tactus, sed relictus, vt stabat, fuit dictum posse concordari, quia, vt aliqui explicant, terminus fuit aliqualiter fractus cum malleo, vt videretur, an esset de trauertino, vnde testes dicentes de fractura, possunt intelligi de ista, alij verò deponentes non fuisse tactum, possunt intelligi de euulsione, vt denotant subsequentia verba, ibi, *mà lasciatelo come staua.*

Circa aliam contrarietatem, quòd primus testis di- 5
cat terminum fuisse altum à terra *dattre palmi* in circa, secundus verò dicat, *da vn palmo più, ò meno*, vltra quod variato non videbatur, circa substantialia fuit dictum, quòd ex quo vterque deponebat per verbum in circa, *più, ò meno*, poterant redigi ad concordiam, detrahendo virtute illius dictionis, in circa, à maiori summa, de qua deponit primus testis, & vigore eiusdem dictionis, augendo minorem summam, de qua deponit secundus testis, iuxta illud, quod in terminis huius dictionis tradunt Doct. & præcipuè Alciat. *in l. hæc adiectio. ff. de verbor. signif.* Ang. *consf.* 94. *num.* 4. *in fine*, Paris. *consf.* 104. *num.* 35. *lib.* 1. Mandell. *consf.* 266. *num.* 34. Rota in causa Parmen. Status 3. Decembris 1607. coram R. P. D. meo Ludouisio, & clarum est esse faciendam omnem interpretationem, vt testes ad coocordiam reducantur, gloss. & Scribentes *in c. cùm tu, de testibus.*

Alia contrarietas, quòd vnus testis dicat visitatio- 6
nem fuisse factam ante prandium, alter verò post prandium, potest saluari, quia visitatio fuerit cœpta ante prandium, & finita post prandium, vel quia tempore visitationis vnus testis iam sumsisset prandium, alter verò non. Alia contrarietas, quòd primus & secundus testis dicant, *che il termine era di trauertino*, Franciscus verò Agatonius dicat, *che era di certa pietra biancaccia*, est æquiuocum, & apud imperitos lapidum, vbi non est vis in materia, potest comprehendere etiam *il trauertino.*

Circa illud, quòd testes expressè deponant de visio- 7
ne facta vno die, & tamen dentur de eo instrumenta, ex quibus apparet visionem fuisse factam duobus diuersis diebus, fuit dictum ex hoc non sequi aliquam contrarietatem, quia affirmatio, quòd visio fuerit facta vna die, non excludit, quòd alia non fuerit facta, cùm possit simul stare. ad *l. non hoc, C. vnde cogn. c. in præsentiam. de probat.* Alex. *consf.* 134. *num.* 2. *lib.* 2. Dec. *consf.* 109. *num.* 3. & in omnem euentum quatenus prædicti testes in aliquo deficerent suppleт numerus. Gabr. *tit. de testib. conclus.* 6. *num.* 1. *& seqq.* & adminicula Crauett. *consf.* 178. *num.* 4.

Circa mensurationem territorij S. Poli, testes, & instrumenta, ex quibus prætendunt informantes pro Vicouario probari, quòd pars territorij, in qua erant positi isti termini, verè spectat ad Vicouarium, fuit responsum, quòd quicquid concludat, de quo erit suo loco agendum, ex illis non resultare negatiuam, quòd termini saltem de facto non fuerunt positi in loco *detto: il fallo grande, & il piano di S. M.* de quo tantùm facto modò quæritur. Quantum ad secundam partem dubij an scilicet probetur euulsio, visum fuit Dominis modicum elaborandum; nam præter quod illa satis probatur ex visione facta de anno 1579. à D. Gemmario, informantes pro Vicouario negant huiusmodi terminos aliquando fuisse in loco, de quo quæritur, & proinde includunt etiam tempus præsens, &c.

REVER. D. LVDOVISII.

Hispalen. Habitus. Veneris 11. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

De testibus probantibus sanguinis puritatem, seu nobilitatem, quando deponere debeant & quando etiam præsumatur sanguinis puritas seu nobilitas.

SVMMARIVM.

Puritas sanguinis in dubio præsumitur, num. 2. & non solùm liberat ab onere probandi, & reiicit onus in aduersarium, sed etiam facit, vt censeatur probata puritas eo ipso quòd impuritas non est probata, numer. 3.

Præsumtio iuris transfert onus probandi contrarium in aduersarium, n. 3.

Publica vox & fama sufficit, vt sanguinis puritas & nobilitas probata dicatur, n. 4.

Puritas seu nobilitas patris necessariò concludit puritatem, & nobilitatem filij, n. 5.

Patris persona non est diuersa à persona filij, quia pater, & filius est vna, & eadem persona, n. 6.

Testes examinati in vno iudicio non faciunt fidem in alio inter diuersas personas, & quomodo isto casu cõsideretur personarum diuersitas, n. 6. vbi etiam quid si agatur de statu personæ.

Sententia contra vnum lata probat etiam contra alios, quando fuit lata super statu personæ, n. 6.

Puritas sanguinis requiritur non solùm in Equitibus Hierosolymitanis Iustitiæ, sed etiam in Equitibus Cappellanis, n. 7.

Nobilitas seu puritas sanguinis censetur probata eo ipso quòd quis admissus fuit ad suscipiendum habitum Equitum Hierosolymitanorum, n. 8.

Nobilitas seu puritas sanguinis censetur probata ex pluribus insimul iunctis præsumtionibus, n. 9.

Testes de publica voce, & fama non probant, restringentes se ad tempus depositionis, n. 10.

Publica vox & fama ad hoc, vt probet debet esse solida, constans, perpetua, & nihil habere in contrarium, quod contradicat, n. 11.

Famæ vbi sunt inter se contrariæ attenditur illa, quæ pluribus testibus probata est, item illa quæ habet, pro se præsumtionem, item illa quæ excludit malum, num. 12.

DECISIO CCCXV.

1 DVbitaui an Don Ioannes sit admittendus ad habitum Equitum Hierosolymitanorum, & à quo tempore; quoad primam partem difficultas non fuit respectu nobilitatis, quia illa vndequaque plenè & abundanter est probata, sed solùm circa puritatem; & quidem super vno ex quatuor lateribus tantùm, quia quoad alia tria non est, neque fuit controuersia, immo habet in his declarationem Concilij fauorabilem. Super latere Donnæ Isabellæ auiæ paternæ ipsius Don Ioannis, fuit quæstio, quia prætendebatur illam descendere à Magno illo Paulo Burgen. Archiepiscopo, qui ante Christianam fidem susceptam fuit insignis Legis Mosaicæ Rabbinus.

2 Verùm fuit visum Dominis hoc non probare, sed potiùs contrarium ex præsumtione iuris, quæ militat pro puritate, vt fuit dictum in vna Toletana Portionis 7. Maij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, & plenissimè deductam in causa Toletana Canonicatus 10. Septembris 1608. coram R. P. D. Marcamonrio, & in Pacen. Puritatis 6. Aprilis anni sequentis coram R. P. D. Manzanedo, in quibus plures aliæ decisiones Rotales referuntur.

3 Quæ præsumtio, vt dicitur in dictis decisionibus, non solùm liberat ab onere probandi puritatem, & reiicit onus probandi in eum qui contrarium contendit, *l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. scriptura, in fin. ff. de iur. dot. l. fine possidentis, C. de probat.* sed etiam efficit vt censeatur probata puritas eo ipso quòd impuritas non est probata.

4 Istam præsumtionem coadiuuant sex testes qui dantur pro parte Don Ioannis, deponentes de eius puritate, & meliùs comprobant alij viginti, & plures testes examinati pro licentiato Castaneda patre ipsius Don Ioannis, cùm peteret admitti, prout admissus fuit ad habitum eiusdem Militiæ, quia testes optimè deponunt de publica voce & fama, de cuius puritate, quæ probatio sufficiat in hac materia, Bald. *in l. prouidendum, C. de postulando*, Tiraquell. *de nobilit. cap. 5. num.* 8. & fuit resolutum in causa Toletana Portionis 27. Ianuarij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, in Oxomen. Statuti 27. Iunij 1601. coram R. P. D. meo Decano, in Legionen. Canonicatus 3. Iulij 1602. coram R. P. D. meo Coccino, & in Burgen. Admissionis ad habitum 26. Ianuarij 1604. coram R. P. D. Lancellotto, & sæpissimè in aliis.

5 Et cùm impuritas obiecta Don Ioannis ex persona Isabellæ prætendatur ex latere paterno, non est dubium quòd puritas patris necessariò concludit puritatem filij, cùm eadem dicatur vtriusque origo, *l. assumtio, §. 1. ff. ad municip.* faciunt latè tradita per Tiraq. *de nobilitat. cap.* 15. & fuit dictum in dicta Burgen. Admissionis ad habitum.

6 Non obstat quòd dicti testes sint examinati in alio iudicio, & inter diuersas personas, quia primò hoc negari potest: nam sicut ex vna parte est religio Hierosolymitana, quæ semper est eadem, ita ex alia parte fuit persona patris, quæ non est diuersa à persona filij. *l. vltima, C. de impub. & aliis substit. l. cùm sumus, §. vltimo, C. de agric. & censit. lib.* 11. pater enim, & filius sunt vna identitas, vt dicit Bald. *consilio* 294. *numero* 1. *ante med. lib.* 1. cum cumulatis per Tiraq. *in l. si vnquam, in præfat. numero* 15. *& seqq. C. de reuocand. donat.* & ad istum effectum sufficit, quòd persona non sit omnino alia, vt per Alex. *in l. sæpè, numero* 69. *ff. de re iudic.* vbi etiam essent personæ diuersæ cùm agatur de statu personæ sententia quantumcunque inter alios lata, & testes quantumcunque inter alios recepti, & examinati faciunt ius, & probant quoad omnes, *l. ingenuum*, & ibi not. *ff. de stat. homin.* Bald. *in l. 2. C. quibus res iudic. non noc.* Alex. *in l. sæpe, numero* 62. *ff. de re iudic.* cum multis per Surd. *decis.* 289. *numero* 17. & dixit Rota apud Achill. *decis. 5. de sent. & re iudic.* Mohed. *decis. 8. eodem tit.* Crescent. *decis. 18. de probat.* & fuit in istis terminis dictum in decisionibus Toletana, & Pacen. allegatis.

7 Nec obstare debet quòd habitus fratris Cappellani, quem suscepit pater Don Ioannis, differat ab habitu fratris Equitis de iustitia, quem prætendit ipse Ioannes: nam differentia potest quidem considerari circa probationem nobilitatis, sed quoad puritatem nulla est disparitas, quia in vtroque habitu requiritur.

8 Et vbi non essent testes sufficere deberet ad probandum puritatem, quòd ipse fuerit admissus ad suscipiendum habitum, qui non solet concedi, nisi illis, qui sunt puri sanguinis, Decian. *consilio 66. numero 50. lib. 3.* fuit dictum in Toletana Portionis 13. Martij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, & in pluribus aliis relatis in d. Burgen. Admissionis ad Habitum.

9 Accedit depositio testium examinatorum de anno 1521. ad instantiam Ferdinandi de Castagñeda patris Donnæ Isabellæ deponentium de illius nobilitate, & puritate, necnon testes deponentes licentiatum Petrum

de

de Castagneda fuisse Consultorem, & Aduocatum Sanctæ Inquisitionis Hispalen. ad quod officium non admittuntur impuri, item testes examinati de mandato Ordinarij ad instantiam Alphonsi Raumez descendentis ex dicto Ferdinando patruo D. Isabellæ deponentes de ista puritate, quæ omnia insimul iuncta mirum in modum coadiuuant intentionem D. Ioannis, & comprobant eius puritatem, vt ponderauit Rota in vna Oueten. Canonicatus 24. Ianuarij 1578. coram hon. mem. Cardinali Seraphino, & pleniùs in dictis decisionibus Toletana, & Pacen. &c.

10 Quibus stantibus non obstant testes deponentes super impuritate respectu D. Isabellæ de publica voce & fama, quia aliqui fuerunt examinati extra locum originis contra statuta religionis, & omnes restringunt famam ad tempus depositionis, cùm vtantur tantùm verbo præsentis temporis *est*, & sic non probant famam, quæ releuet, Corn. *cons.* 198. *sub n.* 12. *lib.* 2. Caput. *decis.* 9. *par.* 2. & fuit sæpiùs resolutum.

11 Et vbi fama esset legitimè probata, attamen non releuat, tum quia confunditur ex supradictis, & non potest dici solida, constans, & perpetua sicut requiritur, vt post Bald. quem allegat. tradit Marsil. *in l. de minore, §. plurimum, num.* 36 *ff. de quæst.* Menoch. qui concordantes allegat *cons.* 191. *num.* 86. & dixit Rota in illa Pacen. Habitus, & probatio famæ vt releuet, nihil debet habere in contrarium, & nullam contradictionem, Roland. post alios quos citat *cons.* 3. *num.* 48. *lib.* 1. & fuit dictum in illa Oueten. Canonicatus.

12 Accedit quòd cùm habeamus contrariam famam puritatis probatam vtrique hæc est præferenda, tum quia multo plures testes de ea deponant. Rimin. sen. *cons.* 6. *n.* 38. tum quia nititur præsumtioni, quæ, vt dictum est, stat pro puritate sanguinis, Anchar. *cons.* 189. *num.* 7. *circa med.* Surd. *cons.* 151. *sub n.* 79. tum etiam quia in concursu fama boni præualet famæ mali, Anchar. *d. cons.* 189. *post num.* 7. Abb. *in c. contingunt, in fine, de accusat.* cum aliis per Gabr. *de testib. conclus.* 4. *numer.* 25. Put. *decis.* 2. *numer.* 2. *lib.* 3. fuit dictum in Oxomen. Statuti 27. Iunij 1601. coram R. P. D. Decano in d. Burgen. Admissionis ad Habitum, & in sæpiùs allegatis decisionibus Toletana, & Pacen. præsertim quia apparet ex testibus examinatis pro d. Alphonso Raumez famam huiusmodi habuisse ortum à Commissariis, qui fecerunt informationes, de qua agitur.

13 Non obstat quòd non fuerint examinati super hoc quarto viginti testes, iuxta decretum Concilij, quia Dominus Ioannes deposuit scuta 300. pro subministrandis expensis Commissariis, & ad effectum vt illi examinarentur: si autem Commissarij examinarunt nouem tantùm, nihil est quod ipsi imputetur, immo cùm per ipsum non steterit, probatio haberi debet pro facta, vt fuit resolutum in d. Toletana coram R. P. D. meo Marcomontio. Et ita fuit conclusum pro admissione ad habitum, quæ est prima pars dubij. Quoad aliam partem in qua quæritur à quo tempore debeat esse admissio, Domini ordinarunt, quòd particulari dubio discutiatur.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Romana Successionis. Veneris 11. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

Iudæi quando inter se litigant coram Iudice Christiano super successione, seruandum est quoad decisoria ius Mosaicum si adsit, quod illum casum decidat, illéque casus non sit expresse à iure communi in personis Iudæorum decisus.

SVMMARIVM.

Iudæi quando inter se litigant coram Iudice Christiano super successione seruandum est quoad decisoria ius Mosaicum si adsit, quod illum casum decidat, illéque casus non sit expresse à iure communi in personis Iudæorum decisus, num. 1. & seqq.

Ecclesia tolerat Iudæos, num. 2.

Consuetudo æquiuoca, & non vniformis non est attendenda, num. 4.

DECISIO CCCXVI.

AD dubium de ordine Illustriss. D. Cardinalis Vicarij propositum, an in casu de quo agitur esset attendendum ius ciuile, vel Mosaicum, Rota respondit, quòd inter Iudæos litigantes coram Iudice Christiano super successione, quando Christianus non est in causa, & casus non est expresse à iure communi in personis Iudæorum decisus, seruandum est quoad decisnria ius Mosaicum, si adsit, quod illum casum decidat; hæc enim est magis communis & recepta sententia, à qua non videtur recedendum, Calderin. *consil.* 10. *de constit.* & 30. *de testam.* glos. *in cap. si solus* 8. *distinction. versic. ergo Iudæi*, Alex. *in l.* 1. *col.* 10. *ff. si cert. petat. & consilio* 60. *num.* 1. *lib.* 6. Felyn. *in cap. Iudæi, el* 2. *num.* 4. *de Iudæis, & in cap.* 1. *num.* 37. *in* 5. *limit. de constit.* Barbat. *consil.* 15. *num.* 12. 13. & 16. *lib.* 1. Socin. Sen. *consil.* 62. *in fine, lib.* 1. Natta *consil.* 621. *num.* 7. *lib.* 3. Bero. *consilio* 2. *num.* 3. *lib.* 1. & *consil.* 28. *num.* 27. 29. 64. & 65. Corn. *consil.* 180. *num.* 12. *lib.* 2. Ruin. *consil.* 4. *num.* 2. Rimin. Iun. *consilio* 119. *numero* 25. & *sequen.* Tiraquell. *de iur. primogenit. quæst.* 66. *num.* 34. Marquar. *de Iudæis, part.* 2. *cap.* 4. *numero* 8. Ferra. *caut.* 24. *num.* 2. Surd. *decis.* 133. *in princip.* & tradunt Doctores *in cap. qui sincera* 15. *distinct.* & admisit Rota in causa Romana Prælationis 20. Nouembris 1609. coram R. P. D. meo Ortemhergo.

Ex quorum Doctorum dictis colliguntur rationes, quibus hæc opinio tuetur, nempe quia Dominus dixit Moysi quòd hæc lex esset sancta, & perpetua, & quia Ecclesia tolerat Iudæos, & quia hæc est specialis Iudæorum lex, quæ propterea derogat generali. 2

Item colliguntur responsiones ad contraria, nempe quòd *l. Iudæi, C. de Iud.* non procedat inter ipsos Iudæos in expresse decisis per legem Mosaicam, & quòd præcepta veteris legis non ligent post Aduentum Domini nostri, non procedit inter ipsos Iudæos, quibus si sunt permissa cæremonialia, iudicialia non sunt interdicta. 3

Quantum ad consuetudinem super illa non potest fieri fundamentum, cùm probationes sint æquiuocæ, immo potiùs inualescunt pro hac parte. An autem mater in lege Mosaica sit exclusa per patruum, erit videndum. 4

REVEREND. D. MARCOMONTII.

Venetiarum Census. Lunæ 14. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

De emrione facta à marito nomine vxoris, an, & quando simulata dicatur, quandóve emta res acquiratur vxori, vel marito.

SVMMARIVM.

Maritus emens nomine vxoris, si vxoris nomen simulatè apposuisse prætendat, debet hoc probare, prout, & multo magis hæredes mariti defuncti tenentur probare

probare allegantes hanc eandem simulationem in praeiudicium uxoris, num. 1. & 2. Vbi ampliatur haec conclusio, etiam quòd emtio fuerit facta de propria pecunia.

Simulatio non praesumitur, ideo per allegantem probanda est, n. 3. Vbi quòd non solùm est probanda simulatio, sed etiam simulationis causa probabilis, sufficiens, & verisimilis.

Maritus emendo de sua propria pecunia nomine uxoris, acquirit uxori, & non sibi, num. 4. Vbi tamen, quòd contra uxorem pro recuperatione pecuniae habet certi condictionem, vel actionem negotiorum gestorum, numer. 10. & seq. Vbi respondetur contrariis.

Donatio inter virum, & uxorem morte confirmatur, num 5.6.8. & seq.

Confiscatio bonorum non trahitur ad res uxori donatas, num 6.

Simulatio praesumitur ex celeritate, & breuitate actorum. Declara vt n. 8.

Nullum, quod est ab initio, ex post facto conualidari non potest. Declara vt n. 9.

DECISIO CCCXVII.

1 DIxerunt Domini non obstare conclusionibus in decisione firmatis dispositionem *l. cùm propria, C. si quis alteri, vel sibi*, quia maritus uxore defuncta asserebat se non verè, sed simulatè apposuisse nomen uxoris in contractu. In hoc autem casu q. D. Ansoisius nunquam dixit nomen D. Lauiniae suae uxoris fuisse in Instrumento census appositum per simulationem; & omisso pro nunc, quòd haeredes eiusdem Ansoisij non possunt hodie in praeiudicium d. Lauiniae declarare ipsum habuisse animum simulandi, ex latè deductis per Surd. *cons. 351. n. 55. vol. 3.* sufficit dicere quòd etiam ipse maritus si foret superstes, & vellet dare de simulatione, deberet illam probare, vt vult tex. *in eadem l. cùm propria, in ver. docenti tibi, & in l. si filij, in ver. proba, C. de donat. inter vir. & uxor.* & vtrobique not. glos.

2 Nec ad istum effectum satis esset, quòd pretium census fuerit solutum de pecuniis ipsius mariti: nam & in dictis legibus idem contigerat, & nihilominus exigitur à marito probatio, & in terminis dicit Bald. *cons. 67. sub n. 1. vol. 5.* quòd si maritus ex sua propria pecunia emat rem nomine uxoris, non praesumitur simulatio, sed statur Instrumento, nisi probetur contrarium.

3 Et quidem regulare est, quòd simulatio non praesumitur, *l. quamuis*, & ibi Bald. *in summario, d. tit. C. si quis alter. vel sib.* & qui dicit contractum simulatum probare debet, nedum simulationem, sed etiam causam simulationis, eámque probabilem, sufficientem, & verisimilem, Bart. *cons. 65. num. 4. lib. 1.* cum aliis cumulatis per Alb. *cons. 9. num. 7. & cons. 97. n. 24.* Rota *decis. 69. n. 2. part. 2. diuers.* in propositò autem casu, neque simulatio probatur, neque causa simulandi; nam si agimus de simulatione quae tangit voluntatem Ansoisij ementis nomine Lauiniae, nulla omnino praefertur ratio, ex qua possit inferri Ansoisium voluisse sibi acquirere, & non uxori, & contrarium potiùs suadetur ex pluribus in decisione consideratis, quae iterum explicare nihil refert.

4 Non etiam probatur causa simulandi, nulla enim lex prohibet, quin maritus ex sua propria pecunia possit emere rem aliquam nomine uxoris, immo huiusmodi emtio est legitima, & dominium acquiritur uxori, vt fuit iam dictum in nostra decisione, & tradunt Bald. *vbi suprà.* Bart. *in l. & si instrumenta, in fine, C. de iure fisc.* Signorol. *cons. 122. numer. 1.* Paris. *consil. 80. numer. 9. libr. 1.* & in addit. ad Bart. *in l. quintus, de donat. inter vir. & uxor.* Neuizan. *in Silu. nupt. libr. 4. numer. 23. vers. limita nonò.* & fuit allegata decisio in causa Romana Fideicommissi

29. Aprilis 1583. coram Bubalo. Et quidem aut volumus maritum credidisse uxori eam pecuniam, qua census, vel alia res emitur, aut donasse se credidit, dabitur contra uxorem certi condictio, vel actio negociorum gestorum, si negocium illius gerens eam rem maritus emit pro illa: vt notauit Cuiac. *in explicat. d. tit. C. si quis alteri, vel sibi.*

Si verò velimus rem esse donatam, non ideo sequitur contractum esse simulatum eo colore, vt occultetur donatio prohibita inter coniuges constante matrimonio: nam in hoc est aduertendum, quòd etiamsi iure veteri esset inter coniuges constante matrimonio omnino prohibita donatio, hodie tamen secus est per orationem Seueri, & Antonini, per quam iuris rigor ea in parte relaxatus est, vt si donans vsque ad mortem in eadem voluntate donandi permanserit, donatio morte confirmetur, *l. donationes*, & ibi DD. *l. sicut, C. de donat. inter vir. & uxor. l. cùm hic status, §. 1. ff. eod.* Bilign. *decis. vnic. num. 5. eodem tit.* Illustrissimus D. Cardin. Mantica *de tacit. contr. lib. 21. tit. 7. in princ.* 5

Itaque licèt ante coniugis donantis obitum donatio non sit, nec dici possit valida, attamen est in statu contingenti, seu protestatiuo validitatis, quia per mortem donantis confirmabitur si interim per contrariam voluntatem infirmata seu reuocata non fuerit, & ad hoc est optimus textus *in l. res uxoris d. tit. C. de donat. inter vir. & uxor.* vbi deportato marito, & publicatis bonis eius omnibus, iuxta *l. vltimam, C. de sent. pass.* non tamen publicantur res donatae uxori, sed manent in pendenti, ita vt si eas maritus in vita sua non reuocauerit, morte confirmatur donatio, fisco penitus excluso; ergo si lex non statim irritat donationes constante matrimonio inter coniuges factas, sed eas relinquit in pendenti, vt ex mutatione, aut perseuerantia voluntatis in donante, vel reuocatae censeri debeant, vel confirmatae. 6

Cessantibus aliis coniecturis non datur ratio propter quam maritus per simulationem occultare velit donationem quam facit uxori, cùm nec ius praecisè resistat, nec per huiusmodi actum ipse maritus priuetur facultate de rebus donatis aliter disponendi quandocunque sibi placuerit, & ex his sequitur non obstare *l. 3. §. sciendum, & §. sed si debitorem, ff. de donat. inter vir. & uxor.* nam inprimis ibi non agitur de simulatione, neque Iurisconsultus dixit in ea specie occultari vnam actionem, vt fraus legi fieret, sed celeritate coniungendarum inter se actionum, quod in aliis legibus dicitur breui manu, vt optimè declarat Brissonius *lib. 11. de verbor. signif.* atque ista celeritas & breuitas manus etiam in actu legitimo & aperto rectè adhiberi potest, deinde loquitur Vlpianus ex iure antiquo, quod patet, tam ex clausula ipso iure, quam semel, atque iterum repetit, quàm etiam ex quo allegat Celsum qui vixit sub Adriano Imperatore antè tempore Seueri, & Antonini, qui iuris antiqui in hac materia prohibitionem coarctaruor, vt dictum est. 7

Praeterea etiamsi praecisè, & ad literam illos textus velimus accipere, tamen, vt concilientur cum legibus suprà allegatis, dicendum erit, quòd ibi dicitur donationem inter coniuges ipso iure ita esse interdictam, vt nihil valeat, quod actum est, debere intelligi, vt ab initio nihil valeat, sed confirmetur nihilominus ex post facto, si vsque ad obitum eadem donandi voluntas in donante durauerit. 8

Nec obstat regula, quae ab initio non valent ex post facto non conualescunt: nam id obtinet ipso iure, secus autem vbi Principis auctoritate aliter constitutum est, vt in hoc casu, & ita in his terminis respondet Cuiac. *in praelectionibus ad d. tit. C. de donat. inter vir. & uxor.* 9

Denique dato etiam, sed nunquam concesso, quòd in solutione pretij census, aliqua inter coniuges simulata donatio intercessisset, tamen hoc nihil facit ad emtorem dicti census, quae inter Monachos Camaldulenses, & Ansoisium nomine suae uxoris facta fuit; quia cum d. emtio iure subsistat, & separari possit à donatione, 10

tione, poterit vxor teneri ad pretij restitutionem quatenus donatio non subsistat, sed non ideo sequitur quòd census eius nomine, & ad ipsius proprietatem ritè acquisitus ad ipsam non pertineat.

11 Et sic non obstat, quòd *in d. §. sed si debitorem*, liberetur debitor, nec tamen acquiratur vxori pecunia, quasi eodem modo in hoc casu valeat quidem emtio, sed census acquiratur marito, non autem vxori; nam ibi non poterat contingere liberatio debitori, nisi pecunia marito creditori acquireretur. Et præsupposito quòd non subsisteret donatio, non erat alius modus per quem à marito in vxorem pecunia transire posset; ideoque nil mirum, si dominium illius remanet penes maritum. Hic verò census emtus Lauiniæ nomine, fuit illi legitimè acquisitus statim ab initio, & ita acquisitio in eiusdem Lauiniæ persona, non minus legitimè durauit, etiamsi diceremus, pretium illi fuisse donatum perperam ab Ansoisio marito, quia etiam ex aliena pecunia emtum acquiritur ei, cuius nomine emtum est, vt dictum fuit in decisione, à qua Domini non existimarunt recedendum ex capite istius prætensæ simulationis, sed si hæredes Ansoisij vellent audiri super restitutione pretij, dabitur ea de re dubium particulare.

PENIÆ.

Colonien. Canonicatus. Veneris 18. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

Edere scripturas, an & quando quis alteri teneatur, præsertim quando exhibitio tendit ad detegendum turpitudinem illius, à quo petitur editio, vel ad effectum intentandi iudicium criminale.

SVMMARIVM.

Edere, vt quis teneatur scripturas aduersario litiganti duo requiruntur, primum, quòd constet de existentia scripturæ penès eum à quo petitur exhibitio, aliud quòd constet de interesse petentis, numer. 1. 2. & 3.

Gratia seu supplicatio beneficij vacantis cum clausula, vel alio quouis modo, non habet locum, non iustificata vacatione dispositiuè narrata, n. 4.

Edere quis alteri scripturas non tenetur, quando ex editione facienda detegitur turpitudo illius à quo petitur exhibitio, num. 5. & 6. Vbi quid si scriptura exhibitio petatur ad effectum intentandi iudicium criminale.

DECISIO CCCXVIII.

1 SVper petitione Ioannis Deutz prætendentis cogendum Capitulum Colonien. ad exhibendum duas collationes per idem Capitulum factas similes resignationi de qua agebatur, dubitaus an Capitulum posset cogi ad edendum contra se prædictas collationes, & Rota vtraque parte informante, non posse cogi censuit.

2 Primò, vt cùm quis ad exhibendum, seu edendum cogatur iuxta stilum Rotæ, duo copulatiuè requiruntur. Primum, quòd constet de existentia eius rei, quæ petitur exhiberi penès eum à quo petitur exhibitio, *L. igni appellatione, §. si quis non possideat, ff. ad exhibend.* Ruyn. *cons. 69. incip. in causa, & lite, numer. 15. in fine, vers. secundo fit dubium, & num. 14. lib. 4.* & fuit sæpe in Rota decisum, & signanter in causa Romana Computorum 30. Ianuarij 1605. coram bon. mem. Iusto, & nuper coram me in causa Romana Gemmæ 27. Nouembris 1609. Secundùm quod constet de interesse petentis inhibitionem, Innoc. *in c. 1. num. 4. de probat.* Rota in d. causa Romana Gemmæ.

In hoc casu vtrumque deerat, quia existentia duarum 3
collationum penès Capitulum non probabatur, de interesse verò Ioannis petentis exhibitionem non constabat, cùm eius gratia esset restricta ad vacationem, siue reseruationem per resignationem factam contra formam Constitutionis Pij V. Nam Canonicatus, de quo agebatur, non vacauerat per resignationem, sed per obi- 2
tum, vt iam fuit resolutum, vnde nihil intererat, quod Capitulum aliàs contulerit contra formam Constitutionis Pij V.

Nec suffragabatur, quòd in gratia Ioannis aderat 4
clausula, *vel alio quouis modo*, cui non erat locus non iustificata vacatione dispositiuè narrata saltem de facto, Put. *decis. 400. incip. in vna Salamantina libro 1.* & fuit sæpe dictum, & signanter in causa Bononien. Canonicatus 19. Februarij 1590. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore, & in causa Mediolanen. Præposituræ 16. Februarij 1590. coram D. Cardinali Plato tunc Rotæ Auditore.

Demum fuit dictum, quòd cùm ex petitione Ioan- 5
nis detegeretur turpitudo illius, à quo petebatur exhibitio, videlicet Capituli suspensio, quod contrauenetat Bullis Apostolicis non erat coger. ad exhibitionem non probatis legitimè duobus requisitis, Verall. *decis. 245. incip. edere quis non tenetur, part. 1.*

Quod prædictæ collationes, seu scripturæ collatio- 6
num non peterentur effectum, vt iudicium criminale intentaretur, sed pro inuenienda veritate in iudicio ciuili, nec peterentur à Capitulo, sed à Notario, seu Secretario, non operatur effectum exhibitionis, quia negari non potest, quin ex illis sequeretur turpitudo Capituli, & quin essent de capitulo, quamuis ad Secretarium pertineat illarum custodia, vel ordinatio.

PIROVANI.

Concordien. Concursus. Veneris 18. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

Possessio tradi potest à Notario per ocularem inspectionem, quando aderant assistentes armati ad effectum offendendi eos, qui ad accipiendam possessionem se conferebant, & alia nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Possessio instrumentalis dicitur vera possessio alio non existente in possessione, num. 1.

Possessionis traditio per ocularem inspectionem non intrando in possessione rei non transfert possessionem, n. 2. fallit quando aderat impedimentum accipiendi possessionem alio modo, num. 3.

Notario non creditur in his, de quibus non fuit rogatus, num. 4.

Instrumentum omne id quod continet præsumitur continere de voluntate, & commissione eius, qui rogauit, num. 4.

Officiali credendum est nedum in concernentibus ad officium suum, sed etiam in connexis, num. 4.

Laici sunt incapaces possessionis Ecclesiæ, & eius bonorum, num. 4.

DECISIO CCCXIX.

FVit resolutum dandum esse Ioanni mandatum de 1
manutenendo in possessione Ecclesiæ Parochialis Sancti

Sancti Martini, quia de possessione constat per instrumentum, quod datur in summario *numero primo*, quod sufficit ad manutentionem alio non existente in possessione, Caputaq. *decis.* 173. *part.* 3. *& decis.* 333. *part.* 2. Mohed. *decis.* 12. *alias* 149. *de restit. spoliat.* & sæpissimè fuit resolutum, & signanter coram me in vna Aquilana Vnionis 17. Maij 1610. & in Sorana Beneficiorum 14. Iunij 1610.

2 Et quamuis legatur in Instrumento tradita possessio in conspectu Ecclesiæ per ocularem inspectionem per Ministros Episcopi vigore suæ prouisionis; qui modus tradendi videtur à iure improbatus, Bart. *in l.* 1. *in princ. vers. sed quid si exequutor. ff. de acquir. poss.* Specul. *de primo, & secundo decreto, vers. iam de effectu, post princ.* Tiraq. *de iure constit. poss. limit.* 17. *num.* 1. *&* 2.

3 Tamen stante impedimento per homines illius Plebis præstito, dum armati assistebant explorantes ostendere eos, qui ad accipiendam possessionem se conferebant, de quo attestatur Notarius in eodem Instrumento, benè potuit Notarius per aspectum, aut alium modum fictum eam possessionem tradere, per tex. *in l. cum vnus, §. vltimo, cum l. seq. ff. de bon. auth. iud. possid.* Bart. *in l.* 1. vbi etiam Aret. Alex. & Ias. *ff. de acquir. possess.* Tiraquell. *eodem tract. & limit. num.* 7. Abb. *in cap. cum aliquibus, n.* 5. *vers. & signa illam limitationem, de sent. & re iudic.*

4 Non obstat, quòd impedimentum hoc non probetur nisi per attestationem eiusdem Notarij, cui non videtur credendum cùm de aliquo impedimento non fuerit rogatus, Innoc. *in cap. quoniam contrà de probat.* Dec. *cons.* 118. *num.* 4. *in fine,* Crauett. *cons.* 88 *num.* 20. quia fuit responsum credendum esse, cùm sit de respicientibus ad officium suum, vt scilicet actualem, & non verbalem possessionem, tradat, adeò vt quicquid scriptum est in instrumento de impedimento præstito, præsumatur scriptum de voluntate & commissione eius, qui rogauit, Bald. *in l. errore, col.* 1. *C. de testam.* Alciat. *de præsum. reg.* 3. *præsumt.* 13. *in princ. & in præsum.* 14. voluit officiali credendum nedum in concernentibus ad officium suum, sed etiam in connexis, quod & eo magis credendum placuit Dominis, cùm metus resistentiæ proueniret à laicis incapacibus possessionis Ecclesiæ parochialis, & eius bonorum, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, vbi Doct. *de constit.* Ploi. *cons.* 26. *numer.* 14. qua cessante non fuisset difficile Ioanni ad Ecclesiam, quæ oculariter inspiciebatur, accedere. Atque ita solo Ioanne informante fuit resolutum, &c.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Ianuen. Pecuniaria. Veneris 15. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Notarius quando falsum dixisse dicatur asserens in actu celebrationis instrumenti numeratam pecuniam, quæ verè numerata non fuit.

SVMMARIVM.

Notarius dicens in instrumento contrahentem in actu celebrationis instrumenti habuisse & recepisse in eius præsentia & testium scuta quindecim millia auri in auro boni & iusti ponderis, & ex quinque stampis non redarguitur de falso, etiam quòd nulla interuenerit pecuniæ numeratio, sed cedula assignatio, n. 1. *& seqq. vbi secus si dixisset numeratam, vel manualiter solutam pecuniam, vel quòd pars eam ad se traxerit.*

Numeratio pecuniæ ad hoc vt in instrumento facta dicatur, & per testes probata sit, necesse est vt verba instrumenti de necessitate numerationem importent, num. 3.

Notarius dicens in instrumento numeratam pecuniam, quæ verè numerata non est, vt à falso excusetur omnis interpretatio facienda est, num. 3.

Notarius dicens in instrumentum contrahentem confiteri recepisse pecuniam, prout verè recepit in eius, & testium præsentia, non dicitur falsum dixisse, etiam quòd pecunia numerata non fuerit, num. 4.

DECISIO CCCXX.

Domini steterunt in decisis ex ratione in alia decisione deductis, quibus non obstat, quòd scuta 1
quindecim millia non fuerint consignata Odoardo, & Ioanni Iacobo mediante cedula, sed fuerint soluta in pecunia numerata coram Notario, & testibus, in actu celebrationis instrumenti, in quo consistit fundamentum Ioannis Iacobi, quod probari prætenditur ex verbis Notarij in instrumento dicentis, quòd Odoardus & Ioannes Iacobus confitentur, & recognouerunt, & recognoscunt à Castellino habuisse & recepisse, prout verè & cum effectu habuerunt & receperunt ad præsentiam mei Notarij, & testium infrascriptorum, scuta quindecim millia auri in auro Italiæ boni auri, & iusti ponderis, & ex quinque stampis, quæ prædicti Odoardus, & Ioannes Iacobus prædicti Castellino restituere promiserunt.

Nam fuit responsum, quòd huiusmodi assertio No- 2
tarij bene potest verificari in solutione per cedulam, cùm nullum verbum contineat, quòd pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter solutæ, aut quòd illas Odoardus, & Ioannes Iacobus ad se traxerint, & sic non importat per necesse, quòd pecuniæ fuerint in illo actu solutæ, prout reuera non fuisse solutas tempore celebrationis instrumenti, sed mediante cedula mercatorum, concludenter probatur ex testibus vtriusque partis, & ex articulis partis aduersæ, ex quibus constat, solutionem fuisse factam in feria per Nigronem & Pinellum, vigore ordinis eidem dati per Castellinum, quod probant testes de certa scientia, & in specie ex testibus primæ instantiæ, tertius qui habebat curam negotiorum Nigroni, & Pinelli, & quintus, qui virtute cedulæ siue ordinis Castellini soluit istas pecunias in feria Odoardo, & pro eo Doriæ, & Gentili, & septimus qui non solùm dicit, ita solutas fuisse istas pecunias, sed etiam quòd vidit ordinem datum per Castellinum Nigrono, & Pinello, soluerent Odoardo, & pro eo Doriæ, & Gentili, & alij. idem quoque probant testes secundæ instantiæ, necnon testes pro parte Ioannis Iacobi examinati, & hæc veritas comprobatur ex articulis eiusdem Ioannis Iacobi, dum articulauit dicta scuta quindecim millia non fuisse soluta in actu celebrationis instrumenti, sed in feria ad quod probandum exhiberi fecit libros Castellini, & Odoardi, & desuper peritos induxit, qui deponunt de eadem solutione facta in feria Odoardo, & pro eo Doriæ, & Gentili per Nigronem, & Pinellum de ordine Castellini; & licèt articulans non fateatur, tamen negari non potest, quin id magnum faciat adminiculum, cùm non soleant articuli dari absque consideratione, ita vt ex illis comprobentur depositiones testium quæ solæ de per se sufficerent.

Vnde cessat fundamentum factum in verbis instru- 3
menti, ex quibus probatur vera numeratio, iuxta notata per Bart. Bald. & alios *in l. si ex cautione, C. de non numer. pecun.* & iuxta decisiones in causa Bononien. Censua coram R. P. D. meo Decano, & in aliis: nam licèt verba instrumenti possent recipere interpretationem, vt importent realem numerationem, si ageretur de validitate actus, vel ad euitandam falsitatem, vt loquuntur iura, & decisiones allegatæ, nihilominus non important

numera

nunciationem, ita pernecesse vt pro concordia cum testibus deponentibus de solutione per cedulam, non possint verificari, etiam in cedula mercatoris, quæ dicitur continere veram solutionem & consignationem, iuxta decis. Put. 163. lib. 1. ita vt Notarius attestans de solutione vt suprà, intellexerit de consignatione cedulæ bancariæ, quia talis consignatio habet vim veræ solutionis. Bart. *in solutionem, n. 1. ff. de solut.* Put. *d. decis.* 163. & fuit resolutum in causa Beneuentana Census 29. Martij 1593. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, & in causa Romana Fructuum Census 9. Aprilis 1611. coram ho. mem. Iusto, & in aliis ponderando præsertim, quòd Notarius non dixit quòd pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter solutæ, vel quòd aliquis illas ad se traxerit, prout dixisset, si realiter tunc interuenisset numeratio pecuniarum: ad effectū enim, vt per verba instrumenti probari possit numeratio illa, debent id importare de necessitate, aliàs non probaretur, vt dicit Bart. *in d. l. si ex cautione, n. 1. versic. tu aduerte, C. de non. num. pecun.*

4 Quinimo cùm Notarius incipiat à confessione receptionis, ibi, *confitetur, & recognouerunt, & cognoscunt recepisse, &c.* alia verba subsequentia, prout cum effectu receperunt, & possunt referri ad ipsam confessionem, Bald. *in d. l. ex cautione, quæst. 4. n. 8.* ad quam confessionem possunt etiam referri alia verba ad præsentiam mei Notarij, & testium, &c. vt sensus sit, quòd in præsentia Notarij probetur facta confessio, non autem numeratio pecuniarum, de qua numeratione nullam mentionem Notarius fecit.

5 Ad quod etiam facit magna verisimilitudo, tum quia vtile erat Odoardo, quòd pecuniæ soluerentur in feria, vbi patiebatur interesse cambiorum, vt in eodem instrumento dicitur; tum quia non est verisimile, quòd fuerit numerata tanta quantitas scutorum quindecim millium, & quòd fuerit facta inspectio, quòd essent boni auri, & iusti ponderis in illo actu celebrationis instrumenti, in quo numeratio non erat de substantia actus.

6 Non obstat, quòd quando solutio fit per cedulam Notarij, soleant dicere mediante cedula, &c. quia non inde sequitur, quòd non possint, & soleant dicere simpliciter, immo è contra, quando interuenit vera numeratio, solent facere mentionem de numeratione, vel dicere, quòd quis ad se trasit, &c.

7 Neq; obstat, quòd nūdinæ Placeriæ fuerint celebratæ per mensem post celebratum instrumentum, quia nihil refert, quòd pecuniæ fuerint solutæ per mensem postea, cùm verba possint verificari in traditione cedulæ continentis ordinem de soluendo in feria.

8 Non obstant decisiones in contrarium allegatæ, tum quia in casum illarum non probatur per testes, aut alias probationes, quòd solutio fuisset facta mediante cedula, tum quia in illis casibus, prout in casibus Doctorum, aderant verba, quæ per necesse concludebant veram numerationem; & in casu decisionis Asisien. coram D. meo Coccino aderant verba, *in contanti*, & ad se traxerunt, & in casu decisionis Bononien. corā R. P. D. Decano, in qua fit magnū fundamentum, aderant verba, *& manualiter soluit.* Item aderat clausula cætetara, quæ iuxta formulam Bononiæ fuit extensa, & inter alia continebat verba, *ad se trahens*, &c. ita vt de necessitate importarent veram numerationem in illo actu, quorum nullum adest in casu nostro: vt propterea ex istis omnibus Domini permanserint in decisis, &c.

PIROVANI.

Romana Nullitatis Obligationis.
Lunæ 18. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Promissio de soluendo certum quid creditori ob retardatam debiti solutionem an & quando sit vsuraria.

Farinac. Decis. lib. 2.

SVMMARIVM.

Fraudis omnis suspicio cessat in contractu mulieris facto cum decreto iudicis, & consensu proximiorum, n. 1.

Promissio certa pecuniæ à debitore creditor ob dilatam solutionem vsuram sapit, n. 2. declara, vt n. 3.

Hæres soluens legatario certam pecuniam, donec soluerit legatum, an, & quando vsuram sapere videatur, numer. 3.

Vsura an sit quando vxor mortuo viro ab illius hæredibus recipit aliquam pecuniā donec sibi dos restituatur, numer. 4.

DECISIO CCCXXI.

Domina Isabella Celsa vigore Decreti Venerandæ Fabricæ Sancti Petri se obligauit soluere Catherinæ Hortensiæ scuta quingenta, quando Monialis efficeretur, & professionem fecisset, & donec solueret, & deposuerit dicta scuta quingenta promisit eidem præstare alimenta, quæ hucusque præstita fuerunt: verum cùm pœnitetet eam in huiusmodi obligatione incidisse, causa per appellationem introducta, dubitatum an obligatio sit inualida. Et quoad alimenta censuerunt Domini esse validam, quia illa fuit facta cum omnibus solemnitatibus iuxta formam Statuti Vrbis cum interuentu proximiorum, & decreto iudicis, adeò quòd omnis suspicio fraudis, & circumuentionis cessare videtur, quæ fuit potissima ratio statuentium, vt considerat Rebuff. *in l. licet inter gesta, §. patronos. versicul. decimooctauo, ff. de verb. signif.* & de Statuto Vrbis, Granut. *Theorema* 25. *n.* 1. 1

Non obstat quòd obligatio de soluendis alimentis Catherinæ donec D. Isabella soluerit vel deposuerit dicta scuta quingenta dicatur illicita, & nō teneat de iure, cùm videantur promissa ob dilatam solutionem, secundùm opinionem Anchar *in cons.* 150. *numer.* 4. *in fine.* Alex. *cons.* 27. *num.* 9. *libr.* 4. & aliorum, quos refert Surd. *in tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 45. *n.* 15. nam placuerunt Dominis responsiones datæ per informantes pro Catherina. Et 2

Primò vsuram non posse considerari, quia ex pacto Dominæ Isabellæ non fuit in facultate Catherinæ alterutrum exigere, capitale scilicet, vel alimenta promissa, vnde cùm cesset voluntaria dilatio indicatiua mutui facti, dum legatarius non potest magis eligere, pensionem exigere quàm capitale, cessat consequenter vsura, quæ à voluntate dependet, Cagnol. *in l. curabit, numer.* 14. *versicul. secundus casus, C. de act. em.* Socin. *in l.* 1. *numer.* 7. *ff. de iis quæ pæn. nom.* Dida. *var. resol. libr.* 3. *c.* 1. *ad fin.* Lup *in l. curabit. conc.* 1. § *quarto. numer.* 73. Menoch. *cons.* 441. *num* 25 Surd. *tract. de alim. tit.* 8 *priuileg.* 29. *numer.* 6. *& seq. & cons.* 23 *numer.* 8. omnes reprobantes cons. Aret. 152. *incip. viso themate*, ea ratione quia non potest imputari legatario, quare quantitatem legatam non petiit & exegit, quod propriè contigit Catherinæ, quæ ea formā legati R. P. Laurētij Celsi nihil petere poterat ante nuptias, neque ex obligatione Dominæ Isabellæ quæ erat conditionalis ad nuptias spirituales competebat aliqua actio. 3

Secundò vsuram non esse considerabilem, quia promissio alimentorum non fuit correspectiua ad legatum, cuius vigore nihil debebatur ante nuptias, sed fuit merè voluntaria, ea quo se obligauit soluere huiusmodi alimenta etiam à die obitus fratris longè ante instrumentum promissionis, quo casu tenet obligatio, Bald. *in l.* 1. *quæst.* 10. *C. pro soc.* & latissimè Surd. comprobauit *d. priuilegio* 29. *in fine & consil.* 23 *numer.* 11. *vol.* 1. ex quibus bene patet responsio ad consilium Anchar. 180. & aliorum, qui in diuersis terminis loquuntur, nempe quando soluto matrimonio dos ab hæredibus viri est soluenda vxori, vt eo casu conuētio de soluenda pensione, donec dos restituatur censeatur in fraudem vsurarum, quia dos potest peti; & pensio habet relationem ad dilationem, & sic non deficit voluntas in pacto. Atque ita Domini dixerunt, referuando, vt de reliquis videretur, &c. 4

PIROVANI.

Romana Hæreditatis.
Lunæ 18. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Ex cohabitatione mulieris cum viro, nunquid præsumatur fornicatio, vel matrimonium, quomodo, & ex quibus matrimonium probetur.

SVMMARIVM.

Matrimonium probatur coniecturis, & præsumtionibus, quando agitur de probando illud non principaliter, sed incidenter, ad effectum successionis, & legitimitatis, num. 1.

Matrimonium probatur per fidem Parochi, & multo magis ex libro Parochi, præsertim concurrentibus adminiculis, n. 2.

Notorium multum præponderat in materia probationum, n. 3.

Matrimonium præsumitur ex cohabitatione multorum annorum, ex filiorum procreatione, & simultaneo tractatu viri, & vxoris, numero 4. Declara, vt numer. 5. & 6.

DECISIO CCCXXII.

1 Dominus Honuphrius non acquiescens resolutionibus super filiatione Vincentiæ in Rota factis ad aliud dubium conuolauit, an scilicet constaret Margaritam fuisse vxorem Herculis, quorum se filiam Vincentiæ prætendit, & in hoc postremo non valde Domini elaborarunt, existimantes potiùs ad differendum principale negocium fuisse petitum, quàm vt probabiliter super eo matrimonio dubitari posset; propterea vnanimes dixerunt constare de matrimonio. Nam cùm non agatur de eo probando principaliter, sed incidenter, ad effectum successionis & legitimitatis, sufficit probatio coniecturalis, & præsumta, *c. causam, il primo, qui fil. sint legit.* Gemin. ex illo tex. *cons. 27. num.* 8. quem sæpius sequuta est Rota, vt in Parmen. Status 2. Decembris 1573. coram bo. me. Oriolen. & in eadem 6. Martij 1592. & 23. Octobris eiusdem anni coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & in Romana siue Ametina Domus coram Cantuccio, quæ est 34. *num. 19. par. 2. diuers.* Paris. latè comprobans *cons. 57. n. 41. lib. 4. & cons. 13. n. 22. lib. 2.*

2 In casu autem proposito nedum leuiores, sed vehementes, & concludentes concurrunt præsumtiones; nam datur fides Parochi in summario *numero primo*, attestantis se celebrasse matrimonium per verba de præsenti, & præsentibus testibus inter dictam Margaritam & Herculem Brambillam, cui, etsi maior fides adhiberetur, si ad præsens in eius libro adnotata reperiretur secundùm sacri Concilij Tridentini dispositionem *sess. 24. c. primo, de reformat. matrim.* Adeò tamen bene adminiculata legitur, vt non careat virtute probandi, Bald. *in l. instrumenta, num. 1. C. de probat.* Ias. *cons. 129. num. 14. versic. quia ad hoc, libr.* 1. Crauett. *de antiq. temp. par. 1. §. viso, de verbis, n. 6.* & fuit dictum in vna Romana Extinctionis Census, inter impressas, *vlt. par. diuers. n. 2. & seq.*

3 Primò emanauit vsque de anno 1585. ante motam litem, & ad effectum consequendi dotes à Congregatione Sanctissimæ Annunciatæ, ac Sancti Iacobi Hispanorum, & consequenter tempore non suspecto, & ea fide attenta fuerunt per dictas Congregationes Dotes exbursatæ, prout ex instrumentis Congregationum, quæ dantur in summario Vincentiæ, *n. quinto, & sexto*, & cùm sit notorium, ista pia loca adhibere maximam diligentiam antequam dotes consignent, multum præpóderat in materia probationum, *l. eum, qui probabilem, C. de episc. & cleric. cap. 1. de cleric. non resid.* 2al. *in c. fin. de caus. possess. & propriet.* Euerard. plenè in loco à communiter accidentibus, *numer.* 1. *& seq.* Menoch. *consil. 206. numer. 7. vol. 3.* Accessit etiam moderna Parochi attestatio, & iurata, qui de casu à se gesto examinatus deposuit verè matrimonium inter Margaritam, & Herculem contraxisse, & verum dixisse præsumitur, cùm nihil vtilitatis, aut commodi pecuniarij ex ea assequuturus esset.

Concurrit etiam cohabitatio multorum annorum, & filiorum procreatio, & simultaneus inter eos tractatus viri, & vxoris, ex quibus oriri præsumtionem veri matrimonij probarunt, Abb. Anton. de Butr. Felyn. *in c. illud, de præsum.* Bald. inter cons. matrimon. Zilet. *cons. 3. numer.* 21. Angel. inter eadem *cons. 45. numer.* 10. Bursat. *cons. 98. n. 7. & sequen.* 4

Et quamuis Alciat. *de præsum. reg. 2. præsum.* 5. voluerit per cohabitationem matrimonium non præsumi, sed fornicationem, per *c. aliter. 30. quæst.* 5. & in hanc opinionem descendisse videantur, Hostien. & Io. And. *in d. c. illud. de præsum.* vel saltem de cohabitatione decem annorum esse intelligendum, vt respondit Alex. *cons. 150. num. 11. versicul. constat autem, lib.* 5. Tiraquell. *in tract. de prescript. §. primo, glos. 4. vers. sexto eiusdem.* 5

Tamen hoc procedere videntur, quando agitur de retractando alio matrimonio, vel in præiudicium alterius matrimonij, vt omnes scribentes sensere *in dicto cap. illud.* quos adducit Paris. *cons. 59. numer. 7. 8. & 9. libr. 4.* Alex. *in dicto cons. 150. numer. 11. & cons. 151. numer. 7. vol. 5.* & etiam vbi aliæ coniecturæ non concurrerent secundùm Dec. *cons. 163. numer. 2. vers. accedit etiam*, quæ tamen multæ in casu, de quo agitur, concurrunt vltra narratas, videlicet depositio vnius testis, confessio partis in articulis diuersæ enunciatiuæ, & demum assecuratio dotis per instrumentum. 6

Non obstat, quòd fidei parochi aduersetur fides monasterij Sanctæ Catherinæ, dum dicit Margaritam exiuisse de monasterio die 14. Februarij maritatam cum Hercule, & tamē parochus asserit fuisse maritatā die 15. & sic in die immediatè sequenti. Nam bene conuenire possunt, vt prior intelligatur de sponsalibus, & fide mutuo data. Secunda verò cum effectu subsequuto 7

Non obstat decisio 2ubali, quæ verè non repugnat aliis decisionibus, cùm nihil aliud præsupponat quàm in materia filiationis, vt probationes concludant, vel saltē quasi filiationis possessionem ex contractu, & hoc casu agitur de matrimonio, ad effectū successionis, ideo nihil ex ea potest inferri, &c.

PIROVANI.

Bergomen Cappellaniæ. Veneris 22. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Fides licèt non faciat fidem regulariter, hoc tamen fallit in casu, in quo sufficiunt leuiores probationes, & concurrunt adminicula.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenēdo, regulariter dandū est possessori. num. 1.

Fides licèt faciat fidem regulariter, hoc tamen fallit in casu, in quo sufficiunt leuiores probationes, & concurrunt adminicula. n. 2.

DECISIO CCCXXIII.

Pro Ambrosio fuit resolutum dādum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione Cappellaniæ, de qua agitur, sufficienter constat, *§. hodie, §. retinendæ, Instit. de interdict.* 1

Probatur enim possessio ex fide Rectoris Ecclesiæ, 2 in

in qua sita est Cappellania, quæ datur in summario, *num.* 2. quæ regulariter, etsi fidem non faciat cùm sit scriptura informis, & attestatio de præterito, *l. instrumenta, l. rationes, l. exemplo, C. de probat. l. nuda. ff. de donat. l. inter chartulas, C. de conuen. fisci debitor. libr.* 10. Tamen in casu de quo agitur cùm sufficiant leuiores probationes, videlicet vnus testis etiam minus idoneus, & præsumtiones, Dec. *consil.* 65 *num.*... Et fuit dictum in Mediolanen. reseruationis 28. Iulij 1591. coram bon. mem. Giptio, ac etiam plura concurrant adminicula sufficienter probare voluit Bald *in l. instrumenta, C. de probat.* Ias. *in consil.* 189. *colum. vlt. versicul. quia primo, lib.* 1. Crauett. *de antiq. temp. par.* 1. §. *viso, de verbus, n.* 6. fuit dictum in vna Romana Extinctionis Census inter impress. vlt. prima par. diuers.

Primum deducitur, quòd ipsemet Ambrosius Missas celebrauit, nec fructus pro mercede celebrationis factæ ad altare S. Michaelis denegati fuerunt per fictuarios bonorum Cappellæ, vt in summario *num.* 6. exinde autem sequuta fuit protestatio Pisoni, de qua in summario *num.* 3. per quam declarauit, quòd non intendebat pro futuro respondere aliquos fructus, hæc enim per se sufficiunt, cùm animus circa priuationem non accommodetur nisi præsupponatur habitus possessionis, *l. decem, ff. de solut.* & fuit consideratum in vna Seguntioa Fructuum 19. Septembris 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio. Accedebat mandatum præcedens Vicarij Bergomen. de tradend. possessione cum responsione fructuum præsentatio per illos de Pisonis ad hanc Cappellaniam institutio per Vicarium facta, ex quibus bene coloratur, & augetur præsumtio vera possessionis, Thesaur. *decis.* 206. *in fine*, cum allegatis ab eo.

REVER. D. ATTREBATEN.

Ferrarien. Matrimonij.
Veneris 29. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Notarius quando ex intentione cõtrahentium possit addere clausulas non appositas in instrumento, an instrumentum de falso suspectum reddatur per additionem inter lineam, & lineam, & an illud reprobetur per testes dicentes non audiuisse quæ à Notario scripta sunt.

SVMMARIVM.

Matrimonium an dicatur cõtractum de præsenti per istâ verba, accipiam pro viro, vel volo accipere pro viro talem, n. 1. *&* 2.

Matrimonium probatur per attestationem parochi concurrente verisimilitudine, n. 2.

Consuetudo maximè attendenda est in celebratione matrimonij, n. 2.

Notarij verba censentur verba contrahentium, n. 3.

Falsitatis præsumtio non oritur per additionem verborum inter lineam & lineam, quando ex præcedentibus potest elici veritas, n. 4.

Notarius potest ex voluntate partium addere in instrumento clausulas quas omisit, n. 4.

Matrimonium non potest probari per instrumentum. Declara, vt n. 5.

Instrumentum non reprobatur ex eo quod testes negent se audiuisse verba de quibus in instrumento, quia satis est, quòd potuerint audire licèt non audiuerint, numero 6.

Matrimonium per verba de futuro contractum per emissionem anuli, & alias circumstantias probatum dicitur, n. 7.

Farinac. Decis. lib. 2.

DECISIO CCCXXIIII.

Domini confirmarunt decisionem in hac causa factam die 6. Februarij 1609. in qua resolutum fuit contractum matrimonij celebratum esse per verba de præsenti, vel talia, quæ erant apta ad inducendum perfectum contractum matrimonij non obstantibus in contrarium deductis quæ in tribus positionibus examinata fuerunt, illa enim reducuntur ad testes deponentes quòd Domina Iunipera in actu celebrationis matrimonij vsa fuerit his verbis, *Signorsi mi che lo pigliarò.* Verùm ex dictis testium non conuincitur necessariò non fuisse expressa etiam alia verba denotantia consensum de præsenti, quia secundus iuxta decimum quintum, decimum sextum, & decimum septimum fatetur expressè fieri posse, quòd Domina Iunipera vltra dicta verba protulerit alia quæ non fuerint ab ipso teste intellecta, & tamen si dicta testium integrè accipiantur, ipsi comprobant instrumentum matrimonij, cùm referant totam facti seriē, & tam in verbis quàm in facti narratione, & circumstātiis cum instrumento concordant. 1

Exquibus apparet celebratum fuisse matrimonium de præsenti, quod non fundatur ex illis verbis, *Volo accipere*, quæ deseruiunt pro exploranda voluntate D. Iunipetæ, sed in tota facti serie: nam prolatis illis verbis Presbyter recepto mutuo ambarum partium consensu, inuocato nomine Diuino, matrimoniū inter prædictas personas celebrauit, & actum celebrationis descripsit à tergo licentiæ, quam illi dederat Episcopus Ferrariensis ad huiusmodi matrimonium celebrandum absque denunciationibus, in qua descriptione exprimit clausulam per verba de præsenti, cui attestationi standum est concurrente cum ea verisimilitudine, vt aliàs renuit Rota in vna Vlixbonen. Matrimonij 5. Iulij 1577. coram bonæ memoriæ Laurentano quæ est decisio 91. par. 2. diuers. Eodem contextu in signum veri matrimonij R. P. D. Ioannes Baptista Stella immisit anulum ac Dominā Iunipetam desponsauit, quæ desponsatio de more Italico fieri solet cùm matrimonium contrahitur, quæ consuetudo attendenda est. *glos.* 1. *in fine, in c. vltimo*, & ibi notatur *de desponsat. puber.* Card. *cons.* 24 *ante numerum secundum.* 2

Successiuè Notarius post consignatam sibi descriptionem à Presbytero interposuit stipulationem, siue rogitum de approbatione actus celebrati per Sacerdotem, facta à coniugibus, præmissa declaratione vulgari sermone, quæ facit, vt verba Notarij censeātur verba partium. Bald. *in l. errore, C. de testam. & in l. mater. num.* 6. *C. de rei vendic.* Socin. sen. *consilio* 159. *num.* 14. *vol.* 2. Dec. *consil.* 450. *num.* 2. *&* 3. *& consil.* 639. *n.* 9. præterquam quòd contrahentes interrogati, an consentirent matrimonio celebrato per verba de præsenti per Sacerdotem affirmatiuè responderunt. 3

Non obstat quòd in matrice clausula illa per verba de præsenti fuerit addita super lineam, quia sufficit quòd ex præcedentibus possit elici veritas. glos. *in cap. cùm venerabilis. in verbo, præter prædicta, de religiosis domibus.* Ruyn. *consil.* 68. *num.* 5. *in fine, versiculo nam sicut, vol.* 4. & tamen etiamsi huiusmodi clausula non adesset in matrice, nihilominus posset Notarius in extensione facere hanc expressionem iuxta voluntatem partium, Roman. *consilio* 179. *numero* 6. Dec. *d. consilio* 450. *numero* 2. Ruyn. *consil.* 16. *num.* 24. *lib.* 2. Alciat. *de præsumt. reg.* 3. *de præsumt.* 13. *num.* 2. 4

Non obstat, quòd per instrumentum non possit probari matrimonium attenta dispositione Concil. Tridēt. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. matrim.* Quicquid enim dicendum esset si Notarius simpliciter diceret celebratum fuisse matrimonium per verba de præsenti, cessat difficultas, quando Notarius rogatur de toto actu, & quandò ex ipso instrumento constat aliter, quàm per coassertiuam Notarij, vt in hoc casu, in quo concurrit immissio anuli, & alia in decisione ponderata, ex quibus probatur ma- 5
m per verba de præsenti.
trimoniu edarguitur instrumentum ex eo quòd te- 6
Nec rnt se audiuisse alia verba, quàm illa relata,
stes nega

Signorsì mi che lo pigliarò, quamuis fortasse D. Iunipera potuerit alia proferre, quia satis est, quòd Notarius roget testes, & quòd ipsi potuerint audire, licèt non audiuerint, vt per Ruyn. & alios quos Surd. *consil.* 414. *n.* 49. & *n.* 73. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 105. *n.* 31.

7 Denique cessat omnis difficultas, quia verba de futuro cum immissione anuli, & aliis circumstantiis præcedentibus, & subsequentibus plenè probant matrimoniũ, vt in alia decisione. Quòd ea quæ dicuntur de voluntate Dominæ Iuniperæ conquerendi informationes de qualitatibus D. Iulij Cæsaris, & quòd R. P. D. Stella amplificauerit qualitates & reditus sui fratris, & suæ domus, & quòd dicebat expectandum esse aduentum Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini, illa non probantur, nec tangunt substantiam matrimonij.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Lucana Locationis.
Veneris 18. Martij, & 29. Aprilis 1611.

ARGVMEMTVM.

Gratia cõcessa à Papa Episcopo de locãdo bona Ecclesiæ per nouenniũ, etiam recipiendo pecunias à maiori parte ad interesse, quomodo intelligatur, & istud interesse possit à cõductore in contractu locationis taxari, & an taxatum sit vsurarium, & vitiet totum contractum, & alia ad materiam non seruantis formam in huiusmodi gratia expressam.

SVMMARIVM.

Pactum de soluendo anticipatè fructus ad rationem scutorum sex pro centenario, & anno ratione lucri cessantis, & damni emergentis est illicitum & vsurariũ, num. 1.

Taxatio interesse pro tempore futuro est illicita, & fæneratitia etiam in mercatore solito negotiari, numer. 2.

quod procedit etiam, quòd partes asseruerint quòd interesse soluitur pro lucro cessante, & damno emergente, n 3.

Concessio Papæ de recipiendo fructus anticipatè intelligitur de interesse licito in genere, & incerto, non autem de certo, & ab initio taxato, n 4.

Concessio Papæ recipit interpretationem à iure communi quatenus interesse licitè debeatur, n. 4.

Interesse damni emergentis, ad hoc, vt debeatur, requiritur vt in indiuiduo probetur, quod ex quo non habuit pecunias alij mutuatas, damnum sequutũ fuit, n. 5.

Opinio Ruyn. cons. 104. *n.* 6. *lib.* 1. *volentis sufficere, quòd constet de damno, ex quo præsumitur, quòd si fuisset solutum id quod debebatur, illud non fuisset passum, à Rota Romana reprobatur, n.* 5. *in fine.*

Confessione nulla potest dari maior probatio, n. 6.

Interesse lucri cessantis ad hoc vt debeatur debent concurrere requisita, Paul de Castr. in l. 3. *ff. de eo quod certo loco & quòd occasiones sint promta, & paratæ, indiuidua & præ manibus dandi pecunias ad lucrum, n.* 7.

Gratia in quam quis commisit iuuari non potest, n. 8.

Dictio, tamen, est taxatina, & aduersatiua, num. 8. *in fin.*

Gratia & priuilegij forma non seruata, præsertim in substantialibus, amittitur illius commodum, n. 9.

Vsura non cadit nisi in mutuo vero, vel palliato, n. 10.

Pactum dicitur contra substantiam contractus, quando illum facit transire de vna specie in aliam, numero 10.

Vtile per inutile vitiatur quando materia est indiuidua. n. 11. *Vbi de eo qui non fuisset contracturus sine certo pacto.*

Indiuiduitas non consideratur solùm, quando adest ex natura iuris, sed etiam ex partium intẽtione, & voluntate, quando scilicet quis non fuisset contracturus, numer. 12.

Voluntas, & intentio contrahentium, quòd aliter non fuissent contracturi, colligitur ex coniecturis, & verisimilitudine, n. 13.

Coniectura aliquæ, quòd quis non esset aliàs contracturus ad effectum præsumẽdi contractum vsurarium. numer. 14.

Ecclesia non cogitur stare contractui nullo, n 15.

Gratia dicitur nulla defectu intentionis ob non expressionem eius quod si Papa sciuisset, vel non concessisset, vel difficiliùs motus fuisset ad concedendum, numer. 16.

Dictio, circiter, importat quid modicum, n. 17.

Gratia suffragari debet, vbi non est impleta qualitas in ea apposita, n. 18.

DECISIO CCCXXV.

Dubium erat an Breue facultatis locandi, & pecunias anticipatas recipiendi concessum per felicis recordationis Clementem Octauum bonæ memoriæ Episcopo Vercellen. suffragetur cõductoribus Abbatiæ, cuius Commenda per obitum dicti Episcopi cessauerat in casu, & ad effectum de quo agitur, quod dicta die 18. Martij fuit resolutum non suffragari, & cùm die 29. Aprilis etiam vtraque parte informante propositum esset, Domini perstiterunt in decisis.

Et inprimis firmarunt quòd pactum initum inter Pinum cõductorem, & Episcopum, quòd pro scutis 1500. anticipatè solutis soluerentur fructus ad rationem scutorum sex pro quolibet centenario & anno ratione lucri cessantis, & damni emergentis, fuit illicitum & vsurarium, quia taxatio interesse pro tempore futuro est illicita, & fœneratitia, Io. Andr. *in c. salubriter*, quem alij sequuntur, *de vsuris*, Io. Anan. *in c. vlt. numer.* 62. *eodem titul.* Bald. *in l. rogasti.* §. *si tibi. ff. si cert. petat.* Aym. *cons.* 189. *numer.* 2. *versicul. an fiamus*, Alex. *consil.* 62. *in fin. libr.* 2. & *consil.* 8. *lib.* 3. Soc. *consil.* 174. *numer.* 2. Dec. *consil.* 113. *numer.* 3. & *consil.* 119. *n.* 3. Roman. *cons.* 520. *n.* 8. Natta *cons.* 417. *n.* 3. 1

Etiam in mercatore solito negociari, iuxta opinionẽ Rotæ, Mobed. *decis.* 2. & 3. *de vsur.* & fuit resolutum in causa Mediolanen. Cambiorum coram fel. record. Clemente Octauo, quæ est 315. *p.* 2. & in alia Mediolanen. Simulationis Contractus 1. Iulij 1592. coram Illustrissimo Cardinali Millino. 2

Quod procedit etiam quòd partes asseruerint, quòd ista scuta sex pro centenario soluebantur pro lucro cessante, & damno emergente, & quòd Pinus conductor requisitus à multis, destinauerat dictas pecunias conuertere in censibus, & si illa conuertisset habuisset sex pro cẽtenario, Bald. *in d. l. rogasti*, §. *si tibi*, *n.* 7. *vers. quid ergo*, Cagnol. *in l. curabit*, *n.* 58. *C. de act. emt.* Natt. *cons.* 490. *n.* 3. & 4. & fuit dictum in causa Romana Cambiorum de Grandis 19. Iunij 1592. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in causa Ianuen. Pecuniaria 7. Iunij 1610. coram me. 3

Non obstat quòd in Breui detur facultas anticipatè recipiendi dicta scuta 1500. & obligandi fructus Abbatiæ pro solutione fructuum, quia intelligitur de interesse licito, nempe si fuisset conuentum de interesse in genere, & incerto, non autem de certo & ab initio taxatam, ne dicamus Papam dedisse facultatem com- 4

mutentur vltas tam ex regula, *l. merito ff. pro socio*, tum quia talis cōcessio recipit interpretationem à iure communi, quatenus scilicet interesse licitè deberetur, Bald. *in l. si traditio, colum. 3 num. 5. versic. aduerte, C. de act. emt.* & fuit dictum in causa Recanaten. Pecuniaria 27. Martij 1602. coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino, & cessar omnis difficultas, quia talis facultas soluendi interesse declaratur ex aliis verbis eiusdem Breuis, nempe cum pactis, licitis tamen & honestis; ex quibus patet Papam sensisse de interesse, quod licitè percipi & in pactum deduci potest.

5 Non obstant iura exhibita ad probandum quòd Pinus patiebatur damna ex quo eodem tempore soluebat fructus, & interesse diuersorum debitorum, ac inde inferetur, quòd ei licitè debeatur interesse damni emergentis, quia si istas pecunias habuisset, debita extinxisset, nec damna passus fuisset: nam fuit responsum, quòd omisso an probaretur veritas huiusmodi debitorum, nihilominus etiam illis admissis non releuant cùm non sufficiat, quem pati interesse, nisi in specie probetur, quòd ex defectu istarum pecuniarum debita non extinxit, quòd si istas pecunias habuisset, illa extinxisset, & ideo iuxta opinionem Rotæ requiritur ad hūc effectum quod in diuiduo probetur, quòd ex ista causa, videlicet quòd non habuit pecunias illas, damnum sequutum fuit, Mohed. *decis. 2. de vsur.* & fuit resolutum in causa Romana Pecuniaria de Zambeccariis 7. Aprilis 1581. coram bo. mem. Laureriano, & in causa Romana Vineæ de Brutis 1. Decembris 1591. coram bon. mem. Orano, & in causa Romana Cambiorum 15. Maij, & 19. Iunij 1592. coram Illustrissimo Millino, & in causa Bononien. Dotis 24. Maij 1600. coram me, & vltimo loco in causa Lugdunen. Computorum 11. Decembris 1609. coram R.P.D. meo Coccino, in qua fuit in specie dictum quòd Rota non sequitur cons. Ruyn. 104. n. 6. lib. 1. qui volebat sufficere, quòd constaret de damno, ex quo præsumitur, quòd si fuisset solutū id quod debebatur, illud non fuisset passuru, & meritò, quia potest esse, quòd mutuans non soluisset illa debita, & quia aliàs daretur magna occasio fraudibus, & posset quis prætextu vnius debiti scutorum 100. dare diuersis personis sub vsuris multo maiorem summam.

6 Hic autem tantum abest, quòd probetur vel possit probari in indiuiduo, quòd ex defectu istarum pecuniarum Pinus non extinxit sua debita, ac inde passus damnum, vel de illis extinguendis cogitauerit, quin potiùs apertè constat de contrario ex confessione eiusdem Pini facta in instrumento locationis, dum dixit, quòd huiusmodi pecunias destinauerat conuertere in censibus; si igitur destinauerat conuertere in censibus, vtique nolebat ex illis sua debita extinguere, & sic cessat illud requisitum ex ipsamet confessione Pini, qua nulla potest dari maior probatio, *l. cùm fr. C. de transact.* cum vulgar.

7 De interesse lucri cessantis, neque etiam potest haberi aliqua ratio, tum quia neque concurrunt requisita ad hunc effectum, per Castren. *in l. 3. §. nunc ff. de eo quod certo loco*, & in specie, quòd occasiones essent promtæ, & paratæ, & indiuiduæ, & occasio nunc præ manibus existens dandi pecunias ad lucrum, Aym. *consil. 310. num. 6.* Roland. *cons. 55. num. 13. lib. 1.* Natt. *cons. 450. num. 6.* Mohed. *decis. 3. de vsur.* Put. *decis. 3. eodem tit.* & 237. *lib. 1.* Caputaq. *decis. 2. libr. 3.* in manuscript. & sæpissime fuit decisum in Rota, vt in causa Romana Fundaci 9. Decembris 1585. coram bonæ memoriæ Seraphino, & in causa Romana Societatum 26. Aprilis 1591. & 28. Ianuarij 1591. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & passim in aliis.

8 Quibus ita constitutis, primum fundamentum decisionis fuit, quia cùm in Breui fuerit concessum Episcopo, quòd Episcopus possit arrendare ad nouennium fructus Abbatiæ, & anticipatè recipere seura 1500. etiam sub interesse, & quæcumque instrumenta desuper conficere, cum pactis beneuisis, licitis tamen & ho-

Farinac. Decis. lib. 2.

nestis, & cùm huic concessioni partes contrauenerint, ex quo inierunt pactum illicitum, & vsurarium, commodū istius Breuis perdiderunt, itaut non possint iuuari huiusmodi gratia in quam commiserunt. ad *l. auxilio, ff. de minor. c. quia frustrà. de vsur.* & faciunt tradita per Anchar. post Lap. & alios *in c. 1. numer. 3. versicul. quæro si ille de sil. presbyt. libr. 6.* Felyn *cons. 6. numer. 8.* Ruyn. *cons. 28. numer. 5. libr. 1.* Mandos. *cons. 21. numer. 2.* & fuit resolutum in causa Legionen. Prioratus 8. Iunij 1587. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio, & in causa Carthaginen. & Abulen. Beneficiorum 20. Iunij 1608. coram R.P.D. meo Sacrato, & in causa Beneuētana Reseruationis Fructuū 12. Ianuarij 1609. coram R.P.D. meo Decano, maximè pōderata dictione illa *tamen, ibi, licitis tamen & honestis*, per quam censetur restricta gratia ad pacta licita, & prohibita contraria, tanquam per dictionem aduersatiuam & taxatiuam, iuxta notata *in l. 1.* vbi Ias. *numer. 10. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Bertach. *in repert. in verbo, tamen.*

Non obstat, quòd pactum de soluendo huiusmodi interesse non sit contra substantiam contractus, & quòd reiiciatur pactum, non autem annullet actum, & vtile per inutile non vitietur, ex decisionibus, & aliis auctoritatibus allegatis: nam ea procedunt in contractibus ordinariis vigore iuris communis factis; qui non recipiunt vires à gratia Apostolica, non autem in contractu qui recipit ex areui validitatem respectu successoris, quia cōtractus vigore areuis factus vitiatur, ex quo non fuit seruata illius forma, & quia cùm fuisset areui in substantialibus contrauentum, partes illius commodum amiserūt, vt dictum fuit, & est tex. *in c. priuilegium 11. quæst. 3.* itaut vigore istius areuis non teneatur successor, neque ad mutuum, neque ad locationem, quicquid dicendum sit contra hæredes Episcopi, qui pecunias recepit quòd solum sufficit pro decisione istius dubij. 9

Vltra quod tale pactum est contra substantiam contractus: nam cùm pactum sit vsurarium, vt dictum est, & vsura nō cadat nisi in mutuo vero vel palliato, iuxta notata per Caldet. & alios *in c. nauiganti de vsur.* vtique pactū dicitur contra substantiam contractus. quia facit transire contractum de vna specie in aliam, Abb. *cons. 72. numer. 2. libr. 1.* Crot. *in repet. l. non solùm, § morte. numer. 127. ff. de nou. oper. nunc.* nempe in mutuum, quod appellatur palliatum, Caldet. *in d. nauiganti, numer. 11. de vsur. & cons. 11. eodem tit.* quo fit vt vtile per inutile vitietur, ad d. *cons. 475. numero 7. libro 1.* Crot. *in repet. d. l. non solùm, §. morte, numero 174.* 10

Præterea quando materia est indiuidua, vtile per inutile vitiatur, *l. pecuniæ ff. de vsur.* Aar. *in l. græcè. § illud, n. 4. de fideiuss.* Socin. *in l. 1. §. sed et si mihi, numer. 9. de verb. oblig.* Dec. *in auth. cui rem. in fin. C. de sacr. sanct. Eccles.* Aym. *consil. 107. numer. 6. & in respon. progen. numer. 10.* Dec. *consil. 421. numer. 5.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 23. glos. 1. numer. 23.* Couarr. *libr. 2. var. resolut. c. 18. n. 5.* & de eo qui non fuisset contracturus absque certo pacto, Alex *consil. 17. numer. 10. libr. 4.* Surd. *decis. 148. in fine, versicul. vnum addo*, & in similibus terminis fuit resolutum in causa Mediolanen. Rescissionis Permutationis 28. Maij 1599. & 21. Februarij 1600. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio. 11

Et indiuiduitas non consideratur solùm quando adest ex natura iuris, sed etiam consideratur ex partium intentione, & voluntate, quando non fuisset aliàs contractura, *l. 1. §. sed si mihi*, & ibi Alciat. *in 3. indivi. numer. 20. ff. de verb. oblig. consil. 109. numer. 27. vol. 4.* Nat. *consil. 479. numer. 30.* Aym. *consil. 170. numer. 6.* Tiraquel. *d. §. 23. glos. 1.* Caputaq. *decis. 206. numer. 5. part. 1.* Rota *decis. 709. n. 8. p. 1. & 318. n. 3. p. 2.* 12

Voluntas autem, & intentio contrahentium quòd aliter non fuissent contractum, colligitur ex coniecturis & verisimilitudine, Dec. *in dict. auth. qui rem. in fin.* Ruyn. *cons. 109. numer. 27. vers. fuit etiam. lib. 4.* 13

Quæ coniecturæ in hoc casu adsunt vrgentes tam ex parte Episcopi, qui ad hunc effectum, & vt suis necessitatibus subuenire posset, obtinuit areue, quàm 14

Y 3 ex

ex parte Pini conductoris, qui non soluisset huiusmodi anticipatos affictus absque interesse, stãte qualitate personæ, & quòd summa scutorum 1500. auri in auro non sit exigua, & quòd Episcopus non erat eius consanguineus, & stante quod in instrumento idem Pinus asseruit, quòd habebat occasiones dictas pecunias inuestiendi, & quòd ideo fecit anticipatam solutionem, quia Sanctissimus concesserat, quòd fieret sub interesse, quæ vltima coniectura est vrgentissima, Dec. *d. cons.* 421. *n.* 3. *vers. & ita cùm in casu nostro.* vltra quod cùm Pinus fecerit hanc solutionem anticipatam cum dicto interesse, præsumitur quòd non fuisset aliàs contracturus, Ruyn. *cons.* 109. *num.* 27. *versic. nam vt in dictis locis. libr.* 4. immo cùm omnia in prædicto instrumento continuantur, dicuntur inter se correspectiua, Mohed. *decis.* 2. *in fin. de simon. & .*10. *de re iud.* Caputaq. *decis.* 206. *p.* 1.

15 Neque obstat quòd huiusmodi indiuiduitas respiciat fauorem Pini conductoris, qui illam non allegat, & qui posset modò declarare, quòd etiam absq; dicto interesse fuisset contracturus, tũ quia ex dictis cõiecturis apparet, quòd non erat aliàs contracturus, tum quia ista nullitas respicit etiam fauorem Ecclesiæ, quæ non cogitur stare contractu nullo, qui posset propterea sustineri absque nouo consensu locatoris siue Ecclesiæ, vt fuit in terminis resolutum in allegata causa Mediolanen. Rescissionis Permutationis 28. Maij 1599. & 21. Februarij 1600. coram Illustr. Pamphilio.

16 Secundum fundamentum decisionis fuit nullitas Breuis ex defectu intentionis Papæ, in Breui enim fuit expressum, quòd locatio præcedens infra biennium circiter expirabat, vnde Papa concedendo nouem annos à fine primæ locationis intellexit concedere vndecim annos siue vndecim recollectas fructuum, & tamen veritas est, quòd locatio præcedens non expirabat infra bienniũ, sed durabat adhuc per tres annos, & duos menses, ita vt fuerint concessi duodecim anni, siue duodecim recollectæ, quod sufficit pro defectu intentionis Papæ, qui non voluit cõcedere duodecim recollectas, sed vndecim tantùm, quòd si Papa sciuisset locationem durare per tres annos, vel non concessisset gratiam, vel difficiliùs motus fuisset ad concedendam, quia hoc modo seruitus in beneficio, & præiudicium successoris per annum vltrà prorogabatur; quare gratia est nulla in totum, vt *in decis.* 626. *num.* 5. *part.* 1. inter impress. etiamsi sit concessa Motu proprio: nam Motus proprius non tollit defectum intentionis concedentis, qui fuit motus ex falsa causa, sed tota gratia corruit ex defectu intentionis, iuxta not. *in c. si motu proprio. de preb. lib.* 6. Card. *cons.* 69. Felyn. *in c. ad aures, num.* 9. *de rescript.* Ruyn. *cons.* 215. *num.* 19. *libr.* 1. Alexand. *cons.* 215. *in princ. lib.* 7. Paris. *cons.* 4. *num.* 27. *libr.* 2. cum aliis per Gabr. *de claus. conclus.* 2. *numer.* 20. *&* 34. & est decisio inter impress. 451. part. 1. & fuit dictum in causa Tullen. Monasterij 19. Ianuarij 1609. coram R. P. D. meo Sacrato.

17 Neque obstat dictio, *circiter*, de qua in Breui, quia importat quid modicum, & in spatio duarum annorum non potest comprehendere tres collectas & 14. menses, Host. *in c. fin. num.* 3. *de spons. impub.* Io. Andr. *in c. continebatur, num.* 11. & ibi Butr. *num.* 7. *eodem tit.*

18 Tertium fundamentum decisionis secundùm aliquos ex Dominis fuit, quia dicitur in breui, quòd locatio debeat fieri meliorem conditionem offerentibus, & infrà cum pactis, capitulis, & conuentionibus monasterio vtilibus, per quæ verba apparet Papam noluisse, quòd locatio fieret ad libitum Commendatarij, & quòd ille posset cuilibet gratificari in præiudiciũ successoris, sed voluisse quòd locatio esset vtilis Ecclesiæ, quod etiam de iure inerat, vt in simili locatione ad nouennium pro iusto pretio facienda, ponderauit Rota in causa Viglieuanen. Locationis 22. Nouembris 1600. coram Reuerendissimo Pacen. hîc autem cùm non constet fuisse factam aliquam diligentiam de inuestiendo maiori pretio, vel qui meliorem conditionem offerret, non potest dici seruata forma, nec impleta qualitas breuis, quod propterea suffragari non potest conductoribus, Felyn. *in c. dilata. n.* 6. *de rescript.* & fuit resolutũ in allegata causa Beneuẽtana corã R. P. D. meo Decano, & ita cõclusum.

PIROVANI.

Romana Census.
Veneris 29. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

De testibus nõnulla notãda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Propinquorum præsentiam in contractu mulieris, quæ dicit non interuenisse, & ob id contractum esse nullũ, debet probare propinquos tempore contractus extitisse. num. 1. *&* 3. *in fine, vbi quòd amplius debet probare, quòd propinquus commodè poterat interuenire in contractu.*

Testi vno de facto proprio deponenti credendum est, numer. 2.

Testis coniunctus non est integer testis in causa sui coniuncti, n. 3.

Testis redditur suspectus, dum de vno recordatur, & de aliis memoriam non habet, n. 3.

DECISIO CCCXXVI.

Fuit resolutum standum esse in decisis rationibus, & 1
fundamentis, de quibus in earnam cũ onus probandi existentiam propinquorum de die contractus ad effectũ annullationis eiusdem incumbat regulariter venienti aduersùs contractum, vt fuit firmatum in decisione, & sæpius Rota resoluit, hoc non videtur præstitisse D. Moroldus, nã quoad personam Antonij Grisolini mariti Hortensiæ sororis Statiliæ, quamuis videatur probata præsentia de die contractus ex eo quòd comparuerit eodem die in foro Capitolino, tum quia eiusdem Hortensiæ super existentia adesse affinitatis necessaria non fuit probata, Domini nullimi constituerunt fundamentum, ex Bald. Tiraquell. & aliis *in decis. allegatis.*

Præsentia autem Iuliani Palmerij mariti neptis ex 2
sorore Statiliæ, neque ex depositione eiusdẽ Iuliani, nec ex testibus examinatis videtur probata. Non ex eius depositione, quòd de dicto tempore esset in Vrbe, quamuis aliàs fides esset adhibenda ei vti de facto proprio deponẽti, vt plenè probauit Socin. *in tra. faller. in reg. Testi vni. vers. secundo limitatur,* Verall. *decis.* 267. *part.* 3. Dec. *cons.* 56. *numer.* 4.

Nam est coniunctus Statiliæ, qui in causa coniuncti 3
non est integer testis. *cap. consanguinei, c. accusatores, il* 3. 2. *quæst.* 5. Bart. *in l. admonendi, col.* 5. *vers. si verò testis esset talis conditionis, num.* 37. *de iureiuran.* Specul. *in tit. de test.* §. *primò. n.* 8. *versicul. sed numquid frater, in fine,* Alex. *consil.* 80. *num.* 7. *lib.* 4. Præterea interrogatus non recordatur, quæ dies esset illa 20. Februarij, nec quid sibi contigerit d. die, aut quæ negocia tractauerit in illis diebus 19. 20. 21. Februarij 1581. subdens rationem imperitiæ, *non hò memoria di dette giornate,* ex quibus duo inferuntur ad imperfectam probationem; vnum, quia non caret labe suspicionis, dum de vno recordatur, & de aliis memoriam non habet; secundum, quia ad esse huius probationis erat necessariò concludenda habilitas, scilicet quòd commodè poterat interuenire; Bart. *in l. si tertius, num.* 6. *ff. de aq. pluu. arcen.* Lambert. *de contract. eorum. glos.* 12. *quæst.* 2. *&* 4. quæ non concludit si non recordatur de gestis à se eodem die.

Postremò Dominis non placuit declaratio eiusdem 4
Iuliani post sex dies facta ad corrigendum mendacium

dacium, super eo quòd non fuerit in eadem causa examinatus, tanquam nimis crassa, & suspectamento illius depositio videtur posse adiuuari ex libro depositarij militum Sancti Petri, quia esto quòd adminiculum posset suffragari, nó tamen concludit respectu temporis, nempe diei 20. Februarij, nedum verè quia in eo mensis quidem solutionum, sed non dies apponitur, sed nec etiam præsumitiuè, quia numerus equitum, qui se subscripserunt eodem mense, videlicet 36. vel 39. vel 40. inter quos Iulianus reperitur, potest quidem arguere eius præsentiam in Vrbe magis in principio mensis, quàm in fine, arguendo ab ordine scripturæ, sed quòd magis vna die, quàm altera accesserit ad recipiendos fructus sui Caualleratus, hoc non infertur, & potiùs arguendo à diuisione numeri equitum 200. magis de die 7. vel 8. mensis esset arguendum, cùm numerus 39. aut 40. respiceret hanc quartam partem equitum in libro Depositarij descriptorum.

5 Testes autem dati in summario D. Maroldi non etiam probāt præsentiam dicti Iuliani, nec Francisci Valdrini. Nam Mineruus nil concludens dicit quoad Valdrinum respectu illius præsentiæ de die 20. Februarij. De Iuliano autem, quamuis dicat se posse affirmare in veritate, quòd in dictis diebus 19. 20. 21. Februarij erat præsens in Vrbe, & non impeditus, adeò quòd commodè poterat interuenire celebrationi contractus, vt in summario D. Maroldi *numero secundo*, tamen dum reddit causam scientiæ dicit, quia audiuit à vicinis, quòd non sufficit: sed præterea eius dictum admodum infirmatur, quia ipsamet iuxta decimum interrogatorium asserit se modicam habere memoriam, nec recordari nedum de tempore decem, aut viginti annorum, sed nec etiam, quid in externa die comederit. Quare Domini ex hac irrelevanti probatione noluerunt à decisione recedere, &c.

PENIÆ.

Vlixbonensis Tabernariorum.
Mercurij 5. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Argumentum sumas ex summario posito in primo numero.

SVMMARIVM.

Tabernarij prohibiti sub pœna vendere diebus festiuis panem, vinum, & alia huiusmodi, contrauenientes non incurrunt pœnas si vendant ob moralem necessitatem, & quæ isto casu dicatur moralis necessitas. n. 1. & omnibus seqq.

Pœna excommunicationis non potest infligi, nisi in subsidium, num. 5.

DECISIO CCCXXVII.

1 IN Archiepiscopatu Vlixbonensi extat Constitutio Synodalis, qua cauetur ne Dominicis & festiuis diebus quis audeat vendere panem, vinum, & alia huiusmodi, exceptis Aromatariis pro seruitio infirmorum, donec finita sit sacra concio in ea Ciuitate, sub pœna quinquaginta regalium Merino applicandorum; hæc constitutio in honorem diuini cultus semper fuit inuiolabiliter obseruata, cui cùm tabernarij contrauenire prætenderent, ideo Vicarius Vlixbonensis die 31. Ianuarij 1595. per monitorium constituit ne in futurum aliquid vendere auderent sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, sed cùm tabernarij non paruissent, tandem contra eos in Curia Archiepiscopali fuit lata sententia, quæ declarauit tabernarios lapsos in prædictam excommunicationem, in gradu appellationis prædicta sententia fuit confirmata, à qua rursus tabernarij appellantes causam committi obtinuerunt Auditori legati qui prædictas duas sententias ad fauorem Merini latas reuocauit. Ab hac sententia Merinus appellans in gradu suæ appellationis Auditoris sententiam reuocari, & duas latas ad suum fauorem confirmari obtinuit.

Sed cùm ab hac sententia Tabernarij ad Sedem Apostolicam appellassent, causa introducta in Rota dubitauit an confirmatæ ex tribus conformibus, ita vt esset locus exequutioni, & Rota vtraque parte informante, quamuis fuissent conformes, non tamen esse exequutioni demandandas censuit. Primò, quia opponebantur aliquot nullitates, quæ non satis firmiter & subsistenter remouebantur. Rursus quoniam iustitia sententiarum non satis videbatur explorata, habita præsertim consideratione ad vastam & populosam Ciuitatem Vlixbonæ propter magnum concursum aduenarum, militum, & laboratorum frequenter accedentium, & recedentium, quibus ne tabernarij vendant vinum, & alia obsonia si quæ habent vix possunt excusari. 2

Cùm autem huiusmodi moralis necessitas postulat ne vel scandala oriantur, vel aduenæ, aut ciues male aliqua patiantur, non obstante constitutione, quæ alias laudabiliter est retinenda, possent tabernarij, & macellarij ante tempus præscriptum vendere absque incursu in pœnam constitutionis necessaria ad vitæ sustentationē *c. discipulos de consecrat. distinct. 5.* vbi gl. *in verbo fame*. Siluest. *in summa in verbo, Dominica, circa finem, num. 9. quæst.* 7. Martinus Nauarrus *in Manuali Confessariorum c. 13. n. 15. & 16.* 3

Nec refragatur constitutio, quæ cùm generice loquatur, debet accipi prout de iure, vt intelligatur, ne liceat prædicta vendere diebus festiuis, exceptis casibus necessitatis, vel pietatis, vel aliis de iure concessis, vt in terminis dixit Siluestrina præcitato loco. 4

Demum respectu sententiæ excommunicationis, quæ Vicarius fulminauit, non placuit Dominis eius processus, quia quamuis excommunicatio sit neruus ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobriè tamen magnáque circumspectione ferenda est, cùm experientia doceat, si temerè aut leuibus ex rebus incutiatur magis contemni quàm formidari, vt sapienter monuit Concilium Tridentinum *sess. 25. de reform. c. 3.* Vnde cùm ad coërcendum prædictorum tabernariorum excessum esset imposita pœna pecuniaria, licèt potuerit Vicarius pœnam pecuniariam augere, non debuit tamen ad excommunicationem fulminandum, quæ in subsidium dari debet, propterea, *c. alma mater, § caueant. de sent. excommun. lib. 6.* & fuit dictum in causa Tarraconen. Portionis Breuis, die 29. Nouembris 1603. coram bon. mem. Iusto; tametsi verò ob prædictas rationes & causas, ita in hoc casu Rota pronunciauerit, non fuit tamen suæ intentionis, vel præiudicare constitutioni laudabili, vel receptæ consuetudini cultui diuino fauenti, nec præbere occasionem tabernariis, aut aliis similibus cerdonibus, & ministris, vt insolescant, & iuxta Superiorum præcepta contemnant, quod si facerent, & in pœnas constitutionis incurrerent, & valde eorum conscientiæ læderentur. 5

PIROVANI.

Bononien. Pecuniaria. Veneris 13. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Sententiæ dicuntur conformes, quando concordant in aliquo, licèt in aliis sint discordes, & in eo, in quo concordant, exequendæ sunt, & ad istum effectum in summa maiori inest minor.

SVMMARIVM.

Sententia dicuntur conformes, quando concordant in summa, n. 1.

Sententia dicuntur conformes, quando concordant in summa minori, n. 1.

Sententia, vt dicantur conformes est facienda sententiarum numeratio, n. 2.

Sententia conformes, licèt non sint in omnibus exequenda, tamen sunt in his, in quibus sunt conformes, num. 3.

DECISIO CCCXXVIII.

1 RESoluerunt Domini constare de duabus conformibus, & esse locum statuto Bononien. ita vt ad illarum executionem procedendum sit; nam Hercules conuentus coram Auditore Generali Bononien. passus est fieri contra se sententiam, quæ postmodum fuit in Rota confirmata quoad sortem principalem; vnde cùm vna condemnet D. Herculem ad solutionem librarum 3994. secunda verò illam cõfirmet, satis dicuntur inter se conformes, quia in summa, quod est principale, conueniunt, Franc. *in c. dilecta, col. 2. vers. tertia conclusio, num. 5. de appellat.* Ang. *in l. vnica, C. ne lic. seru. pronoc.* Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 1. numer. 6.* Dec. *cons. 385 in princ.* Thesaur. *decis. 122. numer. 7.* Et in tantum videtur procedere hæc conclusio, vt etiam dicantur conformes, si in vna maior summa contineatur quàm in altera, quia semper in minori conuenire & conformare dicuntur, *l. inter pares, ff. de re indic. l. 3. §. si quis plusquam, ff. de adimen. leg.* Did. *pract. quæst. cap. 25. num. 6.* Afflict. *decis. 162. per tot.* Surd. *cons. 102. num. 7. vol. 1.* Thesaur. *eadem decis. 122. num. 10.*

2 Statutum autem Bononien. data conformitate sententiarum, bene intrat pro executione earum, tum quia sententiæ extra sacrum Palatium latæ numerantur ad effectum ne liceat appellare, Rota *decis. 20. de sent. & re iudic. in antiq.* Vestr. *in prax. lib. 7. c. 3. num. 19.* Tum quia causa est inter Bononienses, vt pluries fuit resolutum, & signanter in causa Bononien. de Pannolinis coram R. P. D. Marcomontio 10. Decembris 1610.

3 Non obstat, quòd sententia Rotalis non contineat condemnationem pœnæ conuentionalis, & interesse, prout continet sententia de partibus, quæ omissio arguit difformitatem sententiarum, & consequenter eas reddit inexequibiles, cùm non sufficiat eas conuenire in aliquibus, Rota *de sent. & re iudic. decis. 2.* quia pro responsione fuit dictum, quòd etsi sententiæ in omnibus conformes non sint, in capitulis tamen in quibus conueniunt, sunt exequendæ, quia eadem est ratio statuti partis, quoad partem, quæ est totius, quoad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vend.* Dec. qui eo modo in terminis nostris arguit *consil. 385. vol. 2.* & stante simili statuto idem concludit Castr. *cons. 163. Proponitur in facto quòd duo fratres, num. 2. vol. 2.* Afflict. *decis. 362.* Surd. post alios, quos allegat *d. cons. 102. num. 15. vol. 1. & num. 13.* dicens ea ratione appellationem denegari, quia in eo, in quo sententia adimit, non grauat, sed releuat appellantem, & cessante grauamine, cessat appellatio. Quare cùm Hercules fuerit releuatus per sententiam Rotalem à solutione pœnæ conuentionalis, vti non grauatus dare non potest de appellatione, & consequenter nec etiam exequutionem ex forma statuti Bononien. impedire.

REVER. D. SACRATI.

Romana Societatis. Veneris 20. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Pactum in societate officij de non molestando officialem factum per apocham priuatam an & quando reducat societatem in purum mutuum in aliorum præiudicium, & alia nonnulla de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Subscribens non censetur fateri omnia contenta in folio quando apparet aliquid fuisse scriptum post subscriptionem, n. 1.

Notarius potest quandocumque dare instrumentum de rogatis ab ipso, & iam datum corrigere, etiamsi non reperiatur protocollum, n. 2.

Notarius substitutus in officio, qui se rogauit de instrumentis nomine sui Domini, postquam desiit esse substitutus non potest amplius extendere instrumenta per ipsum rogata, num. 2.

Extensio non fit de casu vero ad mixtum in exorbitantibus, & periculosis, n. 3.

Pactum in societate officij de non molestando officialem repugnat natura societatis, & illam traducit in merum mutuum, numero 4. declara, vt numero 5. & 6.

Hæres non potest improbare factum defuncti ex qua improbatione defuncti delictum sequatur, numero 5.

DECISIO CCCXXIX.

DOmini resoluerunt per mortem quondam Hieronymi Ameti pecunias per eum datas ad societatem officij fuisse quæsitas socijs, siquidem societates stabant super periculo eius vitæ, vt constat ex instrumento confecto super duabus societatibus, de quibus agitur. Non obstat quòd Hieronymus reseruauerit sibi facultatem transferendi periculum vitæ in alium, & huiusmodi translationem fecerit antequam moreretur, quia Dominis non visa fuit probata talis translatio: nam dum inprimis illa deducitur ex eo quòd in folio memoriæ societatis inter scripturas Hieronymi reperto adsit in ordine scripturæ. Primò memoria translationis, postea ordo officialis de soluendis pecunijs, & deinde quietantia illorum, qui habuerunt pecunias cum eorum subscriptione, ex quo infertur, quòd ipsi subscripserunt folium in quo erat scripta translatio, videntur illam ratificasse, vel saltem habuisse notitiam translationis periculi, vt in Romana Societatis Officij 3. Nouẽbris 1598. coram bon. mem. Orano. Ad hoc fuit responsum conclusionem potuisse habere locum nisi ex eadem scriptura appareret, quòd annotatio translationis fuit facta post subscriptionem: nam nominatio cantat sub die 24. Februarij, subscriptio verò sub die decima eiusdem mensis, & sic apparet, quòd quando fuit subscriptum folium, nondum prætensa translatio erat facta per quatuordecim dies pòst. 1

Secundò prætendebatur probata translatio ex quadam notula facta quadraginta menses pòst per illum qui se rogauit de societatibus, & pro hoc cumulabantur regulæ, quòd Notarius rogatus possit quandocunque clarè instrumentum de gestis à seipso, immo iam datum corrigere, etiamsi non reperiatur protocollum cum similibus; ad hoc fuit responsum quicquid sit de illis conclusionibus, quæ habent suas declarationes illas non applicari, quia ille qui dedit notulam, non se rogauit nomine proprio, sed nomine sui Magistri, vt practicatur in Notarijs Auditoris Cameræ. Vnde aut ista notula prætenditur habere vim à persona propria istius, & non potest, quia nec ipse rogauit nomine proprio, nec etiam constat, quòd sit Notarius; vnde non applicantur conclusiones, quæ loquuntur de Notarijs rogatis, 2

aut

aut prætenditur sustentatio ex persona Magistri, & cùm desierit esse substitutus illius officij, non potest se immiscere in iis quæ ad prædictum officium spectant. ad Put. *decis. 5. de fent. & re iud. libr. 1. in manuscript.* Achill. *in epit. tit. de appell. in fine:* faciunt tradit. per Castr. *consil. 104. numer. 1. & 2. & consil. 158. circa med. vol. 1.* Glos. *in cap. mandato. verb. reuocato. de procur.* Cassad. *decis. 2. num. 5. de appellat.*

3 Aut denique prætenditur casus mixtus, & in istis exorbitantibus & periculosis non visa fuit posse fieri extensio, ex traditis per scribentes *in l. vim passam, §. praescriptione, ff. de adulter.* Bart. *in l. 2. in princ. num. 2. circa finem, ff. de verb. oblig.* Roman. *cons. 259. in fine, & 294. num. 4.* Alex. *cons. 96 num. 6 lib. 2.* Dec. *cons. 333 num. 1.* Tertiò dicebatur Hieronymum Ametum semper consueuisse nominare periculum vitæ super aliis personis, prout ex nota plurimarum societatum, cuius copia fuit data, sed præterquam, quòd res reddebatur dubia ex notis societatum datarum pro parte Pauli dicebatur hoc non concludere quòd Hieronymus hac vice non potuerit, aut voluerit retinere periculum super propria vita.

4 Secundò principaliter dicebatur non fuisse deperditas pecunias per mortem Hieronymi, quia ipse sub eadem die, qua contraxit societates, de quibus agitur, fecit apocham, in qua promisit non molestare occasione istarum societatum Dominicum Orengum officialem, super cuius officio fuerunt contractæ societates, atque inde inferebatur hoc pactum tanquam repugnans naturæ societatis, quæ tota in officiali consistit *l. verum, §. final. ff. pro soc.* illam vitiare, & traducere contractum in merum mutuum, vt fuit dictum in causa Romana Saluiani Interdicti 17. Maij 1589. coram bon. mem. Orano, & consequenter non fuisse locum lucro pecuniarum, cùm istud lucrum non fiat in mutuo, sed in societatibus.

5 Ad hæc fuit responsum. Primò non probari quòd ista apocha fuerit confecta de consensu officialis, & proinde non potuisse Hieronymum constringendo sibi apocham ipsi mutare formam contractus, qui cantat in societatem, quinimmo ad euitandam præsumtionem delicti, quòd scilicet Hieronymus voluerit ex mutuo percipere fructus, quos percepit, dicebatur esse præsumendum illam apocham non habuisse effectum, & Ioannem Baptistam modò actorem, & illius hæredem, non posse allegare contrarium, quia includeret delictum defuncti, quod non potest facere, cùm sit illius hæres, *l. si creditoribus, C. de seruo pign. dat. manumiss. l. venditrici. C. de rebus alien. non alien.* Ruyn. *cons. 132. numer. 7. in fin. libr. 4.*

6 Secundò, etiamsi vterque, nempe Hieronymus, & officialis voluissent, adhuc dicebatur per huiusmodi pacta clandestina non potuisse præiudicare illis, qui receperant pecunias, & soluerant fructus anticipatos societatum, & nullam habuerunt notitiam huiusmodi pacti; ex traditis per Dec. *cons. 218. num. 3. vers. venio igitur ad quartum dubium.* Achil. *decis. 1. in fin. de offic. Vicar.* facit quia iste actus clandestinus in vtilitate quæ vtrique prouenisset in damnum tertij, videretur dolosè factus, ex cumulat. per Crauett. *consil. 42. numer. 20.* Rota in causa Romana Societatis coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto relat. inter diuers. impres. *decisio. 192. numer. 1. part. 2.* dolus autem deceptiuus annullat contractum, vt *in prædicta decisione* 192. *numer. 4.* Ex quibus cessat decisio Romana Saluiani Interdicti coram Orano suprà allegata, quia ibi pactum de non molestando officialem fuerat factum nedum scientia illius, qui bonam fidem societatis recognouerat, sed immo ad illius instantiam, & fuerat oppositum in substantialibus ipsius societatis, nempe in ratificatione; vt patet ex lectura illius decisionis.

REVERENDISS. D. SACRATI.

Vlixbonen. Parochialis. Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad examinandos testes etsi regulariter danda sit, quando tamen est suspició quòd calumniosè petatur, conceditur non retardata expeditione causæ.

SVMMARIVM.

Remissoria ad examinandos testes regulariter danda est, quia probationes non sunt angustandæ, numero 1.

Remissoriæ petitio quandoque præsumitur calumniosa ex pluribus, de quibus num. 2.

Remissoria quando est suspitio, quòd calumniosè petatur, conceditur, sed sine retardatione expeditionis causæ, num. 2.

DECISIO CCCXXX.

INformantes pro Ignatio, visa decisione in causa facta sub die 14. Martij proximi articularunt factum contrarium decisioni, & super illo probando petierunt remissoriam, vnde quia ex facti mutatione totum ius mutatur. *l. si is qui, ff. de excusat. tut.* Federic. de Sen. *consi. 152. n. 1.* Bald. *consil. 251. circ. fin. versic. non est dubium lib. 5.* Ang. *consil. 391. in princ.* & quia probationes non sunt coangustandæ, *l. quoniam, in fine, C. de heretic. c. quoniam frequenter, vt lit. non contest.* Bald. *consilio 317. n. 2. libro 4.* Federic. de Sen. *consi. 114. n. 3.* Rota *decis. 2. n. 1. de sequestrat. possess. & fructuum, in non.* visum fuit Dominis concedere remissoriam. 1

Cæterùm quia non carebat suspicione calumniæ, quia ista causa fuit per plures instantias agitata in partibus, vnde fit verisimile, quòd ibi fuerint factæ probationes, quæ fieri poterant, ad decis. Caputaq. 63. *part. 3.* Peregrin. 128. *lib. 3.* & quia petitur remissoria, quando causa est in expeditione, ad *l. non ignorat*, vbi Bald. *in primo not. versiculo si differs petere, C. de fruct. & lit. expens.* Innoc. *in cap. si post electionem. num. 3. versic. si autem, de concess. preben.* fuit dictum in causa Tullen. Metcn. Matrimonij 9. Maij 1550. relata inter diuersas impress. *decis. 312. lib. 3. part. 3.* item quia articulatur iuspatronatus esse annexum cuidam turri, quæ neque habet iurisdictionem, vt habetur in eisdem articulis, quæ materia visa fuit satis noua, nec etiam quia nihil fuit articulatum circa præsentationem Agnatis, de qua in vltimo capite decisionis, ob hæc fuit ordinatum, vt daretur remissoria taliter, vt per illam retardaretur vel non retardaretur expeditio arbitrio Rotæ. 2

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI, IVNIORIS.

Ianuen. Pecuniaria
Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Vsurarius an, & quando sit contractus mutui cambij, seu alius in quo interesse damni emergentis vel lucri cessantis, fuit à principio deductum in pactum; explicantur in hac decisione plures notabiles declarationes in hac vsurarum materia.

SVMMA

SVMMARIVM.

Taxatio certi interesse ab initio est illicita, & vsuraria, num.1.

Taxatio certi interesse ab initio super pecuniis retentis super cambiis est vsuraria, n.2.

Taxatio certi interesse ab initio super pecuniis retentis super cambiis tunc demum est licita, & non vsuraria, quando ex circumstantiis contractus interesse iustificatur per veras probationes, & abest dolus & praua intentio, n.3.

Confessio partis non attenditur in taxatione interesse à principio tanquam simulata, & in fraudem vsurarum. d.n.3. vbi quòd hoc non procedit quando apparet fraudem non extitisse, & taxatio est verisimilis, & proportionata.

Creditor de certa quantitate soluenda ratione interesse pacisci non potest, n.4. vbi quòd hoc fallit quando ex circumstantiis, & conditione personarum taxari potest aliqua pars proportionabilis honesti lucri, & creditor verè probet, quod tantùm erat suum interesse.

Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio, n.4

Taxatio certi lucri à principio quando commensuratur ad fructus seu interesse valet, n.5.

Taxatio certi lucri permittitur, quando res est de sui natura fructifera, secus in pecuniis & cambiis. n.6. vbi quòd hoc non procedit quando non datur pro fructibus pecunia, sed ratione interesse passi & probati ob datam pecuniam quæ stabat actu super lucro.

Taxatio interesse tunc demum non est licita in materia pecuniarum quando constaret solum per confessionem partium, secus quando iustificatur, & probatæ fuerunt circumstantiæ, n.7.

Constitutio Pij Quinti prohibens taxari à principio certum interesse habet locum in cambiis, non autem in aliis contractibus, n.8.

Interesse lucri cessantis non datur sine mora, num. 9. vbi quòd hoc non habet locum quando adest pactum.

Interesse quando verisimiliter, & iustè taxatum est, & in conuentione deductum, non attenditur mora, & sic tam ante, quàm post illam debetur, n.9.

Dilatione pendente non adest mora, & sic interesse non debetur, n.10 vbi declarat.

Taxatio vniformis in cambiis non admittitur cùm aliquando percipiatur minus, aliquando plus, n.11. vbi quòd non procedit, quando à principio concurrit verisimilitudo, & proportio habita consideratione variationis.

Instrumentum continens certum & taxatum interesse dicitur vsurarium, nisi concurrant circumstantiæ facti, ex quibus illud per veras probationes probetur, & illius taxatio sit verisimilis & proportionata, quo casu erit licitum, n.12. vbi in fine afferuntur nonnullæ circumstantiæ, quæ faciunt posse ab initio pacisci de futuro interesse.

Statutum tamen. loquens de taxatione interesse, intelligitur de taxatione, quæ fit in casu illicito, & recipit interpretationem à iure communi, n.13.

Interesse lucri cessantis non potest ab initio in pactum deduci in mutuo secundum opinionem Innocentij, num.14. vbi quòd illa non procedit in eo, qui verè, & actualiter implicauerat pecunias ad lucrum, sed bene erat paratus implicare, vbi etiam quòd opinio contraria est verior, dummodo cesset fraus, & praua intentio, & taxatio per veras probationes iustificatur.

Interesse in pactum deduci, & taxari potest etiam in mutuo, quando est proportionatum, & verisimile, & abest dolus, & fraus palliandi vsuras, n.15. & seq. vbi afferuntur rationes.

DECISIO CCCXXXI.

SEntentiam Episcopi Sauonen. reuocandam esse tanquam iniustam, Domini censuerunt post maturam causæ discussionem moti ex depositionibus testium hincinde examinatorum; & aliis probationibus in hoc iudicio factis in prima & aliis instantiis, & ex circumstantiis, quæ in hoc casu concurrunt, præcipuè verò ex iis, quæ in aliis decisionibus firmata fuerunt, ex quibus omnibus constat.

Primò, quòd Castellinus soluit Odoardo eius sororio scuta 15. mill. non se spontè offerendo, sed ab eodem Odoardo requisitus, & vt ei rem gratam faceret, eúmque à maiori interesse liberaret.

Secundò, quòd iste contractus fuit celebratus de consilio Theologorum, & præsertim Patris Viperæ è Societate Iesu Theologi famosi, qui consultus in specie de tali contractu, antequam celebraretur, respondit, quòd licitè fieri poterat, cùm Castellinus easdem pecunias in cambiis inuestitas & implicatas retineret.

Ternò, quòd Odoardus sustinebat interesse cambiorum, nedum pro summa scutorum 15. mill. sed etiam multo maiori, à quo per huiusmodi contractum fuit liberatus.

Quartò, quòd ipse Castellinus erat solitus suas pecunias negociari, easque super cambiis retinere.

Quintò, quòd in ciuitate Ianuæ, tam de tempore contractus, quàm antè, & pòst, occasiones erant, & fuerant promtæ & paratæ retinendi super cambiis nedum scuta 15. mill. sed multo maiores summas.

Sextò, quòd interesse cambiorum ad rationem sex, & octo, in ciuitate Ianuæ de eo tempore reputabatur pro interesse probabili, & verisimili, & quasi certo.

Septimò, quòd in dicta ciuitate Ianuæ solitum erat accipere pecunias ab interesse ad rationem sex pro centenario, & anno, ad effectum illas dandi ad cambium.

Octauò, quòd Castellinus erat vir bonæ conditionis & famæ, non solitus fœnerari.

Nonò, quòd Castellinus de tempore contractus non solùm ista scuta 15. mill. sed etiam maiorem summam retinebat actu super cambiis cum Nigronis, & Pinellis, vnde leuauit scuta 15. mill. eáque Odoardo consignauit.

Decimò, quòd cambia cum Nigrone & Pinello inita erant contractus ita securi sicuti contractus cum Odoardo, & sociis.

Vndecimò, quòd in ciuitate Ianuæ anno 1590. vsque ad annum 1593. inclusiuè, & sic de tempore contractus cambia excesserint scuta sex pro centenario, & quòd lucrum cambiorum, quæ fuerunt vera & realia, passim fuit calculatum ad scuta octo pro centenario, licèt enim cambia non fuerint vniformia, tamen excesserunt scuta sex, quamuis excessus non fuerit conformis.

Ex quibus probationibus, & circumstantiis facti, resultat iniustitia sententiæ Sauonen. nam licèt verissimum sit, quòd communiter iste contractus de per se nullo iure sustineri possit, sed veniat semper damnandus, cùm taxatio certi interesse ab initio sit illicita, & vsuraria, Ioan. Andr. quem alij sequuntur *in cap. salubriter, in princ. de vsur.* Ioan. de Anan. *in capit. vlum*,

num.

num. 61. eodem tit. Bald. *in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat.* etiam in Mercatore solito negotiari, iuxta opinionem Rotæ, Mohedan. *decis. 2. &* 3. *de vsuris*, & fuit resolutum in causa Mediolanen. Cambiorum coram felicis recordationis Clemente Octauo, quæ est 315. *part.* 2. & vltimo loco in causa Lucana Locationis 19. Martij, & 29. Aprilis huius anni coram me, maximè in mutuo, quod debet esse gratuitum, nihil ab ipso expectando, *c. plerique 14. quæst. 3. cap. consuluit, de vsuris*, & vtrobique notant Doctores.

2 Et præsertim, quia pecuniæ retinebantur super cambiis, quæ quandoque plus, quandoque minus, & aliquando nihil lucri, & aliquando damnum afferunt, prout sæpissimè fuit decisum in Rota, vt in dicta causa Mediolanen. Simulationis Contractus, prima Iulij 1592. coram Illustrissimo Millino, & in causa Romana, seu Lugdunen. Pecuniaria, secunda Aprilis 1604. coram bonæ memoriæ Litta, & in aliis similibus, & tradunt passim Doctores pro Io. Iacobo allegati.

3 Nihilominus verum etiam est, quòd quando concurrentibus tot circumstantiis contractus iustificatur, & abest dolus, ac praua intentio, & interesse est verè probatum, atque per veras probationes iustificatum, vt in casu, de quo agitur, non autem per confessionem partis, valet taxatio, quia quamuis confessio partis non attendatur vti simulata, nec lex illam admittat timore fraudis, quæ vsuris fomentum præstat, tamẽ si appareat fraudem non extitisse, erit locus interesse verè probato etiam ab initio taxato, quando taxatio est verisimilis, & proportionata, ita in specie concludit Bald. qui in contrarium allegatur *in dicta l. rogasti 11. §. si tibi, col.* 1. *in fin. vers. in contrarium non valet, ff. si cert. petat.* quod etiam tenuit Rota in causa Romana damnorum, & interesse tertia Iunij 1675. coram Cotta quæ est inter impress. 67. *part.* 1. *numer.* 2. ibi nisi aliunde probetur de interesse prædicto, & in alia Romana Societatis 28. Aprilis 1570. coram bonæ memoriæ Cardinali Lancelloto, quæ est 192. *ead. part.* 1. ibi nisi aliud aliunde probetur, & post Bald. *in d. l. rogasti*, tradit ibi Purpur. *col. 7. & 8. in fine, num.* 39. *&* 51. Alexand. *consil.* 27. *viso themate, col. vltim. in fine, in principio, vers. primò limita, numer.* 45. *C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Dec. *consil.* 59. *numer.* 5. *versic. & ad hoc est notabilis decisio, & consil.* 321. *visis consiliis, col. penult. in fin. versic. bene facit, quod not. numer.* 4. *& consil.* 111. *in fin. numer.* 14. *& consil.* 116. *numer.* 6. *post med. vers. ad hoc benefacit*, Menoch. *consil.* 1027. *numer.* 1. *lib.* 11. Cagnol. *in l. curabit, numer.* 54. *vsque ad numer.* 58. *C. de act. emt.* Rimin. Iun. *consil.* 218. *numer.* 90. *lib.* 2. Rota Ianuen. *decis.* 91. *in fin. & decis.* 193. *numer.* 10. qui omnes in specie mutui sequuntur Bald. *in d. l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat.* cum illa distinctione an fuerit probatum interesse verè, vel per confessionem, & de mutuo tradit Sot. *de iust. & iur. lib.* 6. *quæst.* 1. *art.* 3. *conclus.* 5.

4 Amplius licèt non possit creditor pacisci de certa quantitate soluenda ratione istius interesse, tamen attenta qualitate, & conditione personarum, & aliis circumstantiis poterit taxari aliqua pars proportionabilis honesti lucri, dummodo postea per creditorẽ probetur, quòd iure tantùm erat suum interesse; quamuis enim esset illicita taxatio, à principio tamẽ sustineretur per probationem postea subsequutam, ita declarat Lup. *de vsuris, §. 6. in fine, vers. & quod dictum est supra, num.* 26. post Dec. *consil.* 111. *pro tenui, ad fin. vers. secundo non obstat, numer.* 14. Anchar. *quæst.* 33. *num.* 4. *lib.* 2. Rubeus Alex. *consil.* 88. *in fin.* Nauarr. *in manual. c.* 17. *num.* 211. *& de vsur. notab.* 15. *numer.* 42. cum aliis per Bursat. *consil.* 320. *num.* 5. *& 86. lib.* 3. Plot. *in l. si quando, numer.* 453. *ad med. C. vnd. vi.* latè Surd. *consil.* 327. *numer.* 54. *& 55. libr.* 3. *& consil.* 485. *numer.* 6. *lib.* 4. Rota Ianuen. *decis.* 9. *in fin. numer.* 32. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 51. *C. de sententiis, quæ pro eo, quod inter.* quasi taxatio certi lucri non reddat contractum illicitum, sed exactio, Aym. *consil.* 189. *col. penult. ad med. versic. non negarem tamen, numer.* 8. & quia taxatio est concessio interesse, quæ pendet à iustificatione facienda, & operatur fauore recipientis, quòd etiamsi cambia reddiderint maiorem summam, prout reddiderunt in hoc casu, nihilominus recipiens non teneatur ad maiorem summam; si verò reddiderint minus, non teneatur nisi in eo, quòd re vera cambia reddiderunt, vt in hoc solùm adsit interesse illius, qui pecunias accommodauit, suúmque interesse, & damnum iustificauit cum tot circumstantiis.

Ideo etiam in terminis *l. curabit, C. de act. emt.* valet 5 taxatio certa à principio quando commensuratur ad fructus, seu interesse, Dec. *in cap. cùm venerabilis, col.* 7. *ante med. versiculo putarem tamen, num.* 65. *de except.* Parif. *consil.* 60. *num.* 33. *& 34. lib.* 1. Surd. *decis.* 159. *num.* 16. & sæpè decisum fuit in Rota, vt in decis. Cæs. de Graff. 1. *num.* 4. *de vsur. & aliis pluribus.*

Neque obstat, quòd huiusmodi taxatio ab initio permittatur, quando res est de sui natura fructifera, secus in pecuniis, & cambiis, Roland. *consilio* 55. *numero* 31. *& 32. lib.* 2. 6

Quia non sustinetur, neque debetur tanquam pro fructibus pecuniæ, sed ratione interesse, passi, & probati ob datam pecuniam, quæ addita industria quando stat actu super lucro, prout hic stabat, reddit vtilitatem, Molin. *de contractibus disput.* 315. *num.* 7. Nauar. *de vsur. numero* 46. Alphons. Villag. *eod. tit. quæst.* 18. *concl.* 1. *col.* 3. *in fin. versic. quapropter concludendum erit.* Conrad. *de contract. tract.* 2. *quæst.* 30. *conclus.* 3. *col.* 4. *in princ. versic. tertio non valet.*

Maximè quia tunc taxatio non est licita in materia 7 pecuniarum, quando constaret solùm per confessionem partium, quia tunc videretur facta in fraudem vsurarum, cùm in materia interesse non stetur assertioni partium, sed de eo debet verè constare. Bald. *in l. cum alleges, col.* 3. *C. de vsur.* Dec. *consil.* 267. *num.* 1. Natt. *consil.* 490. *num.* 4. secus in casu nostro in quo iustificatur interesse per tot tempus contractus, & fuerunt probatæ tot circumstantiæ, & in quo nulla alia ratione fuit celebratus contractus, nisi ad subueniendum vrgentibus necessitatibus indigentis, de consilio Theologi cum damno illius, qui pecunias accomodauit, vt docuit effectus subsequutus, itaut tunc saluetur ab vsuris, iuxta doct. Bald. *in l. rogasti, §. si tibi, col.* 1. *in fin.* & ibi Purpur. *num.* 51. *ff. si cert. petat.* Menoch. *consil.* 1027. *n.* 50. *lib.* 11. cum alijs supra allegatis.

Minus obstat Constitutio Pij Quinti prohibens taxati à principio certum interesse, quia legitur in cambiis, neque extenditur ad alios contractus Nau. *in manual. c.* 17. *num.* 211. *vers. & quod inter omnes conuenit, & de vsur. notab.* 15. *n.* 42. *vers.* 3. *inter omnes, & consil.* 1. *num.* 1. *vers. & non est certum, de offic. iud.* maximè stante probatione veri interesse, quod excludit omnem fraudem vsurarum, ob quam taxatio certa prohibetur. Alex. *consilio* 27. *numero* 11. *lib.* 4. 8

Nec facit quòd hic non adsit aliqua mora, sine qua 9 non datur interesse lucri cessantis. Innoc. *in cap. fin. num.* 2. *de vsur.* Peguer. *decis.* 33. *num.* 6. *post princ. versic. & ratio esse potest, col.* 4. *in fin.* cum aliis allegatis, quia non procedit quando adest pactum, & ratio differentiæ est, quia ille qui recepit, forsan non recepisset, si sciuisset se esse obligatum ad vsuras, immo potuit credere contrarium, cùm regula sit, quòd ex mutuo nulla debeatur compensatio, & proinde, vt teneatur vltra alia requiruntur eius voluntas vel vera, prout quando interuenit pactum, vel præsumta, prout quando interpellatur, & propterea quando interesse iustum & verisimile est taxatum, & in conuentione deductum, non attenditur mora, cùm tam ante, quàm post illam debeatur, Alphons. Villag. *de vsur. q.* 18. *in* 1. *& 2. concl.* Grat. *consil.* 49. *num.* 9. *&* 19. *lib.* 2. Barb. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 48. *ff. solut. matrim.* post Nauar. *in manual. c.* 17. *n.* 211.

Nec aduersatur dilatio, qua pendente non adest mo- 10 ra, neque debetur interesse, Roland. *consil.* 55. *numero* 20. *lib.* 2. quia cùm possit debitor quandocunque soluere debitum principale, non consideratur dilatio, prout debetur considerati si ante eam non daretur solutio inuito creditore, & sic promissio & taxatio erit facta pro interesse

teresse, & damnis passis, & probatis ac iustificatis non pro dilatione solutionis, ita in specie concludit Alex. *cons. 221. in fin. libr. 3.*

11 Nec obstat taxatio vniformis, quæ non admittitur cùm aliquando plus, aliquando minus percipiatur in cambiis, Rot. *diuers. decis. 315. n. 6. part. 2.* quia sufficit quòd à principio concurrant verisimilitudo, & proportio non habita consideratione variationis, Cæs. de Grass. *decis. 1. & 2. de vsur.* Couarr. *lib. 4. variar. resol. cap. 4. num. 5.* Dec. *in cap. cùm venerabilis, col. 7. ante med. vers. putarem tamen, n. 14. de except.* aliàs huiusmodi taxatio neque posset admitti in terminis *l. curabit*, cùm ad hunc effectum non potest considerari ratio diuersitatis.

12 Ex quibus non obstant auctores, & decisiones in contrarium adductæ, dum concludunt instrumentum continens certum & taxatum interesse dici vsurarium, quia non loquuntur quando concurrunt tot circumstantiæ facti, neque de conuentione iustificata cùm tot requisitis per veras probationes, prout in casu nostro, neque de verisimili & proportionato interesse, quod facit taxationem licitam, ex suprà allegatis concurrente probitate mutuantis, neque soliti fœnerari, & cum suo notabili damno abdicantis à se maius lucrum, quod percipiebat actu ex suis pecuniis in negociatione positis non intentione lucrandi, sed solùm, vt rem vtilem faceret eius affini indigenti ob periculum, quod illi imminebat propter graue æs alienum, quo detinebatur, & propter maius interesse, quod patiebatur, & cessante dolo, & praua intentione, vt constat ex actis, quæ omnia faciunt posse etiam ab initio pacisci de futuro interesse, vt in specie declarat Felyn. *in c. cùm venerabilis, n. 9. col. 4. post med. versic. nisi mutuans esset homo, de except.*

13 Non obstat Statutum Ianuen. nam vltra responsiones datas pro parte Simonis, tale Statutum intelligi debet de taxatione quæ fit in casu illicito, tum quia recipit passiuam interpretationem à iure communi, tum quia id probatur ex verbis prooemij, ex quo colligitur causa finalis, & sic non comprehendit hunc contractum, & taxationem satis iustificatam, ex probationibus consideratis.

14 Denique non obstat quòd interesse lucri cessantis non possit ab initio in pactum deduci in mutuo, iuxta opinionem Innoc. *in c. nauiganti. de vsur.* quem sequuntur ibi Io. Andr. *col. 1. vers. quod si habens,* Io. de Anan. *numer. 16.* Aret. *consil. 151. numer. 16. vers. præterea,* & alij, quorum rationes refert Sot. *de iustit. & iur. libr. 6. q. 1. art. 3. in 4. concl.* nam omisso, quod Innocent. non loquitur in eo, qui verè & actualiter implicauerat pecunias ad lucrum, sed de eo, qui erat paratus implicare, & magna videtur differentia inter eum qui iam deuenerat ad actum, & eum qui paratus erat deuenire. Item omisso quod Innocentius dicit, quòd suæ opinioni alij contradicebant, & quod Ioan. de Anan. qui eum sequitur *d. num. 16.* referendo Lauren. de Rodulphis dicit, quòd dictum Hostien. qui contrarium tenuit, est verius de iure, dummodo cesset fraus, & ibi Abb. *num. 14.* licèt dicat, quòd opinio Innocent. est tutior, tamen ipse inclinare videtur in contrariam partem, quando non adest praua intentio, & omisso quòd Innoc. & alij qui eum sequuntur solùm loquantur in terminis, quando est facta promissio interesse, non autem quando vltra actum lucrandi, in quo reperiebantur pecuniæ interesse, & taxatio fuerunt postmodum per veras probationes iustificata, & concurrunt tot circumstantiæ, & qualitates, vt hic; quo casu per subsequutas probationes, & iustificationes, ac circumstantias facti, cessante dolo, & praua intentione sustinetur taxatio etiam in mutuo, ex suprà allegatis.

15 Nihilominus contraria opinio Host. quòd possit à principio interesse in pactum deduci, & taxari, quamuis simus in mutuo, quando est proportionatum & verisimile, & abest omnis dolus, & fraus palliandi vsuras, est magis communis & recepta, vt per eundem Host. *in cap. salubriter, col. 2. in fin. versic. ideo puto ex mente, & in capit. nauiganti, col. 5. post med. versic. quid ergo si quis paratus, de vsuris*, quem sequitur Nauarr. qui de communi testatur *in manual. cap. 17. numero 211. versiculo & quod inter omnes conuenit, & consil. 6. per tot. & consil. 10. num. 2. de vsur. & consil. 1. num. 1. versic. & non est certum. de offic. iudic. & in tract. de vsur. notab. 15. versic. tertiò inter omnes conuenit.* Couarr. *lib. 3. var. resol. cap. 4. num. 5. ante med. versic. item & illud quod maxima*, qui etiam de communi, Grat. *consil. 49. num. 9. lib. 2.* Felyn. *in cap. cùm venerabilis, col. 4. post med. versiculo nisi mutuans esset homo, num. 9. de except.* Alciat. *consilio 8. num. 10. tom. 1. lib. 1.* Honded. *consilio 41. num. 40. lib. 2.* de magis vera, & communi opinione, testatur Gutier. *de contract. iurat. p. 1. cap. 2. n. 5. post med. versic. immo*, & à principio Barb. *in l. 2. p. 1. in principio, num. 48. ad fin. ff. solut. matrim.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 20. num. 3.* Claud. ad Bertaz. *consil. crim. 264. in fin. versic. vltimò fallit,* Ruyn. *consil. 104. col. penul. in fin. vers. & ideo multo magis est dicendum. num. 10. lib. 4.* Natt. *cons. 477. num. 3. ad fin.* Surd. *decis. 259. num. 16. & 17. & de alim. tit. 1. quæst. 45. num. 75.* Siluest. *in summa in verbo vsura, il primo, quæst. 23.* Angelic. *num. 15. & 16.* Armil. *numero 3.* Cosm. Philiar. *de offic. Sacerd. lib. 5. cap. 7. in fin. tom. 2.* Tolet. *de instruct. sacerd. lib. 5. cap. 3.* Ludouic. Lopez *de contract. & negociat. lib. 1. cap. 23. num. 3.* Conrad. *de contract. tract. 2. quæst. 30. col. 5. ad fin. versic. tertiò auctoritas,* Molin. *eod. tit. disput. 315. num. 5.* vbi quòd ista est verior opinio, prout etiam testatur latè Alphons. Villag. *eod. tit. de vsur. quæst. 18. concl. 1. & 2.* Petr. à Nauar. *de oblat. restit. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 287.* Adrianus Sextus Pontifex Maximus *in 4. lib. sentem. tit. de restit. quæst. quia fact. est de interesse, versic. sed quia nihil prius.* vbi quòd communiter Theologi, & Canonistæ ita tenent, & hanc esse veram & receptam opinionem, patet ex traditis per Michaël Salon. *in suis commem. de iustit.* ad D. Thomam *2. 2. quæst. 78. art. 2. contr. 9. tom. 2.* qui rationes & auctoritates hincinde & latissimè articulum prosequitur, & ponit septem conditiones, quæ in hac etiam facti specie concurrunt à pagina 255. vsque ad 277. secundùm vltimam impressionem Venetam, idem tenet Baldus *in d. l. rogasti, cum aliis pluribus suprà allegatis.* qui etiam sequuntur in mutuo, & sic patet quòd quando concurrunt requisita, prout in hoc casu, & in specie quòd absit dolus & fraus, & taxatio sit verisimilis & proportionata, communis opinio est contra Innoc. aliàs esset valde iniquum, quòd ille, qui requisitus vendit sua stabilia, aut loca montium ad effectum pecuniam accomodandi indigenti, & ei rem gratam faciat, cúmque à maiori damno & interesse liberet, non possit percipere ratione interesse id quod ex suis prædiis, aut locis montium percepisset, cùm tamen nemo debeat alteri beneficium præstare suo damno & commodo, secundùm iura & principia naturæ, vt per Michaël Salon. *vbi suprà.*

Ratio prædictorum est, quia id quod interest etiam 16
ex mutuo non habetur pro vsura, quamuis simus in interesse lucri cessantis, Alex. *consil. 221. col. 2. numero 1. lib. 2.* post Cyn. *in auth. ad hæc. quæst. penult.* & Bald. *col. 2. C. de vsuris*, Ias. *consil. 151. in fin. lib. 4.* Aret. *consil. 9. col. vltim.* cum aliis latè per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 71.* maximè in istis negociationibus in quibus lucrum cessans est magis vicinum damno emergenti, quàm lucro cessanti, Ostasch. *decis. 143. in fin.* post Couarr. *lib. 1. var. resolut. cap. 4. num. 1. & 2.* & quia taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio, vnde si creditor non vult exigere nisi quòd sua intersit, contractus erit validus, & taxatio hab[...]it pro non facta, Aym. *consil. 189. col. penult. ad med. versic. non negarem tamen, numero 8.* post Dec. *consilio 11. & in c. cùm venerabilis, de except.* & sic faciendo differentiam inter validitatem contractus & illius inualiditatem, & exactionem & taxationem, intelligitur idem Dec. *consilio 116. & consilio 119.*

Et ita decisum, &c.

PIRO

PIROVANI.

Romana Filiationis.
Veneris 10. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

De filio quando præsumitur potius natus ex concubina, & cōceptus a concubinario, quā ex proprio marito, & de confessione in iudicio criminali facta quando probet in ciuili.

SVMMARIVM.

Filiatio respectu Patris est difficilis, & ferè impossibilis probationis, num. 1.
Filiatio probatur præsumptionibus, & coniecturis, n. 2.
Filius præsumitur natus ex concubina domi retenta, n. 3
Filiatio probatur ex eo quod quis procurauit compatrem in Sacramento Baptismi, n. 4.
Filiatio præsumitur ex lactatione, & educatione, n. 5.
Filiatio probatur ex nominatione patris facta præsertim in articulo mortis, n. 6.
Filius natus ex meretrice non potest dici vnius potius quam alterius filius, n. 7.
Confessio in iudicio criminali facta inter diuersas personas, & ad alium effectum, non probat in iudicio ciuili, n. 7.
Filius præsumitur conceptus ex marito potius quàm ex adulterio, n. 8.
Testes deponentes per verbum, videtur, non concludunt. n. 9.
Testes singulares filiationem non probant, n. 10.
Filiatio probatur leuioribus, & minus concludentibus probationibus, quando agitur solum de consequutione alimentorum, num. 10.
Testes singulares probant iunctis adminiculis, n. 11.
Testes inhabiles etiam admittuntur in materia difficilis probationis, num. 12.

DECISIO CCCXXXII.

1 FVit resolutum constare Septimiam esse filiam D. Fabij Carosij: Nam quamuis Scribentes vbique voluerint filiationem respectu Patris esse difficilis, & penè impossibilis probationis ex quo procreatio filiorum non cadit in certum sensum hominis, cum nemo testificari possit aliquem ab alio genitum, aut conceptum, vt omnes tradidere, & signanter Bart. *in l. 1. numero 1. & 2. C. quorum bon.* Bald. *in l. filium, ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *in rubr. de probat. numero 162. & in c. in præsentia, numero 5. eod. tit. de probat. cum aliis allegatis per Natt. cons. 473. num. 39. & 44.*

2 Tamen eam non esse improbabilem omnes conueniunt si accedant sufficientes præsumptiones, & coniecturæ, per quas videtur procedendum vbi agitur de materia difficilis probationis, *l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat. l. neque naturales, C. de probat. glos. in l. 1. ff. de probat. glos.* Innocent. & alij *in c. Michael, de fil. presbyt.* Menoch. *de arbitr. cas. 89. numero 2.* Surd. *latissime cons. 1. numero 39. & 40. vol. 1.*

3 In casu autem de quo agitur Dominis visum est sufficientes enunciari, & probari coniecturas, & quamplures pro Septimia. Primò, quia ex Testibus, qui dantur *num. 1. 2. 5. & 6.* Probatur Vrsoliuam matrem Septimiæ fuisse Concubinam D. Fabij Carosij, in cuius domo retinebatur antequam pareret Septimiam; ibique eam peperisse, & post multum simul cum D. Fabio cohabitasse, ex quibus cum venter non appareat incustoditus eadem iuris præsumptio, quæ deseruit proli legitimæ, quamuis mater interim cum aliis se immiscuerit, *l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult.* eadem procedit in concubina retēta in domo, quia præsumitur filius eius, qui eam concubinam retinet, non alterius, secundùm glos. *in c. Michael, de fil. presbyt.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsum. 37. numer. 3.* Paris. *cons. 10. numer. 33. vol. 1* Surd. *cons. 1. n. 44. vol. 1.*

Secunda subsequitur coniectura consequens præcedenti, videlicet cum primùm nata fuit Septimia D. Fabius propriis expensis ex sacro fonte lauare curauit, Guidonē pro compatre requisiuit, & fuit illi compater, hæc deponunt testes dati in Sūmario *numer. 3. & 4.* inter quos est ipse compater, & alij tres de auditu ab aliis, & hæc videtur vrgens præsumtio pro filiatione, cùm versetur circa actum differentem, qui propriè ad parentem spectat, cùm filius est infans, sustinetur enim professio illa in fide parentum, maximè quando compatres filios baptizandos offerunt de voluntate & consensu parentum, prout factum fuit in præsenti casu, Natt. *cons. 434. n. 11.* Surd. *cons. 1. n. 44.* qui in puncto examinant. 4

Tertia concomitatur præsumtio procedens ex lactatione, & educatione Septimiæ, de quibus attestatur primus testis examinatus in partibus, & primus examinatus in Vrbe in summario *numer. 3. 6. & 7.* Quòd semper eam viderunt in domo D. Fabij, quando eis contingebat accedere eā ad domum, & esse vehementem, voluit Bald. *in l. non ignorat, num. 3. C. qui accus. non poss.* dum inquit quod præsumtiuè filiatio probatur, probando quòd lactauit, & nutriuit, sequitur Ias. *cons. 101. col. penult. in fin. vol. 4.* Alexand. *consil. 88. numer. vol. 2.* Surd. *in allegat. consil. 1. numero 46.* 5

Domum accedit fides Parochi cū depositione vnius testis, qui dicunt Fabium in articulo mortis commendasse D. Marco fratri Septimiam filiam suam designando illi pro dote scuta quingenta acquisita ex officio Caporionatus, quæ exinde mortuo Fabio fuit reposita ab eodem Domino Marco ad educandum in monasterio Sāctissimæ Annunciatæ Neophitarum, quasi in exequutionem præcedentis tractatus cum fratre, iuxta glos. *in l. quadā mulier ff. de rei vendic. & in l. 2. C. de acquir. possess.* Becc. *cons. 6. numer. 8.* Et quamuis alia causa fuerit per eundem D. Marcum expressa, quòd scilicet soluebat per Charitā, ea tamen Dominis visa non fuit verisimilis stantibus prædictis. 6

Non obstant, quæ pro parte D. Marci informantes adducunt ad euitandum prædictas præsumtiones, & signanter quòd Vrsolina erat meretrix pluribus se prostituens, itaut ex commixtione seminum secerni non possit, an magis ex vno quàm ex alio Septimia fuerit concepta, *l. vulgo quæsit, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur.* cum aliis allegatis. 7

Quia fuit dictum, quòd testes de fama vitæ inhonestæ non percutiunt tempus conceptionis Septimiæ, nec excludunt habitationem de eo tempore in domo Fabij, quinimo testis de propria inhonestate deponens videtur affirmare, quòd Vrsolina habitaret in domo Fabij, dum asserit se eam carnaliter cognouisse in domo Fabij, nec confessio eiusdem Vrsolinæ in iudicio criminali emanata, quòd scilicet cognosceret Fabium à tribus annis citra, & ab eo pensio domus solueretur, ac in cæteris alimentaretur tanquam in alio iudicio inter diuersas personas, ac ad alium effectum videtur tollere probationem cohabitationis secundùm distinctionem, Aretin. *in cap. qualiter & quando, numer. 58. de accus.* Boss. *in titul. de pluribus viol. numer. 117. versicul. quariò prædicta conclusio,* Dec. *in l. is apud quem, numer. 62. C. de eden.* latissimè Surd. *consil. 424. numer. 23. & 26. vol. 3.* ad eum finem agebat in iudicio criminali, vt se defenderet à pœna delicti comminati, & ad alium in præsenti contendit pro interesse propriæ filiæ, vt certum Patrem habere possit. 8

Non obstat secundò, quòd de tempore natiuitatis, & conceptionis Septimiæ Vrsolina maritum haberet, cuius mariti, non autem adulteri eam esse filiam, lege definitum videtur, *l. filium diffinimus, ff. de iis, qui sunt sui* 9

vel alien.iur.l.miles.§.defuncto.ff.de adedit. Alciat. *de præsumt. reg.3.præsumt.*37.cum aliis allegatis per Menoch.*de arbitr. casu* 89.*n.*19.*& de præsumt.lib.*6.*præsumt.* 53. *n.*2.

9 Nam pro responsione fuit dictum quòd testes dati pro D.Marco in summario *num.*4.*&* 5.asseuerantes non deponunt Rosatum Maritum Vrsolinæ tempore natiuitatis Septimiæ vixisse. sed dubitatiuè,& obscurè per verba, *Mi pare,sengo penso* ,quæ nedum probationem necessariam non reddunt ,prout deberent ,*cap. in præsentia, de probat.*Felyn.*in procem.decret.in princ.* sed nec etiam excludunt contrarium pro parte Septimiæ in summario *numer.*12.*&* 13, quòd Rosatus ante natiuitatem Septimiæ per 24.annos vita functus esset,& quamuis testimonium eorum videatur cadere in tempore quo testes agebant octauum vel duodecimum annum, tamen videtur nihil referre,quia actus mortis potest etiam cadere in habente minorem ætatē Felyn.*in c.cum nobis,n.*9.*de præscript.* Rota in vna Romana Fideicommissi coram Bubalo inter impressas 220.*n.*8.*p.*2.*diuers.*

10 Demum non obstat quòd prædictæ coniecturæ probentur testibus singularibos , nempe ad eo qui facit se compatrem,& à nutrice eiusdem Septimiæ , qui de iure non probant pertinentiam filiationis , Ruyn.*cons.*52.*colum* 3.*volum.*5.Gabriel *conclus.*2.*num.* 14. *de testibus*,Riminald.*consil.*289.*num.*8.*volum.*2.Anguiss. *cons.* 79. *numer.* 3.cum aliis allegatis, & quę plenè & concludenter debet probari ad eum effectum, quicquid sit pro consequendis alimentis;vbi lex leuioribus probationibus cōtentatur,secundùm Alciat.*de præsum.reg.*3.*præsumt.*38.*n.*6, Couarr.*de spons.par.*2.*c.*8.*§.*3.*n.*6 Atque in etiam Rota sæpe resolutum,& nouissimè in Romana Filiationis 4. Februarij 1611.coram D.meo Marcomontio.

11 Nam considerarunt Domini testes prædictos esse singulares,aliis tamen adminiculis coadiuuari,nempe quia de facto proprio deponunt , quòd vnus susceperit e sacro fonte Septimiam , alter quòd lac eidem præstiterit, quòd Fabius in articulo mortis vti filiam fratri suo commēdauerit,& frater eam educari fecerit,quæ omnia mouerunt Dominos ad præstandum fidem dictis testibos, iuxta doctrinam Castrens.*in l.quicunque,in fine,C.de seru.fugit.*quam latissimè cōprobat Rota Bononien.teste Cęsare Barzio *decis.*50.*n.*3.*&* 4.

12 Et quamuis prædicti duo testes patiantur exceptionē, tamē quia agitur de materia difficilis probationis,in qua non est facilè alios testes reperire personæ etiam aliàs inhabiles videntur admittendæ, Gabr.*de testibus,conclus.*7. vbi latissimè agit. Atque ita fuit resolutum constare de filiatione Septimiæ,&c.

ILL.D.CARD.LANCELLOTTI IVNIORIS.

Bononien.Census.Veneris 10.Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Census impositio,an.& quando dicatur illicita & vsuraria ex non designatione bonorū super quibus fuit impositus census ex pacto de soluendo fructus anticipatè , & ex non integra numeratione pecuniarum facta tempore instrumenti.

SVMMARIVM.

*Possessio probatur per clausulam constituti etiam contra habentem causam ab ipso constituente,n.*1.

*Possessio probatur per sustentationem litis cum adminiculis n.*1. *in fine.*

*Exceptio requirens altiorem indaginem non est admittenda in Saluiano interdicto,n.*2.

*Census impositus super stabilibus non designatis,& certificis nullus impositus dicitur,n.*3.

*Census impositus cum pacto de soluendo fructus anticipatè non bene impositus dicitur,hoc tamen pactum vitiatur,sed non vitiat totum contractum census,nu.*4.

*Census non vitiatur ex pactis contrariis Bullæ Pij Quinti stante protestatione quòd pacta non apponenda habeantur pro non appositis,n.*4.

Notario asserenti pecuniam fuisse manualiter , & in contenti numeratam creditur , & qui contrarium dicit, debet hoc probare per concludentissimas probationes , numero 6.

DECISIO CCCXXXIII.

SEntentiam in Saluiano latam confirmādam esse Domini censuerunt , cùm concurrant omnia ad hunc effectum requisita;constat enim de credito cum hypotheca ex publico instrumente census , quod facit probationem probatam , & de vtroque extremo cùm primum probetur ex instrumento venditionis facta per Linum Torphānio de anno 1594. cum clausula constito.Ang. *in l.quadam mulier.ff.de rei vend.*Ruyn.*cons.*169.*lib.*1. Grat. *cons.*42.*num.*12.*lib.*2.Natt.*cons.*439.*num.*3.*libr.* 2.Tiraquell. *de ust.const.part.*3.*limit.*1.*num.*10.quæ probat.etiam possessionem contra habentem causam ab ipso constituente, Natt *d.cons.*439.*numer.*3.Tiraquell.*vbi supra.*Rota diuers. *decis.*766.*num.*11.*part.*1. secundum verò probatur per litis sustentationem cum adminiculis,Caputaq. *decis.*369. *p.*2.Cæsar de Grassi.*decis.*4.*de.restit.spoliat.* 1

Non obstat allegata nullitas census , & quòd super eius validitate pendeat lis,& ideo donec fuerit terminata,non sit locus Saluiano:nam vltra quod talis exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non est admittenda in hoc summatissimo iudicio,Menoch. post alios *de adipiscen.remed.*3.*numer.*180.Rot.*decis.*34.*num.*23.*par.*2. *diuers.* 2

Nihilominus nullitates oppositæ facilè tolluntur:nā quòd census non fuit impositus super re certis finibus designata,iuxta cōstitutionē fel.rec.Pij V.cessat quia potius de contrario apparet , cùm fuerit impositus super tornaturis 70.latis designatis , quia dantur pro confine domus eundo versùs hæredes Theodosij de Cruce, & versùs bona Alexandri Sciatici,ab alia terræ illorum de Bombellis , ex quibus demonstrationibus satis dicitur probata,& certa identitas,Bald.*in l.demonstratio falsa,in* 7. *quæst.ff.de condit.& demonstrat.*Alex.*cons.*35.*n.*5.*lib.*3.Rolād. *cons.*67.*num.*17.*lib.*2.Socin.*cons.*89.*num.* 1.*lib.*1. Et fuit dictum coram me in causa Bononien.fideicommissi de Rubeis 15.Decembris 1597. 3

Alia nullitas de anticipata solutione,neque etiā adest, quia constitutio prohibet pactum de soluendo anticipatè,quod pactum in instrumento non legitur , & quando vitiaretur,& non vitiaretur censum , vt fuit dictum in causa Bononien.Census de anno 1600.coram bon. mem.Cardinali Pamphilio maximè stante protestatiōne,quòd partes intendebant se conformare cum d.constitutione,& non aliter,quæ protestatio operatur quod si aliquid adesset contra formam constitutionis,illud haberetur pro non apposito,& fuit resolutum in causa Beneuentana Census 29. Martij 1593. coram eodem bon. mem.Cardinali Pamphilio. 4

Nec refragatur , quòd in partitis extractis ex libris mercatoris reperiatur adnotatum quòd libræ 200.fuerunt dimissæ in bancho ad effectum recuperandi infra duos menses ab Antonio venditore census , & sic appareat non esse solutum integrum pretiū in ipso actu impositionis census;quia conuētio inita quòd libræ 2000. remanerent in bancho ad tempus, superuenit post perfectum instrumentum census , & ideo non potuit illum inualidare. 5

Et ex hoc tollitur quod dicitur ex computatione librarum 55. facta à Mangino in illis verbis , *Che il faccio buoni per non hauer hora al presente libre* 2000. 6

delle

delle quali è fatto creditore sù il banco del Tirino à tempo; quia cùm dicta excomputatio fuerit facta in vim prædictæ conuentionis, & Linus non gauderet dd. pecuniis cùm esset factus creditor ad tempus, Mangmus ex æquitate remisit illas libras 55. ex quibus non arguitur, quin pretium fuerit integrè solutum in actu impositionis census, cùm ista omnia facta sint post celebratum & perfectum instrumentum, quæ non possunt propterea retrotralu ad inualidandum censum, in cuius celebrationis actu interuenisse pecuniam numeratam, concludenter probatur ex attestatione Notarij in instrumento census asserentis pretium fuisse manualiter & incontanti solutum coram ipso, & testibus, ex qua probatur vera numeratio, vt fuit in istis terminis resolutum in pluribus causis, & præsertim in causa Bononien. Census 8. Martij 1610. coram R. P. D. meo Ludouisio, in quibus fuit in specie dictũ, quòd qui vult venire contra huiusmodi instrumentum, & contrarium probare, debet afferre concludentissimas probationes, quæ tamen non adsunt in hoc casu; quod verò obiiciebatur de diminutione, siue corrosione retratum, nullibi probatur, & cùm in omnem euentum omnia deducta requirant altiorem indaginem, non possunt impedire immissionem in Saluiano.

REVEREND. D. SACRATI.

Bononien. Administrationis.
Veneris 10. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Administrator qui semel reddidit rationem administrationis non potest amplius cogi ad illam reddendam de nouo, nisi probetur administratoris verus dolus.

SVMMARIVM.

Administrator reddita semel ratione non potest amplius cogi illam iterum reddendam, nisi constet de ipsius vero dolo, n. 1.

Administrator vbi reddita ratione fuit liberatus, præsumitur restituisse omnia reliqua, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, n. 1.

Statuti verba vbi non conueniunt, nec etiam tunc habet locum statuti dispositio, n. 2.

Statuta exorbitantia extensionem non merentur, num. 3. & 4. vbi præsertim est maior ratio in vno casu quàm in alio.

DECISIO CCCXXXIV.

1 DOmini perstiterunt in decisis in hac causa sub die 28. Februarij proximi, quòd scilicet Bartholomæa non teneatur reddere rationem, nisi ex parte DD. de Barzellinis probetur dolus verus, ex deductis in prędicta decisione. Et ad illud quòd saltem teneatur restituere reliquatum, quicquid sit de hoc quando est legatum illud in quo quis remanet debitor, prout in hoc casu dictum fuit cessare difficultatẽ, quia nõ probatur, quòd adsit aliquid vltra illud, quod restituit Bartholomęa, quod onus probandi incumbit Dominis de Barzellinis tanquam fundamentum eorum intentionis, *l. ei qui. de probat.* cum concord. & in simil. de illo qui dicitur ex fructibus perceptis factus locupletior, ex consil. Ang. 160. *in fine*, Gabriel qui magis de communi *consilio* 108. *num.* 10. *cum plurib. seqq. libr.* 1. Menoch. qui pariter de communi tract. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 586. Rota in causa Vrbeuetana Legati 27. Octobris 1589. coram Illustrissimo Platto; aliàs si diceretur onus probandi incumbere illi, qui est liberatus in amplissima forma à redditione rationis, Bartholomæa prout est liberata, destrueretur communis conclusio firmata in alia decisione, quòd scilicet liberatio fieri possit: nam istud docere, quòd non adsit reliquatus, nihil aliud est quàm reddere ipsam rationem, vt de se patet.

Quo verò ad Statutum Bononiense *lib. 4. tit. de tut. §. præterea*, quod mandat tutores reddere rationem non obstante aliqua absolutione, vel dispositione testatoris, fuit responsum illud statutum non loqui de ratione ordinaria quæ à tutore post finitam tutelam, prout est casus de quo agitur, sed de quadam ratione extraordinaria, quam statutum mandat reddi singulis annis durante tutela duobus agnatis, siue cognatis, aut vicinis, & proinde cùm casui de quo agitur minimè conueniant verba statuti, minus conuenit illius dispositio *l. dies cautioni, §. totius, ff. de damn. infect.* Roman. *cons.* 197. *in princ. vers. circa præmissa*, Signorell. *cons.* 191. *n.* 5. Alex. *cons.* 8. *n.* 22. *lib.* 3. Dec. *cons.* 684. *n.* 1. maximè cùm hoc exorbitet à iure communi, secundùm quod tutor non tenetur reddere rationem durante tutela, *l. nisi finita. ff. de tut.* 2

Et proinde non est trahendum extra suum casum *c. quæ à iure communi exorbitant. de reg. iur. in 6.* Gemin. *cons.* 62. *n. 9. vers. exorbitantia*, Abb. *cons. 44. in fine libr.* 1. Oldrad. *cons.* 150. *n.* 3. Dec. *cons.* 37. *n.* 5. Becc. *cons.* 3. *n.* 43. Surd. *decis.* 49. *n.* 10. & placuit simile de quo in Bononien. Laudi 6. Aprilis 1609. coram bon. me. Iusto, vbi fuit dictum, quòd ille qui promiserat tradere bilancium singulis annis, non poterat cogi ad seruandam conuentionem finita societate, & elapsis pluribus annis aliud simile fuit coram me dictũ in causa Lucana Bonorum 6. Nouembris 1602. nempe, quòd si quis habet locationem per biennium, & à locatore spolietur re locata, & permittat labi biennium, non poterit postea petere restitutionem ad rem conductam, quia status rei est immutatus, & aliud pro alio restitueret, & ibi etiã fuit allegata aliàs similis decisio in Romana Vineæ 7. Octobris 1587. coram bo. mem. Cardinali Seraphino, & facit text. *in l. si vsusfructus mihi in biennium, vers. quia alius futurus sit, ff. de vsufruct. leg.* 3

Placuit etiam multis ex Dominis alia responsio, quòd statutum tanquam exorbitans non habeat locum quando legatur illud in quo administrator remanet debitor, cùm tali casu termini sint magis fortes, ex allegatis in alia decisione, & per statutum exorbitans non trahatur de casu ad casum, ex suprà deductis, maximè quando in vno est maioritas rationis quàm in alio, vt in terminis Regularum Cancellariæ fuit coram me dictum in causa Messanen. Canonicatus 7. Februarij proximi, & licèt Monterẽtius super dicto statuto in verbo, *absoluitè*, teneat contrarium, attamen cùm nullam deducat rationem, nec Plot. per eum allegat. aliquid dicat, & in contrarium sint suprà adducta, visum fuit Dominis posse tutè recedi ab illius opinione. 4

Quantum ad illud quòd Bartholomęa iam obtulerit reddere rationem, & propterea sit cogenda ad præstandum illud quod obtulit, fuit responsum quòd oblatio non fuit simplex, sed cum multis protestationibus, & præseruationibus sui iuris, & animo non admittendi aliquid de intentione aduersarij, & cum aliis, de quibus in dictis protestationibus, &c. 5

REVER. D. LVDOVISII.

Romana Domorum. Veneris 20. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Actorum omissa transportatio non reddit sententiam nullam in tribus casibus, de quibus in hac decisione.

SVMMARIVM.

Nullitates leues, & turbidæ post rem iudicatam, præsertim quando non sunt ex tribus, reiicienda sunt, n. 1.

Transportatio scripturarum seu instrumentorum, quæ non fuerunt producta in actis, si facta non fuit, non reddit sententiam nullam, etiam quòd instrumenta non transportata fuerint rogata in actis Notarij causæ, num. 2.

Correspectiuitas actorum facit reputare esse vnicum actũ per fictionem, sed non secundùm veritatem, n. 3.

Pacta correspectiua dicuntur quando fuerunt stipulata eodem loco, & coram iisdem notario, & testib. n. 4.

Iniustitia notoria dicitur illa, quæ ex actis deprehenditur, n. 5.

Actorum omissa transportatio non reddit sententiam nullam, quando acta non pertinebant ad iustitiam causæ nec tollebant quo minus iudici de iustitia liqueret, num. 6.

Actorum omissa transportatio vigore Concilij Tridentini non reddit sententiam nullam, quando causa non est ecclesiastica, n. 6. & 7.

Statutum Vrbis de transportatione actorũ, recipit interpretationem iure communi. n. 7.

DECISIO CCCXXXV.

1 CAusa iterum super eisdem pro posita DD. nullo discrepante perstiterunt in decisis obstare Flaminiæ, & litis consortibus rem iudicatam. Num quoad nullitates super quibus informantes pro ipsis insistunt, illæ aliàs visæ fuerunt Dominis leues, & turbidæ, & propterea non attendendæ, præsertim post rem iudicatam. *Clemen. vt calumniis. de re indic.* Crescen. *decision.* 22. *eod. titul.* præsertim cùm non sint de tribus, & sic reiecta per Constitutiones Pij IV. & Clementis VIII. Et illæ quæ respiciunt primam sententiam, quæ fuit per secundam confirmata, cessant ex dispositione Statuti Vrbis *c.* 190. *lib.* 1.

2 Quoad nullitatem autem deductam ex non integra transportatione actorum, quia super aliis Domini vim non faciebant, & placebant responsiones datæ pro Virginia quatenus defectus deducitur ex eo quòd non adsit instrumentum pacti de retrouendendo, obiectio tollitur, quia nunquam fuit per partem aduersam productũ, seu repetitum, aut saltem non probat productionem, & repetitionem, propter quam fuerit effectũ de actis quod probari debet, cùm aliàs intret præsumtio integritatis actorum, vt fuit dictum in vna Senogallien. Siluæ 24. Maij 1607. coram Litta, & sæpissimè in aliis. Neque sufficit instrumentum esse rogatum in officio Notarij causæ, quia requiritur repetitio cum partis citatione ad effectũ vt sit de actis, Feder. de Sen. *cons.* 160. Sarn. *in regula de annal. q.* 4. *sub n.* 5. *vers. quinimmo etiam.*

3 Et quæ dicuntur de correspectiuitate pacti de retrouendendo cum venditione ad effectum transportationis, nihil faciunt, quia quando adesset correspectiuitas, & propterea possit dici vnicum instrumẽtum, & vnus actus, Caputaq. *decis.* 307. *numer.* 2. *part.* 2. attamen hoc est per fictionem, quia secundùm veritatem sunt actus distincti, Menoch. *præsum.* 12. *num.* 25. *libr.* 6. & nullus dixerit, quòd producto instrumento venditionis censeatur productum instrumentum pacti.

4 Vltra quod, vt fuit dictum in decisione, correspectiuitas non adest, & decisio Turritana Palatij nõ facit, quia ibi pactũ de retrouẽdendo fuerat, non solùm eadem die stipulatum, sed etiam eodem loco coram iisdem Notario & testibus, vnde non est mirum si aderat correspectiuitas, Bald. *in l. petens, n.* 14. *C. de pact.* Corn. *cons.* 36. *n.* 14. *libr.* 1. Dec. *cons.* 245. *n.* 5. & quia ex multis cõiecturis quæ ibi cõcurrebant pro simulatione apparebat, quòd pactum fuerat seorsum appositum callidè, & in fraudem.

5 Et hinc etiam tollitur prætensa notoria iniustitia, quia si non constabat in actis de pacto retrouendendi, quod est fundamentum partis aduersæ contra sententias, non potest erui notoria iniustitia, cùm notoria iniustitia dicatur illa quæ ex ipsis actis deprehenditur, ad cumul. per Contard. *in l. vnic. limit.* 9. *numer.* 19. *C. si de moment. possess.*

Defectus quarundam intimationum non transportatarum nõ fuit habitus in consideratione, cùm nõ pertineret ad iustitiam causæ, nec tolleret quominus de ea plenè liquere potuisset Iudici ad quem, sumus enim in profanis, & præterea quicquid sit ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, illa non habet locum quando causa non est ecclesiastica, & fuit resolutum in Romana Lignorum coram R.P.D. Sacrato 23. Iunij 1603. & in Roman. Dotis de Trinciis 5. Martij 1607. coram R.P.D. meo Ortembergo. 6

Et Statutum vrbis dum loquitur de transportatione actorum debet recipere declarationem à iure communi. *l. vt gradatim, §. & si lege, ff. de mun. & honor. l.* 2. *C. de noxal.* Bart. & alij *in l.* 1. *§. sublata, ff. ad Trebell.* Crot. *cons.* 74. *n.* 28. Socin. iun. *cons.* 29. *n.* 8. *lib.* 1. & sicut interpretamur ius commune, eodem modo debemus interpretari & intelligere statutum, Paris. *cons.* 84. *n.* 11. *lib.* 2. 7

REVERENDISS. D. SACRATI.

Romana Testamenti, seu Hæreditatis.
Veneris 17. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Testamentum an dicatur imperfectum ex eo quòd non fuit à Notario testibus præsentibus lectum, & stipulatum, credente propter vim morbi propter quem testator non poterat suam voluntatem integrè explicare, non posse illud legere, & stipulari.

SVMMARIVM.

Sententia notoriè iniusta dicitur illa quæ ex actis non iustificatur, n. 1.

Iudex non potest moueri ad pronunciandum nisi ex his quæ sunt in actis, n. 1.

Negatiua iuris probatur ex reuolutione actorum, n. 1. in fine.

Testati causa facit cessare causam intestati, n. 2.

Testamentum perficitur per institutionem hæredis, n. 2.

Testamentum valet etiam sine scriptis, etiam quòd interueniat Notarius, qui in testamento sine scriptis cẽsetur adhibitus potius pro faciliori probatione, quàm pro substantia, n. 3.

Notarij iudicium in habendo testamentum pro imperfecto, quod verè perfectum fuit partibus non nocet, n. 3. in fine.

Testamentum potest etiam probari per testes, n. 4.

Testamentum etiam non lectum à Notario, nec publicatum sustinetur, n. 4.

Testes instrumentarios fuisse rogatos à Notario probatur per testes, & sufficiunt duo, n. 5.

Testes instrumentarios sufficit fuisse rogatos à Notario, etiam quòd non fuerint rogati à partibus, n. 5.

Testamentum non dicitur perfectum quando testator plus voluit disponere, quàm disposuit, declara, vt n. 6. & 7. vbi etiam declaratur, quando testator dicatur nõ disposuisse omne id quod disponere voluit, & n. 8.

Tractantur multa quæ postea non fiunt, n. 7.

Testator etiam in actu condendi testamẽtum potuit mutare suam voluntatem, n. 8.

Voluntas testatoris in dubio præsumitur cõpleta, & absoluta, n. 9.

Testis vnicus non probat, n. 10.

Velle facere aliquid an idem sit quod facere, n. 11.

DECI

DECISIO CCCXXXVI.

1 TEnuerunt Domini non esse locum Ægidianæ stante notoria iniustitia, ad latè cumulata per Conrard. *super d.const.limit.9.per tot.* & de notoria iniustitia cōstat eo ipso, quòd sententia non iustificatur ex actis: nam Rota sequitur opinionem, quòd Iudex aliunde non possit moueri ad pronunciandum, vt apud Cæs. de Grass. *decis. 2. numer.6.& 10. de solut.decis. 16.numer. 15. de probat.* fuit dictum in Toletana Portionis 24. Martij 1610. coram R. P. D. meo Coccino, & in Foroliuien. Census 16. Nouembris 1605. coram R. P. D. meo Lancellotto, & alibi sæpe, & meritò, quia aliàs tollerentur legitimæ defensiones: nam pars non potest diuinare ea quæ sunt extra acta, & inde facere suas diligentias; vnde vulgò dici solet ea quæ sunt extra acta sunt extra mundum, Castren. *in l.ait prætor, §. si index, versicul. & probo, ff. de re iudic.* & quòd non ius probatur ex reuolutione actorum, Bald. *in l. si contra, numer. 3. C. de appell.* Dec. *consilio 483. numer. 4.* Roland. *consil. 1. num. 71. in fine, & sequent. libr. 1.* Becc. *consilio 40. numer. 2.* fuit dictum in Fesulana Præceptoriæ 27. Ianuarij 1563. coram R.P.D. Robusterio, & in Barchinonen. Parochialis 7. Iunij 1610. coram R.P.D. Ottembergo.

2 Quòd autem sententia non iustificetur ex actis patet, quia concedit immissionem perinde ac si q. Balthassar decessisset intestatus, & nihilominus ex actis constat, quòd decessit testatus, quod facit cessare causam intestati, ad *l. quamdiu ff. de acquir.hered.cum concord.* adsunt enim octo testes inter quos est Notarius, qui dicunt prædictum Balthassarem coram se congregatis ad effectum audiendi illius testamentum instituisse hæredem D. Angelam vxorem, nempe primus iuxta 16. interrogatorium, & super 6. articulo, secundus iuxta 7. 9. & 14. interrogatorium, & super 5. & 6. articulis, tertius iuxta 7. 14. & 18. interrogatorium, & super 6. articulo, quartus iuxta 7. interrogatorium, quintus iuxta 7. 9. & 13. interrogatorium, sextus iuxta septimum interrogatorium, & super 8. articulo, qui fuit Notarius vocatus ad scribendum testamentum iuxta 8. interrogatorium, octauus testis iuxta 13. & 16. per quam hæredis institutionem perficitur testamentum, *§. ante heredis institutionem. Instit. de legat. § in primis. Institut. de fideicomm. hered. l. proximè, ff. de his quæ in testam. delentur, l. fin. ff. de iure codicill.*

3 Non obstat, quòd Notarius timens, quòd testamentum esset imperfectum, ex eo quòd Balthassar propter vim morbi non posset integrè explicare suam voluntatem, noluerit conficere scripturam testamenti, vel illam coram testibus legere & publicare, quia, & sine scriptis valet testamentum. *l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testam. § final. Institut. eodem tit. l. fin. C. de codicil. l. 1. versic. institutum. ff. de hæred. instit.* etiamsi interueniat Notarius, quia non censetur adhibitus pro substantia, sed pro faciliori probatione Illustriss. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libr. 2. titul. 12. num. 1.* bene Honded. post alios *cons. 77. n. 20. lib. 1.* testator præsumitur voluisse testari omni meliori modo quo potuit, vt latè per Ruyn. in his terminis *cons. 1. n. 21. vol. 2. & n. 22. circa med.* Subdit quòd iudiciū Notarij in habendo testamento pro imperfecto non nocet, quod etiam sensit Rota in causa Romana hæreditatis relata inter diuers. impress. *decis. 173. n. 5. ad fin. p. 2.*

4 Sicut etiam non obstat, quòd non fuerit lectum & publicatum testamentum coram testibus, iuxta not. per Castr. *in l. si is qui, n. 1. ff. de testam.* quia Castr. loquitur de scriptura, quæ ad testamentum faciendum parabatur, vt patet ex *l. ex ea scriptura. ff. eodem. & l. fideicomm. in princ. ff. de legat. 2.* quas ipse allegat, & ita respondit Ruyn. *d. cons. 1. n. ad finem. libr. 2.* cum aliis per Honded. *consil. 77. num. 19. & 20. libr. 1.* Hîc autem fuit deuentum ad ipsum actum testandi, prætereà illa conclusio non procedit, quando agitur de probando testamento per testes, vt in hoc casu latè Ruin. *dicto consil. 1. num. 51. & seq. libr. 2.* cum concord. per Honded. *cons. 77. num. 17. & seq. lib. 1.* Rota, quæ etiam de communi testatur in d. causa Romana hæreditatis relata inter diuers. impress. *decis. 173. numer. 5. part. 2.*

5 Minus facit, quòd testes non fuerint rogati, quia contrarium visum fuit constare ex dictis eorundem, summario D. Angelæ *num. 5.* quorum duo deponunt de rogitu testium facto à Notario, qui duo testes sufficerent, Bald. & alij *in l. comparationes, in 3. notab. C. de fid. instrum.* Alex. *cons. 47. numer. 3. libr. 1.* cum aliis per Illustriss. Mant. *d. lib. 11. tit. 16. numer. 16.* Surd. *cons. 414. numer. 24.* Crass. *§ testamentum. q. 58. num. 6.* & licèt nonnulli alij testes ponderati per informantes pro Ruscombus dicant, *Io non sono mai stato pregato da Baldassare testatore*, non per hoc excludunt rogitum Notarij, qui rogitus sufficit, Alex. *d. cons. 47. num. 5. lib. 1.* Ias. *in l. sciendum numer. 43. ff. de verb. oblig.* Bero *cons. 92. numer. 10. lib. 3.* Surd. *cons. 414. numer. 25.* Crass. *d. quæst. 58. n. 5.* Vlterius illa verba, *Io non sono stato pregato*, possunt intelligi de proprio & explicito rogitu, non autem excludunt rogationem largo modo, quæ quibuscumque verbis fieri potest, vt bene ad propositum, Corn. *cons. 7. num. 2. lib. 4.* Surd. *vbi suprà, n. 31.*

6 Non etiam constare visum fuit de imperfecta voluntate, iuxta notata *in l. si quis cùm testamentum ff. de testam.* ex eo quòd testator volebat facere duo legata, vnum totò monialis, & alterum Archiconfraternitati Suffragij, prout dicunt testes, quæ posteà non fecit, quia ad effectum, vt testamentum corruat, ex hoc capite requiritur, quòd in ipso actu testandi appareat, quòd testator voluerit aliquid plus proferre, & morbo, vel morte præuentus non potuerit, vt not. Bart. & alij *in d. l. si quis*, latè Ruin. *cons. 15. num 19. lib. 2.*

7 Nec sufficiunt tractatus præcedentes ipsi actui testandi, quia multones testantes non retinent voluntatem, quam explicarunt in tractatu, vt bene ad propositum Cephal. *cons. 294. num 39.* Menoch. *cons. 97. num. 96. lib. 1.* & est intra regula, quòd multa tractantur quæ postea nō fiunt, *l. si voluntate. C. de rescind. vend.* Bald. *in l. multum. num. 2. C. si quis alteri, vel sibi*, Alex. *cons. 13. num. 22. lib. 1.* Dec. *cons. 488. num. 9. & 10.*

8 Quinimo nec sufficit probare, quòd in principio cōdendi testamentum testator dixerit se velle aliquid facere, quod postea non legatur in testamento, quia potuit, dum conderet testamentum mutare voluntatem. *l. testamentum. C. de instit. & substit.* Crauett. *cons. 147. num. 6.* Curtiun. *cons. 12. n. 2. vers. tertio, lib. 1.* Menoch. *cons. 224. n. 20.*

9 In proposito autem casu neque probetur voluntas legandi in ipso actu testandi, quia testes deponunt de tempore, antequam testator deuenisset ad actum testandi, imò quando adhuc non conuenerant omnes testes, nec minus probatur impedimentum in ipso actu, imò contrarium quandoquidem testes deponunt, quod post hæredis institutionem interrogatus an vellet facere legata non respondit, & quòd postea nominauit executorem; signum euidens quòd testator non destitit respondere, ex eo quòd esset sibi impedita loquela; cùm ex pòst protulerit alia verba, & pro hoc intellectu faciunt communes conclusiones, quòd voluntas præsumitur completa, & absoluta, Alex. *cons. 105. in fine, libr. 7.* Rota *d. decis. 173. num. 1. & 6. p. 2.* & quòd testator noluerit aliud addere, Honded. post alios *cons. 77. num. 11. lib. 1.* & quòd dicenti contrarium incumbit onus plenè probandi, & per media, quæ concludant per necesse, Ruyn. *dicto cons. 15. numer. 19. lib. 2.*

10 Et licèt Notarius dicat, quòd testator cœpit dicere, *Bartholomeo mio nepote*, & quòd sibi visum fuit testatorem habuisse animū aliud dicendi, attamen in hoc est vnicus, cū alij dicant, se tale quid nō audiuisse, vnde nihil probat. *c. veniēs ad nos, & cap licèt vniuersis, de testamentis, l. iurisiurādi, C. eod. tit.* Prætereà non sufficit probare quòd testator volebat aliud dicere, sed probari debet, quòd aliud volebat addere testamento, cùm posset velle dicere aliud diuersum à materia testamēti, maximè cùm iam diuertisset ad nominationem executoris, quod indicat perfectionem testamenti, & sic probatio non concludit per necesse. ad Ruyn. *vbi suprà.*

11 Minus facit, quòd quantum ad institutionem

..edis, aliqui ex t. stibus deponant testatorem dixisse: Volo facere heredem vxorem meam; quæ verba, volo facere, regulariter denotant voluntatem imperfectam, ex allegatis quia in hoc conclusio non procedit, quando ex circumstãtiis apparet testatorem ex tunc habuisse animũ disponendi, *l. P. amplius. §. propositum*, vbi Scribentes *ff. de legat. 3.* Bart. *in l. fin. num. 1. ff. de testam.* Ripa *cons. 1. n. 23. lib. 2.* Couar. qui de communi *in cap. cum tibi, num. 4. de testam.* & in simili quòd verba, volo accipere in virum, iunctis circumstantiis important matrimonium, fuit dictum in causa Ferrarien. Matrimonij coram R.P.D. meo Ortembergo die 6. Februarij 1609. Circumstantiæ autem in proposito casu hoc euidentissimè suadent, nempe conuocatio Notarij & septem testium ad effectum testandi, dictum aliorum testium deponentium, quòd Balthassar ex nunc intendebat testari, & quòd Notarius cœpit se rogare de testamento, & alia, de quibus suprà.

PIROVANI.

Romana Matrimonij. Mercurij 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

De testibus probantibus matrimonium, quomodo & qualiter deponere debeant, præsertim deponendo de publica voce, & fama.

SVMMARIVM.

Matrimonij probatio debet esse concludens, quando agitur de fœdere matrimonij, n. 1.

Matrimonium probatur per librum Parochi, n. 1.

Libri Mercatorum, & æstimi plenè probant, quando illi sunt approbati à lege generali, vel municipali, num. 1. in fine.

Testes examinati parte non citata præsumtionem faciũt num. 2.

Testi deponenti de facto proprio in his quæ ad eius officiũ spectant, plenè credendum est, vel saltem producit vehemens adminiculum, n. 3.

Publica vox, & fama facit semiplenam probationem, num. 4.

Testes super publica voce & fama deponentes probant etiam, quòd non nominent à quibus illam audiuerint, num. 4 & 7.

Testis vocans alium in contestem qui dicat contrarium nihil probat, & propter repugnantiam neutri creditur, num 5.

Testes duo regulariter sufficiunt in quolibet actu, n. 5. Vbi præsertim in probatione matrimonij.

Testis famulus pro domino non caret suspicione, n. 6.

Testis iudicialiter deponens contrarium eius, quod priùs extraiudicialiter deposuerat, non caret suspicione falsitatis, n. 6

Testes non probant publicam vocem, & famam, nisi deponant de ea successiua, & continuata statim post factum, non autem si aliquibus diebus post factum, n. 7. vbi declaratur

Testes probantes publicam vocem, & famã, debent reddere rationem eorum dicti; declaratur n. 7.

Testes probantes publicam vocem, & famã, illam probare dicuntur, si dixerint se sic publicè audiuisse, n. 7.

Matrimonij probatio non requiritur tam concludens, & tam exacta, quando agitur de probatione matrimonij noctis tempore celebrati, & præsertim quando non agitur de dirimendo matrimonio, n. 7.

DECISIO CCCXXXVII.

FVit resolutum constare de matrimonio contracto inter Petrum Paulum Iannottum, & Prudentiam Liliam, quia etsi agatur de fœdere Matrimonij principaliter, in quo concludens probatio desideratur, *cap. 1. cum glos. de consang. & affinit.* glos. *in l. mulieri, de iureiuran.* Dec. *cons. 233. numer. 2.* Gemin. *cons. 27. in princ.* Alex. *consil. 143. numer. 4. & 5. lib. 2.* Paris. *consil. 57. numer. 41. libr. 4.* cum aliis adductis per Menoch. *in cons. 199. numer. 1. vol. 2.* & tamen visa est Dominis concludens in casu proposito: nam datur fides Parochi in summario *numer. 1.* testibus munita, & ex libro extracta, in quo solent matrimonia contracta describi, vbi legitur matrimonium inter supradictos per verba de præsenti celebratum, cui libro, vti scripturæ legali postquam à Sacro Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* necessitatur fieri, & à Parocho diligenter custodiri, plena fides in iudicio videtur adhibenda, *c. cum dilectus. de fid. instrum.* & illum plenè probare affirmarunt, Menoch. *cons. 199. numer. 3.* Caualcan. *decis. 12. numer. 23. p. 2.* ea ratione, quia fides adhibetur libris tum mercatorum, tum æstimi, quando à lege generali, vel municipali approbantur, quòd obseruari inquit idem Caualcan. *c. in huiusmodi libris*, qui approbantur à Concilio, & quando ordinatè conscripti reperiuntur, Rota in Colonien. Status coram Robusterio inter imp. *decis. 340. numer. 2. p. 2.* 1

2 His accedunt depositiones duorum testium, qui matrimonio præsentes fuerunt, etsi non formiter citata parte examinati, aliquam tamen præsumtionem faciunt pro matrimonio, Dec. *in c. in nomine, n. 27. de testib.* Caputaquen. *decis. 208. n. 7. p. 1.*

3 Concurrit etiam depositio eiusdem Parochi, cui, etsi singulari, ex quo testatur de facto à se ipso, & ratione officij videtur adhibenda plena fides, secundùm Alex. *in cons. 197. n. 5. lib 7.* Dec. *cons. 56. n. 4.* Soc. *cons. 31. n. 33. libr. 2.* vel saltem instare videtur pro vehementi adminiculo, quæ aliàs pro adminiculis pro plena probatione deseruiret, Cast. *in l. quicumque, in fine, C. de seru. fugit.* Gabr. *de testib. conclus. 1. n. 18.* Rota Bononien. *decis. 50. n. 4.*

4 Adduntur præterea publica vox & fama, quæ de per se semiplenam facit probationem, etiam quòd testes non nominẽt à quibus illam audiuerint, Paris. *cons. 52. in fine. lib. 3.* Cassad. *decis. 3. de probat.* Verall. *decis. 208. n. 7. p. 2.* de ea enim deponunt testes dati in summario *n. 2. & 4.* nominãdo etiã personas à quibus audierint, scilicet Ciorciullum famulum Petri Pauli, & Ioanninam, quæ assistebat Prudentiæ dum infirmabatur, & interfuerunt matrimonio, itaut tanquam procedens ab informatis, & ex opinione quam sequitur Bart. *in l. de minorib. §. plurimum, n. 23. ff. de quæst.* & ex verisimili præsumtione, secũdũ Alex. *cons. 143. n. 7. lib. 2.* videtur attendendam. Ex quibus omnibus bene adminiculata remanet fides Parochi, quatenus de illius sufficiẽti probatione aliqualiter posset hæsitari.

5 Nõ obstat, quòd fides Parochi infirmetur ex eo quòd Ciorciullus in fide nominatus pro teste, & ab ipso Parocho in eius depositione neget matrimonium fuisse contractum, quo casu propter repugnantiam neutri videtur credẽdum, Bald. *in c. cum causam, n. 1. de testib.* Grammat. *cons. crim. 26. n. 21.* Dec. *cons. 133. n. 3. & 5.* cum aliis allegatis, & vacillante fide propter defectũ vnius testis tota probatio tanquam accessoria ad fidem corruere videatur: nam fuit responsum negationem, seu verius contradictionem illius famuli non infirmare fidem ex libro extractam, ex quo remanent alij duo testes ad illius probationem, nempe Presbyter Augustinus, & Ioanna de Mediolano, qui regulariter sufficiunt in quocunque actu probando, *l. vbi numerus, ff. de testib. c. in omni. extrà eodẽ tit. c. placuit, 2. quæst. 4.* & Sacrum Concilium numero prædicto assentire videtur in allegata *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* ibi quam præsente Parocho, & duobus vel tribus testibus, & sufficere tenuerunt Domini in causa Tullẽ. Matrimonij 14. Iunij 1585. corã Oradino, & in Papiẽ. Matrimonij 1. Iunij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino, ex fide autem sufficienter comprobata

ex

ex perfecto numero super existenti cessat timor vacillationis, glos. *in l. 1. § si quis neget, ff. quemad. testam. aper.* vbi Bartol. quem sequuti sunt Dec. Paris. Soein. & alij, de quibus per Menoch. *de arbitr. cas.* 105. *num.* 11.

6 Et hæc ipsa Cioretulli contradictio videbatur eo minùs fidem Parochi offendere, quia non carebat suspicione, vt Domino suo complaceret, tum quia eiusdem Petri Pauli famulus erat, Abb. *in cap. inquisitionis, §. 3. num. 9. de accus.* Tum etiam quia idem famulus prima die post contractum matrimonium illud inter vicinos propalauit, deponunt duo testes in summario Prudentiæ, *numer.* 2. quorum dictum etsi extraiudiciale, & singulare, diminuit tamen fidem d. posteriori iudiciali, & suspicione falsitatis carere non dicatur, Abb. *cons.* 52. *n.* 1. *lib.* 1. Corn. *consil.* 170. *n.* 15. *vers.* 2. detrahitur etiam eorum fidei, Cappell. Tholos. *decis.* 376. *num.* 1.

7 Denium non obstat famam sufficienter probatam non esse, quia testes in prima instantia examinati dumtaxat dicunt exiisse publicam vocem postridie diei matrimonij, non autem successiuè esse continuatam; primus autem testis in secunda instantia nihil probat, quia personas non nominat, secundùm Bart. *in l. de minore, §. plurimum, numer.* 21. *ff. de quæst.* Roland à Valle *cons.* 3. *numer.* 51. *libr.* 1. nec reddit rationem Clar, *in §. fin. quæst* 6. *vers. postremo.* tertius vnicus tantùm testis famam probat, qui est de vltimus, & tamen duo saltim videntur adhibendi, aliàs vnus tantùm de fama non coniungitur, Gabr. *de probat. conclus.* 1. *num.* 31. Rimin. Iun. *cons.* 660. *numer.* 22. & 23. *vol.* 6. Nam hæc omnia visa sunt Dominis posse iuridica responsione tolli, quia non vnus, sed plures testes, nempe secundus & quartus primo loco examinati, & primus de vltimis famam probat, qui duo primi testes etsi non exponant à quibus audiuerint, nec causas reddant aut famam continuasse, colludant etiam non interrogati, sufficere tamen quòd dixerint publicè audiuisse, dum non excludunt continuationem famæ, secundùm opinionem quam seruat Rota, testantur Cassad. *decis.* 3. *numer.* 7. *de probat.* Paris. *consil.* 52. *in fine, libr.* 3. Ferret. *consil.* 168. *post numer.* 19. & de magis recepta sententia, Bursat. *consil.* 87. *numer.* 47. *vol.* 1. quæ maximè etiam videbantur procedere cùm ageretur de matrimonio noctis tempore celebrato, & probatio non tendebat ad dirimendum aliud matrimonium, in quibus casibus tam exacta iustificatio non desideratur, Laur. de Pin. *cons.* 71. *num.* 15. Ferret. *cons.* 364. *num.* 14. & *cons.* 389. *numer.* 22. *libr.* 2. Dec. *cons.* 163. *num.* 4. & hoc ipsum approbarunt Domini in vna Tullen. Matrimonij coram piæ mem. Clemente VIII. inter impressas 209. *in princ. par.* 1. *diuers.* Et ita resolutum.

ILL. D. CARD. LANCELLOTTI IVNIORIS.

Parisien. Pecuniaria. Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Remissoria in profanis passim cõceditur etiam absque fumo, quando articuli sunt releuantes & etiam quòd adsit præsumtio calumniæ, semélque concessa, quando iterum concedi debeat.

SVMMARIVM.

Remissoria in profanis passim conceditur etiam absque fumo, quando articuli sunt releuantes, n. 1.

Mercatores teneantur exhibere libros, etiam pro eorum memoria confectos de æquitate Canonica, & de stilo Rotæ probata existentia, & interesse partis, numer. 2.

Stilus exorbitans à iure communi formiter probandus est, num. 2.

Remissoria non facilè denegatur propter præsumtam calumniam data releuantia articulorum, num. 4.

Testium inhabilium examen non impeditur per oppositas exceptiones, saltim quando fuit mandatum examinari testes saluis exceptionibus, num. 4.

Remissoria semel concessa, quando iterum concedi debeat, num. 5.

DECISIO CCCXXXVIII.

Domini dixerunt dandam esse remissoriam, quæ in 1
prophanis passim conceditur etiam absque fumo quando articuli sunt releuantes, Cassad. *decis.* 2. *de dilat.* Cæs. de Graff. *decis.* 1. *eodem tit. num.* 10. Put. *decis.* 334. *in fin. lib.* 2. Caputaq. *decis.* 68. *part.* 3. & sæpe decisum fuit. Et tamen in hoc casu vltra releuantiam datur etiam magnus fumus ex testibus qui metum excommunicationis deposuerunt, dicentibus, quòd epistola, de qua agitur, fuit scripta à Bartholomæis anno 1589. & quòd in illa liberatur Oricellarius ab omni eo, quod Bartholomæi prætendere poterunt super cedula scutorum 20000. quæ illis antea à Naso fuerat consignata, renunciando omni & cuicumque hypothecæ, & quòd talis epistola reperitur registrata in quodam libro appellato, *copia di lettere*, ex quibus resultat etiam releuantia: nam si pro parte Siluiæ proberur Bartholomæos de anno 1589. scripsisse prædictam epistolam, & quòd illam registrarunt in libro dicto *copia di lettere registrate in detto libro*, habuerunt suum effectum, Oricellarij essent liberati à molestiis Bartholomæorum, quibus sublatis Siluia poterit faciliùs exigere suum creditum.

Neque obstat, quòd Mercatores non teneantur ex- 2
hibere libros pro eorum memoria confectos, quia contrarium, verius est de æquitate Canonica, & iuxta stilum Rotæ, quæ vbi constat de interesse partis probata existentia cogit ad exhibendum, Rot *decis.* 5. *de probat. in nou.* & fuit resolutum in causa Ariminen. Castrorum, 21. Aprilis 1597. coram bon. mem. Cardinale Seraphino & in causa Sublacen. Bonorum 18. Nouembris 1603. coram bon. mem. Litta, quod maximè procedere debet in casu isto, vbi non requiritur totalis perquisitio librorum, sed designatur locus, & pagina. Prout non obstat quòd libri continentes copias litterarum non probent post biennium, vt ex fide, quæ datur, quia fides non facit fidem, maximè cùm sit valde exorbitans, & propterea stilus debet formiter probari, vt fuit resolutum in causa Aretin. Spolij 1604. coram R. P. D. Coccino.

Neque etiam obstat, quòd non constet de præsenta- 3
tione epistolæ, quia prætenditur probari consuetudo, quòd in huiusmodi libris maximè solent registrari litteræ, quæ aliàs non sint transmissæ, & præsentatæ, immo etiam prætenditur probari præsentatio, & obseruantia, ex aliis circumstantiis, sed nihilominus etiam si non probaretur præsentatio litterarum, tamen negari non potest, quin illæ etiam non præsentatæ faciant magnum adminiculum, quod sufficit pro releuantia probationis.

Non obstat suspicio calumniæ, & timor subornatio- 4
nis, quia vltra quòd nullibi adest calumnia, nihilominus propter præsumtam calumniam, non facilè denegatur remissoria, Ægid. *decis.* 624. & fuit dictum in causa Virdunen. Fructuum 16. Nouembris 1605. coram me, & maximè quando datur fumus. Quæ dicuntur de exceptionibus contra testes nō releuant, quia sub huiusmodi prætextu non retardatur examen saltem cum clausulâ, saluis exceptionibus.

Neque obstat, quòd remissoria fuerit semel concessa, 5
tum quia illæ fuerunt litteræ compulsoriales ad extrahendum iura, non autem remissoriales pro examinandis testibus; tum quia ex causa solet etiam concedi secunda,

præcipuè autem quando vigore primæ testes fuerunt examinati, Peregr. decis. 47. libr. 3. par. 3. Rota decis. 1. de probat. in antiq. & fuit resolutum in causa Bergomen. Legati 7. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Attrebaten.

MANZANEDI.

Assisien. Pecuniaria. Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Notarius tenetur exhibere omnes, & quascumque scripturas ipsi consignatas, etiam nullas & inualidas, & iuranti se illas amisisse non creditur.

SVMMARIVM.

Notarius tenetur ratione sui officij custodire instrumenta, & acta, illáq; partibus habentibus interesse exhibere, num. 1.

Scriptura dicitur de actis eo ipso, quòd fuerit iudici consignata, declara vt n. 2.

Notarius tenetur exhibere omnem, & quamcumque scripturam ipsi consignatam, etiam quod non sit originale, & etiam quod sit nulla, n. 3.

Producens instrumentum si declarauit eo nolle vti ad vnum effectum, potest declarare ad alium effectum, num. 4.

Producens instrumentum etiamsi declarauit eo se vti nolle, Iudex tamen potest in illo facere fundamentum si vult, n. 4.

Amissio iuramenti non probatur iuramento Notarij, num. 5.

DECISIO CCCXXXIX.

1 DOmini censuerunt Notarium teneri ad exhibitionem folij, de quo agitur; constat enim ex ipsius confessione dictum folium fuisse illi consignatum à Iudice, vnde intrat conclusio, quòd Notarius teneatur ratione sui officij custodire instrumenta, & acta, atque partibus exhibere docto de interesse, l. 2. & ibi Doct. C. de edend. Dec. in cap. 1. n. 46. & 53. de probat. de interesse verò Pomponij satis constare videtur, cùm ipse per decisionem Rotæ fuerit exclusus à sua intentione, eo quòd dictum folium non exhibuit.

2 Nec obstat quòd folium non sit de actis: nam cùm fuerit Notario consignatum à Iudice ad quem fuerat de partibus transmissum, satis debet censeri extitisse de actis, Cagnol. in l. 1. num. 53. C. de edend. Bald. in l. interrogatam, num. 1. C. de liberal. caus. Pacian. de probat. cap. 64. num. 4. vltra quod fuit à substituto fiscali repetitum, & reproductum eadem die qua fuit Notario consignatum à Iudice, & fuit enunciatum in extractu actorum.

3 Minus obstat quòd dicatur non esse originale. Nam quamuis hoc esset verum, nihilominus qualiscumque scriptura consignata Notario debet ab ipso edi, & repræsentari docto de interesse partis petentis, Dec. in d. c. 1. n. 46. post princ. nec illi agenti ad sui exonerationem, & pro euitanda exhibitione credendum est, agit enim de suo interesse, ncro. cons. 89. num. 8. lib. 1. Decian. consi. 91. numer. 23. lib. 3. Menoch. cons. 149. num. 8. lib. 3. latè Pacian. vbi suprà num. 9. vbi alios allegans dicit quòd scriptura etiam nulla, vel præscripta debet edi à Notario. Vltra quod in hoc casu potiùs apparet dictum folium fuisse originale tam ex dicto vnius testis, qui illud vidit, quàm ex rei serie & facto, quia dictum folium fuit transmissum de partibus ad iudicem causæ criminalis in Curia, vt appareret de corpore delicti, & alteratione partitæ, quæ alteratio discerni, & iudicari non poterat nisi inspecto originali.

Minùs obstat Pomponium in illo iudicio criminali 4 declarasse nolle vti dicto folio, quia non ideo minus, Notarius illud sibi traditum à iudice custodire tenebatur, & cùm illa declaratio fuerit facta ad vnum effectum, quia videlicet Pomponius non intendebat se purgare ex inspectione folij: nam siue alteratum esset, siue non, sufficiebat sibi alterationem non fuisse per ipsum factam, neque ipso mandante, hodie verò vult vti folio ad alium effectum, & ideo talis declaratio sibi non obstat, Aym. consilio 9. num. 16. Gabr. de reg. iur. conclus. n. 36. Surd. consil. 28. num. 49. lib. 1. & Iudex potest ex officio se fundare in dicto folio, etiamsi fuisset à Pomponio impugnatum. Butr. in cap. licet causam, num 44. vers. quaro, cum glossa, de probat. Bart. in l. post legatum, num. 8. ff. de his qui vt indign. Alex. consil. 183. numer. 4. & 5. vol. 5. Gabriel vbi supra num. 38.

Non obstat allegare amissionem etiam cum iuramento, & quòd facta diligenti perquisitione inter scripturas officij non inuenitur, iuxta text. in l. final. §. sin autem, C. de fid. instrum. Aretin. consilio 120. num. 2. Notarius enim qui ratione officij tenet acta custodire, & partibus exhibere, non excusatur, nisi plenè & concludenter probet amissionem & casum illius, aliter quàm per iuramentum, Bart. in l. si quis ex argentariis, §. an vero heredes, num. 2. & 4. ff. de eden. Grat. cons. 23. num. 19. lib. 1. & fuit pluribus adductis dictum in vna Romana Depositi 9. Iunij 1595. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio. 5

REVER. D. LVDOVISII.

Cæsaraugustana Pensionis. Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Dispensatus à Papa, vt possit pensionem retinere non obstante matrimonio contrahendo cum quacumque muliere an extendatur ad matrimonium contractum cum muliere vidua, & hinc plura deducuntur de interpretatione verborum generalium, & vniuersalium.

SVMMARIVM.

Verba sunt propriè intelligenda, & quatenus verborum proprietas patitur lata facienda est interpretatio, etiam in materia odiosa, num. 1.

Verba semper interpretanda sunt, vt aliquid operentur, & non stent otiosa, n. 2.

Verba vniuersalia restringuntur à verbis immediatè sequentibus, declara vt n. 3.

Verborum restrictio fieri non debet, nisi salua ratione recti sermonis, n. 3.

Verba vniuersalia, & generalia non debent stare sine effectu, & esse superflua, n. 4.

Sibi, dictio, personalitatem denotat, n. 4.

Qualitas clericatus adiecta in dispositione censetur posita demonstratiuè, non autem limitatiuè, numero 5.

Bigamia licèt tollatur priuilegium clericale, non tamen tollitur character, & bigamus verè remanet clericus, num. 5.

Verba generalia, & vniuersalia comprehendunt omnia, etiam quòd in vno sit maior ratio, quàm in alio, num. 6.

DECISIO CCCXL.

1 FVit resolutum sententias Rotales esse confirmandas, quia contra earum validitatem nihil est quod obiici possit, & iustitia comprobatur ex decisionibus in causa factis, quia cùm fel. rec. Clemens Octauus dispensauerit cum Petro, vt posset pensiones retinere etiamsi matrimonium cum quacunque muliere contraheret. Clarum est quòd mulieris appellatione non solùm venit corrupta, sed etiam propriè, immo magis propriè, quàm virgo, vt dicitur in decisionibus, ex quo sequitur, quòd non solùm propter vniuersalitatem verborum dispensatio intelligi debeat, etiamsi Petrus nupserit viduæ, sed etiam propter proprietatem verbi, cùm in materia quantumuis odiosa, non recedatur à proprietate verborum, sed lata fiat interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur. *l. cum lege*, vbi Aret. *ff. de testam.* Calderin *consil. 1 in princ. de consanguin. & affinit.* Dec. *cons. 13 num. 6. vers. & ad hoc facit*, Aym. *consil. 118 num. 12.* Natta *cons. 63. num. 18.* & in terminis dispensationis trad. Calderin. *cons. 24. in primo dubio. de praeben.*

2 Præsertim quia verbum illud (quacumque) aliàs esset superfluum, & otiosum, vt bene deducitur in decisionibus, quod non admittitur etiam in dispensatione, Cald. *cons. 6 qui fil. sint legit.* Aym. *in responso pro genero, sub n. 46.* neque in quacumque materia stricta, & odiosa, vt latè per Aym. *d. n. 46.* Rimin. iun. *cons. 588 num. 11. & seq.* Surd. *cons. 127. num. 9. ad fin.*

3 Non obstat quòd generalitas verbi (quacumque) refrænetur, & restringatur per illa immediatè sequentia (nullo sibi iure prohibita,) & per consequens non capiat viduam quæ de iure est prohibita clerico propter bigamiam, & irregularitatem, quia debet quidem ab eis restrictionem recipere, non tamen in totum tolli, ac reddi superfluum, & vanum, vt per Afflict. *decis. 354. n. 11 in fine, & seq.* debet enim restrictio intelligi quatenus possit fieri salua ratione recti sermonis *l. si pluribus ff. de solut.* Imol. *in capit. 1. de transact.* Paul. de Castr. *in l. Aquilana, ff. eod. tit.* Alex. *cons. 46. sub num. 1. vers. præsertim lib. 1.* Afflict. *de communi decis. 285. n. 7.* & vbi suprà, latè Surd. *decis. 217. n. 13. in fine, & num. seq.*

4 Vt autem verborum generalitas non sit superflua, quod esse non debet, Dec. *cons. 69. num. 4.* & restrictio non sit sine effectu, intelligi debet, prout Rota interpretata est, quòd Papa indulserit Petro vt possit retinere possessionem, non obstante matrimonio cum quacumque muliere contracto, modò non sit cósanguinea, vel talis, cum qua non possit matrimonium contrahi, noluit enim dispensari cum eo super substantia matrimonij, sed tantùm voluit habilitare quoad pensionem respectu effectus matrimonij, & facere quòd illud non obstaret retentioni, cum quacumque muliere esset contractum, & respectu istius effectus nullam habuit distinctionem mulierum, propterea dixit nullo sibi iure prohibita, verbum enim illud *sibi*, quod personalitatem denotat, *l. 2. vbi gl. ff. in verbo sibi, C. de præscript. trig. vel quadrag. ann.* innuit quòd Papa considerauit particularem eius personam, non autem clericatum, aliàs dixisset, nullo iure clericis prohibita, vel simpliciter nullo iure prohibita.

5 Non obstat quòd Papa concesserit indultum Petro vti Clerico, quia hoc factum fuit demonstratiuè, non limitatiuè, vt in dubio præsumi debet, *l. fin. §. Titia, ff. de liberat. legat.* Bart. *in l. centurio, ff. de vulgar.* Aym. *cons. 301. numer. 5.* & licèt considerauerit vti clericum, hoc fuit, quia noluit quòd frueretur pensione, nisi esset clericus: licèt autem bigamia tollat priuilegium clericale, non tamen tollit characterem, & bigamus verè remanet clericus, Rot. *decis. 1. n. 6. de bigam. in nou.* Borgal. *de irregular. par. 5. sub tit. de bigam. num. 54.* licèt enim obsistente bigamia, clericus priuetur exercitio & priuilegio clericali, in fundamento tamen ratione characteris non destruitur clericatu.

6 Non obstat, quòd difficiliùs dispensetur cum bigamo, quàm cum alio, quia hoc non tollit, quòd non veniant sub verbis generalibus dispensationis, quæ omnia comprehendunt etiam quòd maior ratio sit in vno casu, quàm in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de aleator. l. in fraudem, in fine*, & ibi Bald. *ff. de testam. milit.* Aym. *consil. 92. num. 4.* hîc non agitur de dispensatione quoad suscipiendos sacros Ordines, aut eos exercendos, sed tantùm quoad retentionem pensionis. Hinc etiam tollitur, quod dicitur bigamum non gaudere priuilegio clericali, quia quicquid sit de hoc sufficit Petro modò gaudere priuilegio fruendi pensione ex indulto Papæ: nam quòd Papa non habuerit præ oculis priuilegium clericale, probatur ex eo quòd dispensauit cum eo, vt retinere posset pensionem, & non incedat in habitu clericali. Et alia plenè sublata sunt in decisionibus.

PAMPHILII.

Hispalen. Habitus. Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Ex summariis accipias argumentum.

SVMMARIVM.

Actorum transportandorum omissio non vitiat sententiam quòd tempore transportationis talia acta non reperiebantur, num. 1.

Probatio habetur pro facta, quando non stetur per eum, qui probare debebat, num. 2.

Appellare non licet à sententia interloquutoria, numero 3.

DECISIO CCCXLI.

DOmini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, quia vt patet ex processu illa reperitur lata seruatis terminis substantialibus, & aliis de iure seruandis, & de illius iustitia clarè constat ex decisionibus factis coram R. P. D. meo Ludouisio, quæ Dominis placuerunt. Neque obstare defectum transportationis examinis nouem testium vltimo loco examinatorum, quia cùm de tempore confecti processus in actis Cancellariæ Melitensis non adessent huiusmodi testes, vt colligitur ex responsione Secretarij ad monitorium sibi pro illorum transportatione factum, non possunt dici acta fuisse minùs integrè transportata, quia illud, quod non est, seu non reperitur, transportari non potest, vt fuit dictum in causa Albanen. Beneficiorum 4. Nouembris 1609. coram R. P. D. meo Lancellotto. 1

Minus etiam obstare, quòd non fuerint de nouo factæ probationes per viginti testes, prout fuerat ordinatum per sententias, quæ transitum fecerant in iudicatum, quia, vt fuit dictum, in hac causa coram R. P. D. meo Ludouisio 11. Martij præteriti Dominus Ioannes deposuit scuta 300. pro subministrandis expensis Commissariis ad effectum, vt prædicti viginti testes examinarentur. Vnde si Commissarij nouem dumtaxat testes examinarunt, nihil est, quod ipsi D. Ioan. imputari possit, quinimo cùm per eum non steterit quominus probatio prædicta facta non fuerit, illa pro facta haberi debet, vt fuit in similibus terminis resolutum in causa Toletana Canonicatus 10. Decembris 1608. coram R. P. D. meo Marcomontio, quod tanto magis visum fuit admittendum attento rescripto Sanctissimi mandantis hanc causam terminari cum probationibus factis. 2

Et ex hoc cessat, quod dicebatur fuisse necessariam reuocationem dictarum sententiarum, quia ex præmissis patet in omnibus fuisse pro parte Domini Ioannis illis satisfactum, vltra quod dictæ sententiæ fuerunt merè interloquutoriæ super incidenti facti, non autem dif- 3

finitiuæ

finitiuæ totius negotij, in quibus propterea cessat dispositio *l. 1. C. quando prouoc. non est necess.* vt tradit Felyn. *in cap. inter monasterium, num. 18. in 13. limitatione, de re iud.* Socin. *in tract. de reg. iur. reg. 353. in 10. fall.* Aliæ oppositiones Dominis visæ fuerunt satis friuolæ, & bene tollebantur per informantes pro D. Ioan. cum quibus Domini transierunt, & ita decisum, sententiam Rotalem esse confirmandam; fuit tamen dictum, quòd si Prioratus vult producere illos nouem testes vltimo loco examinatos, super illis audiatur, &c.

PIROVANI.

Romana Societatis. Lunæ 14. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

De Administratore seu socio, quando, & de quibus rationem reddere teneatur.

SVMMARIVM.

Administrator tenetur reddere rationem de administratis, num. 1.

Administrator qui asserit se non administrasse, sed alium, tenetur probare, n. 1.

Administrator tenetur reddere rationem tantùm per ipsum, non de administratis per alium, numero 2.

Socius tenetur reddere rationem socio de administratis per eum, n. 3. & 5.

Administrator tenetur reddere rationem de tota eius administratione, & non de parte, n. 4.

DECISIO CCCXLII.

1 Contracta societate inter Dominos Portegianum, & Panizzam super rebus fundacalibus priùs emtis per eundem Portegianum à Christophoro del pace, exinde in dissolutione illius orta controuersia inter eos super onere reddendæ administrationis, prępositum dubium, an Portegianus teneatur reddere rationem D. Pannizzæ de rebus fundacalibus, & Domini venerunt in eam sententiam teneri reddere rationem tantùm de administratis per ipsum, constabat enim ex capitulatione societatis onus administrandi principaliter adscriptum fuisse Pannizæ, tam ex mandato generali cum facultate deputandi exactores, & procuratores ad eum effectum, vt de exigendis, depositarius esset, quàm etiam ex conuentione, vt penès eum esse deberent omnes libri, & scripturæ, quæ in negotio reperiebantur, & demum ex libertate faciendi expensas necessarias circa exactiones, & lites futuras, quæ omnia respiciebant summam administrationem, & obligarunt eum ad huiusmodi onus subeundum, & rationem reddendam, ex quo ipse solus, qui tenebatur, præsumitur administrasse alio non apparente. *l. cum fenerus ff. de verb. oblig.* Crauett. *conf. 304. numer. 4. in fine.* Surd. *consil. 16. num. 29.* & fuit dictum in causa Bononien. Laudi 28. Aprilis 1608. coram bo. mem. Iusto, & iterum in eadem causa 14. Decembris 1609. coram Reuerendissimo Atrebaten.

2 Cæterum quia Protegianum pariter administrasse dignoscitur ex iis, quę dantur in summario Panizzæ, tum venditione rerum fundacalium, tum ex solidatione computorum, & aliis, propterea fuit dictum eundem teneri tantùm de administratis per ipsum, quia hoc est regulare in quocunque administratore, tam necessario, quàm voluntario. *l. 1. & tot. titul. de tutel. & rat. dist. l. aduersus, rationes, C. de administr. tut.* Specul. *in titul. de iudic. §. 2. numero 29. versiculo sequitur nunc videre de actione tutelæ,* Natt. *consil. 134. num. 7.* Petr. de Vbald. *de duob. fratrib. p. 12. princ. num. 2.*

3 Et de socio administrante, quòd teneatur de administratis per eum consocio rationem reddere, tradit Bald. *in consil. 152. lib. 3.* per text. *in l. quadam sunt personæ, ff. de eden.* Socin. Sen. *conf. 73. per tot. & consil. 24. num. 33. vol. 1.* Petr. de Vbald. *d. tract. & part. num. 1.*

4 Non obstat, quòd Portegianus teneatur nedum de administratis per ipsum, sed integram totius negotij fundacalis rationem reddere, ex quo reddere rationem pro parte, non est reddere rationem, Bald. *in l. si plures, num. 17. C. de condit. insert.* Menoch. *de arbitr. cas. 209. num. 30.* Quia fuit dictum, quòd onus principale administrandi non Portegiano, sed Pannizzæ fuit in capitulatione adscriptum, ideo satis est de peruentis ad eius manus rationem integram reddere.

5 Nec dicatur, quòd illæ conuentiones fuerint facultatiuæ, non autem necessitatiuæ, & præcisæ, vt adstringerent Panizzam ad onus prædictum subeundum, & consequenter non præstiterint impedimentum Portegiano circa vniuersalem administrationem, quia non ideo infertur totum administrasse Portegianum, & ad integram rationem teneri, & sufficit, quòd socius socio de administratis per eum reddat rationem, secundùm regulas bonæ societatis, *l. quadam sunt personæ, ff. de eden.* Petr. de Vbald. *d. part. 12. num. 3.* Rota Ianuen. *decis. 29. num. 3. & decis. 173. num. 17.*

6 Et secundùm hunc sensum, quem Rota approbauit, non videntur primum, & secundum laudum in ea parte aliquam continere contrarietatem, ex quo in primo liberatur indefinitiuè Portegianus à redditione rationis administrationis factæ de rebus fundacalibus, in secundo verò condemnatur ad rationem rationis omnium pecuniarum ad societatem spectantium, tam ex causa venditionis bonorum fundacalium, quàm ex nominibus debitorum, quæ condemnatio respiciebat particularem Portegiani administrationem, ante conclusam capitulationem, quæ tamen vigore illius erant Pannizzæ communicanda, & ita fuit resolutum.

REVER. D. LVDOVISII.

Cauallicen. Feudi, Sabbati 26. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Testes in vno iudicio examinati an, & quando fidem faciant in alio, & inter diuersas personas.

SVMMARIVM.

Testes examinati contra vnum probant etiam contra eius successorem vniuersalem, & singularem, numero 1.

Instrumenta producta contra vnum probant etiam contra eius successorem vniuersalem, & singularem, num. 1.

Testes examinati super statu alicuius, probant etiam inter diuersas personas, n. 1.

Res inter alios acta facilius prodest, quàm nocet, numero 1.

Testes quòd fuerint examinati parte citata præsumitur ex cursu quadraginta annorum, n. 2.

Sententia etiam sine processu probat propter temporis antiquitatem, n. 2.

Sententia, & probationes à pari procedunt, n. 3.

Testium publicatio omissa non tollit fidem testibus in Rota seu alio supremo tribunali, & idem est quando testes sunt mortui, num. 4.

Testes

Testes examinati in possessorio, quando probent in petitorio, numero 5.

Testes examinati super exceptione, an & quando probent, ubi agitur per viam exceptionis, n.6.

Replicatio sapit naturam actionis, non autem exceptionis, numero 6.

Additionis natura est, vt reguletur secundùm naturam sui præexistentis rei cui accedit, n.7.

Probationes dicuntur tendere ad eundem finem, quando agitur ad eandem rem consequendam, n.8.

Pars rei est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est tota res, numero 8.

Agendi finis qualis fuerit dignoscitur ex parte actoris, numer.9.

DECISIO CCCXLIII.

1 ANtonius Semianus agens vti masculus primogenitus ad successionem feudi Castri Noui contra Ioachinum Semianum possessorem ad probandum successionem Castri deberi iure primogenituræ produxit plures testes ad id examinatos in vim remissoriæ Rotalis de anno 1572. lite super d. Castro siue eius pertinentiis vertente inter Ioachinum Seniorem & Ludouicum Semianum; propterea contingit inprimis dubitari an dictum examen suffragaretur D. Antonio, & afficeret D. Ioachinum Iuniorem. Vnde dato dubio an prædicti testes fidem facerent in hoc iudicio, atque per duas positiones examinatas fuit in Rota Mattiniana capta resolutio ad fauorem D. Antonij affirmatiua, quia D. Ioachinus est non solùm hæres Ioachini Iunioris, sed etiam donatarius Castri de quo agitur, & dicta testium probant contra successorem non solùm vniuersalem, sed etiam singularem, Bart. *in l. si mater, §. fil. ff. de except. rei iud.* Aretin. *consil. 36. sub numero 3. versicul. secundo dico,* Socin. *consil. 82. numer. 10. lib. 3.* Ruyn. *consil. 128. numer. 16. lib. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 2. de iud.* prout etiam dicitur de instrumentis, & scripturis, Bald. *cons. 466. numer. 3. libr. 5.* præsertim, quia istæ sunt probationes, quatenus fuit Ioachinus author ipsius Ioachini Iunioris: vnde non conuenit quòd alij contra eius successorem eis vtantur, vt bene per Cephal. *consil. 215. in fine*, & tanto magis quia agitur de statu, & qualitate d. Castri ex primogenitura, quo casu probarent etiã inter personas diuersas, iuxta *l. ingenium. ff. de stat. hom.* vt resoluit Rota in vna Burgen. Maioratus 31. Ianuarij 1590. coram Reuerendissimo Perusino. Et sicut nocent D. Ioachino, ita etiam iuuare debent & magis D. Antonium successorem Ludouici, quia res inter alios acta facilius prodest, quàm noceat, Aym. *cons. 206. n. 1.* licèt non posset dici persona diuersa à Ludouico, cuius est hæres, *§. primo, in authent. de iureiur. à mor. præst. l. heredem, ff. de reg. iur.*

2 Non obstat, quòd non doceatur de citatione in examine, quia illa ex cursu tanti temporis præsumi debet, iuxta tradita per Gabr. *de præsumt. concl. 1. numer. 36.* nec refert quòd non fuerint cũ toto processu remissoriali producti, quia fuerunt producti ad effectum iurium, & sunt ferè quadraginta anni, quòd fuerunt examinati, & idcirco probant absque exhibitione processus propter antiquitatem temporis, vt de sententia dicitur. Cassad. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. libr. 2.* Ant. August. *decis. 145. lib. 3.* cùm ad effectum de quo agitur paribus passibus ambulent probationes, & sententia, Bar. & alij *in l. 1.* vbi Cagnol. *nu. 129. C. de eden.* & propterea si aduersarius velet impugnare examen sub prætextu nullitatis, ipse debebit exhibere processum, Put. *d. decis.* fuit dictum in vna Bononien. Bonorum 29. Ianuarij 1600. coram R. P. D. meo Decano.

3 Ita etiam potest responderi ad illud, quod obiicitur de non publicatione testium, vlta quod Rota illam non curat, prout nec alia suprema tribunalia, Guido Pap. *quæst. 186.* & non procedit quando testes sunt mortui. Alexand. *consil. 82. sub numer. 23. lib. 3.* Felyn. *in cap. causam quæ, il primo, numer. 15. de testibus.* isti autem testes fuerunt examinati de anno 1572. & erant valde senes, & ob id præsumuntur mortui, vt per informantes.

Non obstat quòd testes fuerint examinati in possessorio, & propterea in petitorio non probent, quia non procedit quando fuerunt, vt in hoc casu, plenariè examinati, quo ad modum procedendi, quia tunc licèt examinentur in iudicio summario, probant in plenario, Anton. de Butr. *in cap. cùm electus, §. verum, numer. 35. propè finem, versic. plus dicit. de ord. cognit.* Felyn. *in d. c. causam. num. 6.* Dec. *consil. 96. numer. 2.* & dixit Rota in vna Pampil. Beneficij 29. Octobris 1576. coram Lauretano, quia plenaria cognitio non attenditur penès ordinem iudicij, sed penès qualitatem probationis, Bald. *in l. si index. numero 5. in fine, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Dec. *d. cons. 96. numero 2. circa medium,* sed verius est, quòd articuli prout respiciunt petitorium, videlicet ius primogenituræ, ita etiam fuerunt dati in petitorio: quia Ioachino agenti ad restitutionem bonorum excipiebat Ludouicus ea ad ipsum iure hæreditario spectare. Vnde fuit necesse replicando probare, quòd bona ista non veniebant sub hæreditate paterna, sed erant subiecta primogenituræ ex facto, & prouidentia maiorum suorum. 4

Ex quo patet etiam responsio ad illud quod obiicitur testes examinatos super exceptione non probare, vbi per viam actionis proceditur: quia non est verum, quòd sint examinati per Ioachinum excipiendo reconuentioni Ludouici, sed potiùs replicando in sua contentione, vt dictum est, replicatio autem sapit naturam actionis, & secundùm eam regulatur, Alex. *in l. final. post nu. 25. versiculo sed.* & alij, & ibi Curt. iun. *sub numer. seq. C. de edend.* Paris. *consil. 95. numer. 36. lib. 1.* & dixit Rota coram Lauretano in vna Romana Census 27. Iunij 1580. dicitur enim coadiuuatio actionis, Bald. *in l. 1. § editionis, nu. 17. ff. de eden.* 5

Et in processu articuli inter Ioachinum agentem, & Ludouicum appellantur additionales articuli, vnde sicut primi fuerunt dati à Ioachino Seniore, vti actore, ita etiam dicendum est de istis, quia natura additionis ea est vt reguletur secundùm naturam sui præexistentis cui accedit, *l. etiam*, vbi Bart. & Bald. & alij *C. de iur. dot. l. inter socerum, §. cùm inter ff. de pact. dotal. l. si ex toto, ff. de leg. 1.* 6

Probationes etiam tendunt ad eundem, qui tunc prætendebatur finem, cùm agatur ad eandem rem consequendam, Bellamer. *in cap. 1. numer. 10. versic. alij distinguunt. de ordin. cogn.* Paris. *consil. 87. numer. 57. libr. 3.* agitur enim ad consequendum Castrum ex iure primogenituræ, prout agebat Ioachinus senior, quando examinauit testes. Licèt enim tunc ageretur ad bona, quæ dicebantur de iure Castri, & hodie agatur ad Castrum ipsum, attamen pars est eiusdem naturæ & qualitatis cuius est totum. *l. Lucius, vbi gloss. ff. de fund. instr. l. grege, & l. seq. cum ibi not. ff. de leg. primo.* & eadem cognitio circa primogenituram est adhibenda, ex quo arguitur etiam identitas finis, & intentionis actoris, Bellamer. *vbi suprà numer. 15. vers. sed contra, &c.* 7

Nec refert quòd in illo iudicio ageretur de excludendo secundo genito, hîc autem agatur de exclusione fœminæ, quoniam finis agendi, qui consideratur ex parte actoris. *in fine, ff. de iudic.* Angel. *in l. 1. in fin. ff. de tritic.* non alteratur, nec diuersificatur ex persona rei conuenti, *l. 1. § 1. ff. si pars hered.* Contard. post Bald. & Socin. quos alleg. *in l. vnica, limit. 2. § 4. num. 2. C. de moment. poss.* ex quibus, & aliis latiùs per informantes deducta fuit conclusum testes facere in hoc iudicio fidem. An autem concludant primogenituram secundùm intentionem Antonij non est præsentis inspectionis, sed erit suo loco videndum. 8

CAVA

CAVALERII.

Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi in Rota Martiniana Sabbati 26. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Testes probantes immemorabilem possessionem super iure pascendi, & lignādi ad fauorem Vniuersitatis, quando, quid, & quantum probent.

SVMMARIVM.

Testes probare volentes immemorabilem possessionem super iure pascendi, & lignandi, debent concludere de visu per quadraginta annos, num. 1. & 2.

Immemorabilis possessio super iure lignandi, & pascendi, vt concludenter dicatur probata quomodo testes debeant deponere, num. 2. & 3.

Possessio iuris pascendi ad fauorem Vniuersitatis non censetur probata per pasturam animalium incolarum particularium, n. 3.

Testes non dicuntur probare immemorabilem possessionem ex eo, quòd dicant, da 60. anni in quà, *quia hæc dicta possunt verificari in eo, quod fuit heri, numer. 4.*

Testes de Vniuersitate non probant possessionem ad fauorem Vniuersitatis super iure pascendi, & lignandi.

DECISIO CCCXLIV.

1 CVm ad instantiam Communitatis Gallesij iterum proposuissem dubium aliàs in hac causa vltimo loco decisum, sub die 25. Februarij proximè præteriti, Domini noluerunt recedere à decisione facta, & placuerunt rationes in ea adductæ; nullo enim modo censebant probari immemorabilem à Communitate articulatam super iure pascendi, & lignandi: nam testes non concludunt de visu per quadraginta annos, quod est inter alia præcipuum requisitum, per glos. *in c. 1. in verbo, memoria, de præscript. in 6.*

2 Et quamuis deponant, quòd semper viderunt spatio quinquaginta annorum, & vltrà, tamen interrogati si communitas habet propria animalia, responderunt nescire, & quamuis deponunt, quòd Communitas vendidit pascua, tamen non deponunt de visu per quadraginta annos, sed tantùm, quòd aliquando Communitas, quando sibi videbatur, vendidit forensibus, nec ipsi vnquam fuerunt præsentes venditionibus, sed audierunt ab illis, qui pascebant animalia, quinimo dicunt, quòd homines particulares Gallesani pascunt cum propriis animalibus absque eo quòd aliquid vnquam soluerint, ex quibus satis videbatur exclusa prætensa possessio Communitatis vendendi per spatium quadraginta annorum.

3 Et easdem exceptiones dicebant Domini obesse iisdē testibus dum deponunt super iure lignandi, vltra quod valde confusè deponunt de communitate, & hominibus, dum dicunt ius lignādi spectare ad communitatem & homines pro eorum commoditate transferre ligna ad proprias domos absque eo quòd aliquid soluant, vnde potiùs videntur excludere possessionem communitatis, quæ nec recipit ligna pro se, nec vendit aliis, nec habet animalia propria, & sic per pasturam animalium incolarum particularium nulla fuit quæsita possessio communitatis, Cepol. *de seruit. rusticor. prædior. c. 9. nu. 26.* Aym. *cons. 317. n. 4.*

4 Præterea illi testes qui deponunt, *da 64. anni in quà & da 53. anni in quà*, non videbatur Dominis, quòd probarent vllo modo quadragenariam, quia hæc dicta possunt verificari in eo quod fuit heri, Bart. *in l. Celsus, num. 23. ff. de vsucap.* Alex. *consil. 88. in fine, lib. 5. vers. item dum dicit.*

Quare visa fuerunt subsistere fundamenta decisionis, quòd scilicet hi testes tanquam interessati non sunt integri, nec faciunt concludentem probationem. Archid. *14. quæst. 2. princ.* Butr. *in c. cum nuncius, num. 3. in fine. de testib.* cum aliis adductis in Pampilonen. Sepulturæ 5. Decembris 1584. coram bon. mem. Lauretano: nam secundùm ipsorum depositiones, vtilitas non ad Communitatem, sed ad ipsos singulares spectaret, quo casu testes de vniuersitate non admittuntur, Canonistæ *in d. c. cum nuncius.* Bart. *in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis.* Couar. *pract. quæst. cap. 18. n. 4.* 6

Tria instrumenta afflictus herbarum, quia sunt recentia ab anno 158.. & sic citra, non percutiunt quadragenariam ante motam litem; similiter placebat responsio ad pœnas, & damna soluta Communitati, quia hæc quoque sunt de recenti, nec dicuntur esse in forma probanti. Et quòd adesset hæc scientia non obstat, vt fuit dictum in hac causa 14. Martij 1601. coram Illustrissimo D. meo Cardinalle Millino, & in omnem euentum non probatur scientia, & patientia Monialium, quæ tenutam hanc dederant in emphyteusim illis de Parpatoriis. Et ex his Domini concludebant quadragenariam non probari, & ideo steterunt in decisis. 7

CAVALERII.

Leodien. Fideicommissi. Veneris 9. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Hæres alienans bona hæreditaria contra testatoris prohibitionem factam sub pœna priuationis hæreditatis priuatur hæreditate, nec ignorantia eum excusat.

SVMMARIVM.

Excusatio, & restitutio à pari procedunt vtroque verbo lex indifferenter tanquam synonymo vtitur n. 1. in fine.

Ignorantia iusta non excusat quo minus quis ipso iure incidat in commissum licèt de æquitate soleat præbere iustam causam restitutionis in integrum, n. 2.

Restitutio in integrum est remedium extraordinarium & subsidiarium, & non datur, quando alia via succurri potest, n. 3. in fine.

Ignorantia excusat à caducitate. & quando, n. 3. & 4.

Ignorantia crassa, & affectata pro scientia reputatur, & non excusat à caducitate nec à pœna, n. 4.

Scientia eorum, quæ in testamento continentur excluditur ex pluribus, de quibus n. 5.

Ignorantia allegari non potest ab eo, qui conscius non desistit, num. 6.

Ignorantia non excusat à delicto eum qui post superuenientem sententiam in delicto perseuerat, n. 6.

Ignorantia non præsumitur, sed probanda est per allegantem aduersus eum, qui habet intentionē fundatam, n. 7.

DECISIO CCCXLV.

IN hac causa sub die 2. Maij proximè præteriti resolutum fuit Paulum, & illos ab Nalmal qui consenserunt 1

aliena

alienationi bonorum, de quibus agitur contra prohibitionem Pauli, & Mariæ testatorum, non esse restituendos in integrum aduersùs caducitatem, quam D.Cornelia, & eius filij illos incurrisse prætendebant, ad effectum vt bona ad ipsorum fauorem iuxta testatorum voluntatem deuoluta essent; cùm autem prætenderent idem posse saluari ex capite excusationis, rursus dubitauit, an essent excusandi à dicta caducitate, & deuolutione, & caussa iterum de ordine Sanctissimi per omnes DD. visa, Rota negatiuè respondit, & ex eisdem rationibus propter quas in dicta decisione fuit denegata restitutio, censuit non esse locum excusationi, cùm excusatio & restitutio æquo iure procedere videantur, & lex vtroque verbo indifferenter tanquam synonymo vtatur. *l. auxilium, ff. de minor.*

2 Vnde cùm in dicta decisione plurima deducta fuerint ad elidendam ignorantiam allegatam ad effectum restitutionis, tanquam supinam, crassam, & affectatam, eadem DD. censebant obstare Paulo, & aliis, ad hoc vt non possent excusari, cùm neque ignorantia iusta excuset, quominus quis ipso iure incidat in commissum, licèt de æquitate soleat præbere iustam causam restitutionis in integrum, Salycet. post glos. vlt. *in l. 2. n. 25. C. de iure emphyteotico*, Imol *in cap. potuit, num. 56. de locat.* Dec. *cons. 58. in fine*, Corn. *consil. 165, num. 38. lib. 2.* Clar. *in §. emphyteusis. quæst. 8. in vers. prosequendo materiam*, fuit dictum in Romana Vinearum de maximis 22. Nouembris 1571. coram bon. mem. Oradino.

3 Nec videbatur obstare, quòd stante ignorantia non incurritur caducitas ex æquitate, quia id intelligitur habito respectu ad effectum restitutionis competentis, Corbul. *de iure emphyt. in tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 20. num. 6.* & quod dicitur de æquitate, pariter intelligitur per viam restitutionis in integrum, vt loquūtur omnes Doctores præallegati, & subest optima ratio, quia si non incurreretur caducitas, frustrà daretur restitutio in integrum, quod est remedium extraordinarium, & subsidiarium, & non datur, quando alia via succurri potest. *l. in causa, l. a secunda, ff. de minor.* Butr. *consil. 27. in fine*, Aym. *cons. 151. n. 6.*

4 Quare concludebant Domini, quòd si iusta ignorantia non excusat à caducitate, sed tantummodo facit competere remedium restitutionis extraordinarium, multo minus excusabit talis ignorantia crassa, & affectata, quæ pro scientia reputatur, *c. 2. de tempor. ordin. in 6.* vbi glos. *in verba affectata*, & ibi Anchar *num. 2.* glos. *in Clem. 1. in verbo scienter. de consang. & affinit.* & etiam in pœnalibus non suffragatur talis ignorantia crassa, Tiraq. *de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 34. & seq* Gail *pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 48. n. 15. & seq.*

5 Immo Domini habuerunt scientiam pro satis probata ex promissione geminata euictionis, quæ superuenire potuisset ex causa testamenti de quo agitur, argum. *l. Balista, ff. ad Trebellian.* ex depositionibus testium ex solutione legati in dicto testamento contēti, ex qua inducitur sciētia, Bart *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 14. versic. potest ex alio, ff. de verbor. oblig.* Alex. *consil. 4. n. 20. versic. idem si apparet. lib. 2.* ex licentia alienandi impetrata per alienātes, quo probatur scientia prohibitionis, Bald. *in l. 2. n. 1. C. de iure aur. annul.* Curt. sen. *cons. 73. n. 14* cum aliis ponderatis in dicta decisione quæ non repeto.

6 Quibus accedat pertinacia Pauli, & illorum ab Habinal, qui per tantum tempus litem sustentauerunt pro defensione emtorum contra voluntatem expressam testatorum, quo tempore cùm non possent excusari aliqua ignorantia, videntur incurrisse in nouam contrauentionem, & nouum contemtum, argumento *l. si quis fit fugitiuus, §. idem ait si seruus, ff. de ædilit. edict.* non enim potest allegare ignorantiam is qui cùm sciuit non destitit, Surd. *cons. 374. numer. 24.* & ille qui ab initio ignorabat si non destitit, quando sciuit non excusatur à delicto, quia perseuerantia inducit indicium præcedentis animi. Cephal. *cons. 76 num. 10.* vbi allegat Bald Odofred. & Alberic. & fuit hæc eadem ratio ponderata in hac eadem causa die 22. Martij 1610.

Quare non solùm excludebatur allegata ignorantia, 7
sed satis videbatur prolata scientia, & cùm Cornelia & litis consortes haberent intentionem fundatam in alienatione contra voluntatem testatorum, & sic in contrauentione, altera pars quæ proponit excusationem sub prætextu ignorantiæ, debet eam plenè probare, non solùm autem non visa fuit probata, sed potiùs visum fuit constare de scientia, ex dictis.

Et tanto magis hæc videbantur procedere quia D
Cornelia, & filij non mouerant principaliter iudicium 8
contra Paulum, & illos de Habinal super caducitate, sed tantummodo egerunt contra Io. Thomam emtorem, & tertium possessorem bonorum alienatorum, & cùm Rota resoluisset bona esse ab ipsis auocanda, venerunt ad causam Paulus, & alij alienantes, prætendentes restitutionem in integrum ad effectum eadem bona auocandi, quæ ipsis fuit denegata. Et hodie ex eisdem resolutum fuit non esse locum excusationi.

VBALDI.

Bononien. Professionis.
Veneris 9. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Professio Monachi, nunquid vitietur propter morbum comitialem, & quomodo talis morbus probetur per testes.

SVMMARIVM.

Monachus quando dicatur in sua Religione fecisse legitimam professionem, n 1.

Professio non vitiatur ex quolibet grauissimo morbo de iure communi, & an vitietur propter morbum caducum iuxta formam Constitutionum Religionis, num. 2.

Professionis actus est vltra citròq; obligatorius, n. 2.

Professionis impedimentum probari debet ab allegante. num. 3.

Morbus caducus, quomodo per testes probari debeat. numero 4.

Testes habentes affectionem ad causam, repelluntur, vel saltim in concursu aliorum multum minuitur de eorum fide, n. 5.

Medici periti deponentes super infirmitate alicuius, quē non viderunt, nec curarunt, an, & quando probent, num. 5.

Medicis peritis in eorum arte standum est, n 6.

Confessio extraiudicialis probata per tres testes satis probat, n. 7.

Morbus comitialis, an sit medicabilis, n. 8.

DECISIO CCCXLVI.

DOmini dixerunt professionem à Iosepho Maria 1
emissam in Venerabili Religione Fratrum Minorum fuisse validam, cùm esset ab eo facta in ætate legitima, & post anoum probationis cum solemnitatibus requisitis. *cap. 1. de regular. lib. 6. c. ad apostolicam. eodem titulo, c. cum Gonsaldus 17. quæst. 2.* Speculat. *in tit. de regular. num. 1. & seqq.* Rota *decis. 216. num. 3. par. 2. diuers.* & habetur per Sacrum Concilium Tridētin. *sess. 25. de Regular. c. 15. & seqq.*

Neque de iure communi obstare videbatur allega- 2
tus morbus caducus in Iosepho, cùm quilibet morbus etiam grauissimus non vitiet professionem, vt dicit glos. *in cap. sicut tenor, in verbo, extra mentem, de Regular.* & probatur *in capitul. sicut nobis*, vbi Butr. Abb. & alij communiter, *capitul. porrectum, eodem titulo.* vnde difficultas oriebatur ex Constitutionibus dictæ Religionis

quatenus essent confirmatæ à Papa, per quas expresse cauetur, vt Nouitij professio laborantis tali morbo sit prorsus irrita, iuxta consil. Nauar. 25. *de Regular. num. 2. libr. 3.* & eiusdem decis. 30. & ex eo quòd protestatio dicebatur emissa à Fratribus in ipso actu professionis, iuxta formam dictarum Constitutionum, ex quo videbatur deficere consensus Fratrum, & Religionis, casu quo iste professus laboraret morbo caduco, qui tamen consensus necessariò debet interuenire, cùm actus professionis sit vltro citróque obligatorius, Abb. *in cap. porrectum, sub numer.* 10. *de Regular.* Nauarr. *consil.* 26. *numero* 16. *eodem titul. & consilio* 27. *numer.* 2. *de voto*, Ruyn. *consilio* 128. *numer.* 3. *libr.* 1. Menoch. *de præsumpt. libr.* 6. *præsumpt.* 83. *n.* 21. *& seq.* cum aliis per Hond. *cons.* 78. *n.* 5. *lib.* 2.

3 Sed hæc non videbantur DD. obstare, quia non fuit probatum Iosephum laborasse tali morbo tempore professionis, prout erat necessarium, gloss. *in d. cap. sicut tenor, in verbo, extra mentem*, & ibi Doctor. suprà allegati, Bero. *cons.* 29. *num.* 12. *lib.* 1. Rota *decis.* 107. *n.* 24. *part.* 2. *diuers.* Hond. *d. cons.* 78. *n.* 72. *lib.* 2.

4 Neque obstant testes examinati pro parte Iosephi ad probandum, quòd ipse etiam ante professionem, & de tempore pueritiæ laborabat dicto morbo, & quòd viderunt eum in terram cadere, & alia signa recésent eiusdem morbi, quia fuit responsum eos non necessariò concludere de morbo comitiali, vel caduco, cùm adsint alij morbi similes, & causantes eadem ferè accidentia, vt est vertigo, quam appellant tenebricosam, quæ facit patientem in terram cadere, vnde ex hoc non infertur morbus caducus, vt fuit resolutum in causa Leodien. Fructuum 31. Maij 1604. coram bon. mem. Litta, cuius copia data fuit, sed solùm similitudo dicti morbi, vel ad eum propensio, vt fuit dictum in Pampilonen. Abbatiæ 20. Iunij 1603. coram R.P.D. meo Ludouisio.

5 Accedit, quòd dicti testes partim sunt fratres eiusdem Monasterij, & ideo aliquo modo interessati, Natt. *consil.* 672. *num.* 58. *libr.* 4. Præsertim cùm dicant se habere affectionem ad causam in summario Antonij *num.* 3. quo casu testes repelluntur, Paris. *consil.* 15. *num.* 30. *lib.* 2. Rota *decis.* 336. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* vel saltem in concursu aliorum multum minuitur de eorum fide, Afflict. *decis.* 400. *num.* 8. præterquam quòd cùm non sint periti non videntur posse deponere de tali infirmitate, Anchar. *consilio* 330. *numer.* 6. Aretin. *consil.* 142. *numer.* 14. *versicul. sed tamen his non obstantibus*, Rota in eadem Leodien. Fructuum 14. Aprilis 1606. coram Litta; partim verò licèt sint Medici, & periti, tamen non deponunt nisi per modum responsi super facto eis proposito, non autem per sensum corporis, quia viderint patientem, & eius infirmitatis qualitatem diiudicare potuerint, quæ ex accidentibus potissimum dignoscitur, iuxta tradita *in capit. communiter* 33. *distinct.* & ibi Archidiacon. & alij, & in dicta Leodien. Fructuum 30. Maij 1604. nec verificatur quòd accidentia expressa in illo casu concurrant in hoc Fratres, & tamen ad effectum inualidandi professionem, requiritur plena probatio, Mohedan. *decision.* 3. *de Regular.*

6 Tolli autem videbatur omnino fides dd. testium ex aliis pro contraria parte inductis, qui sunt numero plures contestes, & periti in arte, nec constat eos habere aliquam affectionem ad causam; nam inprimis plures testes dicunt hunc fratrem solitum præsentire morbum suum, eíque occurrere, vel alicui rei inhærendo, vel comedendo, vel aliud simile faciendo, & solitum recordari accidentium, quæ sibi occasione dicti morbi euenerant. Et tamen Medici deponunt in summario Antonij *numer.* 8. quòd patiens talem morbum non recordatur de eius initio, sicut etiam Medici, qui dictum Fratrem visitarunt, deponunt illius accidentia non fuisse morbi caduci, sed vertiginis, vt suprà, quorum iudicio tanquam in arte peritorum standum videtur, *l. septimo mense*, vbi Bald. *ff. de statu hominis*, Bart. *in l.* 1. *n.* 4. *ff. de ventr. inspic.* Rot. *decis.* 107. *n.* 6. *par.* 2. *diuers.* & fuit in nostris terminis dictum in dicta Pampilonen. Abbatiæ coram D. meo Ludouisio.

7 Accedit confessio ipsius Iosephi Mariæ ante litem motam, quòd ipse tali morbo non laborabat, sed finxit se laborare, vt de religione exiret, vt in summario Antonij *num.* 2. quæ confessio probata per tres testes, satis videtur probare secundùm magis cõmunem opinionem, de qua Hieronymus Gabriel *cons.* 40. *num.* 57. *lib.* 2 præsertim cũ duo ex dictis testibus sint Religiosi, & ex iis vnus ex eadem Religione Minimorum, quibus magis creditur, Castren. *cons.* 143. *viso processu, col. vlt. versicul. dictum ergo libr.* 2. Aym. *cons.* 169. *num.* 3. & ista confessio etiam redditur verisimilis ex eo, quia iste Frater aliàs aufugit ex septis Religionis, & fuit eo nomine condemnatus, vt *in dicto summario num.* 13.

8 Vltimò considerabant DD. testes qui dicunt dictum Fratrem per triennium, & vltrà ante professionem aliquid non fuisse passum, ex quo sequitur, vel quòd ille non esset morbus caducus, quo patientes impossibile est non cadere frequentissimè, & exacto vigesimo secundo ætatis anno anguntur vehementiùs, vt deponunt testes periti dicto summario *num.* 11. & talis morbus vix vlla arte est medicabilis, vt ex mente Hippocratis, & Galeni fuit dictum in causa Salamantina dimidiæ portionis 23. Ianuarij 1609. coram D. meo Mareomoutio, & propter eius vim, & magnitudinem, morbus Herculeus à veteribus appellabatur, teste Galeno *in librum 6. Ipocrat. de morbo vulg. comm.* 6. quem refert pluribus aliis ad propositum congestis, Brison *libr.* 3. *de verber. signif. in verb. comitialem morbum*, vel quo tali morbo, quicunque illi esset, fuisset liberatus, vt fuit dictum in dicta Pampilonen. Abbatiæ 20. Iunij 1603. coram D. meo Ludouisio.

9 Non obstat prædicta protestatio, quia videbatur non sufficienter probari, cùm de ea deponant tantùm Fratres ipsi interessati, & affectantes victoriam causæ, vt suprà dictum est, cùm tamẽ in illo actu professionis adfuerint plures laici, quorum nullus hoc deponit, vt in dicto summario, *num.* 12. Vltra quod non probato morbo caduco, vt suprà dictum est, protestatio illa nihil operatur. Ex quibus, & aliis allegatis per informantes DD. concluserunt pro validitate professionis quæ etiam videbatur tutior opinio pro exoneratione conscientiæ d. Fratris, & animæ salute.

PIROVANI.

Carthaginen. Canonicatus.
Lunæ 12. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Testes examinati in vim remissoriæ coram Iudice & Notario suspecto recusato, dicuntur nulliter examinati, & de materia.

SVMMARIVM.

Testes examinati coram Notario, & Iudice recusato, dicuntur nulliter examinati & non probant, n. 1.

Iudice suspecto allegato, & procedente ad vlteriora, si fuit à tali processu appellatum, nulliter procedi dicitur, num. 1.

Exequutor vbi recusatur suspectus, sufficit recusationẽ proponere coram ipso executore, n. 2.

Legitimus contradictor, an, & quando quis factus dicatur, n. 3. 4. & 5.

DECISIO CCCXLVII.

1 Domini resoluerunt pro nullitate examinis, non ex eo, quòd Notarius remissoriæ fuerit recusatus, per D. Petrum Valdeuietum resignantem, cùm Notarius ille ex particulari rescripto Rotæ, visus fuerit, vt ea recusatione non obstante, omnia prosequi, & terminari curaret, sed ex recusatione Notarij, & Iudicis remissoriæ apposita per D. Ioannem Velez resignatarium, de qua in actis constat cum expressione iustæ causæ,

& ab

& ab eis per recusantem fuit appellatum, ita vt prætendi non potest validè ad vlteriora fuisse processum, Innoc. & alij *in cap. cum specialis, de appell.* Lap. *alleg.* 1. Acchill. *decision.* 3. *de except.* Lancellott. *de attent. post recusat. numer.* 2. & est regulare, quòd vbicumque aliquis potest priuare partem in examinando testes, vel extrahendo iura in illis potest recusari vt suspectus, Abb. *in c. super quæstion. n.* 5. *de offic. deleg. decis.* 190. *p.* 2.

2 Non obstat, quòd Ioannes non possit iuuari exceptione recusationis ad inualidandum processum, cùm recusatio debuisset proponi in Rota, non autem coram executore, secundùm Butr. *in d. cap. super quæst. num.* 32. *de offic. deleg.* Quia fuit dictum ad effectum impediendi processum ad vlteriora de quo agitur, posse proponi corã quocumque Iudice recusato, sicut, & libellus appellationis coram Iudice qui grauauit, licèt secus sit respectu cognitionis causarum suspicionis, Anch. *in c. suspicionis, in primo not.* & ibid. Butr. *num.* 3. *&* 12. *de offic. deleg.* Innoc. & Card. qui hoc bene distinxerunt *in d. c. super quæst.* 5. *quem verò, eodem tit. de offic. deleg.*

3 Non obstat, quòd cùm Ioannes nondum fuisset admissus ad causam tempore oppositæ recusationis, nõ habuit difficultatem allegandi huiusmodi exceptionẽ: nam ex deductis per Procuratorem Ioãnis tam in Rota, quàm in partibus, & ex oppositis per D. Caxam, visus est legitimus contradictor. Primò namque die 3. Octobris 1607. producitur in Rota mandatum in personam Didaci Spinosæ priùs constituti Procuratoris Valdeuicii resignantis qui iudicialiter illud acceptauit, & protestatus est nomine Ioannis nihil fieri, nisi eo citato die 28. eiusdem mensis, & anni, vti procurator eiusdem se opposuit petitioni prorogationis remissoriæ petitæ per Caxã in partibus, sub die 21. Nouẽbris 1607. producuntur litteræ subrogationis eiusdem Ioannis ad docendum de interesse.

4 Iterum in Rota die 16. Ianuarij Didacus se opposuit vti Procurator Ioannis petitioni Caxæ pro termino remissoriæ prorogando, & eadem die cauit citatio facta Didaco ad instantiam Caxæ ad videndum pariter prorogari terminum remissoriæ, & exinde pluries Didacus fuit citatus, & vti procurator Ioannis comparuit, nempe sub diebus 19. Martij, & 18. & 28. Aprilis anni 1608. ex quibus quamuis hæsitari potuisset, an Ioannes per productionem gratiæ in partibus, & per Didaci comparitionem in Rota cum protestatione nihil fieri, nisi eo citato diceretur admissus ad iudicium, & factus legitimus contradictor, tamen per citationes subsequentes visum est Dominis cessare hæsitationem, & taliter approbatus, vt postea arctari non possit ad nouam personæ legitimationem. Dec. *consil.* 565. *n.* 2. Neuizan. *cons.* 17. *num.* 8. Felyn. *in capit. cum inter. num.* 11. *de exception.* Menoch. *de adipiscen. remed.* 4. *num.* 555. 567. 611. Surd. *decis.* 104. *num.* 10. *decision.* 108. *num.* 13.

5 Cæterùm quia aduertebatur in citationibus originalibus instante Caxa emanatis Ioannem specificè non enunciari, sed fuisse dictum in eis, citetur Didacus Spinosa ex aduerso Procurator, qui dum sustineret mandatum vtriusque resignantis, & resignatarij, prætẽditur citationem referendam ad personam resignantis qui in lite erat, non autem ad personã Resignatarij, qui tunc non erat admissus ad causam, & consequenter non probari approbatam illius personam in iudicio absque alia ratificatione, petiuit Caxa iterum audiri super eisdem supposita veritate citationum originalium.

VBALDI.

Hispalen. Legitimitatis.
Lunæ 12. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Quando quis recurrit ad Curiam secularem pro impediendis extractionibus, exhibitionibus instrumentorum, citationibus, & aliis huiusmodi, tunc aduersùs sic recurrentes, & impedientes admittuntur probationes minus legitimæ, & minus authenticæ, cum aliis de quibus in summario.

Farinac. Decis. lib. 2.

SVMMARIVM.

Instrumentum transumtatum seu publicatum ab eodem Notario, qui illud rogauit, probat etiam quòd publicatio sit facta sine citatione partis, & decreto iudicis, n. 2.

Impediens se citari habetur pro legitimè citato. n. 3.

Recurrens ad iudices seculares ad impediendam executionem literarum Apostolicarum punitur etiam in eo quòd de huiusmodi impedimentis adhibetur fides scripturis, & probationibus minus legitimis, vel authenticis, n. 3.

Impedimentum non excusat illum qui alia via sibi succurrere potest impedimentum remouere, n. 4.

Procurator dicitur etiam pars, n. 4. *in fine.*

Actorum omnium transportatio facienda est in secunda instantia, non autem in prima, in qua potest quisque quã velit partem actorũ & processus producere, n. 6.

Instrumentorum extractio seu transumtio, fieri non potest, nisi parte citata ad auscultandum, & collationãdum, declara vt n. 7.

Testes examinati coram iudice laico, non faciunt fidem coram Iudice ecclesiastico in causa legitimitatis, n. 8.

DECISIO CCCXLVIII.

PRæsupponitur, quòd regium Consilium Madriti cõcesserit D. Agneti siue Domino Francisco Duarte 1 eius filio immissionem in possessionem cuiusdam Maioricatus purificati per obitum D. Martini Fernandez, & quòd fuerit reiecta D. Anna Ceron filia dicti Martini sub prætextu, quòd inter D. Martinum, & D. Annam Emanuelem eiusdem Annæ Ceron genitores, non fuerit contractum matrimonium, & consequenter d. Anna Ceron non sit legitima, nec capax successionis in d. Maioricatu, licèt ad probandum d. matrimonium, & legitimitatem plures testes examinati, & aliæ probationes dicantur factæ pro parte Annæ in Ciuitate Hispalis vigore remissoriæ à Consilio concessæ. Successiuè cùm D. Anna, & D. Ioannes eius vir obtinuissent causam super legitimitate committi in Rota, & fuisset decreta citatio cum inhibitione, & compulsoriales, necnon citatio in partibus exequuta Dominus Franciscus aduersarius illas ad regium Consilium deferri curauit, à quo fuit recuperata citatio cum inhibitione, compulsoriales autem cum processu in causa immissionis prædictæ fuerunt ad Cancellariam Granaten. à Consilio trãsmissæ, ideo cùm D. Anna, Ioannes dictam citationem, eiusque exequutionem cum aliis scripturis ad Rotam transportassent, fuit dubitatum de illarum fide, & Rota vtraque parte informãte, censuit extractionem scripturarum suffragari, & cùm in actis producta fuerint septem genera scripturarum, de prima, secũda, & septima nõ videbatur posse dubitari.

Prima enim continet citationem cum inhibitione 2 Rotali, originali, à cuius tergo reperitur scriptum Instrumentum exequutiuum dictæ citationis, rogatum per Ioannem de Armillon publicum Notarium coram tribus testibus, cum subscriptione, & signo eiusdem Notarij rogati, & cum legalitate. Secunda verò continet diligentias factas ab eodem Notario de citandis personis expressis in summario D. Annæ numer. 2. & cum præsentia testium, & legalitate, quæ fidem faciunt, etiam sine citatione partis, & auctoritate Iudicis, cùm sit publicata ab eodem Notario rogato. Bal. *in l. publicati, n.* 9. & [illegible] 4. *C. de test.* Bart. *in l. Sempronius, ff. de leg.* 2. [illegible]

si quis in aliquo, vbi Alexand. *num.* 5. Iaſ. *num.* 3. Dec. *n.* 15. *&* 16. Caguol. *num.* 65. *C. de pl end.* Didac. *pract. quæſt. c.* 19. *ſub num.* 3. *verſic. nam ea*, Caputaq. *deciſion.* 170. *numer.* 1. *part.* 1. *& deciſione* 144. *part.* 2. Rota *deciſ.* 1. *de fide inſtrum. in nou.* Septima verò ſcriptura continet Breue originale diſpenſationis conceſſæ per fœlic. rec. Gregorium XIII. ſuper Matrimonio de quo agitur.

3 Quod pertinet ad tertiam, quartam, quintam, & ſextam, quæ continent transſumptum iurium, actorum, & probationum in cauſa poſſeſſorij, quod transſumptum partim fuit extractum ex ipſo originali, & publicatum per Ioannem Baptiſtam de Arteage Notarium, & Secretarium D. Nuntij Hiſpaniarum cum legalitate eiuſdem D. Nuntij partim per eundem Arteagam collationatum, vt latius, & ſeriatim, de qualibet ſcriptura eiuſque legalitate habetur in dicto ſummario *num.* 3. *& ſequentib.* dixerunt Domini extractionem ſuffragari, licèt ſit facta ſine compulſorialibus, & citatione partis, quia cùm propter impedimentum præſtitum ab Aduerſario qui curauit literas compulſoriales perferri ad Curiam regiam, non potuerit pars citari, & Iudicis Compulſoris decretum interponi, ſcripturæ debent haberi pro legitimè extractis, ſicut in ſimili, qui impedit ſe citari habetur pro legitimè citato, *cap. quomodo frequenter*, §. *porrò*, vbi Abb. *numer.* 3. *vt lit. non conteſtat.* Creſcent. *deciſio.* 18. *numero* 2. *de ſentem. & re iudicat.* Et fuit dictum in cauſa Segobien. Habitus 4. Februarij 1611. coram R. P. D. meo Sacrato, & aliàs propter impedimentum recurrentium ad Iudices Laicos pro impediendis extractionibus, exhibitionibus, & aliis ſimilibus, fidem adhiberi ſcripturis, vel aliis probationibus minùs legitimis, vel authenticis, cenſuit Rota in vna Valentina Admiſſionis relata inter impreſſ. *deciſion.* 160. *part.* 3. *libr.* 2. & in vna Carthaginen. Portionis 18. Nouembris 1598. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & latè habetur in cauſa Terulen. Quartæ 30. Maij 1611. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, vbi & aliæ plures deciſiones allegantur.

4 Non obſtat, quòd idem Arteaga Notarius D. Nuntij atteſtatur transſumpſiſſe dictum proceſſum ex originali ſibi oſtenſo pro parte Annæ, vnde ſi Anna habet proceſſum originalem in manibus, debet illum transportare ad Curiam, nec poteſt allegari impedimentum ad effectum, vt detur fides ſcripturæ informi, cùm impedimentum non profit ei, qui alia ſibi via ſuccurrere poteſt. Sarmen. *in reg de annal. quæſt.* 71. Afflict. *deciſ* 50. *numer.* 4. Put. *deciſ.* 327. *ſub num.* 4. *lib.* 2. Ludouicus *deciſ. Peruſin* 36. *num.* 8. cum aliis allegatis per informantes pro D. Franciſco. Quia fuit reſponſum, tales proceſſus originales in illis partibus ſolere accommodari procuratoribus, cum obligatione reportandi intra triduum, & etiam atteſtantur plures Curiales, quorum fides data fuit, & Notarius dicit ſibi fuiſſe proceſſum oſtenſum ab Anna, vel Ioanne eius viro, ſed pro parte Annæ, & illi parti reſtituiſſe, quæ verba poſſunt bene intelligi de procuratore, quæ etiam dicitur pars, *c. ſuborta, de ſent. & re iud.* Caſſ. *deciſ.* 3. *n.* 2. *de reſcript.* Caputaq. *deciſ.* 36. *n.* 5. *par.* 1.

5 Non obſtat, quòd proceſſus remiſſorialis videatur ſumptus de ſinnto, quia præterquam quòd viget ſemper ratio prædicta impedimenti; Reſpõdebatur, & id tolli ex facto, quia examen teſtium fuit receptum per Gabrielem de Oniedo deputatum à Conſilio, de quo examine facto per d Gabrielem publico Inſtrumento illud exhibuit, & conſignauit Franciſco de Arieta Actuario cauſæ poſſeſſorij in eodem cõſilio, qui illud retinuit in actis, ex quo poſtea fuit datum transſumptum D. Ioanni ex decreto Cõſilij, & cum citatione partis, vt in eius ſummario *numero ſexto*, & illud poſtea ad abundantiorem cautelam fuit etiam collationatum per eundem Arteagam Notarium D. Nuntij.

6 Ad illud quòd fuerit extractus totus proceſſus, fuit reſponſum nos non verſari in cauſa appellationis, in qua fuiſſet tranſportandus integer proceſſus primæ inſtantiæ, ſed ſumus in prima inſtantia, in qua iſte proceſſus fuit extractus, & productus ad effectum iurium, quo caſu poteſt quiſque quam velit partem producere, vt fuit dictum in cauſa Aſtoricen. Prioratus 18. Octobris 1589. coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino, & in Toletana Parochialis 3. Octobris 1592. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Arigonio.

Non obſtat, quòd pars non fuerit citata in hac extractione, ſaltem ad auſcultandum, & collationandum, vt fuit dictum in burgen. Præeminentiarum 5. Maij 1599. coram bon. mem. Pacen. & in Montis Regalis Iuriſdictionis 24. Nouembris 1597. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, cum aliis allegatis. Quia reſpondebatur, quòd citatio non poterat fieri coram alio Iudice, pendẽte cauſa in Rota, & quòd pars citata præſtitiſſet alia impedimenta, recurrẽdo ad Curiam regiam. Ad illud, quod non conſtet fuiſſe adhibitam aliquam diligentiam ab Anna, vel D. Ioanne pro remouendis impedimentis. Reſpondebatur, quòd immo impedimenta erant remouenda ab ipſo Franciſco, qui illa præſtiterat. 7

Denique non obſtat, quòd teſtes examinati coram Iudice laico non faciant fidem in cauſa legitimitatis coram Iudice eccleſiaſtico. Quia dicebant Domini, hoc nõ eſſe præſentis inſpectionis, in qua ſolùm tractatur de legalitate ſcripturarum, vel earum extractionis, qua fuit, vt ſuprà, concluſum. 8

CAVALERII.

Mediolanen. Decimarum S. MARIÆ Paſſionis.
Lunæ 19. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

De teſtibus probantibus poſſeſſionem in ſummariiſſimo poſſeſſorio retinendæ aliqua notanda, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo dandum eſt poſſeſſori tẽpore motæ litis, n. 1

Poſſeſſio probatur per conductores depõnẽtes ſoluiſſe decimas, n. 1.

Teſtes conductores pro locatore admittuntur, quando non habent intereſſe in cauſa, n. 2.

Teſtes etiam inhabiles admittuntur in poſſeſſorio retinẽdæ ſummariſſimo, n. 2.

DECISIO CCCXLIX.

Domini cenſuerunt dandum eſſe mandatum de manutenendo Abbati, & Canonicis Sanctæ MARIÆ Paſſionis ſuper decima veniæ, de qua agebatur, tanquam poſſidentibus non ſolùm antè, ſed etiam de tempore motæ litis, §. *retinendæ. Inſtit. de interd.* Bart. in *l. ait prætor*, §. *quod ait num.* 2. *&* 14. *ff. vti poſſid.* Caputaquen. *deciſ.* 198. *p.* 2. quaſi poſſeſſio autem probatur per duos teſtes deponentes de facto proprio, qui vti conductores iuris decimandi competentis Abbati, & Canonicis palàm, & publicè ſine aliqua contradictione exegerunt decimam ſuper vinea, de qua agitur. 1

Neque hi teſtes ex eo quòd erant conductores, poterant dici intereſſati, nam vti deponit primus ſuper 2. non habebant ſe pro intereſſatis, & expreſsè dicit, quòd non agebatur de ſuo intereſſe, quia ſi non poterant decimare vineam, prætendebant ſibi debere fieri defalcum, præterea in hoc interdicto ſummariſſimo retinendæ non admittuntur exceptiones contra teſtes, Capic. *deciſ.* 55. *num.* 2. *&* 5. Rõland. *conſ.* 8. *ſub num.* 31. *lib.* 4. Couarr. *pract. quæſt. c.* 17. *ſub num.* 4. *verſ. ſeptimò fuit dictum. in vna Nucerina Beneficij 6. Februarij* 1609. *coram me.* 2

Nec etiam viſum fuit releuans, quòd dicebatur non conſtare de identitate vineæ, ex eo quòd teſtes deponunt de vinea nuncupata de Verrua, & Domini Fagnani 3

non

nonemerunt vineam aliquam sub d. denominatione de Vettua: nam testes super primo depoount, quòd hæc vinea antea vocabatur de Vettua, à quodam Vettua Canonico S. Laurentij Maioris Mediolani, qui tunc illam possidebant, sed postea fuit emta à Fagnanis, &c.

PAMPHILII.

Ianuen. Iurispatronatus.
Lunæ 23. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus an, & quando transeat ad illegitimos, & naturales.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus transit etiam ad illegitimos quando fundator eos expreßè non exclusit, n. 1. & 2. vbi præsertim quando filij & descendentes sunt vocati non per verba ciuilia legitimitatem importantia, sed per verba naturalia, quibus veniunt etiam naturales.

Filij illegitimi, & naturales veniunt appellatione filiorum, & descendentium, quando illi sunt vocati non per verba ciuilia legitimitatem importantia, sed per verba naturalia, n. 2. declara vt n. 6.

Iuspatronatus transit etiam ad filios illegitimos, & naturales, quando fundator in vno casu illos expreßè exclusit, & in aliis nihil dixit, n. 3.

Iuspatronatus transit etiam ad illegitimos & naturales, quando fundator eos in aliquo casu admisit, n. 4.

Alternatiua dictio vel. *non potest stare copulatiuè, quando in vtraque sui parte verificari potest, n. 4.*

Testatoris voluntas in testamento declarata ostendit qualis fuerit illius voluntas in præcedenti dispositione, n. 5.

Testatorem incontinenti velle se corrigere non est præsumendum, n. 6.

Iuspatronatus gentilitiũ, & agnatitium non transit ad illegitimos, & naturales, n. 7.

Masculorum mentio vbi in testamento facta est operatur vt testator censeatur habuiße respectum ad qualitatem masculinitatis, non autem ad qualitatem agnationis, n. 7.

Clericus potest etiam eße illegitimus, & naturalis ex dispensatione ordinarij, n. 8.

DECISIO CCCL.

1 CVm in hac causa fuissent factæ plures decisiones coram bon. mem. D. Litta, in quibus fuerat dictum illegitimos ad hoc iuspatronatus non esse vocatos, & informantes pro Ioanne Stephano, & Innocentio fratribus illis non acquiescerent sub die 12. Februarij 1607. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto in locum Littæ subrogato fuit super hoc particulariter dubitatum, & Domini attento tenore fundationis, censuerunt illegitimos in hoc iure patronatus non fuisse semper exclusos, sed solùm in concursu legitimorum, & in hoc casu debere procedere prædictas decisiones D. Littæ, sed causa ad me deuoluta, vt satisfacerem Comiti Francisco supradicta die dubitaui an Io. Stephanus descẽdẽs ex linea Nicolai illegitima sit vocatus in fundatione, de qua agitur, ita vt sit recedendum vel nõ à dicta decisione Illustriss. Cardinalis Lancellotti, & Domini re maturè discussa cẽsuerunt Ioannem Stephanum esse vocatum, & propterea à dicta decisione non esse recedendum nisi illi obstet spurietas, de qua volunt, quòd particulariter videatur, siquidem vt optimè in prædicta decisione consideratur, cùm fundator illegitimos expressè non exclusisset, censetur illos voluisse relinquere sub dispositione iuris communis ad *l. commodissime ff. de lib. & posthum* secundùm quam sunt capaces iurispatronatus, vt per Bald *in l. cum quam, in fine, C. de fideicom.* Rocch. *de iurepatronatu, verb. competens, numer.* 9. cùm aliis citat. in eadem decisione, quam per informantes pro Ioanne Stephano allegatis.

Quam conclusionem eo faciliùs Domini in hoc casu admiserunt, quia verba fundationis ex sui natura sunt apta comprehendere etiam illegitimos, cùm ad istum patronatum sint vocati filij, & descendentes Nicolai non per verba ciuilia, & legitimitatem importantia, sed per verba merè naturalia, sub quibus veniunt naturales, Bart. *in l. vtclas sub numer.* 3. *& seq. ff. de capit. diminut. & in l. ex facto, §. si quis rogatus il primo,* & ibi Angel. Imol. Alexãd *ff. ad Trebel.* Pelyn. *in l. cum prætextum, numer.* 22. *de probat.* cum aliis per Illustrissimum Manticam *de coniect. vltim. vol. libr.* 11. *tit.* 9 *num.* 2. & fuit dictum in Tirasonen. Eleemosynariæ 26. Aprilis 1602. coram eodem Illustrissimo Cardinali Lancellotto. 2

Præsertim quòd quando fundator præ oculis habuit qualitatem legitimitatis, & ad legitimos voluit dispositionem suam restringere, id expressit, vt fecit in linea Alberti, & Vgonis, in qua ad hunc patronatum vocauit solùm illorum filios, & descendentes legitimos, quod cùm non fecerit in filiis, & descendentibus Nicolai, & Federici, vtique datur intelligi, quòd noluit quoad ipsos restringere successionem ad solos legitimos, ad text. *in l. vnica, §. sin autem ad deficiendum, C. de caducis toll.* Anan. *consil.* 22. *numer.* 3. *versicul. est etiam multum ponderandum*, cum simil. & fuit dictũ in Bononien. de Maluctiis 23. Martij 1609. coram R. P. D. meo Sacrato. 3

Et præmissa suadebantur ex eo quòd fundator *in versi. si verò acciderit,* dum vocauit descendentes Opizonis posuit in conditione descendentes Nicolai, & Federici tam legitimos, quàm naturales cum illa disiunctiua *vel,* quæ non potest violari, nec resolui in coniunctiuam, dum potest in vtraque sui parte verificari, Bart. *in l. si is qui ducenta, §. vtrum, num.* 3. *versic. aut inter alia, & §. item si pater in princ.* & ibi Socin. *n.* 5. *ff. de reb. dub.* Ruyn. *consil.* 6. *num.* 1. *lib.* 3. ex hoc enim non solùm apparet quòd naturales non abhorruit, sed etiam resultat, quòd in vocatione facta de filiis, & descendentibus eorumdem Nicolai, & Federici sensit quoque de naturalibus, Bart. *in l. ex facto, §. si quis rogatus il primo, numer.* 2 *ff. ad Trebell.* cum aliis deductis in hac causa sub die 30. Ianuarij 1609. coram bon. mem. D. Iusto. 4

Quod etiam clariùs, & expressiùs colligitur ex testamento per quinquennium post hanc fundationem ab eodem fundatore facto, in quo constituit primogenituram in bonis patrimonialibus ad fauorem eorumdem, quos priùs ad istum patronatum inuitauerat, vocando illos eodem ordine, & cum eadem qualitate clericatus, prout vocauit in fundatione patronatus, & in illo in defectum legitimorum expressè vocat naturales descendẽtes à prædictis Nicolao, & Federico, ex prædicto autem testamento declaratur qualis fuerit eius volũtas in præcedenti fundatione, vt latè per Illustrissimum Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libr.* 3. *titul.* 1. *numero* 2. *cum multis seqq.* 5

Non obstat, quòd fundator videatur vsus verbis ciuilibus, & excludentibus naturales, dum voluit proximiores proximioribus succedere, & successionem deuolui ad propinquiores, nec non ad fratres, & illis non existentibus ad nepotes, ex latè adductis pro Comite Francisco, quia præter id quòd fundator expressè mentionem fecit de naturalibus, fuit responsum quòd cùm fundator vsus fuerit dictis verbis ciuilibus postquam iam vocauerat filios, & descendentes, & sic post factam vocationem per verba naturalia, expressio proximiorum & propinquiorum dicitur facta ad ostendendum ordinem succedendi, non autem ad restringendam successionem iam antea 6

per verba naturalia expressam, aliàs resultaret, quòd fundator in continenti se correxisset, quod non est dicendū, *l. non ad ea*, iuncta glos. *verbo prorsus ad fin. ff. de condit. & demonstr.* & fuit dictum in Ciuitatis Castelli Fideicommissi 10. Nouembris 1578. coram Bubalo.

7 Non obstat etiam, quòd dicebatur illegitimos de iure non esse capaces iurispatronatus gentilitij, & agnatitij, vt per Rocch. *de iurepat. verb. competens, num. 10. vers. hunc tamen*, cum alijs allegatis, quia cùm ad hunc patronatum fuerint vocati filij, & descendentes, nulla facta mentione generis, & agnationis, non potest dici, quòd versemur in patronatu gentilitio, & agnatitio; mentio enim masculorum dumtaxat operatur, vt censeatur contem-

8 plata qualitas masculinitatis, non autem agnationis, vt per Surd. *cons. 448. n. 24. lib. 3.* vbi de magis communi testatur, & tenuit Rota in Tudertina Fideicommissi de Corradis 13. Aprilis 1587. coram Giptio, & vlteriùs cessat difficultas, quia, vt sæpe dictum est, fundator in isto patronatu naturales non abhorruit, sed eos inuitauit.

9 Pariter non obstant ea quæ dicuntur de nobilitate, & eminenti qualitate fundatoris, necnon de inuerisimili vocatione illegitimorum, qui de iure clerici esse non possunt, quia fuit responsum omnia cessare ex eo quòd tam in fundatione quàm in dicto testamento de naturalibus mentio facta repetitur cum eadem qualitate clericatus, quo fit vt nullatenus dici possit de eis fundatorem non cogitasse, Bart. *in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, n. 2. vers. vel si in alia parte testament.* Angel. *num. 2. in fine*, Alexand. *num. 6. in 2. fallentia*, & Ripa *num. 17. ff. ad Trebell.* Illustriss. Mantic. *de coniectur. vlt. volun. lib. 11. tit. 9. num. 12.* vltra quod cùm non requiratur nisi simplex clericatus, super quo Ordinarius dispensare potest *c. 1.* & ibi gl. & Doctor. *de filiis presbyt. in 6.* & de facili etiam dispensetur, verisimile est fundatorem de naturali etiam cogitasse, Rol. *cons. 11. n. 15. lib. 2.*

10 Postremò non obstant absurda per informantes pro Comite Francisco considerata, nempe quòd illegitimi excluderent legitimos, quia quantum attinet ad legitimos descendentes ex Nicolao, & Federico, nullum potest considerari absurdum, cùm Domini intelligant illegitimos esse solùm vocatos, cessantibus legitimis, per rationes deductas in decisionibus Littæ, & Cardinalis Lancellotti, respectu verò descendentium ex Alberto Vgone, & Opizone, absurdum cessat ex voluntate testatoris, qui lineam Nicolai, & Federici ante aliàs vocauit, & sic prædilexit, *l. heredes mei, §. fin. ff. ad Trebell.* Aym. *cons. 62. num. 7. & cons. 161. n. 5. vers. ex alio.* ex qua prædilectione cessat quoque fundamentum inæqualitatis, quæ ea stante considerari non potest. Et ita decisum.

PIROVANI.

Mediolanen. Decimarum S. Donati.
Lunæ 23. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

Mortui Notarij Insttumenta quando ab altero Notario publicari possint, & quæ requirantur vt publicata dicantur in forma probanti & fidem faciant.

SVMMARIVM.

Notarius ad hoc, vt posit publicare Instrumenta alterius Notarij mortui, quæ requirantur, n. 1.

Instrumenta Notarij mortui publicari possunt ab alio Notario habente hanc publicandi licentiam, n. 2.

Notario asserenti de sua commissione credendum est, numer. 3.

Assertioni officialium, in his, quæ respiciunt eorum officium, plenè creditur, n. 4.

Instrumenta an publicari possint à Notario, qui de illis se rogauit, n. 5.

Instrumenta rogata ab vno Notario, publicari possunt à successore in illo Notariatus officio, & in dubio successor Notarius præsumitur publicare Instrumenta tanquam successor, n. 6.

Instrumenta lite pendente, quando publicari possint sine partis citatione, n. 7.

DECISIO CCCLI.

Dvbitatum fuit an instrumenta, de quibus in dubio, essent in forma probanti, quæ sicuti inter se diuersam formam ad esse eorum probationis continent, ita ex particularibus rationibus & fundamentis fuit dictum in vnaquaque eorum specie esse in forma probanti; alia enim instrumenta, prout 1. 2. 3. 4. 5. 10. 11. sunt exemplata per Notarios habentes auctoritatem explendi documēta Notariorum defunctorum, alia verò edita per Notarios originarios, vt sextum, & nonum, alia extracta per Cancellarios ex Abbreuiaturis Cancellariæ Archiepiscopalis Mediolani, prout sunt septimum, & octauum. In prima specie habent omnia requisita ad publica Instrumenta, secūdùm gl. *in l. generali, C. de tabul. lib. 10.* Specul. *de instrum. edit. §. 1. numer. 1.* Abb. *in cap. 1. num. 3.* & ibidem Imol. *num. 2.* Felyn *num. 2. de fid. instr.* Bart. *in l. si quis ex argētariis, §. si initium, in repet. num. 6. ff. de eden.* Imol. *in rubr. n. 2. ff de nou. oper. nunc.* 1

Non obstat, quòd fuerint exemplata ab alio, quàm à Notario rogato, quia Notarij illi id egerunt, non ex eo, quòd Instrumenta ad eorum manus simpliciter peruenerint, sed ex auctoritate & licentia sibiipsis attributa respectiuè tum ab ordinario, tum per Abbates Collegij Notariorum, quia hoc potuerunt vigore Statutorum Mediolanen. *cap. 377. vol. 1.* priuatiuè etiam quoad alios Iudices ibi de cætero non concedatur alicui Notario auctoritas explendi aliquas abbreuiaturas per aliquem ius dicentem, sed solùm per ipsos Abbates, quod sufficit vt plena fides datur Instrumentis exemplatis, *capit. cum P. Tabellio, de fide instrum.* vbi Abb. *num. 2.* Felin. *num. 1.* & Card. *num. 1.* idem Abb. *cons. 53. p. 2.* Alex. *in auth. si quis in aliquo, num. 5. in fine vers. faceret etiam fidem. C. de eden.* & ibidem Ias. *num 5. vers. tertio principaliter*, Verall. *decis. 351. p. 2.* Guido Pap. *decis. 120. num. 1.* Mynsing. *obseruat. 73. num. 5. & 18. centur. 6.* quod fuit etiam dictum in vna Mediolanen. Matrimonij 29. Nouembris 1602. coram R. P. D. Decano Penia. 2

De licentia autem satis apparet ex assertione eorundemmet Notariorum, dum in subscriptionibus attestantur de auctoritate sibiipsis concessa, quibus creditur de stilo Rotæ, Verall. *decis. 245. & 266. p. 2.* & sæpius Rota resoluit signanter in causa Dertusen. Iurisconferendi 24. Maij 1596. coram bo. mem. Cardinali Seraphino, & in Gerunden. Vini 13. Maij 1598. coram R. P. D. Penia Decano, & in Ferrarien. Bonorum 23. Martij 1601. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore, & quòd de stilo Curiarum credatur Notario asserenti de sua commissione, apertè etiam firmauit Menoch. *de præsum. lib. 2. præsum. 79. n. 20.* sequendo decisionem Caputaq. 266. suprà allegatam. 3

Præterea aduerterunt Domini adesse litteras testimoniales Abbatum, Notariorum, & Vicarij Curiæ Archiepiscopalis Mediolani, in quibus asseritur Notarios prædictos habere respectiuè licentiam exemplandi Instrumenta, quibus fides indubitata solet adhiberi, tū ex iuris dispositione, cùm agatur de pertinentibus ad eorum factum, & iurisdictionem, *l. si quis decurio, C. de falsi. l. apparitores, de exact. trib. lib. 12.* Lap. *alleg. 77. numer. 6.* Tum ex stilo, cùm sit modus certificandi absentes de veritate scripturæ exemplatæ. 4

De secunda specie cessat difficultas cùm agatur de Instrumento extracto à Notariis, qui originale scripserunt, Bartol. *in authent. si quis in aliquo, in 2. opposition.* 5

C. de

C. de eden. per l. si quis ex argentariis, §. prohibet, eodem tit. Ias. in d. auth. num. 3. Dec. num. 15. Roman. *consil.* 105. num. 9. Rota in nouis decis. 1. de fid. instrum. Caputaq. decis. 35 1. in princ. part. 2.

6 Postremò autem in tertia specie posita, cùm sint extracta à successoribus in officio, nempe à Ludouico Barbauaria, & Alexandro Maiolino Canonicis ordinariis, & Cancellariis Archiepiscopi Mediolani, satis dicuntur in forma probanti, Caputaq. *decis.* 144. *p.* 2. de quorum successione in officio, quamuis in eorum subscriptionibus mentio non habeatur, tamen iuris præsumptione eo ipso quòd se subscribunt, Cancellarij dicuntur successores in officio, vt pluries consideraauit Rota, & signanter in Gerunden. Beneficij 14. Ianuarij 1604. coram bo. me. Litta, & in Tarraconen. Præpositura 14. Iunij 1602. coram R. P. D. Coccino, in quibus fuit dictum iura extracta à Regente Cancellariam Curiæ Episcopalis dici in forma probanti, tanquam extracta à Successore in officio: quod magis confirmatur ex qualitate officij Cancellariæ soliti conferre tantùm Canonicis ordinariis ex Concilio Prouinciali Mediolani Sancti Caroli, prout fuerunt Magiolinus, & Barbauaria, Quibus omnibus accedunt litteræ testimoniales Vicariorum, per tempora eiusdem Curiæ Archiepiscopalis prædictos Magiolinum, & Barbauariam Canonicos fuisse, & esse Cancellarios illius curiæ fideles, legales, & authenticos, quæ verba conueniunt solùm Successoribus in officio, quibus à lege, vel Iudice tributa est facultas Instrumenta exemplandi, vt suprà fuit dictum.

7 Non obstat, quòd Instrumenta, tam in primo, quàm in postremo casu specificata fuit extracta lite pendente, & sine partis citatione, quæ regulariter non probant, *cap. fin.* vbi Doct. *de fid. instrum.* Quia sub dictum conclusionem non procedere, quando successor in officio extrahit Instrumenta Notarij demortui, vel scripturas suorum prædecessorum repertas in scribania, Bart. *in l. si quis ex argentariis*, §. *cogentur*, *num.* 3. *de eden.* Dec. post alios in *auth. si quis in aliquo*, *numer.* 26. *eodem tit.* Couarr. *pract. quæstion. cap.* 19. *num.* 3. Caputaq. *decis.* 351. *numer.* 1. *part.* 2. & fuit firmatum in pluribus causis, in allegata Ferrarien. Bonorum, in Firmana Beneficij 27. Ianuarij 1610. coram R. P. D. Marcomontio, & in vna Tirasonen. Canonicatus coram me vltima Februarij 1611. videtur enim publicum Instrumentum, quod consumitur, exemplatur, secus quando matrix, seu prima scriptura remanet integra, quia tunc non requiritur citatio, sicuti si ipse Notarius viuens exemplaret, Bald. *in l. si placet*, *ad finem*, *C. de eden.* Felyn. *in d. cap. cùm P. Tabellio.* subdens rationem diuersitatis, quia in primo casu statur exemplaro, sicut originali, nec potest amplius deregi falsitas in secundo, potest semper recurri ad originalem scripturarum. Ex quibus omnibus firmarunt Domini iura de quibus in dubio esse in forma probanti, &c.

VBALDI.

Romana Redditionis Computorum.
Lunæ 7. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Confessio iudicialis an, & quando reuocari possit docto vel non docto de errore.

SVMMARIVM.

Confessio confitenti præiudicat, numer. 1. vbi quòd nulla est maior probatio, quàm oris proprij confessio, præsertim facta in iudicio, & in responsione petitionum.

Confessio facta in iudicio ex internallo præsertim, reuocari non potest nisi docto de errore, n. 2. vbi præsertim quando confessio fuit geminata.

Positionibus facta confessio in earum responsione nec etiam prætextu erroris reuocari potest, numero 2.

Confessionis reuocatio de stilo palatij admittitur vsque ad sententiam etiam non docto de errore, declara vt num. 3.

Confessio non acceptata à parte potest quandocunque reuocari, numero 4. vbi tamen, quòd satis dicitur confessio acceptata à parte si pars illi non contradixit.

DECISIO CCCLII.

Domini recesserunt à decisis in hac causa sub die 23. Martij 1609. coram bon. mem. Iusto quoad particulam primæ partitæ continentem summam scutorum 423. b. 16. quia in inuentario olim facto inter hæredes Laurentij Baroncini, & Sanctem Angelinum occasione societatis inter eos contractæ, & finitæ ponuntur credentiæ, seu nomina debitorum pro summa scutorum 752. ex quibus Sanctes habuit partem sibi debitam quæ fuit scutorum 335. vt in summario Baroncinorum *num.* 2. cùm igitur Andreas Dulcinus qui Angelino in administratione d. societatis successit, confessus fuerit in responsionibus ad positiones se exegisse nomina debitorum descripta in dicto inuentario, vt in eodem summario *num* 1. necessariò sequitur eum fuisse consuetum ex dictis nominibus debitorum summam residuam, nempe scutorum 417. & consequenter particulam primam partitæ relationis petiti, in qua Dulcinus constituitur debitor in summa scutorum 423. 16. non esse delendam, vt dicebatur in d. decisione, sed potiùs reducendam ad dictam summam scutorum 417. vulgatum enim est confessionem præiudicare confitenti, & nullã contra eum esse meliorem probationem, *l. cùm te*, *C. de transact.* Bald. *consil.* 190. Sempronius *num.* 3. *lib.* 2. Paris. *consil.* 121. *numero* 30. & *seq. lib.* 1. Rota diuers. *decis.* 98. *num.* 1. & *num.* 2. *part.* 2. præsertim quando est confessio iudicialis, Marant. *in suo spec. part.* 6. *tit. de confess. numero* 21. & de confessione resultante ex responsione ad positiones partis probat text. *in c.* 1. *de confess. lib.* 6. Craner. *cons.* 217. *num.* 9. 1

Non obstat reuocatio, quia cùm confessio fuerit facta in iudicio, non potuit saltem ex interuallo reuocari, nisi docto de errore. *cap. per tuas*, *de probat. l. si post diuisionem*, *l. error. C. de iur. & fact. ignor.* Specul. *in tit. de posit.* §. *fin. num.* 8. *versiculo item si ponens*, Bart. *in l. non fatetur ff. de confess.* Marant. *in suo Spec. tit. de posit. artic. producti. num.* 6. Verall. *decis.* 191. *part.* 1. & fuit resolutum in causa Conchen. Pecuniaria 15. Maij 1587. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, quod eo magis dicendum est hoc casu, cùm confessio fuerit geminata, Roman. *consil.* 346. *numero* 10. Verall. *d. decis.* 191. *in fine*, & missa post datum terminum ad deliberandum, & monitorium ad respondendum positionibus, quo casu non videtur posse reuocari, neque etiam prætextu erroris. glos. *in cap. ex litteris, de diuort.* Roman. *d. consil.* 346. *num.* 10. Surd. *decis.* 130. *num.* 10. 2

Non obstat, quòd ex stilo palatij admittitur reuocatio confessionis vsque ad sententiam etiam non docto de errore, Ægid. *decis.* 693. *in fine*, quia respondetur id procedere quando error versatur in facto alieno, in quo error & ignorantia præsumitur. *l. vltima*, *ff. pro suo*, secus in facto proprio; in quo non præsumitur error, & ideo oportet probare circumstantias, ex quibus error præsumitur. Ægid. *decis.* 694. *num.* 1. & talis error debet probari testibus, vel instrumentis, vel aliis modis, ex quibus appareat veritatem aliter se habere. Rota *decis.* 166. *num.* 3. *part.* 3. *diuers.* 3

Non obstat, quòd docetur de errore ex fide Angelini, qui confessus est se habuisse ex nominibus debitorum scuta 335. vt suprà in principio dictum est, & sic apparet de errore confessionis Dulcini, qui ad positiones 4

simpliciter respondit se exegisse dicta nomina debitorum, cùm tamen certum sit non omnia nomina potuisse illum exigere, si eorum pars erat ab Angelino exacta, quia respondetur pro qua parte, docetur de errore pro ea confessionem reuocari tanquam erroneam, vnde cum constet de errore solum quoad scuta 335. ab Angelino exacta, non debet inferri, quòd Dulcinus non exegerit nomina debitorum, quæ supererant, nempe scuta 427. circa quæ de errore non docetur.

5 Non obstat, quòd ista confessio non fuit acceptata à parte, & ideo potuerit reuocari, ad notata per Marsil. *in rubr. C. de probat. num. 113. & sing. 329. num. 8.* quia sufficit quòd pars expressè non contradixerit. Bald. *in l. cum precum sub num. 1. versic. aut non contradicit, C. de liber. caus.* Franch. *in c. cum positionibus, n. 6. de iureiuran. in 6.* ex quibus Domini recesserunt à decisis.

REVEREND. D. SACRATI.

Carpen. bonorum. Veneris 16. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

De testibus Communitatis, seu Vniuersitatis admittentis, pro ipsa Vniuersitate, vel Communitate, & præcipuè de Ministris, & Officialibus Montis Pietatis, quando pro ipso Monte recipiantur in testes, & quantam faciant fidem.

SVMMARIVM.

Testes Vniuersitatis seu Communitatis non repelluntur à testimonio ferendo, nisi habeant interesse particulare, num. 1.

Testes Officiales Montis Pietatis non repelluntur à testificando pro ipso Monte, nisi habeant interesse particulare, n. 1.

Prælatus potest esse testis pro sua Ecclesia, num. 1.

Testes Vniuersitatis licèt admittantur pro Vniuersitate, non sunt tamen integri testes, numerus tamen supplet, n. 2.

Testium inhabilium depositiones supplentur ab aliis, qui non patiuntur similes exceptiones, n. 2. & 5.

Testis famulus finito famulatu non prohibetur esse testis pro suo domino, n. 3.

Testis procurator non prohibetur esse testis pro suo principali finita procura, n. 3.

Testis non dicitur habere interesse in causa, quando nihil consequitur aut perdit ex illius victoria, n. 4.

Testis vnicus nihil probat, n. 6.

Indefinita oratio non æquipollet vniuersali, in testibus, num. 6.

Periti possunt etiam examinari vt testes, n. 7.

Pretium, & valor rei deprehenditur ex quantitate fructuum, & ex communi reputatione, n. 8.

Testium dicta sunt coadunanda, & non cauillanda, num. 2.

Inuentarium probat contra eum qui illud fecit, n. 13.

DECISIO CCCLIII.

1 CEnsuerunt Domini probari valorem trium prædiorum, iuxta decisionem in hac causa factam die 14. Iunij 1610. coram Illustrissimo D. Cardinali Lancellotto, à qua non putarunt recedendum, ex deductis in hac propositione. Ad primum etenim, quòd aliqui ex testibus sint officiales Montis Pietatis, qui est actor in hac causa, fuit responsum, quòd non propterea erant in totum repellendi, quia aliud est interesse ipsorum, aliud interesse Montis, vnde si testes, ex quibus constatur Communitas, non repelluntur à testimonio ferendo pro Communitate, nisi habeant interesse particulare, Bart. *in l. in tantum, 6. vniuersitatis, num. 1. ff. de rer. diuis.* Bald. *in cap. insuper, numero 3.* Anchar. *numero 5.* Felyn. *numero 6. versiculo secus si effectus, de test.* Alex. *consil. 99. numero 9. versic. preterea, lib. 5.* Crauett. *de antiqu. temp. §. primo, versic. quod in libro officialis, num. 17.* Rota in causa Narnien. Confinium 10. Decembris 1603. & 15. Martij 1604. coram R.P.D. Coccino, quanto minùs debent repelli ministri, & officiales, qui sunt personæ omnino separatæ ab ipso Monte, & facit simile de Priore, & Prælato Ecclesiæ, qui potest esse testis pro sua Ecclesia, *cap. insuper,* vbi Bald. *numero 1. & 2.* Abb. & Imol. *in prin.* Felyn. *in 1. notab. de testib.* glos. *in cap. super prudentia, verb. Stephani, versiculo similiter, 14. quæst. 2.* Specul. *tit. de testib. §. primo; num. 23.* Tiraquell. *tract. res inter alios acta, limit. 1. versic. item prelatus,* sicut etiam potest esse Canonicus pro suo Collegio, Henric. Boic. *in d. cap. insuper, numero 11. de test.* Bald. *in cap. tertio loco, numero 3. versic. ibi regularis, de prob.* Aufrer. *de reprob. test. num. 91. in 3. fall. versic. ad idem facit.*

Et licèt sicut testes de communitate non sint omnino integri, iuxta not. per Abb. *in d. cap. insuper, num. 2. de testib.* Butr. *in cap. cum nuncius, num. 3. in fin.* Imol. *numero 2. eodem tit.* Roland. *consilio 72. numero 5. lib. 2.* Couar. *pract. quæst. cap. 18. versiculo quarto, in fine,* Afflict. *decis. 400. numero 4.* attamen numerus supplet, Alex. *consilio 99. num. 9. versic. sed plures, lib. 5.* Socin. *consil. 194. num. 2. versic. secundo propter, lib. 2.* Roland. *d. consilio 72. num. 5. circa finem, lib. 2.* Crauett. *de antiq. temp. part. 1. versic. quid in lib. num. 17.* latè Gabriel *de testib. conclus. 6. in prin.* & depositio aliorum, qui non patiuntur similes exceptiones, Ias. *in l. si quis ex argentariis, §. cogentur, numero 10. & seq. ff. de eden.* Roman. *consil. 290. numero 7.* Socin. *consil. 194. num. 2. lib. 2.* Roland. *consil. 19. num. 9. lib. 3.* Pedemont. *decis. 99. numero 41.* cum aliis per Gabriel. *de testib. conclus. 5. num. 1.* 2

Dicitur etiam quòd de tempore examinis iam deposuerant officium, quòd tolleret omne obstaculum, prout in simili de famulo finito famulatu, procurator finita procura, & similibus, quòd sint idonei testes, tradunt Specul. *tit. de testib. §. 1. num. 13.* Bald. *in l. dictantibus, num. 5. C. de testam.* Tiraquell. *tract. de caus. cess. part. 1. numero 104.* latè Gabriel *tit. de testib. conclus. 10. numero 9. & 10.* 3

Ad secundum, quòd aliqui testes fecerunt partem in hoc iudicio, ex quibus alij soluerunt certum quid pro introducenda hac lite, alij autem se obligarunt illa durante soluere certam summam singulis annis, fuit responsum, non propterea posse dici ipsos facere partem formalem, cùm ex Victoria Montis nullum sint commodum consequuturi, neque ex eo quòd expedita lite ad fauorem Montis sit cessatura annua præstatio, quam aliqui ex prædictis faciunt, possunt dici pars formalis, quia idem est etiam euenturum, si succumbat Mons, vnde cùm idem sint consequuturi ex succumbentia Montis, quòd ex victoria Montis potest dici de illorum interesse, quod vincat Mons, ad not. *in l. 1. §. in propria causa, ff. quando appellan. sit. in cap. biduum, versiculo pulam, 2. quæst. 6.* Butr. *in cap. cum nuncius, num. 3. versic. quia non est propria, de test.* Bald. *in cap. tertio loco, num. 4. de probat.* Afflict. *decis. 400. num. 6.* Pedemont. *decis. 99. num. 9. versic. secus si deponerent.* 4

Et quatenus ex prædicta subministratione expensarum posset colligi aliqua affectio erga Montem, non propterea debent tanquam pars formalis in totum repelli, maximè, quia summa fuit valde modica; etenim non soluerunt, vel se obligarunt soluere plusquam scutum vnum singulis annis per decennium, cuius pars de tempore examinis erat iam lapsa, Accedat quòd cùm Mons Pietatis sit causa pia, ex hac modica subministratione expensarum, quæ resultat in meram eleemosynam, 5

non

non potest argui affectus inordinatus in istis testibus, & nolentia quod D. Erminius suum tribuatur. Et cessat difficultas ex aliis testibus non patientibus similem exceptionem, quorum numerus supplet, & sufficit cùm sint plus quàm duo, ad tex. *in c. in omni negotio, de testib. in c. licèt vniuersis, eodem tit. & in c. fin. 35. quæst. 6.*

6 Ad aliud quòd testes sint multum affecti ad fauorem Montis, ex quo vnus ex illis dicit, quòd homines volunt ponere proprium sanguinem pro sustinenda hac lite, fuit responsum, quòd ille testis in hoc est vnicus, vnde nihil probat, *cap. veniens, il 1. cap. licèt ex quadam, de testib. l. iurisiurand. C. eodem tit. c. admonere 33. quæst. 2. cap. final. 35. quæst. 6.* & experientia docuit contrarium, ex quo pauci, & in modica summa voluerunt contribuere; vltra quod in testibus indefinitè non æquipollet vniuersali, vt per Scrib. *in capit. audiuis, de præscript.* & proinde non includit, quòd omnes homines Carpi habeant affectionem, & sic non includit per necesse examinatos in hac causa.

7 Ad aliud quod 5. 6. & 8. testes examinauerint se tanquam testes, & deponunt tanquam periti, iuxta formam æstimationis, quam dicunt ante tempus examinis fecisse, placuit responsio aliàs data in decisione nullo iure caueri, quòd periti non possint induci in testes, & quòd pro ratione eorum dicti non possunt deducere iura, & comprehensa de tempore æstimationis, & ista exceptio etiam non percutit omnes testes.

8 Ad quintum obiectum, quòd testes nullam habent scientiam de fructibus solitis colligi in istis prædiis; fuit dictum primò istam exceptionem nó percutere primum, tertium, quartum, & octauum testes, & ideo illos remanere integros, & sufficere. Præterea nec etiam respectu aliorum refragari, quia licèt ex quantitate fructuum soleat argui valor, non propterea excluditur communis reputatio, & alij modi, de quibus *in l. si secundum, ff. ad l. aquil. in l. pretia rerum*, vbi glos. Batt. & alij *ff. ad l. falcid.* & per Salycet. *in l. 2. numer. 23.* Cagnol. *numer. 233. C. de rescind. vendit.* Abb. *in cap. cum causa, num. 3. in fin. de testib.* Franc. Mar. *decis. 485. n. 11. & 38. part. 1.* Verall. *decis. 264. num. 4. part. 3.*

9 Ad sextum quòd in istis prædiis sunt terræ appellatæ dulces, aliæ verò fortes, quæ multum differunt inter se quoad fertilitatem, & consequenter quoad valorem, & testes exceptis secundo, quinto, & decimo, interrogati dicunt ignorare quantitatem terrarum dulcium, & fortium, fuit dictum præter quòd exceptio non percutit prædictos tres qui sufficerent, & tester deponere de prædiis, quorum habent notitiam, omnia simul cumulando, & sic implicitè habere rationem terrarum fertilium cum minus fertilibus, maximè dum exprimunt, quænam petiæ sunt chiusuræ, & quænam campagnæ, quod idem importat in substantia.

10 Ad septimum, quòd aliqui testes deponant de valore prædiorum cum domibus, & ignorent qualitatem domorum, fuit dictum, quòd ista exceptio non percutiebat, nisi aliquos testes, vnde remanebant alij qui non patiuntur huiusmodi exceptionem; vltra quod primus nó dicit, se non esse informatum de domibus; vnde illius dictum dum deponit de valore prædiorum, potest intelligi cum domibus destinatis pro habitatione colonorum illius prædij; alij testes affirmant se scire qualitatem ædificiorum, & quòd sunt parte di pietra, & parte di terriccio, & licèt non omnino sciant quanta sit pars di pietra, & quanta di terriccio, non propterea vitiatur in totum eorum dictum, quia ista qualitas habito respectu ad totum prædium, & quòd ista ædificia rusticorum in æstimatione prædiorum non solent haberi in magna consideratione, non videtur multum alterare valorem prædij.

11 Ad octauum, quòd testes non sciant valorem terrarum, & alia nisi per relationem ad mensurationem cuiusdam Hilarij fuit dictum obiectum cessare respectu maioris partis testium, qui non faciunt mentionem de libro mensurationis Hilarij. Vltra quod nec alij videntur restringere causam scientiæ ad illum librum, vt patet ex lectura.

12 Ad nonum, quòd testes ignorent confinia, non fuit visum pariter subsistere: nam quantum ad primum testem licèt dicat se accepisse informationem de confinibus à secundo teste, quod etiam affirmat idem secundus testis, attamen hoc fuit ex abundanti, vt sunt verba eiusdem primi testis ibi, *ero informato per il passato della più parte, ma per meglio saperlo io sono tornato ad informarmi, & li ho tolto in nota.* Quoad quartum testem non obstat quòd sextus dicat se concertasse confinia cum quarto, dicendo, *parte ne haueuo io e parte, ne haueua lui*; quia hoc potest intelligi respectu denominationis, & scrupulosæ designationis, non autem quòd in substantia testes non haberent notum quousque extenderentur confines singulorum prædiorũ. Quoad nonum testem licèt ipse petierit à Martinello notulam confinium, non per hoc concluditur, quòd non fuerit per prius informatus, sed potuit desiderare prædictam notulam ex abundanti, vt videretur an corresponderet suæ informationi. Similiter quæ dicebantur de ignorantia confinium respectu vndecimi testis, visa fuerant cessare ex lectura totius dicti illius, & signanter, dum dicit, quòd confinia, quæ ignorabat, à rusticis discebat visitando dictas terras, & faciunt vulgares conclusiones, quòd testium dicta sunt adiuuanda, non cauillanda, Alex. *consil. 5. num. 12. lib. 4.* Corn. *consil. 172. num. 17. lib. 2.* Dec. *consil. 100. num. 2.* Roland. *consil. 33. num. 4. lib. 2.* & adsunt quamplures alij, qui non patiuntur similem exceptionem qui per se sufficiunt, & supplent alios, vt suprà dictum est.

13 Ad decimum, quòd testes ignorent quantitatem terrarum fuit dictum, immo contrarium esse verius, cùm deponant de quantitate bubulcarum, & valore vniuscuiusque bubulcæ, & patet ex dictis testium ponderatis in alia decisione in hac causa facta, vltra quod sufficeret quòd sciant qualitatem terrarum, & confinia cum valore cuiusque bubulcæ, quia facta mensuratione per peritum facilis erit calculus, sed in proposito adest etiam mensuratio descripta in inuentario, quæ probat contra describentem, & habentem causam ab eo, *l. final. C. arbitr. tutel.* Roman. *consil. 105. num. 3. versicul. cùm itaque.* Bald. *consil. 407. num. 6. lib. 1.* Castr. *consil. 393. numero 2. versic. ad tertium, lib. 2.* Socin. *consil. 159. num. 1. lib. 2.* Afflict. *decis. 313. in princ.* adsunt etiam libri Hilarij concordantes in mensura ab eo facta, qui saltem possunt deseruire pro adminiculo, stantibus circumstantiis, de quibus informantes pro Monte.

PAMPHILII.

Valentina Prætensæ Illegitimitatis.
Veneris 16. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Incestæ nuptiæ non impediunt susceptorum filiorum legitimitatem, quando impedimentum à coniugibus erat ignoratum, quando hæc ignorantia bona fide præsumatur; & quando etiam præsumatur dispensatio.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum non datur, vbi non constat de læsione, num. 1. vbi etiam, quòd de læsione debet constare plenè & concludenter.

Legitimitas probatur leuioribus probationibus vbi agitur de successione alicuius Baroniæ, n. 2.

Legitimi dicuntur filij etiam nati ex coniugibus coniunctis in secundo & tertio gradu, nisi constet coniuges habuisse scientiam dicti impedimenti, num. 3. vbi amplius

amplius quòd sufficit bona fides vnius coniugis.

Bona fides, & ignorantia impedimenti matrimonij in dubio præsumitur, n. 4.

Matrimonium, vbi fuit publicè contractum inter consanguineos præsumitur coniuges fuisse ignorantes consanguinitatis, & impedimenti, n. 4.

Ignorantia præsumitur ex absentia, n. 5.

Præsumtio vna tollit aliam, n. 5.

Matrimonium vbi est clandestinum ignorantia impedimenti in coniugibus non præsumitur, n. 6.

Matrimonium sine denunciationibus contractum dicitur clandestinum, num. 6. vbi tamen, quòd in dubio præsumuntur denunciationes factæ nisi contrarium probetur.

Matrimonium contractum inter consanguineos præsumitur contractum ex dispensatione Papæ ex longa cohabitatione in figura matrimonij, communique reputatione, & tractatu matrimoniali, n. 7. & 8. vbi quantum tempus requiratur ad præsumendum hanc dispensationem.

Dispensatio matrimonij contracti inter consanguineos præsumitur ex spatio decem annorum, n. 8.

Edere ad alterius instantiam, qui non habet aliquod interesse in editione nemo tenetur, n. 13.

Probatio non admittitur, neque expectatur, cuius euentus nihil operitur, n. 11.

Tituli inualidi productio excludit præsumtionem tituli validi, declaratur n. 12.

DECISIO CCCLIV.

1 POst plures propositiones causa maturè discussa Domini dixerunt non constare de causis restitutionis in integrum. Quia vbi sententia est iusta, cessat omnis læsio, sine qua non datur restitutio, *c. 1.* & ibi Abb. *n. 2. de restitut. in integr.* Salyc. *in l. 1. num. 8. & seq. C. si aduers. rem iudic.* vbi quòd læsio debet plenè & concludenter probari, quod etiam tradit Innoc. *in c. cum ex litteris, n. 7. vers. ego non credo.* & ibi Abb. *num. 16. de restitut. in integr.* Benitend. *decis. 85. num. 9.* & fuit dictum coram me in causa Oscen. Archidiaconatus 4. Maij 1607. & aliàs sæpissimè.

2 Iustitia verò sententiæ Rotalis clarè colligitur ex decisione in hac causa facta coram R. P. D. meo Cauallerio, in qua fuit firmatum inter Raymundum Seniorem, & Andulsiam auos paternos fuisse contractum matrimonium, ex quo cùm natus fuerit pater D. Raymundi Iunioris satis dicitur constare de eius legitimitate, itaut possit succedere in Baronia, ad quem effectum sufficiunt leuiores probationes legitimitatis, iuxta consil. Gemin. 27. sæpissimè in hac materia à Rota approbatum, Cæs. de Graff. *decis. 18. num. 9. de prol. eiunibus*, & fuit dictum in causa Parmen. Status 20. Martij 1556. coram Anton. August. & 6. Martij 1592. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & in quampluribus aliis causis.

3 Non obstat, quòd dd. Raymundus, & Andulsia essent inter se coniuncti in secundo & tertio consanguinitatis gradu. Quia vbi non probatur ambos coniuges habuisse scientiam dicti impedimenti, eorum ignorantia, & bona fides ex ea resultans prodest filiis, ita vt dicantur legitimi etiam ad effectum successionis, *cap. 2.* & ibi Ancharan. *in 7. not.* Abb. *in primo not.* & Præpos. *in 1. not. qui fil. sint legitimi.* Quinimo sufficit bona fides vnius ex coniugibus. glos. *in c. ap. referente, verb. ignorantiam, & in c. ex tenore, verb. legitimum, qui fil. sint legit.* Gemin. *d. cons. 27. post numer. 16. & cons. 66. in 3. dub.* Gabriel *de legitim. conclus. 1. num. 6. & conclus. 4. num. 2.* Couar. *de sponsal. par. 2. c. 8. §. 1. num. 5. in fine, & seq.* Caputaq. *decis. 150. num. 7. & 203. num. 3. part. 2.* & fuit dictum in causa Veneta Legitimitatis 16. Ianuarij 1589. coram Orano.

4 Quòd autem in casu isto excludatur scientia impedimenti, saltem respectu Andulsiæ, quæ potiùs in bona fide visum fuit Dominis satis probari, non solùm ex præsumtione iuris, de qua in dubio bona fides præsumitur, Couar. *vbi supra §. 1. num. 4.* & fuit dictum in causa Panormitana Illegitimitatis coram Bubalo 20. Iunij 1579. relat. inter impress. diuers. *decis. 477. in fine part. 5.* sed etiam ex vrgentissimis coniecturis, & præsumtionibus, quæ adducebantur tum ex eo quòd matrimonium fuit publicè contractum, Ruyn. *consilio 51. num. 16. versic. & quatenus. lib. 5.* Put. *decis. 95. num. 2. & seq. lib. 2.* tum ex tenera ætate ipsius Andulsiæ, item ex distantia loci vltra centum milliaria; ac denique ex depositione Annæ eius sororis germanæ, quæ pro parte Helenæ examinata deposuit se nesciuisse inter Raymundum, & Andulsiam fuisse aliquod vinculum consanguinitatis, ex qua redditur admodum verisimilis ignorantia impedimenti etiam respectu Andulsiæ, sicut enim ipsa Anna ignorauit impedimentum prædictum, ita verisimile est Andulsiam eius sororem illud ignorasse.

Neque vis fieri potest in capitulis matrimonialibus, in quibus fit mentio de dicto impedimento, quia non constat fuisse cum ea, nec in eius præsentia celebrata, ideóque ex eis inferri non potest ad aliquam scientiam ipsius circa dictum impedimentum, Caputaquen. *decis. 205. num. 2. part. 2.* & ita etiam cessant aliæ coniecturæ ad probandam scientiam, & malam fidem Andulsiæ, quæ visæ fuerunt satis leues, & in omnem euentum eliduntur ex contrariis, & vrgentioribus præsumtionibus suprà ponderatis. ad text. *in l. duos, ff. de restit. in integr.* 5

Non obstat, quòd ignorantia impedimenti non suffragetur vbi matrimonium est clandestinum, *cap. cum inhibitio, §. si quis verò, ad fin. de clandest. desponsf.* & matrimonium dicatur clandestinum quando contrahitur sine denunciationibus, vt per glos. ibi, *in princ. & §. si quis verò, in verb. clandestina*, cum aliis per informantes pro Domina Helena allegatis. Quia omissa hac quæstione quæ est multum controuersa, vt patet ex latè adduct. per Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. prima.* fuit responsum, obiectum in casu isto cessare, quia non probatur denunciationes fuisse omissas, prout probari debet, Henric. Boich. *in cap. peruenit, in fine, qui fil. sint legit.* & sensit Rota in causa Barchinonen. Matrimonij 19. Martij 1604. coram R. P. D. meo Decano, maximè quòd stante spatio tanti temporis interuenisse præsumuntur, iuxta not. *in l. si filius fam. C. de petit. heredit.* cum simil. 6

Sed difficultas videbatur Dominis cessare ex longa decem & octo annorum cohabitatione Raymundi, & Andulsiæ in figura matrimonij, ex ea enim iuncta præsertim communi reputatione, & tractatu matrimoniali præsumuntur dispensati ad validè contrahendum, non obstante dicto impedimento. iuxta decis. Verall. 269. *part. 1.* Achill. primam *de præsumt.* & Barchinonen. Matrimonij superiùs allegatam; non enim est verisimile, quòd Episcopus, & consanguinei, tam longam cohabitationem tolerassent, eósque veros coniuges reputassent, si dispensatio non interuenisset, præcipuè si illorum consanguinitas erat notoria, prout d. Helena prætendit, concurrunt etiam quòd inter partes fuerat conuentum, quòd dispensatio à Sede Apostolica communibus sumtibus impetraretur, & plura alia ponderata per informantes pro D. Raymundo, ex quibus de facili arguitur dispensationem interuenisse, ex latè adductis *in d. decisione*, facta in hac causa coram R. P. D. meo Cauallerio. 7

Nec placuit, quòd dicebatur ad præsumendam dispensationem requiri spatium quadraginta annorum, itaut minus non sufficiat, ex Put. *decis. 139. & 257 lib. 3,* quia fuit responsum sufficere tempus decem annorum, iuxta prædictas decisiones, & Put. in contrarium citatus loquitur secundùm contingentiam illius facti in quo aderat cursus quadraginta annorum, ex quo quidem dicit præsumi dispensationem, non autem, quòd tantum tempus requiratur, nec minus sufficiat, & fuit quòd spatio decem annorum præsumitur validum matrimonium 8

trimonium ad effectum legitimitatis prolis, Gabriel *de presumtion. conclus.* 1 *num.* 40.

9 Vltra quod quando etiam esset necessarium tempus triginta, vel quadraginta annorum in casu isto adest longè maius, si cum spatio decem & octo annorum, quo Raymundus, & Andulsia in figura matrimonij simul cohabitarunt coniungatur tempus quo ipsa mortuo eius viro fuit habita pro vidua, & eius filij pro natis ex legitimo matrimonio, & vti tales admissi ad quamplures actus per informantes relatos, ad quos solùm vxor, & filij legitimi admitti solent, quod coniungendum videtur, cùm tendat ad eundem effectum legitimitatis prolis, qui durat etiam post mortem coniugum.

10 Nec contrarium probatur ex diligentiis, quæ in hac propositione ad effectũ disputationis sine veri præiudicio fuerũt præsuppositæ, quia ex fide Officialis Pœnitentiariæ apparet, quòd in ea de illo tempore huiusmodi dispensationes concedebantur etiam in foro fori, quo fit, vt aliæ diligentiæ non suffragentur, quia deficit registrum illius tẽporis, sine quo diligentiæ non concludunt negatiuam non cõcessię dispensationis, ex latè adductis in causa Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij 1607. coram R.P.D. meo Ludouisio. Vltra quod dispensatio potuit obtineri à Commissariis Cruciatæ, qui de facto tales concedebant dispensationes, vt patet ex Breui Clementis Septimi, qui illas sic de facto concessas reualidauit.

11 Non obstat postremò, quod pro causis restitutionis informantes pro D. Helena adducebant, nempe quòd D. Raymundus tenebatur edere transumta dispensationis obtentæ à Commissariis Cruciatæ per ipsum habita, vt fuerat in hac causa in Rota decisum, sub die 9. Decembris 1609. Siquidem fuit responsum Helenam non fuisse ex hoc in aliquo læsam, ideóque cessare causam restitutionis: nam dato etiam quòd dicta transumta fuissent illi per D. Raymundum exhibita, & illa dispensatio fuisset inualida, non tamen cessaret præsumtio alterius dispensationis validæ, Put. *decis.* 356. *num.* 2. *lib.* 1. Vnde fuit opus vlterius insistere super huiusmodi exhibitione, cùm tali casu cesset interesse dictæ Helenæ, sine quo non potest pars cogi ad exhibendum, *l. in hac actione ff. ad exhibendum*, Ias. *in §. præterea, num.* 44. *& seqq. Instit. de action.* & facie regula quòd non admittitur, nec expectatur probatio eius, quod probatum non releuat, *c. cùm contingat. §. verum, de offic. deleg. l. ad probationem, la* 1. *C. de probat.* Federic. de Sen. *cons.* 148. *num.* 2. *vers. item facit alia*, Roman. *cons.* 216. *num.* 3. *vers. quartò idem ostenditur.* Præsertim cùm pro parte D. Raymundi fuerit pluries oblatum, quòd fabricaretur similis dispensatio arbitrio boni viri ad effectum, vt satisfaceret parti, quæ pluries requisita nunquam id acceptare voluit, quod clarè ostendebat talem exhibitionem ad alium effectum non fuisse petitam quàm ad differendam litem.

12 Nec visum fuit posse applicari id quod dicebatur de productione tituli inualidi ad excludendam præsumtionem alterius tituli validi, iuxta trad. per Ægid. *cons.* 10. *col.* 10. *in princ. vers. item & aliter respondeo*, Aym. *cons.* 134. *num.* 44. Quia fuit dictum hoc procedere in productione voluntaria facta coram Iudice à parte, quæ præsumitur meliorem titulum producere, vt dicunt dd. Doctor. & fuit dictum in causa Cremonen. Pensionis 3. Decembris 1581. relat. inter impress. diuers. *decisi.* 731. *numer.* 19. *part.* 1. Non autem in editione coacta, quæ fit parti ad effectum parendi Iudici, ex qua propterea non debet cessare præsumtio alterius tituli, tum quia editio ista valde differt à productione, vt patet ex tradit. per Doctor. *in l.* 1. *§. editiones, ff. de eden.* Tum etiam, quia productio facta ad vnum finem non præiudicat quoad alium & diuersum, Grat. *consil.* 14. *num.* 17. *libr.* 1. & bene facit quod dicit Surd. *decis.* 167. *sub num.* 4. *vers. alterum fundamentum.* Vbi quòd productio non infert approbationem, quando ex necessitate ad illam non trahitur, & in similibus terminis, quòd productio tituli inualidi facta ad alium effectum quàm in eo se fundandi non excludat producentem, quominus possit allegare alium titulum, tenuit Rota in causa Pampilonen. Decimarum 14. Maij 1610. coram R. P. D. meo Ludouisio. Pro quo etiam facit, quòd productio per Compulsum non operatur approbationem, Caputaq. *decis.* 193. *numero* 5. *part.* 1. Et fuit pluries decisum.

VBALDI.

Ianuen. Pecuniaria. Veneris 16. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Testes examinati à Notario sine Iudicis mandato, quando probent, quid de testibus examinatis ex sola citatione ad videndum illos iurare singulis diebus, & horis, quid etiam de testibus examinatis sine iuramento, de quo Notarius solùm enunciatiuè fidem facit, dicens, puta, iuratus, &c. Et quid etiam de testibus examinatis parte non citata, præsente tamen, & monita, quando Iudex fecit decretum de examinandis testibus, & quæ propterea dedit interrogatoria.

SVMMARIVM.

Testes examinantur à Notario etiam sine commissione Iudicis stante stilo loci sic examinandi, numero 1. *&* 2.

Citatio licèt fieri non possit à Nuncio sine mandato Iudicis, tamen ex consuetudine tale mandatum præsumitur, & citatio valet, num. 1.

Stilus probatur ex inspectione plurium processuum, numero 1.

Testes etiam nulliter examinati probant quando pars non opposuit & dedit interrogatoria, numero 1. *&* 11.

Stilus contra ius non valet, nec seruandus est, numero 2.

Citatio ad videndum iurare testes singulis diebus, & horis, valet, & in practica seruatur, numero 3. *&* 4. *Vbi quòd talis citatio sustinetur pro integro termino probatorio, immo etiam post terminum, dum tamen testes intra terminum iurauerint.*

Testes examinari possunt post terminum si iurarunt in termino, num. 3. *&* 4.

Citatio nullam habens temporis limitationem, nulla & inualida est, num. 4.

Testes sine iuramento examinati dicuntur, quando Notarius solùm enunciat quod iurarunt, &c. vel si dicat iuratus, &c. vel si dicat iuratus tactis scripturis, &c. Declara vt n. 5. *& seqq.*

Clausula seu dictio, & cetera, *comprehendit omnia, quæ sunt de natura, & substantia actus. numero* 7.

Monitio Iudicis supplet defectum citationis, num. 10. *&* 11.

Citationis defectus suppletur per præsentiam partis, num. 11.

DECISIO CCCLV.

TEstes primæ & secundæ instantiæ fuisse validè examinatos, Rota censuit vtraque parte informante, 1
non

non obstantibus pluribus nullitatibus contra vtrumque examen adductis: nam quoad primam nullitatem circa examen primæ instantiæ, quòd testes fuerint examinati coram Notario absque decreto & commissione Iudicis, ad cons. Gemin. 38. *num. 7.* cum aliis allegatis; fuit responsum quòd talis commissio & decretum facilè præsumitur stante stilo illarum partium recipiendi iuramenta, & examen per Notarium absque interuentu iudicis, de quo stilo constat ex attestationibus plurium Notariorum, & Causidicorum Ciuitatis Ianuæ, de quibus in summario D. Simonis, *numer. 5. & 6.* & ex fide Ordinarij Ianuensis, quæ data fuit sicut in simili, licèt citatio fieri non possit à Nuncio sine Iudicis mandato, tamen ex consuetudine tale mandatum præsumitur, & citatio valet, vt per Vant. *de nullit. ex defectu citat. n. 41.* Et quòd vbi adest huiusmodi stilus, valeat receptio iuramenti, & testium in manibus Notarij, est decisio Verall. 265. *par. 3.* qui etiam stilus comprobatur ex inspectione aliorum processuum illius Ciuitatis, vt fuit dictum in causa Florentina Iurispatronatus 3. Decembris 1607. coram Illustrissimo D. Cardinali Lancellotto, qui processus nè omnes irritentur vtilitatis causa, iste stilus videtur sustinendus, vt fuit dictum in causa Ciuitaten. Cōstitutionis Cappellaniæ 20. Februarij 1589. coram bon. mem. Seraphino; vltra quod pars aduersa dedit interrogatoria, nihil opponens de huiusmodi nullitate, vt fuit consideratum in causa Veneta fœderis Matrimonij 8. Iunij 1598. coram Reuerendissimo D. meo Decano, examinauit eodem modo.

2 Non obstat decisio in Aretina Spolij 1610. coram R. P. D. meo Coccino, quia intelligitur de stilo contra ius commune, vt ibi patet: sed hæc consuetudo recipiendi examen per Notarium non est contra ius, *Clement. prima, de offic. deleg.* Vestr. *in prax. lib. 6. cap. . sub num. 12. vers. quæ consuetudo.*

3 Secunda etiam nullitas, quòd citatio ad videndum iurare testes pro singulis diebus, & horis iuridicis, sit nimis vaga, & non arctet citatum, cessat ex eo quòd immo talis citatio valet secundùm practicam Aduocatorum, de qua testatur Bald. *in l. 1. 3. quæst. sub num. 8. vers. practica Aduocatorum dictas ff. si quis caut.* Caputaquen. *decis. 108. num. 2. part. 1.* & ratio est quia talis citatio non inducit perpetuam seruitutem, sed sustinetur pro integro termino probatorio, Bald. *in l. si quando, num. 11. C. de test.* Vestr. *in prax. libr. 6. cap. 2. sub numer. 21. versic. quæ verba*, immo etiam post terminum, dum tamen testes intra terminum iurauerint, Vestr. *ibidem*, & ibi Adden. *numer. 59*, Rota *decisio 3. de testib. in nou.* Caputaquen. *decis. 285 numer. 3. part. 3.*

4 Non obstat Caputaq *decis. 274 part. 3.* & aliæ decisiones allegatæ, quia loquuntur quando citatio nullam habet temporis limitationem, iuxta cons. Bald. 286. *Factum tale, libr. 1.* in proposito autem testes in prima instantia hoc iurarunt intra terminum, cùm duraret vsque ad diem 30. Aprilis, vt ostendunt informantes in facto pro D. Simone, & testes iurarunt die 13. & 15. eiusdem mensis, vt in eodem summario *num. 2.* & eodem modo saluatur iuramentum Decij, & Selungij, quorum vnus iurauit die 26. Aprilis, alter 28. eiusdem mensis, & sic intra terminum, qui durabat vt suprà.

5 Tertia nullitas ponebatur, quòd testes non iurarunt corporaliter tactis Scripturis, sed Notarius solùm enunciat quòd testis iurauit, quod non videtur sufficere, ad decis. Caputaq. 123. *& 246. par. 2. & d. decisio 285. & 295. part. 3.* Sed fuit responsum illas decisiones procedere quando verba Notarij sunt simpliciter enunciatiua, vt quando dicit *testis iurauit, &c.* quo casu Notario non creditur, quia attestatur de actu præterito, de quo fortè non est rogatus, vt *d. decis. 285. & 295. part 3.* ...tiam si dicat, iuratus tactis Scripturis *d. decis. 246. part. 2.* Et certum est quòd verbis Notarij enunciatiuis non creditur, Butr. *cons. 32. in princ.* Cardin. *consil. 10. numer. 7. vers. hic dico*, Alex. *consil. 147. num. 5. libr. 6.* Secus videtur quando dispositiuè attestatur de iuramento, vt hîc per verbum denotans actum, de quo ipse rogatus fuit, cum designatione diei & horæ, & quem describit in libro actorum, Caputaq. *d. decis. 285. num. 4.* & fuit dictum in Papien. Matrimonij 18. Nouembris 1595. coram Illustrissimo Mantica, & licèt non dicatur, tactis Scripturis, tamen quando Notarius, vt suprà attestatur de iuramento, præsumitur illud interuenisse eo modo, quo debuit, vt bene declarat Imol. *consil. 86. num. 1. 2. & 3.* & fuit in simili dictum in dicta Ciuitaten. Constructionis Cappellæ 20. Februarij 1589. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & in Calagurritana oblationum 26. Martij 1590. coram Reuerendissimo Perusino, & apud Cæs. de Grass. *decis. 13. num. 6. & 15. de testibus.*

Quæ eo magis procedunt stantibus pluribus circumstantiis, quæ hîc concurrunt. Primò, quòd Notarius testatur de iuramento in actu separato ab actu examinis sub certa die, & hora, vt dictum est, & patet in dicto summario *num. 2.* quo casu Notarius fidem meretur, iuxta practicam, de qua Bart. *in l. Theopompus, num. 1. ff. de dot. præleg.* quam Rota sequitur, vt fuit dictum in causa Clusina Pensionis 30. Martij 1576. coram bon. mem. Card. Blanchetto. Secundò, quia iuramentum fuit præstitum sub termino citationis, vt suprà est ostensum, & fuit resolutum in d. Clusina Pensionis, & in dicta Ciuitaten. Constructionis Cappellæ, coram Seraphino. 6

Tertiò accedit, quòd Notarius apposuit illam dictionem, *& cætera.* Testis iurauit, & cætera, sub qua comprehenduntur, omnia quæ sunt de natura & substantia actus, Bartol. Socin. & alij *in l. gallus, §. idem credendum, ff. de liber. & posthum.* Bald. *consil. 289. num. 1. lib. 3.* latè Cephal. *consil. 88. num. 1. & seqq. lib. 1.* & in his terminis Imol. *d. consil. 86. num. 4.* Alciat. *in rubr. extr. de iureiur. num. 38. versic. secundus casus.* 7

Quartò, quia Notarius in extensione examinis dicit, Testis iurauit, & denuo ad cautelam iurat, & suo iuramento testificando dixit; quando autem Notarius vlterius procedit aliquid addendo ex quo deprehendi possit iuramentum verè interuenisse, vt debuit, tunc ei creditur, vt fuit dictum in dicta Ciuitaten. Constructionis Cappellæ, & in propriis nostris terminis in Vicen. Feudi 27. Ianuarij 1574. coram fel. recor. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore, in qua dicitur id fuisse solemniter resolutum in vna Beneuentana, coram bon. mem. Gropperio. 8

Quintò, corroborantur prædicta ex stilo communi illarum partium, probato vt suprà, secundùm quem sufficit attestatio Notarij, quòd testes iurauerint, quia stante stilo præsumuntur iurasse tactis Scripturis, vt concludit Alciat. *loc. cit. versic. tertius casus*, Couar. *in cap. quamuis, 1. part. §. primo, sub numero 2. in fine, de pact. in 6.* Menoch. *consil. 114. num. 18. lib. 2.* & fuit dictum in dicta Clusina Pensionis coram Blanchetto, in dicta Ciuitaten. coram Seraphino, in dicta Calagurritana coram Perusino, & in dicta Florentina coram Illustriss. Cardinali Lancellotto. 9

Quo verò ad secundum examen, siue secundæ instantiæ factum coram Subdelegato ab Episcopo Saonen. opponitur, quòd subdelegatio fuit facta die 12. Octobris 1600. in personam Præpositi Sancti Donati, cum facultate recipiendi iuramenta, & examen testium, seruatis seruandis, & tamen dicitur subdelegatus processisse ad examen de mense Augusti sequentis sine vlla citatione, ad videndum iurare coram dicto subdelegato, sed ista nullitas cessat ex decreto Iudicis facto dicta die 12. Octobris partibus præsentibus, cum monitione ad videndum iurare testes tam in Ciuitate Saonæ coram Iudice causæ, quàm Ianuæ coram subdelegato pro singulis diebus & horis, durantibus dilationibus probatoriis, vt in summario D. Simonis *num. 8.* quæ dilationes fuerunt prorogatæ die 31. Iulij 1601. ad 20. dies, & die 18. Augusti ad alios decem dies, vt fuit ostensum ex processu: testes autem iurarunt à die 13. Augusti vsque ad 28. eiusdem mensis, vt in dicto summario *num. 9.* & sic durante termino. 10

Nec obstat defectus citationis, quia sufficit fuisse partes præsentes coram Iudice delegante, qui eas monuit ad

ad videndum iurato, vt suprà dictum est, partium enim præsentia supplet defectum citationis, vt fuit dictum in causa Veneta Fœderis Matrimonij 8. Iunij 1598. coram D. meo Decano, neque coram Receptore, vel delegato, erat necessaria ad hoc alia citatio, vt fuit resolutum in Calagurritana Oblationum 26 Martij 1590. coram Reuerendissimo Peruino. Et prædicta corroborantur tum ex eo quòd pars aduersa seruauit per omnia eundem modum; tum ex eo quòd dedit interrogatoria, ex quo vide-
10 tur neglexisse nullitates hodie propositas, Put. *decis.* 301. *lib.* 3. & suprà dictum est, & licèt ex hoc solùm non sanarentur aliæ nullitates examinis, præsertim sine commissione sanatoria arbitrio Rotæ, vt in decisionibus ex ad-
11 uerso allegatis, tamen ex prædictis saltem simul iunctis & consideratis, vt suprà, Domini resoluerunt pro validitate primi & secundi examinis.

12 Circa tertium verò factum vigore remissoriæ Rotalis, nihil concluserunt, cùm DD. Simon & Carolus non videntur velle eo vti, & sine veri præiudicio supponeretur nullum, vt etiam videtur supposuisse Rota in hac causa 7. Iunij 1610. coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellotto.

PIROVANI.

Albanen. Beneficiorum Lunæ 9. Aprilis 1612.

ARGVMENTVM.

De non integra transportatione actorum; quando reddat sententiam nullam.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur nulla ob non integram actorum transportationem, n. 1.

Iudicis assertioni in sententia dicentis, visis actis, &c. nō creditur, quando apparet acta non fuisse transportata, n. 1.

Actorum integra transportatio, si non fuerit facta, sententia redditur nulla, n. 1.

Actorum transportatio coram tertio iudice sufficit, quòd fiat omnium actorum transportatorum coram secundo iudice, n. 2. declaratur n. 3. & seqq.

Negatiua ex visione actorum non probatur, nisi constet fuisse factam diligentiam in omnibus actis, n. 3.

Sententia nulla semper remanet quando fuit lata non visis actis cum quibus priores iudices pronunciarunt, num. 4.

Sententia vnica verborum structura prolata reputatur indiuidua, nec propterea potest pro parte valere, & pro parte non, n. 5. & 6.

DECISIO CCCLVI.

1 CVm in hac causa 27. Maij anni præteriti fuerit resolutum processus transportatos coram bon. mem. Cardinali Maffeo non esse integros, nec legales, visum est Dominis esse respondendum sententiam eiusdem Cardinalis fauore D. Abbatis Tagliaferri latam esse nullam. Vera namque est conclusio vtroque iure tam communi, quàm speciali, ex dispositione Sacri Concilij Trident. *sess.* 24. *c.* 20. *de reform.* §. *præterea.* sententia non transportatis actis esse nullam, quia non visis actis iudex non potest absoluere, vel condemnare. *l. properandum*, §. *& si quidem.* vbi Bart. *num.* 6. *C. de iudic.* Felyn. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 16. *vers. ad id quod notat Bald. de constit.* Cæs. de Graff. *decis.* 9. *n.* 5. *&* 6. *de caus. possess. & propriet.* & sæpissimè fuit dictum sequendo eam Sacri Concil. dispositionem signanter in causa Britinorien. Bonorum 15. Nouembris, & 4. Iunij 1598. coram Reuerendissimo Dom. Penia Decano, & in Imolen. Saluiani 30. Octobris

1600. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore. Et in tantum procedit conclusio, vt hæc qualitas transportationis verificari nequeat in assertione iudicis in sententia, sed ex actis omnino sit iustificandū. Socin. *cons.* 47. *num.* 15. *lib.* 4. quod ipsum firmauit Rota in Lauden. Deuolutionis 13 Maij coram bo. me. Corduba.

2 Non obstat, quòd sententia Cardinalis sustineatur ex quo iudicauit cum ijsdem actis cum quibus pronunciauit Pinzochus vltimus iudex cuius sententiam prætebatur infirmari, & coram quo alia non erant transportanda, etiamsi facerent ad causam, prout fuit dictum in Auximana Tutelæ 17. Februarij 1572. coram Rubeo, & iterum in Bononien. Bonorum 16. Ianuarij 1601. coram R. P. D. Litta.

3 Fuerunt enim datæ plures responsiones, primò non constare in facto, quæ acta fuerint transportata coram Pinzocho, vt exinde inferri possit Cardinalem cum iisdem iudicasse, neque super eo quòd talis transportatio non reperiatur in actis adnotata, probatio perficitur, quia hic non est modus probandi negatiuam nisi diligentiæ concludāt in omnibus locis in quibus potuerit fieri adnotatio transportationis, vt fuit dictum in causa Burgē. Canonicatus 19. Ianuarij 1607. coram Reuerendissimo Ludouisio, & in Valentina Illegitimitatis 16. Martij coram R. P. D. Pāphilio. Potuit enim talis adnotatio fieri super iisdem extractibus non transportatis, vt ex fide Notariorum quæ data fuit, cui vel erit credendum, vel erit probandum quòd aliunde, quàm apud acta adnotatio prædicta fieri non soleat.

4 Secundò fuit responsum, quòd sententia Cardinalis nedum reuocauit sententiam Pinzochi, sed etiam Auditoris Cameræ, & Moscliani, quæ fuerunt latæ cum omnibus actis integris, & legalibus, ac præterea vnionem nullam declarauit, quibus non transportatis facere non potuit, cùm semper sententia remaneat nulla, non visis actis cum quibus priores iudices pronunciarūt, Vant. *de nullit. tis, à quo & quib. num.* 21. *vers. nec sufficeret.* post Bart. *in l.* 2. *num.* 5. *C. de ed.*

5 Nec visum est saltem pro reuocatione sententiæ Pinzochi sententiam Cardinalis posse sustineri, cùm reuocatio plures sententias comprehendat, & ex nullitate in parte reuocante priores inferri non possit ad nullitatem sententiæ Pinzochi quæ dicitur caput separatum, Surd. *decis.* 176. *num.* 4. Contar. *de moment. limit.* 1. *num.* 38. cui reuocationi non conuenit exceptio non transportationis actorum prout respectu priorum posset obstare, ex quo Pinzochus cum iisdem actis iudicauit.

6 Nam fuit dictum ex iisdē responsionibus cessare obiectum, quia si non apparet cum quibus actis pronunciauerit Pinzochus, & super vnione declarauerit Cardinalis non visis actis, quæ debuerant transportari, consequitur vitio nullitatis laborare, vt suprà dictum fuit. Præterea animaduerterunt Domini omnes sententias vnica verborum structura in reuocatione fuisse comprehēsas, & sic vniuersaliter, quo casu tanquam indiuidua non potuit pro parte valere, sed in totum remāsit nulla, Afflict. *decis.* 218. *num.* 4. Put. *decis.* 323. *lib.* 1. & quod dicebatur sententiam Pinzochi fuisse pariter nullam eodem defectu, existimarunt Domini pertinere ad aliam inspectionem, quia Capitulum non se fundat in ea, sed super nullitate sententiæ D. Cardinalis, quæ fuit opposita. Et ita fuit resolutum, &c.

REVER. D. LVDOVISII.

Romana Domorum. Lunæ 9. Aprilis 1612.

ARGVMENTVM.

De testibus deponentibus super rei valore, & pretio, quomodo deponere debeant ad hoc vt ex eorum depositione læsio probata dicatur.

SVMMARIVM.

Læsio non præsumitur nisi probetur, quia res semper præsumitur vendita iusto pretio, n. 1.

Læsio probanda est tempore contractus, nec de præsenti valore præsumitur in præteritum, nisi quando modicum intercesserit interuallum, n. 2.

Pretium rerum stabilium non cognoscitur ex quantitate pensionum res locatæ, n. 3. vbi quòd quatenus à quantitate pensionis esset arguendum ad quantitatem pretij, tunc facienda esset calculatio ad rationem quinque pro centenario.

Pretium seu valor rei non probatur per testes deponentes de iudicio suo, n. 4.

Testis recusans respondere interrogatoriis nõ probat, n. 5.

Testes super valore & pretio rei deponentes debent considerare omnes qualitates rei de cuius valore agitur, n. 6. & 7. vbi ponuntur exempla dictarum qualitatum.

Valor seu pretium rei diminuitur per qualitates in contractu venditionis deductas, n 8.

DECISIO CCCLVII.

1 PRopositi dubium de ordine Rotæ an constet de læsione quæ suffragetur D. Flaminiæ, & litis consortibus, quod informantes tantùm Virgilio fuit negatiuè resolutum, quia læsio non præsumitur. *l. nam & postea, §. minor, & ibi not. ff. de iniur.* Gozad. *cons. 44. num.* 8. Grat. *consil. 157. num. 10. lib. 2.* Natta *consil. 650. num.* 8. Cephal. *consil. 3. in fine.* res enim præsumitur iusto pretio vendita. Bald. *in l. si fundus, in fine, ff. de reb. cor.* Pinel. *in l. 2. par. 3. c. 4. num. 43. C. de rescind. vendit.* Menoch. *consil. 358. numer. 23.* & fuit dictum in illa Montis Falici 25. Maij præteriti coram me.

2 Testes verò examinati eam non probant, quia deponunt habito respectu ad tempus præsens, & tamen valor rei, ac læsio sunt consideranda secundùm tempus contractus, *l. si voluntate, C. de rescind. vendit. c. ad aures, de reb. Eccles. non alien.* gl. Bart. & alij *in l. 2. C. de rescind. vendit.* Angel. *cons. 311. col. 3. vers. ad illud autem*, Guido Pap. *q. 157.* Aym. *cons. 114. n. 16.* pretia enim rerum variantur ex tempore. *l. pretia rerum, §. nonnulla ff. ad l. Falcid.* & licèt aliqui velint ex valore præsentis temporis inferri in præteritum, attamen procedere potest quando modicum interuallum temporis intercessit, Bald *in d. l. 2. col. fin. n* 28. Castren. *num. 4. in fine.* Crem. *num. 227. & 229. C. de rescind. vendit.* Natta *consil. 353. n. 2.*

3 Quamuis autem primus testis videatur percutere annum 1595. attamen nihil probat, quia pro ratione adducit quandam somniatam locationem, quæ vbi esset vera, non probaret valorem fructuum domus, Sarnen. *in reg. de valore, q. 11.* dixit Rota in vna Neapolitana Census 4. Decembris 1589. coram Laurerano, & in vna Clodien. beneficij 19. Decembris 1603. coram me, & vbi probaret quantitatem, & valorem redditiuum, attamen in domibus & ædificiis ex solis redditibus non cognoscitur pretium, vt per Natt. *cons. 332. n. 4.* quando autem à quantitate pẽsionis esset arguendum ad quantitatem pretij, in casu isto excluderetur omnis læsio calculando, vt faciunt informantes ad rationem quinque vel circa pro centenario. iuxta glos. *in auth. perpetua, C. de sacros. Eccles.* quam sequuntur communiter Doctores. Ias. *in l. fundum per fideicommissum, num. 5. vers. item adde, ff. de leg. 1.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 6. num. 19.* Couar. *lib. 3. var. resolut. c. 9. n. 5.* & fuit in his terminis resolutum in Romana de Magdalenis 2. Maij anni præteriti coram R. P. Dom. Ineo Coccino.

4 Minus etiam probat dum dicit domum tunc temporis tantum valuisse suo iudicio, vt fuit dictum in vna Romana Rescissionis Contractus 30. Octobris 1602. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, & in Romana Casalis Iuliani 1595. coram R. P. D. Litta.

Super secundo teste non est facienda vis; quia 5
vltra quod saper pluribus interrogatoriis respondere recusauit, & propterea nihil probat, Nell. *in pract. de testibus num. 99.* retractauitque suam depositionem conscientia, vt ipse dicit, ductus, ipse ignorat confinia domus, & apothecæ, vt fatetur iuxta 16. interrogatorium, & testis qui hoc ignorat non potest concludare verum valorem rei, vt idemmet testis fatetur iuxta 16. interrogatorium, & comprobatur ex traditis per Alex. *cons. 54. n. 4. & 5. lib. 7.*

Accedit etiam quòd prædicti testes non considerant plures qualitates iustum pretium minuentes, & ob 6
id imperfectè deponunt Menoch. *cons. 358. num. 28. vers. respondetur.*

Qualitates autem plures recensentur ab informantibus, videlicet, quòd fuit nõ tota domus sed eius pars vẽdita, propter quod res dicitur vilioris pretij, Menoch. 7
post alios quos allegat *d. cons. 358. n. 29.* & quòd fuit empta à carcerato plurimo ære alieno grauato sine cautione euictionis, vt fuit dictũ in Romana Palatij 5. Maij præteriti coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Romana Restitutionis Domunculatum 22. Iunij 1609. coram eodem.

Concurrunt etiam aliæ qualitates latè deductæ per informantes quæ cum minuant pretiũ, excludunt etiam 8
læsionem. Pinell. *in d. l. 2. p. 3. c. vlt. num. 11. & seq.* Tiraq. *de retract. conuen. num. 25.* dixit Rota in supradicta Romana Rescissionis Contractus, & in d. Romana Palatij.

REVEREND. D. SACRATI.

Romana Societatis. Veneris 16. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Socius, an lucretur pecuniam acceptam ad societatem officij quando is, qui dedit pecuniam pro delicto fuit condemnatus ad mortem, & morti traditus.

SVMMARIVM.

Socius in societate officij an lucretur societatem per mortem socij furca suspensi, n. 1. & seqq.

Mors naturalis dicitur etiam illa quam facit furca suspẽsus, n. 1. & seqq.

Verba intelligenda secundùm naturam actus, qui geritur, & secundùm id quod verisimiliter fuit cogitatum à contrahentibus, n 4.

Contrahentes non præsumuntur cogitasse de insolitis, num. 5.

Societas officij an sit finita quando consocius fuit condemnatus ad mortem, & effectus seruus pœnæ, n. 6

DECISIO CCCLVIII.

QVidam Ioannes Baptista Canaparius dedit plures pecuniarum summas ad societatem officiorum cũ 1
solito pacto, quòd moriente ipso Ioanne Baptista morte naturali non violenta illata ab homine ferro, veneno, aqua, igne, vel aliàs quomodolibet violenter, pecuniæ lucri fierent à socio; euenit quòd idem Ioannes Baptista ob sua delicta per manus iustitiæ laqueo suspensus interiit, fuit coram me dubitatum, an per istam mortem esset locus facto de superlucrandis pecuniis, & pro affirmatiua conclusum, quia vera ista est mors naturalis ad differentiam ciuilis, vt per Bald. *consil. 8. numer. 3. libr. 4.* & non potest dici illata ab homine, quia mors, quæ infligitur de ordine iustitiæ, non attribuitur homini, sed legi, vt est tex. *in capitul. homicidas, & in capitul. si homicidium, in fin. 23. quæst. 5.* & latè per Modern. Fanen. *tract. de societat. capitul. 19. per tot.* cuius rationes placuerunt Dominis &

quare

quatenus posset dici illata ab homine, non tamen erit illata violenter, prout requirit pactum cùm sit illata secundùm legem, & rationes, *cap. quos Deus, verbo, violenter, quæst.* 1. vbi glos.

2 Non obstat, quòd immo erit illata violenter ab homine, quia verè non est ipsa lex, quæ occidit, sed carnifex. Vnde si carnifex nunquam percuteret, nunquam moreretur, condemnatus est etiam violenter, quia semper dicitur mors violenta, quando causatur à nocumento extrinseco, vt videtur de mente Bald. *d. consil.* 8. & latè tradit Diuus Thom. *in summ. par.* 3. *q.* 14. *art.* 2. *in quodlib.* 1. *ar.* 3. vbi propterea concludit, quòd licèt D.N. passus fuerit voluntariè, iuxta illud Isaiæ, oblatus est, quia ipse voluit, eius tamen mors fuit violenta, quia causata à nocumento extrinseco.

3 Quia respondetur, mortem quidem Ioannis Baptistæ fuisse violentam ad differentiam mortis naturalis quæ causatur à nocumento intrinseco, sed non propterea posse dici illatam ab homine, vt vult pactum, quia homo in hoc casu seruit tanquam merum instrumentum, & res inanimata, vt *in dict. cap. homicidas, & cap. si homicidium*, vel saltem quatenus posset dici illata ab homine, non erit illata violenter, vt habetur in aduerbio *violenter*, posito in fine pacti, quod illud totum qualificat, *cap. olim, de rescript. l.* 1. *C. de liber. præt. l. doli*, vbi Bart. *in summar. ff. de seru. corrupt.* Alexand. *consil.* 101. *num.* 10. *libr.* 3. Decian. *consil.* 70. *num.* 19. *& seq. lib.* 3. nec facit quinimo dicitur illata violenter cùm peruenit ex nocumento extrinseco, per Doctor. suprà allegat. quia dum partes in mortis inferendæ per hominē addiderunt verbum violenter aliquid plusquam nocumentum extrinsecum, etenim eo ipso quòd erat illata ab homine, erat illata per nocumentum extrinsecum, vnde aduerbium violenter, staret otiosè, & sine ministerio, contra regulam, de qua *in c. si Papa, de priuil. in* 6. *in l. si quando, in princ. vbi glos. verb. frustra, ff. de legat.* 1. Bald. *in rubric. C. de contr. emt. numer.* 9. Roman. *consil.* 188. *numero* 5. Alexand. *consil.* 11. *num.* 11. *lib.* 2. Roland. *consil.* 61. *num* 14. *& seq. lib.* 3. & consequenter illud aduerbium violenter, debet intelligi, quòd sit illata ab homine contra ordinem iustitiæ, quia non reperitur alia violentia, quæ possit adesse & abesse à morte illata per hominem, quàm ista, quę opponitur iustitiæ.

4 Et iste intellectus suadetur ex eo, quia exceptio mortis illatæ ab homine non videtur adinuenta propter aliud, quàm ne aliàs per illum, qui est lucratus pecunias, parentur insidiæ vitæ illius, qui dedit pecunias, etenim antiquis temporibus, in quibus societas per mortem officialis, vacabat ad lucrum Cameræ Apostolicæ, non fiebat ista exceptio, sed quomodocumque moreretur officialis erant amissæ pecuniæ Societatis; cùm igitur istud periculum cessat in morte, quæ infertur de ordine iustitię, debet cessare, & cautela adnotata *in l.* 1. vbi Bald. *in princ.* Salycet. & Castren. *num.* 1. *de nautic. fœnor.* gl. *in l.* 3. *verbo, propinqua mortis, ff. de donat. caus. mort.* Roman. *consil.* 404. *num.* 9. & quatenus verba omnino repugnent, debent intelligi secundùm naturam actus qui geritur, Bald. *consil.* 343. *in princ. lib.* 1. Corn. *consil.* 6. *num.* 17. *versic. ex quibus, lib.* 2. & illud quod verisimiliter fuit cogitatum, Bald. *consil.* 159. *numer.* 5. *versic. Nam verb. libr.* 3. Angel. *consil.* 249. *num.* 2. Crauet. *consil.* 3. *num.* 11. & periculum vitæ modernarum societatum subrogatum in locum vacationis officij, de quo in antiquis societatibus, quæ sunt nunc, ita & tunc contingebant, & quocunque genere mortis quatenus verba omnino non repugnent, censendum est subrogatum cum iisdem qualitatibus ad regulam subrogatum, de qua per Gabr. *tit. de reg. iur. concl.* 2. *per totam*, vbi ponit multa similia.

5 Non obstat, quòd in morte illata de ordine iustitiæ possint cadere insidiæ, puta in subrogandis testibus, vel corrumpendo Iudicem, quia istæ sunt res nimis insolitæ, & à longè petitæ, de quibus non præsumitur contrahentes cogitasse, Angel. *cons.* 176. *n.* 2. Dec. *cons.* 74. *n.* 2. Gozad. *cons.* 94. *n.* 41. *& seq.* Natt. *cons.* 181. *n.* 2. Sil. *cons.* 56. *n.* 24. Roland. *cons.* 45. *n.* 3. 20. *&* 22. *lib.* 2.

6 Quæ dicebantur, quòd Io. Baptista post sententiam capitalem effectus fuerit seruus pœnæ, & inde finita societas, vnde de tempore eius mortis non adfuerit, quòd vacauerit, & similiter quòd societas fuerit contracta de pecuniis furtiuis, ad quorum restitutionem detecto furto fuerunt in vtroque foro obligati, illi, qui eas recuperant. Vnde non potuerint lucrifieri per mortem Ioannis Baptistæ, fuerunt per DD. seruata ad aliam inspectionē.

MANCANEDI.

Romana Lapidum & Statuarum. Lunæ 14. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Thesaurus inuētus in fundo emphyteotico ab emphyteota spectat ad emphyteotam inuenientem, non autem ad dominum directum, & idem de Statuis, seu Lapidibus in eodem emphyteotico fundo repertis.

SVMMARIVM.

Thesauri inuentio æquiparatur inuentioni Statuarum, vel Lapidum, & cui de iure thesaurus inuentus acquiritur, illi eidem acquiruntur Statuæ, & Lapides, numer. 2.

Thesaurus est quædam vetus depositio pecuniæ, cuius nō extat memoria, vt iam dominus non habeat, sitque eius qui illum inuenerit, n. 2.

Thesaurus inuentus in agro emphyteotico ab emphyteota, spectat ad ipsum emphyteotam, n 3 4 *&* 6.

Emphyteota dicitur dominus fundi emphyteotici, n. 4.

Emphyteota habet vtilem actionem pro petendo fundo emphyteotico, n. 5.

Thesaurus inuentus casu fortuito spectat ad inuenientē non quando est inuentus data opera, declara vt n. 7.

DECISIO CCCLIX.

1 VErtente lite in Rota coram me, inter Venerabile Monasterium Sanctorum Io. & Pauli ex vna, & filios & hæredes Camptitij Carneualij ex altera super Statuis, & aliis Lapidibus in fundo possesso per dictos hæredes repertis, cuius fundi Monasterium prætendit se esse Dominum directum, & sic ad ipsum saltem pro dimidia dictas Statuas & Lapides spectare. Præfati autem hæredes contendunt ad ipsos etiam tanquam emphyteutas omnino pertinere. Vnde dubitaui an dictæ Statuæ & alia bona excauata in dicto fundo spectent ad Monasterium, & pluries causa proposita, quia Domini diuersimodè sentiebant, non potuit resolutio capi vsque in hodiernum diem, in quo vtraque parte informante Domini ad dubium negatiuè responderi censuere.

2 Et quamuis pro parte dictorum hæredum dominium directum Monasterij validè controuertebatur, illúdque negabant, & adducta per Monasterium non in totum satisfacere videbantur pro fundando illius dominio. Nihilominus ista controuersia reiecta, & admisso citra veri præiudicium, quòd dominium directum resideat penès Monasterium, Domini dixerunt ad illud dictas Statuas & Lapides non pertinere, moti vnico & præcipuo fundamento, nempe, quia adæquabant inuentionem istarum Statuarum, & Lapidum inuentioni thesauri abscōditi in agro, itaut dispositum circa thesaurum, videatur dispositum circa istas Statuas, & Lapides, Paulus enim Consultus *in l. nunquam, versicul. thesaurus, ff. de acquir. rer. domin.* thesaurum diffinit, quòd est quædam vetus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat, sic enim fit eius, qui inuenerit, vt sunt verba tex. prout etiam exponit *l. vnica, C. de thesaur.*

hoc dominationi suæ indicarunt, non præscripserunt, vt pro sua prudentia ita prouideat cultui, & celebrationi Diuinorum, ne ciues & aduenę in vtroque homine detrimenta patiantur, &c.

REVER. D. SACRATI.

Conchent. Beneficij de Valdeiudios.
Mercurij 13. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Constitutio quando dicatur pœnalis, ex eo quod actum annullet, lucrum auferat, vel ius quæsitum tollat, quando per non vsum dicatur sublata Principe sciente, & non contradicente, seu ipsius officialibus.

SVMMARIVM.

Scripturæ ordo demonstrat quid antea, & quid postea factum fuerit, n. 1.
Probatio vna coadiuuat aliam, n. 2.
Camera circa expeditionem litterarum debet regulari à stilo Cancellariæ, n. 3. declara vt n. 4.
Cancellariæ vsus vbique attendendus est, n. 3.
Constitutio, vt tollatur per non vsum, est necessaria scientia Papæ cum longissimo temporis cursu, & multiplicitate actuum in loco vbi Papa est præsens, n. 5. & 6. vbi etiam an ex scientia officialium Papæ inferatur ad scientiam ipsius Papæ, & n. 7. vbi an requiratur consensus expressus Papæ, an verò sufficiat tolerantia cum scientia.
Scientia Officialium Papæ an arguat scientiam Papæ ad effectum tollendi constitutionem per non vsum, numer. 5 & 6.
Dubietas iuris æquiparatur dubietati facti, & excusat à pœna contrauenientem, n. 8. & 9.
Dispositio dicitur pœnalis, quando agit de tollendo ius quæsitum, n. 9. & 10. vbi declaratur.
Actus annullatio non est propriè pœna, n. 11.
Pœna incurritur ex sola negligentia, n. 12.

DECISIO CCCLXI.

1 DOmini persliterunt in decisis coram me in hac causa sub die 14. Nouembris proximi, fundamentis de quibus in decisione tunc extensa. Ad illud quòd non probetur consensus extractos pro parte Gregorij fuisse annotatos post quindecim dies, ex quo non adest Missa à qua cognoscitur, an sint annotati intra quindecim dies, vel pòst, fuit responsum, immo hoc posse cognosci sine Missa, nempe ex ordine Scripturæ iuxta modum datum ab ipsamet constitutione, vt cōsiderauit Rota in causa Veronen. Sancti ZENONIS coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis. 247. in princip. part. 1.* quod etiàm est regulare in aliis materiis, vt *in §. quibus*, vbi Bald. *num. 5.* Bart. *num. 18.* Castren. *num. 12. in 1. const. Cod.* glos. *in cap. cum dilecta, verb. transportantes, de rescription.* Bald. *in l. de rebus, numer. 5. Cod. de donat. ante nupt.* Ioann. Andr. *in capit. 1. numer. 2. versic. primo casu, de iureiurand. in 6.* Marsil. *singul. 72. n. 2.* Alex. *consil. 112. n. 4. lib. 5.*

2 Et prædicta probatio coadiuuatur ex fide Notariorum, testibus, & aliis probationibus pro non vsu ponderatis in alia decisione, est enim clari iuris, quòd probationes se ad inuicem coadiuuant, vt per Scriben. *in capit. cum causam.* iuncta gloss. *verb. adminicula. de probat.* Butr. *in c. veniens, il primo, de testibus.* Anchar. *cons. 376. n. 4.* Alex. *con. 53. n. 4. lib. 1.* Paris. *consil. 3. n. 94. & seq. lib. 4.* latè Gabr. *concl. 1. de probat.*

3 Ad multos consensus adnotatos infra quindecim dies nuper extractos pro parte D. Gabrielis ad probandum vsum constitutionis satisfacere visa fuit responsio data in alia decisione, ex cons. Dec. 11. *num. 10.* cum aliis tunc allegatis. Ad illud quòd decisio Oradini allegata in decisione in hac causa facta loquatur de Cancellaria, non autem de Camera, fuit responsum quòd immo magis dat robur non vsui probato in Camera, quia Camera circa expeditionem litterarum debet regulari à stylo Cancellariæ, Cæs. de Grass. *decis. 1. n. 10. de probat.* est enim Cancellaria Iudex expeditionum, & proinde illius vsus vbique attendendus, Cassan. *catalog. glor. mund. par. 4. consi. 13. vers. & inter officiarios.*

4 Vnde non obstat decis. Arigon. 1. in manuscript. *incip. est difficultas*, allegata pro parte D. Gabrielis, dum firmat ex receptione in Camera non inferri ad receptionem in Cancellaria, quia hi termini sunt contrarij; etenim ex stilo Cancellariæ corroboratur stilus Cameræ, non autem è contra, vt in casu decis. Arigon. vnde illa decisio potiùs facit pro hac parte, dum magis tribuit Cancellariæ, quàm Cameræ. Accedat quòd in omnem euentum illa decisio est multum periculosa, cùm nimis tribuat nō vsui aduersùs Constitutiones Apostolicas, contra ea quæ dicta fuerant in causa Romana Concordiæ Sancti Petri coram R. P. D. Caualerio allegata in decisione in hac causa facta.

5 Ad illud, quòd ex scientia Notariorum, tanquam officialium nimis inferiorum minimè inferatur ad scientiam Papæ inprimis necessariam pro validandi non vsu, vt fuit admissum, & firmatum in alia decisione, fuit responsum quòd ista scientia non potest negari; stante longissimo temporis cursu, & multiplicitate actuum in loco, vbi est præsens Papa, quicquid dicendum esset in locis remotis, ex traditis per Innoc. *in c. bonæ, numer. 1. versicul. has autem præsumtiones, de postul. Prælat.* Abb. *in c. 1. cum Ecclesia Sutrina, numer. 25. versicul. & an præsumatur scientia, de causa possess. & propriet.* Crauett. *de antiquit. temp. par. 4. §. materia, numer. 62.* Put. *decis. 217. numer. 2. versicul. dicebamus; & decis. 264. n. 2. versi. concurrebat etiam lib. 1.* Rota in causa Reatina Beneficij 20. Iunij 1576. coram bon. mem. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis. 116. n. 4. part. 1.*

6 Maximè quia officiales plerumque ex minoribus gradibus ascendunt ad maiores, signanter Clemens Papa Octauus, coram quo dum esset Rotæ Auditor, fuit facta prædicta decisio Veronen. Sancti Zenonis, & interuenit in aliis decisionibus factis in hac materia, & enumeratis in aliis decisionibus, sub die 14 Nouembris in hac causa facta, sciuit istum non vsum, & nihilominus illum permisit in Pontificatu Sixti Papæ V. dum esset Datarius, & successiuè in eius Pontificatu vsque ad annum 1604. quo tempore iussit constitutiones obseruari. Vltra quod est multum verisimile, quòd officiales superiores sint multum solliciti de his quæ faciunt Officiales inferiores, cùm ad officium prædictorum superiorum spectet continere istos inferiores in eorum officio, vnde tot ordinationes & reformationes quotidie emanant ab officialibus superioribus super iis quæ geruntur ab inferioribus. Quantum ad regulam Pauli III. & edictum Paulini Datarij post hanc causam factum fuit edictum, quòd ex illis potiùs probabatur non vsus, quia si constitutiones fuissent in vsu, non fuisset necessaria, nec prædicta regula, neque illud edictum.

7 Circa illud, quòd vt non vsus, seu contrarius vsus suffragetur in hac materia requiratur consensus expressus Papæ, fuit responsum, conclusionem procedere vbi adesset aliqua difficultas in contradicendo, etenim vt tolerantia Superioris suffragetur, requiritur ista facilitas contradicendi, vt latè per Felyn. *in c. 1. num. 6. versicul. lex noua, de treug. & pace*, at in proposito casu præsupposita scientia, quæ prædictis non potest negari, dicebatur per necesso inferri ad consensum, quia aliàs sine vlla prorsus difficultate potuissent Summi Pontifices prouidere, prout prouiderunt Paulus III. per regulam, & Clemens Octauus per suum edictum, quando voluerunt constitutiones obseruari.

8 Sed quod videbatur tollere omnem difficultatem fuit quia ex prædictis Domini nō intendebát præcisè firmare validitatem non vsus, seu contrarij vsus prædictarum constitutionum, sed tantùm quòd in isto non vsu, siue contrario vsu Gregorius fuerit excusandus ab amissione sui iuris, per ea quæ dicta sunt in secunda parte alterius decisionis, etenim negari non potest, quin ex prædictis ius constitutionum non sit valde dubium, quæ dubietas iuris excusat, cùm æquiparetur dubio facti, Felyn. *in c. de quarta, num. 27. de prascript.* Ruyn. *cons.* 128. *num.* 11. *lib.* 2. Socin. *cons.* 47. *num.* 10. *lib.* 1. Natt *cons.* 338. *n.* 10. Alex. *cons.* 92. *in fine, num.* 13 *lib.* 1. Corn. *consil.* 197. *num.* 3 *lib.* 4. Curt. Iun. *consil.* 18. *n.* 1. Cephal. *cons.* 407. *num.* 32. Quod magis de plano procedit, quando, vt in hoc casu, adest mixtura facti, *l. si vir, vbi glos. vers. procedere,* Bart. *num.* 1. *ff. pro donato,* Dyn. *in reg. possessor, num.* 40. *de reg. iur. in* 6. Cyn. *in l. venditioni, num.* 5. vbi Bald. *num.* 4. *C. de vsucap. pro emtore,* Bellam. *in c. vigilanti, num.* 47. *de prascript.* Rot. *decis.* 3. *de prascription. in nou.* Ægid. *decis.* 304. Felyn. *in dict. cap. de quarta, numer.* 36. *eodem tit.*

9 Non obstat, quòd hîc propriè non agatur de pœna, sed de impediendo lucro, vt in causa Sabinen. Pensionis, die 12. Decembris 1594. coram Illustrissimo Mantica, quia fuit responsum, immo agi de pœna, ex quo ius ab initio simpliciter quæsitum resignatario tollitur in casu quo annotatio infra quindecim dies non fiat, etenim quando ius ab initio simpliciter quæritur, si postea ob factum quid auferatur, dispositio dicitur pœnalis, vt latè fuit coram me deductum in causa Bononien. fideicommissi de Pannollinis, die 4. Februarij 1602. & tenuit in specie Crescent. *decis.* 209. *incip. regula de extenden. consensib. lib.* 1. *manuscript.* hîc autem ius ab initio simpliciter fuit quæsitum Resignatario per solam supplicationem, per ea quæ dicta sunt in alia decisione, & magis in specie prosequitur Mohed. *decis.* 5. *n.* 1. *de renunciat.* post Cassad. *decis.* 1. *eodem tit.*

10 Quibus non obstat decis. Braui relata inter diuers. impress. *decis.* 471. *num.* 1. quia illa decisio loquitur tantùm ad effectum pœnitentiæ resignantis, secus est quoad alios effectus, vt patet ex prædictis, vnde negari non potest quin constitutiones illud auferentes non sint pœnales, ideóque non obstat prædicta decisio Sabinen. coram Illustrissimo Mantica, quia in casu illius decisionis fuit ab initio, & in eadem supplicatione datum lucrum cum certa forma, & conditione; vnde nil mirum si illis non seruatis intrauit decretum, quia per illud non fuit oblatum ius, sed impeditum lucrum, quod est quid diuersum, vt consideratur in eadem decisione, & eo modo respondetur ad decis. Burgen. Abbatiæ 7. Februarij 1587. coram Cantuecio. Vltra quod illæ decisiones non firmant, quòd etiamsi agatur de lucro quis non possit excusari, si aliàs seruauit formam requisitam de iure communi, & excusatio nitatur causę rationabili, prout in hoc casu, immo dicta decisio Sabinen. Pensionis hoc videtur præsupponere, dum quærit, an sit locus excusationi.

11 Quo verò ad decisionem Hypporegien. Canonicatus 21. Octobris 1584. coram Orano, fuit responsum, quòd ibi non agebatur de auferendo iure, sed tantùm de annullando actu Collatoris, quæ annullatio non est propriè pœna, cùm Collator nihil de suo amittat, vt considerat ibi Rota post Bald. *in l. nemo martyres. num.* 6. *C. de sacrosanct. eccles.*

12 Non obstat quòd ex sola negligentia incurratur pœna *l. meminerit, C. vnde vi,* vt per Bartol. *consil.* 91. *num.* 4. Anchar. *cons.* 133. *in fin.* quia conclusio potest habere locum, quotiescumque lex est clara, & indubitata, tam quoad sui intellectum, quàm quoad vsum, quales non sunt istæ constitutiones, ex suprà allegatis. Et in hanc sententiam æquiorem, Domini faciliùs deuenerunt, ne annullarentur quamplures resignationes contra formam dictarum constitutionum per antea factæ, & ponatur in incerto status plurimorum Beneficiatorum, vt in simili considerauit Rota apud Mohed *decis.* 5. *de testamen.* Acchil. *decis.* 4. *in fin. de constit.* & in causa Oscen. Canonicatus coram Prospero relata inter diuers. impress. *decision.* 45. *in fine, libr.* 2. *par.* 3. Cætera minoris considerationis visa fuerunt bene sublata per informantes pro Gregorio.

REVEREND. D. SACRATI.

Romana Societatum. 1612.

ARGVMENTVM.

Interesse ab initio conuentum vsurariam sapit prauitatem, nec interesse lucri cessantis debetur propter propinquam lucrandi commoditatem nisi in specie probetur lucrandi occasio.

SVMMARIVM.

Interesse lucri cessantis seu damni emergentis non debetur sine mora debitoris, n. 1.

Interesse lucri cessantis non debetur ex sola propinqua potentia lucrandi, nisi etiam in specie probetur certa occasio lucri, n. 2.

Interesse conuentum ab initio contractus vsurariam sapit prauitatē, tam de iure Diuino, quā humano, n. 3.

DECISIO CCCLXII.

Domini dixerunt, fructus occasione societatum exactos per Petrum Mateum non posse cedere loco damnorū & interesse, ex causa lucri cessantis, seu damni emergentis, quia deficit principale requisitum, videlicet mora debitoris. *l. Lecta, vers. nec ante sortem, & vers. sed si quātitatem, ff. si cert. petat. l. in hac in fructu, ff. de cond. indeb.* Canon. *in c. salubriter. de vsur.* 1

Non probatur etiam lucri cessantis interesse ex potentia propinqua lucrandi, prout requirit Paul. de Castr. *in l. mora. ff. de eo quod cert. loc.* quia ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones pecunias ad lucrum collocandi, Rota non censuit probatam istam potentiam lucri propinquam, vt aliàs coram D. meo Gra. in vna Anconitana Pecuniaria tenuit, cùm requiratur in specie probatio quòd tempore interpellationis creditor haberet certam occasionem pecunias inuestiendi, vt per Alex. *in l... dissentio. in pr. n.* 1 *ff.. in c. cùm venerabilis, col.* 5. *de except.* Franc. Marc. *decis.* 167. *lib.* 2. Lap. *in l. vnic. n.* 41. *C. de sent. quæ pro eo,* quod communiter fuit ita resolutum in pluribus causis. 2

Nec etiam potest peti vti interesse ab initio conuentum, qui saperet vsurariam prauitatem, & conuentionis huiusmodi nulla est habenda ratio, tam de iure Diuino, quàm humano, vt per Reuerendum Patrem D.D. in causa Romana Expensarum, coram R.P. D. meo Decano 16. Decembris 1596. ex quibus, & aliis allegatis DD. censuerunt pro rata, per quam societates sustineri non potuerunt, fructus exactos cedere extinctioni sortis principalis. 3

VBALDI.

Ianuen Pecuniaria. Lunæ 18. Iunij 1612

ARGVMENTVM.

Testes quando possint examinari à Notario sine commissione Iudicis. Quando commissio præsumatur, & quid stilo seu consuetudine contraria existente.

SVMMARIVM.

Testes examinati à Notario sine commissione Iudicis sustinentur ex stilo dicti loci vbi examinati sunt, num.

num. 1. & 2. vbi quòd ex hoc stilo iudicis commissio præsumitur.

Citatio facta sine iudicis commissione sustinetur, & valida est ex stilo seu consuetudine contraria, numer. 2.

Testes videntur examinati de mandato iudicis eo ipso, quòd iudex admittit articulos, & mandat citari partem ad videndum iurare, recipi, & examinare testes, num. 2.

Stilus examinandi testes sine commissione iudicis non dicitur contra ius commune, n. 3.

Stilus seruandus est, quando aliàs non seruatus irritarentur multi processus, n. 3.

Statutum laicorum non seruatur in foro ecclesiastico, numer. 5.

Dilationes datæ vni parti censentur etiam communes cum alia, num. 7.

DECISIO CCCLXIII.

1 FVit firmatum in decisione in hac causa facta 16. Martij præteriti testes primæ & secundæ instantiæ fuisse validè examinatos, non obstantibus quibusdam nullitatibus ex aduerso deductis, quibus fuit in decisione responsum, & in hodierna propositione Domini steterunt in decisis, neque obstare dixerunt replicationes allatas contra responsiones decisionis: nam quoad primam nullitatem ex eo deductam, quòd testes essent examinati à Notario absque decreto, & commissione iudicis, fuit responsum sustineri ex stilo illarum partium.

2 Nec obstat quòd stilus non dicat sine commissione posse testes examinari, sed solùm quòd sine interuentu iudicis; quia respondetur quòd nec decisio id dicit, neque canonizat eiusmodi stilum, vt sine mandato iudicis possint testes examinari, sed quòd ex stilo mandatum præsumitur, sicut in simili dicitur de citatione quæ sine mandato iudicis fieri non potest, & tamen ex consuetudine præsumitur facta de mandato, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 41.* Angel. *in l. hac autem, §. primo, num. 3. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* Ias. *in §. quadrupli, num. 18. Instit. de act.* quod eo magis iustificatur ex fide stili quæ hodie fuit data, in qua explicitè dicitur, quòd eo ipso, quòd iudex admittit articulos, & mandat citari partem ad videndum iurare, recipi, & examinari testes, intelligitur delegare Notario eorum examen.

3 Non obstat quòd de hoc stilo tanquam iuri communi contrario debeat constare per legitimas probationes: quia negatur esse iuri communi contrarium, vt testes recipiantur per Notarium stante commissione iudicis, Vestr. *in prax. lib. 6. c. 2. sub num. 12.* Caputaq. *decis. 265. part. 3.* & fuit firmatum in supradicta decisione. Et ita respondetur ad decisionem in causa Aretina Spolij, & aliàs in contrarium allegatas, quia loquuntur in stilo, vel consuetudine contra ius, qui etiam stilus in casu proposito coadiuuatur tum ex multis processibus illarum partium simili modo factis, vnde ne omnes irritentur publicæ vtilitatis causa videtur stilus sustinendus, vt fuit dictum in causa Ciuitaten. Constructionis Cappellæ 20. Februarij 1589. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & in simili apud Mohed. *decis. 5. in fine, de testam.* tum ex eo quòd pars aduersa in hac causa suos testes eodem modo examinauit, vnde non videtur posse opponere talem nullitatem, vt fuit dictum in causa Toletana Decimarum de Saxedon 16. Februarij 1590. coram R. P. D. meo Decano; tum, & postremò, quòd multum mouebat Dominos, ex eo quòd eadem pars aduersa citata ad videndum iurare, recipi, & examinari, fuit protestata contra Notarium sub prætextu impertinentiæ articulorum, ne testes reciperet, neque illis iuramētum deferret, aliàs faceret litem suam: nam sine dubio non fuisset ita protestata, nisi sciuisset alioquin posse Notarium virtute commissionis saltum præsumtæ examinare testes.

Non obstat, quòd stilus dicatur conquassari ex inspectione aliorum processuum Ciuitatis Ianuæ, in quibus Iudices expressè committunt Notario, vt deferat iuramentum testibus, quia id procedit secundùm distinctionem casuum qui considerantur in prædicta fide stili de nouo dati, videlicet quando pars opponit de impertinentia articulorum, & iudex est dubius. An debeat eos admittere, tunc enim, ne terminus probatorius labatur solet particularem commissionem facere Notario, vt interim testibus deferat iuramentum, vt patet in dicta fide, *in versic. E però vero, &c.* sed hic non est casus noster, quia Iudex admisit articulos tanquam pertinentes, & mandauit citari partem ad videndum iurare, &c. quo casu intelligitur commisisse Notario examen, vt in dicta fide in principio & suprà dictum est. 4

Non obstat allegatum statutum, quòd examinatio testium non possit committi alicui, nisi Notario, quando actuarius est legitimè impeditus, quia præterquam quòd est statutum laicorum, quod non viget in foro ecclesiastico, iuxta not. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* hîc etiam dicitur fuisse commissum examen ipsi actuario, saltem præsumtiuè ex supradictis. 5

Circa aliam nullitatem ex defectu iuramenti duorum testium in termino probatorio, fuit satisfactum in decisione, ex eo quòd dilatio, vel eius prorogatio durabat per totum mensem Aprilis, & illi duo testes iurarunt die 26. & 28. eiusdem mensis. 6

Non obstat quòd prorogatio, quæ fuit facta die 22. dicti mensis per octo alios dies, fuerit facta absque citatione, vel intimatione partis, quia fuit ostensum ex processu, fuisse datam prorogationem infra terminum tertiæ dilationis ad instantiam eiusdem partis, videlicet Philippi fratris, & Procuratoris D. Io. Iacobi, vt constat ex sūmario ipsius Io. Iacobi nunc dato *n. 3.* vnde pars quæ impetrauit prorogationem, sine dubio non erat citanda, & certum est, partem aduersam, quæ non obtinuit dilationem, posse ea durante facere suas probationes, cùm dilationes sint communes, *l. petendæ.* vbi Doctor. & in specie Paul. de Castr. *n. 6. C. de temp. in integr. rest.* 7

Obiiciebatur etiam defectus mandati eorum qui dilationes obtinuerunt in secunda instanria, sed fuit sublatus ex inspectione actorum, in quibus apparet de mandato Ambrosij, & Ioannis Pellerij Procuratorum respectiuè vtriusque partis. Et ex his fuit conclusum standum esse in decisis. 8

PAMPHILII.

Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus.
Veneris 16. Nouembris 1612.

ARGVMENTVM.

Interrogatus an velit vti testibus pro bonis, & legalibus, an simpliciter & sine conditione respondere teneatur, & sufficiat responsio se velle vti donec de contrario fuerit certificatus.

SVMMARIVM.

Interrogatus an velit vti testibus pro bonis, an, & quando teneatur simpliciter, & absque vlla conditione respondere, num. 1. Præsertim dato illi competenti termino ad deliberandum, num. 2. & an sufficiat responsio se velle vti donec & quousque fuerit de contrario certificatus, num. 3. & 4.

DECISIO CCCLXIV.

COnclusérunt Domini quòd Lazarus interrogatus 1
an velit vti pro bonis testibus de quibus agitur,

pro eius parte productis teneatur simpliciter, & absque vlla conditione respondere, ex Bart. *in l.diuus, la secunda num.2.ff.ad leg.Cornel.de falſ.*Lap.*alleg.* 119. *num.* 1. *verſ.respondeo,& n.4.verſ.primam partem*, Cepoll.*cautel.* 53.*num.* 2. *verſ.sed tu dic,& num.seq.*Fulgoſ.*conſ.*177.*num.* 1. *verſ.in oppositum*, Ferret.*conſil.*88.*lib.*2.Gabr.*de malef.libr.* 7. *concluſ.*7. *num.*1.& 2.

2 Quod maximè procedit dato Lazaro competenti termino ad deliberandum, prout Domini dandum esse dixerunt, iuxta not. per Bar. *in l.diuus, n.2.verſ.respondeo, ff.ad leg. Cornel.de falſ.*Paul.de Castr.*in l.2. num.4.C.de fid. instr.* Felyn.*in c.praeſentium, n.12.de teſtibus*, Rip.*in c.cum M. Ferrarien.n.*100.*verſ.primum eſt,de conſt.*Fulgoſ.*d.conſ.*177.*n.*2. Bart.*in tit.de falſ.n.*355.*verſ.ſic igitur videns*, vbi dicit, quòd secundùm magis communem opinionem statuto termino debet simpliciter & absque conditione respondere, & ita seruari in practica, testatur Clar.*libr.* 5.*ſentent.* §. *falſum, num.*18.*verſ. viens dicto*, & ibi in fine dicit, quòd longior dilatio dari debet vbi responsio versatur circa factum alterius, prout in casu isto.

3 Nec visa fuit sufficiens responsio Lazari dum dicit se velle vti, donec & quousque fuerit de contrario certificatus legitimè secundùm opinionem Speculat.*tit.de edit. instrum.*§.*videndum reſt, num.*3.*verſ.ego talis*, & Alberic. *in l.* 2.*C.de fid.instr.* quam etiam sequuta fuit Rota coram Capisucco in causa Portuen. Castri Riani 15. Maij 1555. quia illa non procedit, vbi prout in casu isto ex testibus, & aliis ponderatis per informantes pro Ioanne datur odor falsitatis, tunc enim producens potest cogi ad simpliciter respondendum, vt post Anton.Rub.Alex. *in l.non ſolum.*§. *morte, n.* 314. *verſ.pro reſolutione tenuit Rota* in dicta Portuen Castri Riani 15.Maij 1555.& in causa Senogallien. Frumenti 8. Octobris,& 3.Decembris 1571.coram Robusterio.

4 Minus etiam placuit consideratio, quòd hoc modo detur ansa procedendi criminaliter, vt per Cepoll.*d.cautel.*53 *in princ.*& Clar.*d.*§.*falſum, num.*18.quod Rota solet abhorrere, quia quicquid sit de hoc, placuit responsio quòd si Lazarus vult esse tutus, vt contra ipsum non procedatur criminaliter, potest simpliciter declarare se nolle vti, iuxta not. per Gloſ. *in l. ſi falſos. verb. adſtrinxerit, in fin.* & ibi Bart. *num.2.C.ad l.Cornel. de falſ.* aliàs debebat se abstinere à productione, nec Rota debet dare occasionem partibus, vt se inuicem decipiant. Et ita decisum, &c.

C A V A L E R I I.

Romana Societatis, Veneris 16. Nouembris 1612.

A R G V M E N T V M.

Mulier praegnans si abortum fecerit, & ante abortum correpta fuerit febre, & morbillis, & post abortum factum obierit, dicitur mortua propter abortum, & praegnantiam, non autem propter superuenientem febrem, & morbillos, & sic non est locus lucro pecuniarum datarum in societatem officij super periculo vitae mulieris, excepta partus & praegnantiae causa.

S V M M A R I V M.

Mulier praegnans si abortum fecerit, & ante abortum correpta fuerit febre & morbillis, & post abortum factum obierit, dicitur mortua propter abortum, & praegnantiam, non autem propter superuenientem febrem & morbillos, n.1. & omnibus seqq.

Lethaliter vulneratus, si ex ruina & naufragio superueniente obierit, dicitur mortuus ex ruina, & naufragio, non autem ex vulnere, num. 2.

Causa causae est causa causati, num. 2.

Vulneratus dicitur obiisse ex vulnere, si post vulnus superuenit spasmus, & post spasmum obierit, numero 2.

Muliere decedente in praegnantia, & abortu, qui dicit eam non ex praegnantia, seu abortu mortuam esse, sed ex alia causa, probare debet, n. 3.

Medicis peritis standum est de causa obitus alicuius, num. 5.

Medicis peritis discordantibus magis standum est illis, qui curae infirmi praefuerunt, num. 5.

Societatem officij quòd quis lucratus non fuerit in dubio iudicandum est, potius quàm lucratus fuerit, num. 6.

DECISIO CCCLXV.

FVit aliàs facta Societas officij scutorum 600. in fauorem D. Francisci Cantatelli super officio militis Lilij Sfortiae Lucatelli, in qua recognouerunt bonam fidem Boccardus, & Bonetallus super periculo vitae Dominae Ioannae Contarellae, excepta partus & praegnantiae causa, quae Ioanna post aliquot annos nupsit, & facta est praegnans, & in quinto mense praegnantiae passa est renum dolores, deinde correpta fuit febri, & morbillis, & in die 14. infirmitatis fecit abortum cum magna sanguinis fluxione, & post septem horas mortua est: cùm autem D. Contarellus dissdicta societate coepisset agere pro restitutione sortis, & solutione fructuum coram Auditore Camerae contra debitores societatis, & instaret pro mandato exequutiuo, & ipsi excepissent de lucro, tanquam Domina Ioanna non ex causa abortus, sed febris, & morbillorum decessisset; D. Auditor Camerae voluit consulere Rotam, & proposito per me dubio, an sit locus petito mandato, vel lucro pecuniarum in casu, & ad effectum de quo agitur; Domini sub die 20. Iunij praeteriti non fuerunt concordes; causa autem iterum per me proposita die 16. Nouembris pro maiori parte censuerunt esse locum mandato, non autem lucro pecuniarum; cùm enim tota difficultas reduceretur ad illud, an dicta mulier censeatur decessisse ex causa abortus, an verò ex febri, & morbillis, Domini valde mouebantur ex decisione aliàs facta in causa Romana Societatis 27. Iunij 1569. coram bon. mem. Oradino, cuius decisionis casus videbatur valde similis casui proposito: nam ibi illa mulier passa erat multa incommoda occasione praegnantiae, & postea febris superuenerat, & demum abortus, & mors; & nihilominus Rota tunc resoluit mortem fuisse tribuendam aborti, & praegnantiae, non autem febri, per textum *in l. huic scripturae, §. si seruus, ff. ad l. aquiliam*, qui textus videbatur valde in terminis: nam ibi constabat seruum fuisse lethaliter vulneratum; & tamen post vulnus superuenerat ruina, & naufragium, ex quo obierat, & decidit ibi, non posse agi contra vulneratorem de occiso, quia praesumitur mortuus ex secunda causa vrgentiori, & vehementiori. Videlicet ruinae, vel naufragij; & tamen ibi constabat seruum fuisse lethaliter vulneratum; vnde applicando ad casum nostrum licèt praecessissent febris, & morbilli, tamen superuenit postea abortus cum maxima sanguinis effusione, qui sine dubio lethalis fuit, vt docuit euentus, & ideo haec causa tanquam proximior, & vehementior attendenda est, vt *in dicto* §. *si seruus.* praesertim cùm appareat partes enixè voluisse excipere huiusmodi casum partus, & praegnantiae, quam geminatè expresserunt, vt apparet ex verbis instrumenti, argum. *l. balista, ff. ad Trebell.* cum simil.

2 Nec videbatur obstare, quòd febris potuerit causare abortum, & ideo mortem post abortum sequutam attribuen

tribuendam esse febri tanquam primæ causæ, ex regula vulgari, quod quicquid est causa causæ, est causa causati, *l. manumissiones §. de iust. & iur.* Bald. *cons.* 237. *col. nam quando, libr.* 2. vt in simili si post vulnus illatum superueniat spasmus, & mors, tunc mors attribuitur vulneranti, Bald. *cons.* 328. *vers. item an propter vulnus, eodem lib.* 2.

3 Nam placebat responsio causam febris, & morbillorum in præsenti casu æquiuocatam & potuisse, & non potuisse gignere hunc effectum abortus, vt experientia docet, & cùm ex depositionibus testium vltimo loco examinatorum appareat D. Ioannam antequam superuenirei ei febris passam fuisse dolorem renum cum periculo abortus, non poterat dici abortum fuisse sequutum ex febri, neque faciebat obstaculum simile allegatum de spasmo, quia ibi certum erat spasmum non potuisse contingere, nisi ex vulnere illato, & ideo mors attributa fuit vulneri, ad tradita per Menoch. *de arbit. cas.* 275. *num.* 7.

4 Accedebat præmissis in præsenti casu adesse duos morbos, febrim videlicet cum morbillis, & abortum cum accidentibus suprà narratis, vnde, qui dicit mulierem hanc esse mortuam ex febri, id probare debet, vt in similibus terminis fuit decisum in Romana causæ partus 6. Iunij 1580. coram fel. record. Clemente VIII. quæ est 701. par. 1. diuers. illa enim magna sanguinis effluxio non potest attribui febri, sed abortui, cuius est immediatus effectus, & ideo exitus acta probat, vt in dicta decisione.

5 Præterea fiebat vis in iudicio Medicorum, qui mulierem hanc curarunt, & formiter examinati deponunt eam obijsse ex abortu, quorum dictis tanquam in arte peritis standum est, *l. septimo mense ff. de stat. homin. l. 1. ff. de vent. inspic.* Boet. *decis.* 323. *num.* 21. Bald. *d. cons.* 237. *& cons.* 238. *lib.* 2. & licèt pro altera parte inducantur etiam alij Medici, tamen videtur potius standum esse iudicio illorum, qui informati, & curæ interfuerunt, vt fuit consideratum in dicta decisione Romana causæ partus in fine, & fuit dictum in Bononien. Possessionis 9. Decembris præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo.

6 Tandem Domini valde mouebantur ex eo, quia negari non potest quin res sit dubia propter concursum Medicorum, & testium variè deponentium, & propter difficultatem huius probationis, ex quo morbo mulier decesserit, quo casu Rota benigniorem interpretationem solet amplecti, videlicet fauore illius, qui agit de damno euitando contra illum, qui agit de lucro captando, & fuit in his terminis dictum in dicta Romana Societatis coram Orano, & ita decisum fuit pro maiori parte.

MANCANEDI.

Perusina pecuniaria. Mercurij 28. Nouembris 1612.

ARGVMENTVM.

De suspicione falsitatis, quòd pro falsitate habeatur, quando ciuiliter agitur ad tollendum fidem alicui scripturæ, & de pluribus falsitatis præsumtionibus.

SVMMARIVM.

Copia scripturæ nihil probat parte præsertim protestante, num. 1.

Notario non creditur de iis, de quibus non fuit rogatus, num. 1.

Apocha non exhibita in archiuio publico iuxta formam Constitutionis Sixti V. nihil probat, n. 2.

Iudicium vbi fuit ceptum via ordinaria non potest amplius procedi via exequutiua, n. 3.

Falsitatis sola suspicio habetur pro veritate, quando ciuiliter agitur, num. 4.

Falsitatis præsumtiones probant falsitatem, quando ciuiliter agitur, n. 4.

Falsitatis præsumtio oritur ex multiplicitate apocharum, & ex illarum confirmatione non necessaria, numero 5.

Interrogatus an velit vti scriptura producta pro bona & legali, si recusat declarare, facit præsumere scripturam falsam, n. 5.

Actus per interpositam personam gestus arguit suspicionem falsitatis, n. 6.

Falsitatis præsumtio oritur ex interpositione personæ, numero 6.

Negatiua probatur ex inspectione librorum, n. 7.

Pacta insolita arguunt falsitatem, n. 8.

Falsitatis præsumtio oritur ex eo, quòd testes in instrumento descripti reperiantur mortui, n. 9.

Amissio scripturæ non præsumitur, ideo qui dicit illam casu amissam fuisse, probare debet, n. 10.

Sententia nulla non transit in iudicatum, numero 11.

Confessio procuratoris qualificata debet acceptari cum sua qualitate, n. 12.

DECISIO CCCLXVI.

Domini dixerunt mandatum A. C. non esse exequendum, moti tam ratione nullitatis illius, quàm iniustitiæ: nullitatis quidem, quia de obligatione Camerali, cuius vigore fuit actum, non constabat, nisi ex quadam copia apochæ, quę nullam merebatur exequutionē, non producto, nec recognito originali, stante præsertim protestatione partis quod recognosceretur, Oldrad. *cons.* 1 *n.* 30. Paris. *cons.* 115. *n.* 5. *lib.* 4. Rota *decis.* 1156. *n.* 1. *in fine. lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* quæ recognitio non probatur ex enunciatiua Notarij facta in fide productionis, quia in hoc ei non creditur, cùm de dicta recognitione non fuerit rogatus Gozad. *cons.* 11. *num.* 5. Sur. d. *decis.* 231. *num.* 2. *& seq.*

2 Præterea cùm apocha non fuerit præsentata in Archiuio Villæ Mansionis infra quindecim dies, remanebat nulla & inualida, iuxta cōstitutionē fel. rec. Sixti Quinti; & licèt post dictos quindecim dies fuerit præsentata, & concordatum cum Archiuista, tamen non propterea dicta nullitas fuit sanata, quia, vt eadem Constitutio declarat, huiusmodi concordia suffragatur in instrumentis publicis, non autem in scripturis priuatis; vltra quod Archiuista expressè præseruauit præiudicium partis, vnde decretum dans exequutionē tali scripturæ annullatæ ob dictum defectum videtur etiam nullum.

3 Vlterius ex quo fuerat cœptum agi via ordinaria per obseruatos terminos substantiales, non poterat amplius procedi exequutiuè, Rota *dec.* 551 *n.* 5 *lib.* 3. *p.* 3. Borgnin. *decis.* 1 *n.* 16. *par.* 1. Marant. *in Specul.* 6. *par. artic.* 8. *n.* 14.

4 Quo verò ad iniustitiam considerabant Domini contra dictam apocham vigere vehementem suspicionem falsitatis, quæ sola suspicio sufficit in ciuilibus ad effectum vt scriptura non mereatur fidem, & consequenter non debeat mandari executioni, Aym. *cons.* 829. *n.* 5. Albà *cons.* 99 *n.* 8. Menoch. *cons.* 199. *num.* 5 namq; in ciuilibus sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, Curt. iun. *cons.* 64. *num.* 5. *& cons.* 132. *num.* 10. Dec. *cons.* 189. *post princ. vers. nam in contrarium*, Surd. testans de communi *cons.* 6. *num.* 4. & ad illam probandam admittuntur coniecturæ, Capuraq. *decis.* 207. *in fine par.* 1. *& decis.* 4. *par.* 2. Aym. *cons.* 156. *n.* 7. *in fine cons.* 143. *n.* 12.

5 Quę coniecturæ plures, & vrgentes in casu nostro adesse videbantur, quarum prima oritur ex multiplicitate apocharum, & ex illarum confirmatione non necessaria si aliæ priores fuissent veræ, Menoch. *de præsumt. lib.* 5. *præsum.* 22. *n.* 24. Cephal. *cons.* 198. *n.* 21. maximè quia Ludouicus

douteus requisitus ad declarandum an illis vellet vti pro bonis, semper hoc recusauit, Lap. *alleg.* 1 19. *n.* 1. Menoch. *ibidem num.* 22.

6 Accedat inuerisimilitudo, quòd Florentius voluerit scuta 850. donare Ludouico tunc infanti, & illa committere fidei sororis pauperis & egenæ proprios filios habentis, vt ea conseruaret pro nepote, sine alicuius scripturæ confectione, cùm potiùs ea dedisset Persiano patri Ludouici tunc viuenti, quia actus sic per interpositam personam gestus arguit suspicionem, *l. pupillus*, §. *item ipsa ff. de auctorit. tutor.* l. 1. & ibi Bart. *n.* 1. *C. de natural. liber.* Aym. *d. cons.* 156. *n.* 11.

7 Præterea in libris Persiani patris Ludouici, in quibus designantur omnes summæ etiam minimæ ad Ludouicum spectantes, quæ erant positæ in communi cum Fabritio, non reperitur adnotata ista summa adeò notabilis scutorum 850. quæ tum in apochis dicebatur quòd in communi posita erant cum d. Fabritio, vnde oritur suspicio quòd talis summa non deberetur nec esset vera, Bart. *in l. fin. C. de reb. cred.* Bal. *in l. instrum. est, n.* 2. *C. de edendo*, Herculan. *de negatiua, n.* 171.

8 Vlterius pacta insolita apposita in tertia apocha augebant d. suspicionem. Bald. *cons.* 175. *n.* 2. *lib.* 2. Paris. *cons.* 54. *num.* 39. *libr.* 1. Curt. iun. *cons.* 178. *n.* 12. item modus insolitus isque reiteratus, quod Ludouicus confessus fuit huiusmodi apochas habuisse, nempe duabus vicibus humi iacentes in aperiendo hostium domus.

9 Facit etiam ad huiusmodi suspicionem eliciendam quòd testes, qui in vltima apocha dicuntur adhibiti, nesciebant scribere, & sunt mortui ante illius exhibitionem, hæc enim facta præsumuntur ne falsitas commissa detegeretur. Aym. *cons.* 28. *n.* 7. Paris. *cons.* 27. *n.* 24. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 409. *num.* 33. decis. Pedem. 117. *n.* 10. Menoch. *d. cons.* 119. *n.* 13.

10 Tandem vrgens oriebatur suspicio ex iterata & affectata allegatione admissionis tam priorum apocharum, quàm tertiæ confirmatoriæ priorum, præsertim cùm dictæ apochæ per illarum productionem factam in partibus essent effectæ communes, Ludouicus qui recuperauit originalia, teneretur probare illa casu, & sine sua culpa fuisse amissa, Alex. *cons.* 54. *n.* 5. *libr.* 1. Castren. *cons.* 301. *n.* 5. *lib.* 1. Honded. *cons.* 19. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 1. quod tum in casu nostro nullatenus factum fuit.

11 Non obstat res iudicata, quia cùm mandatum ex prædictis fuerit nolliter & iniustè relaxatum, non potuit in iudicatum transire, Caputaq. *decis.* 14. *n.* 2. *p.* 3. Afflict. *decis.* 28. *n.* 6.

12 Minus obstat confessio Procuratoris Fabritij facta in iudicio criminali de existentis apochæ, quia illa acceptari deberet cum sua qualitate falsitatis, Boer. *decis.* 143. *n.* 5. Menoch. *cons.* 703. *n.* 3. Verall. *decis.* 191. *n.* 2. *par.* 1. & fuit ad effectum detegendi falsitatem, & ideo non operatur ad alium effectum, Surd. *consi.* 371. *n.* 6. *lib.* 3. ex quibus ita fuit resolutum, &c.

MANZANEDI.

Maceraten. Hæreditatis.
Lunæ 10. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

Falsitatis præsumtio, an & quando oriatur ex cassatione seu cancellatione reperta in testamento, in hac decisione magistraliter explicatur.

SVMMARIVM.

Falsitas non præsumitur ex cassatione reperta in testamento, quia præsumitur facta de voluntate & ordine testatoris, n. 1. *&* n. 3.

Falsitatis præsumtio non oritur ex cancellatione, seu cassatura, quæ ex alia scriptura comprobatur, num. 2. *& num.* 3. *&* 6.

Præsumtio falsitatis non oritur ex cancellatione, quam constat fuisse factam ante traditam copiam patri, num. 3.

Falsitas præsumitur ex repugnantia rationi recti sermonis, num 4.

Falsitas præsumitur ex cassatione seu cancellatione non approbata à Notario, declara, vt n 5.

DECISIO CCCLXVII.

PRoposui dubium 21. Maij præteriti an in substitutione transuersalium sit legendum, & deficiente linea fœminina, vel potiùs deficiente linea masculina fœminina, & tunc non fuit capta resolutio, sed dictum dilata. Vnde 26. Nouembris iterum eodem modo dubio reproposito propter diuersas Dominorum sententias fuit dictum, non liquet, & tandem hodie iterum idem dubium proposui, & Domini dixerunt legendum esse deficiente linea fœminina: nam cùm duo testamenta originalia reperiantur, quorum alterum manu Notarij, alterum verò manu filij testatoris scriptum reperitur, & hoc vltimum in hac causa Rota approbauit, & in eo apparent verba illa, deficiente linea masculina fœminina, attamen cum cassatione illius dictionis masculina, quæ sic cassata videtur non attendenda, cùm præsumatur cassatio facta de voluntate & ordine testatoris, Bart. *in l. si vnus, num.* 2. & ibi Ias. *num.* 7. *C. de testam.* Imol. *in l. proxime, in fine, ff. de his quæ in test. am. delent.* Alex. *consil.* 14. *num.* 16. *lib.* 6. Rub. Alexan. *consil.* 95. *num.* 4. Paris. *consil.* 28. *num.* 45. *lib.* 2. Illustrissimus Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 30. quæ doctrina magis procedit stantibus adminiculis illam in casu nostro roborantibus. 1

Primò namque adest prædictum aliud instrumentum testamenti originale, in quo simpliciter legitur deficiente linea fœminina, absque dicta dictione, masculina, & tunc cassatura etiam suspecta non attenditur, quando ex alia scriptura veritas comprobatur, Surd. *consil.* 16. *num.* 11. Caputaq. *decis.* 3. *num.* 8. *part.* 2. Rot. diuers. 610. *in princ. par.* 1. 2

Secundò fuerunt ponderata alia duo transumpta eiusdem testamenti extracta de tempore non suspecto, alterum nempe post mortem testatoris de anno 1528. in quo legitur tantummodo deficiente linea fœminina. Vnde colligitur cassaturam prædictam fuisse factam incontinenti ante traditam copiam parti, Felyn. *in cap. ex litteris, num.* 8. *de fide instrum.* Corn. *cons.* 118. *num.* 1. *lib.* 4. Paris. *d. consil.* 28. *num.* 42. *lib.* 3. Alterum verò transumptum fuit de anno 1544. productum coram Auditore Cameræ cum dicta dictione, masculina, cassata tamen sicuti in originali approbato per Rotam apparet, quibus stantibus non videtur attendenda prædicta cassatura, sed præsumendum fuisse factam de tempore testamenti, Bald. *in l.* 1. §. *sed cor fideic. ff. de his quæ in testam. delem.* Rub. Alexand. *vbi suprà.* Bero. *cons.* 91. *num.* 12. *lib.* 3. 3

Tertiò accedit, quòd iste terminus deficiente linea masculina fœminina videbatur valde nouus, & ineptus, & omnino repugnans rationi recti sermonis, & quod illo nunquam aliàs testator vsus fuerit in hoc testamento, quod non parum conducere visum fuit, Castren. *cons.* 131. *n.* 1. *vers. item facit dubium ineptitudo lib.* 2. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 14. 4

Quibus obstare non videbatur, quòd ista cassatura non fuerit per Notarium approbata, præcipuè cùm plures ab ipso approbatæ leguntur. Respondebatur enim, quòd licèt iste Notarius plures cassaturas approbauerit, non tamen omnes, cùm quamplures reliquerit sine approbatione, vt patet in eodem testamento, vel quia illarum non meminit, & obiectum eo minus procedit, cùm 5

talis

talis approbatio non fit de necessitate, sed ad cautelam, Bart. *in l. si vnus, num. 1. & seq. C. de testam.* Paris. *vbi suprà num. 48.*

6 Minus obstat præsumtio, quòd d. cassatura facta fuerit inconsulto testatore, cùm istud testamentum fuerit repertum non penès ipsum, sed penès illum, qui prætendit vtilitatem consequi ex tali cassatura. Ista enim præsumtio eliditur, & omnis suspicio falsitatis, ex quo in alio originali, & in transumto illico post mortem testatoris facto, leguntur tantum prædicta verba, deficiente linea fœminina, Surd. *d. cons. 16. num. 22.*

Ex quibus fuit resolutum.

MANZANEDI.

Romana Dotis de Sfortia.
Veneris 14. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

Instrumentum originale, si non repetiatur præsumitur occultatum ab eo de cuius interesse agitur, repertáque illius copia inter rogitus Notarij plenam facit fidem, concurrentibus adminiculis, & coniecturis.

SVMMARIVM.

Amissi instrumenti seu scripturæ tenor semiplenè dicitur probatus per vnum testem, n. 1.

Testis instrumentarius semiplenè probat, n. 2.

Instrumentum repertum inter alia instrumenta rogata à Notario præsumitur, & illud ab eodem Notario rogatum, etiam sine ipsius Notarij subscriptione, aut signo, n. 4.

Signum Notarij, & illius subscriptio non est necessaria, quando instrumentum habet diem, annum, & numerum testium. & Notarius est mortuus, n. 5.

Copia seu exemplo instrumenti adhibetur fides concurrentibus adminiculis, & coniecturis sufficientibus ad inducendum animum iudicis ad isti credendum, num. 6.

Occultatio instrumenti præsumitur facta ab eo de cuius interesse agitur, vt illud occultetur, numer. 6. in fine.

DECISIO CCCLXVIII.

1 Resolutione facta 4. Iulij præteriti in hac causa coram bon. mem. Penia, quòd constabat de existentia declarationis, factæ per q. D. Io. baptistam de Comitibus circa suum testamentum, & reseruato dubio discutiendo, nempe an copiæ declarationis prædictæ esset adhibenda fides, ad illud hodie propositum Domini responderunt affirmatiuè ex eo, quia constat originale prædictæ declarationis fuisse repertum in Archiuio Vallismõtooi, Castri subiecti Excellentissimo D. Duci, & inter protocolla Mariani Casarchiæ Notarij, qui de dicta declaratione fuerat rogatus, & constat, quòd amplius non reperitur in d. Archiuio, vt patet ex diligentiis pro illo reperiendo factis, vt testantur Archiuista, & Notarius causæ, quin & constat de tenore prædictæ scripturæ, & quòd concordet cum copia, de cuius fide quæritur, quæ fuit in actis exhibita per Adamum Procuratorem D. Ducis qui primò reuelauit metu excommunicationis, & deinde formiter examinatus deposuit habuisse, vt talem Procuratorem copiam ab Archiuista tenoris, vt in ipsa, & constando de tenore, & de amissione scripturæ resultat semiplena probatio, vt notat Bart. *in l. situt iniquum, in prima lect. n. 1. vers. quandoque probatur, de fid. instrum.*

Quibus accedit depositio Iacobi Gauilie testis, testamentarij deponentis quòd Marianus Casarchia Notarius, fuerat rogatus de dicta declaratione, & quòd tunc ipse testis illi se subscripsit, prout subscriptus reperitur in copia, de qua agitur, qui testis testamentarius de visu semiplenè probat. ad text. *in c. ex insinuatione. de procur.* & ibi glos. & scribentes *in l. in bonæ fidei, C. de reb. credit.* & glos. *in l. admonendi*, & ibi Bart. *num. 36.* & Ias. *num. 178. & seq. ff. de iureiur.* & dicit communem Paris. loquens ferè in nostris terminis *consil. 57. num. 22. lib. 3.* Surd. *cons. 12. num. 55.* 2

Accedat, quòd testes deponunt d. declarationem fuisse repertam in sacculo rogituum d. Mariani Notarij, ex quo sequitur probatio, quòd ille fuerit de illa rogatus, Curt. Iun. *consil. 162. num. 1. versic. confirmantur præmissa, lib. 2.* Ruin. *consil. 159. num. 12. in fine lib. 4.* Rota diuers. *decis. 250. num. 3. p. 1.* iuncto adminiculo Archiuij, iuxta *auth. ad hæc, C. de fid. instrum.* Ayto. *consil. 158. num. 5.* Gabr. *de probat. conclus. 5. num. 1.* 3

Et ex hoc tollitur obiectum de defectu subscriptionis, & signi Notarij, cùm nullum istorum sit necessarium, quando scriptura reperitur inter alios rogitus eiusdem Notarij, iuxta prædictam decis. *250. num. 3. part. 1.* 4

Vltra quod cùm habeat annũ, diem, & numerum testium, non requiritur præcisè signum, & subscriptio, præsertim cùm illa esset matrix, & Notarius obierit, ideo ista non requiruntur, Roland. *cons. 44. num. 40. in fine. & seq. lib. 1.* Curt. Iun. *d. consil. 162. num. 1. versic. tamen nemo negat.* 5

Vnde non obstat regula desumta ex *auth. si quis in aliquo, C. de eden.* & ibi Doct. copiæ Instrumenti non esse adhibendam fidem, cùm hoc limitetur concurrentibus adminiculis, & coniecturis sufficientibus ad inducendum animum iudicis, ad illi credendum, vt dixit Rota apud Verall. *decis. 234. p. 1.* Et Domini ex prædictis iudicarunt satis adhibendam esse fidem isti copiæ, maximè cùm D. Duci interfit, ne originale reperiatur, & tunc intrat præsumtio, de qua per Bart. *in l. fin. num. 5. ff. de question.* quæ quamuis contra D. Ducem non possit admitti, posset tamen intrare in hoc sensu, quòd aliquis cogitans D. Duci rem gratam facere d. scripturam occultauerit. Ex quibus omnibus simul iunctis ita fuit conclusum. 6

PIROVANI.

Casalicen. Feudi.
Lunæ 17. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes super immemorabili præscriptione primogenituræ, vt illam probent quomodo deponere debeant.

SVMMARIVM.

Præscriptio immemorabilis, vt bene dicatur probata per testes quæ requirantur, num. 1.

Testes probantes præscriptionem immemorabilem cuius ætatis esse debeant, num. 2.

Dictio, semper, significat temporis continuationem, numero 3.

Testes probare volentes immemorabilem præscriptionem super primogenitura, & illius possessione quomodo deponere debeant, num. 4. 5. 6. & 8.

Solus, dictio, ponitur ad distinctionem, & separationem aliorum, qui tunc poterant concurrere, numero 6.

Præscriptio completa interrumpi non potest, num. 7.

Testes

1 *Testes etiam non interrogati debent reddere rationem sui dicti, quando deponunt super eo, quod non cadit sub sensu corporis, numer. 9. Vbi declaratur hæc conclusio.*

DECISIO CCCLXIX.

1 FVit resolutum standum esse in decisis coram Cotta 14. Decembris 1573. in qua decisione fuit firmatum circumscriptis exceptionibus contra testes ex illis testibus probari primogenituram ab immemorabili tempore in Baronia Castri noui visum est enim Dominis, quòd tertius, duodecimus, decimus septimus, & decimus octauus testes, super quorum dictis Rota mandauit, vt strictè informetur circumscriptis probationibus D. Ioachini, de quibus postea esset videndum, bene concluderent immemorabilem super statu primogenituræ; secundùm requisita, glos. *in verb. memoria, cap. 1. de præscript. libr. 6.*

2 Omnes namque deponunt de auditu à maioribus, qui ab antenatis audiuerant, & de fama, & quòd nunquam viderunt, aut audiuerunt contrarium, sed ab immemorabili fuisse obseruatum, filium primogenitum semper successisse, ac succedere debere, etiam quòd eodem tempore extarent fratres; habent legitimam ætatem, dempto etiam tempore litis motæ, secundùm opinionem, quam seruat Rota, de qua per Caputaq. *decis. 71. num. 2. part. 2.* cùm tertius sit annorum 95. duodecimus annorum 86. decimusseptimus annorum 85. & decimus octauus annorum 74. & à tempore litis motæ de anno 1554. vsque ad annum 1572. quo fuerunt examinati intercesserint dumtaxat anni 18.

3 Concludunt præterea de visu, & de certa scientia per 40. annos ante motam litem, dum referunt statutum, & tempus Stephani Melchioris filij Iensani nepotis, & Ioachim pronepotis, ac dum post narrationem, quod ab immemorabili tempore fuit obseruatum, quod primogenitus filiorum Baronis Castri noui succedat in dominio, & Baronia, tertius testis dicit, quòd à dictis 80. annis, quibus memor est, semper vidit Dominum dicti Castri pro tempore existentem possedisse solum, & insolidum, & duodecimus testis dicit, quòd toto tempore vitæ suæ vidit ita semper obseruatum fuisse, & clariùs dicit octauus testis in illis verbis, prout, & toto tempore ipsius deponentis vidit obseruari, quæ verba includunt nedum probationem de visu propter verba, toto tempore, sed & propter dictionem, semper, quæ pariter præsupponit continuationem totius temporis 40. annorum, & vltrà, Socin. Sen. *cons. 54. num. 10. lib. 4.* Rota *decis. 128. num. 3. p. 2. diuers.* & Gabr. *de præscript. conclus. 1. num. 74.* Sed etiam videntur firmare statum primogenituræ in prædictis quatuor personis, cùm non semper ita obseruatum fuisset si Stephanus, Melchior, & alij alio iure, quàm primogenituræ possedissent Castrum prædictum.

4 Non obstat, quòd huiusmodi probatio nihil concludat ad effectum iuris primogenituræ, ex quo testes non dicunt, quòd omnes isti quos eo tempore 40. annorum viderunt possidere, habuerit fratres minores natu, qui à successione remanserint exclusi, nec quoad personam Melchioris potuissent dicere, cùm fratres non habuerit, sed vnigenitus possederit per 30. annos, quod tempus non videtur computandum ad effectum istius probationis, prout videntur tenere Isern. *in cap. imperialem, §. præterea ducatus, numer. 38. de prohibit. feud. alienat. per Feder* & Afflict. *ibidem, numer. 44. & vers. sed iuxta hoc. & in cap. satis, num. 7. de prohibit. feud. alienat. per Loth. & in decis. 248. numer. 3.* Balzar. *in d. §. præterea ducatus, num. 17.* cum aliis allegatis per Tiraquell. *de iure primogenit. q. 40. numer. 8.* & per Molin. *de primogenit. libr. 2. c. 6. numer. 22.* fuit enim primo loco responsum testes in eorum dicto concludere qualitatem primogenituræ etiam in personam Melchioris, dum dixerunt, vidisse toto tempore vitæ eorum ita obseruatum fuisse, & cùm non tenean-tur specificare casus, & personas, sed nudum factum, quòd primogenitus successerit, Guido Pap. *consil. 231. num. 14.* qui hoc bene dicit. Afflict. *in cap. imperialem, §. præterea ducatus, num. 40. de prohib. feud. alienat. per Feder.* Molin. *de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 6. numero* 30. Decian. *consil. 51. num. 35. vol. 2.* ideo non fuit eis impossibile videre actus positiuos inferentes magis ad successionem iure primogenituræ, quàm ad successionem iure hæreditario, quorum declaratio sicuti pendebat ab animo Melchioris, *l. 1. cum ibi notatis, ff. de acquir. possess.* vtique ex facto, & verbis illius potuerunt hanc distinctionem percipere, *l. Paulus ff. rem rat. hab.* ex facto, inquam, quia fortè excluserit patruos, vel alios descendentes ab eis; ex verbis, quia idipsum intellexerunt ab eodem Melchiore, prout audiuisse ab eo affirmat tertius testis.

Secundò, animaduerterunt Domini, quòd Isernia, Afflictus, & alij suprà allegati loquuntur, quando simpliciter agitur de vnigenitis filiis, nec probatur, quòd præcesserint alij in possessione primogenituræ habentes fratres, qui exclusi remanserint: hîc autem præcesserunt alij, nedum ante Stephanum, vt dicunt testes de fama, & auditu à maioribus referentibus audiuisse à maioribus suis, qui excluserunt fratres, quæ fama in antiquis plenè probatur, Cassad. *decis. 2. num. 4. de probat.* sed Stephanus ipse pater Melchioris, qui successit in primogenitura Castri exclusis Bartholomæo fratre, & Guilielmera sorore, quo casu non remanet probatio æquiuoca, prout in primo de primogenitu alio non probato, Schrad. in puncto limitans prædictorum opinionem, *consil. 13. num. 347. vers. namque respondeo.* concurrit exinde probatio alterius extremi in persona Ienzani filij Melchioris, quem testes prædicti deponunt successisse iure primogenituræ excluden. Ludouicum fratrem, quæ cùm habeant inter se necessariam & verisimilem consequentiam inducendi hanc consuetudinem primogenituræ, medium conforme desumitur; scilicet quòd Melchior habuerit animum taliter possidendi, Bart. *in l. Celsus, num. 21. ff. de vsucap.* Tiraquell. *de præscript. §. 1. glos. 5.* Couar. *in reg. possessor. 2. p. §. 1. num. 1.* Alciat. *de præsumt. reg. 2. præsumt.* 22. & Menoch. *eod. tit. lib. 6. præsumt.* 36. 5

Nec dicatur, quòd initium prædictum in persona Stephani non remaneat probatum, dum testes non dicunt eum, à quo desumitur continuatio, habuisse fratres, aut sorores, quia vltra quod non deest probatio de auditu à maioribus, quòd alij præcesserint possessores primogenituræ, de Stephano etiam duodecimus, & decimusseptimus testes idem affirmare videntur, dum dicunt cognouisse Stephanum, qui cùm viueret erat solus baro, & Dominus dicti loci: dictio namque solus, posita est ad distinctionem, & separationem aliorum, qui tunc poterant concurrere *l. liberi, seu priua, C. de bonor. poss. contra tabulas, & in l. aduersus, C. si aduers. rem indic.* & consequenter ad separandum Bartholomæum eius fratrem à successione, quod præterea manifestè comprobatur, quia prædicti testes subdunt, quòd mortuo Stephano successit Melchior, quem minimè enunciant cognouisse baronem, & Dominum solum, sed baronem & Dominum simpliciter, ad distinctionem qualitatis vnigeniti in Melchiore quæ non erat in Stephano. 6

Nec obiectum, quòd Ienzanus non possederit tanquam primogenitus propter litem motam per Ludouicum eius fratrem, videbatur in facto subsistere, quia Ludouicus dumtaxat de anno 1554. mouit litem, quo tempore si quadragenaria iam completa erat non potuit per litis contestationem interrumpendo præscriptionem tollere ius quæsitum ex quadragenaria. Abb. *in c. audiuis, num. 10. in vlt. notab.* per illum text. *de præscript.* Felyn. *in c. illud. num. 13. eod. tit.* 7

Postremò dixerunt Domini opinionem Iserniæ, & aliorum procedere ad effectum præscribendi, præsuponunt enim quòd ius succedendi vigore primogenituræ præscribatur spatio 30. annorum, concurrente alio fratre, & sciente, & non contradicente, & mouentur ea ratione, quia qui non habet fratrem, non habet contra 8

quem

quem possit inchoari præscriptio: io casu autem de quo agitur, non versamur in præscriptiooe, sed in consuetudine. quod ita obseruatum fuit ab immemorabili tempore, pro qua inducenda non requiritur scientia, aut patientia alterius fratris, sed sufficit vsus maioris partis vt præiudicet minori, siue contradicenti, siue non contradicenti ad vtrunque effectum actiuè, & passiuè, vt dicunt Guido Pap. *cons. 131. num. 6.* Schrad. *cons. 13. n. 348.*

9 Non obstat quòd secundò principaliter obijciebatur testes noo reddere rationem, quare maiores illi possederint iure primogenituræ, prout necessarium erat etiam non interrogatos, ex eo quòd qualitas primogenituræ non cadit sub sensum corporis, Angel. *in l. 1. n. 2. C. de reuoc. donat.* Felyn. *in cap. cùm causam, el primo, sub n. 3. vers. fallit secundò, de testib.* cum alijs allegatis; quia pro responsione fuit dictum ex verbis ipsorum testium colligi sufficientem rationem, cùm duo ex eis dicant, quòd semper primogenitus successit, exclusis secundò genitis, quæ ratio primogenituram concludit, vt admittunt Isern. & Afflict. *in d. c. 1 §. præterea Ducatus ille sub n. 37. iste sub. n. 38.* & clariùs videtur etiam hanc qualitatem exprimere dum dicunt, quòd secundò geniti non succedebant, sed tantùm alimenta, & vestitus eis præstabantur, præterea fuit etiam consideratum quòd hæc materia oon est absolutè abstracta à sensu, sed potest videri, & audiri per actus positiuos, vt suprà dictum est, propterea tanquam mixta si testis interrogatus rationem sui dicti non reddit nibilominus probat, Felyn. *in d. c. cùm causam, sub n. 3. col. 5. vers. secundò tempera, & vers. modò hanc fallentiam de testib.* Guido Pap. *consil. 131.*

10 Ad id quod dicebatur testes non deponere de continuata possessione toto tempore quadragenariæ propter omissionem copulæ, & citra, secundùm doctr. Bart. *in l. Celsus, n. 23. & seqq. de vsucap.* fuit dictum non releuare, cùm deponant per verba æquipollentia continuationem temporis denotantia, videlicet de visu de toto tempore eorum vitæ, quæ verba excludunt omne tempus iotermedium, ex eodem Bart. *in d. l. Celsus, n. 25.* & Felyn. *in cap. licèt causam, sub num. 3. de probat.* Quod etiam fuit dictum in Toletaoa Decimarum 10. Martij 1600. coram bo. me. Cardinali Seraphino, & ita resolutum.

MANZANEDI.

Assisień Pecuniaria.
Veneris 11. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Notarius non exhibendo scripturam, seu instrumentum coram ipso productum, tenetur ad damna, & interesse, etiam quòd scriptura sit nulla, seu de falso suspecta.

SVMMARIVM.

Notarius coram quo fuit producta aliqua scriptura, si illam non exhibet, tenetur ad damna, & interesse, n. 1. & 2. vbi quomodo isto casu interesse cõsideretur.

Notarius tenetur exhibere scripturam sibi consignatam etiam nullam, & de falso suspectam, n. 3.

DECISIO CCCLXX.

1 FActa resolutione in hac causa prima Iulij 1611. Notarium teneri ad exhibitionem folij, de quo agitur, & illo adhuc non exhibito, hodie dubitaui an teneretur ad interesse, & ad quantum, & Domini ad primam partem dubij affirmatiuè responderunt, cùm certum sit, quòd Notarius, qui habuit scripturam, si non restituat tenetur ad damna, & interesse partis. *l. si quis ex argentarijs, §. hoc edicto, l. argentarius, §. cùm autem, ff. de eden.* Mandel. *cons. 65. num. 3. & cons. 309. n. 13.* Cephal. *cons. 170. n. 9. lib. 2.* Natt. *cons. 609. n. 45.*

2 Quo verò ad secundam partem dubij respicientem quantitatem interesse, Domini resoluerunt teneri pro quantitate partitæ controuersæ; cum enim propter impedimentum huiusmodi exhibitionis folij, Pomponius non potuerit se defendere, & per Rotam fuerit exclusus à sua intentione, videtur interesse referendum ad partitam controuersam quæ in dicto folio continetur, *dicto §. cùm autem.* vbi Alexand. *in princ. & l. qui tabulas, & l. fallo, la prima, in fin. ff. de furt.* Bart. *in l. 3. §. condemnatio, n. 3. ff. de tabul. exhib.*

Farinac. decis. lib. 2.

Non obstat falsitas contra dictum folium proposita, 3
quia de illa non coostat, oec adest res iudicata, immo sententia super falsitate lata fuit reuocata, & adsunt sententiæ contrariæ per quas Blasius condemnatur ad faciendum bonam partitam, de qua in dicto folio cum omnibus damnis, & interesse. Præterea ad exclusionem huiusmodi falsitatis adsunt plura adminicula per informantes pro Ancellottis ponderata, quæ placuerunt Dominis; quibos accedat quòd non facta exhibitione folij, noo potest videri an ea quæ obijciuntur sint talia quæ illum reddant suspectum, vltra quod Notarius tenetur exhibere scripturam etiam suspectam, & nullam. *d. l. qui tabulas, & d. l. fallo, in fine*, in illis verbis, *nec refert cancellata néene sint*, Bart. *in l. 2. §. hoc interdicto, ff. de tabul. exhib.* Pacian. *de probat. c. 65. n. 9.*

Ad ea verò quæ obijciuntor, quòd folium non sit de 4
actis, quod non sit originale, quòd nõ constet de interesse Põponij, vel eius hæredum, & quòd Pomponius in iudicio criminali declarauerit nolle vti d. folio, respondetur in decisione in hac causa facta d. die prima Iulij 1611. Et ita resolutum.

REVEREND. D. SACRATI.

Romana Separationis Tori.
Lunæ 18. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Tori separatio quando petitur ab vxore propter viri sæuitiam, qualis debeat esse ista sæuitia, & quomodo probanda, in hac decisione singulariter resoluitur.

SVMMARIVM.

Tori separationis causa dicitur grauis, & ardua, ideo in ea requiritur plena & concludens probatio, numer. 1. & seqq.

Tori separatio vbi prætenditur propter sæuitiam viri, sæuitia probanda est per testes omni exceptione maiores, & concludenter deponentes, n. 2. & 11.

Sæuitia viri non probatur per verba iniuriosa, nec per minas, nisi minans sit natura terribilis, & solitus minas exequi, n. 3.

Marito licitum est verberare vxorem moderatè, immo debet hoc facere, num. 4. & 5. Vbi amplius quòd non valet promissio de non corripiendo vxorem.

Vxorem semel tantùm verberare maritus non prohibetur, num. 5.

Mariti sæuitia in vxorem non censetur probata ex eo, quòd dicatur illum esse aleatorem & blasphematorem, num. 6.

Maritus qui malè tractauit primam vxorem, non præsumitur malè tractare secundam, n. 7.

Testes de auditu non probant sæuitiam viri in vxorem, num. 8.

Maritus quòd verberauerit vxorem non probatur per testes, dicẽtes audiuisse vxorem vociferantem, n. 9.

Metus iustus censetur illatus ex eo, quòd quis ponit gladium ad collum alicuius, num. 11.

Testes

Testes & eorum dicta debent acceptari cum qualitate, cum qua deponunt, num. 10.

Odium, & inimicitia capitalis oritur ex querela criminali, nisi querela fuerit reuocata, num. 12.

Vxor timens offendi à viro non est viro restituenda cautione non præstita de non offendendo, num. 13.

DECISIO CCCLXXI.

1 FVit resolutum sententiam extra Rotam latam, quę separat torum inter Petrum, & Claricem eius vxorem esse reuocandam, etenim sæuitia Petri, cuius prætextu fuit lata prædicta sententia, non visa fuit probari; licèt enim appareant aliqua indicia sæuitiæ Petri, attamen in hac materia, quæ existimatur grauis, & ardua, Specul. & alij per Paris. *cons. 54. num. 14. lib. 4.* Natt. *cons. 616. num. 2.* Domini desiderauerunt plenam & concludentem probationem, iuxta notata per Paris. *d. cons. 54. n. 15.* Roland. *cons. 27. num. 10. lib. 3.* Natt. *d. cons. 616. num. 1. vers. & in ea requiritur*, Bertazol. *cons. 228. num. 5.*

2 Tam circa existentiam facti, vnde testes patientes exceptiones, minime admittuntur in hac materia, Abb. *in c. 1. num. 5. de consang. & affin.* Paris. *d. cons. 54. num. 16.* Natt. *dicto cons. 616. num. 1. vers. & testes*, Bertazol. *cons. 138. num. 5.* quàm circa illud, quòd factum per necesse concludat sæuitiam, iuxta trad. per Angel. *cons. 403. in fine*, & per Dec. *cons. 483. num. 25.* cùm pro hoc requirantur causæ non leues, Thom. Sanch. *de matrim. par. 2. lib. 10. disput. 18. num. 10. & 16.* per totam.

3 Vnde non sufficiunt verba iniuriosa, nec minæ, nisi aliàs probetur, quòd minans sit natura terribilis, & solitus illas exequi, Roland. *cons. 27. num. 20. vers. aut vim, & numer. 21. lib. 3.* Paris. *cons. 54. num. 32. lib. 4.* Natt. *cons. 616. num. 4.* Bertazol. *cons. 228. num. 15.* Sanch. *d. disput. 18. num. 13.*

4 Quinimo nec sufficiunt verbera, nisi aliàs sint immoderata, cùm nedum liceat marito verberare vxorem, Bald. *cons. 176. num. 3. lib. 1.* Roland. *cons. 27. num. 13. & 17. lib. 3.* latè Tiraquel. *de legib. connub. glos. 1. par. 1. num. 22.* Sed immo debet hoc facere, *glos. fin. in capit. quemadmodum, in fine, de iureiuran.* Bald. *d. cons. 176. num. 3. vers. immo certè, lib. 1.* Bertaz. *cons. 228. num. 14.*

5 Adeò vt nec teneret promissio de non corrigendo tanquàm contra bonos mores, & præbens causam delinquendi, Bald. *cons. 176. n. 1. lib. 1.* Paris. *cons. 54. numer. 33. lib. 4.* Roland. *cons. 27. num. 14. & 15. lib. 3.* Bertaz. *d. cons. 228. num. 14* & tantò minus sufficiant prædicta, quando non sunt reiterata, Bald. *cons. 176. num. 3. vers. & si mulier, lib. 1.* Roland. *cons. 27. num. 12. lib. 3.* Rimin. Iun. *cons. 174. num. 31. lib. 2.*

6 Probationes autem factæ pro parte Claricis, minimè visæ fuerunt sufficere: nam dum deponunt testes, Petrum esse aleatorem, & blasphemum, quidquid sit de eo, an probent talem qualitatem, hoc nihil refert ad sæuitiam cum vxore.

7 Sicut etiam non concludunt mali tractatus cum prædefuncta vxore, nam omisso, an bene probentur, potuerunt procedere ex particulari odio, quod cum illa vxore ex particularibus causis Petrus habuisset, de quo datur fumus ex assertione malæ vitæ illius mulieris facta per Claricem, de qua infrà.

8 Alij testes deponentes de verberibus datis per Petrum Clarici, sunt de auditu, vnde nihil probant, *cap. tam litteris, de testib. l. testium, vbi glos. C. eodem titulo*, Paris. *cons. 54. num. 17. lib. 4.* tam circa factum verberationis, quàm circa immoderationem verborum, ex qua sola immoderatione oritur sæuitia per suprà allegata.

9 Et quatenus vnus ex testibus dicit se audiuisse Claricem vociferantem, vltra quod est vnicus, ad tex. *in c. licèt vniuersis, de testib. & in l. ius iurandi, C. eodem tit.* vociferatio non concludit verbera, Paris. *cons. 54. num. 23. lib. 4.* Roland. *cons. 27. num. 10. lib. 3* Bertazol. *cons. 228. numer. 13.* & multo minus immoderationem verberorum.

Difficultas reducebatur ad duos testes deponentes de 10
confessione Petri, quod ipse apposuerit gladium ad collum Claricis, quod videtur inducere iustum metum, ad *l. metum, ff. quod met. caus.* glos. *in cap. dilectus, de his quæ vi, vel met. caus.* & cùm fuit consideratum, quòd dictum testium est accipiendum cum qualitate, quam deponunt, nempè quòd Petrus hoc fecerit non animo feriendi vxorem, sed vt ab illa erueret, quoniam intellexisset quædam quæ ipsa Clarix protulerat contra honorem primæ vxoris dicti Petri, & sic ista non fuit propriè sæuitia, cùm non esset ordinata ad feriendum Claricem, sed quædam ars, seu calliditas ad explorandum auctorem verborum nimis imprudenter prolatorum à Clarice, vnde in manu Claricis est magis prudenter loquendo, in futurum vitare istam talem, qualem sæuitiam.

Prædictis accedant exceptiones contra testes, de 11
quibus per informantes pro Petro maximè considerabiles in hac materia separationis tori, ex Paris. *cons. 54. n. 16. lib. 4.* cum alijs suprà allegatis.

Circa odium capitale, quod prætendebatur ortum 12
ex duabus querelis porrectis per Petrum contra Claricem, vna scilicet, quòd ipsa Clarix spontè procurauerit abortum communis fœtus, altera scilicet, quòd ipsa Clarix fuerit autrix quarundam percussionum cum lapidibus ab incerta persona tempore noctis ipsi Petro factarum, fuit respōsum, quòd cùm Petrus huiusmodi querelas minimè fuerit prosequutus, sed immo statim ab illis recesserit visum fuit, quòd ex illis non possit dici natum tale odium, quòd sufficiat in materia tam graui, maximè cùm ex circumstantijs appareat, quòd Petrus maximo amore prosequebatur hanc suam vxorem.

Quia tamen omnibus simul iunctis non deficiunt in- 13
dicia terribilitatis Petri voluerunt Domini, quòd ipsi Petrus ante restitutionem vxoris, præstet idoneam cautionem de illa non offendenda, & bene tractanda, iuxta trad. per Abb. *in c. ex transmissa, num. 2. & 3. de restit. spoliat. & in cap. 1. numer. 7. vt lit. contest.* Paris. *d. cons. 54. num. 35. lib. 4.* Natta *consil. 616. num. 2. & 6.* Roland. *cons. 27. numer. 16. lib. 3.*

R. P. D. VBALDI.

Ianueñ Pecuniaria.
Veneris prima Martij 1613.

ARGVMENTVM.

In hac decisione cumulatè explicatur, an & quando lucrum cessans possit in pactum deduci, & à principio taxari ad certam quantitatem, præsertim quando est verisimile, & de eo constat aliundè.

SVMMARIVM.

Lucrum cessans potest in pactum deduci à mercatore qui pecunias amico egenti mutuat quas in promptu habeat eas in mercibus implicare, num. 2. declara, vt n. 3. & seqq.

Lucrum cessans de iure debitum, & interesse de iure debitum potest in pactum deduci, num. 3. declara, vt num. 4. & seqq.

Lucrum cessans à mercatore potest in pactum deduci quando pecunias quas habebat in cambijs, vt amico rem gratam faciat eidem amico mutuat, eásque ex cambijs eximit, n. 4. & seqq. & n. 11. & 12.

Interesse lucri cessantis etiam sine mora debetur, quando adest pactum, vt pendente dilatione aliquid soluatur pro dicto interesse, n. 6.

Certi lucri, seu interesse taxatio præsertim in mutuo regulariter prohibita est, n. 7. declara vt n. 8.

Cābia cùm non sint vniformia non possunt à principio

taxari

taxari num. 7 declara, vt num. 8 & num. 10. vbi contrà.

Lucri cessantis & interesse taxatio non est prohibita quando est verisimilis, & proportionata ad honestū lucrum, attenta qualitate personarum, & dummodo per creditorem postea probetur tanti sua interesse, quanti fuit summa ab initio taxata, n. 8. & 9.

Interesse verisimile taxatum debetur, si aliunde iustificetur, & si taxatio fuerit excessiua, & superflua, excessus & superfluitas resecatur, n. 9.

DECISIO CCCLXXII.

1 Domini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam potissimum moti rationibus & auctoritatibus copiosè adductis in decisione in hac causa facta die 6. Iunij 1611. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore, & quia tota difficultas videbatur reduci ad duo capita. Primum an potuerit in casu proposito in pactum deduci lucrum cessans quod Castellinus percepisset ex cambijs in quibus retinebat pecunias quas postea mutuauit Odoardo. Secundum an illud lucrum potuerit taxari ab initio; Domini re maturè discussa, & cum præsuppositis in facto iustificatis, vt in processu, & in decisionibus in causa factis coram eodem Illustrissimo Lancellotto ad vtrumque caput affirmatiuè responderunt.

2 Nam quoad primum licèt non careat contradictoribus opinio Hostien. *in cap. salubriter, n. 4. vers. ideo puto, & in c. nauigant. sub n. 5. vers. quid ergo de vsuris*, volens quòd mercator cessante suspicione fraudis, qui erat paratus ire ad nundinas, vt pecunias ibi in mercibus implicaret, possit sine labe vsuræ easdem pecunias amico egenti & petenti mutuare paciscendo de illo lucro, quod in nundinis fecisset, quam opinionem sequuti sunt Couar. *lib. 3. var. resol. c. 4. sub n. 5. vers. item, & illud.* vbi de communi Nauarr. *in manual. confess. c. 17. n. 211. vers. & quod inter omnes. & in tract. de vsur. not. ab. 15. num. 43. vers. pro contraria.* vbi adducit pro hac parte tredecim fundamenta, *& consil. 6. per tot. de vsur.* cum alijs copiosè congestis *in dicta decisione 6. Iunij, vers. nihilominus contraria* pro qua etiam opinione faciunt Doctores qui dicunt lucrum cessans concurrentibus debitis circumstantijs omni iure deberi, iunctis alijs qui dicunt omne illud quod de iure debetur posse in pactum deduci, prout primam conclusionem ponunt late Doctores in *l. vnica*, vbi Cagnol. *n. 37.* Curt. iun. *n. 39* vbi de communi Rebuff. latè *num. 579. & seq.* Bologn. *sub n. 120. C. de sent. quæ pro eo quod interest*, Abb. *in d. c. salubriter, sub n. 3.* Innoc. & alij *in c. sacro de sent. excommunic.* Dec. *cons. 111. n. 9. & in c. cum venerabilis, n. 58. de except.* Rota Ianuen. *decis. 1. num. 43. decis. 34. n. 3. & decis. 78 n. 12. & decis. 84. n. 5.* latè Pedeos *decis. 147. num. 3.* Gaspar Roder. *in tract. de ann. redd. lib. 3. quæst. 5. n. 37.*

3 Secundam verò conclusionem, illud quod de iure debetur posse in pactum deduci, probat text. *in l. mutuo, §. sub conditione, ff. de tutel.* Socin. *cons. 176. col. 3. vers. septimò confirmatur. lib. 2.* Aym. *cons. 189. sub n. 7. vers. secundus casus*, Surd. *de aliment. tit. 1. q. 45. n. 76.* & in terminis huius lucri faciunt ea quæ dicentur infrà super taxatione in secundo capite.

4 Attamen quicquid sit de illa opinione Hostien. videbatur Dominis in proposito casu rem transire de plano, & in istis terminis non habere contradictorem, quia Hostiensis & sequaces loquuntur in casu quo mercator actu non exposuerat pecunias in negociationibus, sed erat paratus exponere, & pactus est de lucro, quod in negociatione fortè fecisset, sed in casu nostro Castellinus actu habebat pecunias in cambijs implicatas, ex quibus lucrum maius percipiebat, quam fuerit summa deducta in pactum, vt fuit iustificatum in decisionibus huius causæ, ideo termini sunt longè diuersi, & minùs fortes in hoc casu, tum quia differentia est inter præparationem & deuentionem ad actum *l. si defunctus, ff. de procur.* Ripa *in rub. extra de iudic. n. 11. cum pluribus seqq.* latè Dec. Cagnol. & alij in rub. *C. de eden.* tum quia in illo casu poterat subesse suspicio fraudandi vsuras, cùm facilè potuisset mercator fingere se iterum ad nundinas offerendo se promtum cum calcaribus, & equo si posset hoc prætextu stipulari aliquid vltra sortem sub colore sperati lucri, & ideo vt fraudibus claudatur via, emanauit sequacium Innocentij opinio qui contra Hostiensem tenuerunt in *dicto c. nauigantis*, vbi Io. Andr. *col. 2.* & Anan. *n. 16.* expressè id firmat *de vsur.* Anchar. *in reg. peccati venia in 6. quæst. de reg. iur. in 6.* Grat. *cons. 49. n. 10. lib. 2.* 5

In casu autem nostro cessat omnis fraudis suspicio propter circumstantias iam firmatas, & ex probationibus factis cessat etiam illa incertitudo an esset lucraturus nécne, quæ erat in casu Innocentij & alijs, In hac materia magna est differentia an lucrum sit in potentia proxima, vel potiùs in actu vt hîc; an verò in potentia tantùm remota, vt post Sanctum Thomam latè tradit Molin. *de contract. tract. 2. disput. 315. num. 13.* 6

Non obstat, quòd hîc non adsit mora, durante triennio concesso ad restitutionem pecuniarum, & sine mora non videatur deberi interesse lucri cessantis ex allegatis, quia intelligitur nisi adsit pactum, vt pendente dilatione aliquid soluatur pro interesse, quod postea fuit probatum, vt hîc Castren. *in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. emt.* Dec. *in d. c. cùm venerabilis, sub n. 63. de except. & cons. 111. n. 13.* Abb. *in cap. salubriter. sub n. 3. in fine, de vsuris*, Alex. *cons. 221. num. 8. lib. 2.* & de communi Couarr. *lib. 3. var. resol. c. 4. sub n. 5. vers. item, & illud.* Nauarr. *cons. 6. in fine. de vsur.* latè Barbos. post plures ab eo relatos *in l. de diuisione, n. 71. ff. solut. matrim.* vt fuit dictum in dicta decisione 6. Iunij coram Illustrissimo Lancelloto, vbi etiam fuit consideratum, quòd cùm Odoardus posset quandocunque soluere sortem durante dilatione summa deducta in pactum non censetur promissa pro dilatione data, sed pro interesse, vt per Abb. & Alex. *in locis proximè allegatis*, & alias, quòd idem operetur in istis terminis pactum consensus quod operatur mora, postquam non est dubium interesse, deberi tenuit Rota in causa Romana Fructuum Dotis 12. Iunij 1606. coram bo. me. Penia, & in Bononien. Pecuniaria 9. Iunij 1608. coram Reuerendissimo Damasceno. 7

Circa secundum verò caput licèt taxatio certi lucri, præsertim in mutuo regulariter sit prohibita. Io. Andr. in *cap. salubriter. in princ. de vsur.* Dec. *cons. 111. n. 3. & cons. 119.* & fuit dictum in causa Simulationis Contractus prima Iulij 1591. coram Illustrissimo Millino, & alias sæpè, quæ taxatio multo minùs hoc casu videtur potuisse fieri respectu cambiorum, cùm illa non sint vniformia, immo modò plus, modò minus, & nunquam nihil lucri, & aliquando damnum afferant, vt dixit Rota *decis. 315. n. 6. par. 2. diuers.* & alias in huiusmodi taxatione certa, vt informis videatur haberi respectus ad pecuniam, & quantitatem debitam, non autem ad interesse, & sic contractus videatur reddi illicitus, Roman. *cons. 520. num. 8.* Natta *cons. 417. n. 3.* cum alijs congestis per Cæsar. de Grass. *decis. 1. n. 2. de vsur.* 8


Tamen quando taxatio est verisimilis, & proportionata ad honestum lucrum, præsertim attenta qualitate personarum contrahentium; & dummodo per creditorem postea probatur tanti sua interesse, quanti fuit summa ab initio taxata, quæ omnia in hoc casu concurrunt, huiusmodi taxatio sustinetur. Bald. *in l. rogasti, §. tibi, sub num. 7. vers. nisi probaretur, ff. si cert. petat.* & ibi Purpurat. *sub n. 39.* Dec. *in d. cap. cum venerabilis, sub n. 65. vers. putarem tamen. de except. & d. cons. 111. circa fin. verbo, secundo non obstat*, Couar. *var. resol. lib. 3. c. 1. sub n. 3. vers. quarto hinc, & c. 4. sub n. 5. in septima illatione*, Lup. *tract. de vsur. §. 6. num. 26.* Cæs. de Grass. decis. 1. numer. 3. & 4. de vsur. relat. inter imp. eius decis. 340. *part. 1.* Bursat. *cons. 320. num. 76. lib. 3.* & alij plures cumulati in dicta decisione sexta Iunij coram Illustrissimo Lancellotto; quibus addi potest Natta *consil. 417. sub*



INDEX
RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

QVÆ IN HISCE CRIMINALIBVS Decisionibus continentur.

A



B

C

Certi

Communis

cum

Cre-

D

pus re

E

decis.

Furtum

I

I

effectum

qu

cessante,

Iudæ

L

M

Mariti

Metus

O

Omissio

Pecunia

fuerit

tamen

Q

R

Remissoria

Soluens

Testes

Virginitas

F I N I S.



592703

